18

3. a. 3

20

N. 3
23-58

2-6.796

Del Collegio de la Compª de Jesus de Granª
R. 20909

# ELVCIDATIONES IN OMNES PSALMOS DAVID REGIS, AVTORE LICENCIATO, MARTINO ALPHONSO DEL POZO CORDVBENSI, EIVSDEM ITEM ECCLESIAE CANONICO MAGISTRALI.

*Ad Philippum Hiſpaniarum Regem.*



Compluti.

Apud Ioannem à Villanoua, & Petrum Robles, anno. 1567.

*Cum priuilegio Regis.*

# EL REY.

POR quanto por parte de vos el Licenciado Martin Alonſo del Pozo canonigo enla ſanta ygleſia dela ciudad de Cordoua nos fue fecha relacion que vos auiades hecho vn libro yntitulado la expoſicion de todos los pſalmos de Dauid cuya doctrina era no menos prouechoſa que neceſſaria para todos los chriſtianos ſuplicãdonos atento el trabajo que enel auiades pueſto vos dieſſemos licencia para le ymprimir por el tiempo que fueſſemos ſeruidos, o como la nueſtra merced fueſſe lo qual viſto por los del nueſtro conſejo y el dicho libro que de ſuſo ſe haze menciõ que por ſu mandado fue viſto y examinado por fray Alberto de aguayo de la orden de ſanto Domingo fue acordado, que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula enla dicha razon: y nos tuuimos lo por bien. por lo qual y por hazer bien y merced a vos el dicho licenciado Martin Alonſo del Pozo vos damos licencia y facultad para que por tiempo de diez años primeros ſiguiẽtes contados deſde el dia dela fecha deſta nueſtra cedula en adelante vos o quien vueſtro poder ouiere podays ymprimir y vender eneſtos nueſtros reynos el dicho libro que de ſuſo ſe haze mencion ſiendo primeramente taſado por los del nueſtro conſejo el molde del y poniendo ſe eſta nueſtra cedula con la dicha taſa al principio del dicho libro y no de otra manera, y mandamos que durante el dicho tiempo delos dichos diez años ninguna perſona le pueda imprimir ni vender ſin tener el dicho vueſtro poder: ſopena que pierda la impreſſion que aſi hiziere y vendiere y los moldes y aparejos con que lo hiziere: y mas incurra en pena de diez mil marauedis los quales ſe repartan la tercia parte para la perſona que lo acuſare, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentenciare, y la otra tercia parte para la nueſtra camara y por eſta nueſtra cedula mandamos a todas y qualeſquier nueſtras juſticias y a cada vna en ſu juriſdicion que guarden y cumplan y executen lo enella contenido y contra el tenor y forma della no vayan ni paſſen ni conſientan yr ni paſſar en manera alguna ſopena dela nueſtra merced y de diez mil marauedis para

*la nueſta camara a cada vno que lo contrario hiziere fecha en Valladolid a diez y nueue dias delmes de Mayo de mil y quinientos y cinquenta y ſiete años.*

LA PRINCESA.

Por mandado de ſu Mageſtad.
ſu Alteza en ſu nombre.

Franciſco de Ledeſma.

Licencià al Licenciado Martin Alonſo del Pozo para que por tiempo de diez años pueda imprimir vn libro que compuſo yntitulado la expoſicion delos pſalmos de Dauid.

Corregida.

Añaya. Gonçalo de Medina.

# INVICTISSIMO PERINDE AC potētiſsimo Philippo Caroli maximi. V. imperatoris filio, hiſpanorū, Aragonū, & vtriuſque ſiciliç &c. Regi clemētiſsimo, Martinus Alphonſus del Pozo Cordubenſis, eiuſdem item eccleſiæ Canonicus, proſpera cuncta & perpetuam felicitatem. D.

SVMMOPERE optaui rex optime regum: lucubrationum mearum aliquot Catholicæ tuæ maieſtati dicare. Diſtuli tamē hactenus, tum ꝙ meum nihil arbitrabar tanta celſitudine dignum, qui ingenij tui acumen noui prope diuinum: tum etiam ꝙ rebus bellicis, ad chriſtianæ reipublicæ, atque orthodoxç fidei tuitionem & augmentum; te conſpicerē præpeditum. At nunc Dei nutu, & potentiſsima atque auguſtiſsima manu tua iam inter chriſtianos bello pacato, fugatiſque Turcis chriſtiano nomini infenſis: ea (qua polles) clementiſsima dignatione, tibique innata benignitate fretus, quam à fœliciſsimis progenitoribus deriuatam, iure etiam hæreditario conſecutus es: vel tantillū (quidquid eſt) ſubſtantiæ meæ, tibi ditiſsimo regi ac dño meo offerre, nuncupare, & conſecrare decreui. Quandoquidem plura mihi in mentē veniunt: quæ te mirabilem ſpectabilem atque omni cultu obſeruandum reddūt. Quid integerrimam fidem tuam referam, pietatem, prudentiam, clementiam, iuſtitiam, fortitudinem, magnanimitatem, cæteraſque virtutes, quæ numeris omnibus abſolutum regem decent? Quid Caroli maximi Cęſaris genitoris tui imaginem ob oculos ponam? quæ ſic hominum mentibus fixa manet, ꝙ nuſquam obliuione delebitur vlla, quin æternum potius viuet: & memoria illius in benedictione erit. Quid Fernādum cognomēto catholicum? Quid Philippum & Maximilianum, cæteroſque diuos reges atque Cæſares auos ac proauos, à quibus originem ducis, in medium adducā? Qui omnes teſtimonio fidei probati (vt Pauli verbis vtar) te in virtutum omnium exemplar prototypum & ſpecimem huic mundo ediderunt. Mirabar olim (fateor) mecum habitans, admirabilem indolē tuam: nunc autem non ſatis mirari queo vitæ progreſſum. Nec fruſtra. Redolēt quidem omnia neſcio quid ſacrum: quod (veluti quodam futurorum præſagiū) tot retro ſeculis legimus contigiſſe. Nempe rex ille Dauid ſanctus, ex vxore ſua genuit filium, & vocauit nomen eius Salomon: & dominus dilexit eum. Miſitque eum in manu Natham prophetæ, & vocauit nomen eius amabilis domino, eo ꝙ diligeret eum dominus. Nec ſecus Carolus noſter manu fortis: quod ſonat Dauid nomen. Is vtique imperator conſtitutus à Deo, ſibi alterum amabilē atque dilectum, pacificum, ſapientiſsimum, diuini honoris zelatorem, ac demum templi & eccleſiæ Dei conſtructorem: ex auguſta Eliſabetha genuit Salomonē: te ſcilicet Philippum Regem clariſsimum, infidelitatis tenebras depellentem fugantemque: ac per hoc totum orbem illuſtrātem: Qui etiam (iuxta proprij nominis interpretationem) os lampadis, aptiſsima nomenclatura nuncuparis. At cōſorte pijſsima in cælum trāſlata, & nō paucis deuictis hoſtibus, multiſque pręclariſsime geſtis, quæ longum eſt recenſere, cum iuſta volumina poſcant: iam omnibus vale dicens, relictiſque huius ſeculi curis (mirabile dictu) ſoli Deo Cęſar ipſe maximus ſtatuit militare, & eundem quem propoſui Dauid regem, eodē (nec fallor) ſpiritu actus, voluit imitari. Nimirum ſenuerat Dauid rex, poſt tot quam

fœliciſsime

fœlicifſime peracta bella: nec poterat caleſieri vir ipſe iã emeritę militiæ. Cuius
rei gratia, ſerui ſui inito conſilio, quęſierunt adoleſcentulam ſpecioſam in omni
bus finibus Iſrael, & inuenerunt Abiſag ſunamitidem, & adduxerunt eam ad re-
gem. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatque cũ rege: & miniſtrabat ei:
Rex verò non cognouit eam, ait ſcriptura diuina. Cõſtituit igitur in regem ad
huc viuens, filium ſuum Salomonem. Atque (vt rem ipſam paucis abſoluam) ado
rauit veluti pius ſanctus & prudens in lectulo ſuo: inſuper & hæc locutus eſt. Be
nedictus dominus Deus Iſrael, qui dedit hodie ſedẽtẽ in ſolio meo: videntibus o-
culis meis. Ac dein quibuſdam præceptis eidẽ filio traditis, totum ſuum in Deũ
direxit affectũ, & ita obdormiuit in domino. Porro illa omnia fœta erãt, atque
non exiguis myſterijs plena. Quæ enim eſt iſta ardens ſimul & caſta, quæ illiba-
ta manens, pium regem calefacit: niſi vera ſapientia? hæc vtique integra perſeue
rans charitatis incendium præſtat, ducitque ſimul hominem in Dei opt. Max. &
ſuiipſius cognitionẽ, actus dirigit, ac fructuoſa opera ſubminiſtrat. Quòd ſi rerũ
geſtarum ſeriem diuinamque diſpoſitionem (pro captu noſtro) contemplamur:
non inepte illius priſci regis hiſtoriam quam citaui, propoſito vſurpare atque
adaptare licebit. Ecce qui te genuit Carolus, feliciſſime rex, cum cæteros ante vi
cerit: vel in hoc vno (quo ſibi nihil remaneret inuictum) ſeipſum vicit: dum terre
na hæc abiecit ſpreuitque, omnia cum Paulo detrimẽta arbitratus: vt Chriſtum
lucrifaceret. vereque illud ipſius elogium ſuo verſaretur in ore: bonum certa-
mẽ certaui, curſum cõſummaui, fidẽ ſeruaui. In reliquo, repoſita eſt mihi corona
iuſtitiæ. Id quidem heroice ſtrenue & ſapiẽter fecit Cęſar chriſtianiſſimus: quo
ſibi ipſi vim inferens, expeditius acquireret cælum. Dicente domino, regnũ cælo
rum vim patitur: & violenti rapiunt illud: vbi non ferrea argentea vel aurea tã
tum ipſius triumphantis capiti, verumetiam de lapide pretioſo, ideſt immarceſ-
ſibilis illa (haud dubium) impoſita eſt æternæ gloriæ corona, expreſſa ſigno
ſanctitatis, gloria honoris, & opus virtutis. Sane, veram ſeneſcens ipſe inuenit
ſapientiam, quæ illum in diuinum amorem accendit. Eumque imitatus virum
quem dominus ſecũdum cor ſuum inueniſſe teſtatus eſt, atque diuino ſpiritu af-
flatus, in te filium ſuum Philippum ſapiẽtiſſimum, dilectum Deo & hominibus,
vnicũque ſolatium noſtrum: vti in verum & legitimum hęredem ac ſucceſſorẽ,
adhuc viuens, omne dominium tranſtulit, ac te loco ſui ſuffecit. Sit gloria decus
& imperium Deo, qui illum ſimul & hęc regna pariter & orbẽ fœliciſſima pro-
le donauit: & videntibus oculis ſuis, largiſſima perinde atque munificentiſſima
ditauit manu. Congratulor ergo patri, ꝙ filium ſibi dulciſſimum genuit. Cõgra
tulor filio: ꝙ talem ac tantum promeritus eſt patrem. Congratulor etiam nobis
omnibus eius ditioni ſubactis: ꝙ non degenerem ac diuo Carolo diſſimilẽ, quin
eundem (ſi dixerim) potius, eodemque virtutum ornatu ac decore fulgentem re-
gem ſortiti ſumus. Quamobrem in primis maieſtatem tuam (ò rex inuictiſſime)
proſequar omni cultu: eò ꝙ in te vno, varijs chariſmatibus ac donis cæleſte nu-
men conſpiciam habitare. Nec vacuus munere apparebo, quod tibi ſuſpicer fo-
re gratum: quãuis mihi ſit curta ſupellex, meæque tenues facultates. Ex quibus
autem nihil gratius iucundiusve iudicaui: quam elucidationes in dauiticos pſal
mos: vt rex ipſe, tecum habeas regem noctes atque dies, de rege regum Chriſto
communione gratiſſima confabulantẽ. ſcio enim quam dulces ſint auribus tuis
huius ſancti regis odæ, ac diuini carmina vatis. Tu munuſculum ea qua ſoles hu
manitate accipe, tuaque protectione muniri iube. Nec enim aliter in publicum
prodire fas eſſet, hac potiſſimum tempeſtate: qua ſanam doctrinam corrodere
canino dente contendunt hæretici vndique oblatrantes. Quos rabidos com-
peſce canes auguſtiſſime rex: in quo etiã te decet pios imitari parentes, acerri-



mos chriſtianæ fidei defenſores, atque (vt verbo concludam) totius boni indefeſ
ſos propagatores. Accipe ſanctum gladium munus à Deo, cum fortiſſimo Ma-
chabęo: in quo deijcies aduerſarios populi Dei. Accingere gladio tuo ſuper fe-
mur tuum potentiſſime. hos diſſipa, hos fuga, hos elimina potentiæ tuæ dextra:
cæteroſque infideles abige, qui in ſua feritate confidunt. Aderit tibi Deus, qui
hos tibi ſubdet pedibus proterendos. Ecce hoc munus ſequeſtratum eſt tibi: nõ
eſt ꝙ differas. Age dum rex chriſtianiſſime, id proſequere: & ſeſe maieſtati tuæ
deuouentem foue. vale: et proſpero ſanctiſſimoque ſucceſſu, vna cum chariſſi-
ma vxore, ac dulciſſima prole, Neſtoreos perinde ac fœliciſſimos viue annos.

# MARTINVS ALPHONSVS DEL PO zo Cordubenſis theologus, atq; eccleſiæ item Cor dubẽſis Canonicus pijs perinde ac chriſtia-nis lectoribus. S. D.

PLVRES fuiſſe pſalmorum authores pleriq; autumant viri candidiſsimi:
eò ꝙ varijs inſcriptionibus & nominibus ſint prænotati. ſed hæc ratio nõ
conuincit, quin arbitramur potius à Dauid rege cõditos. idque ſanctorum,
apoſtolorum aliorumq; eccleſiaſticorum ſcriptorũ aſſertioni conformius
opinamur. Illos tamen in Dei laudẽ canendos non ſine myſtica ratione, li-
cet nobis ignota, nunc his nunc illis in hoc munus delectis, ab eodem rege
Pſal. 38. & propheta fuiſſe traditos diſtributosque, haud leui ſcripturæ credimus ar
gumẽto. Nec eſt ꝙ ſuper hac re indagãda diſcruciemur: cum id nobis noſſe
ſit ſatis, & cuique credenti ſit peruium: ꝙ ſpiritus ſancti afflatu compoſiti ſint: & ab eccleſia ſancta
eiuſdem inſtinctu recepti, quibus ad diuinum cultum, horariasque laudes & preces aſsidue vtitur:
atque ad fidelium inſtructionem. Eorum etiam tituli & inſcriptiones, non minus fœtæ ſunt ac my
ſteriorum plenę, graues & maieſtatem quandam præſe ferentes: ſed difficiles adeò intellectu, vt he
bræi adhuc expoſitores, ſe verum ſenſum ignorare (etiam ante Chriſti aduentum) non ſemel fatean
tur. Quid ꝙ aliquæ interpoſitæ dictiones ãcipitẽ ſignificationem habentes, ad varios ſenſus legen
tium animos inducunt, ne dicam propellunt? Et nunc genus melodiæ aut cũcentuum, nunc inſtru-
menta muſica, nunc pauſationem, eleuationem, aut depreſsionem, cantusve mutationem, initium
vel finem propoſiti, cæteraque ſimilia ſignificare contendant: diſsidentes inuicem: dum abſtruſam
ſignificationem hallucinantur. vnde interpretes ad verſiones varias digreſsi ſunt. Nos autẽ ipſam
qua quotidie in eccleſia vtimur: veluti magis cõmunem à tot annis receptam amplexamur: tamet
ſi aliquot locis, verſionem aliam caſtiorem, atque ad hebraicæ veritatis euphoniam, quidam exiſti
ment propinquiorem. nec enim noſtrum eſt hæc nunc diſcutere: qui apoſtolum philipenſes noui-
Phil. 2. a. mus commonentem atque dicentem, implete gaudium meum vt idem ſapiatis: eandem charitatẽ
habentes, vnanimes idem ſentientes, nihil per contentionem &c. ſcimus equidem vt ab eodem apo-
ſtolo ſimul & experimento didicimus: ꝙ non tenuem ſumpſerunt, & alijs quãdoq; erroris præbue
1. Tim. 6. a runt anſam: ij quos ipſe appellat languentes circa quæſtiones & pugnas verborum, ex quibus oriũ
tur inuidiæ, contentiones, blaſphemię, ſuſpitiones malæ, ſupernacuæ conflictationes hominum mẽ
te corruptorum &c. Certe & nos etiam veritatis amatores ſumus: vt qui doctrinæ innitimur or-
thodoxę. ſed vbi iam pridem verſionem illam ab eccleſia receptam, atque paſsim fidelium auribus
intimatam audiuimus: nouitates horremus omnes, has pręcipue, quæ illi antique ex diametro repu
gnare, ſenſusque ab antiquis patribus perinde atque ſanctis doctoribus & eruditis deſuper ad ec-
cleſiæ ædificationem elicitos, peruertere, atq; omnino vt fruſtratorios nec textui cohærẽtes, elue
re videntur: quod vtique non exiguum imperitorum gregi ſcandalum ac detrimentum adfert. A-
bundent igitur ſuo ſenſu quantũ volẽt, qui huiuſmodi verborũ pugnæ ſtudent: nobis certe ſimpli-
1. Cor. 11. c. cioribus non probatur, cum eodem apoſtolo dicentibus, ſi quis autem videtur contentioſus eſſe:
nos talem conſuetudinem non habemus, neque eccleſiæ Dei. Verſionem ſequemur ergo quam fœ
liciter ſemel imbibimus: & ſi interdum aliorum verſiones citare (licet raro) & annotare, ac ſimul e-
lucidare contingat. Et qui in eccleſia latina enutriti eiuſque lacte educati ſumus: dum latinis loqui
mur (iuxta talentum nobis creditum) latinis duntaxat vtemur. nõ enim exacte nouimus græce aut
hebraicæ loqui: vel ex his linguis caſte interpretari, hæc illis relinquimus: qui harum linguarum pe
ritiam adepti ſunt. profecto noſtra vocatione, & quali quali ſorte cõtenti, non quidem omnia po-
ſſumus omnes. Quare hoc vnum obnixe precamur, ne quis hæc noſtra legens reijciat ſtatim, eò ꝙ
non ſit vernans floſculis phraſis, non compta, fucata, laſciuienſq; pingui minerua: ſed ieiuna & ma
cilenta, rudis, atque pannoſa, ſimpliciter incedens: & ideo confidenter. Ita vt dicere poſsim quod
1. Cor. 2. a. Corinthijs apoſtolus. Et ego (ait) cum veniſſem ad vos: veni non in ſublimitate ſermonis aut ſapiẽ
tiæ, annuntians vobis teſtimonium Dei. Non enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos niſi Ieſum
Chriſtum: & hunc crucifixum. Proſequemur etiam non tam literam quam ſpiritum: ſenſum pro-
pheticum ac myſticum exquirentes: quem primarium & præcipue à ſpiritu ſancto prætenſum arbi
tramur. Is etenim dignior eſt & nobis conducibilior ac magis proficuus: quippe qui nucleum quæ
1. Cor. 13. b rimus non cruſtam. Si quid inepte dictum ſeſe inter legendum obtulerit, id æquo atque chriſtiano
feratis animo pij lectores: memores, ꝙ charitas patiens eſt, benigna eſt, omnia ſuffert, omnia ſuſti
net. hæc nos quidem ad huiuſmodi onus ſubeundum impulit (& ſi viribus impar) quo id importu-
ne petentibus, & per viſcera charitatis Chriſti obteſtantibus: iuxta modulum noſtrum ſit vtcunq;
ſatisfactum.

ſatisfactum. Elucidabimus igitur pro virili portione dauiticos pſalmos, non declinantes a fidei re-
gula, doctrina ſanctorum, & pio ſenſu cui noſtrum ſubijcimus: vt participes ſimus illius apoſtoli
cæ benedictionis, in ea quæ ad Galatas eſt epiſtola, in hanc formam deſcriptæ. Et quicunq; (ait Pau Gal. 6. d.
lus) hanc regulam ſequuti fuerint, pax ſuper illos & miſericordia, & ſuper Iſrael Dei. Annectemus
inſuper quoſdã paraphraſticos epilogos: ſeu epitomata: quò forte breuitatis amatori, vel ſic poſ-
ſimus obſequi & blandiri palato vt optamus. veremur enim, ne dum multam atque diffuſam elu
cidationem fugit. (occaſione ſumpta) ſi quod proficuum fuerit auerſetur ſimul. Quamobrẽ id bo-
ni conſulite viri candidiſsimi: neque actum arbitremini fruſtra, quod alicui forte ingenio, magis
delectabile & gratum erit. Trahit enim ſua quemque voluptas. hunc ſiquidem prolixa legere: illũ
vero compendiaria iuuãt. At vel in hoc vos exoratos habere velim, vt huius noſtrę elucidationis
lectioni vacantes, non feſtinanter tranſcurrentes, ſed lento (vt aiunt) gradu incedatis. Id quidem a-
getis (vt ſpero) ſi vobis ſit perſuaſum, fere nihil fruſtra intextum: & (quod citra omnem arrogãtiã
dixerim) rarum eſſe, quod non paſsim ſignet aliquẽ ſenſum nõ ſpernendũ, vel diuinæ ſcripturæ lo
cum: cuius annotationem in margine reperiri licebit. Nec moueat quẽquam ꝙ hunc egregiũ pſal
tem proloquentem, & poſteriorum vatum quæ longo poſt tempore teſtimonia protulerunt, citã-
tem interdum inducamus: quum vnus idemque illius & aliorum fuerit ſpiritus prophetarum:
qui vtrobique loquitur, & prout vult ſpirat: ſitque etiam propoſiti noſtri ratio, non tam obſerua
re tempora, quam ſacra eloquia ſeſe inuicem comprobantia, ad fidelium ædificationem & verita-
tis conſonantiam, atque robur adducere. Si quid igitur minus accurate dictum ſcriptumve (vt di
ximus) ſeſe obtulerit: chriſtiani candoris erit, illud in partem æquiorem ac ſaniorem interpretari,
humanæ conditioni & fragilitati indulgentes. Si quid vero caſtum vtile & pium atque veſtris au-
ribus dignum ſit: id in Deum opt. Max. bonorum omnium largitorem referte. At ſi demum (ꝙ ab
ſit) quicquam male ſonans impiumve offendatis: id mecum corrigite qui vobiſcũ catholicã pro-
fiteor fidem, & ſacroſanctæ eccleſiæ iugum fero: cuius examini, diffinitioni, ac determinationi ex
nunc me ipſum, dicta, atque dicenda ſubijcio. valete chriſtiani nominis atque orthodoxæ fidei & ſa-
næ doctrinæ amatores: me amate, & ad cæleſtem patriam totis uiribus contendite peruenire.

## D· PETRVS SERRANO CANdido lectori. S. & in Chriſto bene agere.

QVANTVM ad permouendos animos, eoſdemq́ ſedandos, muſici concentus varietas valeat, Candide lector, Alexander ille magnus irrefragabili nobis teſtimonio demonſtrauit. Qui cũ ad lautiſsimas epulas cum frequentia nobiliũ ſuæ curiæ ſederet, ita dorica muſa dicitur recreatus, vt ſuauitatem quoq; cõuiuij, non minus ipſa animos leniendo, quàm exquiſitus ciborum delectus extenderit. Verum peritus citharœdus, cum vim ſuæ artis vellet exerere, & quantum in ea excelleret oſtendere, phrygiam modulationem ſubito perſonuit: quæ, quantum illa altera animum Regis demulſerat, tantum iſta vſq; adeò commouit, vt relicta menſa, è regio ſolio proſilire, & arma arripere ſit coactus: nec ante placare animũ potuit, quàm doricam iterum audiret. Quod ſacris literis maxime cõſentaneum eſt: Imo ex ipſis videtur decerptũ, ſicut cætera, quæ verè, & exactè profani autores eloquuti ſunt. Dauid etenim egregius pſaltes ſi quãdo citharã pulſabat Saulis regis animũ, veluti ad pugnam erigendo, ipſo inferiore homine ſuperiorem ſuo modo faciens, ab impetu inuadentis dæmonis ipſum liberabat. Eliſeus item propheta nõ niſi adducto pſalte, ad vaticinandũ tribus regibus, Iuda, Iſrael, & Edom, quæ ad ſuã ſalutẽ & expeditionẽ conficiendã (quã contra Regẽ Moab gerebani) pertinerent, præparatur. Eo ſiquidem cõcinente, ita eius animus permulſus eſt & delinitus, vt in ſublime eleuatus, dẽ ea re ab ſpiritu ſancto edoceri meruerit, qua tres illi reges cum ſuo exercitu in vaſta illa ſolitudine ſiti fermè iã pereuntes, eã reſtinguerent, & optatã victoriã, diuino auxilio cõſequerentur. Quo circa regius pſaltes Dauid, qui hanc vim ad incitãdos & permouendos animos diuinitus edoctus probè intelligeret: cæleſtia myſteria muſicis modulis incluſa cõcinuit: et pſalmos ſuos tãquã citharã quãdã eccleſiaſticis ſcriptoribus, ad populi in religione inſtitutionẽ, & mores chriſtianos cõponendos pulſandã reliquit. Et cum multi illã ſancti eccleſiæ doctores, vt ſuauius perſonaret, tetigiſſent: inter cæteros en prodit LICENTIATVS MARTINVS ALPHONSVS DE PVTEO, Vir omniũ diſciplinarũ genere apprimè eruditus, & egregius præterea concionator: qua in re tantũ valet, vt cũ dicturũ pro ſuggeſtu eũ populus audit, mirũ ſit quãta alacritate perfundatur. Deum immortalẽ, quanta cũ auiditate ciues ſui Cordubenſes ſe mutuo tunc inuitant, quanto cũ ſtudio certatim ad eccleſiã confluũt, quanta frequentia conueniunt, & dicentẽ quanta cũ voluptate excipiũt? Tot, ac tantis donis ad eã rem diuino beneficio vir egregius eſt cumulatus. Prodit ergo nobilis iſte citharœdus dauidicũ pſalterium, ita diſtinctè perſonans, vt chordã quamlibet propriũ ſonũ, & germanũ ſenſum edere faciat. Et cũ ex latiſsimo ſcripturarũ campo, ad ſonũ huius citharæ ſemper canat, eas laudes, & cantiones ſolũ audies, quæ aptiſsimæ ſunt, & quæ ſuauiſsimũ concentum reddant: quod nemo ſanè præſtare poterit, qui non eximiè in ſcriptura ſancta verſatus fuerit: imo qui non ex puteo illo Iacob, in quo diuinæ ſapientiæ theſaurus deſignatus fuit, non ſolùm abunde hauſerit, ſed totum ebiberit, vt puteus iſte noſter luculenter feciſſe demonſtrat. Spiritu deinde ita ſublimis & generoſus incedit, vt affectum ipſum prophetæ (quod excellens expoſitoris munus exſiſtit) ad viuũ induiſſe, vel cæcutiens poſsit iudicare. Dictione tãdẽ ita proprius, cultus eſt, & ornatus: vt nunquã puteus ſic dulces et ſuaues omnibus emiſerit aquas. Quippe quæ altæ, et in imo veritatis fundo latere vidètur, ita ſuo diuino penè ingenio haurit, vt placide per omnium limpidos canales decurrere faciat. Communes vero, & omnibus potabiles (quæ vt quotidianæ epulæ faſtidire ſolent) tã appoſitè ſalit, vt veterem ſitim extinguendo, neſcias quo pacto appetitum irritet: vt continuo de nouo ſitire faciat Quæ omnia cũ opus totũ perlegeris, cumulatiora quã dicẽdo à me explicari queant, reperies. Ferax quidẽ & excellẽs ingeniũ diuina largitate autori tributũ eſt, rara etiã ingenuarũ artiũ, & altiſsimarũ rerũ cognitio parata: quã pro ſui animi cãdore, ardore charitatis flagrãs, in cõmune omniũ ſtudioſorũ cõmodum, chriſtianæ reipublicæ conſulens, depromit. Tu ergo optime lector tot ac tãtis his bonis fruere, qui muſica delectaris cæleſti: & qui Chriſti inſuper veſtigijs innitẽdo, ad ſtadiũ vitæ chriſtianæ diligenter percurrendum, tua veſtigia firmare cupis, omni ſtudio hæc ipſa quæ vſui tibi tantopere futura ſunt, libentius amplexus, omnicum obſeruantia venerare. Vale.

# EL REY.

POR quanto por parte de vos El Licenciado del Pozo, Canonigo de la Magiſtral de la ciudad de Cordoua. Nos fue hecha relacion que vos auiades hecho vn libro intitulado la Expoſicion de todos los Pſalmos de Dauid. Cuya Doctrina hera no menos prouechoſa que neceſaria para todos los Chriſtianos. Suplicandonos atento el trabajo q̃ enel auiades pueſto, os dieſſemos licencia para le imprimir por el tiempo q̃ fueſſemos ſeruido, o como la nueſtra merced fueſſe. Y porq̃ el dicho libro fue viſto y examinado por los del nueſtro conſejo, y ſe han hecho las otras diligẽcias q̃ la pragmatica agora nueuamẽte hecha diſpone, por os hazer bien y merced tuuelo por bien, y por la preſente doy licencia y facultad auos el dicho Licenciado del Pozo, o aquien vueſtro poder ouiere para q̃ por tiempo de diez Años primeros ſiguiẽtes q̃ corrã y ſe cuẽtẽ deſde el dia de la fecha deſta mi cedula en adelãte podays imprimir el dicho libro de que de ſuſo ſe haze mincion, y le podays vender en todos los nueſtros Reynos y ſeñorios, y mando y defiendo q̃ durante el dicho tiempo ninguna, ni algunas perſonas deſtos dichos reynos, y ſeñorios no ſean oſados de imprimir el dicho libro, ni le pueda vender: ni traer a vender defuera deſtos reynos ſaluo vos el dicho Licenciado del Pozo, o las perſonas q̃ para ello el dicho vueſtro poder ouiere, ſopena q̃ qualquier otra perſona, o perſonas q̃ vendierẽ & imprimieren el dicho libro, o lo truxeren de fuera (no ſiendo los q̃ vos hizieredes imprimir) pierdan todos los q̃ ouieren impreſſo y tuuieren en ſu poder como dicho es, y demas incurran en pena de cincuenta mil marauedis y pierdan todos los moldes y aparejos, las quales dichas penas ſean la mitad para la nueſtra camara, y la otra mitad ſea la tercia parte para el juez q̃ la executare, y la otra tercia parte para vos el dicho Licenciado del Pozo, y la otra para el denunciador. Y mandamos a los del nueſtro Conſejo Preſidente y oydores de las nueſtras audiencias alcaldes, alguaziles de la nueſtra caſa Corte y Chãcillerias, y otros juezes y juſticias qualeſquier de todas las ciudades villas y lugares de los nueſtros reynos & ſeñorios aſsi a los q̃ agora ſon como alos q̃ ſeran de aqui adelante q̃ guarden & cũplan y hagan guardar y cumplir eſta mi cedula y lo enella contenido, y contra el thenor y forma della no vayan ni paſſen, ni conſientã yr ni paſſar en tiẽpo alguno, ni por alguna manera durante el dicho tiempo de los dichos diez Años ſopena de la nueſtra merced, y de diezmil marauedis para la nr̃a camara acada vno q̃ lo contrario hiziere. Y mando q̃ cada volumen del dicho libro lo podays vender y vendays a treze reales. Fecha en Parraces a diez y nueue de Setiambre de Mil & quinientos y ſeſenta y ſiete Años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Mageſtad.

Pedro de Hoyo.

Vega.

Licencia al Licenciado del Pozo Canonigo de Cordoua para que pueda imprimir vn libro intitelado Expoſicion de los Pſalmos de Dauid, y priuilegio por diez Años.

Fuen mayor. Aſentada. Corregida.

Aduerte imprimis lector, q̃ in ſuperiore foliorum loco vbi quotus quiſq; ſit ps. literis maiuſculis annotatur: ij pſalmi circa numerum caſtigatione egent: videlicet. ps. xxviij. xxxij. xxxiij. xxxvij. xxxix. L ix. Lx viij. lxxv. lxxxij. lxxxiiij. xc. xcj. cij. ciiij. cxj. cxviij. cxix. cxxvj. cxxxij. cxxxvj. cxliiij. Sunt .n. numeri deprauati.

# Index Alphabeticus verſuum pſalmorum.


A. A Cuſtodia matutina vſq; ad noctem: ſperet Iſrael in domino.pſa.129.ve.6.

A dño factũ eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. pſal.117.ve.22.

A facie dñi mota eſt terra: à facie Dei Iacob.pſ.113.v.7

A facie iræ indignationis tuæ:quia eleuans alliſiſti me.pſal.101.ve.11.

A finibus terræ ad te clamaui:dum anxiaretur cor meum.pſal.60.ve.2.

A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus:propter iniquitatem.pſa.38.ve.14.

A fructu frumenti vini & olei ſui:multiplicati ſunt. pſal.4.ve.8.

A iudicijs tuis non declinaui:quia tu legem poſuiſti mihi.pſal.118.octo.13.ve.6.

A mandatis tuis intellexi:propterea odiui omnem viam.pſa.118.octo.13.ve.8.

A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me:vt pupillam oculi.pſal.16.ve.9.

A ſagitta volante in die,à negotio perambulante in tenebris.pſal.90.ve.6.

A ſolis ortu vſque ad occaſum: ex Sion ſpecies decoris eius.pſal.49.ve.2.

A ſolis ortu& occaſu:ab aquilone& mari.pſ.106.v.3

A ſolis ortu vſque ad occaſum:laudabile nomen domini.pſal.112.ve:3.

A templo tuo quod eſt in Ieruſalem : tibi offerent reges.pſal.67.ve.32.

A voce exprobrantis & obloquctis : à facie inimici & perſequentis.pſal.43.ve.18.

A voce gemitus mei : adhæſit os meum carni meæ. pſal.101.ve.6.

Ab. Ab altitudine diei timebo : ego vero in te ſperabo. pſal.55.ve.3.

Ab increpatione tua domine:ab inſpiratione ſpiritus iræ tuæ.pſal.17.ve.18.

Ab increpatione tua Deus Iacob:dormitauerũt qui aſcenderunt equos.pſal.75.ve.6.

Ab increpatione tua fugient:à voce tonitrui tui formidabunt.pſal.103.ve.8.

Abyſſus abyſſum inuocat:in voce cataractarũ tuarum pſal.41.ve.9.

Abyſſus ſicut veſtimentum amictus eius: ſuper mõtes ſtabunt aquę.pſal.103 .ve.7.

Ab omnibus iniquitatibus erue me: opprobrium inſipienti dediſti me.pſal.38.ve.12.

Ab omni via mala prohibui pedes meos : vt cuſtodiam verba tua.pſal.118.octo.13.ve.5.

Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ:à conturbatione.pſal.30.ve.25.

Ac. Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus. pſa.63.ve.7.

Accedite ad eũ & illuminamini:& facies veſtræ nõ confundentur.pſal.33.ve:5.

Accingere gladio tuo ſuper femur tuum:potentiſſime.ſal.44.ve. 4.

Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes ; venenum aſpidum.pſa.139.ve.3.

Ad alligandos reges eorum in compedibus:& nobiles eorum in manicis.pſal.149.ver.8. Ad.

Ad annuntiandum mane miſericordiam tuam : & veritatem tuam.pſal.91.ve.2.

Ad dominum cum tribularer clamaui:& exaudiuit me.pſal.119.ve.1.

Ad faciendam vindictam in nationibus:increpationes in populis.pſal.149.ve.7.

Adhæſit pauimento anima mea:viuifica me ſecundum.pſal.118.octo.4.ve.1.

Adhæſi teſtimonijs tuis domine: noli me confundere.pſal.118.octo.4.ve.7.

Adhæreat lingua mea faucibus meis : ſi nõ meminero tui. pſal.136.ver.7.

Adhuc eſcę eorum erant in ore ipſorum: & ira Dei aſcendit.pſa.77.ve.34.

Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi ; & bene pacientes erunt.pſal.91.ve.14.

Adijciat dominus ſuper vos: ſuper vos & ſuper omnes filios veſtros.pſal.113.ve.23.

Adiutor meus eſto domine ne derelinquas me neq; deſpicias me.pſal.26.ve.15.

Adiutor meus & protector meus tu es:Deus meus ne tardaueris.pſal.39.ve.24.

Adiutor meus tibi pſallã:quia Deus ſuſceptor meus es.pſal.58.ve.20.

Adiutor & liberator meus es tu:domine ne moreris.pſal.69.ve.7.

Adiutor & ſuſceptor meus es tu:& in verbum tuũ pſa.118.octo.15.ve,2.

Adiutorium noſtrũ in nomine domini:qui fecit cælum & terram.pſal.123.ve.8.

Adiuua nos Deus ſalutaris noſter:& propter gloriã nominis tui.pſal.78.ve.9.

Adiuua me domine Deus meus: ſaluum me fac ſecundum miſericordiam.pſal.108.ve.25.

Adiuua me & ſaluus ero:& meditabor in iuſtificationibus.pſa.118.octo.15.ve.5.

Ad ipſum ore meo clamaui : & exaltaui ſub lingua mea.pſal.65.ve.16.

Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus:timentes autem.pſal.14.ver.5.

Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum.pſal.57.ve.7.

Adoleſcentulus ſum ego & contentus: iuſtificationes tuas.pſa.118.octo.18.ve.5.

Adorate eum omnes angeli eius : audiuit & lętata eſt Sion.pſal.96.ve.8.

Ad te clamauerunt & ſalui facti ſunt: in te ſperauerunt.pſal.21.ve.5.

Ad te leuaui animam meam:Deus meus in te confido non erubeſcam.pſal.24.ve.1.

Ad te dñe clamabo Deus me⁹ ne ſileas à me:ne quãdo taceas à me.pſal.27.ve.1.

Ad te dñe clamabo: & ad Deum meũ deprecabor. pſal.29.ve.10.

Ad te leuaui oculos meos : qui habitas in cælis,

pſal.122.ve.1.
Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei : aduerſum me.pſal.40.ve.8.
Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta: & in me.pſal.68.ve.15.
Ad veſperum demorabitur fletus:&ad matutinum lætitia.pſal.29.ve.6.
Ad videndum in bonitate electorum tuorum:ad lętandum in.pſal.105.ve.5.
Aduocauit cælum de ſurſum:& terram diſcernere populum.pſal.49.ve.5.
Adducentur regi virgines poſt eam : proximę eius afferentur.pſal.44.ve.16.
Af. Afferte domino filij Dei : afferte domino filios arietum.pſal.28.ve.1.
Afferte domino gloriam & honorem:afferte domino gloriam.pſal.28.ve.2.
Afferte domino patriæ gentium : afferte domino gloriam & honorem.pſal.95.ve.7.
Afferentur in lætitia & exultatione: adducentnr in templum.pſal.44.ve.17.
Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu.pſal.37.ve.8.
Al. Alleuat dominus omnes qui corruunt:& erigit omnes eliſos.pſal.144.ve.15.
Alienati ſunt peccatores à vulua errauerunt ab vtero.pſal.57.ve.3.
Altaria tua domine virtutum : rex meus & Deus meus.pſal.83.ve.4.
Alluxerunt fulgura eius orbi terræ:vidit & commota eſt terra.pſal.96.ve.4.
Am. Amici mei & proximi mei aduerſum me appropinquauerunt.pſal.37.ve.11.
Amplius laua me ab iniquitate mea : & à peccato meo.pſal.50.ve.3.
Amputa opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum: quia:pſal.118.octo.5.ve.7.
An. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur:dies annorum noſtrorum.pſal.89.ve.10.
Animalia tua habitabunt in ea:paraſti in dulcedine tua.pſal.67.ve.11.
Animalia puſilla cum magnis: illic naues pertranſibunt.pſal.103.ve.27.
Anima eius in bonis demorabitur:& ſemen eius hęreditabit.pſal.24.ve.14.
Anima noſtra ſuſtinet dominum:quoniam adiutor & protector noſter eſt.pſal.32.ve.20
Anima autem mea exultabit in domino:& delectabitur ſuper.pſal.34.ve.10.
Anima mea in manibus meis ſemper : & legem tuã non ſum.pſal.118.octo.14.ve.5.
Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium.pſal.123.ve.6.
Anticipauerunt vigilias oculi mei:turbatus ſum & non ſum.pſal.76.ve.4.
Annuntiabitur domino generatio ventura : & annuntiabunt cæli.pſal.21.ve.34.
Annuntiate inter gentes gloriã eius:in omnibus populis mirabilia.pſal.95.ve.3.
Annuntiaui & loquutus ſum multiplicati ſunt ſuper numerum.pſal.39.ve.8.
Annuntiaui iuſtitiam tuam in eccleſia magna ecce labia mea.pſal.39.ve.12.
Annuntiauerunt cæli iuſtitiam eius:& viderũt omnes populi gloriam.pſal.96.ve.6.
Ap. Aperiã in parabolis os meum:loquar.pſal.77.ve.2.
Aperis tu manum tuam : & imples omne animal benedictione.pſal.144.ve.17.
Aperite mihi portas iuſtitiæ & ingreſſus in eas confitebor domino.pſal.117.ve.19.
Aperta eſt terra & deglutiuit Datham : & operuit ſuper.pſal.105.ve.18.
Aperuerunt ſuper me os ſuum: ſicut leo rapiens & rugiens.pſal.21.ve.13.
Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum : & non intrent.pſal.68.ve.32.
Apprehende arma & ſcutum:& exurge in adiutorium mihi.pſal.34.ve.2.
Apprehendite diſciplinã ne quando iraſcatur dominus:& pereatis de via.pſal.2.ve.12.
Appropinquauerunt perſequentes me iniquitati: à lege autem.pſal.118.octo.19.ve.6.
Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo: iuxta eloquium.pſal.118.octo.22.ve.1.
Apud dominum greſſus hominis dirigentur: & viã eius volet.pſal.36.ve.24.
Apud me oratio Deo vitæ meæ:dicam Deo ſuſceptor meus es.pſal.41.ve.12.
Apud te laus mea in eccleſia magna:vota mea reddam pſal.21.ve.27.
Arcum conteret & confringet arma: & ſcuta comburet igni.pſal.45.ve.9. Ar.
Aruit tanquam teſta virtus mea:& lingua mea adhæſit.pſal.21.ve.16.
Aſcendit fumus in ira eius:& ignis à facie eius exarſit.pſal.17.ve.10. Aſ.
Aſcendit Deus in iubilo : & dominus in voce tubę.pſal.46.ve.5.
Aſcendiſti in altum cepiſti captiuitatem : accepiſti dona in hominibus.pſal.67.ve.19.
Aſcendunt montes & deſcendunt campi:in locum quem fundaſti.pſal.103.ve.9.
Aſcendunt vſque ad cælos,& deſcendunt vſque ad abyſſos.pſal.106.ve.26.
Aſperges me domine hyſſopo & mũdabor: lauabis me & ſuper.pſal.50.ve.9.
Aſpice in me & miſerere mei : ſecundum iudicium diligentium.pſal.118.octo.17.ve.4.
Aſtiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum.pſal.2.ve.2.
Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato:circundata.pſal.44.ve.11.
Attendite popule meus legem meam: inclinate aurem veſtram.pſal.77.ve.1. At.
Attollite portas principes veſtras & eleuamini portę æternales.pſal.23.ve.7.
Attollite portas principes veſtras.& eleuamini porte æternales.pſal.23.ve.9.
Audiam quid loquatur in me dominus Deus: quoniam loquetur pacem.pſa.84.ve.8. Au.
Audient verba mea quoniam potuerunt : ſicut craſſitudo terræ.pſal.140.ve.8.
Audi filia &vide:& inclina aurem tuam:& obliuiſcere.pſal.44.ve.12.
Audi populus meus & loquar:Iſrael & teſtificabor tibi.pſal.49.ve.8.
Audi populus meus & conteſtabor te : Iſrael ſi audieris me.pſal.80.ve.8.
Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te.pſal.142.ve.9.
Audite hæc omnes gentes : auribus percipite omnes qui habitatis orbem.pſal.48.ve.1.





Auditui meo dabis gaudium & lætitiam: & exultabunt oſſa.pſal.50.ve.9.
Audiuit dominus & miſertus eſt mei : dominus factus eſt.pſal.29.ve.13.
Audiuit & ſpreuit:& ad nihilum redegit valde Iſrael.pſal.77.ve.65.
Auertantur retrorſum & confundantur: cogitantes mihi mala.pſal.34.ve.5.
Auertantur retrorſum & erubeſcant : qui volunt mihi mala.pſa.69.ve.3.
Auertantur ſtatim erubeſcentes : qui dicunt mihi euge euge.pſal.69.ve.4.
Auerte faciem tuam à peccatis meis:& omnes iniquitates meas.pſal.50.ve.10.
Auerte mala inimicis meis : & in voluntate tua diſperde illos.pſal.53.ve.5.
Auerte oculos meos ne videam vanitatem : in via tua.pſal.118.octo.5.ve.5.
Auertente autem te faciem turbabuntur : auferes ſpiritum eorum.pſal.103.ve.30.
Auertiſti faciem tuam à me:& factus ſum conturbatus.pſal.29.ve.9.
Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros : & qui oderunt nos.pſal.43.ve.12.
Auertiſti teſtamentum ſerui tui : profanaſti in terra ſanctuarium.pſal.88.ve.37.
Auertiſti adiutorium gladij eius:& non es auxiliatus ei in bello.pſal.88.ve.42.
Aufer à me opprobrium & contemptum: quia teſtimonia tua.pſal.118.octo.3.ve.6.
Auferentur iudicia tua à facie eius : omnium inimicorum.pſal.9.ve.27.
Aures habent & non audient : nares habent & nõ odorabunt.pſal.113.ve.14.
Aures habent & non audiẽt:nec enim eſt ſpiritus in ore.pſal.134.ve.17.
Auribus percipe orationem meam non in labijs doloſis.pſal.16.ve.2.
Auribus percipe domine orationem meam: & intẽde voci deprecationis.pſal.85.ve.5.
Aut in finem miſericordiam ſuam abſcidet:à generatione in.pſal.76.ve.8.
Aut obliuiſcetur miſereri Deus : aut continebit in ira miſericordias.pſal.76.ve.9.
Auxilium meum à domino : qui fecit cælum & terram.pſal.120.ve.2.

# B.

Bea. BEata gens cuius eſt dominus Deus eius: populus quem elegit in.pſal.32.ve.12.
Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates : & quorum tecta ſunt.pſal.31.ve.1.
Beati qui habitant in domo tua domine : in ſecula ſeculorum.pſal.83.ve.5.
Beati qui cuſtodiũt iudicium & faciũt iuſtitiam: in omni.pſa.105.ve.3.
Beati immaculati in via qui ambulant in lege dñi. pſal.118.octo.1.ve.1.
Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius:in toto corde. pſal.118.octo.1.ve.2.
Beati omnes qui timent dominum:qui ambulant in vijs eius.pſal.127.ve.1.
Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt:beatus populus.pſal.143.ve.18.
Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius , ſpes eius in domino Deo ipſius.pſal.145.ve.4.
Beatus homo quem tu erudieris domine:& de lege tua docueris.pſal.93.ve.12.
Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti: habitabit in atrijs tuis.pſal.64.ve.4.
Beatus qui tenebit: & allidet paruulos ſuos ad petram.pſal.136.ve.12.
Beatus vir qui non abijt in conſilio impiorum & in via peccatorum.pſal.1.ve.1.
Beatus vir qui intelligit ſuper egenum & pauperẽ: in die.pſal.40.ve.1.
Beatus vir qui timet dominum:& in mandatis eius cupit nimis. pſal.111.ve.1.
Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur.pſa.126.ve.6.
Beatus vir cui non imputauit dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu.pſal.31.ve.2.
Beatus vir cuius eſt nomen domini ſpes eius: & nõ reſpexit in.pſal.39.ve.6.
Beatus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo.pſal.83.ve.6.
Benedic anima mea domino : & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius,pſal.102.ve.1. Benc.
Benedic anima mea domino:& noli obliuiſci omnes retributiones eius.pſal.102.ve.2.
Benedic anima mea domino: domine Deus magnificatus es vehementer.pſal.103.ve.1.
Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum: inſuper & vſque.pſal.15.ve.7.
Benedicam dominum in omni tempore : ſemper laus eius in ore meo.pſal.33.ve.1.
Benedicat nos Deus , Deus noſter benedicat nos Deus:& metuant eum.pſa.66.ve.6.
Benedicat tibi dominus ex Sion & videas bona Ieruſalem:omnibus.pſal.127.ve.6.
Benedicat te dominus ex Sion : qui fecit cælum & terram.pſal.133.ve.4.
Benedices coronæ anni benignitatis tuæ : & campi tui.pſal.64.ve.12.
Benedicite gentes Deum noſtrum: & auditam facite vocem laudis.pſal.65.ve.7.
Benedicite domino omnes angeli eius : potentes virtute facientes.pſal.102.ve.20.
Benedicite domino omnes virtutes eius : miniſtri eius qui facitis voluntatem.pſal.102.ve.21.
Benedicite domino omnia opera eius : in omni loco dominationis eius.pſal.102.ve.22.
Benedicti vos à domino:qui fecit cælum & terram. pſal.113.ve.24.
Benedictus Deus : qui non amouit orationem meam & miſericordiam.pſal.65.ve.19.
Benedictus dominus : quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.pſal.27.ve.8.
Benedictus dominus die quotidie : proſperum iter faciet nobis Deus.pſal.67.ve.21.
Benedictus dominus Deus Iſrael:qui facit mirabilia ſolus.pſal.71.ve.19.
Benedictus dominus in æternum: fiat fiat. pſal. 88. ver.51.
Benedictus dominus Deus Iſrael: à ſeculo & vſque in ſeculum.pſal.105.ve.47.
Benedictus dominus : qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.pſal.123.ve.5.
Benedictus dominus ex Sion : qui habitat in Ieruſalem.pſal.134.ve.21.



UNIV...

Benedictus dominus Deus meus qui docet manus meas ad prelium.pſal.143.ve.1.
Benedictus dominus quoniam magnificauit miſericordiam ſuam pſal.30.ve.27.
Benedictus dominus Deus Iſrael:à ſeculo & in ſeculum fiat fiat.pſal.40.ve.14.
Benedictus es domine : doce me iuſtificationes. pſal.118.octo.2.ve.4.
Benediximus vobis de domo domini : Deus dominus & illuxit nobis.pſal.117.ve.25.
Benedixiſti domine terram tuam:auertiſti captiuitatem Iacob.pſal.84.ve.1.
Benedixit domui Iſrael : benedixit domui Aaron. pſal.113.ve.21.
Benedixit omnibus qui timent dominum: puſillis cum maioribus.pſal.113.ve.22.
Bene fac domine ; bonis & rectis corde. pſal.124. ve.4.
Beneplacitum eſt domino ſuper timentes eum : & in eis qui.pſal.146.ve.12.
Benigne fac in bona voluntate tua Sion : vt ædificentur.pſal.50.ve.19.
Beſtię & vniuerſa pecora : ſerpentes & volucres pennatę.pſal.148.ve.10.
Bonum. Bonitatem feciſti cum ſeruo tuo domine : ſecundum verbum tuum.pſal.118.octo.9.ve.1.
Bonitatem & diſciplinam & ſcientiam doce me: quia in.pſal.118.octo.9.ve.2.
Bonum eſt confiteri domino : & pſallere nomini tuo altiſsime.pſal.91.ve.1.
Bonum eſt confidere in domino : quam ſperare in homine.pſal.117.ve.8.
Bonum eſt ſperare in domino:quã ſperare in principibus.pſal.117.ve.9.
Bonum mihi quia humiliaſti me vt diſcam iuſtificationes tuas.pſal.118.octo.9.ve.7.
Bonum mihi lex oris tui:ſuper millia auri & argenti.pſal.118.octo.9.ve.8.
Bonus es tu:& in bonitate tua doce me iuſtificationes.pſal.118.octo.9.ve.4.
Buccinate in neomenia tuba:in inſigni die ſolennitatis veſtrę.pſal.80.ve.3.

# C.

Cad. CAdent à latere tuo mille , & decem millia à dextris tuis.pſal.90.ve.7.
Cadent ſuper eos carbones, in ignem deijcies eos.pſal.139.ve.11.
Cadent in retiaculo eius peccatores : ſingulariter ſum ego.pſal.140.ve.10.
Cal. Calicem ſalutaris accipiam:& nomen domini inuocabo.pſal.115.ve.4.
Can. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ : in loco. pſal.118.octo.7.ve.6.
Cantabo domino in vita mea : pſallam Deo meo quandiu ſum.pſal.103.ve.34.
Cantate Deo,pſalmum dicite nomini eius : iter facite ei.pſal.67.ve.4.
Cantate domino canticum nouum: cantate domino omnis terra.pſal.95.ve.1.
Cantate domino & benedicite nomini eius: annuntiate de die.pſal.95.ve.2.
Cantate domino canticum nouum : quia mirabilia fecit.pſal.97.ve.1.
Cantate domino canticum nouum : laus eius in eccleſia ſanctorum.pſal.149.ve.1.
Cantate ei canticum nouum:bene pſallite ei in vociferatione.pſal.32.ve.3.
Cantate ei & pſallite ei : narrate omnia mirabilia eius.pſal.104.ve.3.
Captabunt in animam iuſti:& ſanguinem innocentem.pſal.93.ve.21. Cap.
Caput circuitus eorum ; labor labiorum ipſorum operuit eos.pſal.139.ve.10.
Caſtigans caſtigauit me dominus:& morti non tradidit me.pſal.117.ve.18. Caſ.
Catuli leonum rugientes : vt rapiant & quærant à Deo.pſal.103.ve.22. Cat.
Cæli enarrant gloriam Dei : & opera manuum eius annuntiat.pſal.18.ve.1. Cæ.
Cælum cæli domino : terram autem dedit filijs hominum.pſal.113.ve.25.
Cibabis nos pane lachrymarum:& potum dabis nobis.pſal.79.ve.6. Ci.
Cibauit eos ex adipe frumenti : & de petra melle. pſal.80.ve.15.
Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis.pſal.26.ve.11. Cir.
Circundate Sion & complectimini eam : narrate in turribus.pſal.47.ve.11.
Circundantes circundederunt me : & in nomine domini quia vltus ſum.pſal.117.ve.11.
Circundederunt me dolores mortis : & torrentes iniquitatis.pſal.17.ve.5.
Circundederunt me vituli multi:tauri pingues obſederunt me.pſal.21.ve.12.
Circundederunt me ſicut aqua:tota die circundederunt me.pſal.87.ve.18.
Circundederunt me dolores mortis:& pericula inferni.pſal.114.ve.3.
Circundederunt me ſicut apes: & exarſerunt ſicut ignis in.pſal.117.ve.12.
Cito fecerunt obliti ſunt operum eius: & non ſuſtinuerunt.pſal.105.ve.14. Cit.
Clamabo per diem & non exaudies : & nocte & non ad inſipientiam.pſal.21.ve.2. Cla.
Clamabo ad Deum altiſsimum:Deum qui benefecit mihi. pſal.56.ve.3.
Clamauerunt nec erat qui ſaluos faceret: ad dominum.pſal.17.ve.45.
Clamauerunt iuſti & dominus exaudiuit eos:& ex omnibus.pſal.33.ve.17.
Clamaui ad te domine:tota die expandi ad te manus meas.pſal.87.ve.10.
Clamaui in toto corde exaudi me domine:iuſtificationes.pſal.118.octo.19.ve.1.
Clamaui ad te ſaluum me fac vt cuſtodiam mandata.pſal.118.octo.19.ve.2.
Clamaui ad te domine dixi tu es ſpes mea : portio mea in.pſal.141.ve.7.
Clamauit ad me & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione.pſal.90.ve.15.
Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum : ego vero legem tuam.pſal.118.octo.9.ve.6. Coa.
Cogitauerunt & loquuti ſunt nequitiam:iniquitatem.pſal.72.ve.8. Cog.
Cogitaui dies antiquos:& annos æternos in mente habui.pſal.76.ve.5:
Cogitaui vias meas:& conuerti pedes meos in teſtimonia tua.pſal.118.octo.8.ve.3.

Cog.



Cognoſcetur dominus iudicia faciens : in operibus manuum ſuarum.pſal.9.ve.17.
Cognoui omnia volatilia cæli : & pulchritudo agri mecum eſt.pſal.49.ve.12.
Cognoui domine quia æquitas iudicia tua : & in veritate tua.pſal.118.octo.10.ve.3.
Cognoui quia faciet dominus iudicium inopis : & vindictam pauperum.pſal.139.ve.13.
Coll. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi : & anxiatus eſt.pſal.142.ve.4.
Com. Commota eſt & contremuit terra fundamenta montium conturbata.pſal.17.ve.9.
Complaceat tibi domine vt eruas me : domine ad adiuuandum me.pſal.39.ve.18.
Commoueatur a facie eius vniuerſa terra; dicite in gentibus quia.pſal.95.ve.9.
Commouiſti terram & conturbaſti eam: ſana contritiones eius.pſal.59.ve.2.
Conc. Concaluit cor meum intra me : & in meditatione mea exardeſcet.pſal.38.ve,4.
Conculcauerunt me inimici mei tota die:quoniam multi bellantes.pſal.55.ve.2.
Concupiui ſalutare tuum domine : & lex tua meditatio mea eſt.pſal.118.octo.22.ve.6.
Concupiuit anima mea deſiderare iuſtificationes tuas:in omni.pſal.118.octo.3.ve.4.
Confe. Confeſsio & pulchritudo in conſpectu eius: ſanctimonia &.pſal.95.ve.6.
Confeſsio & magnificentia opus eius;& iuſtitia eius manet.pſal.110.ve.3.
Confeſsio eius ſuper cælum & terram;& exaltauit cornu populi.pſal.148.ve.13.
Confeſsionem & decorem induiſti: amictus lumine ſicut veſtimento.pſal.103.ve.2.
Confige timore tuo carnes meas : à iudicijs enim tuis timui.pſal:118.octo.15.ve.8.
Confiteantur tibi populi Deus:confiteantur tibi populi omnes.pſal.66.ve.3.
Confiteantur tibi populi Deus , confiteantur tibi populi omnes:terra.pſal.66.ve.5.
Confiteantur nomini tuo magno : quoniam terribile & ſanctum eſt.pſal.98.ve.3.
Confiteantur domino miſericordiæ eius : & mirabilia eius filijs hominum.pſal.106.ve.15.
Confiteantur domino miſericordiæ eius : & mirabilia eius filijs hominum.pſal.106.ve.15.
Confiteantur domino miſericordiæ eius : & mirabilia eius filijs hominum.pſal.106.ve.21.
Confiteantur domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.pſal.106.ve.31.
Confiteantur tibi domine omnes reges terræ ; quia audierunt omnia verba.pſal.137.ve.5.
Confiteantur tibi domine omnia opera tua: & ſancti tui benedicant tibi.pſal.144.ve.10.
Confitebimur tibi Deus confitebimur & inuocabimus nomen tuum.pſal.74.ve.1.
Confitebor domino ſecundum iuſtitiam eius : & pſallam nomini.pſal.7.ve.18.
Confitebor tibi domine in toto corde meo : narrabo omnia mirabilia.pſal.9.ve.1.
Confitebor tibi in eccleſia magna: in populo graui laudabo te.pſal.34.ve.21.
Confitebor tibi in cithara Deus,Deus meus: quare triſtis es anima mea.pſal.42.ve.5.
Confitebor tibi quia feciſti : & expectabo nomen tuum quoniam bonum eſt.pſal.51.ve.9.
Confitebor tibi in populis domine: & pſalmum dicam tibi.pſal.56.ve.12.
Confitebor tibi domine Deus meus in toto corde meo:& glorificabo.pſal.85.ve.11.
Confitebor tibi in populis domine : & pſallam tibi in nationibus.pſal.107.ve.3.
Confitebor domino nimis in ore meo: & in medio multorum.pſal.108.ve.29.
Confitebor tibi domine in toto corde meo:in conſilio iuſtorum &.pſal.110.ve.1.
Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem.pſal.117.ve.20.
Confitebor tibi quoniam exaudiſti me:& factus es mihi in ſalutem.pſal.117.ve.28.
Confitebor tibi in directione cordis ; in eo q̃ didici iudicia.pſal.118.octo.1.ve.7.
Confitebor tibi domine in toto corde meo: quoniã audiſti verba oris mei.pſal.137.ve.1.
Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua.pſal.138.ve.13.
Confitebuntur cæli mirabilia tua domine : etenim veritatem tuam.pſal.88.ve.6.
Confitemini domino in cithara: in pſalterio decem chordarum.pſal.32.ve.2.
Confitemini domino & inuocate nomen eius : annuntiate inter gentes.pſal.104.ve.1.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.pſal.105.ve.1.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.pſal.106.ve.1.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.pſal.117.ve.1.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.pſal.117.ve.29.
Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.pſal.135.ve.1
Confitemini Deo deorum:quoniã &c.pſal.15.ve.2.
Confitemini dño dominorum:qm̃ &c.pſa. 135.ve.3.
Confitemini Deo cæli:quoniam &c. pſal.135.ve.26.
Confitemini domino dominorum : quoniam in æternum miſericordia eius.pſal.135.ve.27.
Confortati ſunt qui perſequuti ſunt me inimici mei iniuſte.pſal.68.ve.6.
Confringam illos nec poterunt ſtare : cadent ſubtus.pſal.17.ve.42.
Confundantur omnes inique agentes : ſuperuacuæ.pſal.24.ve.3.
Confundantur & reuereantur quærentes animam meam.pſal.34.ve.4.
Confundantur & reuereantur ſimul : qui quærunt animam meam.pſal.39.ve.19.
Confundantur & reuereantur : qui quærunt animam.pſal.69.ve.2.
Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ.pſal.70.ve.14.
Confundantur omnes qui adorant ſculptilia : & qui gloriantur.pſal.96.ve.7.
Confundantur ſuperbi quia iniuſte fecerunt in me. pſal.118.octo.10.ve.6.
Congregans ſicut in vtre aquas maris : ponens in theſauris.pſal.32.ve.7. Cong.
Congregate illi ſanctos eius:qui ordinant teſtamẽtum eius.pſal.49.ve.6.
Sub vmbra vmbra alarum tuarum protege me: a facie impiorum.pſal.16.ve.10.
**Sumi.** Sumitte pſalmum & date tympanum : pſalterium iocundum.pſal.80.ve.2.
**Super a.** Super aquam refectionis educauit me:animã meã conuertit.pſal.22.ver.2.
Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis: & conculcabis leonem.pſal.90.ve.13.
**Super ea.** Super ea volucres cæli habitabunt:de medio petrarum dabunt.pſal.103.ve.13.
**Super flu.** Super flumina babylonis illic ſedimus & fleuimus: dum recordaremur.pſal.136.ve.1.
**Super in.** Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo.pſal 118.octo.13.ve.2.
**Super m.** Super me confirmatus eſt furor tuus: & omnes fluctus tuos.pſal.87.ve.7.
Super miſericordia tua & veritate tua:nequando dicant gentes.pſal.113.ve.16.
Super miſericordia tua & veritate tua: quoniam magnificaſti.pſal.137.ve.3.

**Super om.** Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium vicinis meis.pſal.30.ve.14.
Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia.pſal.118.octo.13.ve.3.
**Super po.** Super populum tuum malignauerunt conſilium: & cogitauerunt.pſal.82.ve.3.
**Super ſe.** Super ſenes intellexi: quia mandata tua quæſiui. pſal.118.octo.13.ve.4.
Superbi inique agebant vſquequaque: a lege autẽ tua.pſal.118.octo.7.ve.3.
Superbo oculo & inſatiabili corde: cum hoc non edebam.pſal.100.ve.7.
Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt.pſal.128.ve.3.
**Sur.** Surge domine iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.pſal.81.ve.8.
Surge domine in requiem tuam: tu & arca ſanctificationis tuæ.pſal.131.ve.8.
Surgentes teſtes iniqui: quæ ignorabam interrogabant me.pſal.34.ve.13.
**Suſ.** Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prędam: & ſicut catulus.pſal.16.ve.13.
Suſcepimus deus miſericordiam tuam: in medio tẽpli tui.pſal.47.ver.8.
Suſcepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniuſtitias.pſal.106.ve.17.
Suſcipe me ſecũdum eloquium tuum & viuã. pſal. 118.octo.15.ve.4.
Suſcipe ſeruum tuum in bonum: non calumniẽtur. pſal.118.octo.16.ve.2.
Suſcipiant montes pacem populo: & colles iuſtitiam.pſal.71.ver.3.
Suſcipiens manſuetos dominus: humilians autem peccatores.pſal.146.ve.6.
Suſcitans a terra inopem: & de ſtercore erigẽs pauperem.pſal.112.ve.6.
Suſtinuit anima mea in verbo eius; ſperauit anima mea in domino.pſal.129.ve.5.
TAbernacula eorũ in progenie & progenie. vocauerunt nomina.pſal.48.ve.11.
**Tab.** Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt verba tua.pſal.118.octo.18.ve.3.
**Tec.** Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum.pſal.109.ve.4.
**Tede.** Te decet hymnus deus in ſion: & tibi reddetur votum in hieruſalem.pſal.64.ve.1.
**Tem.** Tempus faciendi domine; diſſipauerunt legem tuã pſal.118.octo.16.ve.6.
**Ten.** Tenuiſti manum dexteram meam: & in voluntate tua.pſal.72.ver.23.
**Terra.** Terra mota eſt, etenim cæli diſtillauerunt a facie dei ſinai.pſal.67.ve.9.
Terram fructiferam in ſalſuginem: a malitia inhabitantium in.pſal.106.ve.34.
**Terri.** Terribili & ei qui aufert ſpiritum principum: terribili apud.pſal.75.ve.12.
**Termi.** Terminum poſuiſti quem non tranſgredientur: neque conuertentur.pſal.103.ve.10.
**Teſti.** Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: domum tuam.pſal.92.ve.7.
Teſtimonium in ioſeph poſuit illud: quum exiret de terra ęgypti.pſal.80.ver.5.
**Tibi.** Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu eris adiutor pſal.9.ver.38.
Tibi dixit cor meum, exquiſiuit te facies mea: faciem tuam.pſal.26.ver.13.
Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci: vt iuſtificeris in.pſal.50.ve.5.
**Time.** Timeat dominum omne ſemen iſrael: quoniã nõ ſpreuit neque deſpexit.pſal.21.ver.25.
Timeat dominum omnis terra: ab eo autem commoueãtur omnes inhabitantes.pſal.32.ver.8.
Timete dominum omnes ſancti eius: quoniam nõ eſt inopia timentibus eum.pſal.33.ver.9.
**Timor.** Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi: iudicia domini.pſal.18.ve.10.
Timor & tremor venerunt ſuper me: & contexerunt me.pſal. 54.ve.5.
**Tolli.** Tollite hoſtias & introite in atria eius: adorate dominum in atrio.pſal.95.ve.8.
**Torren.** Torrentem pertranſiuit anima noſtra, forſitam pertranſiſſet anima noſtra.pſal.123.ve.4.
**Tota.** Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me.pſal.101.ve.9.
Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua: ſicut. pſalm.51.ver.2.
Tota die miſeretur & cõmodat: & ſemẽ.pſ.36.v.27
Tota die verba mea execrabantur: aduerſum me omnes.pſal.55.ve.5.
Tota die verecundia mea contra me eſt: & confuſio faciei meæ.pſal,43.ve.17.
**Tu autem** Tu autem domine ſuſceptor meus es: gloria mea & exaltans caput meum.pſal.3.ve.3.
Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum a me: ad defenſionem.pſal.21.ve.20.
Tu autẽ domine ne longe facias miſerationes tuas a me.pſal.39.ve.15.
Tu autem domine miſerere mei & reſuſcita me: & retribuam eis.pſal.40.ve.11.
Tu autem in ſancto habitas: laus iſrael.pſ.21.ver.3.
Tu autem domine in æternum permanes: & memoriale tuum in.pſal.101.ver.13.
**Tu con.** Tu confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita.pſal.73.ve.14.
Tu confregiſti capita draconis: dediſti eum eſcã populis.pſal.73.ve.15.
**Tu di.** Tu dirupiſti fontes & torrentes: tu ſiccaſti fluuios ętham.pſal.73.ve.16.
**Tu do.** Tu dominaris poteſtati maris: motum autem fluctuum eius tu.pſal.88.ve.10.
Tu domine ſeruabis nos a generatione hac: in ęternum.pſal.11.ve.8.
**Tu es.** Tu es refugium meum a tribulatione quæ circundedit me.pſal.13.ve.9.
Tu es ipſe rex meus & deus meus: qui mandas ſalutes iacob.pſal.43.ve.6.
**Tu ex.** Tu exurgens domine miſereberis ſion: quia venit tempus miſerendi.pſal.101.ve.14.
**Tu fe.** Tu feciſti omnes terminos terrę: ęſtatem & ver tu pſalmaſti ea.pſal.73.ve.18.
**Tu hu.** Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuperbum: in brachio virtutis.pſal.88.ve.11.
**Tu man.** Tu mandaſti: mandata tua cuſtodiri nimis. pſalm. 118.octo.1.ve.4.
**Tu pa.** Tu paraſti directiones: iudicium & iuſtitiam in iacob tu feciſti.pſal.98.ve.4.
**Tu ſcis.** Tu ſcis improperium meum & confuſionem meã: reuerentiam.pſal.68.ve.23.
Tu terribilis es & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua. pſal.75.ver.7.
**Tu vero.** Tu vero deus deduces eos in puteum interitus. pſal.54.ver.26.





Tu vero homo vnanimis: dux meus & notus meus.pſal.54.ve.14.
Tu vero odiſti diſciplinam: & proieciſti ſermones meos.pſal.49.ve.18.
Tu vero repuliſti & deſtruxiſti: diſtuliſti chriſtum tuum.pſal.88.ve.37.
**Tunc.** Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitię oblationes & holocauſta.pſal.50.ve.20.
Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis.pſal.125.ve.3.
Tunc exultabunt omnia ligna ſiluarum a facie domini quia venit.pſal.95.ve.12.
Tunc loquetur ad eos in ira ſua; & in furore ſuo conturbabit.pſal.2.ve.5.
Tunc loquutus es in viſione ſanctis tuis: & dixiſti, poſui adiutorium.pſal.86.ver.19.
Tunc non confundar: quum perſpexero in omnibus mandatis tuis.pſal.118.octo.1.ve.6.
Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum: & linguã noſtra exultatione.pſal.125.ve.2.
**Tur.** Turbati ſunt ſicut ebrius: & omnis ſapientia eorũ deuorata eſt.pſal.106.ve.27.
Turbabuntur gentes & timebunt: qui habitant terminos.pſal.64.ve.8.
Turbatus eſt a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.pſal.6.ve.7.
**Tui.** Tui ſunt cæli & tua eſt terra: orbem terræ & plenitudinem eius. pſal.88.ve.12.
Tuus eſt dies & tua eſt nox: tu fabricatus es auroram.pſal.73.ve.17.
Tuus ſum ego ſaluum me fac: quoniam iuſtificationes tuas non.pſal.118.octo.12.ve.6.
**Thabor.** Thabor & hermon in tuo nomine exultabunt: tuũ brachium.pſal.88.ve.13.
**The.** Theſaurizat & ignorat cui congregabit ea.pſalm. 38.ver.1.
**Tra.** Traditus ſum & nõ egrediebar: oculi mei languerunt prę.pſal.87.ve.9.
Tranſiuimus per ignem & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium.pſal.65.ver.11.
Tranſtulit auſtrum de cælo: & induxit in virtute ſua aphricum.pſal.77.ve.30.
Tribuat tibi ſecundum cor tuum: & omne conſiliũ tuum confirmet.pſal.19.ve.4.
Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua.pſal.118.octo.18.ve.7.
Tribulationem & dolorem inueni: & nomen domini inuocaui pſal.114.ve.4.
Tribulationes cordis mei multiplicatę ſunt: de neceſſitatibus.pſal.24.ve.18.
**Va.** VAcate & videte quoniam ego ſum deus: exaltabor in gentibus.pſal.45.ve.10.
Vana loquuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum.pſal.11.ve.2.
Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam.pſal.126.ve.3.
**Vbi.** Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ domine: ſicut iuraſti Dauid.pſal.88. ve.48.
Vbi tentauerunt me patres veſtri: probauerunt & viderunt.pſal.94.ve.10.
**Vel.** Velociter exaudi me domine: defecit ſpiritus meus pſal.142.ve.7.
Velut ſomnium ſomnium ſurgentium domine; in ciuitate tua.pſal.72.ve.20.
**Veni.** Veni in altitudinem maris: & tempeſtas demerſit me.pſal.68.ve.3.
Veniat illi laqueus quem ignorat: & captio quam abſcondit.pſal.34.ve.9.
Veniat mors ſuper illos: & deſcendant in infernũ viuentes.pſal.54.ve.16.
Veniant mihi miſerationes tuæ & viuam: quia lex tua.pſal.118.octo.10.ve.5.
Venientes autem venient cum exultatione: portãtes.pſal.125.ve.8.
Venite audite & narrabo omnes qui timetis deũ: quanta.pſal.65.ve.15.
Venite adoremus & procidamus & ploremus ante dominum qui.pſal.94.ve.6.
Venite & videte opera domini quæ poſuit prodigia ſuper.pſal.45.ve.8.
Venite & videte opera dei terribilis in conſilijs ſuper.pſal.65.ve. 4.
Venite exultemus domino: iubilemus deo ſalutari noſtro.pſal.94.ve.1.
Venite filij audite me: timorem domini docebo vos pſal.33.ver.11.
**Vendi.** Vendidiſti populum tuum ſine pretio: & non fuit multitudo.pſal.43.ve.14.
**Verba.** Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meum.pſal.5.ve.1.
Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt.pſal.35.ve.3.
Verba iniquorum pręualuerunt ſuper nos: & impietatibus.pſal.64.ver.3.
Verbo domini cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus.pſal.32.ve.6.
Verbum iniquũ conſtituerunt aduerſum me: nunqui qui.pſal.40.ve.9.
**Veri.** Veritas de terra orta eſt: & iuſtitia de cælo proſpexit.pſal.84.ve.12.
**Verũtã de** Veruntamen deo ſubiecta eſto anima mea: quoniã ab ipſo patientia.pſal.61.ver.5.
Veruntamen deus redimet animam meam: de manu inferni.pſal.48.ve.16.
Veruntamen deus confringet capita inimicorum ſuorum: &.pſal.67.ve.23.
**Veruntñ.i.** Veruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt.pſal.139.ve.14.
Veruntamen in diluuio aquarum multarum. pſal. 31.ve.8.
Veruntamen in imagine pertranſit homo: ſed & fruſtra.pſal.38.ve.9.
**Verũtñ o.** Veruntamen oculis tuis conſiderabis: & retributionem.pſal 90.ve.8.
**Verũtñ. p.** Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere.pſal.61.ve.4.
Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius. pſal.84.ver.10.
Veruntamen propter dolos poſuiſti eis: deieciſti eos dum.pſal.72.ve.18.
**Verũtñ.va** Veruntamen vani filij hominum: mendaces filij hominum in.pſal.61.ve.9.
**verũtñ.vni** Veruntamen vniuerſa vanitas omnis homo viuẽs. pſal.38.ver. 8.
**Veſpere.** Veſpere & mane & meridie narrabo & annunciabo.pſal.54.ver.19.
**Viam.** Viam fecit ſemitę irę ſuæ: & non pepercit a morte animabus.pſal.77.ve.55.
Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me: & exercebor in.pſal.118.octo.4.ve.3.
Viam iniquitatis amoue a me: & de lege tua miſerere.pſal.118.octo.4.ve.5.

Viam mandatorum tuorum cucurri: quum dilataſti cor meum.pſal.118.octo.4.ve.8.
Viam veritatis elegi:& iudicia tua nō ſum oblitus. pſal.118.octo.4.ve.6.
Vias meas enunciaui & exaudiſti me:doce me iuſtificationes.pſal.118.octo.4.ve.2.
Vias tuas domine demonſtra mihi: & ſemitas tuas edoce me.pſal.24.ve.4.
Vide humilitatem meam & laborem meum:& dimitte.pſal.24.ve.19.
**Vida.** Vide humilitatem meam & eripe me : quia legem tuam.pſal.118.octo.20.ve.1.
Vide quoniam mandata tua dilexi domine:in miſericordia.pſal.118.octo.20.ve.7.
Videant pauperes & lętentur:quęrite dominum & viuet anima veſtra.pſal.68.ve.37.
Videbunt multi & timebunt:& ſperabunt in domino.pſal.39.ve.5.
Videbunt iuſti & timebunt & ſuper eum ridebūt. pſal.51.ver.6.
Videbunt recti & lætabuntur ; & omnis iniquitas oppilabit.pſal.106.ve.42.
Viderunt ingreſſus tuos deus:ingreſſus dei mei regis mei qui eſt.pſal.67.ve.26.
Viderunt te aquę deus viderunt te aquę & timuerunt:&.pſal.76.ve.15.
Viderunt omnes fines terræ : ſalutare dei noſtri. pſal.97.ver.5.
Vides quoniam tu laborem & dolorem cōſideras: vt tradas.pſal.9.ve.37.
**Vidi.** Vidi impium ſuper exaltatum & eleuatum ſicut cedros libani.pſal.36.ve.37.
Vidi preuaricantes & tabeſcebam : quia eloquia tua.pſal 118.octo.20 ve.6.
Vidiſti domine ne ſileas: domine ne diſcedas a me. pſal.34.ver.26.
**Vidu.** Viduam & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.pſal.93.ve.6.
Viduam eius benedicēs benedicam:pauperes eius ſaturabo pſal.131 ve.16.
**Vigi.** Vigilaui,& factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.pſal.101.ve.8.
**Vin.** Vineam de ægypto tranſtuliſti : eieciſti gentes & plantaſti eam.pſal.79.ve.9.
**Vir.** Vir inſipiens non cognoſcet:& ſtultus non intelliget hæc.pſal.91.ve.6.
Vir linguoſus non dirigetur in terra: virum iniuſtum mala.pſal 139.ve.12.
Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos.pſal.54.ve.27.
Virum ſanguinum & doloſum abominabitur dominus.pſal.5.ve.7.
Virga tua & baculus tuus;ipſa me conſolata ſunt. pſal.22.ver.5.
Virgam virtutis tuæ emittet dominus ex ſion: dominare in.pſal.109.ve.3.
Viriliter agite & confortetur cor veſtrum ; omnes qui ſperatis in pſal.30.ve.31.
Virtutem terribilium tuorum dicent:& magnitudinem tuam.pſal.144.ve.6.
**Viſi.** Viſitabo in virga iniquitates eorum:& in verberibus.pſal.88.ver.32.
Viſitaſti terram & inebriaſti eam ; multiplicaſti locupletare eam.pſal 64.ver.9.
**Vita.** Vitam petijt a te : & tribuiſti ei longitudinem dierum.pſal.20.ve.4.
Viuet anima mea & laudabit te:& iudicia tua. pſ. 118 octo.22.ve.7.
Viuit dominus,& benedictus deus meus:& exaltetur deus ſalutis meæ.pſal.17.ve.50.
**Voce.** Voce mea ad dominum clamaui : & exaudiuit me de monte ſancto ſuo.pſal.3.ve.4.
Voce mea ad dominum clamaui:voce mea ad deū & intendit mihi.pſal.76.ve.1.
Voce mea ad dominum clamaui:voce mea ad dominum deprecatus ſum.pſal.141.ve.1.
Vocem meam audi ſecundum miſericordiam tuā domine.pſal.118.octo.19.ve.5.
**Vola.** Volucres cæli & piſces maris:qui perambulant ſemitas.pſal.8.ver.8.
Voluntaria oris mei beneplacita fac domine:& iudicia.pſal.118.octo.14.ve.4.
Voluntarie ſacrificabo tibi : & confitebor nomini tuo domine.pſal.53.ver.6.
Voluntatem timentium ſe faciet : & deprecationē eorum.pſal.144.ve.20.
**Vos.** Vos autem ſicut homines moriemini:& ſicut vnus de principibus.pſal.81.ver.7.
**Vota.** Vota mea domino reddam,corā omni populo eius precioſa in.pſal.115.ve.5.
Vota mea domino reddam,in conſpectu omnis populi eius:in atrijs.pſal.115.ve.8.
**Voue.** Vouete & reddite domino deo veſtro : omnes qui in circuitu eius.pſal.75.ve.11.
**Vox.** Vox domini in virtute:vox domini in magnificentia.pſal.28.ve.4.
Vox domini ſuper aquas deus maieſtatis intonuit: dominus ſuper.pſal.28.ve.3.
Vox domini confringentis cedros : & confringet dominus cedros.pſal.28.ve.5.
Vox domini intercidentis flāmam ignis: vox domini concutientis.pſal.28.ve.7.
Vox domini preparantis ceruos:& reuelabit condenſa.pſal.28.ve.8.
Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorū pſal.117.ver.15.
**Vltio.** Vltio ſanguinis ſeruorum tuorum qui effuſus eſt: introeat.pſal.78.ve.11.
**Vnam.** Vnam petij a domino hanc requiram:vt inhabitē. pſal.26.ver.7.
**Vni.** Vniuerſę vię domini miſericordia & veritas: requirentibus.pſal.24 ve.11.
**Vſq; quo.** Vſque quo deus improperabit inimicus:irritat aduerſarius.pſal.73.ve.11.
Vſque quo domine obliuiſceris me in finem: vſque quo.pſal.12.ve.1.
Vſque quo domine iraſceris in finem: accendetur velut ignis.pſal.78.ve.5.
Vſque quo domine auertis in finem : exardeſcet ſicut ignis.pſal.88.ve.45.
Vſque quo exaltabitur inimicus meus ſuper me:reſpice:pſal.12.ve 3.
Vſque quo iudicatis iniquitatem:& facies peccatorum.pſal.81.ve.2.
Vſque quo peccatores domine:vſque quo peccatores gloriabuntur?pſal.93.ve.3.
**Vt quid.** Vt quid deus repuliſti in finem:iratus eſt furor tuus.pſal.73.ver.1.
Vt quid domine receſsiſti lōge: deſpicis in opportunitatibus.pſal.9.ver.22.
Vt quid domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam.pſal.87.ver.15.

Vt



Vt quid auertis manum tuam de medio ſinu tuo in finem?pſal.73.ver.12.
Vt quid deſtruxiſti maceriam eius:& vindemiant eam omnes.pſal.79.ve.13.
**Vt annun.** Vt annuntiem omnes prędicationes tuas:in portis filiæ ſion.pſal.72.ve.28.
Vt annuntient in ſion nomen domini : & laudem eius in hieruſalem.pſal.101.ve.22.
**Vt audi.** Vt audiam vocem laudis tuæ:& enarrem vniuerſa.pſal.25.ve.7.
Vt audiret gemitus compeditorum: & ſolueret filios interemptorum.pſal.101.ve.21.
Vt auerteret iram eius ne diſperderet eos : & pro nihilo.pſal.105.ve.24.
Vt cantet tibi gloria mea & non compungar: domine deus meus.pſal.29.ve.15.
Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus.pſal.66.ve.2.
Vt confiteamur nomini ſancto tuo:& gloriemur in laude tua pſal.105 .ve.46.
Vt cuſtodiant iuſtificationes eius:& legem eius exquirant.pſal.104.ve.44.
Vt collocet eum cum principibus:cum principibus populi ſui.pſal.112.ve.7.
Vt decipiant pauperem & inopem:vt trucident rectos corde.pſal.36.ve.15.
Vt det illis hæreditatem gentium : opera manuum eius veritas.pſal.110.ve.6.
Vt educas panem de terra : & vinum lętificet cor hominis.pſal.103.ve.16.
Vt eruat a morte animas eorum: & alas eos in fame.pſal.32.ver.19.
Vt erudiret principes eorum ſicut ſemetipſum : & ſenes eius.pſal.104.ver.21.
Vt exhilaret faciem eius in oleo:& panis cor hominis confirmet.pſal.103.ve.17.
Vt faciant in eis iudicium conſcriptum:gloria hæc eſt omnibus.pſal.149.ve.9.
Vt inhabitet gloria in terra noſtra miſericordia & veritas obuiauerunt.pſal.84.ve.11.
Vt intereant in ſeculum ſeculi:tu autem altiſſimus in æternum domine.pſal.91.ve.8.
Vt intingatur pes tuus in ſanguine : lingua canum tuorum.pſal.67.ver.25.
Vt iumentum factus ſum apud te : & ego ſemper tecum.pſal.72.ve.22.
Vt liberentur dilecti tui : ſaluum fac dextera tua. pſal.59.ve.15.
Vt liberentur dilecti tui:ſaluum fac dextera tua & pſal.107.ver.6.
Vt mitiges ei a diebus malis:donec fodiatur peccatori fouea.pſal.93.ve.13.
Vt non loquatur os meum opera hominum : propter verba.pſal.16.ver.5.
Vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam: & gloriam.pſal.144.ve.12.
Vt ponant in deo ſpem ſuam:& non obliuiſcantur operum.pſal.77.ve.9.
Vt videam voluntatem domini:& viſitem templū eius.pſal.26.ve.8.
Vtinam dirigantur vię meę:ad cuſtodiendas iuſtificationes.pſal.118.octo.1.ver.5.
Vultus autem domini ſuper facientes mala:vt perdat de terra.pſal.33.ve.16.
Vxor tua ſicut vitis abundans:in lateribus domus tuæ.pſal.127.ver.3.

*¶ Sunt omnes pſalmorum verſus iuxta vulgatam (qua vtimur) editionem: numero. 2614.*

# ELVCIDATIONES IN OMNES PSALMOS DAVID REGIS, AVTORE MARTINO ALPHONSO DEL POZO CORDVBENSI, EIVSDEM ITEM ECCLESIAE CANONICO, MAGISTRALI.

## PSALMVS PRIMVS.

*BEatus vir, qui non abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorũ non ſtetit: & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.*

Hic pſalmus legitur ſine titulo. Quamobrẽ expoſitorum plurimi, ab Eſdra vel quouis alio autore, pſalmos in ordinem redigente, hunc pſalmum in modũ procœmij cõpoſitum fuiſſe autumant: ideoq; Paulus in actis apoſtolorum, ſequentem pſal- Actor. 13. c. mum computat ſecundum. Cuius quidẽ autoris vel hæc ſola fuiſſe videtur intẽtio; vt probos in hoc pſalmo ad bonum alliciat, improbos verò deterreat à malo. Cum ergo oppoſita iuxta ſe poſita clarius eluceſcant, ſitq; vnius oppoſitorum laus, alterius exprobratio, vel ad illã ſequatur: miro nobis artificio Dauid ſanctus, virum illum, quem iuxta pro- Hier. 31. d. phetę vaticinium fœmina circundedit virgo Emanuelem ſcilicet, quẽ omni ſcientia & virtute perfectum, non ex virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine, virgo illa ſuperbenedicta de ſe genuit & peperit incarnatum, ſub oculos ponit contemplandum, vt hunc videntes ſe- 1. Cor. 15. f. cundum hominem de cælo cęleſtẽ, Chriſtũ Ieſum Dei filiũ, ſeruatorem noſtrũ, & bona quę cũ ipſo nobis donata ſunt conſiderantes, apertius luculentiusq; intueamur ea, in quæ incidimus mala, per primũ hominem de terra terrenũ. Quandoquidem is nobis attulit maledictionem & infelicitatẽ, Chriſtus autẽ benedictionem gloriã & honorẽ. Qui & verè beatus, & vir à virtute (iure optimo adappellatus eſt, nihil habens molle aut effœminatũ, nihil inconſtans, aut malo cõſentiens. Nõ enim abijt in conſilium impiorũ, vti Adã ille prior, qui cùm in honore eſſet, ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus, perinde atq; creatus ad beatam illam ęternamq; hereditatem, quam à conſtitutione mundi electis ſuis parauerat Deus, non intellexit: quinimo prauis tũ vxo- Pſa. 48. ver. 12. ris, tũ etiã tortuoſi colubri conſilijs impijſq; dogmatibus acquieſcens: veluti prodigus ille filius abijt à ſe, receſſit à patre, abijtq; in Luc. 15. c. regionem longinquam diſſimilitudinis, cõparatus iumẽtis, & ſimilis factus illis. Abijt (inquam) & in via peccatorum ſtetit, erecto quidem ac ſuperbiente capite ſibi ipſi fidens, ſimulq; animo demiſſo atq; deiecto ad ſiliquas huius ſeculi fameſcens ipſe declinãs: Abijt vagus, & prodegit ſubſtantiã ſuã. Quã doquidem abijt in cõſiliũ ſenſuũ, impio carnis appetitu decept⁹: & ſtetit in lata peccatorũ via, quę ducit ad perditionẽ: ſtetit dixi: vel quia ſibi videbatur ſtare, cũ tñ iam corruiſſet, qui nõ audierat apoſtolum dicẽtem: 1. Cor. 10. c. qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat: vel quia ſtetit erect⁹ animo, nec humilitate proſtratus cognouit peccatũ ſuũ: ſed ſtetit attrita frõte in trita peccatorũ via, nõ inclinans cor ſuũ in verba iuſtitię, ſed declinãs in verba malitię pſalm. 140. ver. 4. ad excuſandas excuſationes in peccatis. vnde ex tunc peccantibus nihil hoc malo vſitatius prouenit, cõmuniũſve. In hac ergo peccatorũ via ſtetit infelix ille: & exemplũ poſteritati prebens, aſcendit cathedram peſtilentię, & nos oẽs infecit infectus ipſe: peſtilẽti vxoris afflatu, à ſerpentino ſibilo & ſathanico afflatu iã etiã infecto. Abijt ergo homo attractus & illectus: ſtetit iniqua cõſuetudine ac praua adheſione victus: poſtremoq; pernitioſo exemplo, contagioſa cõmunione ac peſtilente in poſteros magiſterio ſedit. At cõtra Chriſtus dominus vir ille beatus, longe aliter ſe habuit. Qui etſi *abijt* in mundũ veniens miſſus à patre inter homines, & propter homines natus & factus homo: non tamen receſſit à pa

 tre,

tre,cui & ſemper obediens fuit vſq; ad mor-
tem. Quique conſilium ſuum antiquum per-
inde atque æternum & verum, non illud im
1.Pet.2.d. piorum ſequutus eſt: nec in via peccatorum
ſtetit:qui peccatum non fecit, nec inuentus
eſt dolus in ore eius. Is quidem eſt magiſter
totius perfectionis. De quo pater ipſe teſta-
Mat.17.a. tus eſt dicens: Hic eſt filius meus dilectus,in
quo mihi benè complacui: ipſum audite. Et
etiã de ſe ipſe vltima cœna ſenatui apoſtolico
Io.13.b. ait:vos vocatis me magiſter & dñe, & bene-
dicitis,ſum etenim. Id quidem mouerat ille
Io.3.a. qui venit ad Ieſum nocte, dum ait:Rabi,ſci-
mus quia à Deo veniſti magiſter.Is igitur ca
thedram ſapientiæ conſcendit : viam Dei in
veritate docens. Hoc etiam Iudæis ipſis aſ-
ſerentibus, qui impia calliditate temptantes
illum,hac pręfaciũcula exorſi ſunt:Magiſter
Mat.22.b. ſcimus quia verax es, & viam Dei in verita-
te doces. Ecce hi abeuntes in conſilium im-
piorũ,& ipſi impij: vi veritatis vrgente,ma-
Io.6.g. giſtrum illum & veracem appellant, ac viam
Dei in veritate docentem, cuius verba ſpiri-
tus & vita ſunt. Non ergo cathedram peſti-
lentiæ ſeu deriſorum conſcendit,vtì angelus
verſutus & vafer , qui ex arbore tanquàm ex
ſuggeſto,fuſcæ nocti indicauit ſcientiam in-
flantem dicẽs: eritis ſicut Dij, ſcientes bonũ
& malũ:aut ſicut homo ille ſeductus , quem
depinximus ſuprà. Aſcendit igitur cathedrã,
ſed ſcientiæ & ſapientiæ diuinæ, Ieſus Chri-
ſtus dominus noſter,in quo ſunt omnes the-
ſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi: nec ſu
Colo.2.a. perbire docuit & inflari,ſed quid ait?Diſcite
Mat.11.d. à me,quia mitis ſum & humilis corde.Sequit.

2. *Sed in lege Domini voluntas eius, & in*
*lege eius meditabitur die ac nocte.*

Gal.4.a. Vbi venit plenitudo temporis(ait Paulus)
miſit Deus filium ſuum factum ex muliere,
factum ſub lege. Ecce Chriſtus dñs conſub-
ſtantialis & coæternus patri , legis conditor
& lator, venit in mũdum miſſus à patre : non
vt legem ſolueret, ſed adimpleret. In lege er-
Eſa.53.c. go domini voluntas eius. De quo Eſaias: Vo
luntas domini in manu eius dirigetur : ipſeq́;
Pſ.39.ve.11. de ſe ait : in capite libri ſcriptum eſt de me,
vt facerẽ voluntatẽ tuam: Deus meus volui:
& legem tuam in medio cordis mei. Et ite-
Io.14.d. rum : *Sicut* mandatum mihi dedit pater,ſic
Luc.2.g. facio. Et alibi: neſciebatis, quòd in his, quæ
patris mei ſunt,oportet me eſſe? Atqui longũ
eſſet ſcripturæ loca recenſere,quæ docent,quod
in lege domini fuerit voluntas eius , nec ad
dexteram (vt aiunt) declinauerit vel ſiniſtrã
mediator ipſe Dei & hominum Chriſtus Ie-
ſus: ſed in lege eius meditatus ſit die ac no-
cte,id eſt ſine intermiſsione: vt humanæ re-
demptionis opus , miniſteriumq́; à patre in-
iunctum exequeretur. *Sequitur.*

*Et erit tanquàm lignum, quod plantatũ* 3.
*eſt ſecus decurſus aquarum , quod fructũ*
*ſuum dabit in tempore ſuo.*

Eadẽ ferè phraſi, qui à Deo recedit impius:
quaſi myricè in deſerto ſitienti,atque in ter-
ra ſalſuginis habitanti,apud Hieremiam à do Hier.17.b.
mino comparatur:contra verò pius (cui do-
minus fidutia eius)ligno plãtato iuxta aquas
aſsimilatur. At lignũ vitæ in medio paradiſi, Gen.2.b.
Chriſtus eſt,qui è virga de radice Ieſſæ pro- Eſai.11.a.
dijt,& quaſi virgultum coram domino,& ſi
cut radix de terra ſitiente:quia de virgine vi Eſai.53.a.
rum non cognoſcente. Lignum etiam plan-
tatum ſecus decurſus aquarum:verbum eſt in
carnatum iuxta congregationem & multitu
dinem gratiarum,quas(vt ſcriptum eſt)crea- Gen.1.a.
tor vocauit maria. Secus mare illud dulciſsi-
mum (Mariam intellige) intra cuius viſcera
plantatũ:fructum nobis attulit honoris,gra-
tiæ , redemptionis , remiſsionis , & gloriæ.
Vnumquenque autẽ in tempore ſuo: de quo
tẽpore Apoſtolus meminit ad Galathas ſcri Gal.4.a.
bẽs:& ante pręcinit Eſaias:lignum etiã plan- Eſai.49.c.
tatum ſecus decurſus aquarum:lignum eſt vi
tæ perennis,iuxta mortalitatem noſtram, &
iuxta multitudinem peccãtium, Chriſtus do
minus totius peccati expers. Sequit.

*Et folium eius non deſluet: & omnia quæ* 4.
*cunque faciet proſperabuntur.*

Pulcherrimè huius arboris deſcribuntur
proprietates,quippe quæ plantatur ſecus de
curſus aquarum:& fructum dat,non quidem
præcocem nimis,ſerotinum vè,aut extempo
ralem:ſed in tempore ſuo , hoc eſt vbi venit
plenitudo temporis, vbi tempus gratiæ,tem
pus miſerendi,tempus (inquam) præfinitum
à Deo, tẽpus acceptabile & dies ſalutis:vt ſit
ſapidus & ſaluberrimus fructus,& foliũ eius
non defluet. Eſt enim ſemper cõmata, virore
læta,& folijs abundans,verbis ſcilicet viren-
tibus,quę ſpem erigunt,& ſuaui ſono doctri
næ auditorum aures demulcent,ad ſe leniter
trahũt atq; cõuertunt,vt miniſtris illis à prin
cipibus & Phariſeis miſsis , vt appræhende-
rent Ieſum,in Euangelio contigiſſe legimus: Io.7.g.
qui redeuntes dixerunt:nunquàm ſic loquu-
tus eſt homo,ſicut hic loquitur. At horum ſo
liorum nullum defluet. En ipſe ait:cælum & Luc.21.f.
terra tranſibunt,verba autem mea non tran-
ſibunt,



Pſ.88.ve.34 ſibunt, Et per os Dauid dixerat antè:quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Ne-
ceſſe eſt enim impleri omnia. Audi iã aliud:
& omnia,quæcunq; faciet, proſperabuntur.
Non quidẽ ocioſè aut in caſſum, Spiritus ſan-
ctus per eiuſdẽ Dauid os,huic ligno (vt præ
Pſ.44.ve.5. fertur)plantato, hoc eſt regi Meſsiæ ait : in-
tende proſpere,procede & regna. Iterumq́;
per Eſaiam pater: ſic erit verbũ meum,quod
Eſai.55.d. egredietur de ore meo: nõ reuertetur ad me
vacuum,ſed faciet quæcunque volui,& pro-
ſperabitur in his ad quæ miſi illud: quia oĩa
quęcunq; faciet, proſperabuntur. Sequitur.

*Non ſic impij non ſic,ſed tanquam puluis*
5. *quem proijcit ventus a facie terræ*

Animaduerte obſecro, quàm ex diametro di-
ſtent à pijs impij,quamq́; inter ſe pugnẽt bo-
ni & mali,beati & infelices. Illi tanquàm lignum
fructuoſum plantatũ ſecus decurſus aquarũ:
Pſ.136.ve.2. ij verò ſunt tanquàm ſalices amarę,in medio Ba-
bilonis flumine poſitæ penè inutiles,ſteriles
& infructuoſæ. Sed quare vt puluis impij?
profecto quia triti nimiũ & abiecti , vt qui
ſecus viam poſiti:non ſecus decurſus aquarũ
plantati,nec in fide & charitate radicati. Qua
les fortè illi erãt Epheſij, pro quibus orat Apo
Ephe.3.c. ſtolus dicẽs:Flecto genua mea pro vobis ad
patrẽ dñi noſtri Ieſu Chriſti: vt ſitis in chari-
tate radicati & fundati. Nimirum fideles &
iuſti,integerrimi ſunt,conſtantes & firmi. At
non ſic impij nõ ſic:ſed tanquàm puluis, nulla pro
ſus ſtabilitate manẽtes:quippe qui omni ven
to doctrinæ agitãtur : & hàc illac effrenes in
vitia diuagantur,rapiunturq́;(ſi dixerim)præci
pites vt furioſi. Quamobrẽ optimum eſt (vt
Hæb.13.b. Paulus ait)gratia ſtabilire cor. Rapiť etiã im
pius,proijciturq́; tanquàm puluis: quũ vento ſu-
perbiæ inflatus,ſupra ſe erigitur & iactatur.
Eſai.16.a. Vnde apud Eſaiã:Senacherib ſuperbus atque
exercitus eius,puluis vocatur: finitus (inquit)
eſt puluis,cõſummatus eſt miſer: defecit qui
conculcabat terram. Sequitur.

*Ideo non reſurgunt impij in iudicio : neq;* 6.
*peccatores in conſilio iuſtorum.*

Mirum Profecto. Quomodo nõ reſurgẽt:
cùm dicat Apoſtolus:Omnes quidẽ reſurge-
mus,ſed non oẽs immutabimur. Rurſusq́; in
Actis Apoſt.ſpẽ(inquit)habẽs in Deum,quã Act.24.d.
& hi ipſi expectant reſurrectionẽ futurã iu-
ſtorũ & iniquorũ. Reſurgent ergò impij in-
fideles,nõ tamẽ vt iudicẽt , ſed vt iudicẽtur:
Imò iam iudicati ſunt,qui caruerũt fidei fun
damento. Sic eñ apud Ioannẽ legimus: Qui Io.3.b.
nõ credit,iã iudicatus eſt,id eſt dãnatus : nec
.n. de hoſte conſulitur lex, ſed de ciue peccã Iob.36.a.
te. Nõ ergo ad hoc reſurgẽt , vt illorũ opera
(quæ nulla bona meritoriè fuêre) diſcuti an
tur:ſed vt rediuiui, æternis cruciatibus de-
putẽtur. Reſurgẽt eñ,nõ vt in melius immu-
tentur,ſed vt in ſuppliciũ æternũ,induti fœ-
do corpore,deſtinẽtur. Non deniq; vt viuãt
in conſilio iuſtorũ & cõgregatione, qui abie
runt in conſiliũ impiorũ: ſed vt intereãt ſine
interitu,morianturq́; ſine fine, cruciati cum
diabolo & angelis eius,quorum vitã non ap
probat dominus. Ideo ſequitur.

*Quoniam nouit Dominus viam iuſto-* 7.
*rum: & iter impiorum peribit.*

Nouit(inquam)ſcientia approbationis:qui
nouit iuſtos ex nomine. Nam(vt Pauli ver- 2.Tim.2.c.
bis vtar)cognouit dñs qui ſunt eius: & diſce
dit ab iniquitate oĩs, qui inuocat nomẽ dñi.
Impiorũ vero reprobat iter, quibus ait: non
noui vos:quorũ iter iuſtè peribit, tendit eñ
ad perditionẽ. Reſpice nos igitur dñe Ieſu:
fac nos in fide tua ſtabiles:Et quos tuo præ-
cioſo ſanguine redemiſti, participes fac tuæ
reſurrectionis & glorię, in qua cum patre &
Spiritu ſancto per infinita ſecula regnas, Amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI I.

BEATVS *uir ,terq; quaterq́; beatus:ac uerè pius cenſendus eſt ille, qui non declinauit*
*à recto,ut in ſententiam impiorum abiret,prauis eorundem conſilijs acquieſcens , quaſi*
*iam* Apoſtolum *audierit ita* Epheſios *commonentem:* Videte *fratres quomodo cautè am-*
*buletis:qui & dixerat antè ,ut filij lucis ambulate.* Nec *in lata peccatorum uia, quæ ducit* Ephe.5.d.
*ad perditionem,ſtetit procax,criſtam erigens contra* Deum:*quod exleges facere conſue*
*uerunt.* Nec *denique ita de perpetrato facinore gloriatur:quòd exemplum cęteris dediſſe,& pernicio-*
*ſam perinde ac peſtilentem doctrinam,quaſi ex ſuggeſto euomuiſſe , atque eos qui piè uolunt uiuere in*
Chriſto *deridere,ſathanica autoritate uiſus ſit.* Quin *potius in lege domini immaculata aſsiduè uerſa-*
*tur,quæ ipſi directoria regula ſit,pium eius affectum ducens:ut ipſam dies atque noctes intenta medita-*
*tione ruminet,ſatagatq́; pro uiribus adimplere. Is homo profecto, ligno pomifero meritò comparatur:*
*quod iuxta riuos aquarum plantatum,boni operis fructum dabit,huius uiæ tempori congruentem, me-*
*ritoriũ ſcilicet uitæ æternæ.Et folium,hoc eſt uerbum eius,non defluet,quò ex ſententia deroget ſanæ do*
*ctrinæ,uel fratrem offendat:ſed omnia ex* Dei *gratia proſperè aget pariter & loquetur:uerbum ſanum*

 *& irre-*

Tit.2.b. *& irrepræhenſibile habens (iuxta Pauli monitum) formamq́; habens ſanorum uerborum. Rectè tra-*
2. Tim.1.c. *ctans uerbum ueritatis: prophana autem & uaniloqua deuitans, pro humana fragilitate. At contra, im*
*pij non ſic ut lignum ferax, conſtans (ut diximus) et radicatum: ſed uti puluis à uento flante proiectus,*
2. Tim.2.c. *qui obnocuus & nulli proficuus erit: quorum ſermo (Apoſtolus ait) ut cancer ſerpit. Hinc eſt quòd im-*
*pij non reſurgent ut iudicent, nec in ſenatorum numero computabuntur, cùm iudex ille ſeuerus iudica-*
Pro.31.c. *turus uenerit orbem, & ſederit cum ſenatoribus terræ: hoc eſt cum apoſtolis, ac cæteris apoſtolicis per-*
*fectioribus & eminentioribus uiris. quin ſuccumbent potius in iudicio, & conuicti iacebunt, nec erigẽtur*
*unquàm uti uictores: quoniam approbat dominus uiam iuſtorum, & impiorũ reprobat iter. ob idq́; hos*
*in tartareos ignes abire iubebit. Inter quos infelices illi, pœnitentiã licèt infructuoſam agentes, & præ*
Sap.5.a. *anguſtia ſpiritus gementes, illud ſapientiæ dicent: ergo errauimus à uia ueritatis, & iuſtitiæ lumen non*
*luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Illos uerò, qui rectè egerunt, ſecũ ducet rex, perpetuò*
*regnaturos. quòd ſi Chriſtus uniuerſalis futurus eſt iudex: quare in illum ſurrexerunt homines inſenſati*
*tumultuantes?*

## PSALMVS SECVNDVS.

*QVARE fremuerunt gentes: & populi meditati ſunt inania?*

Huius Pſalmi titulus eſt: Pſal-
mus Dauid, vel ꝙ à propheta
Dauid ſit conditus: vel Dauidi myſtico (qui
Chriſtus eſt, & iuxta nominis interpretatio-
nem manufortis) conueniẽs ſit & attributus.
Magni ergo habẽdus eſt, qui de Chriſto dño
ſuppoſito diuino in duabus naturis, Dei & ho
minis filio venit exponendus. Nec fas eſt in
alium declinare ſenſum: cum prima illa eccle
ſia in actis apoſtolorum, conſona & vnanimi
Act.4.c. voce in hanc prorruperit ſententiam: Dñe
tu qui feciſti cælum & terram & omnia quæ
in eis ſunt. Qui Spiritu ſancto per os patris
noſtri Dauid pueri tui dixiſti: Quare fremue
runt gentes, & populi meditati ſunt inania.

2. *Aſtiterunt reges terræ, & principes con*
*uenerunt in vnum aduerſus dominum:*
*& aduerſus Chriſtum eius.*

Conuenerunt enim verè in ciuitate iſta, ad-
uerſus ſanctum puerum tuũ Ieſum, quem vn-
xiſti, Herodes & Pontius Pilatus cum genti-
bus & populis Iſrael, facere quæ manus tua &
conſilium tuum decreuerunt fieri. De his igi
tur nunc Pſaltes ait: Quare fremuerunt &c.
Ac ſi dicat apertiùs: Quæ veſania, quæ vè in-
ſolentia fuit: fremere & inania meditari, con
uocare conſiliũ, cõgregare cœtũ, cõuenire in
vnum, peruerſo animo concitari, tumultua-
riq́; aduerſus Deum patrem & filium Chriſtũ
eius? Dicunt enim huius modi fremẽtes qui
conuenerunt in vnum.

3. *Dirumpamus vincula eorum: & proij-*
*ciamus à nobis iugum ipſorum.*

Quidam hoc ſic legendũ putãt: vt hæc vox,
dirumpamus, non infidelium, ſed fideliũ ſit,
dicentium: Abſit à nobis huius modi veſania
2.Cor. 6. c. contra dñm. Et (quaſi iam apoſtolũ audierint
dicentem: nolite iugum ducere cum infideli
bus) ipſi dicant: dirumpamus vincula, & ab-
ijciam⁹ iugũ iniquũ. ꝙ ſi infideliũ verba ſint
(vt opinantur alij) is vtiq́; ſenſus erit. cùm nõ
ſit conſiliũ contra dñm, & iugum eius inſu-
per ſit ſuaue, on⁹ eius leue, et veræ ipſius vin pro.21.d.
cula libertatis, vt quæ voluntaria ſunt, et ver
tũtur in amplexus, demirati fideles aiunt: quî
eſſe poteſt, vt gentes et populi, reges et prin
cipes, hæc à ſe proijcere meditentur conen-
turq́;? Nũquid poterũt effugere manus eius?
Cur dulcia euangelij vincula dirumpere et
Chriſtianæ fidei iugum à ſe proijcere tentãt?
non conſiderant, ꝙ fortiſsimi ac potẽtiſsimi
Dei ſunt vincula, et apoſtolorum eius, qui vi
caria poteſtate fungũtur? oblatrent igitur vt
volent, dicantq́; illud Euãgelij, nolumus hũc Luc.19.e.
regnare ſuper nos, dirumpamus vincula præ-
ceptorum, excuciamus Chriſti et eccleſiæ iu
gum: profecto ad iugulum gladiũ quærunt.
Porro hac phraſi de Iſraelitico populo apud
Hieremiam cóqueſtus dñs ait: A ſeculo con Hier.2.d.
fregiſti iugũ meum, rupiſti vincula mea et di
xiſti: non ſeruiam. Rurſus quod de optimati- Hier.5.b.
bus populi: Ecce magis hi ſimul confregerũt
iugum: ruperunt vincula. Dicãt ergo perfidi
indigne perindè atq́; inſcitè rebellantes.

*Qui habitat in cælis, irridebit eos: & do-* 4.
*minus ſubſanabit eos.*

Quippe qui omnia proſpicit Deus, omniaq́;
gubernat atq́; diſponit, quia dñs eſt: irridebit
eos primum et ſubſanabit, vt olim feciſſe no-
uimus, quũ de paradiſo primũ hominẽ eiecif
ſet inania meditantem, irriſoriè quidẽ dicẽs: Gen.3.d.
Ecce Adã quaſi vnus ex nobis factus eſt, ſciẽs
bonũ et malũ. Cui de ſtultitia et miſeria con
uicto, aliquãtulũ ſtatim miſericors ipſe ꝓſpe
xit: ne in miſeriã (iã ſemel ꝓlapſus, perpetuò
viuens permaneret. quid tunc poſtea? Sequit.

*Tunc loquetur ad eos in ira ſua: & in fu-* 5.
*rore ſuo conturbabit eos,*





Arbitraris fortè ꝙ inſolentes & fremẽtes,
atque aduerſus dñm & Chriſtum eius inania
meditãtes: deriſioni duntaxat, non alteri ſub
iacerẽt pœnæ. Audi maiores quas dño ſubſa
nãti dabũt pœnas: tũc loquetur ad eos (ait)
quaſi iratus: quũ afflictionũ temporaliũ fla-
gris percuſſerit eos, vt cõuertantur. Et quaſi
furẽs cõturbabit auerſos: vt qui in oẽs dñium
plenũ habet, regiã ſcilicet, ac iudiciariã pote-
Io.5.c. ſtatẽ, quia Dei & hominis filius eſt. Hos igit
conturbabit in furore: cũ illos æternis ignib⁹
tradiderit cruciandos. At ſi quis ipſum roget
Mat.21.c. (quod principes ſacerdotũ apud Mattheũ)
in qua poteſtate hoc facis, & quis tibi dedit
hãc poteſtatẽ? in promptu ſatisfactio eſt.

6. *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo, ſu-*
*per Sion montem ſanctum eius: prædicãs*
*præceptum eius.*

Veni vtiq́; ad regendas oues & paſcendas,
quæ periẽrũt domus Iſrael: quib⁹ oportet pri
mùm prędicare verbũ Dei: deinde gentibus.
Has .n. ſortes claudit regnũ meũ. Nimirũ cir
cunciſionẽ & prępputiũ. Ego quidẽ cõſtitut⁹
ſum rex ab eo, nec regnũ dominiumvè vſur
paui, ſed accepi à patre ſuper Syon, qui ſimul
ait: poſtula à me, & dabo tibi gentes &c. Ec-
Eſai.61. a. ce Spiritus dñi ſuper me: eoꝙ vnxerit me: ad
annunciandũ mãſuetis miſit me. ꝙ ſi iudicia-
Io.5.d. riã quęritis poteſtatẽ: ſcitote ꝙ pater nõ iu-
dicat quenquã, ſed omne iudiciũ dedit filio:
quia filius hominis eſt. Nolite ergo mirari
hoc, ſi filius hominis loquat̃ in ira ſua, vt oui-
culas in hoc ſeculo corrigat errantes, & in fu
turo veluti excãdeſcẽs furore, cõturbet pro
teruiẽtes, perdatq́ue hyrcos & hedos. Noli
te etiã mirari hoc, ꝙ omne iudicium dederit
mihi pater, quia filius hominis ſum: ſum ete-
nim ſimul Dei filius, imago patris, & figura
ſubſtantiæ eius, ab eodẽ genitus, non factus,
Deus verus de Deo vero, cõſubſtantialis &
coęternus illi.

7. *Dominus dixit ad me, filius meus es tu:*
*ego hodie genui te.*

Ad me dixit: nõ ad alterũ hominẽ angelũvè.
Cui enim dixit aliquãdo angelorũ: filius me⁹
Heb.1.b. es tu, ego hodie genui te, ait Paulus? Mira
quidẽ expreſsio. Nẽpe tria hæc: vnã eandẽq́;
rẽ innuũt, filij ſcilicet æternã emanationem.
Dñs dixit ſingulariter ad me. Atqui dicere pa
tris, generare filiũ eſt. Dixit vtiquè filiũ ſibi
ab æterno generãs naturalẽ: Ecce ego hodie
genui te: hodie & genui ait: quò vel his vocu
lis præſentis & præteriti tẽporis, generatio
ipſa explicetur ęterna. Si ergo rex: ſi iudex vi
uorũ & mortuorũ: ſi deniq́; vnigenitus filius
Dei ſum: quîd eſt ꝙ quęritis: in qua poteſtate
loquar, in ira aut in furore conturbẽ? Audite
rurſus in teſtimoniũ patrẽ ad me loquentẽ.

*Poſtula à me, & dabo tibi gentes, heredi-* 8.
*tatem tuam: & poſſeſsionem tuam ter-*
*minos terræ.*

Nẽpe Chriſtus in carne aſſumpta poſtulauit
orans: alioquì ęqualis patri in forma Dei, qui
exinaniuit ſemetipſum, formã ſerui accipiẽs: Phil.2.a.
Et factus obediens vſquè ad mortẽ: nominis
ſui meruit exaltationẽ, atquè ſuæ eccleſię di-
latationẽ. Poſtula ergo (ait) & dabo tibi gen-
tes in hereditatẽ. Dominaberisquè à mari vſ- Pſ.71.ve. 8.
què ad mare: & à flumine vſquè ad terminos
orbis terrarum. Sequit̃.

*Reges eos in virga ferrea: & tanquã vas* 9.
*figuli confringes eos.*

In virga iuſtitiæ inflexibili reges eos: quia
virga directionis virga regni tui. quippe qui Pſ.44.ve. 8.
dilexiſti iuſtitiã & odiſti iniquitatem: & tanq̃
vas figuli confringes rebelles & obduratos
æterna dãnatione plectẽdos. Vas .n. figuli cõ
fractũ ſemel, nunquã reficitur. Nec ſecus: vbi
confregeris vaſa iræ apta in interitũ, nõ qui- Rom.9.d.
dẽ in honorẽ, ſed in contumeliã deputata: il-
la nõ reficies vnq̃, nec in tuã gratiã reſtitues:
quin velut inutilia potius, in infernũ ſterqui-
liniũ, & infelicia illa ꝓijcies: ibi ęternũ ꝑma-
ſura. Quo vtiq́; teſtimonio vtit̃ dñs in Apoca Apo.2.g.
lypſi Ioã.: idq́; Hieremias etiã facto ꝑdicẽs: Hier.19.c.
lagũculã fictilẽ in oculis virorũ cõtriuit. Se.

*Et nunc reges intelligite: erudimini, qui* 10.
*iudicatis terram.*

Aures arrigite reges, & hæc perpendite ver
ba. Intelligentia quidẽ opus eſt, ne à recto tra
mite aberretis. Nolite fieri ſicut equus & mu Pſ.31. ve. 11.
lus: quibus nõ eſt intellectus, quorum in cha-
mo & freno maxillas conſtringã. Intelligite
quì, à quo, & ad quid cõditi eſtis. Erudimini,
q̃ poſiti eſtis, vt alios doceatis. Eſt enim hoc
regimẽ, ars artiũ & ſciẽtia ſcientiarũ: quam-
obrẽ vos ipſos regite reges, vos ipſos etiã iu- Sap 1.a.
dices iudicate, ne à dño iudicemini. Diligite
iuſtitiã, qui iudicatis terrã: nam iſtud eſt ve-
rũ ſcire. Nunc intelligite, quũ eſt intelligẽtiæ,
perinde ac pœnitẽtiæ loc⁹: diſcite obediẽtiã.

*Seruite domino in timore: & exultate ei* 11.
*cum tremore.*

Nõ ſolùm ſeruili, hoc eſt formidine pœnæ,
ſed timore filiali & caſto, hoc eſt virtutis
amore obſequimini illi. Diſcite debitã dño
impẽdere ſeruitutẽ. Quandoquidẽ is eſt De⁹
opt. max. cui ſeruire, regnare eſt. Et exultate
ei cũ tremore, nõ ſuperbè ſapientes, et criſtã

Phil.2.b. erigentes,ſed in tremore, neſciētes an digni
ſitis odio vel amore, Et ita cū metu &tremo
re veſtrā omnium ſalutem operātes. Sequit̃.
a. *Apprehendite diſciplinam, nequādo ira*
*ſcatur dominus: & pereatis de via iuſta.*
Antiqui Hebrei:non apprehendite diſcipli-
nā,ſed oſculamini filiū interpretati ſunt:Acſi
dixerit:oſculamini,quaſi voſipſos illi incor-
Io.3.b. porātes:vt cū eo perpetuò regnaturi,in cęlū
cōſcendere poſsitis:quia nemo aſcēdit in cæ
lū,niſi qui deſcendit de cælo : filius hominis
qui eſt in cælo.Nos autē verſionē cōmunem
ſequētes,dicamus:apprehēdite diſciplinā: id
quidē vobis erit ſatiùs, q̈ vt vincula dirūpa-
tis.At Hebraicæ illi interpretationi nō diſſo
nat illud ſponſæ dicentis:oſculetur me oſcu-
Cant.1.a. lo oris ſui.Iamq; vſu venit, ꝙ illius deoſcula
mur manus , quē magnifacimus,colimus &
veneramur,atq; ab eo accepiſſe bona profite
Iob.31.c. mur.Vnde Iob magnū piaculū arbitratur ſui
ipſius oſculari manū,dicēs : ſi oſculatus ſum
manū meā ore meo , quę eſt iniquitas maxi-
ma,&negatio cōtra deū altiſsimū.Sit ergo is
exhortatiōis ſēſus:vobis regibus iudicibusq;
cōducibilius erit inſeruire deo pa.&e ius fil.m

pro oſculo reuereri:q̄ impudenter in eos ob
latrare,& corrodere dēte canino. Sed hæc
tetigiſſe ſit ſatis:& literā noſtrā ꝓſequamur.
Eia reges,auſcultate leges : nā exleges,ſine Rom.2.e.
lege peribūt.Apprehendite diſciplinā,nūc vo
lentes,ne illā vel inuiti coactiq; apprehenda ps.118. oct. 9.ve.2.
tis.Apprehendite ſimul bonitatē, & ſcientiā
à bono ſapientiſsimoq; magiſtro, vt veri di-
ſcipuli ſitis:Et ſolliciti ſemper eſtote , ne qñ
iraſcatur dñs,& pereatis de via iuſta.Scriptū 1.Cor.10.c.
eſt enim:qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne ca-
dat.Et rurſus:tene quod habes, vt nemo acci Apo.3.b.
piat coronā tuā.Vos igit̃ eſtote cauti,vigiles
ac circūſpecti,declinātes à malo,& bonū faci
entes,ne pereatis à via iuſta. Sequit̃.
*Cum exarſerit in breui ira eius: beati om̄es* 13.
*qui confidunt in eo.*
Repentè & inopinatè exardeſcet in impios
ira Dei.Nā ſuprema illa iudicij dies,dies irę, Sopho.1.d.
calamitatis & miſeriæ:ſicut fur in nocte , ita 1.Theſ.5.a.
veniet,eritq; iniquis ac peruerſis,quiſibiipſis
& proprijs viribus fiſi ſunt,repentinus interi
tus,quo infelices ad inferna deſcendēt.At cō
tra,beati tūc erūt,qui cōfidūt in Chriſto , cui
eſt honor & gloria,in ſeculorū ſecula Amen.

EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 2.

QVARE *fremuerūt gentes: & populi meditati ſunt inania? Cur (obſecro) præputiū, & circūciſio diſpares moribus atq; ritu: inani propoſito & labore caſſo cōuenerūt in unū, ut diuinæ obſiſterēt uolūtati? quaſi ſit cōſilium cōtra dñm, atq; cū, quē miſit Ieſum Chriſtū. Dicunt .n. uincula nobis parāt, & importabile iugū: proijciamus hoc à nobis, & dirumpamus illa. Quorſum hæc noua religio? quidnā eſt hoc? quænā doctrina hæc no*
Mar.1.c. *ua? Nec inſenſati cogitāt, q, qui oīa proſpectat ex alto Deus, quiq; ab ipſis in carne ueniens, irriſus eſt Chriſtus, irridebit eos, cùm iudicaturus orbē uenerit in maieſtate. His tunc ac ſimilibus uerbis alloquetur eoſdem: ipſorū malis iratus, & quaſi furens. Ego ego cōſtitutus ſum rex à patre ſuper ſanctā, quā ſibi delegit, eccleſiā: ut prædicem præceptū eius. Id quidem feci. Nam qui per æternam & cōſubſtantialem emanationem unigenitus illius ſum, ac Deus uerus de Deo uero: in aſſumpta tñ, quam uidetis, natura, memetipſum exinaniui, formā ſerui accipiens. Ecce pater dixit ad me: filius meus es tu: dixitq;: poſtula à me ut homo uerus, & dabo tibi gentes in amplam hereditatem ac poſſeßionem, quas tu pro arbitrio reges, approbans uel reprobans: prout qualitas exegerit meritorū. Et nunc reges intelligite: uoſq; iudices erudimini oēs, ut ſciatis deferre maiori, atquè ſummo Deo debitam impendere ſeruitutem. Re-*
Luc.17.c. *ſipiſcamini neceſſe eſt. Seruite dño in filiali timore. Et cùm illius præcepta feceritis, dicite: ſerui inutiles ſumus. Apprehendite diſciplinam, apud uoſipſos, dicentes: Dum tempus habemus, operemur bonum.* Gal.6.c.
Matt.25.b. *Nequando iraſcatur dñs, & peribitis, qui nunc à uia iuſtorū in inuiū declinatis: quia neſcitis diem neque horam, in qua filius hominis ueniet. Hoc unum ſit uobis conſtans, q, cùm exarſerit in breui ira eius: beati erunt, non in Deum frementes, nec inania meditantes, ſed qui rectè fuerint operati. Nec ob id tamen ſibiipſis, ſuæquè iuſtitiæ, ſed Deo ueræ iuſtificationis autori ex animo fidentes inuenti fuerint. Nunc autem doleo q, infideles in dies numero creſcant: & quaſi rem huiuſmodi demiratus, conqueror apud te Deus, dicens: Quàm multiplicati ſunt &c.*

PSALMVS TERTIVS.

*DOMINE, quid multiplicati ſunt,*
*qui tribulant me? multi inſurgunt*
*aduerſum me.*
Huic Pſalmo titulus eſt: Pſalmus Dauid cū
fugeret à facie Abſalon eius filij. Cuius rei hi
2.Reg.15. ſtoria 2. Regum lib. cap:13.deſcripta eſt:ſed

quanuis baſis &fundamentum ſit res tunc ge
ſta:ſpiritus tñ ꝓpheticus in Chriſti perſequu
tionē,mortē ac reſurrectionem,per hoc im-
piū & iniquū facinus figuratam tendit.Sic tñ
ꝙ bifariam poteſt hic Pſalmus exponi & elu
cidari. Primò de Chriſto capite: Secundò de
membris eius. Dicat nunc ergo Chriſtus pa-





trī:dñe quid multiplicati ſunt, qui tribulant
me? qui ſimili modo cōqueſtus in cruce,ait:
ps.68.ve.5. Quare me dereliquiſti? Ecce multiplicati ſūt
ſuper capillos capitis mei, q oderūt me gra-
tis:quaſi dixerit:ego quæro gloriā tuā:hi ho
ſtes verò,qui me vexāt,& inſurgūt in me,nō
tibi gloriā,ſed ignominiā quęrūt.quare ergo
multiplicant̃,& in dies fortiores inſurgunt?
ꝙ ſi humanæ dūtaxat detraherēt naturæ: ſu-
ſtinuiſsē vtiq;. At cū diuinæ inſultēt maieſta
ti:nō ferēdū cēſeo.an nō illis fuit ſatisdixiſſe,
in me debachātes:demoniū habes,hęc& ſimi
lia verba euomuiſſe? ꝙ malū malo addentes.
2. *Multi dicunt animæ meæ: non eſt ſalus*
*ipſi in Deo eius.*
Luc.23. c. Dixerūt vtiq; principes cū eis: alios ſaluos
fecit,ſeipſum autē ſaluū facere nō poteſt. Di
cūt etiā animæ meæ:nō eſt ſalus ipſi in Deo
eius,quod procaci,temeraria perinde ac fal-
laci aſſertione contendunt. Nec enim atten-
dunt hipoſtaticæ vnioni.
3. *Tu autem domine ſuſceptor meus es : glo*
*ria mea, & exaltans caput meum.*
Dicūt ergo impudēter animæ meæ,menda
ces illi pſecutores,vitæ meæ improperātes:
ꝙ mortē effugere nequeā (vt cęteri hominū)
Io.10.d. Cū tñ poteſtatē habeā ponēdi animā meā, &
Eſai.53.c. iterū ſumēdi eā:quaſi nō audierint Eſaiā, ita
in ſpiritu de me loquentē: oblatus eſt (inqt)
quia ipſe voluit. Qua ergo frōte nūc dicunt
animæ meæ:non eſt ſalus ipſi in Deo eius?an
nō Deus in ſancto habitat,laus Iſrael? habitat
profectò,nō ſolū per gratiā gratificātē,verū
etiā per gratiam vnionis,ita vt vnus ſim ego
Dei &hominis filius:quomodò ergo nō erit
animæ meæ ſalus in Deo eius, qui & gloriæ
ipſius cauſa eſt,clypeus atq; defēſor. Sequit̃.
4. *Voce mea ad dominum clamaui: & exau*
*diuit me de monte ſancto ſuo.*
Clamaui vtiq; de hoc ſancto ſuo, in quo ve
Ps.78.ve.4. rè habitat Deus,dū penderē in cruce, & labo
raui clamās:raucæ factæ ſunt fauces meæ:cla
Ps.67.ve.16 maui (inquā) de hoc monte ſancto ſuo coagu
lato,mōte pingui,& mirificæ vnctionis pin-
guedine delibuto,monte deniq; in quo bene
placitū eſt Deo habitare in eo. Et exaudiuit
Ps.4.ve.10. me de mōte ſancto ſuo, id eſt,de ſublimi (in
quo habitat) cælo,qui me ſingulariter in ſpe
reſurrectionis conſtituit.Sequit̃

*Ego dormiui, & ſoporatus ſum : & ex-* 5.
*urrexi, quia dominus ſuſcepit me.*
Hæc vtiq; ſcriptura eſt,de qua ſacer ait Euā
gelíſta Ioānes:ꝙ cū Chriſtus (qui ante dixe- Io.2.d.
rat,ſoluite tēplū hoc &c)reſurrexiſſet à mor
tuis:recordati ſunt diſcipuli eius,ꝙ hoc dice
bat:&crediderūt ſcripturæ.dormiui (ait) mo
riens in cruce,& ſoporatus ſum cum ſuauita
te,in ſepulchro quieſcēs à redēptionis opere,
quod patrarā. Nā mūda ſindone obuolutus,
in ſepulchro iacui. At verò tertia die exur-
rexi inter mortuos liber,qa dñs ſuſcepit me.
Porro me verè mortuū:verè rediuiuū effecit
à mortuis reſurgentē.Nec deſunt multi inſē-
ſati,perinde atq; increduli, qui adhuc dicant
animæ meæ:nō eſt ſalus ipſi in Deo eius. di-
cant tamen vt volent.
*Non timebo millia populi circundātis me,* 6.
*exurge dñe:ſaluum me fac Deus meus.*
Circundederūt me vituli multi, & tauri pin Ps.21.ve.12
gues obſederūt me:circundederūt me ſicut ps.117.ve.12.
apes, venenoſis aculeis pungētes:ego verò nō ps.22.ve.4.
timebo mihi mala,qm̃ tu mecū es.Scio pater
ꝙ tu ſemper me audis.quāobrē clamabo di- Io.11.c.
cēs:exurge dñe,ſaluū me fac Deus me⁹.Exur
ge tu,q ſal⁹ mea es,in tēpore tribulatiōis.ſeq.
*Quoniā tu percuſsiſti oēs aduerſantes mi* 7.
*hi ſine cauſa : dētes peccatorū contriuiſti.*
Dentes impiorū arma & ſagitę: tu horum
dētes cōtriuiſti,eò ꝙ perſecuti ſunt me gra-
tis.Cōfuſi.n.ſunt.nō ſecùs ac ignominioſè in
maxilla percuſsi: & facti ſunt quaſi edētuli,
vt me iā morſibus impetere nō valeāt:vel ꝓ-
pria cōſcientia, erroris ſui teſtimoniū perhi
bente.hæc de me tibi gratias agēs dixi:dicūt
& membra,quæ mihi capiti ſuo coaptaſti,vt
ex præmiſsis concluſio ſit.
*Domini eſt ſalus: & ſuper populum tuū* 8.
*benedictio tua.*
Nō igitur deinceps inſurgētes in me dicāt
animæ meæ:nō eſt ſalus in Deo eius: cùm ſit ps.143.ve.11
ipſe,qui dat ſalutē regibus.Nec aliunde , niſi
à domino vera prouenire poterit ſalus : quia
dñi eſt ſalus, & ſuper populū tuū benedictio
tua.A te quidē dñe ſalutis autore,ſalus eſt in
via,eritq; ſuper populum electū benedictio
tua,vt tecum regnet in cæleſti patria, in qua
tu viuis & regnas Deus per infinita ſeculo-
rum ſecula Amen.

EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 3.

DOMINE *quid multiplicati ſunt qui tribulant me? Doleo pater (ait Chriſtus) q, perſequutores in me inſurgentes multiplicentur in dies, & blaſphemantes dicant mihi pro homine, in hoīe: ac per hoc in aſſumptæ carnis infirmitatē moriēti, q, nō ſit ſalus in te, nec in uerbo aſſumente, cū nihil magis à ueritate diſtet: quādoquidē tu pater, qui me Chriſtū tuū in cruce dereliquiſſe uiſus es, ſuſcepiſti, clarificaſti, & caput meū exaltaſti, à morte ſuſcitās, atq; ad dexteram maieſtatis tuæ collocās triūphantē. Clamaui ad te (fateor) dū humanæ peragerē redēptionis miniſteriū, tandē in ſepul*

*chro requieui ab hoc opere,quod patrarã.Ego dormiui, & ſoporatus ſum, quia lubẽs animam poſui: & ſurrexi,te ſuſcitante:atq; in cœlũ glorioſus aſcendi.Nec tñ deſunt,qui detrahentes uitæ meæ,& qua ſi me rurſum ſibimet ipſis crucifigẽtes,& oſtentui habẽtes,dicant:Nõ eſt ſalus ipſi in Deo eius. Dicant* Heb.6.b.
*ut uolent mentientes.Acuant in me linguas ſuas:circumeant undiquè oblatrantes:non timebo millia populi circundantis me.tu quidem ultor exurges,conuertens electos , & mihi gratis aduerſantium uires confringens : quoniam à te omnis emanat ſalus : & ſuper populum tuum benedictio tua. Nam quis unquam ad te clamauit:quem non exaudieris Deus.*

## PSALMVS QVARTVS.

***CVM inuocarem, exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ:in tribulatione dilataſti mihi.***

Titulus huius Pſalmi eſt: in finẽ Pſal.cãtici Dauid,vbi iniquũ illud Abſalonis facinus(de quo ſupiore Pſ.) pro literari baſi,ob oculos ponendũ eſt. Eſt .n.à Dauid editus, vt inſtrumẽto muſico de-
.Cor.14.c. cantet̃,dirigẽs nos in finẽ, in quem cõditi ſumus,vt diſcam⁹ pſallere ſapiẽter.quod fiet:ſi ore & corde, ſpiritu & mẽte pſallamus, hoc eſt,ſi manibus (opera deſignãtibus) in decacordo pſalterio,in decalogo ſcilicet,nos ipſos exerceamus,cũ cãtico tñ,&cithara:quod eſt dictu:Deũ ſuper oĩa diligentes,& proximũ propter Deũ.Nulla maior harmonia,nullaq; ſuauior eſſe poterit in auribus dñi cõſo-
Pſ.97.ve. 7. nantia.Sic.n. alibi Dauid ſanctus ait: pſallite dño in cithara, in cithara & voce pſalmi. Et
Pſ.100.ve.1. iterũ:miſericordiã & iudiciũ cãtabo tibi domine:pſallã & intelligam in via immaculata. quippe hoc Deus oblectatur cõcentu. Nã dũ opera verbis cõſonant,nobis eſt pſal.cantici,
Rom.10.a. dirigens nos in finẽ legis,qui Chriſtus eſt ad iuſtitiã omi credẽti.In quẽ, ſi velut in ſcopũ, tẽdimus,rectà gradimur:Sin autẽ,obliq; ambulamus.At duo inter alia ad huius finis intẽtionẽ,quaſi media neceſſaria ſunt:oratio ſcilicet,quæ eſt mẽtis in Deũ eleuatio:nã opor
Luc.18.a. tet ſemper orare, ait Chriſtus:& obſeruatio
Mat.19.c. mãdatorũ, iuxta illud: ſi vis ad vitã ingredi, ſerua mãdata.Expedit ad hoc tñ dilatari cor in latitudine charitatis,ne tribulationũ põdere preſſi,deficiamus in via. quamobrẽ in primo liminis ingreſſu , ſeſe diuinus vates orantẽ inducit,& exauditũ, quo nos ad orationẽ inuitet,dicẽs:Cùm inuocarem,exaudiuit me Deus &c.Dic nũc(obſecro)rex:qñ te exaudierit Deus?An fortè,poſtꝗ iã nõ ſemel inuocaueras eũ:iãq; inuocare deſieras? Nõ vtiq;, ſed cũ inuocarẽ inquit:nedũ verba cõpleueram:& ait:Ecce adſum. Vide qui hæc audis, ꝗ prope eſt dñs omnibus inuocãtibus eũ in
Pſ.3. ve. 41. veritate.Sed quid aio verba?deſideriũ pauperũ exaudit dñs.Nõ verba expectat, qui nouit abſcondita cordis:profectò audit & exaudit affectũ, &ſi ore non deprõpſeris verbũ. Ipſe .n.præuenit,vt te exaudiat inuocantem , qui dedit,vt inuocares. Audit & exaudit , dũ in actu es inuocãdi:tu adhuc primã inuocationis ſyllabã non ꝓtuleras,& iã ipſe exaudiuit, qui voluntatẽ timentiũ ſe faciet, & depreca- pſ.144.v.20
tionẽ eorũ exaudiet.His igit̃ verbis nos docet Pſaltes,qualis ſit erga nos dñs,quò nos alliciat,vt ipſum inuocemus adiutorẽ:cũ pium & facilẽ nouerimus exauditorẽ. Nec durũ inexorabilẽ & auſterũ arbitremur, qui prophetã audierimus dicentẽ:cùm inuocarẽ,exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ. Ecce inuocantem(inquit)exaudiuit: hoc audiãt iuſti, qui me ex- pſ.141.ve.18
pectãt,donec retribuas mihi.Audiãt,vt hinc argumentũ ſumãt, inuocentq; fidẽter,qui te norũt Deũ iuſtitiæ meæ, quẽ ego tã facilẽ & benignũ expertus ſum me iuſtificantẽ : ꝙ cũ inuocarẽ,nec mea ex parte iuſtus eſſem: ſuapte miſericordia exaudiuit me Deus iuſtitiæ meæ.Deus(inꝗ)à quo mea eſt iuſtitia. Ipſe .n.eſt,qui iuſtificat impiũ.Nã ꝗ me mouit vt inuocarẽ,quiq; inuocantẽ audiuit: ipſe eſt,ꝗ me exaudiuit & iuſtificauit Deus iuſtitiæ meæ. At maximũ arbitratus diſpendiũ Propheta ſanctus,ꝙ ſancto raptus ſpiritu, & nectar illud colloquutionis diuinæ deguſtans, ad nos hoĩes impetu charitatis colloquuturus diuerterit,dicens: cũ inuocarẽ exaudiuit me Deus iuſtitię meæ. Ecce ſubito ad exauditorẽ Deũ ſe totũ cõuertit,dũ ſtatim ait: in tribulatione dilataſti mihi. quæ(obſecro) tã repẽtina mutatio?quę tã ſubitanea à tertia in ſecundã perſonã translatio? Niſi fortè huiuſmodi ad nos cõdeſcenſio,& ſubita ad Deum cõuerſio,ſic alternãs doceat:Mariã ita amplectaris,vt Marthã nõ deſeras , tu maximè, qui præes in ſollicitudine: memineriſq; cõmiſſi gregis,cui etiã viuis: quãuis tibi ipſi nõdum ſatisfeceris,cõtemplationi vacás. Sicut Dauid ipſe ſanctus,qui in toto huius Pſalmi diſcurſu,intercalari loquutiõe,nũc ad hoẽs,nũc ad Deũ vertit̃:eodẽ profectò ſpiritu actus, eiuſdemq; charitatis inſtigatione permotus. Ait ergo:in tribulatione dilataſti mihi. Non pſ.118 oct.4
quidẽ hoc exiguũ donum eſt,quo tribulatis, & in anguſtia poſitis cõſulere & proſpicere conſueuiſti.Nã tu dñe dilataſti viam:dilataſti

&



& cor.Et tũc viam mandatorũ tuorũ cucurri, quum charitate dilataſti cor meum , qui etiam dilataſti os meum,cùm te inuocarem, vt tibi miſeriam meam aperirem,dicens.

2. *Miſerere mei: & exaudi orationẽ meã.*

Hæc dixi in tribulatione poſitus : & ecce
pſ.117.ve.5. de tribulatione inuocaui dominum,& exaudiuit me in latitudine dñs: quippe qui fortitudinẽ mihi tribuit, & pacientiã , vt aduerſa hilari vultu,& conſtanti ferrẽ animo.Nã miſericordiæ Dei fidens,& nulla prorſus moleſtia fractus:in Deum me totum proieci. Et orans,ipſumq; inuocans dixi : miſerere mei, & exaudi orationem meam. Sequit̃.

3. *Filij hominum, vſquequò graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?*

Iterum ad filios hominũ ſermonẽ dirigit, in quos inuehitur, ꝙ graui ſint & obdurato corde,qui adhuc reptent inter huius ſeculi curas, & rerum mundanarũ pondere ad ima trahantur,atquè mundi huius teneantur illecebris: quodq; terrã deniquè concupiſcant, eamque toto animo atq; votis omnibus amplexentur.filij hominũ(inquit)vſquequò graui corde?qui vel ex ipſa erecti corporis forma,& capite ſurſum verſus poſito, conuincimini,ꝙ ſurſum corda habere debeatis,vtì filij hominũ,non pecudũ.ꝙ ſi ita res habet,cur iumentorum more, terram ac terrena reſpicitis?cur oculos declinantes,deorſum tenditis:fallaci appetitui carnis,& concupiſcentijs mũdi huius inſeruiẽtes?An neſcitis, ꝙ omne,
1.Io.2.d. quod eſt in mundo (vt Ioannes Apoſtolus ait)concupiſcentia carnis eſt,& cõcupiſcentia oculorũ,& ſuperbia vitæ? Cur ergo,& vſquequò filij hominũ eritis graui corde? Scio equidẽ ꝙ rei huius,lapſus primi hominis fuerit in cauſa,imò in culpa , quia poſt lapſum manſit natura læſa,& ſaucia: obidque reparatore & reparatione egẽs,obnoxia corruptioni,quæ hanc gignit grauitatẽ: ſicut ſcriptum
Sap.9.c. eſt:corpus,quod corrumpitur, aggrauat animam:& terrena habitatio deprimit ſenſum multa cogitantẽ:quãdo vnum eſt neceſſariũ,
Luc.10.g. & illud optimũ. Ecce (dicitis) ſatisfactũ eſt abundè,quippe qui nouimus , vnde hoc nobis profluxerit malũ,& vnde cordi huiuſmodi grauitas emanarit.Hinc etenim cuncta cogitatio cordis intenta eſt ad malum. fateor
Gen.6.b. ingenuè,qualis qualis eſſet excuſatio, ſi adhùc tenelli eſſetis,vtì prothoplaſtorũ filij vel nepotes . At vos filij hominũ iam ablactati, quibus lex data eſt:orto iam ſole, qui illumi-
Io.1.a nat omnem hominem veniẽtẽ in hunc mundum,adueniente Chriſto,eiusque Euangelio corruſcante: vſquequò graui corde , ſaxeo quidem & adamãtino,ne dicam plumbeo? vt quid iam diligitis vanitatẽ,& quæritis men- Pſ.61. ve. 9.
dacium?vani enim eſtis,& mendaces filij hominum in ſtateris , apud quos præponderat vanum ſolido,& mendaciũ veritati:proh magna peruerſio?An neſcitis,ꝙ Chriſtus via,veritas & vita ſit: diabolus autem mendax, & Io.1.a.
mendacij pater. An neſcitis,quoniam omnes Dij gentium demonia?Dominus autem cæ- pſ.95. ve. 5.
los fecit? vt quid igitur hęc ſcientes adhuc diligitis vanitatẽ,& quæritis mendacium,relicto Deo viuo &vero?ſi veremini fortè,ꝙ nõ ſit acceſſus ad Deum,eò quòd habitet lucem inacceſsibilem.

*Scitote,quoniam mirificauit dominus ſanctum ſuum: dominus exaudiet me , cùm clamauero ad eum.* 4.

Scitote, quòd pr̃ mirabilem fecit ſanctum Chriſtum,quẽ abſoluto vocabulo ſanctum nominat ſcriptura, quia ſanctũ nomen Pſ.62. ve.3.
eius:quale eſt illud: ſic in ſancto apparui ti- pſ.21.ve.3.
bi,&tu in ſancto habitas laus Iſrael.Illudque, Daniel.9.a.
vngatur ſanctus ſanctorum,& finem accipiat peccatum. Scitote ergo, quoniã mirificauit dominus ſanctum ſuum,quem fecit vita ſpectabilẽ,doctrina eminentem,miraculis potẽtem. fecit etiam mirabilem Chriſtum ſuum, quia miſericordem & benignũ,& hunc aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtũ iuſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis 1.Io.2.a.
noſtris(Ioannes apoſtolus ait) Nõ eſt igitur quòd quis repulſam timeat.Ecce Dei & hominum mirabilis mediator adeſt,per quẽ dominus exaudiet me,cùm clamauero ad eum, & proſpera cuncta ſuccedẽt.Ipſe etenim ait: Io.16.c.
Amen amen dico vobis: quicquid petieritis patrem in nomine meo,dabit vobis. Et hinc eſt,ꝙ ſancta mater eccleſia his edocta, hiſq; innixa verbis,precationem ſuam (cùm orat) huiuſmodi fine claudit:Per dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum filium tuum. Sequitur.

*Iraſcimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus veſtris , & in cubilibus veſtris compungimini.* 5.

Poſtquàm propheticus ſermo nos in fide mediatoris inſtruxit, quæ totius ſtructuræ ſpiritalis baſis eſt, & fundamentum: nobiſq; tribulatis , quò Deum fidenter inuocemus, non mediocrem audaciam contulit : eoquòd pater Chriſtum ſuum mirabilem fecerit mediatorem : nos primum commonet , ne demus locum irę:ac per hoc peccatum regnet Ephe.4.f.
in nobis, ſi noſtrum erga fratres ſubeat ani-

mum:

mum, vtì effrenis affectus, quod exponens
Apoſtolus ad Epheſ. ſcribẽs ait: ſol nõ occi=
dat ſuper iracundiã veſtrã, hoc eſt, nõ obtene
breẽ dictamẽ rationis. Nolite locũ dare dia=
bolo: quin irã potiùs in voſipſos cõuertite pi
am ac meritoriã. Atq; ſic alio ſẽſu nos ad pœ
nitentiã prouocat, dicẽs: Deũ timete, & iraſci
mini his, quæ dicitis in cordib⁹ veſtris, & no
lite peccare: ſed in cubilibus veſtris cõpungi
mini. Primus quidẽ actus pœnitẽtialis ſit per
petratis iraſci malis, illa ex animo deteſtari,
& velle vindictã ſumere de peccatis. Id.n.eſt
præterita mala plangere, & plangẽda iterum
non cõmittere. Ideo nolite peccare, quin ſit
potiùs firmũ vlteriùs nõ peccãdi propoſitũ.
Mich.2.a. Deinde in cubilibus veſtris cõpungimini, vt
ſit intra cubiculũ cõpunctio cordis: ne vos il
lud ve dñi cõprehẽdat per prophetã ſuũ dicẽ
tis: ve qui cogitatis inutile, & operamini ma
lũ in cubilibus veſtris: vbi cubiliũ noĩe, cor=
Pſ.149.ve.5 pus & animã intellige: vtrunq;.n. ſic ſcriptura
vocat. De corpore quidẽ dicit: exultabũt ſan
cti in gloria, lætabunt in cubilibus ſuis, id eſt
in corporibus, in quibus denuo reaſſumtis,
habitabũt reſurgẽtes. De anima verò ſcriptũ
Mat.6.a. eſt: cũ oraueris, intra in cubiculũ tuũ, id eſt, ꝓ
priæ cõſcientiæ ſecretũ, & clauſo oſtio, ne
curis ſeculi ſit patens: ora patrẽ tuũ in abſcõ=
dito, & pater tuus q̃ videt in abſcõdito, red=
det tibi. Et hæc de cõtritione & peccati de-
teſtatione, diſplicẽtia, cõpunctione, ac firmo
propoſito nõ recidendi. Nũc verò de ſuiipſi⁹
punitione, de iuſtitia in propriũ caput exer=
cenda, de ſeipſo deniq; homine (nouo quodã
perinde ac Deo acceptabili ſacrificio) mactã
do, quo Deũ placet, ipſi (quẽ detraxerat per
peccatũ) honorẽ exhibendo, & (vt paucis di-
cam) de ſatisfactorio opere ſubiungit.
6. *Sacrificate ſacrificium iuſtitiæ, & ſpera
te in domino: multi dicunt, quis oſtendit
nobis bona.*
Quid iuſtius (obſecro) q̃ ꝙ is, qui rapuit, ex
oluat: & volũtariè luat, q̃ volũtariè offendit?
Sacrificate ergo ſacrificiũ iuſtitiæ. Nõ quidẽ
bruta animalia, ſed brutales affect⁹: ita, ut iu-
Rom.12.a. xta illud apoſtoli monitũ: exhibeatis corpo=
ra veſtra hoſtiã viuentẽ, ſanctã, Deo placẽtẽ,
rationabile obſequiũ veſtrũ. viuentẽ (inquã)
ꝑ fidẽ charitate formatã: ſanctã, per deuotio
nẽ Deo mancipatã: Deo placentẽ, per rectitu
dinẽ intẽtionis: rationale obſequiũ, hoc ẽ, diſ
cretiõis ſale cõditũ: q̃a honor regis iudiciũ di
ligit. De animis verò ſcitote, ꝙ ſacrificium
Pſ.98.ve.3. Deo, ſpiritus contribulatus ſit: cor cõtritũ &
Pſ.50.ve.18 humiliatũ. Sed quis credidit auditui noſtro?
quis hæc audiẽs de mactãdo homine (niſi re-
ctè ſentiat) nõ cõtremiſcat? quis nõ horreat,
niſi ſpiritui dicẽti attẽdat? quippe caro refu=
gi/t, renitunt ſenſus, totusq; refragat homo.
Is præſertim, qui huic ſeculo, quaſi viſco ad-
glutinatus eſt, nec his (q̃bus fruit voluptati=
bus) velit abrenũciare. At ſi lucrũ mente cõci
piat, nihil durũ, nihil rigidũ, nihil deniq; ſibi
videbitur graue, & oneroſum, quin huius ſa-
crificij iuſtiſsima cõpenſatione, vitã ſibi cõ-
parabit æternã. Ecce ſpõſæ prudẽtiſsimæ, di- Cant.1.d.
lectus ſpõſus, vtì faſciculus myrrhę viſus eſt:
q̃ vt fax omniũ amaritudinũ ac tormentorũ
pẽdebat in cruce. Nihil.n. amãti graue, q̃ ni=
hilifacit oĩa præter amatum: cui vni placere
cupit. Oĩa (inquit apoſt.) arbitratus ſum ſter- Phil.3.c.
cora, vt Chriſtũ lucrifaciã. Quãobrẽ vos filij
hominũ, ſacrificate ſacrificiũ iuſtitiæ, cõcupi
ſcentias veſtras (vtì diximus) iugulãtes: ſimul
què ſperate in dño iuſtificãte. Sperate (inq̃)
in Deo iuſtitiæ meæ & veſtræ, quia ſpes nõ Ro.5.a.
cõfundit. Nolite voſipſos operatores, ſed co
operatores veſtræ ſalutis exiſtimare. Audite
apoſtolũ dicentẽ: abundãtius omnibus labo- 1.Cor.15.b.
raui: non ego, ſed gratia Dei mecũ. ſed quid?
multi dicũt: q̃s oſtẽdit nobis bona? Nõ quidẽ
omnes (quãdoquidẽ ſunt quidã, quos vnctio
docet ipſa) ſunt tñ multi, nõ pauci hoc dicen
tes: ꝙ heu experimẽto didicimus, ij ſcilicet,
q̃ diligũt vanitatẽ, & mẽdaciũ quærũt: quiq;
(iuxta Paulũ) euanuerũt in cogitationibus ſu
is, & obſcuratũ eſt inſipiẽs cor eorũ. dicẽtes
.n. ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt. Et quos tra
didit Deus in reprobũ ſenſum. Sic obcęcati
dicũt: q̃s oſtẽdit nobis bona? quippe veritatẽ
Dei, in iniuſtitia detinẽt (ait apoſtol⁹) quia ꝙ Rom.1.c.
notũ eſt Dei, manifeſtũ eſt in illis. Deus.n.il-
lis manifeſtauit. inuiſibilia .n. ipſius à creatu-
ra mũdi, per ea quæ facta ſunt intellecta, con
ſpiciunt, ſempiterna quoq; eius virtus, & diui
nitas. Ita vt ſint inexcuſabiles, quos nũc Da-
uid ſãctus inducit dicẽtes: q̃s oſtẽdit ſeu oſtẽ
det nobis bona, quib⁹ ſtatim ſatisfacit dicẽs.
*Signatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui do 7.
mine: dediſti lætitiam in corde meo.*
Mirabilis verſiculus, breuis, venuſtus, &
compendioſus: quocirca oremus dominum,
digne nobis illius aperire ſenſum. Per lumẽ
vult⁹ Dei: ſcintillã illã animę cõcreatã (quam
ſinderesim vel ſynteresim vocãt, & ſupremũ
apicem mentis, ac lumen rationis accipe,
per quod (ſuper nos ſummi opificis ſigillo ſi
gnatũ, quũ creauit hominẽ ad imaginẽ & ſi=
militudinem ſuã) illi quaſi per vultũ aſsimila
mur, & à cæteris diſcernimur animãtibus: ꝙ
ſi huic lumini naturali adiũgatur gratuitũ: nõ
innatũ, ſed datũ & infuſum: quod Pſaltes (ſuo
ydio-



Pſ.44.ve.9 ydiomate vſus) lætitiã vocat: ꝓculdubio ſta
tim cognoſcemus æterna bona, quæ verè &
abſolutè bona dicenda ſunt. Cùm ergo quę
ritis filij hominũ, vel filij viri: quis oſtendet
nobis bona? pro foribus eſt reſpõſio dicẽtis:
ſignatũ eſt ſuper nos lumẽ vultus tui dñe: de
diſti letitiã in corde meo. Illud ſignaſti, hanc
dediſti, illud impreſsiſti, hanc gratiã infudiſti:
hoc vtiq; (opinor) lumẽ rationis ſuꝑ nos ſi
Iaco.1.d. gnatũ, quo bonũ à malo diſcernim⁹: Iacobus
apoſtolus inſitũ verbũ appellat, illudq; nõ re
ijciendũ, quin amplectẽdũ potiùs admonet:
quo rationabiliter feramur, vt tandẽ Dei co-
operãte gratia, meritoriè agamus, & vitã adi
piſcamur æternã: propter quod (inquit) abij=
ciẽtes omnẽ immunditiã, & abundantiã mali
tiæ, ſuſcipite inſitũ verbũ: quod poteſt ſalua
re animas veſtras: ꝙ ſi mauis, ꝑ lumẽ vultus,
Chriſtũ dñm intellige. Eſt.n. conſors paterni
luminis: lumẽ de lumine: Deus verus de Deo
Heb.1.a. vero, de quo Apo. ad Hebr. ait: ꝙ ſit ſplẽdor
gloriæ, & figura ſubſtãtiæ eius. Eſt etiã æter
ni patris imago, ęternũ Dei verbũ, ducẽs nos
in perfectã eius cognitionẽ, dicẽte Chriſto:
Io.14.a. Philippe, qui videt me, videt & patrẽ meum.
Sap.7.c. Et in libro ſapiẽtiæ dicit: ꝙ candor ſit lucis
æternæ, & ſpeculũ ſine macula Dei maieſta=
tis, & imago bonitatis illius. Hoc igit lumen
vultus tui dñe, ſignatũ ſuper nos, in noſtrũ ſci
licet & totius eccleſiæ caput à te ſignatũ &
cõſtitutũ, oſtẽdit nobis bona. Sic.n. legimus:
Io.1.b. Deũ nemo vidit vnquã: vnigenitus filius, qui
eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Et iterũ: ne=
mo nouit patrẽ niſi filius, & cui voluerit fili
us reuelare. Cuius lætitiam dediſti in corde
pſ.50.ve.13 meo, cùm clamarẽ, redde mihi lætitiã ſaluta=
ris tui. Cùm ergo quæſierint: quis oſtẽdit no
Pſ.43.ve.5. bis bona? libera voce dicã: dextera tua & bra
chiũ tuũ, & illuminatio vultus tui. Signatũ.n.
eſt ſuper nos lumẽ vultus tui dñe: dediſtiq; ſi
mul lætitiã in corde meo. ꝙ ſi aliũ adhuc ſen
ſum deſideras, hoc nomine, fidei lumẽ acci-
pe, quæ vtiq; per dilectionẽ operatur. hęc.n.
lumen vultus Dei eſt, quod ſuper nos ſigna-
uit dñs, & eius impreſsione oſtẽdit nobis bo
na. Nũc.n. videmus ꝑ ſpeculũ & in enigmate
1.Cor.13.d. fidei (apoſtolus ait) tũc autẽ facie ad faciem.
Nũc cognoſco ex parte: tũc autẽ cognoſcã ſi
Pſ.88.ve.16 cut cognitus ſum, de quo alibi: dñe in lumine
Ro.10.d. vultus tui ambulabũt. Sed quia fides ex audi
tu eſt: auditus autẽ per verbũ Chriſti: non in
congruè etiã de hoc verbo fidei cordibus no
ſtris per euangelicã prædicationẽ immiſſo:
cõmonitio illa Iacobi apoſtoli intelligi po-
teſt, dũ ait: ſuſcipite inſitũ verbũ &c. Nolite
ponere obicẽ Spiritui ſancto inſerẽti hoc ver
bũ, quod oſtẽdit vobis bona, poteſtq; ſaluare
animas veſtras. Nõ ergo renitamini, ſed cum
omni obediẽtia & auiditate ſuſcipite. At cũ
nõ omniũ ſit fides: hinc eſt, ꝙ multi dicũt: q̃s 2.Theſ.3.a.
oſtendit nobis bona? & rectè bona: nã beati-
tudo, ſtatus omniũ bonorũ definitur, aggre-
gatione perfectus. Sunt etiã, quæ (vel occaſi
one accepta, non prebita) ad bonorum huiuſ
modi præpediunt cognitionem. Sequit.
*A fructu frumenti & vini, & olei ſui: 8.
multiplicati ſunt.*
Hîc in primis quidã obſeruãt nõ haberi ver
bũ olei in Hebreo: deinde verba in hũc ſenſũ
referũt, ꝙ rex ſanctus letitiã habuerit ſemp,
de abũdanti fructu ſubditorũ. Nos autẽ verſi
onẽ noſtrã ſequẽtes, in hunc ſenſum deflecta-
mus: Ac ſi dixerit: nõ miremini, ꝙ multi ſint,
qui dicũt, quis oſtendit nobis bona? q̃m à fru
ctu frumẽti vini & olei ſui, multiplicati ſunt,
hæc dicẽtes, & in dies multiplicãtur. Rerum
.n. temporaliũ abũdantia oblitionem gignit
æternorũ bonorũ. qui ergo viſco terrenę ſub
ſtãtiæ inuoluuntur: in altũ nequeũt aduolare.
Nã dũ hæc (quæ præſentia ſunt) inferiora in=
tuentur, ipſaq; deguſtãt, vel potiùs ad ſaturi-
tatẽ vſque deglutiũt: ſi alia ſuperiora ſint bo
na, prorſus ignorãt: qualis erat ſtultus ille di-
ues Euangelicus apud Lucã, qui dicebat ani- Luc.12.a.
mæ ſuæ: anima, habes multa bona poſita in an
nos plurimos: requieſce, comede, bibe, eptula
re, vel lætare. Cui dixit Deus: ſtulte, hac no
cte animã tuã repetẽt à te: quæ autẽ paraſti,
cuius erunt? Sic qui ſibi theſaurizat, & nõ eſt
in Deũ diues. ẽ diuerſo autem cõtinget iuſto
ſapienti, qui dicet.
*In pace in idipſum: dormiã & requieſcã.* 9.
Is nõ fixit (vt alter ſtultus) ſpem ſuã in bo=
nis horreo cõgregatis, nec in incerto diuitia
rum, quæ dũ quietem promittũt, poſsidentis
inquietãt animũ: ſed in Chriſto, q̃ pax noſtra
eſt, & vera quies, de quo hĩc ait: in pace in id
ipſum, hoc eſt ſimul cũ grege mihi cõmiſſo,
dormiã & requieſcã. Tibi ergo ſoli fidã, qui
æternorũ largitor es: tu oſtendiſti bona, quæ
concupiſco nunc viuens, & poſtquàm in te
dormiero me viſurum ſpero. Credo enim vi pſ.27.ve.17.
dere bona dñi in terra viuentium.
*Quoniam tu domine ſingulariter in ſpe: 10.
conſtituiſti me.*
Securus dormiam, & cum omni tranquilli=
tate ſecurus requieſcam in amenitate pa-
cis, quippe qui repoſitam (quam mihi reddi-
turus es) iam ſpero coronam, à te ſingula-
riter, in ſpe conſtitutus. Sum etenim extra
illorum multorum numerum, qui dicũt: quis
oſten-

oſtendit nobis bona? & ſingulariter in ſpe reſurrectionis & gloriæ, cũ electis alijs cõſtituiſti me dñe Ieſu, qui cũ patre & Spiritu ſancto per infinita ſeculorũ ſecula regnas Amẽ.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 4.

*CVM inuocarem (ait pſaltes) miſeriamq; & iniuſtitiam propriam aperirẽ apud Deum iuſtificantem, dicens: miſerere mei, & exaudi orationem meam: nedum uerba compleueram, & iam tu miſericors & miſerator Deus, mihi tribulato ſuccurrens, paraſti aditum, dilataſti uiam, reſpondiſti deniq; ad uotum uel ad utilitatẽ. Quocirca uos homines deſides, non immerito nunc carpere libet, quòd graui corde, oculiſq; in terrã ac terrena defixis, diligitis uanitatem, & quęritis mendacium, ſolido relicto & uero, æternũ duraturo. Cor igitur in altũ erigite, & de luto miſeriæ mecũ inuocate Deum. Nã Dei & hominũ mediator adeſt Chriſtus dñs: quẽ pater mirabilẽ & ſpectabilem effecit, & per quem uti propitiatorẽ, me ſeruuloſq; ſuos clamãtes ad ſe, dignabitur exaudire. Quamobrẽ uos filij hominum, iraſcimini uobis ipſis quotidie peccantibus, & iam nolite peccare. Ecce peccata ueſtra clamant, Deumq; interpellãt uindicẽ: nec tamen uos clamatis, Deũ miſericordẽ ac iuſtificantem inuocantes. Id igitur compuncti facite, ſacrificãtes ſacrificiũ iuſtitiæ (æquũ enim eſt is ipſe luat, qui cõmiſit noxam) & ſperate in dño. Nam ut Paulus ait: Spes non confundit. Ite-* Rom.5.a.
*rumquè Eſaias: Non confundentur qui expectant &c. At multi dicunt: quis oſtendit nobis bona, ſuperio* Eſa.49.f.
*ra ſcilicet & æterna, ad quæ ſurſum corda leuemus, uanitate & mendacio relictis? Cui rogatiunculæ in promptu ſatisfactio adeſt, quòd ſignatũ eſt ſuper nos lumẽ &c. Ideo inexcuſabilis es ô homo. Vide (ait egregius Pſaltes) ne fortè ſit in cauſa quòd multi dicant: quis oſtendit nobis bona: bonorũ temporalium multiplicatio, quibus noli cor apponere, ne ignores aut obliuiſcaris æterna. Non ſic ego, ſed bonis omnibus huius ſeculi ſpretis, quibus homines inuigilare ſolent, & pro quibus aſſidua bella gerunt: in pace in idipſum, in te ſcilicet bone Deus, qui ſemper idem ipſe es, & bonorũ omnium ſupremum: dormiã ſimul & requieſcã: non ut olim anxius fluctuanſq; inter ſpem & metum conſtitutus, ſed in te uno (qui uera pax es, quaſi in lecto molli quieſcam: quoniã tu dñe, ſingulariter in ſpe te uidẽdi atq; fruendi, conſtituiſti me. Sancto igitur otio functus ad te preces meas effundam.*

## PSALMVS QVINTVS.

***VERBA mea auribus percipe dñe: intellige clamorẽ meum.***

Titulus eſt pro ea, quæ cõſequitẽ
hereditatẽ, P ſal. Dauid. Eſt enim
Pſalmus à Dauid editus, directus in finẽ (qui
Chriſtus eſt) pro eccleſia, quæ cõſequitur re-
Pſ.126.ve.4 gnũ cælorũ: quæ hereditas dñi eſt, filij mer-
ces, fructus ventris: de qua in ea, quæ ad Hæ
Heb 9.d. breos eſt epiſtola, ait apoſtolus: ꝙ ideo noui
Teſtamẽti mediator ſit Chriſtus, vt repro-
miſsionẽ accipiãt, qui vocati ſunt ęternæ he
reditatis. Clamat igitur eccleſia ex gentibus
cõgregata dicẽs: verba mea percipe, intellige
clamorẽ, intẽde voci orationis meæ. Vbi tri-
plex huiuſmodi repetitio, & eiuſdem rei in-
culcatio (præter id quod maximũ orãtis de-
ſignat affectũ) trinitatẽ diuinarũ perſonarũ,
ſimul & eſſentiæ vnitatẽ, innuere videtur ac
profiteri: dũ tripliciter vnũ eundẽq; Deum,
dñm, ac regẽ interpellat dicẽs: auribus perci-
pe dñe, intellige clamorẽ, intende voci, rex
meus, & Deus meus. ꝙ ſi placet: nomine dñi,
Spiritũ ſanctũ accipe dñm & viuificantẽ, qui
ex patre filioq; procedit. At regis noĩe: Chri-
ſtũ Dei filiũ intellige, quẽ idẽ pſaltes abſolu-
Pſ.44.ve.1. tè regẽ appellat dũ ait: dico ego opera mea
regi. Habet.n. in veſtimẽto, & in fœmore ſuo
Apo.19.c. nomẽ ſcriptũ: rex regũ, & dñs dominantiũ: pa
trẽ autẽ, Dei nomine annotabis: & ij tres vnũ
ſunt. Tu ergo dñe, rex, atquè Deus meus (ait)
verba mea percipe auribus clemẽtiæ & beni
gnitatis tuæ, & intellige clamorẽ meũ, q cor
dis anxietatẽ nimiumquè dolorẽ propalabit.
Intellige (inquã) & quaſi intus lege mei cor-
dis affectum.

*Intende voci orationis meæ: rex meus &* 2.
*Deus meus.*

Dignationis tuæ ſit, orationẽ meã auſculta
re, & illius perpẽdere intentũ: qui melius no
ſti, & precationis dediſti donũ: qui.n. ſcruta-
tur corda (inquit Paulus) ſcit quid deſideret Rom.8.e.
ſpiritus. Tu dñs, tu rex, tu deniquè Deus me[9]
es: intende igitur voci orationis meæ, quæ
apud te legatione fungitur.

*Quoniam ad te orabo domine: mane ex-* 3.
*audies vocem meam.*

Dñe (ait) quò vnitatẽ, quã diximus eſſentię,
cũ trinitate perſonarũ ꝓfiteatur. Ad te (inqt)
orabo dñe, qui Deus meus es, nõ vtiquè ad
Deos alienos: & mane exaudies vocẽ meam.
In principio tribulationis exaudies: eò quòd
benignus ſis. Sequitẽ.

*Mane aſtabo tibi, & videbo: quoniam* 4.
*non Deus volens iniquitatem tu es.*

Ad te orabo dñe, ad te genua flectam, ad te
puras leuabo manus, nõ ad Baal, nõ ad ydola
muta. Mane quidem, & in principio con-
uerſionis meæ aſtabo tibi, & mane exaudies



vocem meam, gratiam infundens, qua tibi à
Rom.13.b. primis (vt aiunt) vnguiculis inſeruiam, ab-
abijciam opera tenebrarum, & arma lucis in-
duar: ſic vt in die honeſtè ambulem. Hoc ete-
nim mane fidenter aſtabo tibi, & mane ora-
tio mea præueniet te: eò ꝙ tua iã miſericor-
dia pręuenerit me, vt coram te aſtare vellẽ &
poſſem. Mane etiã exaudiẽs me, adiuuãs me,
ad te ire nitentẽ. Et te ductore mane aſtabo
tibi, & experrectis oculis videbo quid iube-
as, quidq; velis, vt illud exequar, quo tibi pla
ceam, tibi (inquã) nã ſi adhuc hominibus pla-
Gala.1.b. cerẽ (apoſtolus ait) Chriſti ſeruus nõ eſſem.
Mane igitur orabo, mane etiam aſtabo tibi,
(qui mos apparitorũ eſt) vt ſciam voluntatẽ
Phil.2.b. tuam, eamq; adimpleã. Nam tu Deus es, qui
operaris in nobis velle & efficere atq; perfi-
cere: pro bona voluntate. Videbo ergo mane:
dum dies eſt: dum tẽpus eſt operãdi: ſed quo
modo? Nunc profecto per fidẽ miſericordiã
tuã ſpectãs. Atqui veniet aliud manè, in quo
ego & conſerui aſtabimus tibi, dicemuſq;: re
Pſ.89.ve.16 pleti ſumus manẽ miſericordia tua: & exulta
uimus, & delectati ſumus in omnibus diebus
noſtris. Lætati ſumus pro diebus, quibus nos
humiliaſti: annis quibus vidimus mala. Nẽpe
tunc in luce videbo, & felici experimento
comprobabo: ꝙ nunc fide teneo, quoniam
non Deus volens iniquitatem tu es.

5. *Neq; habitabit iuxta te malignus: neque*
*permanebunt iniuſti ante oculos tuos.*

Nihil inquinatum introibit in cæleſtẽ illam
Ieruſalẽ, aut abominationẽ faciens & menda
Apo.21.d. cium. Ioannes apoſtolus ait. Cùm igitur vide
bo ꝙ aſtẽt iuſti, nec habitet iuxta te malign[9],
tibi ſcilicet inherens, nec permaneãt iniuſti
ac reprobi ante oculos tuos, eò ꝙ dilexeris
iuſtitiã, & odio habeas iniquitatẽ: tũc & ego
tibi aſtans feliciſsimo mane illo, cui nox nõ
ſuccedet vlla: videbo ꝙ nũc fide teneo: quo-
niã nõ Deus volens iniquitatẽ tu es. Nunc vi
1.Cor.13.d. deo per ſpeculũ & in enigmate fidei proſpi-
ciens: Et ſi (dixerim) in caligine noctis huius,
atq; crepuſculo ſubobſcuro mane: tũc aũt ma
ne illo lucidiſsimo adueniente, videbo facie
ad faciẽ, & cognoſcã ſicut cognit[9] ſum. Aſta-
bo quidẽ in pace ſecura: & videbo iã non mi
litans, ſed triumphãs. Videbo præſens, nõ ex
ulans. Aſtans videbo vt regina à dextris tuis
Pſ.44.ve.11. in veſtitu deaurato, circũdata varietate: vtiq;
arcana Dei, quæ nõ licet homini loqui: dice-
muſq; iam ciues ſanctorum effecti, & dome
Pſ.47.ve.7. ſtici Dei: ſicut audiuimus, ſic vidimus in ci-
uitate domini virtutum. Nempe hæc ait pro
pheta induens perſonam eccleſiæ, quæ con-
ſequitur hæreditatem incorruptibilem & in 1.Pet.1.a.
contaminatam & immarceſsibilem conſerua
tam in cælis. Id etenim illi ante promiſſum
fuerat per Eſaiam dicentem: tunc videbis & Eſa.60.a.
afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuum.
Dicat igitur: te ſponſo meo vero iuſtitiæ ſo-
læ iam orto (qui per gratiam tuam ignoran-
tiæ & peccatorum fugaſti tenebras) iamque
in cælum aſcendente, atque ad patris dexte-
ram ſedente, ciuitatemq; ſuam ſanctam (quæ
ſurſum eſt, & quam conſequi ſpero hęredita-
tem) illuminante: ego tibi aſtabo, & beatifica
intuitione ac fruitione videbo: quoniam non
Deus volens iniquitatẽ tu es. Neq; habitabit
iuxta te malignus, qualis eſt ille, qui rancoris
malum ignẽ, inteſtinumq; odium habet erga
proximum. Magna quippe eſt, plena ſecuri- et
tas, vbi nec malignus habitat: neq; ante ocu-
los permanent iniuſti. Sequitẽ.

*Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem:* 6.
*perdes oẽs, qui loquuntur mendacium.*

His profecto conſtat omne malum: ſi per-
uerſè cogitãs, male loquaris: & iniquius ope
reris: quippe qui huiuſmodi ſunt, eccleſiam
conſtituunt malignantiũ, & ſub diabolo ipſo
rum capite habitant in Babilone. Neq; enim
habitabit iuxta te malignus dñe, neque per-
manebunt qui iniuſtè agunt & loquuntur an
te oculos tuos, vt illos benignè reſpicias, eò
ꝙ tu veritas ſis, ipſi verò mendaces: qui falſa
perniciosè loquuntur, & iniquè operantur.

*Virum ſanguinum, & doloſum abomina* 7.
*bitur dominus: ego autem in multitudine*
*miſericordiæ tuæ:*

Huius verſiculi poſterior pars videtur ini-
tium ſubſequentis, quo diuinæ miſericordiæ
tribuat multitudini: ꝙ ſit quandoq; ingreſſu
rus domum Dei. Ait ergo: peccatorẽ vtique
obſtinatũ & in dies peccata multiplicantem,
qualis Saul erat. vti abominabilẽ proijciet à
ſe dñs: neque domus ſuę limina teret. At ego,
qui tua gratia, iuſtitiæ amplector viam, in
multitudine miſericordiæ tuæ.

*Introibo in domum tuã: adorabo ad tem-* 8.
*plum ſanctum tuum in timore tuo.*

Nõ quidẽ ex meritis, ſed ex vocante, non
ex proprijs viribus, ſed ex multitudine miſe
rationũ tuarum delente iniquitatem meam: pſ.50.ve.2.
Introibo in domum tuam, quia vocaſti me Luc.14.b.
pauperem, debilem, cæcũ, & claudicantem.
Et ex multitudine miſericordiæ compuliſti
me intrare, & ex renitente feciſti volentem,
vt impleretur domus tua. Quid vltra? flage
llaſti me, impleſti faciem meam ignominiã Pſ.82.ve.17.
vt

vt quęrerem nomen tuũ dñe: atque eiuſdem
miſericordię multitudine: multiplicatæ ſunt
pſ.15.ver.3 infirmitates meæ, & poſtea acceleraui, tu me
vocaſti, dilexiſti, temetipſum tradidiſti vt
Ephe.5.c. me ſanctificares, mundãs lauacro aquę in ver
bo vitæ, vt me exhiberes tibi glorioſam ec-
cleſiam nõ habẽtem maculã, aut rugã, aut ali-
quid huiuſmodi: ſed vt ſim ſancta & immacu
lata. In huius ergo (quam vt potui recen-
ſui) miſericordiæ tuæ multitudine: introibo
in domũ tuã, adorabo ad templũ ſanctũ tuũ.
Malignus vtique non introibit, neq; habita-
bit iuxta te: ego aũt introibo, habitabo, et
adorabo in conſequuta hæreditate apud tem
plum ſanctũ tuum. Nã iuxta Ioãnis verbũ in
Apo.21.d. Apocalypſi: Dñs Deus omnipotens templũ
Io.4.c. illius eſt et agnus. Adorabo (inquam) vti veri
Mat.26.f. adoratores in ſpiritu et veritate, ad templũ
ſanctũ tuum, quod mei gratia deſtruxiſti, et
mei gratia in triduo reædificaſti. Et adora-
pſ.18.ve.10. bo in timore, nõ ſeruili, ſed in timore tuo ca
ſto filiali et ſancto ac reuerentiali, qui per-
manet in ſeculum ſeculi. Sequitur.

9. *Domine, deduc me in iuſtitia tua: pro-
pter inimicos meos dirige in conſpectu tuo
viam meam.*

Non deſunt qui legant dirige in conſpectu
meo viam tuã, quæ vtique lectio in eundem
ſenſum tendit. Porro nemo poteſt venire ad
te, niſi tu traxeris eum: trahe ergo me poſt te
tu qui rex meus, Deus meus, ſimul et ſponſus
pſ.79.ver.1 meus es. qui regis Iſrael intende, qui deducis
velut ouem Ioſeph: deduc me dñe in iuſtitia
tua, et introibo in multitudine miſericordiæ
tuæ. Vtrunq; enĩ tuum eſt, iuſtitia .ſ. et miſe
ricordia, niſi fortè vnum et idem ſint miſeri-
cordia iuſtificãs, et iuſtitia miſerãs. Nec ego
pſ.70.ve.17 cognoui literaturam, vt has inter ſe plenè di-
ſtinguere et ſecare poſſim. quamobrem in-
troibo in potentias dñi, et memorabor iuſti-
tiæ tuæ ſolius. introibo (inquã) in domũ tuã,
pſ.111.ver.3. de qua ſcriptum eſt: gloria et diuitiæ in do-
mo eius, et iuſtitia eius manet in ſeculum ſe-
culi. Hæ quidem potentiæ dñi, iuſtitia et mi-
ſericordia, quæ maximè in domo tua relu-
cent. At cùm introiero: memorabor iuſtitiæ
tuæ ſolius. Non meæ vtique, ſed tuæ, illius .ſ.
quæ ſola inter alias excellentior fuit, qua vt
ſeruũ redimeres: filiũ tradidiſti. Hæc hæc iu
ſtitia eſt memoria digna, quæ meo labetur
pectore nuſquam: quin huius potius iuſtitiæ
tuæ ſolius (dũ vixero) memorabor: qua pro-
Rom.8.f. prio filio non peperciſti, ſed pro nobis omni
bus tradidiſti illum. Deduc igitur me dñe in
hac iuſtitia tua, et huius (quam in vnigenitũ
exercuiſti filiũ) memorabor iuſtitiæ tuæ ſo-
lius, quæ miſericordiarũ maxima miſericor-
dia fuit. Et propter inimicos meos dirige in
conſpectu tuo viam meam. Sunt enim latrun
culi quidam graſſantes in via, gens inimica
mihi? Sunt hæretici, ſchiſmatici, ypocrytæ:
ſunt et dæmones, qui inſidiantur calcaneo
meo. ij omnes graſſatores ſunt, qui mihi ini-
micãtur. Et quos depredari cupiũt: à via ex-
trahunt, et per laberintheos errores, vt deci-
piant in vanitate in idipſum. At tu dñe, qui Ioan.14.a.
via, veritas & vita es, deduc me in iuſtitia
tua, & propter inimicos meos dirige in con
ſpectu tuo viam meam. Et qui deduxiſti me
in ſemitã mandatorum tuorum, deduc me in
via æterna. Sequitur.

10. *Quoniam non eſt in ore eorum veritas:
cor eorum vanum eſt.*

Si quis hos interroget, qua ſit via in cælũ,
qua ad cõſpectum tuũ eundum ſit? nõ eſt in
ore eorũ veritas, cor eorũ vanũ eſt, & fraudu
lẽtum. quippè qui hàc illac nutantes diuagã-
tur: varijs, ſed mendacibus, ſuis aſſertionibus
fallẽtes, & ipſi falſi ſeductores atque ſeducti.
Nõ eſt in ore eorũ veritas: & cor eorũ vanũ
eſt: quandoquidẽ fallunt & falluntur. ſubdoli
ſunt, falſum dicẽtes cum intentione fallendi.
qui & ſi corde (licèt raro) verum norint: fal-
ſum tamen ex malitia loquuntur. Sequitur.

11. *Sepulchrum patens eſt gutur eorum, lin
guis ſuis doloſè agebant. Iudica illos Deus.*

In epiſtola ad Romanos huius meminit lo Rom.3.b.
ci Paulus, Iudæos redarguens, qui euangelio
corruſcãte, adhuc legem obſeruandã eſſe cõ-
tendebãt. horũ autẽ peſtilẽs eſt, fœtida, & ma
lè olens doctrina, vtì ſepulchrũ patens. Nam
præbẽtes occaſionẽ ruinæ: inficiũt, quos per
uersè docent. Et linguis ſuis doloſè agentes:
molli, blandiquentuloque ſermone decipiũt
auditores. Sepulchrũ etiã patẽs iure appellan
tur: qui poſtpoſito omĩ pudore, palam delin
quere nõ verẽtur: quin potiùs in publicũ cri-
mina ſua prodũt, ore laſciuo impudica verba
iactantes, ipſoque fœtido ac peſtilenti proxi
mum corrũpentes: tu iudica illos Deus. ſutu
rũ prædicit ꝓpheticus ſermo. Nõ maledicit,
nõ optat, aut imprecatur malũ: ſed mala ma-
lis obuentura vaticinatur dicens: quo tandẽ
longanimitas tua dñe? vſquequo huiuſmodi
peccata diſſimulas, & vltionem differs? Age,
iudicium accelera, iudica illos Deus iuſte iu
dex: tu verò inique, quiſquis es, expecta pa-
rumper: Audi quid tibi Apoſtolus dicat: Ex- Rom.2.a.
iſtimas quòd tu effugies iudicium Dei: an
diuitias bonitatis eius & patientiæ & longa-
nimitatis



nimitatis eius contemnis &c. Sequit.

12. *Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundum
multitudinem impietatum eorum expel-
le eos: quoniam irritauerunt te domi-
ne.*

Sentiant ſe deluſos, deluſores ipſi, cùm ope
re complere nequeant, quod corde diſpoſue
rant ſtatuerantque. Decidant & fruſtrentur
his quæ iniquè cogitarunt. Non intrent do-
mum tuam ſecundùm multitudinem miſeri-
cordiæ tuæ, qui abuſi ſunt illa: quin ſecundũ
multitudinem impietatum eorum expelle
Io.2.c. eos potius: qm̃ irritauerũt te dñe. Irritauerũt
qui & domũ patris tui ſpreuerunt: eamq; ſpe
luncam latronũ fecerũt, quod illis contigiſſe
nouimus poſtea ex Euangelio: quũ quaſi fla-
gello vnigenitus tuus (templũ ingreſſus) oẽs
eiecit de tẽplo, oues quoque, & boues, & nu-
mulariorum effudit es, & menſas ſubuertit.
Iudica ergo illos Deus, & decidant à cogita
tionibus ſuis: qui ſibi ipſis, & propriæ cupidi
tati, non tibi altare viſi ſunt ſuperbientes. Et
expelle eos à te, ne habitẽt iuxta te maligni:
qui te expulerunt à ſe, & impietatũ multitu-
dine te irritarunt. Iudica illos, vel ſic prouo-
catus: q eos hactenus expectaſti & ſuſtinuiſti
lõganimis & benignus, dixerũt quippe quod
Iob.22.b. apud Iob: quid .n. nouit Deus? & quaſi per ca
liginem iudicat, nubes latibulum eius, nec no
ſtra conſiderat. Et quod alibi peccatores di-
xerunt: Non videbit dñs, nec intelliget Deus
Pſ.83.ve.7. Iacob. Intelligite inſipiẽtes in populo, & ſtul
ti aliquando ſapite, qui plãtauit aurẽ non au-
diet: aut qui confinxit oculũ non cõſiderat?
& paucis interiectis, iſdem pſaltes ait: Nun-
quid adhęret tibi ſedes iniquitatis? Abſit à
me huiuſmodi de te cogitatio, qui omnia ꝓ-
ſpicis & ęquiſsimus iudex es. Expelle ergo
eos ab hęreditate tua (quã me conſequuturã
ſpero) quoniã irritauerũt te dñe. Nõ perma-
neant iniuſti ante oculos tuos. At contra.

13. *Et lætentur oẽs, qui ſperant in te: in æter
num exultabunt, & habitabis in eis.*

Lętentur nunc obſecro in ſpe, qui poſt hu-
ius vitę curſum adepto brauio lętabuntur in
te. Lętabũtur quidẽ tũc lętitia inenarrabili in
Eſai.35.d. te: qui nunc ſpe firma ſperãt in te. In æternũ
exultabũt & habitabis in eis. Erit enim læti-
tia ſempiterna ſuper capita eorum: gaudium
& exultationẽ obtinebũt. Atqui tunc gaudiũ
plenum erit: quum exultabunt ſancti in glo-
ria extra ſe proſiliẽtes (id enim eſt exultare)
& habitabis in eis per gratiam, vtì rex in re-
gno & imperator in throno. Sicut ſcriptum
eſt: Thronus ſapientiæ anima iuſti. vel ſi ma
uis, ſicut Deus in templo ſancto ſuo. An neſci
tis (Corinthijs ait Paulus) ꝙ corpus veſtrũ 1.Cor.6.d.
templum eſt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt?
Et Epheſijs, vos (inquit) coædificamini in ha Ephe.2.d.
bitaculum Dei: in Spiritu ſancto. Sequitur.

*Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt* 14.
*nomen tuum: quoniam tu benedices iu-
ſto.*

Gloriabuntur in te Ieſu bone, non in ſe: glo-
riabuntur (inquam) eò ꝙ ſaluum feceris po-
pulum tuum à peccatis eorum. Nomen qui-
dem ſalutis ſortitus es, nomẽ dulce & ſuaue.
Nec enim eſt aliud nomen ſub cælo, datũ ho
minibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri (ait Acto.4.d.
apoſtolorum princeps) quamobrem gloria-
buntur in te oẽs qui diligunt nomen tuum.
Nunc interim cum Apoſtolo dicentes: Glo- Rom.5.a.
riamur in ſpe gloriæ filiorũ Dei. Hic etenim
per ſpem inchoatur gloria, quę complebitur
in futuro, quoniam tu benedices iuſto, imò
omnibus iuſtis dicens: Venite benedicti pa- Mat.25.c.
tris mei, percipite regnum: cõſequimini quã
hactenus optaſtis hæreditatem. Ecce vobis
impono immarceſsibilem æternæ gloriæ co
ronam, quam vtique demirata, glorioſa ſub-
iungit Eccleſia.

*Domine, vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ
coronaſti nos.* 15.

Quidam tranſtulerunt coronaſti eum, iu-
ſtum ſcilicet, quem ante dixerat benedicen-
dum. Certè vtrunque conſonat, nos, & eum.
O mira ſanctæ Eccleſiæ gratitudo? quæ vbi
conſequuta eſt hæreditatẽ: non hoc ſuis me-
ritis vendicat ipſa. Non proprijs aſcribit vi-
ribus, ſed bonæ Dei tribuit voluntati: & mu-
nificentiſsimæ eiuſdem nũcupat liberalitati,
dum ait: Dñe, vt ſcuto bonæ voluntatis tuæ
coronaſti nos. Veritas fidei militantibus no
bis ſcutum eſt, iuxta illud: ſcuto circundabit Pſ.90.ve.5
te veritas eius: cui clara in cælo viſio ſucce-
det, ac beata fruitio. Ita quòd ex hoc ſcuto
à ſummo opifice mirificè fabrefacto, atque
in melius commutato: iam triumphantibus
fiat regnantibuſque corona. Hoc enim mo-
do, quod bellantium legitimeque in hac via
certantium ſcutum atque defenſaculum fuit,
iam euacuatum, cõuerſum eſt (Deo autore)
in coronam iuſtorum, qui iam etiam ſecuri,
pacis plena amenitate quieſcunt in patria.
Rectè igitur ait: domine vt ſcuto bonæ vo-
lũtatis tuæ coronaſti nos: quia de ſcuto viæ,
coronam nobis perennis fabricaſti vitæ.
Sic enim in beneplacito tuo exaltabitur cor-
nu noſtrum. Nam tu domine, qui pro tua bo-
na voluntate acceptaſti meritũ, pro tua etiã
bona voluntate elargitus es præmium. Tibi
honor & gloria in ſeculorum ſecula, Amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI .V.

VERBA mea auribus clementiæ tuæ, ac benignitatis percipe domine: Et intellige clamorem
uerba prorumpentem, qui laborem & dolorem meum conſideras: Atq; intēde uoci orationis
meæ, qui animi intentum attendis, & quorſum uox tendat orantis, optimè noſti. Quoniam ad
te orabo domine, ad te ſolum mea deſtinatur oratio, ut apud te legatione fungatur: tu ipſam quātotius
expedias precor. Iam mihi etiam curæ erit, ut ſummo mane uitæ ac tribulationis meæ, tibi aſtans, con-
templer, quòd dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem. Quoniam non Deus uolens iniquitatem tu es,
nec tecum malignus habitabit, nec iniuſtorum delectaris aſpectu: quin odio habueris ſemper iniquos pa
riter & mendaces: uirum etiam ſanguinū & doloſum abominaris. Quòd ſi me (ut ſpero) clamātem au
dieris; in multitudine miſericordiæ tuæ (cui rei huius negotium aſcribendum puto) introibo in domum
tuam, eccleſiam ſanctam ſcilicet, militantem in terris, triumphantem uerò in cælis conſtructam: &
timens uti filius, adorabo ad templum ſanctum tuum, in quo habitare dignatus es. Tu autem domine de
duc me in iuſtitia tua me iuſtificante, ne mihi ſint obſtaculo inimici: Et dirige uiam, ut per media debi-
ta ex arbitrio & gratia, glorioſum finem attingā. Quòd ſi tu ducatum non prebeas, qui uia, ueritas &
uita es, certè inimici fallaces non me dirigent errantem: Quoniam non eſt in ore eorum ueritas, quin
potius falſitas, & in corde uanitas; atque in lingua dolus. Ipſa quidem uenenata interficientes, quos pa
rato ſemper guture deglutiant, & quaſi ad ſepulchrum trahant: Nempe corruit in platea ueritas, &
Eſa.59.c. æquitas nō potuit ingredi & facta eſt ueritas in obliuione, dixit etiam Eſaias. Quamobrē decidāt (ob
ſecro dn̄e) qui huiuſmodi ſunt, à uanis cogitationibus ſuis. Et qui me in multitudine miſericordiæ tuæ,
in domum tuam introire feciſti: ſecundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irri-
tauerunt te dn̄e, auaritiæ ſtudentes, peccata multiplicantes, & theologicam ueritatem deprauantes.
Atque ſic expulſi turbentur timore horribili, & lætentur omnes qui ſperant in te lætitia æterna &
Eſa.3.b. inenarrabili: quòd eos tibi dignum feceris habitaculum: iccirco interim cum Eſaia dicite iuſto: quoniā
bene: quoniam fructum adinuentionum ſuarum comedet. Ve impio in malum, retributio enim manuū
eius fiet ei. Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum, quum de maieſtatis tuæ throno, iu-
ſtos ab iniuſtis ſecernens, benedixeris, ipſosq; ad regnum tuum aſciueris gaudentes atq; dicentes: dn̄e,
ut ſcuto bonæ uoluntatis tuæ coronaſti nos. Feciſti quidem de ſcuto fidei, quo pugnauimus, coronam ui-
ctoriæ, atq; beatificæ fruitionis: qua nos ex tuo beneplacito coronaſti: Circuncinxiſti nos etiam, atq; in
modū coronæ uallaſti: quos plena ſecuritate & gloriæ permanentia donaſti. Quamobrem gehenam hor
rens & præcauens in futurum, aſsidua precatione dicam.

## PSALMVS SEXTVS.

*DOMINE, ne in furore tuo ar*
*guas me: neq; in ira tua corri*
*pias me.*

Titulus huius pſalmi eſt, In finē
in carminibus pro octaua pſalmus Dauid.
Quē ſcriptores diuerſimodè exponunt. Nos
autem velut halucinantes (propter huius vo
culæ appoſitionem, pro octaua ſcilicet, quæ
obſcuriorē reddit ſenſum) credimus, nec te-
mere diffinimus, pro die octaua hunc pſalmū
fuiſſe conditū. Nūc quidē cātādū, ſed pro tūc,
Sopho.1.d. ſcilicet pro vniuerſalis iudicij die, die inquā
illa tremenda, magna, & amara valde, die iræ
calamitatis & miſeriæ. Quę ideo octaua no-
minatur: quia poſt præſentis vitæ decurſum
(quę diebus ſeptem multiplicatis clauditur)
octauo loco ſuccedet. Totum enim huius ſe
culi tempus: quaſi quoddā paraſceue, & præ
paratio eſt ad diem illam octauam, bonis op
timam, malis autem infeliciſsimā: quod ne
ſomniaſſe videamur, animaduertito titulum
pſalmi 23. qui incipit: Domini eſt terra &
plenitudo eius. quem Dauid condidiſſe con
ſtat pro prima ſabbati: & pſalmi 47. qui inci
pit: Magnus dominus & laudabilis nimis, cō
diti pro 2. ſabbati: & pſalmi 93. Deus vltio-
num, &c. pro 4. ſabbati: & pſalmi 80. Exulta
te Deo, &c. pro 5. ſabbati: & pſalmi 82. Dn̄s
regnauit: decorē indutus eſt, pro die ante ſab
batum: atq; pſalmi 91. Bonū eſt confiteri do-
mino, pro die ſabbati. Ideo morem ſuum ſer
uans propheta ſanctus: tertia, qua lignum po
miferum creauit Deus, non ſine myſterio re
licta die, cui non tam carmen, pſalmus, aut cā
tus, quam planctus eſt adhibendus: quia for
tè eò ꝙ pulchrū eſſet aſpectuq; delectabile,
lamentabili primi hominis inobedientiæ an-
ſam prebuit & occaſionem: cum iam dies pe
regrinationis ſibi deeſſent, pro die illa octa-
ua (quam in ſpiritu viderat) pſalmum etiā cō
didit decantandum. Quo adhuc titulo pſal-
mum vndecimum prēnotauit. Niſi octauæ
nomine, vocem octo gradibus altiorē (quā
diapaſon vocant) accipias, quæ aliorum om-
nium cōcinentium ſonos ſuperat altitudine,





aut inſtrumentum muſicum octo chordarū,
vt quidam ſentire videntur, quibus in hac re
non aduerſamur. Iam ergo ad elucidationem
pſalmi accedamus. Dn̄e (inquit) ne in furore
tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.
precamur ita in oratione Dominica: Ne nos
inducas in tentationem. Non quòd non ten
Rom.5.a. temur (ſcientes cum Apoſtolo, ꝙ tentatio ſi-
ue tribulatio patientiā operatur, patiētia au-
tem probationē, probatio verò ſpem, ſpes au
tem non confundit) ſed ne victi ſuccumba-
mus in tentatione: quin victores potiùs eua-
damus quum tentamur. Iuxta quem ſenſum
Pſ.25.ve.2 pſalmographus petit alibi tentari, dicens: pro
ba me dn̄e & tenta me: vre renes meos, &
Pſ.138.ver.22. cor meum. Et iterum: proba me Deus, & ſci
1.Cor.10.d. to cor meum. Nouit enim (cum Paulo) ꝙ fi-
delis eſt Deus, qui non patietur nos tentari
ſupra id quod poſſumus, ſed faciet cum tēta-
tione prouentum. Nec ſecùs, nunc vir ſanct9.
Non petit, ne in ira corripiatur, ſciens id ſi-
bi proficuum fore: ſed ne in die furoris & irę
(quando nō ſit pœnitentiæ locus) arguatur.
tunc enim correptio, damnatio erit. Atqui
diem furoris & iræ: furorem & irā appellat.
Non ꝙ paſsiones huiuſmodi in Deo ſint: ſed
ꝙ illius diei actus contra damnandos tales
erunt: quales à furente, & nimium irato fie-
ri ſolent. Sequit̃.

2. *Miſerere mei dn̄e, quoniā infirmus ſum:*
*ſana me domine, quoniā conturbata ſunt*
*oſſa mea.*

Ac ſi dicat: Nunc miſerere mei, quia tempus
miſerendi eſt. Ne ſi dies illa octaua venerit,
quādo nec miſerendi, ſicut nec operandi, &
malè vel benè merēdi tempus erit: arguas in
furore, & corripias me in ira. Nunc ergo ſub
ueni miſerando: ne tūc corripias damnando.
Nempe is à primis incipit elemētis: vt ſapiēs
tandē euadat. quippe qui ſeruili vel initiali ti
more (qui initiū ſapientiæ eſt) extremi ſcili-
cet Iudicij & Gehenæ timore perterritus: mi
ſericordiā diuinam implorat, dicens: miſere-
re mei dn̄e, quoniā infirmus ſum infirmitate
peccati. profecto medicum confitetur eum:
cui tam articulatè propriam narrat infirmi-
tatē. cuius, & in ea, quæ ad Romanos eſt epi
Rom.5.b. ſtola, meminit apoſtolus, dicēs: vt quid enim
Chriſtus, cùm adhuc infirmi eſſemus, ſecun-
dū tēpus pro impijs mortuus eſt? ipſum etiā
ſaluatorem agnoſcit: à quo tam inſtanter ex-
poſcit ſalutē. Sana me (inquit) domine, quo-
niam conturbata ſunt oſſa mea.

3. *Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu do*
*mine vſquequo?*

Prudenter agit, qui ſe infirmū, & viribus de
ſtitutum cauſatur: quo facilius, celeriusq; ſa-
lutē impetret. Nam qui per infirmitatem pec
cauerit in patrē, aut qui per ignorantiam pec
cauerit in filium: remittetur ei, ait Chriſtus. Mat.12.c.
qui verò ex plena malitia peccauerit in Spiri
tū ſanctū, finali impœnitentia decedens, po-
nensvè obicē Spiritui ſancto, aut non credēs
remiſsionem peccatorū: non remittetur ei,
nec in hoc ſeculo, nec in altero. ꝙ ſi ita res ha Pſ.30.ve.13.
bet: miſerere mei dn̄e, quoniā infirmus ſum.
Ecce infirmata eſt in paupertate virtus mea:
& oſſa mea conturbata ſunt. quid per oſſa a-
nimæ (rogo) niſi virtutes, tum Theologicæ
tum Cardinales veniunt intelligēdæ, quibus
conquaſſatis & conturbatis: infirmatur ani-
ma debilitaturq;, vt boni quicquam nequeat
operari? Sana ergo me dn̄e, quoniā conturba-
ta ſunt oſſa mea. Nam fides, ſpes & charitas:
non ea integritate vigent. Quamobrē tu (cui
non eſt occultatū os meum, quod feciſti in Pſ.138.v.14.
occulto) ſana me dn̄e, quoniā cōturbata ſunt
oſſa mea. ſana me domine, & ſanabor, qui ſa
nas contritos corde: & alligas contritiones Pſ.146.ve.3
eorū. ſana me: & omnia oſſa mea dicēt: Dn̄e Pſ.34.ve.11.
quis ſimilis tibi? Tu quidem es, qui cuſtodis Pſ.33.ve.20
omnia oſſa iuſtorū: & vnum ex his non cōte Pſ.52.ve.6.
retur. Sicut è diuerſo diſsipas oſſa eorū, qui
hominibus placent. diſsipata ſunt oſſa mea Pſ.140.ve.9
ſecus infernū: tu dn̄e ſana, quæ iam conturba
ta ſunt oſſa. Ecce intellectus hebes, voluntas
tortuoſa, memoria ipſa lethea: ſuiipſi9 oblita
effecta eſt. Et hę ſunt animæ vires, hoc ro-
bur, hæc ipſius deniq; oſſa. quæ, ꝙ caſſa ſint,
& conturbata: anima mea turbata eſt valdè,
& quaſi impotens effecta. Nam his potentijs
conturbatis (ſic. n. vulgò appellantur) nimiū
turbatur anima: ob idq; in ſubuentione acce-
lerationē peto. At tu dn̄e vſquè quo? vſq; quo
differs opitulari: & faciem tuā auertis à pue-
ro tuo? Niſi fortè id feceris, vt ſalubrius ſuc-
curras: ſi precioſius æſtimetur, quod carius
conſtiterit. Sequit̃

*Conuertere dn̄e, & eripe animā meā: ſal-* 4.
*uum me fac propter miſericordiam tuam.*

Conuertere dn̄e vſquequò, & deprecabilis Pſ.89.ve.15
eſto ſuper ſeruos tuos. Conuertere aliquan-
tulū, ne deſpexeris. quia niſi conuertaris: non
conuertemur. Et niſi reſpexeris: auerſi eri-
mus. Ecce anima mea turbata eſt valde. Con
turbauit me ꝓpter quadrigas Aminadab, qui Cant.6.d.
bus ſpontè ante acquieui peccans. Aminadab
autē, populus meus interpretat̃. Propter has
ergo ſathanicas cohortes: anima mea (nimio
terrore concuſſa) turbata eſt valdè. Porro ti-

met(niſi tu conuerſus illam eripias) ne infer
norum ſit præda,& præcipiti caſu in locum
decidat damnatorũ, quo quadrigæ Amina-
dab torquendas deuehunt animas iniquorũ.
Conuertere ergo domine,vt me pio vultu in
Cant.1.c. tuearis.dic animæ meæ:ſalus tua ego ſum:ne
ſic languens,vagari incipiam poſt greges ſo=
dalium tuorum,ſalutẽ quæritans aliunde,nec
tamen inueniens. Conuertere tu dñe ad me,
qui es animæ meæ vita:& eripe me ab infe=
ſtantibus inimicis : & ſaluum me fac deniq;
propter miſericordiam tuam.

5. *Quoniam non eſt in morte qui memor ſit*
*tui:in inferno autẽ quis confitebitur tibi?*

Qui infirmatur:dinumeratis(vt aiunt greſsi
bus)in mortẽ vadit : ſi vitæ autor non inter
cedat medius. Tu igitur dñe eripe animam
meam de morte: & gratia tua ſaluũ me fac.
Ne ſi ſemel peccatis onuſtus, huic vitę con=
ceſſero:damnatorũ clientelæ ipſe etiam dam
natus adſcribar.Mortuus quidẽ & in inferno
ſepultus: nemo memor eſt tui,qui confiteat̃
& laudet.Age dum piẽtiſsimè:conuertere &
eripe infirmantẽ, & ſaluũ me fac miſericors
te inuocantẽ: atquè de in te commiſsis pœni
tentem. Sequit̃.

6. *Laboraui in gemitu meo , lauabo per ſin-*
*gulas noctes lectum meum:lachrimis me-*
*is ſtratum meum rigabo.*

Hucuſq; infirmitatẽ meam detexi & ſalutẽ
popoſci:Nunc autem(in voto ſaltem)veram
condignamq́; offero pœnitentiã, quam de fa
cinoribus perpetratis me acturum propono:
quo tãdẽ, mei miſeratus, peccata cõdones,&
petita concedas. Tria ſunt.n.quorũ primum
egiſſe:reliqua verò duo ſe acturũ promittit,
ac proteſtatur.laboraui in gemitu(inquit)la=
uabo lectulũ:rigabo ſtratũ. profecto magnũ
quid eſt,ſi gemas ꝓpter Deũ:ꝙ deliqueris in
Deũ:ſi te pœniteat vitæ præteritæ:Si tibi de
niq; diſpliceat:quod ante placuit.Nec.n.ſine
labore fit huiuſmodi cõmutatio:vt veterẽ ex
uas,& induas nouum hominẽ,qui ſecundùm
Deum creatus eſt,muteriſq́; in virũ alterum.
Nempe laborat in gemitu ſuo , qui toto ani=
mi conatu, manibus (vt aiunt) & pedibus a-
git:quo horreat delectabilia, fugiat iucũda,
abominetur dulcia,& amplexetur amara.la-
bore improbo opus eſt, qui (vt quidam ait)
omnia vincit:vt ergo quis filius regni fiat,ex
filio perditionis: vim ſibi ipſi inferat opere-
pretiũ eſt : vtq́ue regnum adipiſcatur æter-
Mat.11.b. num,dicente Chriſto:regnum cælorum vim
patitur,& violenti rapiunt illud. Et is prim⁹
pœnitentis actus. Sequit̃ ſtatim.

*Lauabo per ſingulas noctes lectum meũ.*

Tunc enim quis lectum per ſingulas noctes
lauat:quum per loca & tempora, cæteraq́ue
veſtigabilia diſcurrens,propriã cõſcientiam
ſcrutatur,totáq; accenſo lumine domũ euer=
tit:vt quęrat diligenter ſicut mulier illa euan
gelica,quam perdiderat drachmã.Et quæ cõ Luc.15.
petit in Deum commiſſa, ſigillatim deteſta-
tur,atq; ſingulas dolet culpas: quas ante ob=
cęcatus , & in tenebris ambulans , quaſi cęca
nocte commiſit vel omiſit. Vnunquodq́ue
peccatum enim,ſi mortale ſit, ſua eſt cuique
peccanti nox,quæ vel ſola potuit animam ob
tenebrare.lauat ergo per ſingulas noctes le-
ctum ſuum : qui conſcientiam ſuam mundat
ſcopis,& ſingula quæq; peccata,compuncti=
onis aqua detergit. Sed lachrimis ſtratum ri-
gat:qui vberrimis lachrimarum riuulis,diu-
turnã fuiſſe deflet offenſam:Iuxta illud thre= Threni.
norum:deduc quaſi torrentẽ lachrimas &c.
Et dum hæc, ſecum habitans,meditatur : rei
huius dolens,locum abluit,vbi anima,ſpon-
ſæ perdidit dignitatẽ.Cor ſcilicet, olim vir-
tutibus,donis ac diuinis muneribus ſtratum,
quod iam ſpurco voluptatũ pedore eò usq;
vitia deturparunt: vt Chriſtus,qui ſibi animã
deſponſauerat,merito aufugerit,& bonis om
nibus reliquerit vacuã , vtì viro ſuo deſtitu-
tam:eò ꝙ adulterinis actibus maritale thorũ
maculauerit ipſa. Coanguſtatũ eſt etiã ſtratũ
iuxta verbũ Eſaiæ:ita vt alter decidat. Et pal Eſai.28.
lium breue, vtrunquè operire nõ poteſt. At
quum lachrymis ſtratũ rigat, & profuſo ocu
lorum imbre quaſi ſuper morte vnigeniti do
let:reuertitur ſponſus in ſtratum, non quidẽ
vacuus,ſed muneribus(vt ſolet) abundãs,qui
bus denuo ſtratũ fulciat,ditet ſponſam,& bo
nis omnibus efficiat affluentem. Sequit̃.

*Turbatus eſt à furore oculus meus : inue-* 7:
*teraui inter omnes inimicos meos.*

Cauſam huius mutationis deſignat, cur ſci-
licet in gemitu laborauerit, lectũ lauerit, &
lachrymis rigauerit ſtratum?ob id(ait)ꝙ tur
batus ſit à furore oculus eius : ſed quomodo
turbatus?An fortè vt conturbata oſſa,turba=
ta anima,ſic etiam turbatus oculus à furore?
turbatur quippe oculus eius, qui laſciuiens,
inſolens & petulans , ſuperbo quidem oculo
& inſaciabili corde, ante fuerat:dum ad ſe iã
humili deiectione reuerſus,octauę & vltimę
illius diei furorem conſiderat. Et ſeſe inuete
ratum dierum malorum deprehendit:dolens
nimium ac reſipiſcens ait:proh pudor, inue-
terauit vtiq;,& caligauit oculus, ipſeq́; infe- Ephe.4.
lix inueteraui inter omnes inimicos meos. Colo.3.





vtì veteris hominis membrum : ita vt inimi-
cis ludibrio ſim.Nempe ſenui peccans,& cal
lũm feci, ſimulq́ue obdurui obſtinatus. Atq;
vt Pauli verbis vtar: ſicut & gentes ambulãt
in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcurantum
habentes intellectum , alienati à via Dei per
ignorantiam, quæ eſt in illis,propter cęcita=
tem cordis &c.hinc eſt ꝙ turbato mentis o=
culo cęcutiui:ac triſtis effectus ſenui,nã ani-
mus gaudẽs ętatẽ floridã facit:ſpiritus triſtis
exſiccat oſſa. Quid nunc ergo faciam miſer,
vt innouari queam,ambulans in nouitate vi-
pro.17.d. tæ?quo me vertam,niſi ad te Deus,proijciẽs
à me malorum omniũ incẽtiua,atquè iniquo
rum conſortia fugiens?deponam iuxta eiuſ=
dem Pauli monitum,ſecundũ priſtinam con-
uerſationem, veterẽ hominem &c. Ecce labo
raui in gemitu meo, lauabo per ſingulas no-
ctes lectum meum, & lachrymis ſtratũ meũ
rigabo:quo te propitium reddam. Et qui di-
uerteras à me, conuertaris Deus vultumq́ue
tuum in die octaua,nõ furore ſuccenſum ſen
tiam & iratum:ſed lætum, benignum,ac ſere
num,quo tecum iniquis dicere poſsim.

8. *Diſcedite à me omnes,qui operamini ini-*
*quitatem: quoniam exaudiuit dominus*
*vocem fletus mei.*

Quos (obſecro)inimicos vocat?Nempe do
Mat.7.a. meſticos & extraneos:carnem ſcilicet, mun
dum atq; diabolum. ij quidem ſunt inimici,
quorum perſecutione, inſtigatione ac praua
conſuetudine, vſquè ad ſenectam & ſenium
peccantes deducimur: quiq́ue nobis impedi-
mento ſunt,ne ad dñm conuertamur: quibus
Luc.13.f. nunc feliciter ait:diſcedite à me: ne hoc diſ-
cedite,cum operarijs iniquitatis(ſi malè ege
rit)ab ore dñi infeliciter audire, atquè in lo=
cũ illum horrendum abire cogatur : vbi per-
petuus erit fletus & ſtridor dentium.Id enim
ſummopere pœnitenti præſtandũ eſt(ſi nouã
velit inchoare vitã) vt fugiat nociua conſor-
tia,occaſiones ad malum tollat,& omnia,quę
aduerſari poterunt, declinet,iubeatq́; in Ze=
phiros abire.Nam qui efficaciter vult finem:
velit etiam media ad finem neceſſe eſt.dicat
ergo:diſcedite à me, & in partẽ ſecedite vos
contagioſi,qui operamini iniquitatẽ. Nullus
ſit nobis conuictus,communio nulla:quoni-
am exaudiuit dñs vocem fletus mei, ipſamq́;
conuertit in riſum, gaudium & exultationẽ.

*Exaudiuit dominus deprecationem meã:* 9:
*dominus orationem meam ſuſcepit.*

Quid inter vocem fletus , deprecationem,
& orationẽ interſit: vel ex hoc accipe,quòd
flebili voce petimus : ſed vt Paulus ait:quid
oremus ſicut oportet neſcimus: ſed ipſe ſpiri
tus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabi
libus.Et hic ſpiritus,donum precũ eſt à Deo
datum,id eſt,feruens affectus deprecandi,de Rom.8.e.
quo apud Zachariam dñs: effundã ſuper do- zach.12.c.
mũ Dauid , & ſuper habitatores Ieruſalem,
ſpiritum gratiæ & precum,& aſpiciẽt ad me
quem confixerunt &c.Poſtulat ergo,dũ nos
toto corde gementes poſtulare facit : atquè
ęternorum nimis ardentia deſideria in nobis
cauſat.quid.n. aliud eſt poſtulatio:niſi quæ=
dam vehemens deſideriorum explicatio? At
verò deprecatione petimus remoueri mala:
& oratione depoſcimus bona donari. Iã er-
go nũc finẽ piæ hui⁹ precatiõis attẽde. Seq.

*Erubeſcãt & conturbentur vehementer* 10.
*omnes inimici mei: conuertantur & eru*
*beſcant valde velociter.*

Erubeſcant (ait) & conuertantur vtì ego.
Nõ tepentes : ſed omni deuotionis feruore.
Atquì ex charitatis inſtigatiõe huiuſmodi pœ
nitentis procedit oratio, quæ alijs etiã pro=
uenire optat: quod iã ſe impetraſſe lætatur,
dicens:erubeſcant & conuertant̃.Audiãt apo
ſtolum dicentẽ: humanũ dico propter infir- Ro.6.d.
mitatẽ carnis veſtræ.Sicut.n.exhibuiſtis
membra veſtra ſeruire immunditię & iniqui
tati ad iniquitatẽ: ita nũc exhibete membra
veſtra ſeruire iuſtitię in ſanctificationẽ. cùm
.n.ſerui eſſetis peccati:liberi fuiſtis iuſtitiæ.
quem ergo fructũ habuiſtis tunc in illis , in
quibus nunc erubeſcitis: nã finis illorũ mors
eſt?profectò ſi hæc audierint, erubeſcẽt val-
de propter Deum, & velociter conuertẽtur
à via praua. præſtet hoc nobis benigniſsimus
Ieſus,qui cum Patre & Spiritu ſancto per in
finita ſeculorum ſecula regnat Amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 6.

*DOmine ne in furore tuo arguas me.In die furoris & iræ,qñ nõ erit ueniæ locus.Nũc miſerere mei.Nec .n. fortis ſum natura utì angelus:ſed infirmus quaſi teſtaceus,ex luteo figmẽto ac uili puluiſculo madẽte plaſmatus.Atquì ipſam,in quã prolapſus ſum,miſeriam contẽplor,& ſic in firmus,dũ abiſſum miſericordiæ tuæ intueor:ſanitatem expecto,ipſamq́; à te ueræ ſalutis auto= re,audacter,ſed humiliter & inſtãter peto,dicens:ſana me dñe, quoniã iuſtitiæ tuæ rectitudinem & ſe- ueritatem ueritus:conturbata ſunt oſſa mea,& anima mea turbata eſt ualdè, quaſi uiribus deſtituta.ſed tu dñe(ueluti auerſus & deſpiciens ut probes,& me in petendo ardẽtiorem efficias) uſquequò differs*

*miſero miſericordiã impartiri? Conuertere iam dñe, & eripe animam meam de faucibus leonum, illam*
*deuorare cupientiũ. Educ me de lacu miſeriæ, & de luto fecis: miſericordiæ tuæ memor. Non quidẽ ego*
*accepti beneficij (dum uixero) immemor ero. Succurre igitur pientiſſime adhuc uiuenti, quoniã non eſt*
*in morte, qui memor ſit tui. Væ mihi, ſi æternam mortẽm (quam ſecũdam appellant) ipſe miſerrimus in*
*curram. Scriptum eſt enim: à mortuo, quaſi nihil perit confeſsio. In inferno autem quis confitebitur ti* Ecc.17.d.
*bi? profectò nullus: cùm in inferno exiſtens, à te diſceſſerit maledictus. Nec etiam miſericordiam tuam*
*implorans, deſes aut uecors ero: quandoquidem partes meas agam, lachrymis pœnitentiæ ſalutaris com*
*miſſa diluens. Nempe turbatus eſt oculus meus interior, dum illius ultimi iudicij diem, furoremq; conſi-*
*dero: & mecum habitans, mente uoluo: ꝙ inueteraui diuturna pertinacia ac procacitate, in dies pecca*
*ta peccatis addens. Inter inimicos meos: carnem ſcilicet, mundum atq; ſathanam, diutius uerſatus. quibus*
*omnibus & eorundem pompis (iam ad te conuerſus, & in me reuerſus) lubens abrenunciare cupio. Ita*
*ut indignabundus, ſed de miſericordia tua confiſus dixerim: diſcedite à me omnes, qui operamini iniqui*
*tatem: quoniam exaudiuit dñs deprecationem meam &c. Erubeſcant tandem, qui mihi diutius inimicati*
*ſunt: & conuerſione celerrima (cùm iam me ad te uiderint conuerſum) conuertantur. Ecce iam nunc*
*inſtanter duplicem aduentum tuum depoſco domine, in ſpiritu præuidens.*

## PSALMVS SEPTIMVS.

*DOmine Deus meus in te ſperaui:*
*ſaluum me fac ex omnibus perſe-*
*quentibus me, & libera me.*
Huius titulus eſt: in finem pſal. Dauid, quẽ
2.Reg.15. cantauit dño pro verbis Chuſi filij Gemini.
vbi quidam exiſtimãt in Saulem (quem chu-
ſi, hoc eſt, ethiopem ac moribus denigratum
appellat) hunc pſalmum fuiſſe compoſitum:
alij verò in improbum filium Abſalonem, pa
trem ſuum perſequentem. Cuius rei 2. Regũ
libro texitur hiſtoria. Nec vlla literali eget
expoſitione: eſt enim legenti peruia. deſcri-
bitur .n. ibi quomodò perſequutus ſit Abſa-
lon Dauid regem patrẽ ſuum. Nempe virorũ
cohortem ſibi fecerat Abſalon (pulcher ille
& decorus nimis) qui & ſollicitabat corda vi
rorum Iſrael: Et facta coniuratione valida, in
uadere decreuit Regẽ. At Rex, Ieroſolimita
nam vrbẽ egreſſus: aſcendit cliuũ oliuarum,
ſcandens, & flens, nudis pedibus incedẽs. ſed
verbis Chuſi Arachitæ, qui erat de tribu Ben
iamin: Ideoq; dictus filius Gemini, ab Abſo-
lone & plebe reliqua approbatis, Architophe
lis verò repulſo conſilio, perinde ac dñi nutu
eodem infatuato diſsipatoq;, qui ſuſpẽdio in
terijt, ſimulq; Abſalone perempto, illoq; ſuſ-
penſo inter cælum & terram, de condenſa ſci
licet quercu pendente: ad Ieruſalem ſuam re
dijt deuictis hoſtibus Rex, redux ipſe trium
phans. huius igitur rei gratia, ſancto ſpiritu
plenus Dauid ſanctus, vel in hoc iam graphi-
cè deſcriptã depictamq; proſpiciens paſsio-
nem Chriſti futurã: hunc pſal. propheticè cõ
didit, atquè humiliter dño decantauit. quẽ in
hunc ſenſum (literali relicto) nobis placuit e-
lucidare: peregrino tamẽ & nouo dicendi ge
nere: quo (fidei ſeruata regula) intellectus fi
delium exerceatur, & deuotio pariter augea
tur. quod vtiquè eſt in cauſa: ꝙ licencioſè ni
mis, hunc regẽ inducimus interdum poſterio
rũ ꝓphetarũ dicta recenſentẽ, qui eodẽ, quo
ipſe, ſpiritu loquuti ſunt. In primis igitur ve
niam petimus: ſi morẽ ſolitũ (vel in hoc ex
ponendo pſalmo) non ſeruauerimus. fatemur
ingenuè, tum propriã ignorantiã, tum etiam
pſalmi huius obſcuritatẽ: ꝙ tropicis hic pſal-
tes loquutionib⁹ vtatur, & varias viſus ſit (la
tenter tamen) induxiſſe perſonas. Multi patri
archæ & prophetæ, ac ferè omnes, incarnari
hominemque fieri Dei filium petierunt: quo
hominẽ redimeret ſedentẽ in tenebris & vm
bra mortis, ac per tot ſecula ſub tyrãnica po
teſtate ſathanæ degentẽ. porro clamabant in
dies, Deum optimũ maximum in auxilium
inuocantes: & erumpebant in voces, quæ ar-
dens illud explicant deſiderium, quo huma- Agge.2.d.
num tenebatur genus, vt veniret iam ille deſi
deratus cunctis gentibus, hominem redem-
pturus. Nec ſolatia deerant dicentiũ: prope
feci iuſtitiam meã & non elõgabitur, & ſalus Eſa.46.d.
mea non morabitur. Si morã fecerit, expecta Abac.2.a.
illum: cito veniet & non tardabit. Atq; huius
farinæ alia, quæ recenſere longum eſt. At ve
rò inſtabant ipſi, illud Eſaiæ dicentes: Man- Eſa.28.c.
da remanda &c. & nunc Dauid propheta ſan
ctus & Rex, ardoris impatiẽs, atquè longæ ex
pectationis filo ſuſpenſus, nec moras ſuſtine-
re valens: importunè & opportunè totius
humani generis cauſam agit. Et diuinæ pro-
miſsionis conſcius: quaſi procuratorio nomi
ne, ſupplex & pronus, veluti ſi æterni patris
filium in ius vocet: libellum (quo petit redi-
mi) corã patre iudice profert, in hæc verba:
Domine Deus meus in te ſperaui: ſaluum me
fac ex omnib⁹ perſequẽtibus me, & libera me.
*Ne quando rapiat, vt leo animam meam* 2.
*dum non eſt qui redimat, nequè qui ſal-*
*uum faciat.*





Hæc petitio, & cauſæ inter partes agendæ
inchoatio, quã ſi velis (eo quo propoſita eſt
ſpiritu) diſcutere & annotare: Inuoca in pri-
Sap.10.d. mis dñm, qui aperit os mutorũ, & linguas in-
fantiũ facit diſertas. Dñe (inquit) Deus meus,
(filiũ alloquitur) quẽ ſuũ nominat, ꝙ ſibi ꝓ-
miſſus extiterit, ex ſua ſtirpe & progenie in
tẽpore naſciturus) ſaluum me fac (ait) ex om
nibus perſequentibus me, vitijs ſcilicet, me
vndiq; oppugnantibus, & libera me de pote
ſtate diaboli., qui tãq̃ leo rugiẽs, circuit quę
1.Pet.5.b. rens quem deuoret. libera me (inquã) de ore
leonis, & eſto mihi adiutor præueniens: ne
qñ rapiat vt leo animam meã, dum nõ eſt qui
redimat, neq; qui ſaluũ faciat. ꝙ ſi huic nego
tio per te ipſum (nõ quidẽ per aliũ) exequen-
do, cauſas quæras, quæ te moueant inducen-
tes: Audi clementiſsime. ſit prima, ꝙ ſis dñs,
cuius potẽtię oĩa ſubſunt. ꝙ ſis Deus, qui me
ex nihilo creaſti: ꝙq; ſis meus, qui te mihi da
turũ promiſeris per oracula prophetarũ, in ſi
militudinẽ hominum factus, habitu inuẽtus,
Phi.2.a. vt homo. Sit ſecũda: quia in te ſperaui, nec in
alio fixi ſpẽ. Nõ igitur erit res te digna: vt ſpẽ
meam eludas, efficias & caſſam. Sit tertia: ꝙ
inimicus tuus atq; meus, quaſi leo vorax, im-
manis, atq; crudelis, diſcerpere me vult. Suc-
curras igitur neceſſe eſt celeri ſubuẽtione ſal
uator: ſaluũ me fac Deus, ne qñ rapiat vt leo
animam meam. Meam dixi, ſed tuã: dum non
eſt qui redimat, neq; qui ſaluũ faciat. Eſt qui
dem procax & audax inimicus ille. Nam qui
viſus eſt diuinũ honorẽ rapere ſibiq; vſurpa-
re, ſi te non reperiret vltorẽ, rapiet animam
meã, ſi te ſenſerit cõniuentem. Sit igitur hæc
demũ cauſa motrix: ꝙ non ſit qui redimat, ſi
tu nõ redimas. At cõtra, ſi redemeris libera-
uerisq;: tũc verè libera & redẽpta erit, quod
Io.8.c. vel ex hoc oris tui teſtimonio liquet: Si fili⁹
vos liberauerit: verè liberi eritis. Ecce Deus
poteſt, ſed nõ debet: debet homo, ſed non po
teſt debitũ ſoluere. Tu ergo ſolus, qui Deus
& homo es, redime: qm̃ non eſt alius, qui con
gruentius redimat, neq; qui ſaluũ faciat, ꝙ ſi
vacat, & rationẽ admittis: alias etiã non exi-
gui ponderis dictis annectã. tu patris ſempi-
ternus es filius. ad filium autẽ pertinet: iniu-
iuriam patri illatam vindicare. Atquì Luci-
fer ille, qui mane oriebatur (dum rapere ten-
tat) ſeſe iactat omnipotentẽ. In quo nequam
ille ſathanas, vltra modũ eſt iniurius patri. cu
ius etiam ſuaſu, incipiens homo, tibi (qui ſa-
pientia patris es) voluit coæquari. Tua ergo
intereſt, idquè negociũ tuum eſt. quamobrẽ
ſi vt iuſtitiæ Dei fiat ſatis pariter & honori,
homo per aliquẽ redimendus eſt: tu redime,
dum non eſt alius, qui redimat, neq; qui ſal-
uum faciat. Dixerat Dauid ſanctus, & in con
ſpectu æquiſsimi iudicis: filius innocens ta-
lia fatur.
*Domine Deus meus, ſi feci iſtud: ſi eſt ini* 3.
*quitas in manibus meis. Si reddidi retribu* 4.
*entibus mihi mala: decidam merito ab ini*
*micis meis inanis. Perſequatur inimicus* 5.
*animam meam, & comprehendat & cõ*
*culcet in terra vitam meam: & gloriã*
*meam in puluerem deducat.*
Et hęc ad petita reſponſio, vera quidẽ & iu
ſta. Scimus equidẽ, ſcimus ſeruator innocẽtiſ
ſime, ꝙ non feceris iſtud, grãde ſcilicet, tranſ
greſsionis Adæ peccatũ, quod totã hominis
naturã infecit, & vtì fermentũ humanã maſ- 1.Cor.5.c.
ſam corrupit. Habet .n. emphaſim hoc prono
mẽ iſtud, ſuperbiã deſignãs, quæ malorũ om-
niũ radix extitit & caput. ſcimus etiã ſcimus,
ꝙ iniquitas nõ eſt inuẽta in manib⁹ tuis, nec
deprehenſus ſis in furti, atq; inobedientiæ fra
granti delicto, vtì Adam ipſe præcepti diuini
tranſgreſſor & præuaricator, quod vel ex eo
peccatũ iſtud iniquitas meretur appellari: ꝙ
de re facili, de fici fructu ſcilicet non edẽdo
(nõ de re alia grauiore) præceptũ ſibi fuerat.
tm̃ etiã abeſt, vt reddideris retribuẽtibus tibi
mala: ꝙ nihil minus feceris vnq̃, quin pro bo
nis potiùs, quibus eos donaſti: mala tibi pri-
mi retribuêre parẽtes. pro eo ꝙ tibi ſimiles
cõdidiſti eos, & in amœna delitiarũ paradiſo
collocaſti colonos, locupletaſti ſcĩa, & iuſti-
tiæ originalis munere ditaſti. Nõ eſt igiť ꝙ te
innocẽtẽ oſtẽdas: quẽ ſolũ beneficũ nouim⁹,
& innocẽtiſsimũ prædicamus. Perge tñ, & ir
refragabili argumẽto, iã cõuictos iterũ cõuin
ce. Si feci (inq̃t) iſtud &c. decidã merito ab
inimicis meis inanis. hoc vnũ: ſi eſt iniquitas
in manibus meis: perſequať inimicus animam
meã & cõprehẽdat. Hoc ſecũdũ: ſi reddidi re
tribuẽtibus mihi mala: conculcet (inimicus
vtiq;) in terra vitã meã, & gloriã meã in pulue
rẽ deducat. & hoc tertiũ: Audiſtis ſequellas?
Annotaſtis tria hæc, tribus primis, q̃ enume
rauerat reſpõdentia? Is profectò diſcurſus a-
pud Dialecticos, à deſtructione cõſequentis
procedit. Sic etenim eſt, ꝙ nõ decidã merito
ab inimicis meis inanis, qn erit potiùs mors
mea proficua multis, ſicut oĩbus ſufficiẽs, per
inde ac neceſſaria. qñquidẽ nõ fruſtra mortu⁹ Gal.2.e.
eſt Chriſtus. i. abſq; vllo fructu, ſicut neq; gra
tis (quod Apoſt. argumentať) id eſt, ſine vlla
neceſsitate. Nec perſequetur inimicus animã
meã, ita vt comprehendat: qm̃ immunis ſum
& totius peccati expers. venit .n. princeps Io.14.d.
huius mundi: & in me nõ habet quicq̃. profe
cto nõ eſt qui me poſsit arguere de peccato.

Nõ etiã cõculcat in terra vitã meã, ita vt glo
riam meã(in qua vincã & reſurgã) quaſi abie
ctam in puluerem deducat:ſequit̃ optimè, ꝙ
nõ feci iſtud,nec eſt iniquitas in manibus me
is,nec reddidi retribuẽtibus mihi mala.Si er-
go nõ feci:cur exoluã?ſi nõ eſt iniqtas in ma
nibus meis:cur in ligno ſuſpẽdar cũ iniqs re-
putatus?ſi poſtremò nõ reddidi retribuenti-
bus mihi mala:quare omniũ declinauerũt in
me mala?An fortè ꝙ ita de me per te prophe
tã meũ ꝓnũciauerim,dicẽs:quę nõ rapui ,tũc
exoluebã.vel ꝙ illud,quod iã exijt in ꝓuer-
Pſ.68.ve.6. biũ(patres mãducauerũt vuã acerbã:& dẽtes
Ezech.18.a. filiorũ obſtupuerũt)me cõprehendat? his ad
erat Rex ipſe humani generis procurator, &
quidẽ à ſancto(quo agebat̃)ſpiritu edoctus:
nullũ nõ mouet lapidẽ(vt aiũt)quo pientiſsi
mũ Dei filiũ,in quã ꝓpoſuerat expoſtulatio-
nẽ,celerrimè adducat,&eodẽ ſpiritu citãs di
cta priorũ ſimul & poſteriorũ.Nunc illũ pio
aſtu(vt quid humanũ dicã)irritat ad irã: nũc
verò ad ſupeminẽtẽ ꝓuocat charitatẽ,dicẽs.

6. *Exurge dñe in ira tua: & exaltare in fi-*
7. *nibus inimicorũ meorũ.Et exurge domi-*
*ne Deus meus in præcepto,quod manda-*
*ſti:& ſinagoga populorum circũdabit te.*
8. *Et propter hanc in altum regredere.*

Profecto vt vir ſagax: humanæ ſalutis pru-
dẽter negotiũ gerit.Exurge(ait)primũ in ira,
& exaltare. Sed quomodo aut quarè in ira?
Nõ vtiq; ea,quæ cõturbat animũ:ſed zelo,de
pſ.68.ve. 12 quo ad patrẽ ais: zelus domus tuæ comedit
me:& opprobria exprobãtiũ tibi ceciderunt
ſup me.quaſi dixerit:noſti Deus bone,ꝙ ſub
Thre.5.a. ſtãtiã tuã alieni deuorãt:& hereditas tua ver
pſ.28.ve. 8 ſa eſt ad alienos.gẽtes quas poſtulãti tibi de
dit pr̃ in hereditatẽ:hæ (ꝓh dolor)in diaboli
tyrãnidẽ abierũt.exurge ergo dñe in ira tua,
in actu.ſ.irati, vt extracta prędа de manibus
inimici:vindictã ſumas.Nã ſicut Eſai.ait:ze=
Eſai.9.b. lus dñi exercituũ facit hoc-amor. ſ.ſingula-
ris,ipſaq; erga humanũ genus charitas inten
ſa.Et exaltare in cruce, in illa(inquã) ſublimi
turri,vtì victor in finibus inimicorũ meorũ.
Aſcende lignũ, ibi etenim eſt inimicorũ vir-
tus,ibi diuitiæ, ibi deniq; poteſtas omnis. vt
qui per lignũ ditati ſunt:per lignũ euertant̃.
Luc.11.e. Noui.n.ꝙ regnabis à ligno Deus. hoſtis ipſe
lignũ cuſtodit: ꝗ etſi fortis armatus ſit, &ſi
arbitret̃ ꝙ in pace ſint oĩa, quæ poſsidet : tu
fortior illo es.ꝗobrẽ aſcẽde lignũ & exalta-
re:Ibi eũ vinces,vniuerſaq; ei⁹ arma auferes,
in quibus cõfidebat,& ſpolia eius diſtribues.
ꝙ ſi hoc nõ vrget potentiſsime: exurge dñe
Deus meus in præcepto, quod mãdaſti. In il
lo vno primo & præcipuo charitatis præce-
pto:quod mãdaſti, dicẽs:hoc eſt præceptum Io.15.b.
meũ vt diligatis iuuicẽ,ſicut dilexi vos.Equũ
eſt.n. (&ſi nõ ſubſis legi,qui legis lator es,&
ſi nõ ſis addictus præcepto, ꝗa præceptor)
legẽ ipſam adimpleas,quã ipſe tuleris, ne trãſ
grediẽdi præbueris anſam. Moueat igitur te Cant.8.b.
charitas,qua ſemp ęſtuas:moueat dilectio,ꝗ
fortis eſt vt mors:vt mortem ſubeas.dixeras
olim eccleſiæ tuæ(ſi benè recolo,& quæ mi=
hi etiã reuelaſti verba teneo)in charitate per
petua dilexi te. Atquì maiorẽ hac dilectionẽ Hier.31.a.
nemo habet:ꝗ vt animã ſuã ponat pro amicis Io.18.b.
ſuis. Exaltare igitur & exurge in præcepto,
quod mãdaſti,& ſinagoga populorũ circũda-
bit te.Si.n.exaltatus fueris à terra:oĩa trahes Io.12.e.
ad teipſum. Nõ ſolũ Iudeorũ populus (qui-
bus notus es) te ſequet̃:verũ etiã populus gẽ
tiũ(qui ambulauit in tenebris) ſi te lucem ma
gnã viderit veniẽtẽ.Ecce ſimul populi in v-
nũ cõuenient:& ſinagoga populorũ circũda=
bit te.te quidẽ in verũ ſuũ Regẽ accipiẽt, te
adorabũt,te inuocabũt,te deniq; laudabũt,di Apo.5.d.
cẽtes:Rex in æternũ viue.Dignus es dñe,qui
occiſus es:accipere virtutẽ, & diuinitatẽ, &
ſapiẽtiã,& fortitudinẽ, & honorẽ, & gloriã,
& benedictionẽ,Exaltare ergo dñe in virtu- pſ.20.ve.14
te tua: cãtabimus & pſallemus virtutes tuas.
Et ꝓpter hãc ſinagogã populorũ, veni preca
camur:& ꝓpter hãc,in altũ regredere.veni de
ſinu patris vt redimas,cõuoces, & cõgreges
eccleſiã tuã,quã ſinagogã populorũ nũc libu
it appellare:& propter hãc in altũ regredere,
vt corones redẽptã.Veni vt ſalues,liberes, at
q; redimas:& regredere in cælũ,vt paracletũ
ſpiritũ mittas à patre,ꝗ ſuggerat illi oĩa, pa-
resq; locũ illi,quo tecũ regnet in ęuũ.Ea igit̃
ipſa in cælũ reducat:ꝗ te ad nos dilectio tra-
hat,nec verbũ amplius addã.ô charitas,ô pie
tas inexhauſta , annue iam votis ſupplicũ in
te ſperantium Deus.Ad quæ filius ait.

*Dñs iudicat populos.Iudica me dñe ſecun* 9.
*dam iuſtitiam meam: & ſecundum inno*
*centiam meam ſuper me.*

Et his paucis cauſam cõcludit.At Rex ipſe
inclinãs ſe, atq; tenui voce inſtãs ſimul & o=
rãs,ait:ita eſt ſanè, iudicas Deus populos in
ęquitate:& gẽtes in terra dirigis.Cũ ergo iu Pſ.66.ve.4.
ſtus ſis dñe,iuſtè oĩa diſponis:ipſum quoq; ꝗ Sap.12.c.
nõ debet puniri cõdemnas,& exterum exti-
mas à tua virtute.tu autẽ dominator virtu=
tis:cum tranquillitate iudicas.fatemur quidẽ
æterni patris fili:quòd innocens & iuſtus ſis.
Imò iuſtitia & innocentia ipſa , ob idquè
petit homo vt redimas:quòd innocens ſis &
iuſt⁹,nec ſit alius huiuſmodi ꝗ redimat, neq;
qui



qui ſaluum faciat.quia omnes declinauerunt
Pſ.52.ve.4. ſimul,& inutiles facti ſunt: nõ eſt,qui hoc fa
ciat redemptionis bonũ, non eſt vſquè ad te
vnum.ꝙ ſi iuſtitiam & innocentiam pręten-
dis,quas nos in te vnicè,& colimus, & ado-
ramus:hæ pro nobis vtiq; interpellant,& par
tes noſtras fulciunt. Accelera iã miſericors:
quandoquidem id redemptionis miniſteri=
um tu ſolus acturus es: quòd non ſemel per
oracula prophetarũ te acturum promiſiſti.
Viderat cauſæ merita pater ipſe (vt ſecundũ
hominẽ loquamur) & de throno maieſtatis
pſ.16.ve. 3. ſuæ ſilentium indicit homini dicenti:de vul-
tu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui vi
deant æquitatem. Atquè ad filium ſermonẽ
dirigit,in hæc verba prorumpens.

10. *Conſumetur nequitia peccatorum, & diri*
*ges iuſtum:ſcrutans corda & renes Deus.*

Attendite charitatem Dei: audite hæc om-
pſ.48.ve.1. nes gentes,auribus percipite omnes, qui ha-
bitatis orbẽ, quiq; terriginæ & filij hominũ,
ſimul in vnum diues & pauper. Ecce huma-
num genus obtinuit.Auſcultate verba ſentẽ=
tiæ:annotate diuini ſecreti myſteria.Conſu-
metur(ait)nequitia peccatorũ,& diriges iu-
ſtum.Hoc vtiq; decretũm eſt:hoc æterni pa-
tris diffinitum conſiliũ.Quamobrem laudate
Pſ.116.ve.1. dñm omnes gentes, laudate eum omnes po=
puli:quoniã confirmata eſt ſuper nos miſeri
cordia eius, & veritas dñi manet in æternũ.
Phil.4.a. gaudete omnes in domino:iterũ dico gaude
te: Ecce appropinquat, ecce in manibus eſt
redemptio veſtra. Ait enim dñs:conſumetur
nequitia hominũ peccatorũ.& apponens ma
num huic ſalubri decreto , illudq; chirogra=
Rom.8.c. pho immutabilitatis ſuæ cõfirmans:hoc pro
priæ manus corroborat ſigno, ſcrutans cor=
da & renes Deus.Hoc vtiq; proprio nomine
gaudet:quia ſcit manifeſtè ea , quæ in corde
latent:Iuxta illud Pauli: qui autem ſcrutatur
corda, ſcit quid deſideret ſpiritus. At vbi(vt
diximus)hoc verbo ſignauit Deus,quĩ pro-
tulit(vt ab ętero diſpoſuerat)ſententiã: Nec
dum verba cõpleuerat: cùm rex ipſe ſanctus
(prucuratorio,quo ſupra nomine) iuſtãm fa
tetur,ipſamq; fert acceptam,dicens.

11. *Iuſtum adiutorium meum à domino:qui*
*ſaluos facit rectos corde.*

Rurſusque in æquiſsimi Dei laudes ſe totũ
in hunc modum effundit.

12. *Deus iudex iuſtus,fortis & patiens:nun*
*quid iraſcitur per ſingulos dies.*

Diximus vtcunq; , & pro modulo noſtro
humani generis petitam inſtanter, & in miſe
ricordia vberi conceſſam,expreſsimus redẽ
tionem.quãuis ingenij tenuitas,diuinorũ ver
borum nondum hactenus plenè attigerit ſen
ſum.dicemusq; iterum atq; iterũ halucinãtes,
donec id nobis aperiat verbũ: qui hoc protu
lit verbum.quid eſt(obſecro)conſumetur ne
quitia peccatorũ ,& diriges iuſtũ.Nempe de
Chriſto dño ſcriptũ legimus , ꝙ ignis conſu- Deut.4.d.
mens eſt,eò ꝙ feces omnes noſtrorũ cõſum Heb.12.g.
pſerit peccatorũ. Ipſo quidem adueniẽte, ne
quitia conſumpta eſt peccatorum, atq; rubi-
go:deduxitq; dñs,& direxit iuſtũ per vias re Sap.10.c.
ctas,& oſtendit illi regnum Dei: quippe qui
iuſtificauit impium,delens peccata,& gratiã
cõferens:vt rectè operetur , & iuſtè.Hoc .n.
conſumere eſt ſimul & dirigere,ſoliusq; Dei
munus,qui renes ſcrutat̃ & cor. Vide tu nũc,
ſi aptior ſit ſenſus:dũ hęc omnia verba patris
ſint ad filium dicentis : age fili dilectiſsime,
conſumetur nequitia peccatorũ morte tua.
Et tu,qui Deus es , renũ ſcrutator & cordis,
via ſimul veritas & vita: hominẽ diriges er=
rántem,vtque in viã iuſtitiæ tendat , efficies
iuſtũ.Niſi fortè iuſti nomine Chriſtum dñm
(quẽ ſanctum &iuſtũ ſcriptura cognominat)
velis accipere.Vt eſt illud Eſaiæ:propter Siõ Eſai.62.a.
non tacebo,& propter Ieruſalem non quieſ=
cam:donec egrediat̃,vt ſplendor Iuſtus eius.
Illudque Zachariæ: ecce rex tuus veniet tibi zach.9.c.
iuſtus & ſaluator. Teipſum ergo diriges iu=
ſtum,qui proſperè cuncta exequeris. diriges
etiã efficiesque iuſtũ hominem:ſi illius defe-
caueris cor,& concupiſcentias, quæ de reni-
bus, velut de fõte,& matrice manant reſtrin
xeris tu renũ ſcrutator,&cordium Deus.Iu-
ſtum quidem eſt adiutoriũ à dño, qui ſaluos
facit rectos corde, cùm ſit Deus iudex iuſt⁹,
fortis,& patiens,qui non iraſcitur per ſingu- Abac.3.a.
los dies:quin potiùs,cùm iratus fuerit,miſe-
ricordiæ recordabitur. At patris ſententiam
concluſit rex ſanctus in ſinu ſuo: & conuer-
ſus ad homines,quorũ cauſam egit,eos com=
monet,vt cõuertantur.Ne ſi redemptiõis do
no abutantur: gladio diuinæ animaduerſio=
nis pereãt ingrati,quem in fine ſeculi,cùm iu
dex aduenerit,vibrabit in impios: vtì in car-
ne primo veniẽs hominẽ redempturus:carnis
ſuæ arcũ tetẽdit,& parauit in cruce.Ait ergo
*Niſi conuerſi fueritis ,gladiũ ſuum vibra-* 13.
*bit:arcum ſuum tetendit,& parauit illũ.*

Ecce ingratis hominibus diuinus pſaltes ti-
morem incutit,& horrorẽ: ne ſibiipſis indul
gentes,primi aduentus eximia Dei benigni-
tate illecti,torpeant.Aures arrigite ait: Niſi
hoc maximæ charitatis dono conuerſi fueri-
tis ad dñm:ſcitote filij hominum, ꝙ veniens
nunc in humilitate, & infirmitate carnis,tũc

in maieſtate veniens,vltionis ſuę in vos anci
pitem vibrabit gladium. Nunc arcum ſuum
Arc.2.b. tetendit,& parauit illum:qui per ſcripturam
ſuam,peccantibus,& non pœnitentibus:dam
nationis interitum comminatur vti amicus.
Tunc autē nisi conuerſi fueritis: implebitur
illud,quod lamentatur Hieremias in threnis,
dicens:tetendit arcum ſuum quaſi inimicus:
firmauit dexterā ſuam quaſi hoſtis &c.Ecce
myſterium vobis dico:vt legationis,& pro-
curationis meæ rationem reddā, quam felici
ter quidē,& fortunatè peregi.vos intēto ani
mo eſtote,& redemptionis modū,ſimilitudi
nibus quibuſdam vrbanis, quas præmedita-
tus ſum, vobis articulatè depingam.Arcū ſu-
um tetēdit is, de quo in ſpiritu Iacob ille pa
Gen.49.b. triarcha vaticinatus ait:Catulus leonis Iuda,
ad prædā fili mi aſcendiſti:requieſcens accu-
buiſti,vt leo,&quaſi leena:quis ſuſcitabit eū?
quippe qui crucē aſcēdit ad prædam, &mor
tu9 requieuit in ſepulchro:ſurrexitq; vt leo
fortis.Is tetēdit arcū,vt diabolum iaculetur.
Ecce iam in eodem ſpiritu Chriſtum video
cruci affixum,& ſacratiſsimū eius corpus in
modum arcus adeò extenſum, vt confracta
ſit illa vnionis cordula,qua anima,& corpus
inuicem erant vnita,vt eſſet vera mors: ma-
nente altera adhuc integra,qua hæ partes in
ſeparabili nexu erant coniunctæ verbo.Seq.

14. *Et in eo parauit vaſa mortis: ſagittas ſu-
as ardentibus effecit.*

An non tibi hæc verba in eundē ſcopum ten
dere videntur,in quem illa à Simeone iuſto,
& timorato ſene, de Chriſto prolata? Ecce
Luc.2.e. (ait)poſitus eſt hic in ruinā,& in reſurrectio
nem multorū in Iſrael:& in ſignū, cui cōtra-
dicetur. Et Paulus apoſtolus, qui Chriſtū in
ſe viuentem,atq; loquentē iactat:his ſimilib9
2.Cor.2.d. vſus eſt verbis,dum ait : Chriſti bonus odor
ſumus Deo in his,qui ſalui ſunt,& in his,qui
pereunt. Alijs quidem odor mortis in mor-
tem : alijs autem odor vitæ in vitam. Et ad
hæc,quis tā idoneus(ſubintellige) ſicut Chri
ſtus,qui tetendit arcum ſuum, & parauit il-
lum,& in eo parauit vaſa mortis (incredulis
videlicet,quibus poſitus eſt in ruinam)quan-
doquidē mors Chriſti crucifixi(vt iſdem Pau
1.Cor.1.d. lus ait)Iudeis fuit ſcandalum,gentibus ſtulti-
tia.At verò ſagittas ſuas ardentibus effecit fi
delibus,& electis, charitatis igne eſtuantib9,
quibus in reſurrectionē poſitus: Chriſtus cru
cifixus, eſt Dei virtus, & ſapientia. Parauit
etiam in arcu ſuo vaſa mortis:quum mortem
noſtram moriendo deſtruxit,& mortis inter
emit autorē:ſagittas autem ardentibus effe-
cit,quum etiā moriens,eccleſiam ſanctam ad
ſe traxit, pro ipſius amore languentem, quæ
dum ipſum vidit in cruce pendentem,& pro
ea ſpiritum patri tradentē, vtì philocapta,il-
lum ſuo cordi affixit:quippe quē illum audi
erat longè antè dicentem: pone me vt ſigna- Cant.8.b.
culum ſuper cor tuum,vt ſignaculum ſuper
brachiū,quia fortis eſt,vt mors,dilectio.Vn-
de amoris impatiens,dū ipſum quæritat, ait:
Adiuro vos filiæ Ieruſalem,ſi inueneritis di-
lectum meum,vt nuncietis ei,quia amore lā-
gueo.Sagittis enim ardētibus affecta fuerat,
& charitatis ſpiculo vulnerata.An non ſagit-
tis ardentibus tactus erat, qui aiebat: verè fi-
lius Dei erat iſte?At contrà,ſagitta mortis &
lethali mucrone confoſsi erant, qui dicebāt:
Si filius Dei eſt,deſcendat de cruce,& credi-
mus ei.Nec te moueat,ꝙ vaſa mortis ea nun
cuparit pſaltes:quibus impij (occaſione acce
pta,non præbita)ferūtur ad mortem.vas qui
dem nomen genericum & vagum eſt,omnia
maximè inſtrumenta & vtenſilia ſignificans.
Niſi fortè vaſa mortis & ſagittas, quæ etiam
vaſa interfectionis,& interitus ab Ezechiele Ezech.9.a.
nominantur in peruerſorum, atquè obſtina-
torum hominum perniciem,paratas dixeris:
vt ſit ſenſus, ꝙ in arcu ſuo ſagittas ſuas effe-
cerit,ſeu parauerit Deus iniquis perſequuto-
ribus,ardentibus odio,ac maleuolentiæ igne
ſuccenſis: cuiuſmodi populus Iudeorū erat:
de quo ſequitur.

*Ecce parturit iniuſtitiam,concepit dolo-* 15.
*rem: & peperit iniquitatem.*

Hac metaphorica loquutione, non ſemel di
uina vtitur ſcriptura, vt apud Eſaiam,& Iob Eſa.59.a Iob.15.d.
intueri licebit.Sic igitur his verbis,redempti
onis noſtræ proſequitur diuinus vates, tunc
futurum quaſi præſentem aut præteritū,quē
in ſpiritu præuiderat,modū.Et ſinagogam ſi
gnat:quæ tunc iniuſtitiam parturiuit,cùm iu
ſtum,innocentiſsimumq; agnū occidit:quip
pe quæ dolorem conceperat de amiſsione
gentis & loci,dum ait:quid facimus,quia hic
homo multa ſigna facit? ſi dimittimus eū ſic, Io.11.f.
omnes credent in eum : & venient Romani,
& tollent noſtrum locum & gentem.peperit
etiam iniquitatē,ait enim vnus ex ipſis,Cay
phas nomine(& quidem ſinagogæ pontifex,
& caput)vos neſcitis quicquam,neq; cogita
tis,quia expedit vobis,vt vnus moriaē homo
ꝓ populo,&nō tota gēs pereat.Profecto par
turitio peruerſa: Et qualis conceptio fuit,ta
lis partus. Sed perge rex: occiſus eſt agnus,
& Chrs affixus cruci,mortu9 eſt. qd deinde?

16. *Lacum aperuit, & effodit eum: & inci-
dit in foueam,quam fecit.*





An non tibi videris Ioannē Euāgeliſtam au
dire,paſsionis Chriſti chronicū enerrantem?
Io.19 c. venerunt(ait)milites, & primi quidē frege-
runt crura,& alterius,qui crucifixus eſt cum
eo:Ad Ieſum autē cùm veniſſent, vt viderūt
eum iā mortuū,non fregerunt eius crura,ſed
vnus militū lancea latus eius aperuit,& con-
tinuò exiuit ſanguis & aqua:quod(haud du-
bium) olim hiſce verbis propheta ſanctus ꝓ
nunciauit, dicens : lacum aperuit miles ille
Longinus:lacum(inquā)reparationis noſtrę:
dū lancea latus eius aperuit,à quo humanæ ſa
lutis profluxit antidotum.Effodit.n.illud,&
incidit in foueam,quam fecit:qui in apertile
latus incidit per fidē, quiq; ſanguine & aqua
reſperſus,viſum(quo erat orbatus)recupera-
uit.Et dū diuinā in Chriſto profitetur natu-
ram:Chriſti martyr effectus eſt, incidens in
foueā,quam fecit.vel ſi mauis (vt cepimus)
tum in bonū,tum in malū, ſinagogā in foueā,
quā fecit,intellige incidentē. vel ex eo,ꝙ ſi-
nagogæ multi crediderūt in eum,vt qui in la
cum & verā piſcinā inciderint abluētē: vel ꝙ
increduli,& obſtinati multi perierunt, in le-
theam illam foueā,quā Chriſto parauerant,in
cidētes:quod etiā alibi eiſdē verbis,per eiuſ-
dē ſancti prophetæ os,ipſe expreſsit dñs, di-
Pſ.56.ve.9. cens:foderūt ante faciē meam foueā,& inci-
derunt in eam.cuius rei gratia ſubiungit.

17. *Conuertetur dolor eius in caput eius: &
in verticē ipſius iniquitas eius deſcendet.*

Concepit quidem ſinagoga dolorem, quæ
& peperit iniquitatem:ſed conuertetur(ait)
dolor in caput eius : ſicuti conuerſus eſt, &
ſupra verticē ipſius huiuſmodi iniquitas de-
torquebitur,quod etiam actū nouimus.per-
didit enim(vt timuit) locum & gentem. Et
multò plures crediderunt in Chriſtum mori
entem,& reſurgentem, quàm in eum viuen-
tem antè crediderant : ſicuti ſuus Cayphas
(cùm eſſet pontifex anni illius)prophetaue-
rat,quia Ieſus moriturus erat pro gente,& nō
tantùm pro gente,ſed vt filios Dei, qui erāt
diſperſi,congregaret in vnum, veluti expo-
nit ipſe Euangeliſta Ioannes: ꝙ ſi prophetæ
verba in bonum accipias:conuerſus eſt dolor
in caput,qui eſt eccleſiæ Chriſt9 : iuxta illud
Eſaiæ vaticiniū:verè languores noſtros ipſe Eſai.53.b.
tulit,& dolores noſtros ipſe portauit.Et ite-
rum:poſuit dñs in eo iniquitatem omnium
noſtrum.oblatus eſt,quia ipſe voluit. Sequ.

18. *Confitebor domino ſecundùm iuſtitiam
eius: & pſallam nomini dñi altiſsimi:*

Ecce iam præmiſsis omnibus auditis: ſe to
tum humanum genus cōuertit in Dei laudē,
dicens:confitebor dño. hæc .n. eſt confeſsio
laudis:laudat quidem propter iuſtitiam,qua
miſericors ipſe Deus tradere decreuit filiū,
vt redimeret ſeruum. Sit nomen eius benedi
ctum in ſecula Amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 7.

*DOmine Deus meus in te ſperaui(dicat humanum genus)ſaluum me fac &c. celeri & op
portuno remedio:ne quando rapiat, ut leo,animā meam. hoc quidem mirificum humanæ
redemptionis opus,tibi ſoli,non alteri,altiſsimo conſilio ante mundi cōſtitutionem ſeque
ſtratum eſt,ac reſeruatum. q, ſi dixeris ſapientiſsime:non feci iſtud tranſgreſsionis Adæ
peccatum:cur exoluam? fatemur ingenuè, atq; fideliter innocentiā tuam: ſed tuæ digna-
tionis, & ſummæ bonitatis erit, q, hominem,quem tu plaſmaſti,redimas factus homo.Id quidem cedet in
gloriam tuam.Exurge ergo dñe,quaſi iratus: & exaltaberis in cruce, ad te omnia trahens. Ibi uinces* Eſai.8.a.
*tuos,atquè humani generis inimicos. Aſcende ad prædam,uelociter ſpolia detrahe,citò prędare.Et for
tium diuides ſpolia:pro eo,quòd tradideris in mortem animā tuam, & cum ſceleratis reputatus ſis.Ex-* Eſai.53.d.
*urge etiam in præcepto illo unico,ac præcipuo charitatis,qua ſemper eſtuas, ut hominem redimas, te
contemnentem.Nec eſt,q, iuſtitiam,atquè innocentiā prætendas, quam unicè in te colimus, & adora-
mus.hoc enim partes noſtras fulcit:corroboratq; intentum.Audi Ieſu bone definitū à patre, ut tibi &
nobis ſit conſultū.Conſumetur(inquit)nequitia peccatorum, & diriges iuſtū.Idq; decretū irrefraga-
bile eſt,ut quod diuino chirographo ſit obfirmatū:pro quo immortales gratias agimus.Scimus equidē,
& graphicè depictum nouimus futuræ redemptionis modū.Eſt qui ipſum his prægnantibus, & ſubob-
ſcuris uerbis deſcripſit.utrunquè aduentū,iuſtitiamq; ſimul & miſericordiam,gladium iudicantis, &
ardentiſsimā redemptoris charitatē complectens.Niſi conuerſi fueritis(ait)ab amore mundi ad amorē
Dei:gladiū ſuum uibrabit:arcū ſui corporis,extēſis in cruce brachijs,tetēdit, & parauit illū ad redēptio
nis miniſteriū,primo in carne ueniēs.ſed ueniēs ſecundo in maieſtate:gladiū ſuum uibrabit ad uindictā.
Nō eſt,q, hac in re immoremur amplius.Fatemur hactenus peregrinū texuiſſe ſenſum,nō ſatis literali
innixū: cùm longè aliter expoſitorū auribus inſonet is Pſalmus. Quāobrem uel tenui libamēto degu-
ſtandū, illū iterato ob oculos ponā:quo quis poſsit ad alia fortè aptiora cōſcendere ſenſa.Cōpoſuit hūc
pſ.(ut diximus)Dauid rex:cū filiū ſuum ſceleratū fugeret Abſalonem.In quo diuinū auxiliū petit, &
nonnulla recenſet,quæ Deum ad miſericordiam flectant.unum,q, in eum ſpem ſuā fixerit,nec ſit alius,*

*qui ſibi proſpicere queat,ſitq; periculum in mora.Deinde tertio teſtatur uerſu,ſe nihil ſimile commiſiſſe in Saulem regem:quo has promeritas pœnas luat.Si feci(inquit)iſtud? Abſit à me(ait)tantum facinus:quin obſecutus ſum illi potiùs ex animo:nō ſemel ab ipſo etiā laceßitus:& me ſemper inſontē erga eum & commilitones,beneuolumq; & beneficum oſtendi:nec eos in me ſeuientes, donis ac muneribus reliqui uacuos,& inanes.Non etiam manus meas(cùm poſſem)regio ſanguine fœdaui:aut eius regiæ dignitati & gloriæ detraxi unquā.quòd ſi ſecus:idipſum æquè patiar:Perſequatur inimicus &c.prout 4.& 5.uerſu.Quamobrem,exurge dn̄e,qui dormire uideris, & de perſequentibus me uindictam ſume.Eleuare etiam indignatus in hoſtes,& furore uince furorem.quādoquidem in te dn̄m Deum meum uerius debachātur: cuius præcepto gubernacula regni ſuſcepi:nec fecere ſecùs,ac ſi eſſent de ſinagoga ſathanæ.quod utiq; 6.7.& 8.uerſu.depoſco.Super hanc igitur ſinagogam eleuare, & ſuper hanc (humilians ipſam)in altum regredere.Non deerit tibi fidelior altera populorum, quæ circundabit te,in caput ſuum,& principem recognoſcens.Nil te latet bone Deus, & iudicium tuum rectū. Idcirco iudica me domine,iuſtis atq; iniuſtis uicem rependens:ut uerſu.9.10.atquè 11.peto.Porro hoc unum te reuelante noui:quòd in clypeum ſis mihi futurus:cū ſis Deus,iudex iuſtus,fortis,& patiens:qui non iraſceris in rectos corde,quos optimè noſti:ſcrutans corda,& renes Deus.At contra,te in impios iraſcente: conſumetur deiſcetq; nequitia peccatorum,& diriges iuſtum,deducens illum per uias rectas. Commoneo uos ergo rebelles,deſiſtatis ab incepto: quia niſi conuerſi fueritis, arma bellica in uos ex nunc ſibi parabit,quibus uos ad mortem uſquè iaculetur.Idq; prædico.12.13.& 14.uerſu.Non eſt quòd ſceleratus conqueri poßit:ecce parturit in iuſtitiam &c.lacum aperuit:& meritò incidit in foueam,quam fecit.Conuertetur dolor eius in caput eius:& hæc ad finem uſquè Pſal.Iam rem geſtam accepiſti:tu myſticè ſignatum adapta.& cum Pſalmographo dices:confitebor domino ſecundùm iuſtitiam eius.*

## PSALMVS OCTAVVS.

*Domine dominus noſter: quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.*

Titulus huius Pſalmi eſt:in finem Pſal. Dauid,pro torcularibus.Superuacaneum eſt,de myſtica huius vocabuli ſignificatione diſputare:cùm doctores ſancti,& illuſtres torcularium nomine,ſingulares eccleſias intellexerint,vbilibet cōſtitutas: quę in vnam coeunt fidē,vnamque ſanctā conſtituunt & catholicam Eccleſiam, extra quā non eſt ſalus: nec
Cant.7.c. eſt etiā locus,quò calcari poſsit vua, vt vinū efficiatur dilecto dignū ad potandū: labijſq; ac dentibus illius ad ruminandū. Non enim extra eā martyria meritoria ſunt. cùm dicat
1.Cor.13.b. apoſtolus: & ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeā:charitatē autem non habuero: nihil mihi prodeſt.Nunc autē extra eccleſiam,nec eſt charitas,nec charitatis ordo.Nempe ſuus cuique rei locus eſt: ſicut area tritico, quo
Iob.28.a. purgetur:torcular vino,conflatorium auro. Vnde apud Iob ſcriptum legimus: habet argentū venarum ſuarum principia:& auro locus eſt,in quo conflatur: quia eccleſia ſancta fornax eſt,extra quam aurū, & ſi incendi po
Sap.3.b. teſt:conflari tamen,& purgari nō poteſt.Eſt enim auro locus,in quo conflatur: vbi tāquā aurū in fornace probauit electos dn̄s: & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos,& in tempore erit reſpectus illorum: quemadmodum & locus eſt vino,torcular ſcilicet vbi torquetur,& præmitur vua, vt vinum defluat preciosum.Ibi quidem Chriſtus botrus ille cypri in vineis engadi:paſsionis prelo compreſ Cant.1.d.
ſus:effectus eſt nobis vinum inebrians, vinū lætificans cor:vinū denique germinans virgines.Quid enim bonū eius eſt,& quid pulchrū eius (propheta Zacharias ait) niſi frumentū zach.9.d.
electorum,& vinum germinans virgines? At qui animę noſtræ,ex fœdis meretricibus pulchræ virgines in eccleſia Chriſti efficiuntur: perceptione euchariſtię,quæ bona gratia dicitur,& vini compunctionis, quæ pœnitētia nuncupatur.Ibi etiā martyres,Chriſti imitatores,& membra,calcati ſunt: & precioſum ſanguinē ſuum fuderunt, quaſi vinū libaminum corā dn̄o.Dauid ergo ſanctus hæc torcularia, præuidens in vinea dn̄i ſabaoth, per Chriſtum conſtruenda,vel denuo reædificanda:Pſal.pro torcularibus,atquè in torcularibus compoſuit decantandum,vt ſit ad vindemiā in Dei laudē: felix, ac dulcis in eccleſia cantus.Nec enim exigua eſt dn̄i maledictio, per prophetam ſuum dicentis:vinum in tor- Eſai.16.c.
culari non calcabit,qui calcare conſueuerat: & vocē calcātium abſtuli.Rurſusque per Hie Hier.47.
remiam:vinum de torcularib' ſuſtuli:nequaquā calcator vuæ, ſolitum celeuma cātabit. Audi nunc ergo ſinagoga:audi eccleſia malignantium,eccleſiæ nomine indigna:vos (inquam) ſchiſmatici,& hęretici audite. Nequaquàm inter vos calcator vuæ ſolitum celeuma cantabit,quia vinum de torcularibus ſu- Deut.23.e.
ſtulit dn̄s:torcularia veſtra (ſi quæ ſunt) cœno vobis



no vobis abundant non vino. Audite quid Moſes dicat:vua eorum(ait) vua fellis & botrus amariſsimus: fel draconū vinum eorū, & venenum aſpidum inſanabile. Nā vbi vinū non eſt, non eſt gaudium nec lætitia: non eſt cantus ſed planctus. At contra,vbi vinum eſt
Eſai.35.d. lętificans cor:ibi lętitia. ſcriptum eſt.n. lętitia ſempiterna ſuper capita eorum:gaudium & exultationē obtinebunt.quam ob rem cātate vos Chriſti fideles canticū hoc nouum, laus eius in eccleſia ſanctorum.In eccleſijs benedicite dn̄o,pſalmū dicite pro torcularibus conſtruendis, & in torcularibus cōſtructis. Cantate vos qui legitime cantare poteſtis,di
Apo.14.a. cente in Apocalypſi Ioanne:Nemo poterat dicere canticum: niſi illa centū quadraginta quatuor millia,qui empti ſunt de terra.præcinam ego pſalmū pro torcularibus: vos concinite ſimul: dn̄e dn̄s noſter, q̄ admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. ꝓmiſerat Dauid ſanctus in calce prętériti pſalmi,ſeſe laudes dicturū dn̄o ſecundū iuſtitiā eius:& pſalmum nomini ſancto eius. Et ecce iam nunc promiſſum adimplet:hic enim eſt pſalmus,& hæc cantilena:dn̄e dn̄s noſter &c.quam etiā in fine ingeminat,vt ſit laudis initium & finis. domine (inquit) qui dominus noſter es peculiari quodam modo,quia per carnis aſſumptionem:quā admirabile eſt nomen tuū: quia Dei & hominis nomen. Non hîc ſolùm aut illic: ſed in vniuerſa terra. Meritò quidē dn̄i admirabile nomen eſt:quandoquidē mirabilis ipſe,qui notus in Iudea Deus: innotuit orbi factus homo. Et moriens pro homine admirabile acquiſiuit ſibi nomē ſuper omne nomen:vt in nomine Ieſu omne genu fle-
phi.2.b. ctatur,cęleſtium,terreſtrium,& infernorum, & omnis lingua confiteatur,quia dn̄s noſter Ieſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris,in eadem ſcilicet qua gloria pater. Sequit̄.

2. *Quoniam eleuata eſt magnificentia tua: ſuper cælos.*

Heb.1.a. Eleuata eſt dn̄e Ieſu magnificentia tua ſuper cælos:qui magnificus in ſanctitate aſcendiſti ſuper omnes cælos: tāto melior angelis effectus,quanto differentius præ illis nomen hereditaſti:quandoquidem filius Dei es origine & natura.Adeò quidem eleuata eſt magnificentia tua:vt non ſolùm ab angelis alijſque cælorum ciuibus, verùm etiam ab hominibus terram colentibus, vti infinita adoretur & laudetur in dies.quippe qui.

3. *Ex ore infantium, & lactentium perfeciſti laudē, propter inimicos tuos:vt deſtruas inimicum & vltorem.*

Hunc ſcripturæ locum attulit in Euangelio Mat.21.b.
Chriſtus,cùm pueri clamarent,dicētes: Oſanna filio Dauid &c.omitto laudē illam, quā non mediocris admiratio parit, de formatione hominis(diuinus ait pſaltes) hanc vtiq; in materno vtero incepiſti: ſed ipſam in eius mirabili educatione perfeciſti.relinquo alteram, quam per apoſtolos tuos ſimplices & rudes & infantium more olim balbutientes perfeciſti laudem,dum ad fidem tuam hominē adduxiſti,ipſumq; deuiciſti mundū. Nec enim rei huius mirabilia nunc recenſere vacat.Atqui aliam longè maiorem:quam nō ſolùm à magnis & perfectis cæteriſque etiā infirmis quotidiè in tui nominis gloriam proficientibus,verùm etiam quam ex ore inſipientium infantium & lactentiū perfeciſti laudem:nunc contemplari iuuat.Nempe laudāt te aſtra matutina ſimul & veſpertina:laudant te etiam omnis generis viatores: ſed tanquā infantes,qui balbuciētes fari geſtiunt.Et laudant comprehenſores ac beati lactentes:ꝙ illorum fauces,ipſo beatitudinis lacte atq; fruitionis dulcedine perfuſæ ſunt ſemper.quorū tu in patria illa beata perfeciſti laudem:vt te dignè laudare queant,qui omni maior es laude.tu etiam perfeciſti in hac via, qui perfectorum es ſolidus cibus, eorum ſcilicet qui (iuxta Paulum) pro conſuetudine exercita- Heb.5.d.
tos habēt ſenſus ad diſcretionem boni & mali:quiq; infirmorum es ſalutiferum olus,& lac ſapidiſsimū paruulorum. quibus iſdem apoſtolus ait:tanquā paruulis in Chriſto lac vo- Ro.14.a.
bis potum dedi,non eſcam:nondum enim po 1.Cor.3.a.
teratis.Et eiuſdem collega Petrus:quaſi modo geniti infantes ſine dolo, lac concupiſci- 1 Pet.2.a.
te.Ex horum igitur infantium & lactentium ore perfeciſti laudem, propter inimicos tuos,ſiue Iudeos, ſiue Paganos, cæteroſq;,qui tibi & tuo nomini detrahūt & aduerſantur. hoc autem vt deſtruas inimicum & vltorem, diabolum ſcilicet, qui ob id tibi ꝙ eum deuiceris deieceriſq;:& nobis,ꝙ ethereas,quas ille perdidit ſedes, per te obtinuerimus,inuidus ſemper inimicatur. Nempe is merito inimicus nominatur & vltor: non tam effectu, quàm affectu.quippe qui poſt caſum, dū ſeſe vlciſci optat, toto conatu nititur, & tui nominis gloriam denigrare,& animam ſimul eius (quā honoraſti) hominis deuorare. ſeq.

4. *Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & ſtellas,quæ tu fundaſti.*

Hæc omnia oculis noſtris obiecta, etiā primo aſpectu & conſideratione enarrāt gloriā tuam

tuam domine. Sunt enim nobis materia aptiſ
ſima laudis.quid ſi maiora & altiora, apoſto
los ſcilicet,eccleſiam ac reliquos ſanctos,per
tria hæc deſignata introſpiciamus?quæ ideo
digitorum dicuntur opera, quòd mirabilio-
ri ac ſubtiliori fabrica, perinde ac nobiliori
opificio,hos animatos ſis operatus cælos, vi
ta lucidos,doctrina affluentes, & influentes,
virtutibus ornatos , loca ſuperiora tenentes,
& hæc inferiora protegentes. quòd lunam
fundaueris, eccleſiam ſcilicet ipſam , ſuis in-
crementis ad perfectum tendentem , donec
plenius fuerit euacuatum, quod nunc ex par
te gerit. ꝙ què demum ſtellas in fide fixeris
omni ſanctitate perſpicuas.aut certè per cæ
Ephe.4.e. los legis & prophetarum libros,per digitos
verò, eorundem ſcriptores inſinuare velis:
quia digito Dei cõmoti,hoc eſt, Spiritu ſan-
cto inſpirati,locuti ſunt.Porro quia nunc mi
litat eccleſia, lunæ meritò comparatur: quia
vt luminare minus,præeſt huius ſeculi nocti,
& continuis incrementis ac decrementis ſub
eſt,donec occurramus omnes in vnitatem ſi
dei & agnitionis filij Dei,in virum perfectũ,
in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti, vt
iam non ſimus paruuli &c.ſancti etiam, ſtel-
læ dicuntur:quia ſicut ſtella à ſtella differt in
claritate: ſic & reſurrectio mortuorum , ait
1.Cor.15. f. apoſtolus ad Corinthios ſcribens. Iterumq́;
Phi.2.b. Philippenſibus ait: ſine reprehenſione in me-
dio nationis prauæ atq; peruerſæ,inter quos
lucetis ſicut luminaria in mundo. hos igitur
omnes(quos cælos diximus,lunam & ſtellas)
dum propheta ſpiritu contemplatur: gaudet
vtiquè, miratur & ait: quoniã videbo cælos
tuos,opera digitorum tuorum,lunam & ſtel
las , quæ tu fundaſti? quid quum videbo (vt
Io.16. e. ſpero)interiora velaminis, hoc eſt ſuperiora
illa ſupra cæleſtia,vbi tot pulcherrima latẽt?
tunc iure lætabor,& gaudium meum erit ple
num , quod nemo tollet. Mira quidem ſunt
ea manuum tuarum , quæ in rerum omnium
primordio creaſti opera: At mirabiliora ſunt
opera digitorum,quæ tu fundaſti.Etenim hi
viſibiles, opera manuum tuarum ſunt cæli:
Pſ.101.v.29 quos in ſapientia creaſti.Sunt tamen alij my-
ſtici & ſpirituales:ſubtiliora quidem digito-
rum opera , quæ miſericors ipſe in ſanguine
tuo fundaſti. quæ omnia tum materialia tum
ſpiritalia , propter hominem creaſti atq; fun
daſti,ipſaq́; homini tribuiſti.Vnde non triuia
lis hinc ſuboritur quæſtio: ſemel atquè iterũ
repetita,& ita exclamare cogor.

5. *Quid eſt homo, quòd memor es eius: aut*
*filius hominis,quoniam viſitas eum?*

Huic rogationi ſimilis eſt illa: quid eſt ho-
mo,quia innotuiſti ei:aut fili' hominis,quia Pſ.143.ve.4
reputas eum? Et apud Iob: quid eſt homo, Iob.7.d.
quia magnificas eum: aut quid apponis erga
eum cor tuum?Nec(vt ſuſpicor)quærit quid
fuerit homo,cùm in honore eſſet : ſed quid
eſt homo poſt lapſum.Cui vel ex vi nominis
facilè reſpõdetur,humus.quid eſt homo quę
ris?Natus de muliere, breui viuens tempore, Iob.14. a.
repletus multis miſerijs, qui quaſi flos egre-
ditur & conteritur,& fugit velut vmbra, &
nunquàm in eodẽ ſtatu permanet.quid eſt ho
mo rogas? homo vanitati ſimilis factus eſt, Pſ.143.ve.5
dies eius ſicut vmbra prætereunt. quæ om-
nia vel in hoc maximè charitatem Dei eiuſq;
in hominem beneficentiam cõmendant:ꝙ cũ
is ſit homo,memor tamen ſit eius,eumq́; vi-
ſitauerit Deus. Nam hominem induens:ver- Iob.1.b.
bum caro factum eſt,& habitauit in nobis,fa
ctus homo. Sequit.

*Minuiſti eũ paulominus ab angelis:glo-* 6.
*ria & honore coronaſti eum , & conſti-*
*tuiſti eum ſuper opera manuum tuarum.*

An parum eſt ꝙ memor illius ſis dñe,& (vti
diximus)viſitaueris eum?ꝙ ipſum etiam,quẽ
paulominus ab angelis natura minoraſti:glo-
ria ſimul & honore coronaſti, & conſtituiſti
eum ſuper opera manuum tuarum? Sequit.

*Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius: oues et* 7.
*boues vniuerſas, inſuper & pecora cãpi.*

Noli ergo iã quærere,quid eſt homo:poſt-
quàm Deus factus eſt homo , & filius homi-
nis dignatus eſt appellari. q̃nquidẽ is eſt ho-
mo,quem Deus conſtituit heredẽ vniuerſo Heb.1.a.
rum,per quem fecit & ſecula.Is eſt etiã , quẽ
verè conſtituit ſuper opera manuam ſuarũ,
cui deniquè ſubiecit omnia. oportet autem
eum regnare (ait apoſtolus)donec ponat om 1.Cor.15.d.
nes inimicos ſub pedibus eius: nouiſsimè au-
tẽ inimica deſtruetur mors:omnia enim ſub-
iecit ſub pedib' eius.Audis quòd omnia ſub-
iecit Deus ſub pedibus eius?cuius eius:niſi ho
minis calcantis omnia,vt ſua ſint omnia ? cui
dictum legimus : omnis locus,quem calcaue- Deut.11.c.
rit pes tuus,tuus erit. quin illius potius ho-
minis,qui torcular paſsionis calcauit ſolus,
quem aſcendentẽ in cælum , dũ mirantur an-
geli,dicentes:quis eſt iſte , qui venit de Edõ, Eſa.63.a.
tinctis veſtibus de Boſra , iſte formoſus in
ſtolla ſua , gradiens in multitudine virtutis
ſuæ?ipſum reſpondentẽ audiunt: Ego qui lo
quor iuſtitiam,& propugnator ſum ad ſaluã-
dum.Cui iterum:quarè ergo rubrũ eſt indu-
mentũ tuũ,& veſtimẽta tua ſicut calcantiũ in
torculari? Ad quos ille: torcular calcaui ſol',
& de gẽtibus nõ eſt vir mecũ.Huic igitur ſub
iecit



iecit omnia,oues & boues.per oues ſimplici
ores quoſq; intellige,per boues autem arati
oni aptos & triturę: doctores laborantes in
meſſe dñi. hos quidem & illos ſubieciſti ſub
pedibus eius. Inſuper & pecora campi,gentes
ſcilicet,indomitas, quæ cauſas dñi neſciebãt,
nec ſuaue iugum portauerunt vnquàm. Seq.

8. *Volucres cæli, & piſces maris: qui peram*
*bulant ſemitas maris.*

Per volucres cæli: aut angelos intellige,aut
angelicos viros contemplationi deditos,qui
eleuantes ſe ſupra ſe , in modum volucrum,
cæleſtem vitam ducunt. At per piſces maris:
hos accipe, qui vitam activã agunt, per hoc
mare magnũ & ſpacioſum valdè, inter huius
ſeculi curas, ad cæleſtis patriæ portum ena-
tantes.quæ omnia dũ ſpũ contemplatur: me-
ritò (quã pro torcularibus edidit)cantilenã
repetit diuinus pſaltes. & admirabile Dei no
men,exaltans præconia voce,atq; munificen
tiſsimam illius prædicans largitatem, pſalmũ
claudit, dicens.

*Domine dominus noſter: quàm admira* 9.
*bile eſt nomen tuum in vniuerſa terra.*

Sit illud ſemper benedictũ ex hoc nunc , &
vſquè in ſeculum Amen.

EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 8.

*DOmine dñs noſter: quàm admirabile eſt nomen tuum in uniuerſa terra. Ecce ubiq;, & ab om-*
*nibus laudabile eſt; quod omnibus excellentius eſt. Cuius magnificentia, etiam cęlos ſuperat &*
*excellit. tu quidem ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem: ut eos, qui tibi inimican-*
*tur, confundas, deſtruasq; inſolentiſsimum humani generis inimicum, qui totis uiribus de homi*
*mine (q. illum ſibi prætuleris) conatur ulciſci.* Nec enim illum latet, quanti feceris hominem, quẽ ad ima
*ginem & ſimilitudinem tuam creaſti, &* propter quem cætera omnia fabricaſti. Nec id etiam ego
*contemplans, dum cæleſtia atq; terreſtria tam magnifica* propter hominem condita intueor, *ſatis mira-*
*ri queo: quoniã uidebo cælos tuos, opera digitorum tuorum, lunã & ſtellas, tum materialia, & omnium*
*oculis expoſita: tum intelligibilia, myſtica, ac perinde delicatiora, & homini utiliora, quæ tu fundaſti.* Et
*ita aſcendens deſcendeſq;: & perſpicaci intuitione pariter & fide, hæc & illa articulatè luſtrans: in*
*hæc uerba prorumpo: quid eſt homo quòd memor es eius, aut filius hominis quoniam uiſitas eum?* Minu
*iſti eum* Paulò *minus ab angelis: gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera ma-*
*nuum tuarum. omnia deniq; ſubieciſti ſub pedibus eius &c. quamobrem iterum atquè iterum, in tui no-*
*minis gloriam huius modi cantilenam repetam: dñe dñs noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in uni*
*uerſa terra.* Ecce *iam quædam meo guturi dulcia, in tui nominis laudem decantare libet.*

PSALMVS NONVS.

*COnfitebor tibi dñe , in toto*
*corde meo : narrabo omnia*
*mirabilia tua.*

Titulus huius pſalmi eſt: in fi-
nem pro occultis filij, pſal. Da-
uid. Nomine filij abſolutè poſiti : æterni pa-
Ephe.3.c. tris filius coæternus venit intelligendus : à
quo omnis filiatio , ſicut ex patre omnis pa-
ternitas in cælo & in terra nominatur, vt Pau
lus ait. vnde & Chriſtus in Euangelio abſolu
Io.8.c. to filij nomine gaudet dum ait: ſi vos filius li
berauerit: verè liberi eritis. cùm ergo in hoc
pſalmo de ſecundo filij aduentu ad iudicium
ſit propheta loquuturus , & huius aduentus
dies ſit ita occultus ꝙ ſcriptum ſit, de die autẽ
Mat.24. b. illa & hora, nemo ſcit, neq; angeli cælorũ, ni
ſi ſolus pater. In qua die occulta & abſcondi
1.Cor.4. b. ta cordium manifeſta erunt : hinc eſt ꝙ non
abs re, pro occultis filij pſalmus hic annota-
tur. tunc enim liber ille præſcientiæ & præ-
deſtinationis æternæ, occultus omnibus, clau
ſus & ſigillatus, in quo prædeſtinati deſcripti
Luc.17.f. ſunt, erit omnibus patens : quũ viderint vnũ
aſſumi & alium dimitti. Pſalmum igitur edi-
dit Dauid ſanctus, ꝓ occultis filij. vt qui præ
teritis pſalmis gratias egit filio ꝓ primo ei'
aduentu in carne, cuius diem electorum ſuo-
rum multis voluit eſſe manifeſtum: nunc in
præſenti pſalmo pro occultis filij, in ſecundo
aduentu, cuius diẽ omnibus voluit eſſe occul
tũ: gratias agere videatur. Et hęc de titulo
dixiſſe ſatis eſt. Confitebor tibi dñe (ait) in to
to corde meo. Religioſè quidẽ agit, qui cor-
de & toto, dño confitetur: Non ſolùm labijs,
vt populus ille, de quo dicit dñs: popul' hic Mat.7 b.
labijs me honorat: cor autẽ eorũ longè eſt à
me. Nempe dñs zelotipus eſt , qui toto vult Eſai.29.d.
diligi & laudari corde: non parte. Nihil enim
ſecũ admittit: quod nõ ſit propter ſe. lauda-
ri vult, ſicut in ꝓſperis, ita & in aduerſis. Nõ
dimidiato corde, ſed toto. totum quærit, qui
totũ fecit: & proſpera tribuit & aduerſa. Nã
ſicut tenebrę eius: ita & lumen eius. Ipſe per- Pſ.138.ve.11
cutit & ipſe ſanat, humiliat & ſubleuat, ducit Deut.32.
ad inferos & reducit, q̃obrẽ ait: vt cũq; mihi Pſ.48.ve.19
euenerit : confitebor tibi dñe in toto corde
meo. Non vt is, qui confitebitur: quum bene
fece-

feceris ei. Si autem malefeceris vt corrigas
(quod etiam benefacere eſt) tibi inſultat,&
nomen tuũ blaſphemat. Non ſic ego,ſed omni
ni tempore, toto, nec diuiſo corde confite-
bor tibi:qui totus mihi cordi es, & in quem
vnum totũ defixi cor,& narrabo omnia mi-
rabilia tua,hoc profectò homini videtur im-
poſsibile. Sunt enim mirabilia Dei inenarra-
bilia, quia penè infinita numero. Niſi fortè
omnia, per hyperbolẽ figuratè dixerit: quia
plurima & maiora. Non ea vtiq; quæ vſu vi-
luerunt:ſed præclara,quæ admirationẽ pari-
unt,& Deum apud homines magis admira-
bilem reddunt. Narrabo(inquit) omnia mira
bilia tua:ea ſcilicet,carmine canam,quæ mihi
iucundiora ſunt & ſuauiora. Veluti ꝙ pro-
pter hominem ſis factus homo, paſſus & ſe-
pultus,quòd reſurrexeris victor: & in altum
aſcendens,captiuã duxeris captiuitatem, &
& hominibus dederis dona, ſisque Deus ho-
mo,ad dexteram patris ſedens. ꝙ deniq; cùm
ſis Deus & homo ſimul,iam olim ab homine
iudicatus(mirabile dictu)venturus ſis iudex
viuorum & mortuorũ,in ſede maieſtatis tuæ,
vt homines iudices,diſiudices,& malos à bo
nis ſecernas: hos quidem tecũ in regnum re
aſſumptis corporibus deferendos:Illos verò
tibi infenſos,cum diabolo & angelis eius, in
barathrum perpetuò detrudendos. Et ſi quæ
ſunt alia id genus mirabilia,quæ enarrare iu-
uat,eò ꝙ de occultis filij ſint, quæ vtiq; dñe
Luc.10.d. abſcondiſti à ſapientibus & prudentibus, &
reuelaſti ea paruulis:de quorũ numero ego
puer tuus ſum,cui incerta & occulta ſapien-
pſ.50.ve. 7. tiæ tuæ manifeſtaſti. Sequit̃.

2. *Lætabor & exultabo in te:pſallam nomi*
*ni tuo altiſsime.*

Lętabor in te(ait)non in me. pſallam nomini
tuo magno:cui ſoli gloria debetur. Sed quæ
(rogo)letitiæ cauſa:quæ internæ huius exul
tationis occaſio? Sequit̃.

3. *In conuertendo inimicum meum retror-*
*ſum: infirmabũtur et peribũt à facie tua.*

Dum conuertitur (inquit) inimicus meus
retrorſum. hæc profectò exultationis & le-
titiæ cauſa,ꝙ conuertatur inimicus meus re
trorſum:certè cõfuſus,certè victus: & infir-
mentur & pereant ſatellites eius,cõfractis vi
ribus à facie tua,hoc eſt, à te præſente & vi-
ctoriæ duce. Is .n. in ſacro eloquio ſatis eſt
vſitatus dicendi modus:qualis ille:non eſt ſa
pſ.37.ve. 3. nitas in carne mea,à facie iræ tuæ: nõ eſt pax
oſsibus meis à facie peccatorũ meorum. Ite-
rumquè:corruptæ ſunt cicatrices meæ à fa-
cie inſipientiæ meæ. Nec ſęcus nunc,infirma
buntur & peribunt(ait)à facie tua:qui de cli
entela ſunt inimici mei. Iure quidẽ lętabor in
te,cui quidquid huius negocij eſt:meritò ad
ſcribendũ eſt. porro dñe tua eſt palma,tua vi
ctoria,tua etiam gloria. propter hoc igitur lę
tabor in te,ꝙ ſim tibi conformis, & per te iã
iuſtificatus in te. Nimirum ſcriptũ eſt:Læta-
bitur iuſtus cùm viderit vindictã: manus ſu pſ.57.ve.10.
as lauabit in ſanguine peccatoris:quemadmo
dum lętabor ego in te, ꝙ retroire feceris ini
micum & vltorem: & deuicto principe tene
brarum,tota eius acies infirmata ſit, perierit
que à ſeuera facie potentiæ ſuæ. Sequit̃. tue

*Quoniam feciſti iudicium meum, & cau* 4.
*ſam meam:ſediſti ſuper thronum, qui iu-*
*dicas iuſtitiam.*

Salua fidei regula,ſic legito:qui iudicas iu-
ſtitiam:ſediſti ſuper thronum,quoniam feci-
ſti iudicium meum & cauſam meã. vt ſit ſen-
ſus:tu chriſte Ieſu filij Dei, qui iudicas iuſti-
tiam(pater enim omne iudicium dedit filio, Io.5.c.
quia filius hominis eſt)ſedes ſuper thronum
iudicans:quoniam feciſti iudicium meum,&
meã egiſti cauſam. Nam qui ſubijſti iudicium
humilitatis: meruiſti thronum exaltationis,
vt ſis iudex viuorum & mortuorum. vel ſic:
Ideo peribunt à facie tua:quoniam tu,qui ſe-
des ſuper thronum & iudicas iuſtitiam:feci-
ſti iudicium meum & cauſam meã, me gratia
præueniendo ſimul & adiuuando. Sic enim
iuſtificans impium,feciſti iudicium meum &
meã egiſti cauſam. Sequit̃.

*Increpaſti gentes, & perijt impius: nomẽ* 5.
*eorum deleſti in æternum, & in ſeculum*
*ſeculi.*

Futurum in præteritum tempus commu-
tat:vt ſuę oſtendat certitudinem prophetiæ.
Nempe tunc increpabit gentes: quum vene- Mat.25.c.
rit filius hominis in maieſtate ſua,& omnes
angeli cum eo. Tunc quidem ſedebit ſuper ſe
dem maieſtatis ſuæ,& congregabuntur ante
eum omnes gentes:& dicet his,qui à ſiniſtris
erunt:diſcedite à me,eſuriui enim & non de-
diſtis mihi manducare &c. Et tunc peribit il
le impius Antichriſtus homo peccati,& filius
perditionis,quem dominus Ieſus interficiet
ſpiritu oris ſui,hoc eſt, mandato ſuo, velut
potentiſsimo forti & efficaciſsimo flatu: vel
diabolus ipſe. Et nomen eorum, damnatorũ
ſcilicet,delebit. Non quidem de libro præde
ſtinationis æternæ, in quo nunquàm ſcripti 2.The.2.c.
fuerunt: ſed de numero viuentium, quibus
non aggregabuntur vſquàm, iuxta eiuſdem
prophetæ vaticinium, deleantur(inquit) de Pſ.68.ve.33
libro



libro viuentium,Et (id eſt) cum iuſtis non
ſcribantur, quippe qui in æternum & in ſe-
culum ſeculi morientur viuentes, & viuent
morientes. Sequit̃.

6. *Inimici defecerunt frameæ in finẽ: & ci-*
*uitates eorum deſtruxiſti.*

Sunt qui legant inimice caſu vocantis, ip-
ſumq́; minitantem deriſorie interrogantes:
quod vtiq; in eundem ſenſum recidit. An nõ
hui⁹ inimici framea Antichriſtus? An nõ dia-
boli framea Machometus,Arrius,Neſtorius,
Iouinianus,cæteriq́; antiqui ac noſtræ tempe
ſtatis hereſiarchæ:Lutherus,Zuinglius, Eco
lampadius:& ſi quæ ſunt alia infelicia id ge-
nus portenta, quibus velut frameis, diabolus
ſacroſanctã oppugnat eccleſiã, eamq́; (licet
fruſtra) totis viribus nititur deuaſtare? quæ
omnes huius inimici frameæ arrogantur ex
arte:deficient tunc in fine. Nam victi omnes,
obmuteſcent impiorum latratus: & ciuitates
eorum cõuenticulaq́; deſtruentur. tũc væ fra
Zacha.13.d. meis iſtis. dices enim frameæ tuæ Deus:ſuſci
tare,& acues vt fulgur gladiũ tuũ, atq; arripi
Deut.32. f. et iudiciũ manus tua. Adeoq́; vindictam ſu-
mes: vt frameę tuæ iam deficiãt inimici. Seq

7. *Perijt memoria eorum cum ſonitu: & do*
*minus in æternum permanet.*

Peribit certè peribit memoria peruerſorũ,
cum ſonitu tubæ clangentis angeli,atq; dicen
tis:venite mortui ad iudicium. peribit certè
peribit,cum horũ verborũ ſonitu:diſcedite à
Mat.25.d. me maledicti in ignẽ æternũ: Et cũ illo tre-
mendo tortorũ ſtrepitu ſimul & fragore per
ibit. Peribit deniq; cum illo fletu,ejulatu ac
dentium ſtridore memoria eorũ: quorũ me-
moria in maledictione eſt:Imò quorum non
pſ.87.ve. 5. es memor amplius dñe, & ipſi de manu tua
repulſi ſunt. licet hoc verbũ cũ ſonitu, nõnul
li aſſerant in Hebreo non reperiri. Dñs autẽ
in æternũ permanet,qui in æternũ malos pu-
Pſ.101.v.13. nire iubebit,ſicut ſcriptum eſt:tu autẽ dñe in
æternũ permanes,& memoriale tuum in ge-
neratione & generationem. Sequit̃.

8. *Parauit in iudicio thronum ſuum: & ipſe*
*iudicabit orbem terræ in æquitate, iudi-*
*cabit populos in iuſtitia.*

Hic dictorum epilogus eſt & repetitio,quo
pręmiſſa magis memorię mãdes. vt quos Dei
non allicit amor: ſaltẽ diuini iudicij timor à
malo valeat coercere. Ecce qui in arcu ſuo
pſ.7.ve.14. parauerat vaſa mortis,& ſagittas ſuas arden-
tibus effecerat redempturus orbem:nunc pa
rat thronum ſuum in iudicio, vt iudicet or-
bem,tu vide,ſi idem ſit arcus & thronus,pa-
tibulũ iudicati: & thronus iudicantis, crux
ſcilicet humiliter pendentis, atq; opprobria
patienter ferentis: & crux increpantis gentes
ꝙ precioſum illud lignũ,agni immaculati ſã
guine rubricatum,deſpexerint: nec gaudere
voluerint tãto munere redemptionis. quod
vtiq;lignum,in quo velut in throno regio ſa
lutẽ noſtram operatus eſt rex ipſe, qui regna-
uit à ligno:Equiſsimus tunc iudex parabit in
iudicio tãquàm vexillare ſignum margaritis
ornatũ,vt iudicet orbem in æquitate, & po-
pulos in iuſtitia. quia exleges, ſine lege peri-
bunt. At populi,quibus lex data eſt, per legẽ
iudicabuntur ait Paulus. Hos ergo populos Rom.2.b.
in iuſtitia per legem ſcilicet latã & promul-
gatã iudicabit: illos verò in æquitate, per le-
gem cordibus inditam. de quibus iſdem Pau-
lus in ea,quæ ad Romanos eſt epiſtola diſpu
tans ita ait:Cũ enim gentes,quæ legem nõ ha Ro.1.& 2.b
bent,naturaliter ea,quæ legis ſunt,faciunt:e-
iuſmodi legẽ non habentes,ipſi ſibi ſunt lex,
qui oſtẽdũt opus legis ſcriptum in cordibus
ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia
ipſorum. Et inter ſe inuicem cogitationũ ac-
cuſantiũ aut etiã defendentiũ,in die quum iu
dicabit Deus occulta hominũ,ſecundũ euan-
gelium meũ per Ieſum Chriſtum. O mira di-
uinarum ſcripturarũ conſonantia? quum iudi
cabit(inquit)occulta hominũ:ſic etenim hic
pſalmus pro occultis pręnotatur. Porro iudi
cabis tunc dñe Ieſu orbem in æquitate:& po
pulos in iuſtitia, qui dilexiſti iuſtitiam & o- Pſ.44.ve.9.
diſti iniquitatem. Sequit̃.

*Et factus eſt dominus refugium pauperi:* 9.
*adiutor in oportunitatib⁹, in tribulatiõe.*

Quid noui affers propheta ſanctiſsime? ſci
mus ꝙ ſic Deus diues, refugium pauperi fa
ctus eſt:quòd factus homo,ſit ipſe pauper ef
fectus, vt eius inopia pauperes ditarentur. 2.Cor.8.b.
Ipſe enim ſuſcitat à terra inopem,& de ſter- Pſ.112.ve.6.
core erigit pauperem, vt collocet eum cum
principibus. Pauperem igitur ſpiritu intel-
lige,id eſt, verè humilem, non vento ſuper-
bię inflatum:cui dominus refugiũ factus eſt.
Niſi fortè per pauperem, gentium populum
accipias,lege,ac Deo perinde atquè omni bo
no carentem:cui opem tulit dominus. Nem-
pe gentes eſurientes impleuit bonis: & Iude-
os diuites dimiſit inanes. quo pacto pauperi
refugium factus eſt dominus, adiutorq́ue in
oportunitatibus. Nam differt interdum iuua
re dominus:vt dum interpellantis vel ſic ac-
cendit affectum:ſalubrius oportuniusq́; ſuc-
currat. Audi iam (obſecro) querulam ſpon- Cant.3.a.
ſæ vocem, in lectulo meo (ait) per noctes
quæſiui

quæſiui quem diligit anima mea,quæſiui il-
lum & non inueni.Subiungitque ſtatim,pau
lulũ cùm pertrãſiſſem: inueni quẽ diligit ani
ma mea.Ecce in lectulo infirmitatis ſuæ di-
lectum quærit,per tribulationũ huius ſeculi
noctes:nec tamen inuenit, quia nondũ opor
tunũ tempus aduenit.At paululũ cùm pertrã
ſiſſet:inuenit dilectũ. eſt enim adiutor in o-
portunitatibus in tribulatione.Sit tibi etiam
2.Cor.12.c. exemplo Paulus ter dñm deprecatus,auferat
à ſe ſtimulum collaphizantem.Sit mulier Ca
nanea,ſalutem filiæ flagitans.Sint vel ipſi di-
Mal.15.c. ſcipuli in nauicula(quæ eccleſiam ipſam de-
ſignat)inter marinos fluctus periclitantes,&
dormienti dño dicentes:pręceptor perimus.
Quibus omnibus alijſq; compluribus,nõ ſta-
tim dñs extitit adiutor: ſed in oportunitati-
bus in tribulatione.Audiſti cui pauperi refu-
gium factus ſit?quippe qui gentili populo in
opi & mendico,qui dñm non nouerat:adiu-
tor fuit in oportunitatib[9] ipſe dñs.Audi nũc,
quid de ouibus domus Iſrael (quibus nomen
ſanctũ ſuũ notũ erat) in cõſequẽtibus dicat.
10. *Et ſperent in te, qui nouerunt nomẽ tuũ:*
*quoniam non dereliquiſti quærẽtes te dñe.*
Si vtiq; hoc nomẽ tuum agnoſcũt:qui ſerui
tui eſſe volunt, à quibus ſpecialiter ſpem re-
quiris.Profecto non dereliquiſti quęrentes
vt te ſequantur:non vt perſequantur.quęren
tes (inquã) vt credant:non vt perdant. quos
&ſi quandoquè dereliquiſſe videris : ſuc-
curris tamen, nec deſeris in oportunitatibus
in tribulatione. Sequitur.
11. *Pſallite domino,qui habitat in Sion : an-*
*nunciate inter gentes ſtudia eius.*
Eia ergo eccleſia de gentibus congregata,
& vos oẽs diſperſi,quos vocauit,& in vnum
congregauit,verax,iuſtus & miſericors dñs:
pſallite dño,qui inter fideles ſuos habitat,qui
ipſum è ſpecula fidei contemplantur. Annun
nunciate inter gentes ſtudia eius.quæ ſtudia
rogo?Niſi ꝙ fecerit iudiciũ meũ, & cauſam
meam.ꝙ fact[9] ſit refugiũ pauperi, adiutorq́;
in oportunitatibus in tribulatione: ꝙ deniq;
non dereliquerit quærentes eum, quin quæſi
uerit eos potiùs,ſalutẽ illorũ ſitiens:qui non
Ezec.18.c. vult mortem peccatoris,ſed vt conuertatur,
& viuat. Sequiť.
12. *Quoniam requirens ſanguinem eorum re*
*cordatus eſt : non eſt oblitus clamorẽ pau*
*perum.*
Magna profecto ſtudia iudicis pauperes ad
iuuantis,& eorũ ſanguinẽ de manu effunden
tium requirentis,hoc eſt,ſanctorũ ſuorum in
iurias & cędes vlciſcentis.Non eſt ꝙ illum de
obliuione arguas: qui illorũ memor,adiutor
eſt in oportunitatibus in tribulatiõe.habetq́;
intentas miſericordiæ ſuæ aures:vt clamorẽ
cuiuſuis pauperis audiat, dicentis.
*Miſerere mei domine: vide humilitatem* 13.
*meam, de inimicis meis.*
Miſerere, vox miſeri & pauperis eſt in tri-
bulatione poſiti,adiutorium poſtulãtis,&o-
portunitatẽ allegantis. Nam quid eſt dictu,
vide humilitatẽ, deiectionẽ ſeu afflictionem
meam de inimicis meis: niſi approba æquiſsi
me iudex, tolerantiam & patientiã meam in
bilance iuſtitiæ tuæ poſitã : conferẽs imma-
niſsimæ crudelitati ac ſeuitię inimicorũ meo
rum, quã reprobas?ſi enim hanc illi contule-
ris,meum requirẽs ſanguinẽ,quem pro te,ti-
bi fidens,effudi:inuenies quod ex miſericor-
dia corones, dum inueneris quod ex iuſtitia
damnes. Sequiť.
*Qui exaltas me de portis mortis: vt annũ* 14.
*ciem omnes laudationes tuas in portis fi-*
*liæ Sion,*
Quæ portę mortis,niſi vitia & actiones pra
uæ,quæ homines ad interitũ trahunt? Ab his
dum me prouehis ad virtutes, à peccato ad
gratiã,demumq́; ab ignominia ad gloriã,por
ro me de portis mortis exaltas,hoc eſt,ab im
pendente, & pro foribus ſtante morte: vt an
nunciẽ omnes laudationes tuas in portis filię
Sion.Hæ vtiq; iuſtitiæ portæ ſunt, de quibus
iſdem propheta ait:aperite mihi portas iuſti Pſ.117.ve.19
tiæ,& ingreſſus in eas confitebor dño : hæc
porta dñi,iuſti intrabunt in eam. Si ergo exal
tas me de portis mortis, vbi filia Babilonis
miſera gemit:conſequens eſt,ingrediar por-
tas vitæ,vt annunciem omnes laudes tuas in Pſ.83. ve. 5.
portis filiæ Syõ, vbi Eccleſia ſancta lęta triũ-
phat,atq; dulci & felici concentu, ſine inter-
miſsione laudes tuas depromit. qui enim ha-
bitant in domo tua domine:in ſecula ſeculo-
rum laudabunt te.Sequiť.
*Exultabo in ſalutari tuo: infixæ ſunt gen* 15.
*tes in interitu, quem fecerunt.*
Exultabo in ſalutari tuo, qui Chriſtus eſt:ſi
filiæ Sion inclitæ, illius ſcilicet, quæ ſurſum
eſt Ieruſalẽ portas attigero:quippe qui ingre
diar,diuinitatẽ Chriſti contemplãs: Et egre-
diar, humanitatẽ videns: vbi exultationis &
lętitiæ inueniam vberrima paſcua.At contra,
Infixæ ſunt gentes in cenoſo volutabro volu
ptatũ:perinde ac obſtinate iacentes, quaſi in
interitus foſſa & voragine,quã ſibi volũtariè
fecerũt,eò ꝙ voluptuosè vixerũt,alijſq́; etiã
malo exẽplo interitũ parauerũt,in quẽ(iuſto
Dei iudicio)ipſæ infixæ permanſerũt. Seq.





16. *In laqueo iſto,quem abſconderunt: com-*
*prehenſus eſt pes eorum.*
Iuſtè iſti infixi ſunt in interitu,quem fece-
runt.Non quidem effectu,ſed affectu, dũ me
totum perdere voluerunt,nec tamen potuè-
rũt.Etſi ipſi in toti[9] hominis,animæ.ſ.& cor
poris interitũ infixi ſint:non tamen totũ oc-
cidere potuerunt hominẽ. Occiderunt fortè
corpus:animam autẽ meam occidere nequi-
uerunt,nec illam perdere in gehenam.Et be-
nè(ait)infixi: quia eorum æternus erit & in-
deficiens cruciatus.Si ceciderit lignum ad au
Ecc.11.b. ſtrum,aut ad aquilonẽ(ait ſapiens) in quocũ
què loco ceciderit,ibi erit.Manebit quidem
immutabiliter, ſi in eum ceciderit locũ: vbi
eſt interitus ſine fine. Abſconderũt etiam mi
hi laqueũ in occulto cõſilio, quod aduerſum
me ſtatuerunt : ſed in hoc comprehenſus eſt
affectus eorum. Affectus enim pedes animi
ſunt,quibus rectè aut obliquè incedit.pes er-
go ſiniſter eorum,quo in ſiniſtrũ ferebantur,
in occulto laqueo comprehenſus eſt:dum oc
ciſores occiſi ſunt.qm̃ gratis(ait alibi Dauid
pſ.34.ve. 8. ſanctus)abſconderunt mihi interitum laquei
ſui,ſuperuacuè exprobrauerũt animam meã.
Sint tibi exemplo Achitophel & Abſalõ:qui
2.Re.17.18. in Dauid Regem conſpirauerant. Sequiť.
17. *Cognoſcetur dñs iudicia faciens: in operi-*
*bus manuũ ſuarũ cõprehẽſus eſt peccator.*
Senſus eſt apertiſsimus: ꝙ tunc cognoſcetur
dñs iudicia faciens,quũ in operibus manuum
ſuarũ(qui & laqueus)comprehenſus eſt pec-
cator. vel ſi magis placet: hi tres verſus de
Chriſto dño ita veniunt exponendi: vt dicat
pauper ille adiutus:exultabo in ſalutari tuo,
& in Chriſto tuo lætabor, conſolabor in eo,
& congratulabor ei : ꝙ infixæ ſint gentes in
interitu,quem fecerunt,& pes eorum cõpre-
henſus ſit in laqueo quẽ abſconderunt.Dixe
Mar.12.a. runt enim:hic eſt heres, venite & occidam[9]
eum,& habebimus hereditatem. Et iterum:
Hier.11.f. erradamus eum de terra viuentium,& nomẽ
eius non memoretur amplius.At omnia,con
tra opinata euenient:quum propriam here-
ditatem amittẽt occiſores, & nomen eius ex
altabitur ſuper omne nomen,& cognoſcetur
dñs iudicia faciens. Et comprehendetur pec
cator deniquè in operibus manuum ſuarum:
quum eum videbunt iudicem,in quem tranſ-
Io.19.f. fixerunt.Ipſum(inquã)qui olim venerat iudi
zach.12.c. cari:tunc videbunt in ſede maieſtatis venien
tem,vt iudicet orbem. Sequiť.
18. *Conuertantur peccatores in infernum:om*
*nes gentes,quæ obliuiſcuntur Deum.*
Aequum eſt(inquit)& rationi conſentaneũ,
vt in infernum conuerſi, tunc æternos ſine ſi
ne ſubeant cruciatus : detrudanturq́; perpe-
tuò in ſpecum illum tartareum ac ſubterra-
neum infernorum, morientes:qui à Deo ſem
per auerſi fuêre: dum eius mandatis nolue-
runt parere viuentes. Et ſicut non probaue-
runt Deum habere in notitia, vt miſericordẽ Rom.1.d.
illum inuocarent:Ita illorum,iure obliuiſca-
tur miſereri Deus. Et hæc ſententia damna-
torum, iuſtiſsima quidẽ,iuſtiſsimè ab æquiſsi
mo Deo lata.E diuersò autem ſentẽtia iuſto-
rum erit. Sequiť.
*Quoniã nõ in finẽ obliuio erit pauperis:* 19.
*patientia pauperũ non peribit in finem.*
Sit hæc concluſio vera. Nunc videtur inter
dum ꝙ pauperis obliuiſcatur Deus, ꝙquè pa
tiẽtia,qua in malis ferendis pauperes vſi ſunt:
perierit iã,ſitq́; apud Deum tradita obliuiõi,
nec tolerantiæ illorum recordetur amplius,
vt coronet. At longè aliter erit,nec enim pa-
tientiæ obliuiſcetur Deus:nec res adeò pre-
cioſa peribit in finem. Sequiť.
*Exurge dñe,non confortetur homo:iudi-* 20.
*centur gentes in conſpectu tuo.*
Hinc ferè ad finem vſq; pſalmi huius:in per
score nicioſum Antichriſti aduentũ, ſtilum ſignan
ter vertit diuinus pſaltes, & iudicem conci-
tat & prouocat Deum. Exurge (inquit) do-
mine,non confortetur homo.Ecce reuelatur
homo peccati,filius perditionis,qui aduerſa- 2.Theſ.2.b
tur & extolliť ſupra omne quod dicitur De[9],
aut quod colitur: ita vt in tẽplo Dei ſedeat,
oſtẽdens ſe tanquã ſit Deus.Exurge ergo do
mine Ieſu, ſecundo veni : & interfice ſpiritu
oris tui,ac deſtrue illuſtratione aduẽtus tui,
eum cuius eſt aduentus ſecundũ operationẽ
ſathanæ.Non confortetur iniquus homo in
omni virtute & ſignis & prodigijs mendaci-
bus:& in omni ſeductiõe iniquitatis his, qui
pereunt.Iudicentur gentes in conſpectu tuo,
quæ crediderunt mendacio: Iudicentur oẽs,
qui non crediderunt veritati:ſed conſenſerũt
iniquitati. tu eos iudica, qui omnium iudex
es:à quo non licet appellare. Sequiť.
*Conſtitue domine legis latorem ſuper eos:* 21.
*Vt ſciant gentes quoniam homines ſunt.*
Vel vt alij verterunt,incute terrorẽ in eos,
qui hos cohibeat effrenes.Duo petit:primũ,
ne confortetur homo iniquus Antichriſtus iſ
ille propter electos,quos pauperes,id eſt,ve
rè humiles vocat.Secundum,legis latorẽ con
ſtituat eum ſuper elatos, inflatos atq; ſuper-
bos,quos gentes appellat. Iuxta verbũ Heliu Iob.34.c.
apud Iob,dicentis:qui regnare facit hominẽ
hipocrytam ,propter peccata populi. Hoc Iob.41.d.

autem: vt ſciant quoniam homines ſunt. Ma
gna quidem eſt vis diaboli, non enim eſt ſu-
per terrã poteſtas, quæ comparetur ei, qui
factus eſt vt nullum timeret. iſdem ait Iob:
Magna etiã membri illius abominabilis An-
tichriſti. ꝙ ſi tu non obſtiteris dñe: ſi exur-
gens, ſpeciale tuum non præſtiteris auxiliũ:
de iuſtis actũ erit, ipſeq; victor euadet, quip-
pe qui verſutus & ſagax eſt: & quaſi ſerpens
callidior cunctis animãtibus. Porro crudelis
ille & ſanguinarius tentabit omnia, vt vincat.
Non confortetur igitur: ne debachetur in bo
nos. Et gentes contumaces atquè peruerſæ:
ita in conſpectu tuo, & occulto iudicio iudi
Eſa.10.a. centur. Conſtitue domine hunc legis latorẽ
Eſa.5.c. ſuper eos, condentẽ leges iniquas, & dicentẽ
malum bonum, & bonum malũ: ponentem te
nebras lucem, & lucem tenebras: ponentem
amarum in dulce, & dulce in amarum: cui vę
erit æternum. Conſtitue iniquum ſuper ini-
quos, quem legis latorem audiant: qui te au-
dire noluerunt, cui vox paterna teſtimoniũ
Mat.17.a. perhibuit, dicẽs: Hic eſt filius meus dilectus,
in quo mihi complacui, ipſum audite. Meri-
tò quidem conſtitues: vt ſciant gentes, quib⁹
tu dederas poteſtatẽ filios Dei fieri, quoniá
homines ſunt. Nõ ſolũ natura aut infirmitate
fragiles: ſed culpa. Et hi, quibus dixeras: ego
dixi: dij eſtis & filij excelſi omnes: diſcant
quoniam homines ſunt: quum te audierint di
Pſ.81. ve.7. centẽ: vos autem ſicut homines moriemini,
& ſicut vnus de principibus cadetis. Cadetis
(inquã) ſicut Antichriſtus dux, princeps, & le
gis lator veſter, quem ſequuti eſtis: vel ſicut
Eſa.14.b. Lucifer ille, cui dictum eſt: quomodo cecidi
ſti Lucifer, qui mane oriebaris, corruiſti in
terram, qui vulnerabas gentes &c.? Scientque
homines cadentes, quoniam homines ſunt:
qui ſeſe in altum erigentes neſcierunt, & ſu-
perbientes arbitrati ſunt ſe eſſe deos. Seq.

22. *Vt quid dñe receſsiſti longè: deſpicis in*
*opportunitatibus, in tribulatione?*

Sunt qui ab hoc verſu alium pſal. ordiri cõ
tendant. Sed quid? abundent ſuo ſenſu: nobis
non probatur. Videtur prima fronte ꝙ ſibi
ipſi diſſonet propheta, qui ſuperiore enarra-
tione dixerat: & factus eſt dñs refugium pau
peri: adiutor in opportunitatibus, in tribula-
tione. Sed ſi verè intuearis: inuenies affirma-
ri ſuperius, quod eſt in re: nunc autẽ conque-
ri ꝙ aliter appareat. Aliud eſt enim quod agi
tur in occulto: aliud quod apparet in mani-
feſto. Illud probat exitus: hoc hominum exi
ſtimatio. quęrit igitur, & queritur Dauid ſan
ctus, dicens: vt quid dñe receſsiſti longè ac
ſi electi tui eſſent peccatores? Nam vt ſcriptũ
eſt: longè à peccatoribus ſalus: ita legimus: Pſ.118. oct.
prope eſt dñs omnibus inuocãtibus eum, om 20.
nibus inuocantibus eum in veritate. Vt quid Pſ.144.v.18.
ergo deſpicere videris, quos noſti tuos: in
opportunitatibus, in tribulatione? Niſi fortè
is receſſus atquè deſpectus ſit: vt gratius, dul
cius atquè ſuauius ſuccurras. quippe qui etſi
exterius recedere ac deſpicere ſæpiùs videa-
ris: interius tamen ſubuenis. Nempe adeò de-
ſpicere videris interdũ ouiculam pereuntẽ:
ac ſi tua non interſit. Et quaſi non ſit tibi cu-
ra de ouibus vlla: ſic rem diſsimulas, & ſom-
num ſimulas. Sed longè aliter res habet. At-
quì nec longè abes: nec deſpicis. Stas quidem
ſemper vigilans ſuper gregẽ. Audi (obſecro)
vel vnam ex ouiculis (dum ſaxorum crepi-
tantium turbine quateretur) intendentẽ in
cælũ, atquè dicentẽ: Ecce video cælos aper- Act.7.g.
tos, & filiũ hominis ſtantẽ à dextris virtutis
Dei. Stabat profectò tanquã opem laturus do
minus, & quaſi iam accinctus operi: is qui ho
minum iudicio deſpicere videbatur. Nec ſe-
cùs, deſpicere viſus eſt ſponſus ipſe ſol iuſti-
tiæ Chriſtus ſponſam ſuam eccleſiam, quę de
nigredine tribulationum ſatisfaciens ait: no- Cant.1.b.
lite me cõſiderare ꝙ fuſca ſim: quia deſpexit
vel decolorauit me ſol. Et Chriſtus in cruce
pendens, ſic patrẽ alloquitur: Deus Deus me Mat.27.f.
us, vt quid dereliquiſti me? cùm tamen credẽ
tibus ſit peruium, ꝙ ſecum erat illud (à quo Pſ.109.4.
emanat) principium: in die virtutis ſuæ. qui
ergo quæris & quereris, dicens: vt quid dñe
receſsiſti lõgè: deſpicis in opportunitatib⁹ in
tribulatiõe? reſpõſum accipe de occultis filij.

*Dum ſuperbit impius, incenditur pauper:* 23.
*cõprehendũtur in cõſilijs, quibus cogitãt.*

Duas huius rei & perẽptorias aſſignat cau-
ſas. Vnam ex parte pauperis, vt. ſ. dum ad tem
pus ſuperbit impius, pauperis perſequutor:
magis ac magis ad tolerantiæ virtutẽ & Dei
amorem pauper patiens incendatur. Alteram
verò ex parte perſequentium, vt comprehen
dantur impij in conſilijs, quæ cogitant. deſpe
ctio ergo humanis aſpectibus apparens, atq;
receſſus, de quo ſuprà, & laqueus eſt his ad
mortem: & pauperi virtutis incremẽtum ad
coronam. Sequit̃.

*Quoniam laudatur peccator in deſiderijs* 24.
*animæ ſuæ: & iniquus benedicitur.*

Proh nefas, quid peruerſius? laudatur pec-
cator, & iniquus benedicitur. In quo rogo?
An ꝙ deſierit eſſe peccator in contritione &
amaritudine animæ ſuæ? minimè. Sed in deſi-
derijs animæ ſuæ laudatur. quippe qui lauda
tur:



tur: in appetitu peruerſò, & iniquo opere,
quò magis creſcat malũ, & creſcat iniq̃tas de
teſtanda: dum adulatione fouetur, quod re-
prehenſionis cautherio fuerat reſecandum:
de huius ingenij adulatoribus Ezechiel ſan-
Ezec.13.c. ctus ait: vę qui conſuunt puluillos ſub omni
cubito manus, & faciunt ceruicalia ſub capite
vniuerſæ ætatis, ad capiendas animas. Porro
puluillos ſub omni cubito ponũt, & ceruica-
lia ſub capite peccatoris in malo iacẽtis: qui
perperã agentibus adulantur, vt vel ſic molli
ter in culpa quieſcat. Sequitur.

25. *Exacerbauit dominum peccator: ſecundũ*
*multitudinem iræ ſuæ non quæret.*

Antichriſtus ille homo peccati, adeò mala
multiplicans irritabit dñm, ipſumq; euſq; ha-
bebit iratũ: vt præ multitudine iræ, non que-
rat illum, vt ſtatim vindictam ſumat. Nã ſta-
tim peccãtis punire delictũ: miſericordiæ &
maximę lenitatis eſt. At in futurũ puniendũ
ſeruare: iræ nõ exiguæ indiciũ eſt. præ multi
tudine ergo iræ ſuæ, tunc non quæret dñs vt
puniat, ſed puniendum in poſterũ reſeruabit.
Sunt etiam, qui nõ multitudinẽ, ſed altitudi-
nem iræ legant, ad peccatorẽ exacerbantẽ to
tum verſiculũ referentes: vt ſit ſenſus, ꝙ irri
tauit dñm peccator, qui adeò inſolens eſt: vt
elatò ſupercilio ac deſpiciente vultu, Deum
opt. max. non vereatur inflatus. Sequitur.

26. *Non eſt Deus in conſpectu eius: inquina-*
*tæ ſunt viæ illius in omni tempore.*

Hæc & huius pſalmi ſequentia nõ indigent
expoſitione, ſi ad eundẽ ſcopũ (vt par eſt) re-
feramus. Non. n. eſt Deus in conſpectu Anti-
chriſti, qui ita inſolẽtiſsimus erit, & ſui ipſi⁹
obcęcatus amore: ꝙ extolletur (vt apoſtolus
2.The.2.a. ait) ſupra omne quod dicit̃ Deus, aut quod
colitur: ita vt in templo Dei ſedeat, oſtẽdens
ſe tanq̃ ſit Deus. Porro inquinatæ ac ſibi mo
leſtæ ſunt viæ illius in omni tẽpore, quæ ꝓ
ſperari videntur: quia obſtinatus, obduratus
& pertinax erit ſemper. Sequit̃.

27. *Auferuntur iudicia tua à facie eius: om-*
*nium inimicorum ſuorum dominabitur.*

Hîc annotare licebit, quot ſibi fuerint, & vn
de ſumpſerit ſuperbiendi occaſiones. Prior
quidẽ eſt, ꝙ arbitretur ſe impunè agere, nec
habere Deum vltorem: quia auferunt̃ ſuntq;
procul iudicia Dei à facie eius, ſunt enim oc
culta. Et hinc infert tanquã inſipiens in cor-
de ſuo, dicens: non eſt Deus. Secunda, ꝙ illi
omnia ad vota ſuccedant, quia omniũ inimi-
corum Dei dominabitur. Nec caſum timet
vel ruinam: quia non eſt timor Dei ante ocu
los ſuos.

*Dixit enim in corde ſuo: non mouebor à* 28.
*generatione in generationem ſine malo.*

Dixit intra ſe, quaſi ſecurus: non mouebor,
quin potiùs à generatione in generationẽ ero
ſine malo: vel nõ mouebor ſine malo eorum,
qui aduerſum me mouere bella tẽtarint. hoc
.n. verbũ ſic abſolutum pendẽs, ac dimidiatũ,
minantis eſt. ꝙ vel hoc ſolo gaudet, ſicut il-
lius mẽbra, de quibus ſcriptũ eſt: ꝙ lætantur Pro.2.c.
cum malè fecerint, & exultant in rebus peſ-
ſimis. Vides quã inquinatæ ſint viæ eius: cu-
ius omnis cogitatio eſt in malum: cuius ama
ra verba atq; doloſa: cuius demũ opera feri-
na & omni crudelitate plena. Sequit̃.

*Cuius maledictione os plenum eſt, et ama* 29.
*ritudine & dolo: ſub lingua eius labor et*
*dolor.*

Proſequit̃ propheta huius tyranni vias, qui-
bus ſibiipſi complacẽs, proſperari viſus ſit. vi
rus quidẽ viperinũ habebit draco ille, nihil in
eius ore vitale, ſed omnis amaritudo mortis.
Non mel & lac ſub lingua eius, ſed fel & alo
es, labor & dolor fragent mendacium.

*Sedet in inſidijs cum diuitibus in occultis:* 30.
*vt interficiat innocentem.*

Maieſtatem quandã ſedens, diuinamq; auto
ritatẽ, ementitã tamen effinget: diuitũ aſtan-
tium ſtipatus magna caterua, & in abditis ſe-
cretioribusq; penetralibus domus, vtì magna
tum princeps, primas vſurpabit ſedes: vt his
fictitijs oſtentationibus deluſionibusq;, ſim-
plicioribus inſidias paret. Eritq; in occultis
ſcripturæ locis, in alterutrã partẽ diſputans:
vt errores inſerens, prauaq; dogmata docẽs:
vel ſic auditorem interficiat innocentem.

*Oculi eius in pauperẽ reſpiciunt: inſidia-* 31.
*tur in abſcondito, quaſi leo in ſpelũca ſua.*

Erunt oculi eius quaſi faculæ ardentes, tor-
ui, procaces, & venenoſi, innoxium ſanguinẽ
fundere cupiẽtes. vt deterreat pauperẽ & hu
milẽ, ipſumq; trementẽ efficiat: ſoloq; intui-
tu graui, puſillanimem reddat: non ſecùs ac
leo, animalcula è ſua ſpelunca proſpectans.

*Inſidiatur, vt rapiat pauperẽ: rapere pau-* 32.
*perem, dum attrahit eum.*

Inſidiatur lupus ille vorax & impius leo: vt
humilem, ſimplicem & fidelem, falſis ſuaſio-
nibus in ſuã clientelã adducat. Non quidẽ in-
uitum aut renitentẽ (nec. n. hoc datũ eſt illi)
ſed volentẽ: dum blanditijs aut minis, ſuiſque
præſtigijs attrahit illum. Inſidiatur ergo vt
rapiat: rapitq; dũ attrahit eum, ſeſe humiliãs
hypocriſi infectus, atq; blandè illum tractãs
verſutus ipſe. Audiſti peruerſiſsimi hominis

vafri & iniqui cautellas, illiusq́; adeò permiſ
ſam exaltationẽ: nũc caſum & depreſsionem
audi, quam vates deſcribit, dicens.

33. *In laqueo ſuo humiliabit eũ: inclinabit ſe,*
*& cadet, cùm dominatus fuerit pauper.*

Parabit humilibus laqueũ ſuum ſuperbus ꝓ
pria humilitate ficta, & laqueo captus erit,
atq; humiliatus: nõ tñ humilis effect⁹ animo,
ſed digna ſorte depreſſus deiectusq́;. Inclina-
bit ſe, & cadet cõuictus in deſperationis ba-
ratrũ: qui apud ſe antè fuerat erectus. Et qui
ſibi vſurpauerat regnũ: dominiũ amittet, erit
que vile mancipiũ infernorũ. Ipſe inclinabit
ſe, vt cadat ſub viribus eius cœtus pauperum:
ſed ipſe etiam propriæ malitiæ laqueo cap-
tus peribit. Is quidẽ laqueus eius erit, in quo
deiectus & humiliatus cadet.

34. *Dixit enim in corde ſuo, oblitus eſt De⁹:*
*auertit faciẽ ſuam, ne videat in finem.*

Heus impie tyranne, in cuius cõſpectu nõ
erat Deus: cùm tibi oĩa ad votũ & libitũ eue
nirent. Attendisnè (vel nunc quũ humiliaris,
opprimeris, & cadis) ꝙ ſit Deus iudicãs in oc
cultis, ꝙq́; nihil eum fugiat: quin omnia po-
tiùs etiã occulta in diuini ſui pectoris arca-
no ſint recondita, vt iudicet de occultis: nec
rei vllius oblit⁹ ſit Deus, cui oĩa præſto ſunt,
& nõ eſt vlla creatura inuiſibilis in cõſpectu
eius: oĩa autẽ nuda & aperta ſunt oculis eius,
Heb.4.c. vt ait apoſt. Paul. Nec auertit faciem ſuã (vt
falsò dixeras) ne videat in finẽ. Veniet veniet
finis: & experieris iratum, & vlciſcentẽ: quẽ
nunc gnauũ æſtimas & obliuioſum. Aſpice ſi
potes dñm Ieſum electorũ ſuorum gemitũ au
Pſ.101.v.20. dientẽ, quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo.
dñs de cælo in terrã aſpexit: vt audiret gemi
tus compeditorũ, vt ſolueret filios interem-
ptorum clamantium & dicentium.

35. *Exurge dñe Deus, exaltetur manus tua:*
*ne obliuiſcaris pauperum.*

Exurge, vindictam accelera, exaltetur ma-
nus tua, diuinã potentiã oſtondẽs. At manus
tua dextera, filius tuus eſt, in quo potenter
cuncta creaſti. hæc nunc exaltetur iudicans
pſ.117.v.16. dextera tua: quæ redimens fecit virtutẽ, &
exaltauit me. Ne obliuiſcaris pauperũ, vt ſa-
crilegus autumat Antichriſtus. Exaltare qui
Pſ.93.ve.2 iudicas terrã, redde retributionẽ ſuperbis. vſ-
quequò peccatores domine: vſquequò pec-
catores gloriabuntur?

36. *Propter quid irritauit impius Deum: di-*
*xit enim in corde ſuo, non requiret.*

Nempe corde dicere non requiret: eſt non
expaueſcere exquiſiturum. Dixit: & certè in
hoc vno (omiſsis alijs) irritauit: obliuioſum
illũ & vecordem, vel iniuſtum reputans, quæ
vel maximę illius derogant maieſtati. At ſcis
tu dñe Deus, qui omnia noſti: vtrunq; merũ
eſſe mendacium & blaſphemiam.

*Vides, quoniã tu laborẽ & dolorem con-* 37.
*ſideras: Vt tradas eos in manus tuas.*

Non ſtatim punis errata, quæ omnia vides:
ſed cõſideras, & occulto tuo iudicio differs:
vt tradas eos in manus tuas, vtiq; iudicio vl-
timo atquè ſupplicio puniendos. Tunc quidẽ
Tyrannus hic & cõplices eius, introibunt in
inferiora terræ: tradentur in manus gladij, & Pſ.62.ve.
partes vulpiũ erunt. ꝙ interdũ autẽ hæc vl-
tio differatur: hoc vnum de occultis filij eſt,
cuius meminit in titulo pſaltes.

*Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu eris* 38.
*adiutor.*

Scis etiã & vides dñe, ꝙ tibi derelictus ſit
gentilis ille populus pauper: & orphano Iu-
daico populo tu ſis futurus adiutor. huius.n.
populi erãt, quibus dixeras: vos ex patre dia Io.8.f.
bolo eſtis: & mater ſinagoga mortua iã eſt,
atq; cũ honore ſepulta. ꝙ cũ te ſenſerit hic po
pulus adiutorẽ: in tui nominis laudẽ & glo-
riam proclamabit: pater meus & mater mea Pſ.26.v.
dereliquerũt me: dñs autẽ aſſumpſit me. Nã Ro.9.f.
(vti Pau. ait) tũc reliquię Iſrael ſaluæ fiet. Se.

*Contere brachiũ peccatoris & maligni:* 39.
*quæretur peccatũ illius, et nõ inuenietur.*

Diaboli brachiũ Antichriſtus erit: excelſum
quidem, quo grãdia (quæ diximus) operetur,
dicente apoſtolo, & deſtruet dñs illuſtratio- 2.The.2.
ne aduẽtus ſui eũ, cuius eſt aduẽtus ſecundũ
operationẽ ſathanæ, in oĩni virtute, & ſignis,
& prodigijs mẽdacibus, & in omni ſeductio-
ne iniquitatis, eò ꝙ charitatẽ veritatis nõ re
ceperũt, vt ſalui fierent. In his qui pereũt er-
go, brachiũ cõtere dñe, confringe maligni
huius potentiã, robur & ſuperbiã deijce ma-
lignantis. Nulli enim iam proficua erit. Nam
ſicut expleto opere, nõ egemus inſtrumẽto:
ita & peracta probatione iuſtorũ, perinde at
què fabrefacta corona iuſtitiæ, quã ſupra dor
ſum illorũ fabricauerũt peccatores, quãq; re-
poſitã reddes in illũ diem iuſte iudex: non eſt Pſ.128.ve.
(quantũuis quęratur) cui huius iniqui pecca 2.Chi.4.b.
tũ alicuius meriti inueniri poſsit occaſio. Et
hoc eſt, quod ait: quæretur peccatũ illius &
non inuenietur. vel ſic: detrito autore mali:
non erit plaga nocens. quæretur qui noceat,
& nõ inuenietur: quia iam non erit amplius Apo.21.
neque luctus neq; clamor, neq; vll⁹ dolor: qm
priora trãſierũt. Seqt̃ ꝓbatæ rei acclamatio.
Domi-



40. *Dominus regnabit in æternum, & in ſe-*
*culũ ſeculi: peribitis gentes de terra illius.*

Hoc nũc exules petimus aduenire regnũ di
centes: adueniat regnũ tuũ, fiat voluntas tua,
ſicut in cælo & in terra. deinde finis ait Apo
1.Cor.15.d. ſtolus: quum tradiderit regnũ Deo & patri.
Quum euacuauerit omnẽ principatũ, & po-
teſtatem, & virtutem. oportet autẽ illum re-
gnare, donec ponat omnes inimicos ſub pedi
bus eius. tunc quidẽ vos gentes, quæ verum
legiſlatorem reſpuiſtis: peribitis increduli-
tate, de terra, quã ſuis promiſit electis. Nõ.n.
erit vlla ſpes impijs ad terrã illam viuentium
adeundi, quin peribitis potiùs cum ſono tu-
bæ, eritque magnũ Chaos inter filios regni:
& filios perditionis. quibus omnibus peta-
ctis concludit gaudens, & lætabundus Da-
uid ſanctus, dicens:

41. *Deſideriũ pauperũ exaudiuit dñs: præpa*
*rationẽ cordis eorum audiuit auris tua.*

Audi iam demũ inique, audi Antichriſte ne-
fande, vt videas quã ſegnis & oſcitãs, quanq;
ſit dñs erga pauperes ſurdus, vt tu falsò arbi-
traris. Non eñ vocẽ illorum expectat, nõ vel
ipſa ſuſpiria cordis, dolorẽ & internũ promẽ
tia malũ: quippe qui deſideriũ eorũ exaudit,
& (quod maius eſt) præparationẽ cordis. Nẽ
pe Dei auribus hæ voces ſunt. quandoquidẽ
affectu clamãt iuſti: & aduentũ ſummi iudi-
cis petunt, depoſcuntque vltimũ iudicij diẽ,
quos audiet vtique auris tua dñe, quæ miſe-
ricordia tua eſt. Atqui oratio eſt, à Deo de-
centium petitio, & boni deſiderij interpre-
tatio. Ideoquè iuſtorũ deſideriũ exauditur:
quia vices orationis apud Deũ gerit. quin au
ditur etiã præparatio cordis: dũ ab exteriori
bus ad interiora reuocatur, vt totus feratur
affectus in celſitudinẽ tantæ maieſtatis, & ſic
fiat rei deſideratę capax. Sequit̃.

*Iudicare pupillo & humili: vt non appo* 42.
*nat vltra magnificare ſe homo ſup terrã.*

Vt iudicet (ait) iudiciumque faciat & iuſti-
tiam pupillo, non cuilibet, ſed humili: & opi-
tulabitur illi, ſatisfaciens deſiderij ſui pala-
to, ſententiam proferens illi fauentẽ, & ini-
quos perſequutores damnantem, vt nõ appo
nat vltra magnificare ſe, qui pro Deo ſe gere
bat mentiens ſuper terram. Eritque tibi dñe
regi ſeculorũ immortali ſoli Deo viuo & ve
ro, honor, gloria & magnificentia in ſeculo-
rum ſecula. Amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 9.

*Confitebor tibi domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. Ea ſaltem pro meo ca-*
*ptu: quæ mihi non mediocrẽ lætitiam pariunt & utilitatẽ. utpotè q, meum debellaueris hoſtẽ,*
*fecerisq́; retroire, q, iuſtitiã & cauſam meam feceris, in throno iuſtitiæ ſedens, q, iſthinc incre-* 1.The.2.c.
*pauerisgentes, & ſpiritu oris tui interficies impiũ Antichriſtũ, eiusq́; putrida abraſeris*
*membra, ita q, perijt memoria eorũ cum ſonitu: te in æternũ permanente. hæ utiquè boni, iuſti et æquiſ*
*ſimi iudicis partes ſunt: punire impios, & ſeſe piũ præbere (oportuno tẽpore) pauperi adiutorẽ. Spe-*
*rent igitur in te, qui nouerũt nomen tuum, quoniã nõ dereliquiſti quærentes te dñe: ut imitatione ſe-*
*quantur ueſtigia tua, nõ ut odio perſequantur. uos igitur fideles omnes cõpello, ut unà mecũ pſallatis*
*dño, in medio eccleſiæ ſuæ habitanti, & annuncietis inter gentes ſtudia eius. Profectò Deo digna: quoni*
*am recordatus eſt requirere ſanguinẽ electorũ ſuorum de manu illius, qui ab initio homicida fuit, eiusq́;* Ioan.8.f.
*ſatellitum. Nõ quidem oblitus eſt clamorem pauperum ad ſe clamantium, totius.ſ. humani generis, ſuaſu*
*demonis in miſeriam prolapſi, & dicentis: miſerere mei dñe: uide humilitatem meam, de inimicis meis:*
*qui humilium exaltator es, educens me à morte in uitam: ubi cum uerè ſalutis autore Chriſto exultabo:*
*infixis remanentibus incredulis ſuperbientibus in interitu, quem ſibijpſis & alijs fecerunt. Atqui ab-*
*ſconderunt laqueum ad mortem: in quem ipſi inciderunt. Et morte perpetua detenti ſunt: ita dño iuſto*
*iudicio diſponente. ut uel ſic cognoſcatur dñs iudicia faciens: dum in operibus manuum ſuarum cõpre-*
*henditur peccator. Deſcendent igitur peccatores in infernum, terramq́; illam obliuionis: qui cælum de* Pſ.87.v.13.
*cæli dñm contempſerunt: nec recordati ſunt unquam, q, illum habituri eſſent ultorem: quoniam nõ in fi*
*nem obliuio erit pauperis: patientia pauperũ, nõ peribit in finem: tametſi qñq; obliuioni traditi, & qua*
*ſi à dño derelicti pauperes uideantur. Et hæc meditatio mea ſemper. Exurge ergo dñe, nõ confortetur*
*homo peccati, Antichriſtus ille ſeductor, impiorum princeps: ne ſupra modum pios affligat. Nempe ita*
*iniquos ſuperbosq́; punire licebit. Conſtitue dñe hunc iniquum legiſlatorem ſuper eos, quem ſuper*
*illos dominari permittes: non ut culpam foueas, ſed ut illis ꝓmeritã pœnam infligas, ſi huic peſſimo ſub-*
*dantur, qui tibi ſubijci noluerunt. At nunc bone Deus, hoc unum rogare iuuat: ut quid dñe receſſiſti lõ*
*gè, deſpicis in opportunitatibus in tribulatione? receſſiſti dixi: q, receſſiſſe ac deſpexiſſe uiſus ſis. In prõ*
*ptu cauſa eſt. quia dum ſuperbit impius: incenditur pauper &c. cedit utiquè ſuperbia iniqui, ad meritum*
*pauperis: & iuſtiſſimam impiorum damnationem. Quandoquidem cõprehenduntur in conſilijs, quibus*
*cogitant: dum à dño deprimuntur, qui humilem proterere cogitabant. Audi iam huius iniquiſſimi ac per*
*ditiſſimi hominis, ſibiquè ſimilium peruerſionem. quoniam laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ: et*

*iniquus benedicitur. Is utiquè peruersus, procax, & obstinatus, adeò iram Dei prouocat, ut punitionem illius differat, quod non exiguæ iræ indicium est. hinc insipiens sumit ansam, ut obduratæ malitiæ laxet habenas. Non est Deus in conspectu eius &c. peccata multiplicat, eò q. se agere arbitretur impunè: dum omnia ad uota succedunt, nec te dñe futurum iudicem uereatur. dixit enim in corde suo: non mouebor &c. gloriatur in malitia: q. potens sit in iniquitate. proh perditum hominem! cuius maledictione os plenũ est &c. sedet in insidijs cum diuitibus in occultis: ut interficiat innocentem. atq; uafer & uersutus ipse deteriora agit, quæ sunt cætera, quæ sequuntur. dicens in corde suo: oblitus est Deus. quãobrem tu exurge dñe, exaltetur manus tua, ne obliuiscaris pauperum. propter quid irritauit impius Deum? certè ob id q. te non statim sentiat ultorem, sed uindictam differas. Succurre igitur pijssime Deus, nam tibi derelictus est pauper: ut te illi præbeas adiutorem. Contere brachium peccatoris & maligni, confringe potentiam, enerua uires. Non is amplius insolescat: sed peccator pereat & peccatum: quandoquidem iam nulli erit occasio meritorum, adueniente regno tandiu petito ac desiderato, qñ dñs regnabit in omnibus sanctis suis: reprobiq; perpetuò peribunt, iuxta desiderium pauperum: quos exaudiet dñs, ueniens iudicaturus orbem. tunc quidem fouebit humiles: nec apponet ultrà magnificare se homo super terram. Iccirco iam nulli nisi tibi uni fidam.*

## PSALMVS DECIMVS.

*IN domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in mõtem sicut passer?*

Titulus huius psalmi est, in finem psalm. Dauid, qui cũ nihil obscuri contineat: non eget expositione. totus hic psalmus contra hæreticos & eorum venenata dogmata directus est, dum indignatione pia vehementer excandescens ait fidelis quisquè: in dño confido, quomodò dicitis animæ meæ: quasi passerculus accipitrẽ fugiens, tutiorẽ para, & elige locum? Ecce Deum habeo protectorem, nõ est q; timeã. Siue hoc verbum confido fiduciam sonet, quæ parũ aut nihil à spe distat, qua veraci & munificentissimo Deo fidimus: siue firmum sonet assensum, indubitatumq; (licèt ineuidentẽ) quo reuelanti Deo & ab eo reuelatis fidem habemus, ipsiq; fidem facienti, fidem damus, & fide nosipsos astringimus: sonet vt libet, probè ait in dño cõfido: quia in ipso vel spem fixi, vel fidem. quomodò ergo illi, cui credidi, & in quo speraui, vt fidelis fideli fidens: primã fidẽ (qua iam stabiliui cor) nunc irritam faciã? quo animo? quo vultu? qua deniquè fronte fidefragus ero? vos etiã impij & schismatici, quomodò dicitis animæ meæ: transmigra in montẽ sicut passer? In quẽ montẽ rogo? Nẽpe mons Dei vnus est, isque mihi fide notus, in quo est vera salus. Mons Dei, mons pinguis, quem pater vnxit Spiritu sancto, mons coagulatus in Mariæ virginis vtero, vbi & pinguis ille panis Aser, qui præbebit delitias regibus. vt quid suspicamini montes coagulatos? quem alium fingitis aut somniatis Christum, præter Christum? In quẽ alium satagitis me transferre montẽ, cùm is sit mons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo? de quo ita prænũciauerat Esaias. Et erit in nouissimis diebus, præparatus mõs domus dñi in vertice montiũ, & eleuabitur super omnes colles, & fluent ad eum omnes gentes. Quo ergo me nunc trãsmigrare iubetis? an vos hæretici Christum esse creditis apud vos? erunt fortè mõtes Gelboe, quibus Dauid ipse imprecatur, dicens: Nec ros, nec pluuia veniat super vos: non ros gratiæ, nec pluuia doctrinæ salutaris, pluuia (inquã) illa voluntaria, quam segregauit Deus hæreditati suæ. q; si ita res habet, quomodo dicitis animæ meæ: transmigra in montẽ sicut passer? An fortè, vt fame & siti pereã: nõ panis, non aquæ, sed audiendi verbũ Dei? Dicite iam in quem montẽ transmigrabo? In montẽ (dicitis) qui Christus est, qui & apud nos est. Ego autẽ nec propter hoc in montẽ vestrum trãsmigrabo. Nec sum adeò velox & inconstans sicut passer, qui Christũ dñi montem verũ, me rei huius admonentẽ audiui: Videte (inquit) ne quis vos seducat. Multi enim veniẽt in nomine meo dicentes: ego sum Christus, & multos seducent. Et apostolus eius Paulus ait: Nemo vos seducat inanibus verbis. At, quid obsecro inanius: quàm q; dicitis animæ meæ: transmigra in montẽ sicut passer? Absit à me talis error, absit huiusmodi detestandũ facinus. Nec. n. ab ecclesia Christi catholica, in conuenticulũ vestrum: nec à Ierusalẽ in Babilonem transmigrabo. quippe qui odiui ecclesiam malignantiũ: & cum impijs non sedebo. Ita meritò Galatas carpit Paulus: Miror (ait) q; tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiã Christi, in aliud euangeliũ. quod non est aliud: nisi q; sunt aliqui, qui vos conturbant, & volunt inuertere euangelium Christi. Sed licèt nos aut angelus de cælo euangelizet vobis præter id, quod euangelizauimus vobis: anathema sit. Et vos dicitis animæ meæ (ore quidem sacrilego) transmigra in montem sicut passer. Ecce iam passer inuenit sibi domum: & turtur nidum, vbi ponat pullos suos. gratias ago Deo meo, qui secundùm gratiam suam, vocauit me passerculum in montem sanctũ suum, ad foramina petræ, ad cauernã macerire, vbi fructificans: meritoriè degam & abundanter. Nam in loco pascuæ ibi me collocauit. qui ergo sacramentorum dulcedinẽ (quæ de latere eius & fixuris clauorum defluxerunt) non semel degustaui. nunc tanto beneficio ita ingratus ero: q; in montem alium transmigrabo? Absit hoc scelus. Sequit.

Pſ.67.ve.16. Act.10.f. Gen. 49. c. Esa.2.a. 2.Reg.1.c. Pſ.67.v.10. Amos.8.d. Mat.24.a. Ephe.5.b. Pſ.25.ve.5. Galt.1.a. pſ.83.ve.3. Cant.2.c. Pſ.22.ve.1.

2. *Quoniam ecce peccatores intenderunt arcũ: parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde.*

Quid per arcũ, sagittas & pharetram intelligendum sit, non facilè inuenies: si sacrarũ literarum non noueris ydioma. Ecce hæretici (quos peccatores vocat) intendũt arcũ: quũ noui ac veteris testamenti scripturam in reprobum sensum detorquent. Et sagittas parãt in pharetra: quum eos, quos somniauerãt sensus, reponunt in astuto & malicioso intellectu, velut adulterantes verbũ Dei (vt Paulus ait) hoc solo prætextu: vt sagittent in obscuro rectos corde. quippe qui sagittant in obscuro scripturæ loco: quos simplices reperiunt in fide: & corde columbino. Sunt etenim plura diuinarũ scripturarũ loca, quæ Spiritui sancto (altissimo quidẽ consilio) obtegere & obumbrare placuit, & quasi velaminibus quibusdam, tropis, similitudinibus, & figuris obscurare: vt eorundẽ sit sacratior inquirentibus & fructuosior indago. quod vtiq; de doctore gentiũ Paulo, ipse apostolorum princeps ac vertex, optimè annotauit in .2. epistola catholica, quã his, qui coæqualẽ secum sortiti sunt fidem, scribit dicens: Dñi nostri Iesu Christi longanimitatẽ, salutẽ arbitramini: sicut & charissimus frater noster Paulus, secundũ datam sibi sapientiã scripsit vobis, sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauant, sicut & cæteras scripturas, ad suã ipsorum perditionẽ, quippe qui vbi à mõte in montẽ (vtì passeres instabiles) transmigrarunt: iam mẽte corrupti, parauerunt sagittas suas in pharetra. peruersæ ac prius excogitatæ machinationis: vt sagittẽt in obscuro rectos corde. Ij. n. praui & adulterini hæreticorum sensus, sagittæ sunt, quibus vtuntur, vt sagittent in occultis immaculatum, sagittæ quidẽ paruulorũ. Nam sunt aliæ sagittæ potentis accutæ, quibus isdem propheta, apostolos, quos sibi dñs elegit, atq; eorũdem sensus comparat dicẽs: sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum. beatus vir, qui impleuit desiderium (vel aptius vt alia litera habet) pharetrã suã ex ipsis: non confundetur quũ loquetur inimicis suis in porta. Sunt etiã qui legant in obscura luna: signantẽs ecclesiã in hac peregrinatione constitutã, & per fidẽ, nõ per speciẽ ambulantem. Sequit.

2.Cor.4.a. 2.Pet.3.c. Pſ.63.ve.8. Pſ.126.v.5. 2.Cor.5.b.

*Quoniam, quem perfecisti, destruxerunt: iustus autem quid fecit?* 3.

Sunt qui legant (vt legendũ arbitror) nõ quẽ, sed quæ perfecisti, vt illud quæ referat sacra dogmata scripturæ diuinæ, perfecta quidem omni ex parte ac veracissima. Et hæc lectio videtur aptior. aliqui etiam codices habẽt feci in prima persona, nõ in tertia fecit: vt sint iusti verba in dño confidentis, & se de peccatoribus huiusmodi conquerentis. At iusti nomine (vt superius diximꝰ) Christus etiã venit intelligendus. quid ergo (ait) cõmeruit Christus, quid vè mali fecit: q; tantum facinus in ipsum perpetretur, vt scriptura digito Dei cõscripta, quæ de eodẽ iusto testimoniũ perhibet, tam impudẽter ab huiusmodi hæreticis deprauetur? Nec. n. pili æstimãt hæretici insani, q; passim diuina corruperint instrumẽta: quasi in hoc non Deũ, sed fideles dũtaxat homines offendãt, ad quorũ instructionẽ scripta esse perhibent, dicẽte apostolo: quæcũq; scripta sunt, ad nostrã doctrinã scripta sunt, vt per patientiã & consolationẽ scripturarũ, spem habeamus. At verò falluntur, propria eos obcæcante malitia: quippe qui Spiritum sanctũ offendunt, horũ instrumentorũ primarium scribã velociter scribentẽ, offendunt, & filiũ, quẽ tu pater perfecisti, & in quẽ vnũ velut in scopũ scripta omnia tendũt, perinde ac te quoq; patrẽ, quẽ prolis tangit honor. Resipiscant igitur hæretici resipiscãt, hoc primũ intelligentes, q; omnis prophetia scripturæ (vt apostolus Petrus ait) propria interpretatione nõ fit. Nõ. n. volũtate humana allata est aliquãdo prophetia: sed Spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti Dei hoĩes. Non amplius arcũ suum intendãt peccatores, sagittasq; in pharetra parent, vt in obscuro fidei enigmate, mẽbra transfigãt: & illorũ caput, Christũ virũ iustum, innocentissimũ, atq; perfectũ, destruere adnitantur, quasi denuo tradentes sanguinẽ iustũ, rursumq; crucifigentes sibimet ipsis filium Dei, & ostentui habentes. timeant iram vindicem.

Rom.15.a. Pſ.44.ve.2. 2.Pet.1.d. Heb.6.b.

*Dominus in templo sancto suo: dominus in cælo sedes eius.* 4.

Est quidẽ dñs in templo suo. sanctus in sancto, qui rectè interpretatur obscura, his quibus datũ est nosse mysteria verbi Dei, vt eodem, quo scripta sunt spiritu, nouerint eorundem

Mat.11.d.

dem intelligentiam. Is vtiq; reuelauit ſanctis
arcana, quaſi paruulis & humilibus: quę infla
tis huius ſeculi ſapientibus, & ſathanico ſpi-
ritu ſuperbientibus, abſcondita ſunt: eò ꝙ fi-
2.Cor.10.b dei regulam ſunt tráſgreſsi, nec intellectũ ca=
ptiuare voluerint in obſequiũ Chriſti. quos
iuſtè dãnabit dñs, cui' in cęlo ſedes, vt ad dex
teram patris ſedens, & hæc inferiora proſpi-
ciens examinansque: pios cuſtodiat, & dam-
net iniuſtos. Sequit.

5. *Oculi eius in pauperẽ reſpiciunt: palpebræ
eius, interrogant filios hominum.*

Qui ſunt oculi dñi: niſi miſericordiæ & mi
ſerationes eius, quibus pauperẽ & verè humi
lem intuetur, tũ in proſperis, ne extollatur:
tũ in aduerſis, ne frangatur? quę etiã palpebrę
nimia celeritate aciẽ nunc tegentes, nunc ve-
Pſ.18.ve.10. rò detegentes: niſi iudicia dñi vera iuſtifica=
ta in ſemetipſa, quæ interdũ nobis miſericor
dias & aperiũt, & occultant? & dũ celeritate
maxima (nullo diſcurſu præuio) examinant
filios hominũ: hunc iuſtũ, & hunc impiũ, hũc
humilem, hunc ſuperbum, hunc patientẽ, hũc
verò rabido murmure renitentẽ, atq; aduer=
sùs Deum oblatrantẽ oſtendũt. quos omnes:
quaſi celerrimo palpebrarũ interrogat & ex
Mat.5.a. aminat ictu. Nec miraberis ꝙ pauperẽ humi-
lem, nominet iuſtũ: cui promiſſum eſt regnũ
cęlorum. Sed ꝙ peccatorem impium vocet:
hoc te fortè mouebit. cui ſatisfaciens obie-
ctioni: diuinus pſaltes ait:

6. *Dñs interrogat iuſtũ, & impiũ: qui au
tẽ diligit iniquitatem, odit animam ſuã.*

Vi ſua infinita hunc & illum examinat, pro-
bat vel reprobat Deus. Et ita eſt ſanè, ꝙ pec-
cator nõ diligit iuſtitiã, ſed iniquitatẽ. At qui
diligit iniquitatẽ: odit animam ſuam. Impius
eſt ergo peccator. Nam cui pius eſt: qui ani-
mã ſuam odit? ſit igitur impius neceſſe eſt ſi-
biipſi, & in animã ſuam crudelis, qui ſibi mor
tem conciuit æternam. Sequit.

*Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, ſul
phur, & ſpiritus procellarum, pars cali-
cis eorum.* 7.

Ecce qui pluit ſuper iuſtos & iniuſtos: tunc
mãdabit nubibus, ne ſuper hæreticos imbrẽ
pluãt, ſed laqueos. vt qui laqueos parauerũt:
laqueis æternæ damnationis cõprehendan=
tur. & ignis ille perpetuus, ſulphureusq; fœ-
tor: ac tota deniq; illa pœnarũ congeries, quã
ſpiritũ procellarũ appellat, pars calicis dãna-
torũ erit. his.n. omnibus peccatores perpe=
tuò torquebũtur: vt qui malè vſi ſunt in hoc
ſeculo creaturis, per creaturas in altero affli
gantur. Et benè ait pars: quia etiã altera, quæ
carẽtia diuinæ viſionis eſt, (quãq; damnũ nũ-
cupant) pœna plectenẽ. Nã calix in manu dñi
vini meriſplenus mixto, & inclinabit ex hoc Pſ.74.ve.
in hoc: verùm tamẽ fex eius nõ eſt exinanita,
bibẽt ex eo omnes peccatores terræ, ſed vn=
de hoc rogo? Sequit.

*Quoniam iuſtus dñs, & iuſtitias dilexit:
æquitatem vidit vultus eius.* 8.

De vultu dñi iudiciũ prodit, & vultus dñi
ſuperfacientes mala: vt perdat de terra me= pſ.16.ve.
moriã eorum. Cõtremiſcant ergo impij: nec pſ.33.ve.
amplius addamus verbum, quandoquidem ij
verſus, timendi ſunt magìs, quàm exponen-
di. Sit ipſi iudici iuſto honor & gloria, in
ſeculorum ſecula, Amen.

EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 10.

*IN domino confido (fidelis ait) quomodò uos impij & ſeductores, dicitis animæ meæ, iam ipſi ſe
mel* Deo *ac redemptori ſuo dicatæ: tranſmigra in montẽ ſicut paſſer?* Non *ſum tam leuis ani=
mo, qui Chriſto dño, & eccleſiæ ſuæ, monte ſancto relicto, in quo paſſer inuenit ſibi domũ, &* pſ.83.ve.
*turtur nidũ, ubi ponat pullos ſuos: infames alios deligã monticulos, ad quos me transferã, eorundẽ do-
gmata praua orthodoxæ fidei contraria proſequutus. Iſthinc etenim peccatores intenderunt arcum ſu=
um, & neſcio quo aſtu, cauillos quaſi ſagittas in pharetra parauerũt: ut ſagittent in obſcuro ſcripturæ
loco ſimplicies, ſanctè, & rectè, ſentientes. Id quidẽ ipſis ſemper animo eſt: ut legiſlatorem ac legem
eius (quã tu perfeciſti pater) deſtruant. quaſi egerit dixerituè Chriſtus iniuſtè quicquã, cùm nihil mi-
nus. Iuſtus autem quid mali fecit, cui aduerſari conentur? certè nõ effugiẽt manus eius, nec quod fruſtrà
prætendunt, attingent. Eſt quidem dñs in tẽplo ſancto ſuo interpres ueridicus, atque è cœleſti ſede om=
nia iudicans, proſpectans, diſponensq;, ac recto examine penſans. oculi eius in pauperẽ reſpiciunt, qui
interiora hominũ celerrimè diſcutit, atque impium à iuſto ſecernit. Et hoc unum cuiq; fideli, ſide per-
uium eſt: q, qui diligit iniquitatem: odit animam ſuam. dilectio unius, alterius odium eſt. timeant igitur
peccatores, quia nullum malum impunitum, Deo iudice: & nullum bonũ irremuneratum. nam pluet ſu=
per peccatores laqueos: ignis, ſulphur, & ſpiritus procellarũ, pars calicis eorum. Iuſtus enim eſt domi=
nus, & iuſtitias dilexit: æquitatem tamen uidit uultus eius, rigorem iuſtitiæ temperans dulcedine miſe=
ricordiæ ſuæ. Inter hos igitur ueritatis oſores: pugnanti mihi ſuccurre* Deus *bone.*

PSALMVS 11.

Sal-



*SAluum me fac domine, quoniã
defecit ſanctus: quoniã diminu
tæ ſũt veritates, à filijs hominũ.*

Huius pſalmi titulus eſt, in finem
pro octaua pſalm. Dauid, quem iam pſalm. 6.
pro modulo noſtro elucidauimus. pro octa-
ua ait: eò ꝙ hunc etiã pſalmũ diuinus propo
nat pſaltes propè finẽ ſeculi decantandũ. tũc
Mat.24.a. .n. quoniã abũdabit iniquitas: refrigeſcet cha
ritas multorũ. Et hoc eſt ꝙ lamentatus ait:
defecit ſanctus, fidelis .ſ. quia multi tunc re-
trorſum abibunt declinantes à fide. In hac e-
nim acceptione fideles omnes, ſancti vocan-
Thob.2.c. tur. Vnde Thobias cognatis dicit: Nolite ita
loqui, qm filij ſanctorũ ſumus, & vitam illam
expectamus: quã Deus daturus eſt his, qui fi
dem ſuam nunquàm mutant ab eo. Porro do-
let fideliũ penuriã, quoniã diminutæ ſunt (in-
quit) veritates à filijs hominũ. quæ (nunc ob
ſecro) veritates: niſi theologicæ illæ, quæ
ſunt de numero credendorũ, eò ꝙ primæ in-
nitantur veritati, quæ Deus eſt? dicente de ſe
Io.14.c. Chriſto: ego ſum via, veritas & vita. queri-
tur ergo ꝙ veritates huiuſmodi diminutæ
ſint non in ſe, ſed à filijs hominũ diuinã ſcri
pturã deprauantibus. defecerũt (inquã) à fide
fideles, inter filios hominũ: vtì pſal. præteri-
to tactum eſt. Triplex quidẽ eſt veritas: vitæ
Thob.1.a .ſ. ſicut de Thobia dicitur, ꝙ viã veritatis nõ
Exo.18.d. deſeruit. & iuſtitiæ, de qua in Exodo ſcriptũ
eſt: prouide de omni plebe viros potentes &
timentes Deũ, in quibus ſit veritas. Ac demũ
Exo.28.c. doctrinæ alia, de qua etiã ibidẽ: pones in ra-
tionali, iudicij Vrim, & Thummim, pro qui
bus vertit interpres: doctrinã & veritatẽ. &
huius vltimæ diminutionẽ, propheta lamen=
tatur. Sequit.

2. *Vana loquuti ſunt vnuſquiſquè ad proxi
mum ſuum: labia doloſa in corde, & cor
de loquuti ſunt.*

Infelicia illa tẽpora deflet, quæ doctor gen
tium prædixit Paulus diſcipulo ſuo Thimo-
1.Thi.4.a. teo, dicens: Erit.n. tẽpus, quũ ſanctã doctri-
nam nõ ſuſtinebũt: ſed ad ſua deſideria coa=
ceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus,
& à veritate quidẽ auditũ auertent, ad fabu-
las autẽ conuertẽtur. Nẽpe hi ſunt, qui ad ꝓ=
ximũ ſuum vana loquũtur cũ intentione fal=
lendi, quippe qui ſeductores ſunt, & ipſi ſedu
cti, habẽtes in corde impreſſa, doloſa illorũ
labia: à quibus ſeductores ipſi ſeducti ſunt, &
corde loquuti ſunt, cęteros ſeducẽtes: vel ſic:
corde & corde, quaſi nõ ſimplici, ſed duplici
loquuti ſunt: dũ aliud ex dictamine ratiõis &
fidei ſentiũt, & aliud ex cordis affectu prędi
dicare videntur, vt proximum decipiant.

quod vel maximè ſuperbis quibuſdam hære
ticis accidere ſolet: qui ſi ſemel venenatum
effutiuerint dogma, ſic illud ex animi ſenten
tia affirmare contendunt, quaſi crediderint
eſſe verum, ne viſi ſint palinodiam decanta-
re: cùm tamen in occulto cordis, contrarium
ſentiant: iurati ij profectò vana doloſis la-
bijs, atque corde & corde loquuntur. In cor
de quidem aliud eſt, atque aliud loquuntur.
diſpereat abeantque in Zephiros: qui huiuſ-
modi ſunt.

*Diſperdat dominus vniuerſa labia dolo-
ſa: & linguam magniloquam.* 3.

An non tibi videtur, hæc iuſti precatio illi
ſimilis, quam iſdem Dauid ſanctus in tribula
tione poſitus, domino dixiſſe nouimus. Infa 1.Reg.15.f.
tua (queſo domine) conſilium Achitophel?
Is etenim erat, qui conſilium dederat Abſa-
loni contra Dauid patrem ſuum, cuius labia
doloſa, & lingua magniloqua fuit. Muta fi- Pſ.30.ve.21.
ant ergo huiuſmodi labia doloſa, quæ loquũ-
tur aduersùs iuſtum iniquitatem, in ſuperbia
& abuſione. pereat, diſsipetur & infatuetur
conſiliũ eorũ, qui vana loquũtur ad proximũ
ſuum, & corde & corde loquuti ſunt. Sequit.

*Qui dixerunt, linguam noſtram magnifi
cabimus: labia noſtra à nobis ſunt, quis
noſter dominus eſt?* 4.

Dixerunt inflati, de ſe magna ſentientes:
linguam noſtram magnificabimus, eaque ma
gnificabimur, ſi noua & inaudita dixerimus.
Non quæ auribus noſtris audiuimus, & pa-
tres noſtri annunciauerunt nobis: ſed alia lon
gè altiora, fidei metas ſuperantes tranſgre=
dientesque. Et quaſi non audierint apoſto- Rom.12.a.
lum commonentem: non plus ſapere quàm
oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatem, &
prout vnicuique diuiſit Deus menſuram fi-
dei: illudque ſapientis: aurum tuum & argen Eccle.28.d.
tum tuum confla, & verbis tuis facito ſtathe
ram, & frenos ori tuo rectos, & attende nè
fortè labaris in lingua. ſic ſuperbientes, labia
(inquiunt) noſtra, à nobis ſunt, ideoque liber
rima nulli dictorum rationẽ reddidura: imò
quidquid venerit in buccam, id affatim effer=
re poſſumus. quis noſter dominus eſt, qui no
ſtras moderari poſsit habenas? ô ſathanica im
pudẽtia? Eſto ꝙ labia veſtra à vobis ſint, qua-
lia illorum prophetarum, quos apud Hiere-
miam redarguit dominus, quòd viſionem
cordis ſui loquantur, non de ore domini: quo
(rogo) iure, qua lege (ne dicam procacita-
te) ſacrilegum os veſtrum in cælum verti-
tis, criſtam erigentes atq; dicẽtes: quis noſter
dominus eſt? An non veſter dominus: qui
conditor & redẽptor? certè impia vox hæc,

& omni

& omni iniquitate plena, quæ diuinā meritò
prouocet irā. Certè prius conflare & exami-
nare oportet, aurū ſit an auricalcū: verum. ſ.
an falſum, rectum, vel prauum, & orthodoxę
fidei contrarium, quod concepiſtis dogma?
ipſumq́; omni cū humilitate librare argentū,
verbum. ſ. an fidele ſit, pium ac benè ſonans,
& diuinæ reuelationi conſonum, atque The
ologicæ veritati, nullique demum præbens
occaſionem ruinæ? iam audite quod ſequit̃.
5. *Propter miſeriā inopū, & gemitū paupe*
*rum, nunc exurgam: dicit dominus.*
Hoc vos deterreat peruicaces: ecce minat̃
Mat. 5. a. dn̄s, qui ait: nunc exurgā. profectò vt ſaluem
illos ab his, qui laqueū ponūt ipſis: quorū eſt
regnum cælorū. Nec nos latet, inſignes nobi
lesq́; doctores, hos verſus triumphali Chriſti
reſurrectioni in ſcriptis ſuis adaptaſſe: quib⁹
non refragamur, dūmodo ſalua ipſorū fide, in
hūc, quem proſequimur ſenſum, nobis liceat
explanare. quā longanimis ſit dn̄s peccata diſ
ſimulās, & peccatores ad pœnitentiam expe-
ctans: quis nō nouit? eſt enim adeò patiēs, &
benignus: vt vindictā differat, & ſi illū ſæpius
ſancti, quaſi dormientē, niſi ſint precibus ex
Pſ. 43. v. 25. citare. vt eſt illud: exurge, quarè obdormis
dn̄e? & excitatus eſt tanquā dormiēs dn̄s: tan
Pſ. 77. v. 17. quā potens crapulatus à vino. vtì nūc qui ino
pum miſeria & pauperū gemitu pulſatus ait:
nunc exurgā. Audierat. n. eos dicentes: exur=
Pſ. 67. ve. 1. gat Deus & diſſipētur inimici eius, & fugiāt
qui oderūt eum à facie eius. atq; & his ſimili
bus inclinatus, reſpondet: nūc exurgam. hoc
enim nunc, etiā iudicij diem ſignat: qn̄ exur-
pſ. 75. ve. 9. get in iudiciū Deus, vt ſaluos faciat omnes
manſuetos terræ. Sequit̃.
6. *Ponā in ſalutari: fiducialiter agam in eo.*
Hoc eſt, ponā pauperes in ſalute: vt tutiſſi-
mo loco viuant. Verba patris ſunt exurgētis
vt ſaluet, adiuuet, conſoletur, ſeruet, atque cu
ſtodiat electos: diſperdat verò impios. ponā
(inqt) in ſalutari Chriſto: & quid niſi ſalutē,
refugiū, & conſolationē? Nēpe in eo fiducia=
liter, copioſè, abundè, liberè, atq; potenter a-
Mat. 17. a. gam, in eo qui eſt filius meus dilect⁹, in quo
mihi benè complacui. Nec fiducia caſſa. Audi
Luc. 2. g. quid dicat Chriſtus: neſciebatis (ait) quia in
his, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe? Et
Ioan. 14. d. iterū, ſicut mandatū dedit mihi pater: ſic fa-
cio. vel ſi magis placet: diuide ſenſum, vt prio
ra verba, patris ſint dicentis: ponā in ſalutari
id quod petis: ſequētia verò ſint auxiliū po=
pſ. 118. oct. 7 ſtulantis, eius. ſ. qui dixerat: ſaluū me fac De⁹,
qm̄ defecit ſanctus. Ita ꝙ audito verbo dicat:
fiducialiter agam in eo. In quo eo? porro in
verbo tuo, in quo mihi ſpē dediſti, ponā in ſa
lutari. Nā dulce promiſſionis verbū eſt: cui fi
dam, eroq́; de eius adimpletione ſecurus. Sic
Eſaias, Ecce Deus ſaluator meus: fiducialiter Eſa. 12. a.
agam & non timebo.
*Eloquia domini eloquia caſta: argentum* 7.
*igne examinatum, probatum terræ, pur-*
*gatum ſeptuplum.*
Eloquia dn̄i caſta ſunt, & vndequaq; vera:
quæ adulterū nō admittūt & corruptorem.
Sunt argentum igne examinatum, quæ ani-
malis homo nō percipit. ſtultitia enim eſt il=
li, & nō poteſt intelligere, ait Paulus: quia ſpi 1. Cor. 2. d.
ritualiter examinatur. ſpiritus autē ignis ap-
pellatur: quo animalis homo caret. Sunt igi-
tur terſa, lucida, & ſonora. quippe quæ nullā
mēdacij ſcoriā, nihilq́; terrenū admixtū ha-
bent: aut cū verbis huius ſeculi cōmune. Ca-
ſta quidē ſunt: quæ nec fallūt, nec irrita fiunt.
quamobrē illis fidā, non ſecus, ac ſi pignus ar
genteū habeā (quod vulgo dici ſolet) non fi=
ctitiū, adulterinumvè: ſed ſummi illius argen
tarij, ſancti. ſ. ſpiritus igne examinatū in catil
lo terreo, & iā toti orbi purgatū, ꝙ probatū
ſit ſeptuplū. Eſt. n. is artifex ſeptiformis, qui Sap. 1. b.
ſcientiā habet vocis, & electos etiā ſeptem= Eſa. 11. a.
plici examine purgat, hoc eſt, timore, pieta-
te, ſcientia, fortitudine, conſilio, intellectu, &
ſapientia, quæ ſpiritualia dona Eſaias recen=
ſet. fiducialiter igitur agā in eo: qui iā arrabo
nē ſpiritus accepi, in acquiſitionē hæredita-
tis, & verba dn̄i caſta, verbi ſui æterni pro=
miſſoria: quibus acquieſcens dicere audeo,
quod fide teneo.
*Tu dn̄e ſeruabis nos, & cuſtodies nos: à* 8.
*generatione hac in æternum.*
Facies quę promiſiſti Deus. ſeruabis nos ſer
uator optime, & cuſtodies nos, ô cuſtos ho-
minū. cuſtodies (inquam) à generatione hac
peruerſa: quæ tibi & nobis aduerſatur in hoc
ſeculo nequā. Cuſtodies introitū & exitū, do
nabisq́; nobis manſionē æternam: eo ꝙ ad te
recto tramite gradiamur. At contra.
*In circuitu impij ambulāt: ſecundū altitu* 9.
*dinem tuā multiplicaſti filios hominum.*
Quidam tranſtulerunt cùm exaltantur: in
ignominia ſunt filij hominum. Sanè ita fit:
Nec eget expoſitione aliovè teſtimonio,
quod in dies vſu venit, ſuperbos quidem de=
primit Deus: & exaltat humiles. Nempe à
peccato, in quo naſcuntur, ad peccatum, in
quo moriuntur impij ambulant, infelicis vi=
tæ circulū peragentes. perſequunt̃ deuorātq́;
pios, vtì potentiores: ipſos omni ex parte fe=
rè ad nihilū redigentes. Ad quod opus iniquū
ſathanico more circumeūt oīa. Et (quæ alti- Iob... b.
tudo



1. pet. 2. b. tudo diuitiarum eſt ſapientiæ & ſciētiæ tuę)
hos & illos multiplicaſti dn̄e. rectos. ſ. & pro
pſ. 32. ve. 5. bos, vt cuſtodias in ęternum: impios verò in
circuitu ambulantes (qui cogitauerunt vna-
nimiter aduerſus teſtamentū) vt perdas. po-
nes. n. illos vt rotam, & ſicut ſtipulam ante
faciem venti. ſicut ignis, qui comburit ſiluā,
& ſicut flamma comburens montes, ita per-
ſequeris eos in tempeſtate tua, id eſt, quum
veneris iudicaturus orbem. Sit tibi gloria
rex regum, nunc & per infinita ſeculorum ſe
cula, Amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 11.

*SAluum me fac dn̄e, quoniam defecit ſanctus: quoniam diminutæ ſunt ueritates à filijs ho=*
*minum. Veni iam æquiſſime Iudex, ecce inſtat ſuprema illa finalis iudicij dies: quia abun=* Mat. 24. b.
*dat iniquitas, & friget charitas multorum. peruerſi homines, ſanam doctrinam non ſuſti-* 2. Tim. 4. b.
*nent, ad fabulas autem conuertuntur. Narrant iniqui fabulationes: ſed non ut lex tua. ueri* pſ. 118. octo
*tates ſanctæ doctrinæ, diminuere conantur falſi quidam dogmatiſtæ, adulterantes uerbum Dei. Vana* 11. ve. 5.
*loquuti ſunt unuſquiſq; ad proximum ſuum &c. Diſperdat dn̄s uniuerſa labia doloſa inſolentium ac ſu*
*perbientium hæreticorum, qui captiuare nolunt intellectum in obſequium Chriſti, dicentes: labia noſtra*
*à nobis ſunt: quis noſter dominus eſt? quamobrem exurge, iudica cauſam tuam. tempus faciendi domine:* pſ. 11. octo:
*diſſipauerunt legem tuam; dixerat diuinus pſaltes: tempus illud turbidum, in ſpiritu præuidens futurū:* 16. ve. 6.
*& ſtatim, propter miſeriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit dominus. ponam in*
*ſalutari Chriſto meo (ait) totum huius negocij pondus. At uerò audito uerbo: Idem uates electorum*
*omnium perſonam induens, diuinæ promiſſionis uerbum acceptum fert, dicens: fiducialiter agam in eo.*
*Non enim uerbum, quod proceſſit de ore tuo Deus, irritum feciſti unquàm. Eloquia dn̄i, eloquia caſta,*
*uti argentum igne examinatum & purgatum à terra atque probatum, &c. Satisfactum eſt abundè*
*mihi clamanti: ſaluum me fac Deus: quoniam tu dn̄e ſeruabis nos & cuſtodies nos in æternum, à gene-*
*ratione hac impiorum hominum: oblatrent igitur quantum uolent huiuſmodi rabidi canes, obcæcati &*
*delirantes. certè alti conſilij tui eſt: ꝙ probi & mali multiplicentur, ij ad interitum ſempiternum: illi ue*
*rò ad uitam glorioſam, ſine fine duraturam. Sed ubi ſecundum Chriſti aduentum petijt propheta ſan=*
*ctus: primum quod etiam præuiderat, in ſequentibus iteratò petit.*

## PSALMVS 12.

*VSquequò domine obliuiſceris me*
*in finem? Vſquequò auertis faciē*
*tuam à me?*
Huius pſalmi titulus eſt, in finem pſal. Da=
Cant. 2. c. uid, aliàs ſatis elucidatus. Ecce iam vox tur-
turis, gementis. ſ. eccleſiæ, audita eſt in terra
noſtra. quę ſponſi patrem alloquitur, queri-
turq́ue, ꝙ obliuioni tradita & deſpectui ha-
beri uiſa ſit, eo ꝙ auertere faciem videatur
ab ea, dū filij ſui aduentum differt: quem ſibi
olim promiſerat incarnandum. Inducit igi-
tur pſaltes tempus illud, quo patres anxij ve
nientem in Carne Chriſtum videre cupiebāt.
Et priſcorum patrū dicit eccleſia: vſquequò
dn̄e obliuiſceris me, ne ducas in finem delide
ratum cunctis gentibus? finis enim legis, Chri
Rom. 10. a. ſtus ad iuſtitiā omni credenti ait apoſtolus:
vſquequò auertis faciem tuam à me, id eſt,
Chriſtum tuum, qui facies tua eſt & imago,
qua in plenā & veram tui cognitionem du-
car? ſimulq́; exæſtuans, moreq́ue & amoris
impatiēs: inter alta & crebra ſuſpiria ſubmur
murans, ſemetipſam interrogat, dicens:
2. *Quandiù ponam conſilia in anima mea:*
*dolorem in corde meo per diem?*
Vſquequò nunc hoc, nunc illud proponam,
fluctuans: & cordis dolore nimio cruciabor
expectans? cælos conſulo; ſi mi forte illum ir- Eſai. 45. b.
rorent, nec ſecus nubes adiutrices appello: ſi
forſitan pluant iuſtum: terramq́ue ipſam, vt
germinet ſaluatorem. Et inter media ſilentia
noctis: ſpacioſas excubias ago, ſi fortè omni-
potens ille à regalibus ſedibus veniat Deus. Sap. 18. c.
Et ſic noctu diuque crucior: dum conſilia
torquent animum per noctem, & dolor, per
diem. Nec eſt ꝙ mihi querenti, & te dilecto
meo carenti, internum mitiget cordis dolo-
rem, quin angit me potius id, quod mecum
habitans, ſæpius mente voluo.
*Vſquequò exaltabitur inimicus meus ſu-* 3.
*per me? reſpice, & exaudi me domine De*
*us meus.*
Exaltatur ſuper me vtique inimicus: ita vt
mundi huius princeps impudenter nomina=
ri, & mihi modis omnibus inſultare (ꝙ te di-
ligam & expectem) non vereatur. Reſpice iā
ergo, non auertas faciem, conuerte vultum,
& exaudi me dn̄e Deus meus. quippe qui ſi Can. 8. a.
me reſpicias: deſpiciet nemo, & obmuteſcet
inimicus inuidus & procax, deijcieturq́ue:
qui ſe in dies exaltat, & gloriatur. reſpice
in me, & reuiuiſcam: nam is baſiliſcus ſuo me
viſu perimere tentat. At verò tu benigniſſi-
mo tuo aſpectu:
Illumi=

4. *Illumina oculos meos, ne vnquam obdor*
*miam in morte: ne quando dicat inimicus*
*meus, præualui aduerſus eum.*

Vultum tuum oſtende placidum & ſerenũ.
hoc quidẽ ages: ſi tuã, quam dixi, faciẽ ad me
conuertas: vt lumine vultus tui illumines o-
culos meos. Idquè citò, ne vnquã obdormiã
in morte. Atquì reges gentium nefas arbi-
trantur: ſi is morte mulctetur, in quẽ reſpici
entes faciem ſuam vertãt, quãuìs iam capite
ſit æquo iure damnatus: quanto potiùs ſi tu
Pſ.117.v.17. reſpicias, qui Deus es: non moriar, ſed viuã:
& narrabo opera dñi? Non ꝙ temporalẽ mor
tem ſubire recuſem, cùm ſciam ſtatutum eſſe
Heb.9.g. hominibus ſemel mori: ſed ꝙ prius videre
Luc.2.c. cupiam ſalutare tuum, quod paraſti ante fa-
ciem omnium populorũ. lumen (inquam) ad
reuelationẽ gentium. Idcirco, mentis & cor
poris mei oculos illumines precor: ne vnquã
obdormiens in morte, hoc eſt, in mortali cri
mine perſeuerans, æternã mortem incurram:
dicatque inimicus meus inſolens & arrogãs:
præualui aduerſus eum. fac ergo, vt fidelis vi
ctor euadã: nec aduerſario ſit inſultãti locus.

5. *Ecce, qui tribulant me, exultabũt ſi mo-*
*tus fuero: ego autem in miſericordia tua*
*ſperaui.*

Porro Diabolus & angeli eius, qui me quo-
tidie perſequuntur, exultabunt: ſi me à ſtabi-
litate fidei viderint recedentem. exultabunt
(inquam) licet impropriè & abuſiuè: cũ ſint
damnati, exultationis expertes. tunc quidem
me velut mortuũ & exanimem apprehendẽt:
Rom.1. Iuſtus enim ex fide viuit. Reſpice igitur me
dñe (cuius reſpicere miſereri eſt) Nam in mi
ſericordia tua ſperaui. Scio ꝙ ſcriptũ ſit: non 1.Reg.2.b.
in fortitudine ſua roborabitur vir. quamob-
rem non proprijs viribus, ſed miſericordiæ
tuæ innitar: qua iacẽtes erigis, & erectos ſu-
ſtines, ne de illorũ caſu gaudeant inimici. tu
me adiuua adiutor fortis: vt ſua fruſtrentur
exultatione. Sequit.

*Exultabit cor meum in ſalutari tuo: can* 6.
*tabo domino, qui bona tribuit mihi, &*
*pſallam nomini domini altiſsimi.*

Tria hæc ſe acturam ſancta proteſtatur ec-
cleſia. Exultabit (inquit) cor meum, cantabo
dño, & pſallam nomini. Veniat iã ſalus, ipſi-
uſque ſalutis autor Chriſtus: & exultabit
cor meũ in ſalutari tuo. Sanè quieſcam, nec
iam defatigata ponã conſilia in anima mea,
nec dolorem in corde meo per diem: quin
lætabunda potiùs cantabo dño, qui bona tri
buit mihi: non hoc aut illud, ſed omnia bona
ſimul. Audi quid dicat apoſtolus: qui etiam Rom.8.f.
proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro no-
bis omnibus tradidit illum: quomodo non
etiã cum illo, oĩa nobis donauit? certè omnia
bona tribuit: qui ſummum illud (omnia e-
minenter continens) contulit bonum. Cuius
rei gratia, cãtabo ore & pariter pſallam cor-
de. quod vtiquè à ſancto nũc edocta ſpiritu:
nocte dieque ſacroſancta facit eccleſia. quip
pe quæ exultans in ſalutari ſuo: aſsiduas Dei
laudes libera voce canit, illi gratias agẽs, qui
bona tribuit ſibi. Et toto pſallit affectu, no-
mini altiſsimi dicens: gloria tibi dñe, qui na-
tus es de virgine, cum patre, ſancto ſpiritu in
ſempiterna ſecula, Amen.

EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 12.

*VSquequo dñe obliuiſceris mè in finẽ? (Eccleſiæ Chriſti uerba ſunt, ſponſi ſui amore flagran* Cant.2.a.
*tis atquè languentis: & longa expectatione ad illius aduentum in carnẽ ſuſpirantis, ac piè de*
*dilatione apud cæleſtem patrem, atque anxiè conquerentis) uſquequo (inquit) auertis faciẽ*
*tuam à me? quã diu ponam cõſilia in anima mea: dolorem in corde meo ꝑ diem? uſquequo*
*exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice iam tãdem, & exaudi me, noctes atq; dies ad te clamantem.*
*Illumina oculos meos abſq; te obtenebratos: ne de tribulatione mea, quaſi uictores glorientur aduer-*
*ſarij. Ecce qui tribulant me, exultabunt &c. credentes me deſperatione fractam. Ego autem in miſeri*
*cordia tua ſperaui. q. ſi iam miſeris, quem miſſurus es, deſideratum cunctis gentibus, exultabit cor meum*
*in ſalutari tuo, cãtabo dño, qui bona tribuit mihi: et pſallam nomini domini altiſsimi. Noli igitur tardare*
*domine, ueni citò, ut nedum peccantibus: uerumetiam iam ferè inſanientibus proſpicias hominibus.*

PSALMVS 13.

*DIxit inſipiens in corde ſuo: non*
*eſt Deus.*

Huic titulus eſt is, qui ſuperiori
pſalmo. In finem pſalmus Dauid, nec eſt ꝙ e-
ius expoſitio repetatur. Nunc in primis con
ſiderare libet, ſit ne tam inſani capitis ho-
mo: qui corde ſenſerit non eſſe Deum, cum
naturali lumine (vel ipſi, qui malè ſentiũt de
Deo) deũ eſſe aſſequantur? Non (vt arbitror)
inſipiẽs id corde ſentit: ſed dicit: dũ indigna
cogitat & ꝓponit: quaſi non ſit cordiũ ſcru-
tator, & renũ Deus. Nã qui malũ ſciens cogi-
tat, & operari ſtudet: is profectò in corde di
xiſſe videtur: non eſt Deus vltor & vindex.
vel ſic, viderat in ſpiritu pſaltes, Deum iam
hominem factum, & Iudeorum populum
debachantem in eum, & vtì inſipientem re-
darguit ipſum, quòd corde nõ crediderit eſ-
ſe Deum, nec ore confeſſus ſit ad ſalutem: Rom.10.b.
quem



quem tum oracula prophetarum, tum diuina
miracula, opera, doctrina, aliaque digniſsima
teſtimonia, quaſi digito Deum verũ eſſe mõ-
ſtrarũt. dixit. n. inſipiens is populus apud ſe:
hic nõ eſt Deus in lege promiſſus: cùm tamẽ
ſapiẽs ipſe, imò ſapientia patris, ore ſuo ſeſe
illum dixerit eſſe Deum. Vos nũc mortales
oẽs iudices appello, vos dicite, cui credam:
Io.10.f. huic populo dicẽti: nõ de bono opere lapida
mus te, ſed de blaſphemia, quia tu cũ homo
ſis, teipſum Deũ facis: an Chriſto, mulieri Sa
Io.4.d. maritidi de ſeipſo ꝓferenti, ego ſum (inquit)
q loquor tecũ, ac per hoc aſſerẽti ſe eſſe Meſ
ſiam? Cui credã (obſecro) Iudeis dicentibus:
Io.8.b. tu de teipſo teſtimoniũ perhibes, teſtimoniũ
tuum nõ eſt verũ: An Chriſto dicẽti: & ſi ego
teſtimoniũ perhibeo de meipſo, verũ eſt te-
ſtimoniũ meum? qui (paucis interiectis) inter
rogatus, quis nã eſſet? reſpõdit principiũ, qui
& loquor vobis. Maximè cũ videã poſt hos
ſermones dñm Ieſum expuentẽ in terrã, & lu
Io.9.b. to linientẽ oculos cæci nati, cæcumq; viden
tem. Verum eſt ergo Chriſti teſtimoniũ, & di
gnũ cui credã, quod tãto miraculo diuinitas
confirmauit. tã etſi inſipiens populus, qui vi
dens Chriſtũ diuinitatẽ ſuam aſſerentẽ, & mi
raculis comprobantẽ, dixerit in corde ſuo:
Rom.9.g. non eſt Deus: Porro offenderunt in lapidem
offenſionis, vtì Paulus ait. Sequitur.

2. *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt*
*in ſtudijs ſuis: non eſt qui faciat bonum,*
*non eſt vſq; ad vnum.*

Rationẽ reddit propheta huius inſipientię.
Si. n. quæras, cur Iudei in hunc errorẽ prola-
pſi ſint: ꝙ corde dixerint: nõ eſt Deus? in prõ
ptu cauſa eſt: corrupti ſunt & abominabiles
facti ſunt in ſtudijs ſuis, ſuperbia. ſ. auaritia, &
inuidia: nec eſt qui faciat bonũ. ꝙ ſi non eſt
qui faciat: quid miraris ſi præ corruptione,
non ſit qui dicat bonũ: imò ſit qui hoc tantũ
dixerit malũ: non eſt Deus? ſunt quidẽ corru
pti, qui huiuſmudi ſunt omnes, & abominabi
les facti: nec excipitur vnus. Sequitur.

3. *Dominus de cælo proſpexit ſuper filios ho*
*minum: vt videat ſi eſt intelligens, aut re*
*quirens Deum.*

Proſpexit dominus ſuper filios eorum, qui
aduentum eius in carne deſiderauerant, vt vi
deat, imò vt ipſe veniens videre faciat, ꝙ nõ
ſit intelligens aut requirens Deum (eſt enim
is dicendi modus, proprium ſcripturæ ſacræ
ydioma) quandoquidẽ filij hominum veniẽ-
Io.1.b. tem in propria non receperũt eum: cuius ad-
uentum patres eorum (qui filij Dei per ado-
ptionem erãt) nimio accenſi deſiderio petie-
runt. Non erat vtiquè intelligẽs aut requirẽs
Deum. At proſpexit de excelſo ſancto ſuo:
dominus de cælo in terram aſpexit. proſpicẽ Pſ.101.v.20.
re Dei, incarnari fuit. tunc ergo proſpexit ſu
per filios hominũ: quando filius hominis eſſe
& appellari dignatus eſt, factus homo ꝓpter
homines, quos videre fecit: ꝙ non ſit intelli
gens aut requirens Deum, niſi ipſe vnigeni-
tus qui eſt in ſinu patris, filios hominũ doce-
at illum requirere & intelligere. Sequit.

*Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti* 4.
*ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſ-*
*què ad vnum.*

Omne caput languidũ, & omne cor merens
dixit Eſaias: à planta pedis vſquè ad verticẽ Eſa.1.a.
&c. non eſt in eo ſanitas &c. Nempe declina
uerunt omnes à recto in vno Adam: vſquè ad
vnũ, & præter vnum Chriſtũ. declinauerunt
(inquã) ab eo quo cõditi ſunt. declinauerunt Gen.2.b.
à limo, qui erat in ſuperficie terræ: ad limum Pſ.68.ve.2.
profundi, in quo nõ eſt ſubſtãtia. Et facti ſunt
omnes inutiles: quia ſub peccato concluſi, vſ
què ad vnũ & præter vnũ Chriſtum, qui pec- 2.Pet.2.d.
catum non fecit, neq; inuentus eſt dolus in
ore eius. Opera eorum inutilia, Eſaias ait: Et Eſai.59.b.
opus iniquitatis in manibus eorum. Sequit.

*Sepulchrum patens eſt guttur eorum: lin* 5.
*guis ſuis doloſè agebant, venenum aſpidũ*
*ſub labijs eorum.*

Hic verſus & duo ſequentes (vt fertur) non
habentur in Hebreo. ſed quid? cùm illos hoc
loco canat eccleſia? Deſcribit ergo Pſalmo-
graphus paſsionis Chriſti modum, ipſamque
in Chriſtum rabiem Iudeorum narrat, di-
cens: ſepulchrum patens eſt guttur eorum: vt
canina & inſatiabili fame deglutiant innocẽ-
tem. Et linguis ſuis doloſè agebant, dicẽtes:
hunc inuenimus ſubuertentem gentẽ noſtrã Luc.23.a.
& prohibentem tributa dari Cæſari, cùm ta-
men nihil minus. dixerat enim: quod eſt Cæ-
ſaris, reddite Cæſari. Atquì dixerant illud do
loſè agentes: quo magis præſidem in Chriſtũ Mat.22.
irritarent. Erat quippe venenum aſpidũ ſub
labijs eorum. Porro aſpidum talem (ferunt)
eſſe naturam: quòd quum aurium alterã ter-
ræ figunt, alteram obturant cauda, ne vocem
audiant incantantis. Per has igitur rectè ob-
ſtinatio exprimitur Iudeorum, qui diabo-
lum patrem obſtinatamque aſpidem, vel in
hoc imitati ſunt: ij quorum labia veneno-
ſa. An non venenum aſpidum vox illa obdu-
rata, & omni amaritudine plena: Crucifige,
Crucifige eum? Nam Pilato eos iam tertio
alloquente, volenteque dimittere Ieſum: il-
li inſtabant vocibus magnis poſtulantes vt
cruci-

crucifigeretur, & inualeſcebant voces eorũ
Luc.23.d. (ait ſacer euangeliſta)lege Lucæ euangeliũ.
An nõ aſpides & hi qui in ſeruulum eius Ste-
phanum inſurrexerunt, de quibus dictus Lu-
Act.7.g. cas in actis Apoſtolorum ait: exclamãtes vo
ce magna continuerũt aures ſuas, & impetũ
fecerũt vnanimiter in eum.ſ.Stephanũ. Seq.

6. *Quorum os meledictione, & amaritudi-
ne plenum eſt: veloces pedes eorum ad ef-
fundendum ſanguinem.*

Huius atq; ſequentis verſus meminit etiam
Eſa.59.b. Eſaias: ô popule inſipiens & ſtulte, qui dixiſti
corde: non eſt Deus, ſub cuius labijs non mel
& lac, ſed venenũ aſpidum latet. Non tibi ſa-
tis erat, occultè vt draco inſidiari Chriſto: ꝙ
adhuc apertè iraſci vt leo, fronte impudẽtiſ-
ſima non vereris? Nam os tuum maledictio-
ne & amaritudine atq; iracundiæ felle plenũ
eſt: quo in benedictum virginei ventris fru-
Gen. 27. d. ctum (cuius odor ſicut odor agri pleni, cui
benedixit dñs) tu maledicta congeris, & cur-
rens pede veloci, velocioreq; animi conatu,
ſitis ſanguinem iuſtum. Non vt bibas, ſed vt
effundas. Effunde iam Iudee effunde: & ore
Iob.10.b. pleno, quẽ tu effuderis, bibã ego in antidotũ,
vt vitam habeam, & abũdantius habeã. Seq.

7. *Contritio, & infelicitas in vijs eorum, et
viam pacis non cognouerunt: non eſt ti-
mor Dei ante oculos eorum.*

Et hi pacis oſores, poſtpoſito Dei timore,
Chriſtum conterere, ipſumque infelicem red
dere voluerunt: ſed iuſto Dei iudicio, hac du
plici ſunt pœna puniti: temporali .ſ. & æter-
na, quæ per contritionem & infelicitatem ſi
gnificantur. Sic etenim præuidit pſaltes futu
rum, & ſic eſt. quandoquidẽ exulant nunc à
terrena ſimul & cæleſti Ieruſalem (quæ viſio
pacis interpretatur) in æternumque infelices
illi exulabunt, eò ꝙ viam pacis non cogno-
uerunt, quin oderunt potiùs Chriſtum: ipſe
Ephe.2.d. enim eſt pax noſtra (vt Paulus ait) qui fecit
vtraq; vnum. Nempe is venerat ad dirigẽdos
pedes noſtros in viam pacis: ipſi verò viã pa-
Luc.1.g. cis non cognouerunt. venerat quippe his, qui
Eph.2.d. longè, & his, qui propè, Iudeis .ſ. & gentibus
daturus pacem. Et gentes, quæ longè aberãt,
viam pacis ingreſſæ ſunt. At contra, Iudei, qui
prope erant, viam pacis non cognouerunt, &
ideò adhuc errãt. Nam ſicut quidam ait: par-
Ecc.1.b. uus error in principio, maximus eſt in fine.
his adde, ꝙ cùm initium ſapientiæ ſit timor
Pſ.110.ve.9. domini, & non ſit timor Dei ante oculos eo-
rum: hinc eſt ꝙ inſipientes facti dixerunt: nõ
eſt Deus. & is in fine maximus error. Et viam
Pſ.57.ve.3. pacis non cognouerunt. Imò errauerunt ab
vtero, loquuti ſunt falſa: & furor illis ſecun-
dùm ſimilitudinẽ ſerpentis, ſicut aſpidis ſur-
dæ, & obturantis aures ſuas. Ob idq; illis, qui
viam pacis in initio errauerunt: cõtritio erit
infelicitasq; in viarum ſuarum fine. Sequit.

*Nonne cognoſcent omnes, qui operantur
iniquitatem: qui deuorant plebem meã
ſicut eſcam panis?* 8.

Hic verſiculus parentheſis eſt, quæ interpo
ſitionis eſt figura. Eſt.n. inter præcedẽtia &
ſequentia declamatorie interiectus. verba
ſunt eccleſię, cuius charitas inextinguibilis ſi Cant.8.b.
cut lampades ignis atq; flamarũ, quæ pio ma
tris affectu, omnes cupit illuminari, dum ait:
Nonne cognoſcent omnes, qui operantur ini
quitatem, Chriſtum crucifigentes: quiq; de-
uorant plebem meam, ipſam quotidiè deglu
tientes, ac ſi fruſtrum panis in ventrem traij-
ciant? deuorant (inquam) velutì Iudas buccel Io.13.c.
lam intinctam.

*Dñm non inuocauerunt: illic trepidaue-
runt timore, vbi non erat timor.* 9.

Apud hos iniquos, nullus Dei cultus (hoc
vtiq; dñm inuocare ſonat) Nõ timor vllus ca
ſtus aut filialis, nõ cura de amiſsione regni cę
leſtis, de temporalibus ac perituris duntaxat
ſolliciti erãt: quæ nihili habenda ſunt. De ho-
rum ergo amiſsione, mũdano timore trepida
uerunt: vbi ratio timendi, aut nulla aut fragi-
lis & futilis erat. quãuìs hoc vltimũ.ſ. vbi non
erat timor: in Hebraico non reperitur. Sed
quid cognituri ſunt rogo? Non ſanè aliud, niſi
hoc vnum, quod ſequitur: qm̃ dñs in genera-
tione iuſta eſt. Nonne cognoſcent, qm̃ ſpon-
ſum ſuum diu deſideratum, iam carne & cha
ritate coniunctũ, ſibiq; legitimè copulatum
habet eccleſia? quam iuſtam generationẽ vo
cat: eò ꝙ Chriſtus eam vocauit & iuſtifica-
uit, regenerauitq; quũ ſeipſum tradidit pro
ea (ſicuti Paulus ait) vt illã ſanctificaret, mun- Ephe.5.c.
dans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt ex-
hiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam non ha
bentẽ maculã neq; rugã. Nõ maculã, turpitu-
dine operis: nec rugã, ſubdoli duplicitate ſer
monis: quæ in electis puriſsima eſt & imma-
culata, ſimpliciſsima perinde ac colũbina. de
cæteris aũt iniuſtis verſutis ac ſerpẽtinis: ſub
typo illius cõqueritur Iob dicẽs: Rugæ meæ
teſtimonium dicunt contra me &c. qui ſunt Iob.16.b.
hypocriſi perſequentes. Sequitur.

*Quoniam dominus in generatione iuſta
eſt, conſilium inopis confudiſtis: quoniã
dominus ſpes eius eſt.* 11.

Cognoſcite ergo, cognoſcite iã ô cęci Iudęi:
quoniam dominus in generatione iuſta eſt:
non



non in vobis, qui iniuſti eſtis, & iuſtũ deſpe-
xiſtis ac occidiſtis. Intendite inſuper inſipien
tes & ingrati ꝙ conſiliũ inopis confudiſtis
(quo vos etiam ſaluare decreuit) obicem po
nentes. Nam reſtitiſtis ditanti pauperi, & ino
pi opitulanti: ac per hoc altiſsimum conſiliũ
confudiſtis: qm̃ dñs ſpes eius eſt, non huius ſe
culi vanitas. hoc vtiq; vobis per prophetas
ſuos ſemper ſuaſit: hoc dixit & prædixit. vos
autẽ renitentes, conſilium eius confudiſtis: ꝓ
luto aurum cõmutantes, & pro tẽporali æter
num. quamobrem ventrem meum doleo, ait
Acto.13.g. eccleſia. Iure quidem Paulus & Barnabas in-
genium & peruicaciam veſtrã attendentes,
conſtanter dixerunt: vobis oportebat primũ
loqui verbum Dei: ſed qm̃ repellitis illud, &
indignos vos iudicatis eternæ vitę, ecce con
uertimur ad gentes. Sic enim præcępit nobis
dominus. Sequit

11. *Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cùm
auerterit dominus captiuitatẽ plebis ſuæ,
exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael.*

Ac ſi dicat: Eſt ne alius ex Sion egreſſus, &
ex Iſraelitica plebe natus, qui ſaluet populũ
ſuum Iſrael, niſi Chriſtus Ieſus, cuius vos con
ſilium reſpuiſtis? quis hoc mihi tribuat? vtinã
detur, vt ij, qui nunc ſunt increduli, credant:
& copioſè fiant participes redẽptionis. Erit Rom.11.d.
ne hoc vſq;? profectò erit. Nolo enim vos ig
norare fratres myſteriũ hoc, vt non ſitis vo-
bis ipſis ſapientes (in ea quæ ad Romanos eſt
epiſtola ait Paulus) ꝙ cęcitas ex parte conti
git in Iſrael: donec plenitudo gentium intra
ret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Sicut ſcri
ptum eſt: veniet ex Sion, qui eripiat & auer
tat impietatem à Iacob. Et hoc erit in fine ſe-
culi, quum auerterit dñs captiuitatem plebis
ſuæ: tunc .n. reliquiæ ſaluæ fient. lege (ſi va- Rom.9.f.
cat) Eſaiæ caput 59. & miraberis prophetici Eſai.59.d.
ſpiritus cõſonantiam. Exultabit enim Iacob,
qui diabolum ſupplantabit, & lętabitur Iſra-
el, qui videns Deũ interpretatur, in illa æter-
na requie, atq; interminabili gloria, quã ſpon
ſus eccleſiæ Chriſtus, nobis donare dignetur:
Qui cum patre & Spiritu ſancto regnat De⁹
per infinita ſeculorum ſecula Amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 13.

*DIxit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus. Corrupti & abominabiles facti ſunt omnes, atquè
malè affecti: quippe qui traditi in reprobũ ſenſum. Omnes quidè de cælo dñs ſigillatim proſpe
xit homines: & oẽs, excepto nemine, declinantes reperit à recto, ſimulq; inutiles factos: ad
malũ utiq; propenſos, ſed ad bonum tardos. tametſi quod ait oẽs (iuxta canonem Hieronymi) nõ ad to- parte 2.tra.
tum, ſed ad partẽ maximã referri poßit: quale eſt illud apud Ioannem: omnes quotquot uenerunt, fures 2. epiſt. 15.
ſunt & latrones. Eſt enim guttur eorũ uti ſepulchrum patens, fœtidum ac malè olens: lingua doloſa at- ad Dama-
què labia uenenata: os ipſum maledictione & amarulentia plenum, pedeſq; ad effundendum ſanguinem ſum, de filio
innoxium prompti, & ceruis uelociores. At illorum uiæ, funeſtis & infelicibus ſcrupis abũdantes ſunt, prodigo.
ad bella tendentes & rixas. Nec.n. uiam pacis cognouerũt, nec eſt timor Dei ante oculos eorũ: ut com Io.10.b.
peſcantur à malo. totum profectò lamentabile eſt ita: q, eorundem facinora deflens, non ſemel dixerim
(ait eccleſia) Nonne cognoſcent omnes, qui operantur iniquitatem, qui plebem meam deuorant quaſi
panis micam: q, dñs inter iuſtos habitare dignatur, & abominatur impios? fortè ſi hæc aduerterent im
pij, deſiſterent ab incepto: & ſententiam pariter mutarent & uitam, nec Spiritui ſancto reſiſterent, po
nentes obicem: & Chriſto dño inopi, pauperi, & egeno, propter homines facto. Cuius uoluntas antece 1.Thim.2.b
dens eſt: omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis peruenire. Ab ipſo utiquè Chriſto ue-
ræ ſalutis autore: prouentura eſt ſalus humana, nec.n. eſt alius, in quo nos oporteat ſaluos fieri. quis igi
tur dabit ex Siõ, ſalutare Iſrael: ut captiuitate relicta, plebs redẽpta lætetur? Profectò ſol⁹ ipſe Meßias
in lege promiſſus, qui in mundũ ueniens, redimet animas ſeruorum ſuorum. Et quum conuerterit domi-
nus captiuitatem plebis ſuæ: exultabit Iacob in tabernaculo militans: & lætabitur Iſrael, in monte ſan
cto quieſcens.*

## PSALMVS 14.

*DOmine, quis habitabit in taberna
culo tuo? aut quis requieſcet in mõ
te ſancto tuo?*

Huius pſal. titulus eſt apertiſsimus. Pſal. Da-
uid. Cùm nouerit diuinus pſaltes militiã eſſe
Iob.7.a. vitam hominis ſuper terram, cui legitime cer
2. Tim.2.a. tanti ſtipendiũ datur & annona, & poſt huius
vitæ curſum, triumphalis corona iuſtitiæ in
cælo ſeruatur: pulchrè (nec ocioſè) quærit:
quis tanto muneri idoneus erit, dicens: dñe
qs habitabit in tabernaculo ſeu tẽtorio tuo?
quis adeò fortunatus miles erit, qui ſub te du
ce viuat, tuaq; ſit cohabitatione dignus, vt
cõtubernalibus annumeretur, & cõmunioni
ſanctorum? quis deniq; tam ſtrenuus perinde
atquè beatus: niſi quem tu erudieris dñe, &
de lege tua docueris eum, vt mitiges ei à die Pſ 93.ve.12.
bus malis? quia non eſt nobis colluctatio ad-
uersùs carnem & ſanguinẽ: ſed aduersùs prin Ephe.6.b.
cipes & poteſtates, aduersùs mundi rectores
tenebrarũ harum. In qua, ſi Deus nõ inſtruat:
pro-

profectò miles ſuccumbet. Sit ipſe benedi-
Pſ.143.ve.1. ctus dñs Deus meus, qui docet manus meas
ad prælium: & digitos meos ad bellum. quæ
cùm ita ſint, & non exigui ſit muneris huiuſ-
modi habitatio, arduusque & ſublimis requi
etionis locus: da veniã (precor) ſi rogem do-
mine, quis habitabit in tabernaculo tuo, vt ſti
pendia gratiæ, & iuſtitiæ annonam accipiat
atq; vitę. Aut quis requieſcet & ſtabilem ſedẽ
habebit in monte ſancto tuo, perpetuò regna
turus? Nam ſicut ſtipendia peccati mors: Ita
Rom.6.d. gratia Dei, vita ęterna in Chriſto Ieſu ait Pau
lus. Nẽpe in tabernaculo, vita viæ: ſed in mõ-
te ſancto tuo, requies patriæ. hîc pugna, ibi
corona, hîc militia: ibi emeritæ militiæ triũ-
phus. Cuius rei gratia non habitabit, ſed pe-
regrinabitur, interpretati ſunt quidam. Cui
bipartitæ quæſtioni, ſequenti narratione eiſ-
dem propheta ſatisfacit, dicens.

2. *Qui ingreditur ſine macula: & operatur iuſtitiam.*

Is profectò (ait) qui per baptiſmum & rege
nerationis lauacrum ingreditur ſine macula
originali. Eſt enim baptiſmus ſacramentorũ
& eccleſiæ ianua. Nam tunc quis primũ Chri
ſtianæ militiæ aſſcribitur: quum veſtem illã
candidam innocẽtiæ baptiſmalis, & baltheũ
induit militarem. Et tunc operatur iuſtitiã:
quum ad annos peritię, vt ſit rationis cõpos,
peruenerit. qui ergo ſine ea (quam contraxit
macula) ingreditur, quiq; ſic incipit eſſe Chri
ſtianus, ac deinde adultus operatur iuſtitiã:
Is (nec fallor) iuſtè habitabit in tabernaculo
Chriſti. At quis operatur iuſtitiam (rogo) niſi
Mat.19. c qui mãdata Dei ſeruat? Ait quippe dñs: Si vis
ad vitam ingredi, ſerua mandata. Non ait di-
ſce, ſed ſerua. Is operatur iuſtitiam: qui dili-
Mat.22.d. git Deum ſuper omnia, & proximũ propter
Deum. In his enim duobus mandatis vniuer
ſa lex pendet & prophetę. Is enim operatur,
qui primæ & ſecundæ tabulæ, tum affirmati
ua, tum negatiua, adimplet præcepta, decli-
Pſ.33.ve.14 nans à malo & faciens bonum. Vt autem ad
ſingularia deſcendamus: ſubiungit.

3. *Qui loquitur veritatem in corde ſuo: qui non egit dolum in lingua ſua.*

Id eſt, qui rectè cogitat, & rectè loquitur.
qui verùm dicit: non quod fortuitò verũ ſit,
ſed ꝙ ita ſimplici corde verum eſſe credat.
Nam ſtat verum dicere, ſed non verè: vti bo-
num agere, ſed non benè. Profectò verè lo-
quitur, qui etſi falſum dicat, non tamen inten
tione fallendi. Credit enim illud eſſe verum.
ſicut falsè, qui etſi verum dixerit, dixit vt fal
lat, credens illud eſſe falſum. Vt ergo triplicẽ
fallendi modum erga proximũ oſtendat, cor
de. ſ. ore, & opere: his non ineptè vtitur ver-
bis: qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui
non egit dolum in lingua ſua, nec fecit proxi
mo ſuo malum. Is vtiq; eccleſiam Dei ingre-
ditur ſine macula: & operatur iuſtitiam. de
qua triplici veritate, fallentię oppoſita: apo-
ſtolus Thimoteo ſuo ait: hæc tibi ſcribo fili 1.Tim.3.d.
Thimotee, vt ſcias quomodo oporteat te in
domo Dei conuerſari: quæ eſt eccleſia Dei
viui, columna & firmamentũ veritatis. Seq.

*Nec fecit proximo ſuo malum: & opprobriũ non accepit aduerſus proximos ſuos.* 4.

Audi quid de non lędendo proximo dicat.
Magna quidẽ iuſtitiæ pars eſt, ſi non lęſeris
corde, ore, aut opere: aut vllum feceris illiq;
intuleris nocumentũ: At verò non exigua: ſi
non libenter & voluptuosè audieris proxi-
mo detrahẽtes. hoc enim eſt quod ait: aduer-
ſus proximos ſuos. Nempe tum non accipit:
quum verbis & nutibus ac ipſo geſtu corpo-
ris, indicat ſibi id non eſſe acceptum: quin re
fugit potiùs, & à detractione auditum auer-
tit: Non ſecùs, ac ſi coruum auditat crocitan
tem. Sepi aures tuas ſpinis (ait ſapiens) idq; vt Ecc.28.d.
compunctus fugiat criminator impoſtorq;.
Nec enim auribus tuis iterum nutrire aude- mutire
bit: ſi hoc tibi viderit non eſſe gratum. ꝙ ſi
vel inuiſtus audias: temerè noli credere, cri-
minãti. Et tũc iuſtitiã operaberis: ſi de proxi
mo nõ credas, quod de te (vel vngue trãſuer
ſo) noles ab alio ſuſpicari. Scriptũ eſt enim: vi Iob.5.d.
ſitans ſpeciem tuam, non peccabis. Nam ex te
ipſo diſces: qualẽ te debeas erga proximum
tibi ſimilem exhibere. Sequit.

*Ad nihilũ deductus eſt in conſpectu eius malignus: timẽtes autem dñm glorificat.* 5.

Hoc eſt dictu: malum odit, & bonum dili-
git, qui ſine macula & operatus iuſtitiam, ſa-
tagit introire. quippe qui malignum rumige
rulum, ac pernicioſum detractorẽ nihilipen
dit: timentes autem dominum probat & lau
dat. Audiant hæc magnates, quo maledicos
abigere, & probos ad ſe viros atq; nulli nocẽ
tes, diſcant honorare: dum illorum virus ab-
ominantur, & horum virtutẽ tum laudibus,
tum muneribus fouent. Illos peſtiferos abij-
cientes à grege: hos verò innocuos ad ſe con
uocantes, & digna eorum communione gau-
dentes. huius rei gratia centeſimũ pſalmum
lege ac perlege totum. Iam audi aliud.

*Qui iurat proximo ſuo, et nõ decipit, qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram: & munera ſuper innocentem non accepit.* 6.





Is tabernaculum militiæ huius dignè habi-
tabit, & requieſcet in monte triumphans: qui
promiſſum proximo vel debitum reddit, ca-
uens omni conatu, ne deceptio vlla interce-
dat, quiq; miſeretur & commodat, nihil ex-
pectans, accipiensvè vltra ſortem. qui demũ
munera ſuper innocentem, non accepit: vt no
centi patrocinetur iniquè, aut iniuſtè iudicet
innocentem. Sequit totius rei concluſio.

7. *Qui facit hæc: non mouebitur in æternũ.*

Qui facit hæc) inqt) quę recẽſuimus, vt ingre
diatur ſine macula, & iuſtitiã operetur, red-
dens quæ Dei ſunt Deo, quæ verò proximi Mat.22.c.
ſunt proximo: ita ꝙ perſonæ, famæ, atq; ſub-
ſtantiæ illius non ledat: is (haud dubium) ha- noceat
bitabit dignè cõuerſatus in tabernaculo Dei:
& peracta militia, requieſcet in monte ſan-
cto eius. Nec cõmouebitur vllo impetu aut
impulſu in æternum: quin perpetuò cũ Chri
ſto duce regnabit, in cęleſti & glorioſo mon
te triumphans. cui ſit gloria per infinita ſecu
lorum ſecula. Amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 14.

*DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Quis (obſecro ait pſaltes) his duobus idoneus, ut commilitonum aggregetur conſortio: ac ſupernorum ciuium perpetuò triumphantium, grata, ſecura atque perpetua gaudeat communione? ſatisfactio eſt in promptu: Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. qui. ſ. per baptiſmalem innocentiam, ſanctam eccleſiam intrat: deinde iuſtè operatur, qui rectas cogitationes in corde ſuo diſponit. Non dolosè loquitur, nec facit proximo ſuo malum: & opprobium non accepit aduersùs proximos ſuos, auditum præbens gratum, proximo ſuo detrahenti: quin nihilifacit potius detractores: timentes autẽ dominum glorificat. qui denique iurat proximo ſuo, & nõ decipit, quiq; pecuniam ſuam non dedit ad uſuram: & munera non accepit, ut iniquè damnet inſontem. Qui facit hæc (inquit) & in eccleſia Dei dignè conuerſatus habitabit: & in ea, quæ ſurſum eſt, requieſcet ſine timore cadendi. Non enim mouebitur in æternum. At in his omnibus exequendis: potentiſſima Dei manu & gratia cooperante, atq; in bono conſeruante: ipſaq; oratione aſſidua, opus eſt.*

## PSALMVS 15.

*COnſerua me dñe, quoniam ſperaui in te, dixi domino, Deus meus es tu: quoniam bonorũ meorum nõ eges.*

Cui huiuſmodi titulus eſt: tituli inſcriptio
ipſi Dauid. tituli huius nouitas: & præceſſo-
ribus & nobis, inquirendi præbuit occaſio-
nem. Nec. n. alium huiuſmodi annotatione ha
ctenus reperimus pſalmũ, vſq; ad .5.6.7.8.9.
ſupra quinquageſimum, in quibus omnibus
agitur de Chriſti paſsione. Dauid vtiq; con-
ſtitutus eſt rex à Deo ſuper Iſrael: & Chri-
Pſ.2. ve.6. ſtus dñs manufortis de ſe ait: ego autem con
ſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montẽ ſan-
ctum eius. Ab eo (inquã) qui dixit ad me: fili-
us meus es tu, ego hodie genui te. Pro hoc
igitur titulo regio, quem Pilatus etiam ſcri-
pſit, & poſuit ſuper crucem Chriſti, quaſi ſu-
per triumphalem arcum, rex ipſe Dauid edi-
dit hunc pſalmum, quẽ tituli inſcriptionem
ipſi Dauid figurato nuncupauit. Erat autem
Io.19.c. ſcriptum (ait Euangeliſta) hebraicè, grecè, &
latinè: Ieſus Nazarenus rex Iudeorum. Præ-
uiderat quippe in ſpiritu diuinus vates, hunc
titulum inſcribendũ, Iudeoſque egrè ferẽtes
atque dicentes: Noli ſcribere Rex Iudeorũ,
ſed quia ipſe dixit: rex ſum Iudeorum. Indu-
cit ergo pſaltes Chriſtum pro huius tituli ac
regiæ dignitatis conſeruatione, ex infirmita-
tẽ carnis ad patrem orantem dicentemque:
cõſerua me dñe &c. & exauditus eſt ꝓ ſua re Heb.5.b.
uerentia. Reſpondit enim Pilatus: quod ſcri-
pſi, ſcripſi. Porro ſcripſerat nutu Dei pręſes:
quemadmodum Cayphas ille, qui cùm eſſet Io.11.f.
pontifex anni illius prophetauit (non quidẽ
à ſeipſo) quia Ieſus moriturus erat pro gen-
te, & non tantùm pro gẽte, ſed vt filios Dei,
qui erant diſperſi, congregaret in vnum. At-
quì dñs Ieſus Iudeis adeò infenſus erat, no-
menque illius exoſſum: vt nixi ſint ipſum de
terra delere. ſed aliter actum eſt, ſic diſponen
te Deo. Nam per paſsionem & Chriſti mor-
tem, non eſt Chriſti regnum infirmatum, ſed
confirmatum, & nomen eius exaltatum, prę
dicatum, diffuſumque per orbem. Et velint
nolint Iudei, rex eſt dñs Ieſus, cui dedit dñs Luc.1.c.
ſedem Dauid patris eius, & regnabit in do-
mo Iacob in æternum, & regni eius non erit
finis. Nec enim de alio quopiã quàm de Chri
ſto Ieſu: titulus hic & pſalmus veniunt intel
ligendi, quandoquidem Petrus ipſe Apoſto-
lorum vertex Spiritu ſancto repletus, expo-
nit, dicens: Dauid enim dicit in eum: proui- Act.2.c.
debã dñm in cõſpectu meo ſemper, & quod
vſque ad finem pſalmi ſequitur: de Chriſti re
ſurrectione & aſcenſione agens. orat ergo
Chriſtus ad patrem, vt ſe verum hominem
oſtendat, doceatque ſimul, nihil agendum fo
re, niſi oratione præuia, vt hoc noſtri ſit ope
ris initium, & bonæ actionis exordiũ. Et dũ

m myſterium redemptionis, ac negocium init
humanæ ſalutis, ait: conſerua me dñe, quoniã
ſperaui in te. *Si in Chriſto* formã ſerui atten-
das: nihil miraberis, ꝙ deprecetur patrem, ꝙ
in eum ſpẽ ſuæ reſurrectionis figat, totiusq́;
boni ſucceſſum: ꝙ deniq; illum Deum ſuum
vocet, qui bonorũ ſuorum non egeat. Rur-
ſusq́ue, ſi Chriſtum perpendas myſticũ habe-
re corpus, quod eſt eccleſia, cuius ipſe eſt ca-
put, cæteri verò membra: miraberis minus,
ꝙ membrorum cauſam agens, atque eorun-
dem perſonam induens, hæc & ſimilia loqua
Pſ. 21. ve. 1. tur, qui in cruce pendens ait: longè à ſalute
mea verba delictorum meorũ, & de cælo lo
Act. 9. a. quens: Saule Saule quid me perſequeris? Et
Ioan. 3. b. nemo aſcendit in cælum niſi qui deſcẽdit de
cælo: filius hominis, qui eſt in cælo. atq; hu-
ius farinæ alia, ſicuti nũc etiam: Conſerua me
domine, quoniã ſperaui in te. Nec ſecus (dũ
eſſet paſsioni proximus) huic ſimilem noui-
Io. 17. b. mus dixiſſe ſermonem. pater (inquit) ſancte,
ſerua eos in nomine tuo. Et iterum, non ro-
go vt tollas eos de mundo: ſed vt ſerues eos
à malo. Conſerua eos, quoniã tuo egent adiu
mento, vtì creaturæ creatore conſeruante,
ne pereant. & ſit motrix cauſa: quia in te vno
ſpes tota fixa eſt, qui Deus es, & ſummè bo-
nus, adeoq́ue diues; vt nullius egeas. tu quidẽ
à nullo: omnia verò à te in eſſe & conſeruari
dependẽt. Cuius rei gratia dixi: quoniam bo-
norum meorũ non eges. porro ſi iuſtè egeris
Iob. 35. b. (Heliu ait ad Iob) quid donabis ei: aut quid
de manu tua accipiet? Sequit.

2. *Sanctis, qui ſunt in terra eius: mirificauit
omnes voluntates meas in eis.*

Siue mirificauit in tertia perſona dicat, ſiue
(vt quidem tranſtulerunt) mirificaui in pri-
ma: vtrunque conſonat. Lapſus eſt homo: &
ſtatim hoc nobis collatũ eſt beneficium, ꝙ
ſcripto aduentus medici reuelatur: vt per pa
tientiã & conſolationẽ ſcripturarũ, ſpem ſa-
lutis habeamus. Nã ſanctis ſuis & electis, qui
ſunt in terra, per patriarchas & prophetas,
dñs (velutì quodam præconio) aduentũ filij
ſui in mundum, eiusq́; mirificas voluit inno-
teſcere voluntates. videlicet ꝙ propter nos
homines & propter noſtram ſalutem deſcen-
ſurus eſſet de cælo, futurus homo, qui condo
lere poſsit his, qui ignorant & errant. Quo-
niam ipſe circundatus eſt infirmitate (ait apo
Heb. 5. a. ſtolus) qui etiam poſsit compati infirmitati-
bus noſtris, moriens vtiq; in homine, vt vi-
uat homo: & à mortuis reſurgens, atque in
cælum aſcendens: quo reſurgendi nobis ſpẽ
tribuat atq; in cælũ aſcendendi. Nempe iſtæ
potiores voluntates Chriſti fuerũt, quas pa-
ter ſanctis & electis in terra degentibus miri
ficauit: quo infirmorũ affectũ magis erga me
dicum excitaret, & ſpem ſalutis erigeret ac
ſolidaret. Sequit.

*Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: 3.
poſteà accelerauerunt.*

Anima ſimul & corpore infirmabantur ho-
mines, & vndiq; mala premebant: ita, ꝙ ini-
quitates ſupergreſſæ ſunt caput, & ſuper onꝰ Pſ. 37. ve. 4.
graue grauatæ: & putruerunt & corruptæ
ſunt cicatrices. Nec aliæ hinc inde (poſt ho-
minis lapſum, & ante aduentũ Chriſti) quã vo
ces illæ querulę reſonabãt: miſerere mei dñe,
quoniã infirmus ſum, ſana me dñe qm con-
turbata ſunt oſſa mea. circundederũt me ma Pſ. 39. v. 16
la quorũ nõ eſt numerus: cõprehenderũt me
iniquitates meæ, & nõ potui vt viderẽ. Mul
tiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei, &
cor meum dereliquit me, atq; id genus aliæ.
Erant enim euſq; multiplicatæ humani gene
ris infirmitates: vt omne eſſet caput langui- Eſa. 1. b.
dũ, & omne cor merẽs. à planta pedis vſq; ad
verticẽ, nõ erat in eo ſanitas. vulnus & liuor,
& plaga tumẽs: nõ circũligata neque curata
medicamine, neq; fota oleo. At tu dñe, qui iá
illi decreueras opẽ ferre, ſuper lectũ doloris Pſ. 40. ve. 3.
eius, vniuerſum ſtratũ eius verſaſti in infirmi
tate eius: vt te verũ medicũ, egrotus quære-
ret homo. Id quidẽ homini, multiplicata in-
firmitas attulit ſanitatis: ꝙ relictis ſceleribus
celerẽ ac ſedulũ fecit illũ ad feruentius & ef-
ficatius operandũ. Et dũ ſic magis humilia-
tur: maiorem conſequit gratiam. vexatio eñ
præbuit intellectũ. Multiplicatæ ſunt vtique
hominũ infirmitates: eorũ. ſ. qui ad Deũ alie-
num accelerauerũt: & poſtea accelerauerunt
vt quærerẽt verũ ſalutis autorẽ, qui erãt de
numero ſaluandorũ, relictis ydolis, ipſisq́; fi
ctitijs ac falſis dijs, quibus ante de humano
ſanguine libamina offerebant. Sequit.

*Non congregabo conuenticula eorum de 4.
de ſanguinibus: nec memor ero nominum
eorum per labia mea.*

Vel vt alij in ydolorũ deteſtationẽ tranſtu-
lerũt: nõ libabo libamina eorũ de ſanguinibꝰ,
nec memor ero &c. Nil mihi cũ illis cõmu-
ne. His verbis duplicẽ poteris adaptare ſen-
ſum. ſit prior: nõ aggregabo cõuenticula pec-
catorũ & perditorũ hominũ (qui in peccatis
ſuis obſtinati morientur) vt eccleſiã conſtitu
ſam ex eis: quandoquidẽ ij proprio ſcripturę
ydiomate viri ſanguinũ appellantur. quibus
alibi iſdẽ propheta dicit: viri ſanguinũ decli- Pſ. 138. v. 18.
nate à me, quia dicitis in cogitatiõe: accipiãt
in va-



in vanitate ciuitates ſuas. quã ob rem nõ ho
rum cõuenticula cõgregabit dñs, vt ſuam ſan
ctam edificet, ciuitatẽ ipſamq́ue cõpleat ha-
bitatore digno. Sunt alij futuri ciues & do-
Io. 1. b. meſtici Dei, quibus dedit poteſtatem filios
Dei fieri, qui credunt in nomine eius, qui nõ
ex ſanguinibus nec ex voluntate carnis, nec
ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. hos
vtiq; in vnius fidei confeſsione, & charitatis
coagulo congregabit. de alijs verò obſtina-
tiſſ ait: nec memor ero nominũ eorũ per la-
bia mea. Cognouit quidem dñs qui ſunt eius
2. Thi. 2. c. (dicit apoſtolus) & ſciẽtia approbationis no
Rom. 8. f. uit electos: qui ſecundùm propoſitũ vocati
ſunt ſancti. Contra verò, ſe neſcire reprobos
Mat. 7. d. profitetur dicens: non noui vos, neſcio vos,
Mat. 25. b. nec memor ero nominum per labia mea. Ad
Exo. 33. d. Moyſem autẽ, inueniſti gratiã (ait) corã me,
& teipſum noui ex nomine. ꝙ ſi mauis iã aliũ
accipe ſenſum. Nõ congregabo (inquit) con-
uenticula eorum de ſanguinibus. congregabo
quidẽ in vnum, quos diſperſos inuenero, &
ſerpentũ morſibus ſauciatos, vt celeri redem
ptione coeãt, qui multiplicatis infirmitatibꝰ
poſteà accelerauerũt, vnũ Deum quærẽtes,
à quo medicinã peterent congruentẽ: id tamẽ
non de ſanguinibus pecorũ, ſed de agni im-
maculati ſanguine fiet. Chriſtus enim (vt Pau
Heb. 9. d. lus ait) nec per ſanguinẽ hircorũ, aut vitulo-
rum, ſed per propriũ ſanguinem introiuit ſe-
mel in ſancta, æterna redẽptione inuenta. Ait
ergo: non de ſanguinibus animaliũ, ſed de ꝓ-
prio ſanguine, populos (vt congregẽ) expia
bo. Tantũ abeſt, vt hoc effuſo cruore, aliorũ
animaliũ ſanguines ſint in cõſideratione, vt
placetur Deus: ꝙ nec memor ero nominum
eorũ per labia mea. Nẽpe illa omnia legalia
ſacrificia, & holocauſta, hoc effluxo ſangui-
ne, abſorta ſunt & antiquata. Audi iam (obſe-
cro) dñm per os Dauid Iſraeli conteſtantem
Pſ. 49. ve. 9. illiq́; dicentẽ: non in ſacrificijs tuis arguã te.
holocauſta autẽ tua in conſpectu meo ſunt
ſemper. Illa vtiq; negatio principio appoſita
totũ deſtruit, vt ſit ſenſus: nec holocauſta tua
in cõſpectu meo ſunt ſemper, nõ accipiam de
domo tua vitulos, nec de gregibus tuis hir-
cos. ſed quid terimus tẽpus? Audi quid per E-
Eſa. 1. d. ſaiam dicat: quo mihi multitudinẽ victimarũ
veſtrarũ dicit dñs? plenus ſum: holocauſta a-
rietũ, & adipẽ pinguiũ, & ſanguinẽ vitulorũ,
& agnorũ, & hircorũ, nolui. Rectè ergo ait:
nõ congregabo cõuenticula eorũ de ſangui
nibus. Sic enim ſacroſancta canit eccleſia:
cõmunione calicis, quo Deus ipſe ſumitur,
nõ vitulorũ ſanguine congregauit nos dñs.
Rectè etiã ſubiungit: nec memor ero nomi-
nũ eorum per labia mea. labia Chriſti, apo-
ſtoli & apoſtolici prædicatores ſunt, qui ab
vltimo illo crucifixi verbo, conſummatũ eſt,
& ab eius aperto latere, ac precioſo ſanguine
fuſo, nõ amplius memores fuerũt nominum
illorũ ſanguinũ legalium. Erant enim tunc in
utiles: & proceſſu temporis ad ſacrificiũ per
nicioſi. præuiderat vtiq; hoc tẽpus in ſpiritu
Eſaiàs dicens: qui immolat bouẽ, quaſi qui in Eſa. 66. a.
terficiat virũ: qui mactat pecus, quaſi qui ex-
cerebret canẽ &c. horũ quippe ſanguinũ plu
ralẽ numerum, vt lingua ipſa latina, ſic abor-
ret Chriſtiana fides: quæ vnũ duntaxat Chri-
ſti ſanguinẽ ſingularem prædicat, perinde ac
ſufficientem, & omnibus neceſſarium.

*Dominus pars hæreditatis meæ, & cali- 5.
cis mei: tu es, qui reſtitues hæreditatem
meam mihi.*

Obſcurus eſt pſalm. & ſubtiliorẽ expoſcit
indaginẽ. Cùm ergo nõ inſipiẽter dixerit qui
dam: ignorãtes verborũ ſignificantias, facilè
paralogizãtur: operępreciũ erit, verba prius
explicemꝰ, ne ſimus in ambiguo. Dñs quidẽ,
Deus ipſe eſt. pars autẽ, premiũ, & quæ cuiq́;
obuenit portio lucri. hæreditas, eccleſia eſt,
quã ſibi Chriſtus acquiſiuit, & precio ſangui
nis mercatus eſt. calix verò, paſsio. funes, ſor
tes ſunt, ꝙ funibus diuiſio fiat. præclara etiã
dicunt, quæ obtigerunt in ſortibus potiora.
Intellectus, experimẽtalis cognitio eſt. nox,
mors ipſa. renes, portio hominis inferior in
firmiorq́ue. increpatio autẽ vexãs, homini e-
ruditio eſt. his vtcunque prælibatis: audi nũc
Chriſtũ dñm, & paſsionis ſuæ fructũ vltima-
tũ, cauſasq́; ſimul efficientẽ & finalẽ explican
tẽ. dicat ergo Chriſtus, qui nõ ſanguinibus pe
corũ, ſed ꝓprio ſanguine cõgregauit eccle-
ſiã, quod eccleſię ſuę, quodvè ſibiipſi, obuene
rit ex morte lucrũ. nẽpe calice paſsionis ſuę,
& illi gratiã & gloriã: & ſibiipſi corporis re-
ſurrectionẽ, nominis exaltationẽ, ac propriæ
hæreditatis promeruit dilatationẽ. Deus er-
go portio eſt hæreditatis Chriſti, ipſam bea-
tificãs, iuxta illud pſal. clamaui ad te dñe, di- Pſ. 141. ve. 7.
xi: tu es ſpes mea, portio mea in terra viuen-
tium. Eſtq́; (vtì diximus) calicis Chriſti pars.
atqui vtrunquè habuit à patre Chriſtus, hære
ditatẽ, de qua pater filiũ alloquutus ait: poſtu Pſ. 2. ve. 8.
la à me & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã: &
calicẽ, de quo Chriſtus: calicẽ, quẽ dedit mihi Io. 18. b.
pater, nõ vis vt bibã illum? Iure igitur ait dñs:
pars hæreditatis meæ & calicis mei. quippe
qui calice paſsionis: eccleſiæ ſuæ & ſibiipſi,
quæ diximus acquiſiuit. pater enim ęternus,
filij hominis & eccleſiæ ſuæ (exaltans caput


ſimul

ſimul &membra)curã geſſit,iuxta illud Chri
Io.8.g. ſti:ego non quæro gloriã meam,eſt qui quæ-
rat & iudicet. dicat etiam patri Chriſtus : tu
es qui reſtitues hæreditatem meam mihi,poſ
ſeſsionem.ſ.hæreditatis: quam princeps hu-
ius ſeculi iam tyrannicè vſurparat. Sequit.

6. *Funes ceciderunt mihi in præclaris : ete-
nim hæreditas mea præclara eſt mihi.*

Subiungit etiam filius: ꝙ ſi filius, & hæres
Gal.4.a. (ait apoſtolus)hunc enim conſtituit hæredẽ
Heb.1.a. vniuerſorum,per quem fecit & ſecula.Et ec-
Pſ.126.v.4. ce hæreditas domini filij merces fructus ven
tris.in funiculo diſtributionis (ait) potiora
mihi obuenerunt in hæreditatẽ:etenim hære
ditas mea præclara eſt mihi. pulchra enim
Cant.6.a. eſt,ſuauis & decora eccleſia Chriſti: de qua
plura dicta reperies in canticis Salomonis.
ſed quid mirum domine Ieſu , ſi præclara ſit
pſ.22.ve.7. tibi hæreditas:cùm calix ille tuus inebrians,
quàm præclarus ſit : quo præclaram acquiſi-
ſti hæreditatem? Sequit.

7. *Benedicam dominum,qui tribuit mihi in-
tellectum : inſuper & vſque ad noctem
increpuerunt me renes mei.*

Quàm acerbiſsima fuerit paſsio Chriſti: vel
Eſai.53.a. his quæ Eſaias prænunciauit,tibi conſidera-
re licebit.Non eſt(inquit)ſpecies ei neq; de-
cor:& vidimus eum,& nõ erat aſpectus. Et
deſiderauimus eum deſpectũ,ac nouiſsimum
virorum,virum dolorũ & ſcientem infirmi-
tatem:& quaſi abſconditus vultus eius & de
ſpectus,vnde nec reputauimus eum.Lege to-
tum caput ,eſt enim animæ ſolacium. At in
paſsione poſitus,qui totius patientiæ ſpeci-
men eſt Chriſtus:benedicit Deum, qui(tor-
mentis vſque ad mortem increbreſcentibus)
illi tribuit intellectũ,ſcientiã.ſ.experimenta
lem.Et quidem cùm eſſet filius Dei(ait apo-
Heb.5.b. ſtolus)didicit ex his quæ paſſus eſt, obedien
tiam.quippe & ipſæ obedientiæ bonum no
uerat ab æterno:cùm ſit omniſcius,cui obe-
diunt omnia: ſed experimento tunc didicit,
quum iam expertus vir ipſe dolorum, humi
liauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad
mortem. quo etiam modo illud euangelij
Luc.2.g. verbum venit intelligendum : Ieſus proficie-
bat ſapientia, & ætate,& gratia, apud Deum
& homines. vel ſi mauis , gratias agit patri:
ꝙ inter anguſtias , nuſquã ratio ſit abſorta.
Ait ergo : benedicam dominum, qui tribuit
mihi intellectum:inſuper & per noctes eru-
dierunt me renes mei, vt alia litera habet.Nã
etſi me inuaſerint dolores mortis, inſuper &
vſque ad mortem(quæ nox corporis eſt)in-
crepuerint me renes mei,ita ꝙ animæ portio
inferior , triſtis ſit , inſuper & caro infirma Luc.22.e.
mortem refugere ſit viſa,dum dixi: pater (ſi
vis)transfer calicem iſtum à me. In his tamẽ
omnibus,intellectus affuit rectè iudicans, &
voluntas tibi æterno patri conformis. Spiri-
tus(inquàm)promptus, & mortem ipſam li-
benter acceptans,dicenſque: veruntamen nõ
mea voluntas,ſed tua fiat.

*Prouidebam dominum in conſpectu meo* 8.
*ſemper : quoniam à dextris eſt mihi , ne
commouear.*

Erat Chriſtus Dei & hominis filius, ab in
ſtanti conceptionis ſuæ beatus. & animæ il-
lius ſuperior portio: ſemper fruebatur ver-
bo,cui hipoſtaticè erat vnita.&hoc eſt quod
ait:prouidebam(inquã)dum ſemper clarè vi
debam, quoniam à dextris eſt mihi ne com-
mouear.Porro à dextris eſt pater filio: vt fi-
lius patri.æquales ſunt etenim. nec commo-
ueri poterat faſciculus ille mirrhæ mortali- Cant.1.d.
tatis noſtræ,miro nexu, atque vnionis vincu
lo,verbo ęterno colligatus:ne impatiens eſ-
ſet,& diuinæ voluntati difformis,quia illi do
minus ſemper à dextris erat. quin lętabatur
potiùs,myſterium redemptionis adimplens.
quod vtique ſubiungit dicens:

*Propter hoc lætatum eſt cor meum, & ex* 9.
*ultauit lingua mea:inſuper & caro mea
requieſcet in ſpe.*

Propter hoc(inquit)ꝙ prouidebam ſeu pręfigebam dominũ, qui mihi ſemper à dextris
erat,non ſum commotus in ſiniſtrum,vt ad
partem alteram diſpoſitioni tuæ contrariam
declinarem:quin legem tuam volui potius,
& tibi obtemperans, inter mortis anguſtias,
lætatum eſt cor meũ,& pectus ipſum lancea
transfixum.Et exultauit lingua mea,quę de-
guſtauerat acetum:inſuper & caro mea, quę
cruci affixa, tot pertulit dolores; requieſcet
ſepulta in ſpe glorioſæ reſurrectionis.Ita pa-
ter:vt ęquo iure dicere poſsim:ſecundũ mul
titudinem dolorũ meorũ in corde meo, con Pſ.93.ve.19.
ſolationes tuæ lætificauerunt animã meam,
in ſpe dixi:

*Quoniam non derelinques animam meã* 10.
*in inferno:nec dabis ſanctum tuum videre
corruptionem.*

Hæc lætitię cauſa, & propter hoc lætatum
eſt cor meum:quoniam non derelinques ani
mam meam in limbo patrum detinendam,in
quem diuinitati vnita deſcendet,ſancto reli-
cto corpore in ſepulchro. nec ſanctum hoc
corpus ſic terræ dabis; vt videat corruptio-
nem.quippe qui(vtì dixi) deſcendam ad in-
feros,



feros,ſed vt prædator, non vt præda:vt inua
ſor,nõ vt reus. Nec patieris ſanctum corpus
incinerari:quinimo vnitum animæ reſurget
in gloria, de morte triumphans:quod aſcen-
dens in cælum , ad dexteram tuam colloca-
bis. Sequit.

11. *Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis
me lætitia cum vultu tuo : delectationes
in dextera tua, vſque in finem.*

Hoc eſt dictu:me rediuiuum à mortuis ſu-
ſcitaſti, non vlterius moriturũ. Et quem ex
diſpenſatione,ad redemptionis humanæ my
ſterium peragendum , paſsibilem ac triſta-
bilem conſtitueras & mortalem:iam vtique
reſurgentẽ,adimplebis me lætitia, efficieſq;
omni ex parte lætum,gloria in corpus redun
dante.demumq;tu , qui à dextris es mihi ne
commouear,me ad dexteram maieſtatis tuę
conſedere facies in excelſis, vbi ſempiternæ
delectationes ſunt , eruntque in æternum,
abſque vlla amaritudinis admixtione. vel ſi
magis placet,ſint hæc hæreditatis Chriſti &
eccleſiæ ſanctæ verba,quæ vbi præmiſſa om
nia contemplata eſt, ad ſponſum ſuum con-
uerſa dicat:notas mihi feciſti vias vitæ.Ecce
à te didici manſuetudinẽ,humilitatẽ,patien-
tiam,obedientiam,cæteraſque virtutes: quæ
vię ſunt ad vitam . didici etiam illam paſ-
ſionem tormentorũ & ignominiæ,quę arcta
eſt:ſed ducit ad vitam.hac vtique te vel affe
ctu ſequar,ꝙ hac fueris ingreſſus Ieſu bone,
teque audiuerim dicentẽ:oportuit pati Chri Luc.24.d.
ſtum,& ita intrare in gloriã ſuam.has igitur,
quas notas mihi feciſti vias,te ductore per-
curram:vt vitam habeam,& abundantius ha- Io.10.c.
beam:vbi gaudium meum plenum erit, cum
glorioſa vultus tui intuitione , ac beatifica
fruitione,nihilq; moleſtum, vt in ſiniſtra:ſed
delectationes erunt ſine fine in dextera tua,
qua amplexaberis me:q. viuis & regnas De⁹, Can.2.a.
per infinita ſeculorum ſecula, Amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 15.

*Conſerua domine quoniam ſperaui in te.uerba Chriſti ſunt,ad patrem orantis:& uti ca
put,membrorum cauſam agentis. cautè tamen ſequentia, nunc ipſi, nunc membris ada-
ptare licebit.Conſerua(inquit modo longè à te ante præuiſo,atq; hominibus reuelato)
me hominem,ex lapſu primo,corruptioni obnoxium:qui te in Deum meũ agnoſco,nul-
lius egentem,ſed bona omnia continentem.Aduerte tu homo(ait Chriſtus)qui me ex diſ
penſatione carnis,hiſce uerbis orantem audis:q. id me acturum unà cum patre decreui, dominuſq; ſan-
ctis, qui ſunt in terra eius,huiuſmodi uoluntates meas, per prophetas ſuos, mirificè innoteſcere uoluit:
ut ſpe uiuerent obtinendæ ſalutis.hinc eſt,q. infirmantes quandoque clamauerunt ad dñm. at multipli-
catæ ſunt infirmitates eorum:& poſtea accelerauerunt ut me quærerent cæleſtem medicum , ſalutem
operaturũ in medio terræ.ueni tandem,& ſalutem attuli mundo,miracula feci,euangelium condidi,uo
caui gentes ut eccleſiam conſtruam & congregem diſperſos in unum. ueruntamen non congregabo con
uenticula eorum de ſanguinibus: non de obſtinatis hominibus,ſed prædeſtinatis ad regnum. Non etiã
per ſanguinem hircorum;uitulorum,aliorumuè animantium:ſed per proprium ſanguinem.hos enim(ſi
dixerim)oblatos ſanguines,atq; illos obduratos homines:nõ noui ex nomine,ſciẽtia approbationis:quin
reprobaui potius.Et eccleſiam eusque dilexi:ut bibam calicem,quem dedit mihi pater,pro ea,quam ad
me aſciui hæreditate.& utriq;,mihi ſcilicet & hæreditati,hoc lucrum obueniet.Dominus pars hæredi-
tatis meæ,& calicis mei:quippe qui promeritam corporis reſurrectionem,nominis exaltationem,eccle
ſiæ dilatationem,atque ipſam denique reſtituet hæreditatem,ipſiq; gratiam donabit & gloriam.funes
utique ceciderunt mihi in præclaris,uti primogenito in multis fratribus. Etenim hæreditas mea præ- Rom.8.f.
clara eſt mihi,ac tota pulchra.Ecce inter acerbiſſimos dolores , qui me inuaſerunt uſque ad mortem,
quam noctem nunc libuit appellare,intellectus ſemper affuit omnis turbationis expers. nam prouidebã
dominum in conſpectu meo ſemper,cui humanitas ipſa coniuncta erat:quoniã à dextris eſt mihi,ne com
mouear.propter hoc lætatum eſt cor meum,exultauit lingua,& caro requieſcet in ſpe reſurrectionis:
quoniam non derelinques animam ad inferos deſcendentem,nec corpus incinerari permittes Deus:ſed
me totum caput.ſ.& membra,à mortuis reſurgentem,atque in cælum aſcendentem, adimplebis lætitia
cum uultu tuo:delectationes enim ſunt in dextera tua,uſq; in finem.huius rei gratia, eccleſia cũ ſuo ca
pite Chriſto,diffuſius in ſequentibus orat.*

## PSALMVS 16.

*EXaudi domine iuſtitiam meam:
intende deprecationem meam.*

Huius pſal. titulus eſt: oratio Da-
uid.Porro aliquot legimus pſalmos hoc ti-
tulo prænotatos,quorum primus eſt, quem
ob oculos ponimus elucidandum, vbi totus
orat Chriſtus caput.ſ. & membra eius. Et
primo iuſtitiam ſuam exaudiri petit:quia iu
ſtum iuſtè petit,eò ꝙ in nomine iuſti, cuius

iuſtitiam membra ſibi vendicant, vt ipſe ſibi
Pſ. 21. ve. 1. membrorum delicta dicens: longè à ſalute
2. mea verba delictorum meorum. Sequit̃.

*Auribus percipe orationem meam: non in labijs doloſis.*

Doloſa quidem labia orantis ſunt, quæ pro
ferunt fallentia ſigna. Nam voces & ſcriptu-
ræ (vt ait quidam) ſunt earum quæ ſunt in ani
ma paſsionum notæ. ſi ergo non ſit in animo,
quod labijs profertur oſtenditurq́ue, profe-
ctò doloſa dicetur oratio. Signant enim in-
terdum labia, quòd intus ſit eleuatio mentis
in Deum: cùm nihil minus. Sequit̃.

3. *De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitatem.*

Sit hæc orationis noſtræ regula, vt id peta-
mus, quod nouerit dominus ſaluti noſtræ ma
gis profuturum. nec in petendo, noſtro vel
iudicio vel arbitrio fidamus: niſi quatenus di
uino innitatur. nam quid oremus ſicut opor
Rom. 8. c. tet, neſcimus, ait Paulus. Ipſe enim quid no-
bis expediat nouit melius: qui nec falli nec
fallere poteſt. dicat igitur qui rectè orat: de
vultu tuo iudicium meum prodeat: tu illu-
mina, vt rectè iudicem quid petere debeam.
idq́ue petam, quod propriè ſit conuenientius
ſaluti: & tuæ conformius volũtati. Aut ſi ma
uis: petit, ne in ſe operante oculi domini pra
ua, ſed recta conſpiciant: hoc autem membro
rum nomine. Sequit̃.

4. *Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.*

Quis ſic (obſecro) mundum gloriabitur ha-
bere cor, vt hæc dicere auſus ſit, niſi domin⁹
Ieſus Chriſtus, qui in paſsionis ſuæ nocte,
tormentorum igne examinatus, velut aurum
igne probatum, omnis iniquitatis inuentus
eſt expers? deinde martyres poſt eum, qui la-
uerunt ſtolas ſuas in ſanguine agni. demũq́ue
eccleſia ſancta, quam ipſe lauit in ſanguine
ſuo: quum ſeipſum tradidit pro ea (iuxta ver
Ephe. 5. e. bum apoſtoli) vt illam ſanctificaret, mundãs
eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhibe-
ret ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non haben-
tem maculam nec rugam &c. Iure quidẽ hæc
dicere poteſt (quod alij verterunt) non eſt in
uentũ quod cogitaui diſcrepaſſe ab ore meo.
tu me (inquit) viſitaſti nocte, dum ſecurior
eſſem, & cordis mei latebras examinaſti: ſed
me totius iniquitatis vacuam reperiſti. Non
enim aliud cogitaui, quã loquuta ſum. quæ
& ſubiungit:

5. *Vt nõ loquatur os meum opera hominũ: propter verba labiorum tuorum, ego cuſtodiui vias duras.*

O quanta perpeſſa eſt eccleſia, vt hæc non
probaret: nec ſimulachra gentium, argentum
& aurum, opera manuum hominum, adora-
ret? quippe quæ te dicentem audierat: domi- Deu. 6. a.
nus Deus tuus vnus eſt, non ibis poſt deos
alienos, atque id genus alia. Et hoc eſt quod
ait: propter verba labiorum tuorum: ego cu-
ſtodiui vias duras. dixeras iterum ex euan-
gelio clamans: Si quis vult poſt me venire: ab Mat. 16. d.
neget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, &
ſequatur me: qui enim voluerit animam ſuã
ſaluam facere, perdet eam. Et qui non reli-
querit patrem aut matrem &c. non eſt me di
gnus. hæc quidem domine, dura & aſpera nõ
amanti videntur: nam quid (obſecro) durius,
quàm negare quod ſis: & propriæ repugnare
naturæ? at propter verba labiorum tuorum:
ego cuſtodiui vias duras. nempe plures nunc
ſancti & electi labores ſuſtinent vt cuſtodiãt
verba tua. propter præcepta vtique, conſilia
& promiſſa, quæ labiorum tuorũ verba ſunt,
cuſtodiui vias duras, tollens crucem meam,
vt ſequar te. Sequor enim, ſi quo modo com Phil. 3. c.
prehendam. tu ergo perfice greſſus, mirifica
miſericordias, cuſtodi me vt pupillam oculi:
fac denique cætera, quæ ſequuntur.

*Perfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non non moueantur veſtigia mea.* 6.

Sic alibi: greſſus meos dirige ſecundùm elo
quium tuum: vt non dominetur mei omnis Pſ. 118. oct. 17. ve. 5.
iniuſtitia. at non facilè eſt reperire, quid per
greſſus innuat, quos dilectus in ſponſa lau-
dat dicens: quàm pulchri ſunt greſſus tui in Cant. 7. a.
calceamentis, filia principis. Vbi animæ co-
gitatus affectusq́ue intelligi poſſunt, qui ob
hoc pulchri ſunt quod in puluere, luto atque cœ
no huius ſeculi, leui adeò contactu veſtigia
imprimunt: vt ferè nihilo fixiſſe pedem, nec
ad dexteram vel ſiniſtram declinaſſe, eccleſia
ſancta viſa ſit, quin recto potius pede ac tra-
mite dirigatur in Deum, quem in terminum
ſibi propoſuit, & vltimatum finem. hos ergo
nũc greſſus (ait orãs) perfice in ſemitis tuis:
vt non moueantur veſtigia mea. Oportet e- Luc. 15. a.
nim ſemper orare, & nunquàm deficere. Id
negocij etiam tuum eſt domine. quamobrem
iterum atq; iterũ inſtans peto: greſſus meos
perficias, ducas, & educas, ſuper ſemitas iu-
ſtitiæ propter nomen tuum, vt non mouean Pſ. 22. ve. 3.
tur veſtigia mea, ſed recta gradiar, tua dum
veſtigia luſtro. In hoc enim vocati eſtis (ait
apoſtolorum vertex) quia & Chriſtus paſ- 1. Pet. 2. d.
ſus eſt pro nobis, vobis relinquens exem-
plum



plum, vt ſequamini veſtigia eius. Sequit̃.

7. *Ego clamaui, quoniã exaudiſti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.*

Verba Chriſti ſunt ſimul & eccleſiæ, clama
uit quippe Chriſtus, de quo apoſtolus ait: qui
in diebus carnis ſuæ preces ſupplicationesq́;
ad Deum, qui poſſet illum ſaluum facere à
morte, cum clamore valido & lachrimis offe
Heb. 5. b. rens: exauditus eſt pro reuerentia. & in ſuſci
Io. 11. c. tatione Lazari, eleuatis ſurſum oculis dixit:
pater gratias tibi ago quoniam audiſti me,
ego autem ſciebam quia ſemper me audis, ſed
propter populum qui circumſtat dixi, vt cre
dant quia tu me miſiſti. Simili etiã confiden-
tia clamat, quoniam ad votum vel vtilitatẽ
ſemper exauditur eccleſia. quod cum frequẽ
ti experimento didicerimus: non eſt quòd
probemus. Sequit̃.

8. *Mirifica miſericordias tuas: qui ſaluos facis ſperantes in te.*

Si verba Chriſti ſint: operationem miracu-
lorum petit vt homo, quibus ſermo eius &
doctrina atque fides eccleſiæ confirmetur.
at ſi vox ſit eccleſiæ: illud omnium excellen
tiſsimum, magisq́ue admirandum petijſſe vi-
detur: quo ſagati & pannoſi homines, nec ſa-
pientia huius ſeculi eruditi: colla gentium, re
gum, & ſapientum, iugo fidei ſubdiderunt.
Nempe hoc Dei fuit munus, mirificantis mi
ſericordias ſuas: vt ſaluos faceret ſperantes in
ſe. Benè ergo quæ Dei aurem ante petierat
inclinari, quo ſeſe humilem & de profundis
clamantem oſtenderet: nũc mirificari vel po
tius ſegregari ſibi miſericordias poſcit, quo
ſe miſerrimam omniq́ue humano auxilio de
ſtitutam fateatur. Sequit̃.

9. *A reſiſtentibus dexreræ tuæ cuſtodi me: vt pupillam oculi.*

A Iudeis peſsimis, & maximè proteruienti-
bus, ac patris dexteræ (qui Chriſtus eſt) reſi-
ſtentibus, nũc cuſtodiri poſtulat, vt oculi pu
pillam cuſtodiunt (ſi rectus ſit ille caſus ocu-
li) vel vt tu pater cuſtodiſti dilectum filium
tuum, quì eſt pupilla oculi tui: ſi ſit caſus poſ
ſeſsiuus. ſic enim hunc diligis Iſaac: vt meri-
tò pupilla oculi tui debeat appellari. Eſt qui-
dem Chriſtus quaſi paterni oculi pupilla: cũ
ſit ſapientia patris, palpebra humanitatis vel-
lata. Sic ergo legito: qui ſaluos facis ſperan-
tes in te: à reſiſtentibus dexteræ tuæ, cuſtodi
me vt pupillam oculi. Septem Spiritus ſancti
Eſa. 11. a. donis ab Eſaia recenſitis, me fulcias precor:
vt pupillam oculi ſeptem tunicis ſeu mem-
branis (in ſuiipſius creator optime defenſacu
lum ac tuitionem, communiſti. Sequit̃.

*Sub vmbra alarum tuarum protege me à facie impiorum: qui me afflixerunt.* 10.

Quæ vmbra (rogo) niſi fides, quæ cognitio
enigmatica eſt & ſubobſcura? quæ etiã alæ,
niſi Chriſti brachia in cruce extenſa, quibus
velut expanſis alis me recẽs natam & adhuc
tenellam foues, & protegis adultã, à facie im
piorum, qui me afflixerunt? à facie (inquã) Iu
deorum, Paganorũ, hæreticorũ, chiſmatico-
rum, hipochritarum, & aliorum id genus ho-
minum, atq; demonũ infeſtantiũ. vel, quæ vm
bra alarum: niſi miſericordia & charitas, iu-
ſtitia & pax, vel promiſsio illa vitæ, quæ nũc
eſt, pariter & futuræ? leua. ſ. ſub capite meo,
& dextera, qua amplexabitur me? quas vtiq; Cant. 2. a.
apoſtolus ipſi tribuit pietati dicens: pietas au 1. Tim. 4. b.
tẽ ad omnia vtilis eſt: promiſsionẽ habens vi
tæ, quæ nunc eſt, & futuræ. hac igitur vmbra
protege me, nam in hac vmbra alarum tuarũ Pſ. 56. ve. 2.
ſperabo: donec tranſeat iniquitas. Ecce Hie-
remias ait: ſpiritus oris noſtri Chriſt⁹ dñs ca Thre. 4. d.
ptus eſt in peccatis noſtris, cui diximus: in
vmbra tua viuemus in gentibus. Sequit̃.

*Inimici mei animam meam circundederunt, adipem ſuum concluſerunt: os eorũ loquutum eſt ſuperbiam.* 11.

Dixerat Mòſes ingrato Iudeorum populo: Deu. 32. a.
generatio praua atque peruerſa, hæccine red
dis dño popule ſtulte & inſipiens? paucisq́ue
interiectis, ſubiunxit: incraſſatus eſt dilectus
& recalcitrauit, incraſſatus, impinguatus, di-
latatus: dereliquit dñm factorem ſuum, & re
ceſsit à Deo ſalutari ſuo. Concluſerant enim
adipem ſuum de perpetrato ſcelere gauden- Pſ. 72. ve. 2.
tes, atque interius inflati: & ideo os eorum
loquutũ eſt ſuperbiam contra dñm. Nempe
prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: tran-
ſierunt in affectum cordis &c. nam rerũ tem
poralium abundantia: adipem generat in cor
pore, & ſuperbiam in mente. Et tunc animam
meam circundederunt: quum vitam meã (qui
Chriſtus eſt) occiderunt ait eccleſia. Et ſeq.

*Proijcientes me, nunc circundederũt me: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terrã.* 12.

Proiecerunt me, à ſe fide & moribus diſcre
pantem. & qui te ſponſum meum circunde-
derunt olim vt canes: nũc circundederũt me
etiã, & perſequuntur vt perdant, eò quod te præ
dicem ſedentem ad dexteram patris, & in te
vnum fixos habeã oculos cordis, cæteraq́; vt phil. 3. b.
ſtercora ac detrimẽta arbitrata ſim: vt te Chri
ſtum vnicè dilectum lucrifaciã. at contra, ipſi

oculos ſuoś ſtatuerunt declinare in terram: vbi theſaurum ſuum poſuerunt, cæleſte nihil, ſed ſceleſtum cogitantes.

13. *Suſceperũt me ſicut leo paratus ad prædã: et ſicut catul⁹ leõis habitãs in abditis.*

Proiecerũt me ſed in te, qui me dilaniandã vnguibus dentibusq; ſuſceperũt, immanitatẽ ſuam in me exercẽtes: quã in te caput meum exercuerũt. Porro proceres Iudeorũ & maiores, nõ ſecus ac leo paratus ad prædã, reliqua verò plebs, vt catulus leonis: te regẽ gloriæ crucifigendũ, & crudeliter deuorandũ ſuſceperunt, à patre offerẽte, Iuda prodẽte, & præſide iudicãte. qui me etiã ſuſceperũt (vt dixi) tũ in aperto perſequẽtes: tũ in occulto inſidiantes, à diabolo inſtigati, qui tanquã leo rugiens, circuit quærẽs quẽ deuoret. (1. pet. 5. c.) Nã & catuli, qui ex patre diabolo prodierũt: vel in hoc ipſum imitati ſunt. Sed quid populus hic te viuente, iamq; regnante parat? quid orditur atque minatur?

14. *Exurge dñe, præueni eum, & ſupplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.*

Pulſare videtur dñm, vt præueniat populũ Iudeorũ. Non quidẽ in benedictionibus dulcedinis: ſed in maledictionibus amaritudinis dicens: exurge dñe, qui ſedere aut dormire videris, quaſi gregis nõ ſit tibi cura, præueni hunc populũ obcæcãdo, vt vidẽtes non videant, & intelligentes non intelligãt, (Eſa. 6. c.) & ſupplanta eũ qui cogitauit ſupplantare greſſus meos. (pſ. 139. ve. 5.) vt ſeipſum prius occidat interius, qui meipſum occidere tẽtat. & eripe animã meã ab impio, vtì fidelẽ ab infideli: & frameã tuã (qui Chriſtus eſt) in qua mundũ vtiq; debellaſti, & qua vtor ad defenſionẽ, tu eripe De⁹ ab inimicis potẽtiæ tuæ: ab inimicis (inquã) manus dextræ tuæ: ſic eñ filius tuus nuncupatur. Verũ hæc omnia, futura prænũciantis ſunt verba. Sunt qui nõ frameã, ſed framea ablatiuo caſu ſeu effectiuo legãt, & tũc lucidior eſt ſenſus. precatur eñ eripi ab impio diabolo vel homine, qui framea eſt Dei: vel per frameam (quæ Dei potẽtia eſt) eripi ab inimicis illius. Sequit̃.

15 *Domine à paucis de terra diuide eos, in vita eorum: & de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.*

Diuide inimicos ab electis qui pauci ſunt, & ſi multi ſint vocati: & diuide eos in vita eorũ. at qui ſunt nũc à catholica eccleſia diuiſi, & quũ vitæ cõceſſerint: etiã diuidentur à iuſtis. (Mat. 22. d.) Ibũt eñ in tenebras exteriores, eritq; magnũ chaos inter hos & illos. (Luc. 16. g.) Ecce iã de abſcõditis tuis adimpletus eſt vẽter eorũ. quid per abſcondita Dei: niſi occulta iudicia eius intelligẽda ſunt, de quib⁹ in noni pſal. titulo? quæ vtiq; miraẽ Hieremias dũ ait: (Hier. 12. a.) iuſtus quidem es dñe, ſi diſputẽ tecũ: veruntamẽ iuſta loquar ad te. quare via impiorũ proſperatur: bene eſt omnibus qui preuaricãtur, & inique agunt? & rurſus Iob ſanctus: (Iob. 21. a.) quare impij viuunt, ſubleuati ſunt, cõfortatiq; diuitijs? nempe hæc arcana profũda & abſcõdita Dei ſũt. De his ergo abſcõditis tuis iudicijs, adimpletus eſt vẽter & appetitus eorũ: dũ tẽporalib⁹ bonis ad nauſeam vſq; ſaturãtur. tranſtulerũt tamẽ quidã: dñe, à viris huius ſeculi, quorum pars eſt in vita. quaſi precationẽ ſuam proſequutus explicet, quos impios intelligi velit, & inimicos, de quibus animã ſuã eripi poſtulet, & potẽter liberari. quos iure nuncupat viros huius ſeculi: eò ꝙ huius vitæ bonis quãdoq; perituris abundè ſibi ſatisfactũ putẽt: & hac ſola infelici ſorte contenti non curant æterna. Sequit̃.

*Saturati ſunt filijs: & dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis.* 16.

Id inter alia apud Iudeos magni habitũ eſt, ſi cõſulẽtes poſteritati ac ſucceſsioni, plures filios procreaſſent, quibus poſſent peculium & hæc ſecularia bona diſpartiri, vel in his filios beãtes, quippe qui præpoſterã ſint habituri benedictionẽ, eam. ſ. quæ de pinguedine terræ eſt: (Gen. 27. d.) nihil de rore cæli percepturi vnq̃. Sed gaudeãt quantũuis, & his vt volẽt fruantur bonis, atq; illis ad culmũ potiantur: quid inde? ſiliquæ ſunt, & porcorũ cibaria, quæ infelices ipſi in ventrẽ ſuum traiecerũt, & paruulis ſuis infelicioribus dimiſerũt: qui iã coruſcãte eũgelio, nec Chriſtũ pauperẽ fide cognouerunt, nec illum conregnantes in gloria videbunt. Sequit̃.

*Ego autẽ in iuſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor cum apparuerit gloria tua.* 17.

Porro glorioſa cõcluſio pſal. qua ait eccleſia: in bonis ſuis delectẽtur illi, & ſemper inhiantes ſaturẽtur illis: tandẽ famelici remanebunt, qui te nõ videbunt: ego autẽ apparebo cõſpectui tuo in iuſtitia, nõ mea ſed tua: imò iã mea, ꝙ tu me illa iuſtificaſti. hæc expecto videre bona in terra viuentiũ, has diuitias opto, reliquis verò (& ſi affluãt) cor nõ apponã, (Pſ. 61. ve. 10.) nec interim me diuitẽ ſaturãvè, ſed indiguam famelicãq; ꝓfitebor. tũc quidẽ ſatiabor: quia votis meis & rationali appetitui tũc ſatisfactũ erit abũde, quum apparuerit gloria tua. quam tu dulciſsimæ ſponſæ mihi præſtare digneris Ieſu Chriſte: qui cum patre & Spiritu ſancto regnas, Amen.

Epi-



## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 16.

*Exaudi dñe (inquit) iuſtitiam meam, intende deprecationẽ, atque ſimplicem, omni dolo carentẽ percipe orationem. tu etiam, qui omnia noſti, indica quod mihi petenti ſit expediens magis. probaſti me dñe, examinaſti, & approbaſti: quia me ſanguine tuo lotam mundamq; tibi non habentem maculam neque rugam eccleſiam glorioſam exhibuiſti, ac præparaſti: cui uocanti acquieui ſtatim, atque carni & ſanguini catenus uale dixi: ꝗ ut non loquatur os meum opera hominum, nec falſis eorundem doctrinæ ac ſimulachris, ſed tibi duntaxat debitum honorem impendam: propter uerba labiorum tuorum, præcepta, ſ. conſilia, atq; promiſſa: ego cuſtodiui uias duras, crucem tollens: & delicias atque diuitias reſpuens. tu me dñe fac ſtabilem, & in bono perſeuerantem. perfice greſſus meos in ſemitis tuis: ut non moueantur ueſtigia mea retrorſum. ob id clamaui ad te: ꝗ iam non ſemel exaudieris orationem meam, ac per hoc mihi ulterius fiduciam impetrandi præſtiteris. Mirifica miſericordias tuas nunc etiam miſericors & miſerator dñe: qui ſaluos facis ſperantes in te. Cuſtodi me ut pupillam oculi: ab infeſtantibus malis. protege me ſub alas, ad te confugientem: qui me præſignans, per prophetã tuum ad Syon dixeras olim: qui tetigerit uos, tanget pupillam oculi mei. (zach. 2. c.) Nam ubi me pauperculam ad ſpiritale connubium uocaſti, atque lege & muneribus ditaſti, ſermones ac præcepta in corde meo recondi, & ex arbitrio & gratia ea etiam cuſtodiui, quaſi iam te illud prouerbiorum dicentem audiuerim: ſerua mandata mea & uiues, (pro. 7. a.) & legem meam quaſi pupillam oculi tui, &c. Ecce inimici, temporaliũ abundantia inſoleſcentes: in me pauperculam inſurrexerunt, & ſuperbè minantur, me undique circundantes impellunt, ut me à te dimoueant. Et quos in te fixos oculos habeo, auertere nituntur: qui oculos ſuos ſtatuerunt ad terrena & tranſitoria (te ſpreto) declinare. Suſceperunt me proiectam, non tamen à te auulſam, ſicut leo paratus ad prædam, & quaſi leunculus famelicus deliteſcens in cauerna: nec ſecus impij & hæretici, me deuorare conantur. quamobrem exurge dñe, præueni ſupplantatorem, ſupplanta eum qui me ſatagit ſupplantare. Eripe animam meam ab impio, & framea tua (qui ſponſus meus eſt Chriſtus) ſegrega etiam à pijs impios: uti ab ouibus hædos, adhuc uiuentes. quandoquidem pij eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã: impij autem opprobrijs occultis, quæ illis præparaſti, ſaturabuntur ad nauſeam uſq;. qui terrena diligentes ſaturati ſunt filijs, & dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis. Ego autem, quæ iuſtitiam appeto: à te iuſtificata, conſpectui tuo apparebo, oſtendesq; mihi teipſum: & tunc ſaciabor, cum apparuerit gloria tua. (Io. 14. a.) Tibi igitur dilecte mi omnia hæc aſcribam.*

## PSALMVS 17.

*Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.*

Huius pſal. titulus eſt: in finem puero domini Dauid. qui loquutus eſt dño verba cantici huius, in die quando eripuit eum dominus de manu omnium inimicorũ eius: & de manu Saul & dixit. Rei huius hiſtoriã & ferè eadem pſal. verba ſeu verborũ ſenſa .2. Reg. 22. (2. Reg. 22.) capite deſcripta reperies. porro ſi ad corticẽ attendas, non eſt ꝙ exponas. At verò ſi nucleum introſpicias: verba cantici huius in finem diriges, qui Chriſtus eſt, in ſalutem omni credenti, quiq; puer etiam dñi eſt, iuxta illud Eſaiæ: (Eſa. 43.) ecce puer meus, quem elegi, atque illud apoſtolorum: (Act. 4. c.) Conuenerũt enim verè in ciuitate iſta, aduerſus ſanctum puerum tuum Ieſum &c. Eſt itidem ex Dauid ſemine (ſecũdùm carnem) Dauid alter: per alterum re & nominis ſignificatione figuratus: qui manu fortis, diabolum vicit, leonem, vrſum, & Goliath Philiſteum. (1. Reg. 17. d.) quiq; rufus & pulcher aſpectu, de quo ſponſa interrogata ait: (Can. 5. c.) Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus. Is igitur ſimul cum ſponſa, caput .ſ. & corpus, totus (inquàm) Chriſtus, ad patrem ait: diligam te dñe, qui ès fortitudo mea, firmamentũ, refugium, liberator, adiutor, ſpes, protector, cornu ſalutis, & ſuſceptor meus. quæ nouem epitetha: tu, qui hæc legis, memoriæ manda. eſt enim dominus fortitudo, qua ſuperamus aduerſa: firmamentũ, quo animo cõſtanti proſpera ſpernimus, & propter Chriſtum quaſi ſtercora æſtimamus: refugiũ, quo fugientes defenſamur. ipſe etiam eſt liberator à malis, adiutor in bonis, ſpes vnica veniæ, protector à culpa, gratiam conferẽs, cornu ſalutis in reſurrectione erigens, & ſuſceptor, in gloria coronãs. Diligã igitur te dñe, nec eñ fruſtra. Eſt quidẽ dñs fortitudo mea, firmamentũ, refugiũ & liberator. addamque (ꝙ hæc verſans & ruminans delecter nimiũ)

*Deus meus adiutor me⁹: et ſperabo in eũ.* 2.

Nec id ſatis mihi adhuc anhelãti, & toto illũ animo concupiſcẽti. quãobrẽ dictis annectã.

*Protector meus, & cornu ſalutis meæ: & ſuſceptor meus.* 3.

Quid

Quid ſi ex affectu addidero: arx munitiſsi-
ma, petra, robur, ſcutũ, clypeus, atque id ge=
nus alia? nec te ſolũ diligam, ꝙ hęc omnia mi
hi ſis: ſed ꝙ hæc ſis, & eò ꝙ Deus ſis. nam di
lectio, qua te diligo (etſi nõ ſinas eã premio
eſſe vacuã) affect⁹ eſt tamẽ, nõ cõtractus. Seq.

4. *Laudans inuocabo dominum: & ab ini-
micis meis ſaluus ero.*

Pulchrè dũ laudans inuocat, & inuocãs lau
dat, triũ actuũ latriæ interioris meminit: cha
ritatis: ſ. diligẽs Deum ſuper oĩa, & ſpei in ip
ſum ſperans, ac fidei demũ, illum inuocãs. de
Rom.10.c. quo ait apoſtolus: quomodò inuocabunt in
quẽ non crediderunt? his em̃ actibus verè lau
dat dñm, oratq; fidelis, atq; adorat eccleſia.
Io.4.c. hæc nanque vera eſt adoratio in ſpiritu & ve
ritate: vera etiã hæc ſeruitus ſoli Deo debi-
Iohel.2.g. ta, quam latriam Græci, vel theoſebiam vo=
cant. atqui is, qui ita nomen domini inuoca-
uerit, ſaluus erit. Sequit̃.

5. *Circundederunt me dolores mortis: &
torrentes iniquitatis conturbauerũt me.*

Iã articulatè narrat eccleſia, quot, qualiaq;
inciderit mala: vt noueris, ꝙ ex his omnibus
ſit erepta, quæ talẽ ac tantũ habuit redempto
rem: & hinc humanæ redẽptionis texit hiſto
riam. Eram (inquit) vndiq; vallata peccatis,
& quaſi funibus irretita, quę meritò dolores
mortis appello: ꝙ ad mortẽ ducãt, ꝙque per
Ro.5.c. peccatũ in mundũ introierit mors: & diabo=
Apo.6.b. lus (cui nomen mors) intulerit illud: innunda
uerant tũc etiã ydolorũ cultus, & ſathanicæ
ſuperſtitiones: quaſi torrentes, qui magno de
currentes impetu, deuaſtabant oĩa funditùs,
tot ritibus & multiplicitate Deorũ. Sequit̃.

6. *Dolores inferni circundederunt me: præ-
occupauerunt me laqui mortis.*

Fateor ingenuè, perterrita ſum (ait) hæc vi=
dens: timui doluiq;, ꝙ originale, & ab eo de-
riuata peccata, me ad infernũ vſq; circuirẽt:
ꝙque fomes, & ad malũ pronitas, atq; ad bo
num difficultas, cæteraq; mala iſtinc dereli=
cta, quaſi pedicæ & laquei quidã me præpe=
dirent, præoccuparentq;, adeò, vt illud apo=
Ro.7.d. ſtoli ingemiſcẽs dixerim ſæpius: Infelix ego
homo: quis me liberabit de corpore mortis
huius? gratia Dei per Ieſum Chriſtũ. quãobrẽ:

7. *In tribulatione inuocaui dominum: &
ad Deum meum clamaui.*

Clamaui eiulans interno clamore. lege quas
Eſa.64.a. dedi voces (ſi vacat) dicens: vtinã dirumpe=
res cælos, & deſcenderes, aliasq; conſimiles,
quas enarrare & in mediũ adducere, longum
eſt. at clamor, pia legatione functus eſt atq;
felici. Sequit̃.

*Et exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem* 8.
*meam: & clamor meus in cõſpectu eius,
introiuit in aures eius.*

Erant quippe patulæ benignitas & miſeri=
cordia, diuinæ vtique aures. Iuit igitur, &
introiuit aula regia clamor: & dñm alloqu u-
tus, meũ expreſsit affectũ. Exauditus eſt tan-
dem (vt rẽ paucis abſoluã) nẽpe miſit Deus fi Gal.4.a.
lium ſuũ factũ ex muliere, factũ ſub lege: vt
eos qui ſub lege erant redimeret. venit ergo
miſſus à patre, parcere ſubiectis, & debellare
ſuperbos. quod ſequentibus deſcribam.

*Cõmota eſt & contremuit terra: funda-* 9.
*menta montiũ conturbata ſunt & cõmo
ta ſunt, quoniam iratus eſt eis.*

Nato dño Ieſu (dicit ſcriptura diuina) He= Mat.2.a.
rodes rex turbatus eſt: & omnis Ieroſolima
cũ illo. nẽpe terreni hoiẽs & peccatores, ipſiq;
plebei per terrã deſignati: & potẽtes princi-
pes atq; ſuperbi, qui fundamẽta montiũ nomi
nãtur, cõmoti ſunt & cõturbati. quia naſcẽte
dño: ſuperbia cõfuſa eſt. Et de peccatoribus
hominibus, & ſceleſtis perinde ac terrigenis,
atq; terrenis inhiãtibus: cæleſtes facti ſunt,
atque humiles de ſuperbis. quoniam domi-
nus iratus eſt eis: peccatis intellige. Sequit̃.

*Aſcendit fumus in ira eius, & ignis à fa* 10.
*cie eius exarſit: carbones ſuccẽſi ſunt ab eo.*

Vrbanè quidẽ & ſapiẽter ac miro (ſi dixerim)
artificio, negociũ hoc depingit: dũ his analo-
gicis, ſimulitudinarijs, ac tranſlatitijs loquu=
tionibus, orationes patrũ inſinuat, quæ Dei
viſcera commouerũt, in quibus viſitauit nos
oriẽs ex alto. nã primũ ipſi à dño miſericor-
diter præuẽti excitatiq;, deinde ſibiipſis ira-
ti, cõmoti, cõpuncti, & contriti ſunt, ꝙ pecca
uerint in Deũ. & ſic à dño huiuſmodi mõtes
tacti in ira eius: in altũ fumigare cœperunt,
aſsiduas preces exalantes, & ad dñm quaſi fu
mus aromatũ aſcendẽtes. Ipſe etenim eſt, qui Pſ.103.v.33
reſpicit terram & facit eam tremere: quique
tangit montes & fumigãt. ô felix reſpectus,
proficuuſq; hominibus tactus. ô mirabile di=
uinæ præuentionis donum, quo ſuperbi iam
humiles effecti, interius fumigant, & ab ocu-
lis cordis, compunctionis lachrimas educũt,
ipſamque orationem effundunt, & ad cælos
deſtinant: quæ ad Deũ aſcendit fumigans, in
odorem ſuauitatis, quam vtique ſic (vt dixi-
mus) directo in Deum tramite aſcendentem
fragrantemq; ac benè olentem mirantur an-
geli dicẽtes: quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit ꝑ deſer Cant.3.b.
tũ ſicut virgula fumi, ex aromatibus mirrhę
& thuris, & vniuerſi pulueris pigmẽtarij? mi

rabile



rabile dictũ, Et ignis à facie eius exarſit. Ma-
gna quippe orationis vis: quæ Deum traxit.
huiuſmodi enim eſt natura fumi, ꝙ ab igne
genitus: ignem è regione poſitum ad ſe tra-
Deut.4.d. hit. Deus autem ignis conſumens eſt, qui cor
Heb.12.h. da patrum incendit, vt fumigarent, & exar-
ſit ignis à facie fumi, ſicut fum⁹ à facie ignis.
nam inflammatur oratio charitate: & Deus,
qui charitas eſt, exarſit: dum orationi, & ipſi
(quam infuderat) charitati condeſcendit. Et
carbones ſuccenſi ſunt ab eo, ij. ſ. qui ante fue
rant denigrati, ſuccenſi ſunt: vt ardenter quæ
rerent, peterent & clamarent. dixerãt enim:
pſ.143.ve.6 domine inclina cælos tuos, & deſcende: tan-
ge montes & fumigabunt. Et ecce exaudita
eſt oratio. Sequit̃.

11. *Inclinauit cælos, & deſcendit: & cali-
go ſub pedibus eius.*

Aduerte lector, quã eleganter myſterium
incarnationis aggreditur pſaltes. Angelos cæ
los vocat, quos inclinauit Chriſtus (qui etiã
vt homo illos puritate vincit, gratia, ſapien-
tia, dignitate, cæteriſque donis & gloria) aſ-
cendens ſuper omnes cælos, angeloſque, &
ad dexteram Dei ſedens: is inclinauit cælos,
& deſcendit, qui ex clementia petitioni ho-
minum condeſcendit factus homo. & caligo
ſub pedibus eius, demones ſcilicet qui caligo
& tenebra: ſicut cæteri, qui in cælo perman-
ſerunt, angeli lucis meritò nuncupãtur. Nam
2.Cor.11.c. adueniente luce vera, quæ illuminat omnem
hominem venientem in hunc mundum: cali-
go proteritur, deiſcitque tenebra peccatorũ,
atq; Chriſti pedibus diabolus ipſe calcatur.
vel aliter: Inclinauit cælos, qui legatos ſuos
Pſ.103.v.5. miſit in mundum: ſic enim ſcriptum eſt: qui
facit angelos ſuos ſpiritus: & miniſtros ſuos
ignem vrentem. Audi iam (obſecro) euange-
liſtam rem ipſam enarrantem. Miſſus eſt (in=
Luc.1.a. quit) angelus Gabriel à Deo in ciuitatẽ Ga=
lileæ, cui nomen Nazareth, ad virginem de
ſponſatam viro &c. nec mouearis, quòd nũc
pſaltes cæleſtes angelos inclinaſſe ac miſiſſe
dicat, cùm in euangelio, non angelos, ſed an-
gelum miſiſſe legamus: nam fuit in cauſa for
tè, quòd maieſtatem quandam præſefert plu
ralis numerus, quam vt propheta exprime-
ret, multo vſus eſt numero. ſic enim vſu di=
cimus: Imperator ſuos miſit oratores lega-
tosvè ad regem vel reginam: cùm tamen dun
taxat vnum miſerit deſtinaueritque lega-
tum. aut ſi magis probas: hæc eſt figurata lo
quutio illi ſimilis, qua dicere ſolemus veni=
re curiam ſeu domum regiam, quum venit
rex. Inclinauit cælos dominus, & deſcendit:
qui ad ima venire, atque vt homini ſubueni-
ret carnem aſſumere condeſcendit. Et hæc
fortè fuit caligo ſub pedibus eius. venit e=
nim diſsimulata diuinitate ac maieſtate: Ve-
nit cum ſilentio. Et omnipotens ille ſermo Sap.18.c.
dum medium ſilentium tenerent omnia, &
nox in ſuo curſu medium iter perageret: de
cælo à regalibus ſedibus venit. venit deniq;
quaſi opertus ſaco, atque humanæ obductus
caligine carnis, in ſimilitudine carnis pecca- Rom.8.a.
ti: vt de peccato damnaret peccatum in car=
ne, exinanitus ipſe, & habitu inuenius vt ho- Phil.2.a.
mo. ſic vtique damnauit peccatum, ipſumq;
de tam graui damno illato conuicit. Et non
ſecus ac ſceleratum tyrannum, nec iam vltra
ferendum: proſtrauit, deiecit, perdidit, atque
deleuit. Ipſe ergo in carne veniens: nos in car
ne viuẽtes, non ſecundùm carnem, ſed ſecun-
dùm ſpiritum ambulare docuit, & iuſtifica-
tione illa (quæ legi deerat) affecit: per eumq;
iuſtificatos atque à peccato liberos, Deo &
patri ſuo gratos effecit. Sequit̃.

*Et aſcendit ſuper Cherubin & volauit:* 12.
*volauit ſuper pennas ventorum.*

Ecce qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit ſu=
per Cherubin: & volauit, eò quòd omnibus
angelicis ſpiritibus ſupereminentem habue=
rit ſcientiam. vocantur enim Cherubin: quòd
ſcientiæ habeant plenitudinem: ſicut Sera-
phin charitatis. Aſcendit igitur ſcientiæ ple=
nitudine Chriſtus ſuper Cherubin, ſicut gra-
tiæ plenitudine ſuper Seraphin: & volauit,
vel quia myſterium incarnationis etiam ſu=
premo Cherubin atque Seraphin fuit abſcon-
ditum: vel ideo verbum patris ad nos veni=
ens, ſuper pennas ventorum volaſſe dicitur,
quòd è ſinu patris, celerrimè delapſum fue-
rit in vterũ matris. de quo iſdem pſaltes ait:
qui emittit eloquium ſuum terræ: velociter Pſ.174.ve.4
currit ſermo eius. Iterumque: exultauit vt gi Pſ.18.ve.6.
gas ad currendam viam: à ſummo cælo egreſ
ſio eius. Cuius etiam velocitatem ſponſa de-
mirata ait: vox dilecti mei. Ecce iſte venit ſa Can.2.b.
liens in montibus, tranſiliens colles. quippe
qui tam agilis & velox fuit, vt ventos flan-
tes, volucri deſcenſu vincere ac ſuperare vi-
ſus ſit. Nam vt primũ felicisſima illa virgo,
ſaluberrima ſui conſenſus & noſtræ ſalutis
verba compleuit, dicens: ecce ancilla dñi, fiat Luc.1.d.
mihi ſecundùm verbum tuum: ſubitò verbũ
caro factum eſt. vel fortè ideo ſuper pennas
ventorũ volaſſe fertur: ꝙ huius archani fides
adeò celeri ꝓdicatiõe cucurrit, & ſic peragra
uit orbẽ, vt ſuper pẽnas vẽtorũ volaſſe videa
tur, nã vẽtis flantib⁹ & celerrimè decurrẽtib⁹:

vulgari

vulgari quadã & tranſlatitia loquutione)pœ-
nas effingimus. Sequit.

13. *Et poſuit tenebras latibulum ſuum,in
circuitu eius tabernaculum eius:tenebro
ſa aqua in nubibus aeris.*

Benè quidem tenebroſa aqua in his nubi-
bus.Deum immortalẽ?quàm obſcurè loquu-
tus eſt Spiritus ſanctus in multis ſcripturæ
locis,vel in hoc maximè: vbi myſterium in-
carnationis,tot figuris & tropis ipſiſque ver
borum inuolucris inſinuat ediſeritque inuol
uẽs?nimirũ verbũ eſt abſconditũ & ineffabi
le:nec aliter q̃ fide(pro ſtatu viæ)cõcipi po
Eſa.24.c. teſt.de quo Deus ipſe per prophetã ſuũ ait:
ſecretũ meum mihi,ſecretũ meũ mihi.poſuit
(inquit)tenebras latibulũ ſuũ. per tenebras,
in quibus latet,fidẽ intellige.vel accipe ſcri-
pturarum velamina, de quibus dicit Chri-
Ioan.5.g. ſtus:ſcrutamini ſcripturas, quia vos putatis
in ipſis vitam æternam habere: & illæ ſunt,
quæ teſtimonium perhibent de me. & iterũ
Luc.vlt.g. diſcipulis ait apud Lucã:hæc ſunt verba,quę
loquutus ſum ad vos, cùm adhuc eſſem vo-
biſcum: ꝙ neceſſe eſſet impleri omnia, quæ
ſcripta ſunt in lege Moyſi & prophetis &
pſalmis de me. In his tamẽ nihil tenebroſum
cogites aut indignum,nihilq́; eiuſmodi quod
tantę deroget maieſtati ſuſpiceris: ſed ꝙ ab-
ſcondens duntaxat ſit & occultãs.quod vtiq;
ſic vates interpretatus ſubiũgit dicens: in cir
cuitu eius tabernaculum eius. de quo taber-
naculo iſdem Dauid ſanctus in ſequenti pſal
mo meminit, dum Chriſti ex matre virgine
natiuitatem aperiens,ſic proloquutũs ait: in
Pſ.18. ve.5. ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tan-
quàm ſponſus procedens de thalamo ſuo. eò
ꝙ humanum detexerit corpus: latente diui-
nitate.niſi fortè tabernaculi ac tentorij no-
mine eccleſiam accipere velis. nec enim hic
ſenſus ad inſipientiã erit:cũ (vt ſuperius .14.
pſal.diximus) tabernaculum militantiũ ipſa
ſit:& ibi dux eius,in medio eius. vt non ine-
Pſ.45. ve.5. ptè dixerit pſaltes: in circuitu eius taberna-
culum eius.ſic alibi iſdem pſaltes:ſanctifica-
uit tabernaculum ſuum altiſsimus, Deus in
medio eius &c. quod nunc etiam promittit
Mat.18.c. dicens: vbi ſunt duo vel tres congregati in
nomine meo,ibi ſum in medio eorum.Eſt.n.
tabernaculum eius in circuitu eius, qui me-
diator Dei & hominum fuit:& nunc medius
Pſ.44.ve.11. ad dexteram Dei ſedet, vt aſtet ſponſa regi-
na à dextris ſponſi,in veſtitu deaurato, cir-
cundata varietate. Sequit.

14. *Præ fulgore in cõſpectu eius:nubes tran-
ſierunt,grando & carbones ignis.*

Tenebroſam dixerat eſſe aquam ſapientiæ Eccle.14.
ſalutaris,quam Deus vt ſalubriorẽ efficeret,
& nos illam inueſtigantes potaret ac ſitien-
tes,abſconditam poſuit, & occultam in nu-
bibus aeris:hoc eſt in prophetis ac prędica-
toribus,quibus mãdauit olim,ne pluerẽt im- Eſa.5.a.
brem ſuper vineam ingratam. Nunc autẽ in
conſpectu Chriſti, & virtute fulgoris eius:
nubes tranſierũt.quod aũt de prophetis eo-
rumq́ue enigmatibus intelligendum eſt:nam
tranſierunt omnia illa adueniente luce, prę-
terijtq́ue veniente figurato figura, & futurũ
in pręteritum verſum eſt. aut ſi de apoſtolis
& euangelij prędicatoribus accipere velis:
præ fulgore in conſpectu eius,hæ vtique nu
bes tranſierunt. Nam Spiritu ſancto edocti,
& Chriſti interpretatione veridica ſcriptu-
rarum illuminati:abierũt in mundum vniuer
ſum prædicare euangelium omni creaturæ.
Ipſe.n.reuelat profũda & abſcõdita(Daniel Daniel.2.d
ait)& nouit in tenebris conſtituta: & lux cũ
eo eſt.qui & à Iudaico populo,ad gẽtes tran
ſierunt,vt doctrinæ pluuia irrigarent omnia.
Atque hos reprehenſionis grandine contun-
derent: illos verò vt carbones denigratos,
igne charitatis incenderent,ſuiſq́ue coruſca-
tionibus & miraculis illuminarẽt. Variæ qui
dem fuerunt harum nubium tranſeuntiũ im-
preſsiones.quandoquidẽ hos frigidos & ob-
duratos,vt grandines reliquerunt:illos verò
ignitos,candentes,ac lucidos effecerunt.hoc
autem præ fulgore in conſpectu eius. dedit Pſ.67.ve.12
enim dominus verbum euangelizantibus vir
tute multa.Ipſeq́ue tunc aderat in carne præ
ſens: qui illis poſt aſcenſum è cælo fulgebat.
Sequit.

*Et intonuit de cælo dominus,& altiſsi-* 15
*mus dedit vocem ſuam:grando & carbo-
nes ignis.*

Non eſt ꝙ explicemus, cùm hoc ſic expo-
ſuerit Euangeliſta: & ecce vox de nube di- Mat.17.a.
cens:hic eſt filius meus dilectus, in quo benè
complacui,ipſum audite. Sequitur.

*Et miſit ſagittas ſuas,& diſsipauit eos:* 16.
*fulgura multiplicauit & cõturbauit eos.*

Quas ſagittas(rogo)niſi apoſtolos,quos iſ-
dem pſaltes ſagittis comparat in manu potẽ-
tis?ſicut ſagittæ(ait) in manu potentis:ita fi- Pſ.126.ve.5.
lij excuſſorum.quas ſagittas(inquam)niſi il-
las quibus rurſus regi Meſsiæ: ſagittæ tuæ Pſ.44.v.7.
accutæ, populi ſub te cadent in corda inimi-
corum regis? has nimirum miſit ſagittas,quę
verbo prædicationis euangelicę corda tranſ
figerent auditorum: & miraculorum ſimul
corruſcantia multiplicauit fulgura, vt per
hęc



hæc velut quadam admiratione conturbati,
crederent pariter & attracti. Sequit.

17. *Et apparuerunt fontes aquarum: & re-
uelata ſunt fundamenta orbis terrarum.*

Ecce iam,vbi adueniente Chriſto,velũ tem
pli ſciſſum eſt,& patefacta ſunt omnia,& pre
nimia claritate atq; fulgore,quem conſpectu
præſentiaq́ue aduentus ſui dedit nubibus,te-
nebroſa clarent: ſuperuacuũ eſt & ocioſum,
in his verſibus atq; in re apertiſsima immo-
Heb.4.c. rari.Iã quidẽ apparuerũt fontes viui aquarũ
viuentiũ. Viuus eſt enim ſermo Dei & effi-
Io.4.b. cax.qui ſi fideli corde ab homine concipiaẽ:
fit in eo fons aquæ viuæ ſalientis in vitã ęter
nam. Reuelata ſunt etiã fundamẽta orbis ter
rarum,qui prophetæ & apoſtoli fuerunt:re-
Ephe.2.d. uelato omniũ maximo, primo, & præcipuo
1.Cor.3.b. fundamẽto,quod(iuxta Pauli ſententiam)eſt
Chriſtus Ieſus.fundamentũ vtiq; fundamen-
torum:ſupra quod fũdata eſt ſtructura Dei,
quæ eſt eccleſia. Sequit.

18. *Ab increpatione tua domine: ab inſpira-
tione ſpiritus iræ tuæ.*

Eſt ne aliud euangelica prædicatio, quæ à
Chriſto domino tanquàm à primario fonte
deriuatur,quàm vitiorũ increpatio,extirpa-
tioq́ue,& virtutũ omnium cõmendatio,gra-
tiæ ipſius infuſio,ac timoris dñi,aliorumq́ue
donorũ inſpiratio?quippe quæ irã Dei oſten
dit in vaſa iræ paratam,credenda docet,ſpe-
randa ſimul & agẽda, timorem deniq; malis
incutit,& probis proponit amorẽ, ſpirat de-
mum iratũ Deum,pariter & placatum. Audi
quod ſequit.

19. *Miſit de ſummo,& accepit me: & aſ-
ſumpſit me de aquis multis.*

Quem miſit de ſummo: niſi filium ſuũ vni-
Pſ.118.ve.6. genitum? nam à ſummo cælo egreſsio eius.
Et accepit me in ſponſam (ait eccleſia) ipſe
tanquã ſponſus procedẽs de thalamo ſuo:dũ
annulo ſponſionis ſuæ ſubarrauit me, & aſ-
ſumpſit me de aquis multis, hoc eſt,de ſacro
baptiſmi fonte.vel ſi mauis, de populis mul-
Apo.17.d. tis:iuxta illud apocalypſis:aquæ,quas vidiſti
vbi meretrix ſedet, populi ſunt & gẽtes &
linguæ.vel de peccatorũ multitudine,de qui
Pſ.68.ve.1. bus alibi liberari petit dicens:Saluum me fac
Deus,quoniã intrauerũt aquæ vſque ad ani-
mam meam.Et iterũ:non me demergat tem
peſtas aquæ,neq; abſorbeat me profundum.
Sequit.

20. *Eripuit me de inimicis meis fortiſsimis, et
ab his qui oderunt me: quoniam confor-
tati ſunt ſuper me.*

A vitijs & demonijs qui inualuerant,atque
ab hominibus iniquis,qui me odio proſequu
ti ſunt,eripuit me dñs:ipſi gloria. Sequit.

*Præuenerunt me in die afflictionis meæ:* 21.
*& factus eſt dominus protector meus.*

Præuenerunt vtique, quando impulſa ſum
vt caderẽ:ſed dominus ſuſcepit me, & edu- Pſ.117.v.13.
xit me in latitudinẽ charitatis, de afflictione
& anguſtia peccatorum,quibus arctabar. Et
hoc eſt quod ait:

*Et eduxit me in latitudinem: ſaluum me*
*fecit,quoniam voluit me.* 22.

Eduxit in charitatis latitudinẽ,quæ ſe ex-
tendit vſque ad inimicos,de qua iſdem alibi Pſ.118.oct.
pſaltes ait: & ambulabã in latitudine &c. & 6.ve.5.
latũ mandatũ tuum nimis. Et hanc Epheſios Pſ.118.octo
perfectè cõſequi optat Paulus dicens:vt poſ- 12.ve.7.
ſitis cõprehẽdere cum omnibus ſanctis,quæ Ephe.3.c.
ſit latitudo & longitudo,& ſublimitas & p-
fundũ:ſcire etiã ſupereminentẽ ſcientiæ cha-
ritatem Chriſti, vt impleamini in omnẽ ple-
nitudinẽ Dei.hoc vtiq; donũ Dei eſt ad ſalu
tem,quã nõ meis meritis adſcribo:ſed diuino
beneplacito ac volũtati,ipſiuſq́ue gratię,quã
me voluit & præuenit, quæſiuit & inuenit,
vocauit & congregauit, lauit & iuſtificauit: Ephe.5.c.
vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiã non
habentẽ maculã aut rugã. ſed ne gratiã Dei
extollẽs(cui omnia tribuo) humani arbitrij
reijcere videar libertatẽ,quod æquè impium
eſt:audi ſequentia.

*Et retribuet mihi dominus ſecundũ iuſti-* 23.
*tiam meam: & ſecundũ puritatem ma-
nuum mearum retribuet mihi.*

Dum dico iuſtitiam & manuum puritatẽ:
vtrunque, exterius & interius meritorium
complector opus, quod non ego ſola opera 1.Cor.15.
ta ſum:ſed gratia Dei mecũ,qua ſum id quod
ſum.Nec ideò iuſtitiam dixi meam,quòd ex
me prodierit huiuſmodi iuſtificatio: ſed ꝙ
mihi dominus tribuerit illam:ideoq́; tribue-
rit,vt mihi retribuat ſecũdùm iuſtitiã ſuam,
quam mihi donando etiam fecit meam. Seq.

*Quia cuſtodiui vias domini: nec impiè* 24.
*geſsi à Deo meo.*

Ecce ex tua gratia ego meæ voluntatis ar-
biter & compos,cuſtodiui vias tuas,vias ſci-
licet mandatorum tuorum domine,& quam
mihi vt ad te irem poſuiſti legem,& ſtatuiſti
præcepta. Cuſtodiui (inquam) non ſolùm
quo ad ſubſtantiam præcepti (vt ſcholaſti-
co more loquar)verum etiam ad intentio-
nem præcipientis. Non enim impiè geſsi à
Deo meo: quæ declinans à malo, & bonum
faciens

faciens ex eiuſdem gratiæ inſtigatione, vias
domini cuſtodiui. Sequit.

25. *Quoniã oĩa iudicia eius in cõſpectu meo: & iuſtitias eius non repuli à me.*

Noui quàm iuſtus ſit dñs, nec id obliuiſcar
vnquã, quæ iuſtitias eius vti miſericordias le
gi, & vtrasque memorię fixi, quas veluti prę
ſentes intueor, & timore corripior: illecta ſi
mul amore. Et cùm iuſtitiæ in mentem veni-
unt, non ſtatim illas, quas mihi amaras acer-
basque repello: ſed ipſas timorata conſidera
tione rumino. Sequit.

29. *Et ero immaculatus cum eo: & obſeruabo me ab iniquitate mea.*

Porro duo innuit his verbis, quæ omnibus
maximè ſunt neceſſaria, perſeuerantiã ſcili-
cet & vigilantiã: vt non ad momentũ, ſed per
ſeueranter teipſum obſerues ab omni iniqui
tate, & ne deſiſtas, decidasvè ab incepto: ad
finẽ vſque ſuper te ſis ſemper vigilãs, vt ſis
Mat.10.b. immaculatus cum eo. Scriptũ eſt enim: qui
perſeuerauerit vſque in finẽ, hic ſaluus erit.
non enim incipere, ſed finire glorioſum eſt.
Eſto ſic igitur immaculatus cum eo, & chari
tatis glutino coniunctus, vt cũ apoſtolo dice
Rom. 8. g. re poſsis: quis nos ſeparabit à charitate Chri-
ſti &c? & ſuper teipſum ſimul inuigila, ne à
ſemel obtenta excidas charitate. Ecce tibi
ſemper inſidiatur iniquitas, ignicul⁹ (inquã)
ille, fomes & in malũ pronitas ac propenſio:
Rom.7.d. quam vtique membrorũ legẽ vocat apoſto-
Gen. 3. a. lus. quippe quæ inſidiatur vt ſerpẽs callidior
cunctis animátibus, & neſcio per quas rimu-
las, vitæ tuæ nocere cupit. quamobrẽ ob o-
culos id ſemper habere memẽto, & is verſi-
culus aureus, tuo ſemper verſetur in ore: ne
ſit peccãdi voluntas, quãuìs aliquis venialis
lapſus ſurrepat obſtrepatq; ab infirma carne
procedens. Sequit.

27. *Et retribuet mihi dñs ſecundùm iuſtitiã meam: & ſecundũ puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum eius.*

Operabor (ait) ex gratia ſimul & arbitrio
iuſtè, propter Deum, vt illi ſoli placeã: quem
bonorũ operum meorum manuumq; mearũ,
ſolùm habere cupio inſpectorem. cùm ipſum
ſponſum meum dicentẽ audierim: attendite
Mat.6.a. ne iuſtitiam veſtrã faciatis corã hominibus
vt videamini ab eis: alioquin mercedẽ non
habebitis apud patrem veſtrum, qui in cælis
Galt.1.b. eſt. Rurſusque apoſtolũ eius: An quæro ho-
minibus placere? ſi adhuc hominibus place-
rem: Chriſti ſeruus non eſſem. Retribuet er-
go mihi dñs ſecundùm iuſtitiam & manuum
mearum puritatem, quæ fecero in conſpectu
oculorum eius: id eſt, vt illi ſoli placeã. Nam
qui ſecus fecerint: non eſt ꝙ illis retribuat.
dicente domino: Amen dico vobis, recepe-
runt mercedem ſuam. quam ob rem eſto im-
maculatus cum eo: ſemper vigila & obſerua:
fac bonum vt illi placeas, non alteri. Nihil. n.
Dei oculos latet, quibus nuda ſunt omnia & Heb.4.c.
aperta. nulla ſit tibi etiã conuentio cum filijs
Belial, nulla cõmunio. quippe quæ viſcoſa,
contagioſa, & pernitioſa eſt. Sequit.

*Cum ſancto ſanctus eris: & cum viro innocente innocens eris.* 28.

Is & ſequens verſus, iam quaſi in prouerbiũ
apud fideles omnes, verſi ſunt. Nempe ꝙ ex-
perimento ita eſſe didicerint, & periculo cõ
probarint. Cum ſancto (inquit) ſanctus eris.
Ac ſi dixerit: qui adhęret Deo vnus ſpiritus
fit cum eo. Si ergo Chriſto ſancto, innocen-
ti, & immaculato atque electo ex millibus,
ſic adhęſeris, vt eius membrum fias, ſanctus
eris: & cum ſancto, cum innocente, & electo
innocens & electus: eriſque denique immacu
latus cum eo. At contra, ſi peruerſo diabolo
coniungaris, peruerteris & tu imitatione pra
ua: eriſque de numero reproborum. & hoc
eſt quod ſubiungit:

*Et cum electo electus eris: & cum peruerſo peruerteris.* 29.

Vel aliter, vt hæc verba in Chriſtum diri-
gantur ab ea vel eo, qui dixerat: & ero imma
culatus cum eo. vt ſit ſenſus: ita eſt ſanè, ꝙ ſi-
cut ab immaculato Deo immaculatus ero:
ſic & ſanctus, innocens & electus ab eo, qui
ſanctificat, & innocentiã præſtat, quique nos
elegit ante mundi conſtitutionẽ (ait Paulus) Ephe.1.a.
vt eſſemus ſancti & immaculati. At tu etiam
dñe ſanctificans: à ſancto ſanctus, & ab inno-
cente innocens reputaberis, eriſque ab ele-
cto electus in Deum, præ omnibus dijs: quẽ
admodũ Iacob ille à te electus te ſibi in De-
um elegit dicens: Erit mihi dominus in Deũ:
& lapis iſte, quem erexi in titulũ, vocabitur Gen. 28. d.
domus Dei, quem tu elegiſti prior. Sic enim
in ea, quæ ad Romanos eſt epiſtola apoſto- Ro.9.c.
lus ait: non ex operibus, ſed ex vocante di-
ctũ eſt ei: quia maior ſeruiet minori: vbi etiã Gen.25.c.
illud Malachiæ teſtimoniũ adfert: dilexi vos Mala.1. a.
dicit dominus, & dixiſtis: in quo dilexiſti
nos? non ne frater erat Eſau Iacob dicit do-
minus: & dilexi Iacob, Eſau autem odio ha-
bui? quòd ſi nunc quare te in Deum ele-
gerit roges? in promptu cauſa eſt, quòd
tu eum, ſcilicet ante mundi conſtitutio-
nem elegeris Deus. Nam cum electo
ele-



electus eris tu in Deum: & cum peruerſo,
qui deos adorauerit alienos, tu domine per-
uerteris, & ab obſtinato illo in perpetuum
auerteris, ſicut & conuerſo conuerteris.
Aut ſi mauis, dicta hoc cõpendiario intellige
verbo: Talẽ erga te inuenies Deũ, qualem te
geſſeris erga illũ. hæc nũc rumina, & fideli
animo penſa, atq; ipſum dñm ita in Leuitico
Leui.26. d. cõminantẽ audi: ſi ambulaueritis ex aduerſo
mihi: ego quoq; cõtra vos aduerſus incedã.

30. *Quoniam tu populum humilem ſaluum facies, & oculos ſuperborum humiliabis.*

Hoc breui compendio cecinit immaculata
Luc.1.e. virgo dicẽs: diſperſit ſuperbos mẽte cordis
ſui, depoſuit potẽtes de ſede, & exaltauit hu
Luc.18.c. miles. Et ex regula euangelica cõſtat: ꝙ om
nis qui ſe humiliat exaltabitur: & qui ſe ex-
altat, humiliabitur. Nec eſt ꝙ de Iudeis & gẽ
tibus amplius exponamus, aut de illis duob⁹
qui aſcenderũt in templũ, vt orarẽt: quorum
alter publicanus à lõgè ſtans, nolebat nec o-
culos ad cælum leuare, ſed percutiebat pe-
ctus ſuũ vt verè humilis, qui deſcendit iuſtifi
catus à Phariſeo ſuperbo. quia ſicut apud E-
Eſa.5.d. ſaiam legimus: Incuruabitur homo, & humi-
liabitur vir, & oculi ſublimiũ deprimẽtur, &
exaltabitur dñs exercituum in iudicio. Seq:

31. *Quoniam tu illuminas lucernã meã dñe: Deus meus illumina tenebras meas.*

Siue Chriſti ſiue eccleſiæ verba ſint: benè
primũ cõuenit apoſtolis, & eorũ ſucceſſori-
Mat.5.b. bus ſecũdũ. apoſtolis quidẽ dictũ eſt: vos eſtis
lux mũdi. Non poteſt ciuitas abſcondi ſupra
montẽ poſita. Nec accẽdũt lucernã & ponũt
eã ſub modio, ſed ſuper candelabrũ. Dicat er
go hæc vel ille, tu dñe Deus illuminãs apo-
Pſ.75.ve.14. ſtolos tuos, qui lucerna mea ſunt, vt & cęte-
ris lumẽ tuũ impertiant, illumina etiã eorum
ſucceſſores, quos tuos futuros eſſe pręnoſcis:
nũc autẽ tenebræ ſunt. quos ita poſtea Paul⁹
Ephe.5.b. alloquitur: eratis enim tenebræ, nũc autẽ lux
in dño. vel lucernæ noĩe, Iudeos intellige, iã
ante in fide mediatoris illuminatos, quos de
nuò ſplẽdore vultus ſui Deus illuminauit. At
noĩe tenebrarũ, gẽtes ydolorum cultores, ſe-
dentes in tenebris & in vmbra mortis, quos
Luc.1.g. petit illuminari, ad dirigendos pedes in viam
pacis.

32. *Quoniam in te eripiar à tentatione: & in Deo meo tranſgrediar murum.*

Quidã verterũt: quoniã in te conterã exer
citum. & in eundẽ ſenſum tẽdit: in te vno (ait
eccleſia) quẽ in principio pſalmi fortitudinẽ
meam appellaui, tentantem timebo neminẽ:
quin fortiſsimũ quenq; aggrediar, & inua-
dam potius, te ereptore: illumq; trãſgrediar
victrix, & ſi vt murus, inexpugnabilis videat.
Sic iſdem pſaltes alibi: dñs illuminatio mea Pſ.26.ve.1.
& ſalus mea, quẽ timebo? dñs protector vitę
meæ: à quo trepidabo? Et iterũ: dñs mihi ad- Pſ.117.ve. 6.
iutor: non timebo quid faciat mihi homo. do
minus mihi adiutor: & ego deſpiciam inimi-
cos meos. Et apoſtolus: ſi Deus pro nobis: Rom. 8. f.
quis cõtra nos? in Deo etiã, eiuſq; gratia ful-
ta, tranſgrediar murũ peccatorũ: qui obſtat,
ne ad eum accedere poſsim. quia ſicut pro-
prijs viribus (ſecluſa Dei gratia) nemo poteſt
meritoriè adimplere præcepta: ita nec vince
re aut vitare peccatum. Sequit.

*Deus meus impolluta via eius: eloquia domini igne examinata, protector eſt omnium ſperantium in ſe.* 33.

Laudat Deũ ꝙ protector ſit omniũ ſperan
tium in ſe: vt per totũ pſalm. nonageſimũ an
notare licebit, vbi promiſſum leges: qm̃ in Pſ.90. v. 14.
me ſperauit liberabo eũ: protegã eum quoniã
cognouit nomen meum. qui ergo promiſit
(haud dubiũ) faciet: quia via eius impolluta
eſt, & eloquia igne examinata, iamq; non ſe-
mel probata. Nõ eſt ꝙ fallat aut mentiatur,
qui natura impollutus & verax eſt. etenim
impolluta vtraq; via eius. Ac ſi dixerit: nec
degenerare poterit, qui filius Dei eſt, & pri-
mogenitus Mariæ virginis matris: ęterna ſi-
mul ac tẽporali generatione impollutus. Im-
polluta quidem vtraq; via eſt: & qua ab ęter
no progreſſus à patre, & qua eſt in temporis
plenitudine natus ex impolluta matre. Sunt
etiã eloquia eius caſta, iãq; per oĩa ſecula exa
minata, vtì aurũ igne: ſemperq; cõperta eſſe
& fuiſſe vera. Nã quis in dijs coæquabit dño, Pſ.11. ve. 7.
qui ſic (citra omnẽ fallentiã) protegat ſperã-
tes in ſe? & hoc eſt quod ſubdit:

*Quoniam quis Deus præter dominũ? aut quis Deus præter Deum noſtrum?* 34.

Quaſi dicat, nullus. Sequit.

*Deus qui præcinxit me virtute: & poſuit immaculatam viam meam.* 35.

Hoc verbum, Deus emphaſim quandam ha
bet, perinde ac apud Ioannem Euangeliſtã,
illud verbum, gloriam, dum ait: & vidimus Io.1.b.
gloriam eius, gloriã, quaſi vnigeniti a patre.
Nunc autem, quis Deus &c? & ſtatim vt Dei
huius innuat excellentiam ait: Deus qui præ
cinxit me virtute contra vitia: Deus, qui po-
ſuit immaculatam viam meam. Et ſequit.

*Qui perfecit pedes meos tanquàm ceruorum: & ſuper excelſa ſtatuens me.* 36.

Et ſimili connexione ſubiungit:

Qui

37. *Qui docet manus meas ad prælium: & poſuiſti vt arcum æreum brachia mea.*

Vel vt quidam legunt, & conterent arcum
æreũ brachia mea. Talis profectò Deus, De-
us deorum eſt: Deus magnus, & rex magnus
ſuper oẽs deos. Deus qui præcinxit me vir-
tute, dedit robur & fortitudinẽ, quod eſt in
milite primum: & poſuit immaculatã viam
meam, vt omnibus proſim, & nulli noceã: &
hoc ſecundũ. quæ vtiq; duo, actiuam vitã re-
ſpiciunt. Deus (inquã) qui perfecit pedes me
os tanquã ceruorum: & ſuper excelſa ſtatu-
ens me. hoc autẽ tertiũ ad contemplatiuam
Pſ.103.v.19. vitam pertinet. Vnde iſdem alibi pſaltes ait:
montes excelſi ceruis, iuſtis. ſ. ac perfectis,
qui ſublimia contemplantur: petra autem re
fugium herinacijs, id eſt, imperfectis, & pec-
catorum ſpinis obſitis, quibus firmiſsima pe-
Luc.5.f. tra Chriſtus refugiũ eſt, qui non venit voca-
re iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiã. De-
us etiam, qui (vt iſdem ait) docet manus me-
as ad prælium: & hoc quartũ. Oportet enim
ſtrenuũ eſſe militem, induſtriũ, dextrũ, ac bel
li peritũ, qui pro loco & tẽpore nouerit ar-
ma vibrare. Nunc ergo qui virtute præcin-
ctus, immaculatam duxerit vitã, in Deũ ten-
Iob.1. dẽs, vt homo ſine querela, verus Dei cultor,
abſtinens ſe ab omni malo, & permanens in
innocentia ſua. quiq; pedibus (vt aiunt) & ma
nibus præliatur: & ſic præcinctus, ꝙ huius vi
tæ ſinus ſibi non ſint impedimento: agilis at-
que expeditus vt ceruus, qui alta petit: dum
conſilia non obliuiſcitur, & duabus manibus
præcepta charitatis adimplet. qui ſic deniq;
conſtans & infractus, atq; in bono adeò per-
ſeuerans eſt, vt verè Deo dicere poſsit: poſu-
iſti vt arcum æreũ brachia mea: is (dubio pro
cul) victor euadet. Meritò igitur pro his om
nibus, Deo ſuo gratias agit eccleſia, quæ ac-
Pro.31.c. cinxit fortitudine lumbos, & roborauit bra-
chium ſuũ: & ideò manũ ſuam miſit ad for-
tia, eò ꝙ Deus fortitudo & firmamentũ eius
ſit. quæ vtiq; dũ hæc omnia ſibi à Deo colla-
ta conſiderat beneficia, quaſi nouo amoris
igne ſuccenſa, & à tertia qua hactenus loque-
batur, in ſecundã ſe ſubitò transfert perſonã:
& ad Deum ſuum conuerſa, ea quæ vlterius
acceperit dona recenſet dicens: poſuiſti vt ar
cum æreum brachia mea. Proſequiturque.

38. *Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ: & dextera tua ſuſcepit me.*

Et huic ſimiles duos alios ſubſequentes
verſus annectit: qui omnes ita ſunt lucidi &
aperti, ꝙ nulla elucidatione egent. Ait ergo:
Ideò te dixi protectorem & refugium, quia
dediſti mihi protectionem ſalutis & ſaluta-
ris tui: quum dextera tua, qui Chriſtus eſt, car
nem aſſumens, ſimulque gratiã conferens, ſuſ
cepit me. Et diſciplina tua correxit me in
finem.

39. *Et diſciplina tua ipſa me docebit.*

Hoc eſt dictu: diſciplina tua, qua me errantẽ
afflixiſti magiſter bonè, correxit me in finẽ:
quippe quæ me traxit ad te manſuetiſsime
Chriſte, & correctam atque attractã, me do-
cebit ipſa: dum me prouidam & cautam effi-
ciet in futurum, ne à te deuiem, qui meus es
ſine fine finis. Sequiť.

40. *Dilataſti greſſus meos ſubtus me: & non ſunt infirmata veſtigia mea.*

Meos quidẽ affectus dilataſti: ſed ſubtus me,
vt ambularem in latitudine charitatis. Nam
quæ ante deambulatorio inceſſu laſciuiens,
huius ſeculi fruebar bonis, nec te quærebam:
iam concito gradu, te vnum, anhelo corde
requiram. Nec enim adeò (vt olim) veſtigia
mea infirmata erunt, vt vagari incipiam poſt Cant.1.c.
greges ſodalium tuorum: cùm mihi præſtite
ris robur, dilataueris greſſus: & non ſemel tu
(quem diligit anima mea) indicaueris mihi,
vbi paſcas, vbi cubes in meridie. Porro dexte
ra tua, quæ ſuſcepit me, ſuſtentabit laſſam.
vel ſic, dilataſti greſſus meos ſubtus me: cùm
affectus carnis ſubdidiſti rationi, & rationẽ
gratiæ & charitati. hoc enim totũ (vt dixi-
mus) fuit dilatare greſſus, vt iam ambulem in pſ.118.oct.
latitudine charitatis, quæ amicũ capit & ini 6.ve.5.
micum. quippe quę ante infirma, imperfecta,
& malè conſcia, amicum tantùm dilexeram:
ipſum ſolùm ex lege diligendũ intelligens, & Leui.19.d.
hinc illatum audierã, ꝙ dictum ſit antiquis:
diliges proximum tuum, & odio habebis ini
micum tuum: amicũ iam diligã in te, & inimi
cũ propter te, vbi dilataſti greſſus meos ſub-
tus me dicens: ego autẽ dico vobis: diligite Mat.5.g.
inimicos veſtros: benefacite his, qui oderunt
vos. Nõ enim ſunt iã infirmata veſtigia mea:
quin ſequar potius veſtigia tua, quæ ob id ar
bitror perforaſti: vt per ea te Deum meum
agnoſcerem: & agnitũ imitarer, qui pro per-
ſequutoribus oraſti dicens: pater dimitte il- Luc.23.e.
lis, non enim ſciunt quid faciũt. hæc ergo ſe-
quens, quæ mihi veſtigia reliquiſti, amicos di 1.pet.2.
ligam in te, & inimicos propter te. Sequiť.

41. *Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos: & nõ cõuertar, donec deficiãt.*

Perſequar vtiq; vt conuertam: non vt fugẽ
& auertam. perſequar, non vt diſperdam, ſed
vt reſipiſcentes amore proſequar, in vnũ con
gregem, & ad gremium ducam. Et non con-
uertar



uertar retrorſum, nec ab incepto deſiſtam:
donec ipſi deficiant ab inimicitia & odio, mi
hique efficiantur amici, & fide ac vita con-
formes. Sequitur.

42. *Confringam illos, nec poterunt ſtare: cadent ſub pedes meos.*

Confringam illos, vincens in bono malum.
nec ante criſtam erigentes poterunt ſtare ad
ſe reuerſi: quinimo ad Deum cõuerſi, ſed de
proteruientibus atq; erecto collo ſuperbis,
iam humiles facti: cadẽt ſubtus pedes meos,
ipſoſque per obedientiam lingentes dicent:
Credo ſanctam eccleſiam catholicam. Seq.

43. *Et præcinxiſti me virtute ad bellum: & ſupplantaſti inſurgẽtes in me, ſubtus me.*

Hoc, & quod ſequitur: actum nouimus, &
in dies fit contra Iudeos, hæreticos & ſchiſ-
maticos, cæteroſque eccleſiæ & euangelio
rebelles, contradictores, & contumaces. præ
cinxiſti me (ait) tu qui mihi cõtuliſti fortitu-
dinis robur, & inſurgentes in me confudiſti,
depreſiſti, & ſubdidiſti.

44. *Et inimicos meos dediſti mihi dorſum: et odientes me diſperdidiſti.*

Fugaſti obſtinatos, & vertere terga feciſti,
vtì puſillanimes, nec te nec me dignos: quos
diſperdidiſti vtiq;, ꝙ oſores ſint eccleſiaſticę
fidei & vnitatis.

45. *Clamauerunt, nec erat qui ſaluos faceret: ad dominum, nec exaudiuit eos.*

Clamauerunt fruſtra: ꝙ longè aberat ab eis
Pſ.10.ve.6. dñs, ac perinde ſalus: nec exaudiuit eos con-
tra eccleſiam, & extra clamãtes. erat quippe
oratio eorum in peccatum, quæ peccatis ob
ſiſtentibus nõ auditur. vnde iſdẽ ait pſaltes:
iniquitatem ſi aſpexi in corde meo: non ex-
audiet dominus. Sequitur.

46. *Et comminuã eos vt puluerẽ, ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.*

Proterã eos, & ſuperbiã illorũ atq; gloriã,
in puluerem deducam: ipſamque ventilabo
& in zephiros abire iubebo. nec ſecus auari-
tiam illorũ, qui cœnũ congregant & lutũ in
domo ſua, nec rei alteri ſtudent, delebo vt lu
tum platearũ, vtì bona ambulantium per viã
Mat.7.c. latam, quæ ducit ad perditionẽ, deleri atque
perire ſolẽt: ꝙ trãſitoria ſint. delebo (inquã)
ita vt profugi, diſperſi, & abiecti per orbem:
etiam mendicare cogantur. Sequiť.

47. *Eripies me de contradictionibus populi: conſtitues me in caput gentium.*

Verba Chriſti ſunt: quibus apertiſsimè Iu-
deorum populus incredulus & contradicẽs
reprobatur: & gentes Chriſto capiti incorpo
rantur. Eripies me (ait Chriſtus ad patrẽ) de
contradictionibus populi: qui & ſignis, ver-
bis, & operibus, malo ac peruerſo animo, cõ-
tradicũt: & conſtitues me in caput gentium.
& ipſum dedit caput ſuper omnem eccleſiam
(ait apoſtolus) quæ eſt corpus ipſius & ple- Ephe.1.d.
nitudo eius. Ideo ſubiungit:

48. *Populus, quem non cognoui, ſeruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.*

Id eſt populus gentium, cui non contuli ea
quæ Iudeis beneficia, legem. ſ. prophetas, tẽ-
plum, & ſacerdotiũ, quaſi peculiari populo.
Is qui ſic videbatur ignorans & ignotus, ſer-
uiuit mihi cultu latriæ. in auditu etiam auris
obediuit mihi: quia in fide quę ex auditu eſt.
Auditus autẽ per verbum Chriſti ait Paulus. Rom.10.d.
nempe hoc ita prænũciauerat Iſaias dicens: Iſai.55.b.
Ecce gentes quas neſciebas vocabis, & gẽtes
quæ te non nouerunt, ad te current.
lege iam eam quam Romanis ſcripſit epiſto-
lam iſdem Apoſtolus: vbi (eo quo ſolet pro-
fundiſsimo ſenſu) & de Iudeorũ obſtinatio-
ne, & gentiũ fide ac vocatione diſputat, atq;
famatiſsimum illud Oſeæ adfert teſtimoniũ.
vocabo non plebem meam: & non dilectã di Rom.9.c. plebẽ meã
lectam, & nõ miſericordiam conſequutam:
miſericordiã conſequutã. Et erit in loco vbi
dictũ eſt eis: non plebs mea vos: ibi vocabun
tur filij Dei viui. Mirabilis quidem prophe- Oſeæ.2.d.
tia: ſed mirabilior prophetiæ adimpletio. Et
ſponſabo te mihi (ait) in ſempiternũ. & ſpon-
ſabo te mihi in iuſtitia, & iudicio, & in miſe-
ricordia, & miſerationibus. & ſponſabo te
mihi in fide, & ſcies quia ego dñs. paucisque
interiectis ait: & dicam non populo meo: po
pulus meus es tu, & ipſe dicet: Deus meus es
tu. nempe beatus populus, cuius dominus pſ.143.
Deus eius. E diuerſo autem, infelices illi, qui
dñm venientem in propria: non receperunt. Ioan.1.a.
odio enim habuerunt venientem, nec credi-
derunt miracula facientem. perſequuti ſunt
morientem: nec glorificant reſurgentem, &
in cælos aſcendentem, atque ad dexteram pa
tris ſedentem. quod vtique per Eſaiam do- Eſai.65.a.
minus, vtrunque myſterium complexus ait:
quæſierunt me, qui ante non interrogabant:
inuenerũt qui non quæſierunt me. dixi: ecce
ego, ecce ego, ad gentem quæ neſciebat me,
& quæ non inuocabat nomen meum. Expan
di manus meas tota die ad populũ incredulũ,
q. graditur in via nõ bona, poſt cogitationes
ſuas. quod etiã vlterius latè proſequiť. lege ſi
vacat. & in hũc ſenſum ſubiũgit Dauid ſanct9:
*Filij alieni mentiti ſunt mihi, filij alieni*

49. *inueterati ſunt: & claudicauerunt à ſe-*
*mitis ſuis.*

Exo.4.f. Dixerat olim Deus: filius meus primogeni
tus Iſrael, qui nũc filios alienos appellat. Nã
ideò alieni, quia mentiti: ideò alieni, quia in=
ueterati: ideò alieni, ꝙ claudicãtes. tria quip
pe dicit, ꝙ mentiti, ꝙ inueterati, ꝙ denique
Io.8.f. claudicantes ſint. nẽpe vti filij diaboli imita-
tione, qui mẽdax eſt, & mendacij pater: quiq;
inueteratus, obſtinat', pertinax, & claudicãs,
ab infeliciſsimo caſu: dicẽte Chriſto: vos ex
patre diabolo eſtis, nõ generatione ſed imita
tione: obidq; à Deo alienati. audite dñm per
Eſa.1.a. Eſaiam rei huius conquerentẽ, & huiuſmodi
alienatos exprobrantẽ. filios (inquit) enutri-
ui & exaltaui: ipſi autẽ ſpreuerũt me. cogno=
uit bos poſſeſſorẽ ſuũ, & aſinus præſepe dñi
ſui: Iſrael autẽ me non cognouit, & populus
meus nõ intellexit. væ gẽti peccatrici, & po-
pulo graui iniquitate, ſemini nequã, & filijs
ſceleratis, dereliquerũt dñm, blaſphemauerũt
ſanctũ Iſrael, abalienati ſunt retrorſum. quid
iã (obſecro) clarius & euidẽtius dici potuit?
audiſtis alienationẽ: audite mendaciũ. Porro
Moſes veſter conteſtatus eſt vobis huiuſce=
modi verbis, Chriſtum dñm eſſe venturum.
Deu.18.c. prophetam (ait) de gente tua & de fratribus
tuis ſicut me ſuſcitabit tibi dñs Deus tuus,
ipſum audies &c. Et vos ipſum recepturos
ſub anathemate ſpondiſtis dicẽtes: Amen, vt
Deu.27. d. in Deuteronomio ſcripto relictum eſt. hunc
tamen venientẽ, nec recepiſtis, nec audiſtis,
nec obſeruaſtis: quin potius abieciſtis, & refu
taſtis. Conſtat ergo vos (vel in hoc vno om=
nium maximo) fuiſſe mẽdaces, fœdifragosq;:
vt cætera veſtra mẽdacia taceamus: ne dies
ac noctes in re peruia cõſumere videamur. ꝙ
ſi inueterationem petitis: auſcultate. Etenim
ſic mordicus legem veſtrã tenetis ipſamque
ſequimini literã occidentẽ: vt nihil in noui-
tate ſpiritus admittatis. nec (ꝙ legis ſcitum
Leui.26. b. eſt) nouis ſuperuenientibus, vetera proijcitis
vt vetera nouis cedant: ſed ſic retinetis, vt ad
huc carioſa & mucida, ipſaque vetuſtiſsima
veterum, ſemper comedatis. Nunquid nõ au=
diſtis dñm (per Hieremiam) teſtamenti ſui ac
fœderis nouitatẽ pollicentem? Ecce dies ve=
Hier.31.f. nient (dicit dñs) & feriam domui Iſrael, &
domui Iuda, fœdus nouum: non ſecundũ pa=
ctum quod pepigi cum patribus veſtris, in
die qua apprehendi manũ eorum, vt educerẽ
eos de terra Egipti: quod vtique teſtimoniũ
Heb.8.d. vobis ſcribens, citat apoſtolus & infert: di-
cendo autẽ nouum, veterauit prius. quod au
tem antiquatur & ſeneſcit, prope interitum
eſt. Ecce iam dies illi venerunt, & pactum ſo
nuit per orbem: vos autẽ inueterati dicitis:
quid eſt hoc? quæ nam doctrina hæc noua? at Mar.1.c.
quæritis (nec fallor) claudicationẽ. an non ve
rum eſt in hodiernum vſq; diem, illud verbũ
quo vos carpit Helias? vſquequo (inquit) clau 3.Reg.18.d.
dicatis in duas partes? ſi dñs eſt Deus, ſequi=
mini eum: ſi autẽ Baal, ſequimini illum. Por=
ro claudicatis, qui dextro noui teſtamenti
pede non vtimini. Sequit.

*Viuit dñs, & benedictus Deus meus:* 50.
*& exaltetur Deus ſalutis meæ.*

Eccleſia iam nunc ſe totam in Chriſti laudẽ
& benedictionem effundit. viuit dominus
(ait) hoc quidem vincenti dici ſolet, non vi=
cto. nẽpe viuit dñs & æternum viuet. viuit
qui viuificat omnia, & cui omnia viuunt. vi-
uit denique is, in quo viuimus, mouemur, &
ſumus. Et benedictus Deus meus qui manda
uit mihi benedictionem & vitã vſque in ſe- Pſ.123.ve.4
culum. Deus (inquã) meus qui mihi ſeipſum
dedit in Deum, dñm, patrẽ, ſponſum, ac fra-
trem. ſit ipſe benedictus, cui debetur benedi- Apo.7.c.
ctio, & claritas, & ſapiẽtia, & gratiarũ actio,
honor, virtus, & fortitudo, in ſeculorũ ſecula
Amẽ. Et exaltetur Deus ſalutis meæ: qui meũ Pſ.9.ve.14.
exaltauit cornu, qui exaltat me de portis
mortis: qui demum in manu forti & brachio Pſ.73. v.13.
extento, operatus eſt ſalutem in medio ter-
ræ. Sequit.

*Deus, qui das vindictas mihi, & ſubdis* 51.
*populos ſub me: liberator meus, de inimi-*
*cis meis iracundis.*

Ecce iterum à tertia in ſecundã ſe transfert
perſonam. & dũ prophetici ſpiritus impetu
fertur, atque ea (qua ſupra vſus eſt emphaſi)
ait: Deus, qui das vindictas mihi: de præteri=
tis beneficijs gratias agit, quòd mirabili vin
dictæ genere (vt rem ipſam ſuperius enuclea
uimus) populos ſubdiderit illi, liberaueritq;
illam de inimicis iracundis ſathanico impetu
ac furore actis: eos ad fidem trahens, & illo-
rum rabiem in amicitiam conuertens. & hoc
de præteritis. at de futuris: Sequit.

*Et ab inſurgentibus in me exaltabis me:* 52.
*à viro iniquo eripies me.*

Porro in futurum ſe exaltandã fore contra
inſurgentes hæreticos, ſchiſmaticos & paga=
nos, atque à viro illo iniquo Antichriſto eri
piendam eſſe prænunciat eccleſia. cuius rei
gratia ſe illum perpetuò laudaturam prote-
ſtatur. & hoc pio fine claudit pſalm. dicens:

*Propterea confitebor tibi in nationibus* 53.
*domine: & nomini tuo pſalmum dicam.*

Huius



Rom. 15. b. Huius meminit teſtimonij apoſtolus ad Ro=
manos, cùm diuinã erga gentes miſericordiã
efferret. Deus bone? quis vnquã ceſſabit à lau
de: cũ te in dies magis ac magis beneficũ oſtẽ
das? quamobrẽ cõfitebor mirabilia opera tua
Pſ.101.v.19. in mille generationes: & populus, qui creabi
tur, laudabit dñm, & nati natorũ, & qui na-
ſcentur ab eis, & pſalmũ dicã nomini tuo. dic
iam pſalmũ (precor) vt & ego tecum dicere
Abac. 3. d. poſsim: dicam profectò & exultabo in Deo
Ieſu meo, hoc etenim nomẽ illi dicam: Deus
dñs fortitudo mea: & ponet pedes meos qua
ſi ceruorũ, & ſuper excelſa mea deducet me
victor in pſalmis canentẽ. eia ergo nationes
oẽs cantemus cũ eccleſia tympaniſtria no-
Exo.15.a. ſtra illud Moyſis carmen: cantemus dño, glo
rioſè enim magnificatus eſt. alternis dicem':
fortitudo mea & laus mea dñs, & factus eſt
mihi in ſalutem. Sequit.

54. *Magnificans ſalutes regis eius, & faciẽs*
*miſericordias Chriſto ſuo Dauid: & ſe-*
*mini eius vſque in ſeculum.*

Pſalmum dicã, vtique magnificãs ſalutes re
gis eius, regis, cuius regis? profectò regis re-
gum, quẽ pater conſtituit regem ſuper Sion Pſ.2.ve.6.
montẽ ſanctum eius. Eſt quidẽ dñs magnifi-
cus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis,
faciens mirabilia, faciensq; miſericordiã Chri
ſto ſuo Dauid, & ſemini eius vſq; in ſeculũ.
Atquì Dauid myſticus, eſt ſpõſus eccleſiæ
Chriſtus, iuxta vaticiniũ prophetæ Hieremię Hier. 23. a.
dicẽtis: ecce dies veniẽt dicit dñs, & ſuſcita
bo Dauid germen iuſtũ, & regnabit rex: & ſa
piens erit, & faciet iudiciũ & iuſtitiã &c. &
hoc eſt nomẽ ꝙ vocabũt eum: iuſtus noſter.
Et huius Dauidis: ſunt oẽs electi ſemen, de
quo per eundẽ prophetã ait: ſicut enumerari Hier. 33. d.
non poſſunt ſtellæ cæli, & metiri arenæ ma=
ris: ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei,
& leuitas miniſtros meos. Lauda igitur felix
eccleſia, & ſicut Eſaias ait, decanta laudem Eſa.54.a.
& hinni quę non pariebas: quoniam multi fi
lij deſertę, magis quã eius quæ habebat virũ,
dicit dominus: cui ſit honor & gloria in ſecu
lorum ſecula. Amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 17.

*Diligam te dñe fortitudo mea: qui et firmamẽtum, refugiũ, liberator, Deus, adiutor, protector, cornu ſalutis, & ſuſceptor meus es. talem dominum inuocabo fide, ſpe, & charitate: in patronum agnoſcens, ipſiq; gloriam tribuens, & ab inimicis meis ſaluus ero. nempe qui peccatis undique mortem inſerentibus uallatus, ac torrentibus perſequutionum innundantibus afflictus eram, et (ſi dixerim) originali etiam culpa obſtrictus, atque ipſa membrorum lege, quaſi laqueo præoccupatus & comprehenſus: in tribulatione mea inuocaui dñm &c. clamaui quidem, & exauditus ſum, ait lapſus homo ſiue eccleſia ſancta. Commota eſt terra, & illius principes conturbati, omniſq; malitia peccatorum deſtructa: quoniam dñs irritatus eſt malis hominem infeſtantibus. & ecce compuncti patres, & ſibi ipſis (ꝙ in Deum peccauerint) irati, ij qui ante carbones erant frigidi, ac denigrati: à Deo ſuccenſi, charitatis igne flagrare cœperunt. & aſcendit eorundem oratio, quaſi uirgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris. Cuius ſuauitati condeſcendens dñs: inclinauit cælos & deſcendit hominẽ redempturus. Et caligo ſub pedibus eius: quibus diabolus malorum inuentor, calcatur. Et aſcendit dñs ſuper Cherubin, omneſq; angelicos ſpiritus excellens, atque ſaliens & tranſiliens montes & colles: celerrimo uolatu deſcendit in uterum uirginis. & hoc mirabili arcano atque abdito fidei ſacramento: ſeipſum celauit. & poſuit (inquit) tenebras latibulum ſuum: in circuitu eius tabernaculum ſuum, non ſecus (ſi magna licet componere paruis) quàm ſi aqua denſiſsima occuletur nube. quod etiam ſacramentum quibuſdã propheticis uelaminibus, & enigmaticis loquutionibus: quaſi nubibus occluſit dñs. At Chriſto nato, præ fulgore eius, in conſpectu eius, nubes tranſierunt: & nubes aliæ ſucceſſerunt, aqua ſalutari irrigantes orbem. quæ itidem à Iudaico populo tranſierunt. tranſijtq; in calorem grando gentium: & carbones Iudeorum incenſi, in incredulam frigiditatem. & intonuit de cælo dominus: & altiſsimus dedit uocem ſuam, doctorem approbans & doctrinam. Miſitq; apoſtolos quaſi ſagittas corda hominum transfigentes, & quæ reperit mala, diſsipauit, atque in uerbi euangelici confirmationem, corruſcantia miraculorum fulgura multiplicauit. Tunc apparuerunt fontes aquarum uiuentium, & ſacræ ſcripturæ loca abdita innotuerunt, ipſaq; Chriſtianæ fidei fundamenta reuelata ſunt: te dñe aperiente, & per ſpiritũ tuum, uerum ſenſum inſpirante. miſit de ſummo cælo dominus filium ſuum, & accepit me eccleſiam ſuã in ſponſam, atque ex multis populis, in unitatem baptiſmi fidei, congregauit eduxitq; me de obruentibus aquis peccatorum: & ſic eripuit me de inimicis fortiſsimis in me præualentibus. nam etſi præuenerunt me in die afflictionis meæ: factus tamen eſt dominus protector meus, & eduxit me ſoſpitem ab anguſtia in latitudinem, quod, non meis meritis: ſed beneplacito ſuo tribuo. qui etiam retribuet mihi iuxta opera mea, quia declinaui à malo, ex gratia ſimul & arbitrio: & feci bonũ mandata ſeruãs, iudicia eius pariter & iuſtitias ob oculos habeo, ſemperquè inuigilo, ne maculam contraham: mibi ipſi cauens, ut*

*ſim grata remuneratori Chriſto,qui mihi retribuet bonum(hoc,intuitu ut ſibi placeam) facienti. Ob*
*id ſemper nociua conſortia fugi.nam cum ſancto ſanctus eris &c.tu homo.tu etiam Deus iuſtus & re-*
*ctus,cum ſancto ſanctus eris,& cum innocente,innocens:ipſi cooperans,ut ſanctus ſit & innocens. Et*
*ab illo qui huiuſmodi eſt:tu itidem Deus,reputaberis ſanctus,& cum electo electus.at contrà,cum per*
*uerſo,peruerſus & iniuſtè agens(tametſi iudicio iuſto egeris)ab obſtinato atque ſic peruerſo peruer*
*teris.quod eſt dictu:in perpetuum auerteris.quoniam tu populum humilem ſaluum facies. Id utique*
*tuum eſt,parcere ſubiectis & debellare ſuperbos.deprimere elatos,& exaltare humiles.Tu etiam il-*
*luminas lucernam meam Deus meus:illumina tenebras meas. Illuminaſti apoſtolos qui mihi lucernæ*
*ſunt:illumina reliquos adhuc in tenebris ambulantes. nihil enim eſt tibi difficile,nec eſt quod obſiſtat:*
*ſi uelis.quoniam in te eripiar à tentatione,& in Deo meo tranſgrediar murum peccatorum. an non*
*ipſe Deus promiſit ſe protecturum omnes ſperantes in ſe?& uerax eſt,nec fefellit unquàm. nam Deus*
*meus,impolluta uia eius:eloquia domini igne examinata.quoniam quis Deus præter dominum?profe-*
*ctò nullus.Deus(inquàm)qui præcinxit me uirtute &c.ut malo reſiſtam,perfecit pedes,ut bona cogi-*
*tem,& proſequar ipſa,uitam actiuam agens.& ſuper excelſa contēplatiuè ſtatuens me.Is ipſe Deus*
*docet manus meas ad prælium,ut uincam in bono malum,datq; inflexibilem perſeuerantiam per arcum*
*æreum ſignificatam.Sed quid paucula hæc refero?deficient me dies,ſi omnia quæ mihi hactenus contu-*
*liſti recenſere uoluero,Deus bone.atqui hoc unum ſilentio præterire non poſſum:quòd unigenitum tuū*
*mihi dederis in ſaluatorem:hominem factum,carnem meam aſſumentem , ac me ſibi deſponſantem. de-*
*diſti quidem mihi protectionem ſalutis tuæ:& dextera tua ſuſcepit me.dediſti magiſtrum,nam diſcipli-*
*na tua correxit me in finem:dilataſti animæ meæ greſſus,dediſtiq; pedibus meis ſeu affectibus robur,ut*
*te ſummum bonum cogitarem,te appeterem,te quærerē,ad te irē:quippe qui affectus meos mihi ſubdi-*
*diſti,& ſubtus me poſuiſti.his omnibus fulta,perſequar inimicos,ut amicos faciam:confringam illos,&*
*fidei colla ſubmittent.tu etiam præcinxiſti me uirtute ad bellum cōtra rebelles & perſequutores:quos*
*tu ſupplantaſti ſubtus me,& obduratos uertere terga feciſti,nec illos exaudiſti,ſalutem & ſaluatorem*
*extra meos limites,eccleſiaſticam .ſ.unitatem(heu fruſtrà)quærentes.hos comminuam uti puluerem,*
*& quaſi lutum platearum delebo.nam omnia poſſum in eo qui me confortat:dixi,ait eccleſia ſancta.at* phil.4.c.
*Chriſtus ſponſus ubi ſiluit ſponſa:ſuæ narrationis ad patrem initium ſumpſit , atque ita exorſus ait:*
*eripies me de contradictionibus populi,conſtitues me in caput gentium.nam relicto Iudeorum populo*
*ingrato,& contradicente,ubi notus erat Deus:ignotus populus gentium qui ambulabat in tenebris ſer*
*uiuit mihi.ſeruiuit,& in auditu auris obediuit.fides nanque ex auditu eſt.filij alieni,ij.ſ.qui ſuopte in-* Eſai.1.b.
*genio abalienati ſunt retrorſum , mentiti ſunt mihi:inueterati & claudicantes. Ecce iterum ſponſa*
*(quod ſibiipſi ſilentium indixerat)rumpens:Dei ſui pariter & ſponſi laudes proſequitur dicens:uiuit*
*dominus,& benedictus Deus meus,& exaltetur Deus ſalutis meæ:Deus(inquā)qui das uindictas mihi*
*& cætera quæ ſequuntur.propterea confitebor tibi in nationibus domine,quòd te magnificum ſenſe-*
*rim erga Dauid myſticū,ipſum.ſ.regē,regē quem unxiſti Ieſum Chriſtum,& ſemen eius,quod per ad-*
*optionis gratiam regenerauit.Eia uos homines,ſuper his omnibus,Dei gloriam concinite mecum:quan*
*doquidem cæli,aſtra,ipſaq; muta elementa,ſuis curſibus & operationibus,quaſi uocibus illam enarrāt.*

PSALMVS 18.

***CEli enarrant gloriam Dei:&***
***opera manuum eius annun-***
***ciat firmamentum.***
Huius pſalm. titulus eſt:in finē
pſalm.Dauid,ſatìs ſuperius elu-
cidatus.nunc autem conſiderare libet in pri-
mis,quid ſibi vult mirabilis hæc diſtincta cō
iunctio,& coniuncta diſtinctio:ꝙ cæli enar
rant gloriam Dei,& firmamentum annūciat
opera?qui cæli(rogo)quod firmamentum,&
quam gloriam, aut quæ opera narrant ? nec
enim inſipiētes erimus, ſi hos quos videmus
cælos,hoc firmamentum, ac cætera munda-
næ huius fabricæ:Dei gloriam, manuumque
eius opera enarrare dixerimus atque annun-
ciare:quandoquidem autorē ſuum , & illius
magnitudinem,velut indice produnt.Inuiſi-
bilia enim ipſius(ait Paulus)à creatura mun- Rom.1.c.
di,per ea quæ facta ſunt intellecta conſpici-
untur,ſempiterna quoque eius virtus & diui
nitas: ita vt ſint inexcuſabiles, quia cùm co-
gnouiſſent Deum, non ſicut Deum glorifica
uerunt.quamobrē inexcuſabilis es homo , ſi
Deum nō glorifices: quādo hæc omnia (etſi
rationis expertia) enarrant tibi gloriā Dei.
Sed longè altius(hæc dicens)pſalmographus
ipſe obtutum dirigit.alios profectò tunc ſpi-
ritu intuebatur cælos,aliud firmamentū,quū
in hæc verba prorupit : cæli enarrant gloriā
Dei.nempe apoſtolos & euangeliſtas præui
debat,qui perfectiùs & apertiùs Dei gloriā
enarrarunt : quum in omnem terram exiuit
ſonus eorū,& in fines orbis terræ verba eo-
rum.Concors eſt etiam huic noſtræ,apoſtoli
Pauli ſententia dicentis:ergo fides ex auditu Rom. 10.d.
eſt,



eſt,auditus autē per verbū Chriſti. ſed dico:
Nūquid nō audierūt? & quidē,in omnē terrā
exiuit ſon⁹ eorū &c.dices tamē:quod apoſto
lis cū cælis ſimbolū,qui à cęlādo cæli dicunt?
multū per omnē modū.Apoſtoli eñ prædicā
Ro.1.a. tes,& hominibus reuęlantes euangeliū Dei,
quod ante ꝓmiſerat per ꝓphetas ſuos in ſcri-
pturis ſanctis de filio ſuo,qui factus eſt ei ex
ſemine Dauid ſecūdū carnē, cæli myſtici fue
rūt luminoſi,perſpicui, ſublimes , influentes,
firmi,& ornati:qui(vt pſaltes ait)enarrāt glo
riā Dei.ſed quā(obſecro)gloriā?reſpōdeat ſa
Pro.25.a. pientiſsimus ille Salomō : gloria Dei eſt cela
re verbū:& gloria regū inueſtigare ſermonē.
Porro gloria Dei fuit,verbū ſuū humana car
Io.1.b. ne celare.de qua fortè ſacer ait euāgeliſta:&
vidimus gloriā eius,gloriā, quaſi vnigeniti à
patre.Atquì hāc apoſtoli enarrarūt,qui vel in
hoc reges & principes glorioſi meritò dicen
di ſunt:ꝙ hūc meruerūt inueſtigare,& reue-
lare ſermonē,& paſsionis ſimul reſurrectio-
nis & aſcenſionis gloriā enarrarunt.At verò
firmamentū,cælū(inquā)illud ſtellatū, virtu
tibus ornatū,influens,ſublime,conſtās,& fir-
mū,cui tota ſe infudit (quū cæteris per par-
tes)plenitudo gratiarū, Maria.ſ. feliciſsima,
virgo virginū,decus & corona:annūciat ma-
Pſ.110.ve.2: gna opera dñi, exquiſita inter oēs volūtates
eius. magna (inquā)quæ fecit illi, pariter &
nobis,qui potens eſt:vt ex ea carnem aſſume
ret.talē ſiquidem artifex ille ſummus, futurā
ſibi cōdidit matrē:ꝙ nō ſolū opus, verū etiā
opera dici poſsit:quandoquidem oīa ſuperat
perfectione. quippe quæ omnia annunciat,
vtì firmamentū cui eminētius & firmius fixæ
ſunt omnes aliorū ſanctorū ſtellæ,nimia clari
tate fulgentes.ſiue puritas,ſiue charitas,ſiue
humilitas,ſiue fides,patientia,obedientia,cæ
teręq; virtutes oēs,quę ſparſim in alijs eſt in
uenire ſanctis.annūciat etiā manuū Dei ope-
ra:vt imago , quæ maximi opificis manum
oſtendit,& ſapientiſsimi pictoris præbet ar-
gumētū.vel ſi mauìs:cęli enarrāt gloriā Dei,
Mat.2.a. dū noui fulgoris ſtella gētibus apparuit:quæ
claritate ſua,magni ducis perinde ac veri ſo-
lis ediceret ortum.Et ſcripturæ ſacræ firma-
mentum,ipſius acta,& mirabilia manuū ſua-
rum opera annūciat,graphicè deſcripta.Seq.
2. ***Dies diei eructat verbum : & nox nocti***
***indicat ſcientiam.***
Sit prior ſenſus.Sic mirabili cōcentu ac fœ
dere,à primordio creatiōis,dies atq; nox diſ
poſitæ ſunt:ꝙ ad infallibilem ſucceſsionē al-
tera alterā viſa ſit cōpellare. ſit alius myſtic⁹
ſenſus. Dies illæ qui & pater æternus , à quo
per æternā generationem, naturalis & coæ-
ternus emanat filius:naturaliter quidē liberè
& cōplacenter,ab vtero diuinæ ſuæ ſubſtan-
tiæ,memoria fœcunda,& pleniſsimo(ſi dixe
rim)corde,hoc procedēs mirabile verbū:eru
ctat illud diei lucidæ Mariæ, tēporaliter in
vtero concipiendū.ſic enim alibi ait:eructa- pſ.44.ve.1
uit cor meū verbum bonum. & huius incarna
tionis congruentiſsimā cauſam exprimēs ſub
iungit:& nox nocti indicat ſcientiā.quia dia
bolus(qui nox meritò nuncupat) nocti etiā
ſubobſcuræ Euæ,falſam indicauit ſcientiā di
cens:eritis ſicut dij,ſcientes bonū & malum. Gen. 3. a.
vel angelus Gabriel,cęleſtis ille paranimph⁹,
angelus qdē lucis ac dies illuſtriſsimus , diei
eructat verbū:dū illud Mariæ virgini annun
ciat,vt ſciat in ſuo vtero incarnandū.ſicut an
gelus alter apoſtata, & obſcurior teterrima
nocte:cęcæ nocti Euæ,pernicioſam(quā di-
ximus)indicauit ſcientiā. Vidiſti(nec fallor)
magnū inter hos diſcrimē, & quos in mediū
adduximus ſenſus annotaſti.Audi iā aliū non
ſpernendū.Dies euāgelicus,& noui teſtamen
ti,qui apoſtolis,euangeliſtis,cæteriſq; viris
ſanctis illuxit dies, claro & aperto ſermone
& tanquā meridiana luce,fidelibus verbū in-
carnatum eructat,prædicat,& libera voce ꝓ
fert.vt ille qui dixit:verbū caro factū eſt, & Io.1.b.
habitauit in nobis.at contrà,nox ipſa patrum
veteris teſtamenti,verbi huius incarnationē,
nō ita apertè hominibus protulit:ſed vmbris
quibuſdā,& propheticis enigmatibus obte-
xit,vt ille,qui dixit:creauit dñs nouum ſuper Hier.31.d.
terrā;fœmina circundabit virum, nec ait fru
ſtrà:enarrant,anūciat,eructat,indicat:quia &
his qui propè & his qui longè, hæc myſteria Ephe.2.c.d
innotuerunt, quod eructatio & cætera ver-
ba ſignant. Sequit.
***Nō ſunt loquellæ,neque ſermones: quorū*** 3.
***non audiantur voces eorum.***
Is & ſequens verſus,ita ſenſu cōiunguntur,
vt alter alterū exponat:ſiue literalē,ſiue ſen-
ſum myſticū proſequaris. nā prædicatio apo
ſtolica omni lingua(vt plures autumāt)&ad
omnes linguas peruenit, atq; nationes. quod
vtiq; verū eſt,& nunc ſublimi dicendi gene-
re:nūc verò cōmuni atq; pedeſtri (vt aiunt)
prout auditorum expoſtulabat qualitas, eo-
rundem auribus intimata eſt. Sic Paulus,ſapi
entiā loquit inter perfectos:qui & lac paruu 1.Cor.2.a.
lis ſubminiſtrat.nā ſapientiā Dei loquebatur, 1.Cor.3.a.
quum apoſtolatus miniſterio expediēs erat,
& idoneum decebat noui teſtamenti mini- 2.Cor.3.b
ſtrum,non litera ſed ſpiritu : nec in ſapientia
carnali,ſed gr̄a Dei, ſicut & Corinthijs ſcri-
bens ait:ego autē quum veniſſem ad vos fra 2.Cor.1.b
tres:veni non in ſublimitate ſermonis aut ſa-

 pientiæ,

1.Cor. 2. pientiæ,annunciās vobis teſtimoniũ Chriſti.
nõ enim iudicaui me ſcire aliquid inter vos,
niſi Ieſum Chriſtũ:& hunc crucifixum. & ite
rum:ſermo meus & prædicatio mea, non in
perſuaſibilibus humanæ ſapiẽtiæ verbis, ſed
in oſtenſione ſpiritus & virtutis:vt fides ve-
ſtra nõ ſit in ſapiẽtia hominum,ſed in virtute
Dei.lege totũ hoc caput ſecundũ primę quę
eſt ad Corinthios epiſtolæ, & tertij princi-
pium:mirabile enim eſt. At verò Coloſſenſi
bus tanquā ſapiẽtioribus,ſic altiſona tuba ꝓ-
Colo. 1. d. loquutus ait: voluit Deus notas facere diui-
tias gratiæ ſacramẽti huius in gẽtibus quod
eſt Chriſtus,in vobis ſpes gloriæ: quẽ nos an
nunciamus,corripiẽtes omnẽ hominẽ,& do-
centes in omni ſapiẽtia,vt exhibeamus omnẽ
hominem perfectum in Chriſto Ieſu. Sequit̃.

4. *In omnem terram exiuit ſonus eorum : et in fines orbis terræ verba eorum.*

Quis iā dicere iure poterit:euangelium nõ
audiui, nec prædicātiũ (vel tenuẽ graciléq;)
auribus percepi ſonũ?quandoquidem nõ ſunt
loquelæ neq; ſermones,nullaq; ſit natio(& ſi
penitus ſit toto orbe diuiſa)quæ nõ audierit
Eſa.24. c. voces illorum. & quidẽ in omnem terrā exi
uit ſonus eorum &c.peruenit iā vtiq; ad om
nium nationũ aures,apoſtolorũ ac ſucceſſo-
rum fama prædicātium Chriſtum,ſimulq́; di-
ſtincta & articulata verba,atque explicita de
fide Chriſti doctrina, iuxta vaticiniũ Eſaiæ,
orbẽ terræ cõmonentis. propter hoc (inqt)
in doctrinis glorificate dñm in inſulis maris,
nomen dñi Dei Iſrael.A finibus terræ laudes
audiuimus,gloriam iuſti.Sit ipſe benedictus
in ſecula. Sequit̃.

5. *In ſole poſuit tabernaculum ſuum: et ipſe tanquā ſponſus procedẽs de thalamo ſuo.*

Sunt qui legāt:ſoli poſuit tabernaculum in
eis,in cælis.ſ.Quā verſionẽ caſtiorẽ ac dictis
& dicendis magis cohærentem arbitramur:
vt ab hoc magno perinde ac fulgentiſsimo,
pernice,& velociſsimo ſidere,latentis myſte
rij ſimilitudinẽ,& dicendi analogiā ſumat:ac
ſi dicere velit:in propatulo & aperto loco,
corporalis præſentiæ ſuæ tabernaculũ poſuit
Chriſtus. nõ eſt ꝙ iā ignorantiā prætendere
poſsis. Ecce is, qui in virginis vtero (quum
fuit cõceptus,& noſtræ humanitati mirifica
illa hipoſtatica vnione coniunctus)diuinita-
tis ſuæ tabernaculũ occluſit:iā egreſſus ho-
neſtiſsima virginis matris clauſula,& tanquā
Eſa. 9. a. ſponſus procedens de thalamo ſuo: puer ille
paruulus,qui natus eſt nobis,& filius qui da-
tus eſt nobis,in ſole & aperta luce,poſuit ta-
bernaculum ſuum,ſibi verò iuſtitiæ ſoli con
iunctũ, vt videret omnis caro ſalutare Dei. Luc.3.a.
nā humani corporis tabernaculũ poſuit diui-
nitatis ſoli,carnẽ aſſumẽs:&poſt hęc interris Baruch.3.d
viſus eſt,&cũ hominibus cõuerſatus eſt.Seq.

*Exultauit vt gigas ad currendam viam: à ſummo cælo egreſsio eius.* 6.

Ecce iſte venit ſaliens(ait ſponſa)&c.quip- Can. 2. b.
pe qui angelicis ſpiritibus omiſsis,nobis qui 1.Cor.2.b.
dem honorifico ſaltu à ſinu patris velociſsi- Ephe. 3. b.
mo curſu in vterũ dignatus eſt deſcẽdere ma
tris,factus homo.Nec.n.aliter hic locus my
ſticè venit intelligẽdus.quod vtiq; ſacramen
tum,oẽs mõtes & colles,angelicā.ſ. & huma
nam etiā ſuperat intelligentiā. de quo Pau-
lus:loquimur(ait)Dei ſapientiā in myſterio,
quæ abſcondita eſt:quā prædeſtinauit Deus
ante ſecula in gloriā noſtrā,quā nemo princi
pum huius ſeculi cognouit.idipſumq́; aſtruit
ad Epheſios ſcribens.nam qui gigas lætabun
dus,qui curſus,aut quæ via:niſi gigas ille for
tiſsimus gigantũ gigas, qui diabolũ deuicit,
omneſq́; aereas poteſtates? is libens,nõ inui-
tus exultauit in ſpiritu, ad currendā abſque
offendiculo culpæ: noſtræ mortalitatis viā,
mortemq́; pro homine ſubeundā, factus ho-
mo:cuius egreſſus à ſummo cælo. nam egreſ
ſus eius(Micheas ait)ab initio,à diebus ęter Mich.5.a.
nitatis.quia Deus de patre Deo, per emana-
tionem progreſſus æternam. Sequit̃.

*Et occurſus eius vſque ad ſummum eius: nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.* 7.

Quippe qui exiuit à patre,& in mundũ ve- Io.16. f.
nit:& iterũ reliquit mundũ, vt aſcendens in
cælum,rediret ad patrẽ.nec eſt qui ſe abſcon
dat à calore eius.nā aſcendens Chriſtus in al- Pſ.67.ve.19
tum,vt captiuā duxit captiuitate:ita etiā do-
na dedit hominibus, Spiritũ ſanctũ mittens à
patre,qui igneo charitatis ardore, credentiũ
corda purificaret. Nõ eſt ergo qui ſe abſcon-
dat à ſufficientia caloris huius:& ſi ab effici-
entia multi abſcõdantur,qui iurè dicere poſ-
ſint(proh dolor)illud quod diſcipuli quidā,
rogāti Paulo,ſi Spiritũ ſanctũ accepiſſent cre
dentes?dixiſſe fertur,ſed neq; ſi Spiritus ſan- Act.19.a.
ctus eſt audiuimus. Culpa igitur eſt eius qui
ſe abſcondit:non caloris. Sequit̃.

*Lex dñi immaculata, cõuertens animas: teſtimonium domini fidele,ſapientiā præſtans paruulis.* 8.

Ecce iam lex,inter deſiderabilia & dulcio-
ra dñi connumerantur: lex dñi, teſtimoniũ,
iuſtitiæ,præceptũ,timor, iudicia: & horum
cuiq; additur epithetũ, lex quidẽ dicitur im-
maculata,teſtimonium fidele,iuſtitiæ rectæ,
præceptum lucidum, timor ſanctus,iudicia
vera.



vera.Et ſua cuiq; peculiaris tribuitur opera-
tio.lex nanq; dñi immaculata dicitur:cõuer-
tens animas,teſtimonium domini fidele : ſa-
pientiam præſtans paruulis. Et ſequit̃.

9. *Iuſtitiæ dñi rectæ,lætificantes corda: præceptum dñi lucidum illuminans oculos.*

Vel vt quidam tranſtulerũt, iuſsiones dñi
rectæ,& præceptum dñi purum. lucidũ qui-
dem:vt illud intelligas purũ: ſic vt hypocri-
ſim aut fictionem omnemq́; ſcoriā fugias in
diligendo.lucidũ item quod à vera luce pro
greſſum,omnibus perſpicuũ, breue, vtile &
leue. ac deinde quæ ſuperſunt duo enume-
rans,ſubiungit:

10. *Timor domini ſanctus, permanens in ſeculum ſeculi: iudicia domini vera, iuſtificata in ſemetipſa.*

Hæc nunc omnia articulatè recenſere libet:
eò ꝙ ſunt annotatione digna.nec licet ea o-
biter aut oſcitāter tractare,quæ Spiritus ſan
ctus, ſeriò & ſignanter expreſsit. Lex ergo
dñi immaculata eſt, & conuertens animas.
Ideoque ab effectu immaculata : ꝙ cõuertat
animas ab errore,earũque maculas detergat.
fuit quidem alia lex dñi, quę per Moſen da
ta eſt,de qua eiuſq́; viribus, in ea quæ ad Ga
lathas eſt epiſtola,eo quo ſolet ſpiritu,diſ-
Galt.3.c. putat apoſtolus dicẽs: quid igitur lex? pro-
pter trāſgreſsionẽ poſita eſt, donec veniret
ſemen,cui promiſerat, ordinata per angelos
in manu mediatoris.Et iterum : ſi enim data
eſſet lex quæ poſſet viuificare, verè ex lege
Gal.2.d. eſſet iuſtitia.dixerat quippe ante,in calce .2.
capitis:Si enim per legem iuſtitia, ergo gra-
tis Chriſtus mortuus eſt,hoc eſt,fruſtra & ſi
ne cauſa.Quomodo igitur lex erit immacu-
lata, quæ nec peccatorũ maculas tollit, neq;
ex opere operato gratiam cõfert? quomodo
immaculata:quæ nec animas cõuertit,nec vi
uificat,iuſtificat,aut ad perfectum duxit vn-
quā?audi iā apoſtolũ adHebreos ſcribentem:
Heb. 7. c. reprobatio quidẽ fit præcedentis mādati,ꝓ-
pter infirmitatẽ eius & inutilitatẽ.nihil.n.ad
perfectũ adduxit lex. Introductio autẽ erat
Rom. 7. c. melioris ſpei,per quā proximꝰ ad Deũ.Nimi
rũ pẽſanda ſunt hæc apoſtoli verba:fit vtiq;
legis ac præcedentis mādati reprobatio,non
quia lex mala,lex quidẽ ſancta,& mandatum
ſanctũ & iuſtum & bonũ.Sed quia inconue-
niens tẽpori,erat quidem infirma,nec potens
exequi iuſtificationis effectum:& inutilis ad
beatitudinis finẽ conſequendũ. At verò lex
Rom.8.a. euangelica:lex ſancta eſt,immaculata, viuifi
Galt.4. b. cans,iuſtificans,& conuertens animas, atque
ad perfectũ ducens:quæ nobis per Chriſtum
Ieſum melioris teſtamenti mediatorem,data
eſt.nam ſi illud prius culpa vacaſſet,id eſt,ſi-
ne defectu fuiſſet (iſdem apoſtolus ait) non Heb. 8. c.
vtique ſecundi locus inquireretur.hęc igitur
eſt,non illa,immaculata lex domini & con-
uertens animas:cuius obſeruatio,maculas di
luit peccatorum. nec enim Euangelium lex
duntaxat,immaculata dicitur:nam alia plura
ſortitur nomina. quippe quod,teſtimonium
domini fidele etiam appellatur, ſapientiam
(quæ æternorum eſt)præſtās paruulis,id eſt,
humilibus. Et ideò fidele: quòd non ſuper-
bis, ſed humilibus ſapientiam præſtet:qui-
bus Paulus ait:quæ ſurſum ſunt ſapite, non Colo.3.a.
quæ ſuper terram,vt ſuperbiẽtes inimici cru
cis Chriſti : quorum finis interitus, quorum Phil.3.c.
Deus venter eſt,& gloria in confuſione ipſo
rum, qui terrena ſapiunt. nempe fidele eſt
euangelij, imò Chriſti in euangelio teſtimo- Mat.5.a.
nium:quo verè humilibus & pauperibus ſpi-
ritu regnum cælorum, & pollicetur & con-
fert.fidele teſtimonium & verum: quod vti-
que apoſtolos ac prædicatores ſuos, fideles
& ſapientes effecit: dum quod abſconditum
eſt à ſapientibus & prudentibus, paruulis il- Luc.10.d.
lis atque humilibus reuelatum eſt.denomina
tur etiam iuſtitiæ ſiue iuſsiones rectè lætifi-
cantes corda.non vt veteris teſtamenti iu-
ſtitiæ,vbi pro delictis hominum,pecudes iu
bebantur occidi:ſed rectè,vt noui, quæ pec-
cantem ipſum per pœnitentiam mactari præ
cipiunt.quæ ideò iuſtitiæ rectæ dicuntur,&
lætificantes ſunt corda ſpe pręmij. Sic enim
Ioannes præcurſor aiebat: pœnitentiam agi- Mat.3.a.
te, appropinquabit enim regnum cælorum.
Sunt etiam iuſtitiæ rectæ & lætificantes: eò
quòd hominem iuſtum,rectum,hilaremq́ue
faciunt,ac Deo gratum. dicitur rurſus præ-
ceptum domini purum abſque vlla prauita-
tis fece, lucidumq́ue ab effectu : quia illumi
nans oculos.nam quid aliud magis commen-
dat Chriſti euangelium,quàm illud vnum de
dilectione præceptum? ſic enim totum Dei
& proximi dilectione ſcatet: quòd ocioſum
ſit quicquàm nunc in medium afferre, quo
id probare nitamur. Mandatum nouum do
vobis (legifer noſter ait Chriſtus)vt diliga- Io.13.d.
tis inuicem,ſicut dilexi vos. Nouum appel-
lat & verè nouum, quod nunquā veteraſcit:
quodq́ue ſemper ad bonum innouat illud ob
ſeruantes. In hoc etiam cognoſcent omnes,
quia diſcipuli mei eſtis:ſi dilectionem habue
ritis adinuicem. Et iterum: manete in dile- Io.15.b.
ctione mea.Rurſuſque:hæc mando vobis,vt

diligatis inuicem, quòd vtique & ſi vetus ſub
Moſe mandatum: nunc tamen nouum, perfe-
ctione noua, ad amicos ſimul & inimicos ac
perſequutores expreſsius extenſum, atque ar
dentius ad mortem vſque ſubeundam exe-
quendũ. quod ſignificãs ait: ſicut dilexi vos.
Ecce quot verbis præceptum dilectionis in-
Mat. 5. g. culcat. Et apud Mattheũ: audiſtis quia dictũ
eſt: diliges proximum tuum, & odio habebis
inimicum tuum: ego autem dico vobis: dili-
gite inimicos veſtros, benefacite his qui ode
runt vos, & orate pro perſequentibus vos, &
calumniantibus vos: vt ſitis filij patris veſtri
qui in cælis eſt &c. non eſt quòd his amplius
immoremur. hoc ſiquidem eſt præceptum
domini, quod lucidum dicit Dauid ſanctus,
& illuminans oculos: non vt aliud quod di-
ctũm eſt antiquis, odium inuoluens, ob idq;
obſcurum & obcæcans oculos. odio (aie-
bant) habebis inimicum tuum. quomodo nõ
obcæcans oculos mentis: quod odium con-
tinet, paſsionem ſcilicet interioris hominis
oculos ebcæcantem? audi quid Ioannes apo-
1. Io. 2, b. ſtolus dicat: qui odit fratrem ſuum, in tene-
bris eſt, & in tenebris ambulat, & neſcit quo
eat: quia tenebræ obcæcauerũt oculos eius.
Eſt etiã timor dñi ſanct⁹, permanẽs in ſeculũ
ſeculi. nõ ſeruilis, qui pur⁹ timor eſt, & ſerui
liter facit hominẽ operari, quiq; nos à malo
cohibet formidinæ pœnę, nec durat, ſublato
aut ſpreto flagello: ſed caſtus & filialis, amo-
ri admixtus, vel ipſius charitatis effectus, ob
idq́ue ſanctus, permanens in ſeculum ſeculi.
demùm iudicia domini vera etiam nuncupã-
tur: iuſtificata quidem ſimul omnia in ſemet
ipſa. Quamobrem noli deinceps quærere,
cur hoc, aut illud, quavè iuſtitia, ſi à Deo fiat?
ſit hoc tibi ſatis ſcijſſe: Deum ita ſtatuiſſe, il-
ludq́ue feciſſe: vt hoc ſolo, tibi iuſtum ſit.
nam iudicia Dei non aliunde, quàm à ſemet-
ipſis iuſtificari debẽt. atque ideo omnia ſi-
mul iudicia Dei iuſta & iuſtificata: quia iu-
dicia Dei. noli aliam quærere cauſam, nec a-
liam inquiras regulam, cuius conformitate iu
ſtificentur, præter illam ſummam & primam,
quæ Deus eſt. Sequit̃.

11. *Deſiderabilia ſuper aurum, & lapidem
preciosũm multũ: & dulciora ſuper mel.
& fauum.*

Ea quæ ſuperius pſalmographus enarrauit,
deſiderabilia & dulciora dicit eſſe ſuper tria,
quæ enumerat: aurum ſcilicet, lapidem nimis
precioſum, mel & mellis fauum: vt triplex
comprehendat bonorum genus, hoc eſt: vti-
le, honeſtum, & delectabile: diuitias, hono-
res, & voluptates. nihil enim his vtilius ho-
mini, nihil honorificentius, nihil deniq; com
modius, glorioſius, dulcius, & ſuauius, quàm
ſi legem domini immaculatam obſeruet, ad-
impleatq́ue præceptum. quamobrem ait:

*Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſto-* 12.
*diendis illis retributio multa.*

Ac ſi dixerit paucis, quia ex ſe deſiderabi-
lia ſunt, lex tua, teſtimonium, præceptum, &
quę præmiſi cætera: ſuper omnia mundi hu-
ius precioſa, decencia, dulcia, & glorioſa: non
ſolùm cuſtodita, verumetiam dum cuſtodi-
untur, neſcio quid mellis & ſaccari, vtilitatis
pariter & honoris admixtum habent, corda-
to & fideli guſtui, rectè iudicanti. Ideoque
non alio intuitu, quàm tui cauſa, ſeruus tuus
domine cuſtodit ea. Cùm hoc tamen ſcio,
quòd in cuſtodiendis illis, erit etiam retribu
tio multa: quia & promiſsio multa. Scriptum
eſt enim ait Paulus, quòd oculus non vidit, 1. Cor. 2. b.
neque auris audiuit, nec in cor hominis aſ-
cendit: quæ præparauit Deus his qui diligũt Eſa. 64. b.
illum. Non ſolùm ergo pro cuſtodiendis illis
retributio multa, quia gloria æterna: ſed e-
tiam in cuſtodiendis illis & obſeruandis, ma-
gnum ſpiritualis delectationis interuenit lu-
crum. Sequit̃.

*Delicta quis intelligit? ab occultis meis* 13.
*munda me: & ab alienis parce ſeruo
tuo.*

Promiſerat Dauid ſanctus, ſe illa deſidera-
bilia cuſtodire, in quibus cuſtodiendis eſt re
tributio multa. Sed ne ſibiipſi ex toto fidere
videatur: ſeſe totum in Deum proijcit, deli-
cta timet, quorum non eſt conſcius, & ab oc
cultis mundari petit, atque aliena ſibi dimit
ti. an non tibi viſus eſt alter Paulus inſonu- 1. Cor. 4. a.
iſſe dicens: nihil mihi conſcius ſum: ſed non
in hoc iuſtificatus ſum, quod eſt dictu: non
ſufficit ad hoc quòd me iuſtũ pronunciem,
iuxta illud Iob: ſi iuſtificare me voluero, os Iob. 9. c.
meum condemnabit me: ſi innocentem con-
ſidero, prauum me comprobabit: etiamſi
ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima
mea. delicta (ait) quis intelligit? non vulgaris
eſt ſcientię: intelligere, diſcernere, atque in-
ueſtigare delicta. quia ſæpiùs decipimur ſpe
cie recti: & quam virtutẽ arbitramur, pecca
tum eſt, quod de prodigalitate videre con-
tingit, quę apparet liberalitas: & de auaritia,
quæ vt parcitas reputatur. Quærit igitur (ꝙ
non triuialis ſit quęſtio) quis delictorum
ſpecies, numerum, quantitatem, qualitatemvè
intel-



intelligit? quot, quanta, & qualia? ſint ne le
thalia, an venialia? ſint grauia, aut leuia? at-
1. Ioan. 5. d. que (vt dilecti diſcipuli verbis vtamur) ſint
ad mortem, vel ne? Alia ſunt enim quæ com
mittimus, alia quæ omiſsione perpetramus.
ſunt occulta, ſunt aperta, ſunt palliata, &
quæ mox nominata: conuoluta ſunt mali-
tia. Sunt etiam propria, ſunt & aliena, ideò
ſic dicta: quia deliquerit alter, eò quòd tu
illi præbueris occaſionem ruinæ. Aliena pro
fectò: ſed tibi etiam imputabilia, qui delin-
quendi tribuiſti anſam. ſunt quæ ex igno-
rantia craſſa, ſupina, affectata, & inuincibili.
Sunt quę ex infirmitate peccamus & mali-
tia. quid plura? non quidem omnia grauitate
paria ſunt delicta: nec illorum iudicium cui
que peruium eſt. Quis enim (obſecro) illud
Act. 5. a. Ananiæ in actis apoſtolorum, quòd tantùm
eſſet ſcelus: niſi pœna ſubſequente intelle-
xiſſet? inter hos ergo & alios delictorum
modos atque nodos: quis non cum pſalmo-
grapho dicat, delicta quis intelliget? & eum
Heb. 4. c. cui omnia nuda ſunt & aperta interpellet di-
cens: ab occultis meis, ab his ſcilicet quæ
ſubrepunt & me latent: munda me, tu qui
Iob. 14. a. ſolus es, qui facere poſsis mundum de im-
mundo conceptum ſemine, quiq́ue delicta
diſcernere noſti. Et ab alienis, quæ propria
fæci (vtì dixi) parce ſeruo tuo. niſi vellis
per occulta, affectus, qui conſcientiam no-
ſtram fallunt, accipere: & alienorum nomi-
ne, ea delicta, quæ non ſunt fragilitatis hu-
manæ, vtì ſuperbia, faſtus, inſolentia, atque
huius farinæ alia, quæ vtique ſathanica ma-
gis quàm humana eſſe videntur. Et eo quòd
grauiora ſint, magiſq́ue homini imputabi-
lia: ideò ampliori fugienda conatu. Certè
multa occultorum & alienorum nomine in-
telligi poſſunt: ſed fortè is erit aptior ſen-
ſus, quòd ab impijs motibus in propria car-
ne occultis, latentibuſq́ue, atque ab alie-
nis, primorum ſcilicet parentum in nos om-
nes deriuatis tranſgreſsionibus, ſeſe per Chri
ſti ſanguinem & gratiam mundari ac libera-
ri petat. Et ita ſciens cum apoſtolo, quòd
carnalis ſit venundatus ſub peccato, nec
quod operatur intelligit: videnſq́ue aliam
legem in membris, legi mentis repugnan-
Rom. 7. tem, prorumpat in vocem: infelix ego ho
mo, quis me liberabit de corpore mortis hu
ius? Vtique gratia Dei per Ieſum Chriſtum,
ob id igitur ad ipſum in ſpiritu conuerſus
ait: ab occultis meis munda me: & ab alienis
parce ſeruo tuo. Sequit̃.

14. *Si mei non fuerint dominati, tunc im-
maculatus ero: & emundabor à deli-
cto maximo.*

Si mei (intellige ſenſus, affectus, ſeu car-
nis appetitus) & improbi motus, qui tunc
dominantur, quum me infelicem & incau-
tum hominem occultè inſidiantes, impetunt
adeò: quaſi ſeuiſsimi hoſtes, vt illis con-
ſentiam, & peccatum in me regnet. quòd
ſi (inquam) huiuſmodi motus, mei non fue
rint dominati, ſed illos vtì ſeruos, & gra-
tiæ & rationis imperio ſubdam, iuxta ver-
bum domini ad Cayn, dicentis: ſub te erit Gen. 4. a.
appetitus & tu dominaberis illius, tunc im-
maculatus ero. nam ſi tu domine mundare
velis, nec ego malè affectus reſtitero, obi-
cem ponens, immaculatus ero, & emunda-
bor à delicto maximo. ſiue à ſuperbia, ſiue
à reſiſtendi malitia: quod vtique genus eſt
peccati in Spiritum ſanctum. Sequit̃.

*Et erunt, vt complaceant eloquia oris* 15.
*mei: & meditatio cordis mei in conſpe-
ctu tuo ſemper.*

Quum mundus fuero & immaculatus, tunc
tibi grata erunt eloquia oris mei, quia de
corde mundo progreſſa. Eroque tibi gratus,
qui dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatem. Pſ. 44. v. 9.
Memini enim quòd ſcriptum ſit: reſpexit do Gen. 4. a.
minus ad Abel & ad munera eius: ad Cayn
autem & ad munera eius non reſpexit. Erat
quippe Abel iuſtus & immaculatus: Ca-
yn verò ſceleratus erat. & noui, quòd dixe-
ris peccatori: quare tu enarras iuſtitias me- Pſ. 49. ve. 7.
as: & aſſumis teſtamentũ meum per os tuum?
eritq́ue ſimul tunc meditatio cordis mei
(quæ & mentalis eſt oratio) adeò tibi acce-
pta: aſtabit quidem ſemper conſpectui tuo,
vt vnus apparitorum angelorum, aliorumvè
ſpirituum tibi miniſtrantium. impetrabitq́ue
ad votum vel vtilititatem: quod ad ſalutem,
viſum fuerit expedire.

*Domine adiutor meus: & redemptor* 16.
*meus.*

Te quidem his, ſimilibuſq́ue nominibus
inuocabo, quòd te adiutorem meum noue-
rim ac redemptorem: ſis ipſe benedictus in
ſecula. Iuuat nunc illum proſequi ſenſum,
literali cortici inſeruientem: quem in pſal-
mi huius principio (vel libatione leui) pro-
poſuimus deguſtandum. quo (nec fallit o-
pinio) vel ignauos vel ingratos homines
carpere intendit diuinus pſaltes: quòd Deum
non

non laudent, eius magnitudinem contemplantes, & præcepto diuino ad illius gloriam obtemperantes, iuxta illud: ſic lu-
Mat.5.b. ceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt: cùm cæli, firmamentum, noctes, dieſque, atque ſol ipſe aſtrorum omnium princeps, & à conditionis ſuæ primordio, fons luminis & origo, cõ-
pſ.148.ve.6. ditorem ſuum Deum, lege perpetua laudent: quamuis ſuapte natura ſint hæc omnia muta, nec vigeant intellectu: quæ & præceptum, quod illis poſuit, non prætereunt vnquàm. Ait ergo: cæli fabrica & magnitudine atque motu ſuo, enarrant gloriam Dei creatoris ſui. cælum etiam ſtellatum (quod firmamentum vocat) mirifica manuum ſuarum annunciat opera. dies ſimul atque nox, dum dies diei, & nox nocti ſuccedit, verbum laudis eructant, & laudandi indicant ſcientiam. nec huius laudis loquelę aut ſermones ij ſunt, quos audire nequeas, quanuis ſurdaſter ſis, aut tam longè poſitus quòd etiã à te diſceſſeris. Cùm horum omnium laudantium ſonus exierit in omnem terram: ſitque vndequaque diffuſus adeò, vt ad fines orbis, anguloſuè peruenerit: poſueritque Deus ipſe, ad ſolis conſpectum, tabernaculum ſuum. Non ita in Sole, vt Manichei hæretici arbitrati ſunt dicentes, quòd ſol ipſe, quem vides, Deus ſit: ſed quòd ſol ipſe inter aſtra, maximè in Dei cognitionem ducat, qui verus eſt iuſtitiæ Sol, illuminans te, & omnem hominem venientẽ in hunc mundum: niſi tuopte ingenio vel potius ignauia vel malicia, cęcutire velis. nam ſi Solem hunc viſibilem aſpexeris, formoſum, lucidum, & ſic laſciuientem, vt laſciuire ſolet ſponſus procedens de thalamo ſuo: miraberis profecto creatorem ſuum, tuumque & creatorem & redemptorem, formoſum vtique naſcentem de virgine, & in ſtola candida innocentiæ & puritatis, progredientem. Atque in modum ſolis, nouum vnicum & admirabilem contemplaberis illum, tanquàm ſponſum procedentem de thalamo ſuo. laudabis incarnatum, & eccleſiæ ſuę mirabili nexu coniunctum. Illumque fortiſſimum, præcinctum & exultantem, ad currendam noſtræ mortalitatis viam: & redemptonis humanæ myſterium peragendum. quippe qui, vt Sol procedens naſcitur: ac veloci curſu in occaſum tendit. Rurſuſque in circulum redactus, ad eundem reuertitur, à quo primum progreſſus eſt, locum. Ita omnia fouens: vt qui ſe abſcondat à calore eius (niſi culpa ſua) ſit nemo. hæc profectò immaculata lex eſt, conuertens animas oſcitantes, in Deum autorem ſuum. hoc teſtimonium domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis, ac puſillorum & idiotarum gregi. hæ iuſtitiæ Domini lætificantes corda hominum, qui hęc omnia propter eos condita contemplantur. hoc pręceptum domini lucidum: illuminans oculos intuentium, quòd hoc pręceptum poſuit dominus & non pręteribit. hinc timor domini ſanctus inſurgit, permanens in ſeculum ſeculi: quo reuereamur autorem, cui creata obędiunt omnia. Hęc denique iudicia Dei vera, iuſtificata in ſemetipſa: quibus ſubdens ſibi omnia, reliquit hominem in manu conſilij ſui: vt his viſis, nec ea tamen conſiderans iuſtiſsimè puniatur homo. deſiderabilia nempe ſunt hęc omnia (ſi legitimè ea ſpeculentur homines) ſuper aurum & lapidem precioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum: tum corporeis oculis, quia pulchra viſu: tum appetitui hominumque palato, quia dulcia, & humanę vitę conducibilia: tum etiam intellectui rectè contemplanti. etenim ſeruus tuus domine cuſtodit ea: & meditatur vt media, quę manuducunt ad te vnum, qui omniũ & pręcipuè intellectualis naturę es ſine fine finis: quique teipſum illi tribues in præmium & retributionem ex gratia: niſi dilicta obſtent. quamobrem tu adiutor & redemptor, ea dilue, emundaque, & parce peccatis, vt laus oris & meditatio cordis ſint tibi grata: qui Deus trinus & vnus extas, per infinita ſeculorum ſecula, Amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 18.

*CEli enarrant gloriam* Dei: *& opera manuum eius annunciat firmamentum. nedum materiales ipſi cæli omnium oculis expoſiti: uerùm etiam apoſtoli, utique myſtici & ſpirituales cæli, ipſaquè uirgo uirginum, quæ meritò firmamentum appellatur, quòd ſanctorum omnium in ſe firmius eminentiusq́; contineat claritates, ipſam enarrãt. dies etiã diei ſuccedenti, mirabiliter uerbum eructat: ſicut nox nocti, uidetur inuiſibilis creatoris cognitionẽ ac ſcientiam indicare. At mirabilius perinde atq́; utilius,*



*lux illa æterna, quæ cæleſtis pater eſt, coæternum ſibi uerbum filiumq́; ab æterno genitum, diei lucidæ Mariæ, eructat temporaliter in utero concipiendum. quia ſerpens ille callidus & obſcurior teterrima nocte, nocti Euæ, fallacem indicauit ſcientiam dicens:* Eritis ſicut dij *ſcientes &c. nempe loquelæ & horum omnium ſermones omnibus innoteſcunt: quia in omnem terram exiuit ſonus eorum. Et in ſole etiam atque aperto loco, eccleſiæ & humanitatis ſuæ poſuit tabernaculum* Chriſtus *dominus de uirgine natus, tanquàm ſponſus* procedens *de thalamo ſuo. atqui exultauit ut gigas ad currendam noſtræ mortalitatis uiam, is cuius egreſſus à ſummo cælo, & occurſus eius uſque ad ſummum eius. Tu qui hoc mirabile legis ſacramentum, & huius ſolis iuſtitiæ, temporalem de materno utero progreſſum, aliquo uiſibili ſigno contemplari, ad idq́; uelut manu duci cupis: qualem qualem (licet nimium diſtantem) à materiali ſole, eiusq́; ortu, atque curſu, analogiam & ſimilitudinẽ accipe. quòd ſi lex ſolis illibata, eiusq́; mirabilis influentia, te in admirationem trahit: mirare potiùs, quòd lex dñi illuminãtis omnem hominem uenientem in hunc mundum, immaculata eſt, ipſaq́; conuertens animas, teſtimonium domini fidele, præſtãs humilibus ſapientiam. Iuſtitiæ domini rectæ, lætificantes corda. præceptum dñi lucidum, quo etiam inimicos amare iubemur: diuinum noſtris oculis, colliriũ eſt. timor dñi caſtus, & filialis reuerentiæ, qui etiam erit in patria: permanet in æternum. Iudicia domini uera ſunt, pariterq́; omnia iuſtificata: quæ non aliunde quàm à ſeipſis iuſtificantur, ob idq́; iuſta ſunt: quòd* Dei *ſunt. Quæ omnia præmiſſa, omni re alia utili, honeſta, ac delectabili; deſiderabilia & dulciora ſunt.* Etenim *ſeruus tuus domine cuſtodit ea propter te, primario obtutu. nec horum obſeruantia uacua erit præmio, quin haud exigua retributione abundabit potiùs. At tua gratia ad huiuſmodi obſeruantiam opus eſt, qua & multiplicia ob idquè ignota uitare peccata, & præmium ipſum ualeat obtinere. Nam delicta quis intelligit? quis (obſecro) exactè quot, qualia & quanta ſint, ea diſcernere nouit? tu qui ea noſti, parcas omnibus operæprecium eſt. cohibe in me (precor) ſtimulum carnis, motusquè improbos ſenſuum, in me adeò inſurgentes, ut uerear ne ſuccumbam. at ſi (te adiutore) mei nõ fuerint dominati: tunc liber ero & mũdus à ſorde, tibiquè gratus, atque mea oratio accepta, aßiduaquè contẽplatio. quòd non ſit retardatio ulla, uel (quod me grauans à te dimoueat) impedimentum.* Domine *adiutor meus, & redemptor meus. nec enim ſolùm te de uirgine naſcentem: uerum etiam pro me morientem, ac teipſum patri in ſacrificium & holocauſtum in ara crucis offerentem, prophetico præuidi ſpiritu. ob idquè te meum redemptorem dixi: de quo in ſequentibus tractare, atque feliciſſimum exitum tibi in omnibus imprecari decreui.*

## PSALMVS 19.

*EXaudiat te dñs in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.* Huic pſalm. titulus eſt: in finem ſeu ad victoriã pſal. Dauid. cuius intellectus ex præcedentibus liquet. Nempè totus hic pſal. dirigitur in Chriſtum, quẽ ij in ſpiritu intuetur propheta, carne noſtræ mortalitatis indutum. & quẽ ante viderat tanquã ſponſum procedentem de thalamo ſuo: nunc redemptionis noſtræ opus, & paſsionis ſuæ myſterium inchoantem proſpicit, illiq́; felicem exitum optat. atquì exultauerat vt gigas ad currendam viam, vtque rex accinctus ad prælium, & ſacerdos ad ſacrificium. cui ſub optandi figura, diuinus hic vates prædicit in omnibus proſperum futurũ & ad vota ſucceſſum. Ait ergo: exaudiat te Deus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob. Sequit.

a. *Mittat tibi auxilium de ſancto: & de Sion tueatur te.*

Hoc pugnaturo conuenit. quod autem ſequitur, ſacrificium oblaturo. Exaudiat æternus pater te Chriſtum hominẽ cum inimico humani generis congredientem: exaudiat te in die tribulationis: exaudiat in menſa & in horto: exaudiat te cruce pendentem: atque pro ſui nominis exaltatione, & eccleſiæ tuæ ſanctæ dilatatione orantem. nec fruſtrà. Exaudiuit ſanè & protexit ille, cuius nomen eſt mirabile, qui te de cælo benedixit, qui duxit & reduxit te, Iordanem in crucis tuę baculo Gen.32.c. tranſeuntem: qui te vnicè dilexit, qui deniq; populum tuum auxit, donauitque tibi nomẽ quod eſt ſuper omne nomen. nam de exaudi phil.2.a. tione gratias agis patri, quum Lazarum ſuſci Io.11.c. tas dicens: pater gratias ago tibi, quoniam audiſti me; ego autem ſciebam, quòd ſemper me audis. de protectione verò, per os eiuſdem Dauid ad patrẽ ais: protexiſti me à cõuentu ma Pſ.63.ve.2. lignantium. Et per Eſaiam: poſuit os meum Eſai.49.a. quaſi gladium acutum: ſub vmbra manus ſuę protexit me. Sed quæ Dei manus rogo? quæ dextera, niſi diuinitas in Chriſto: ſub qua, ea, quæ ſibi vnita eſt humanitas, protecta eſt? protexit ergo illum, & de ſancto, in quo habitat, cælo auxilium miſit: atque de ſpecula illa cæleſti & Siõ inclita, tutatus eſt eũ. Seq.

Memor

3. *Memor ſit omnis ſacrificij tui: & holo-
cauſtum tuum pingue fiat.*

Chriſtus aſsiſtens põtifex futurorũ bonorũ
Heb.9.d. &c.(ait Paulus)per propriũ ſanguinẽ introi-
uit ſemel in ſancta,æterna redẽptione inuen
ta.cuius vita iuge ſacrificium: & mors holo
cauſtũ fuit. Porro huius ſacrificij recordatus
eſt dñs(qui obliuiſcitur nuſquã) in infinitum
meritũ ac præmiũ illud acceptãs. his etenim
verbis orãs in miſſę canone, nõ ſemel ſacro-
ſancta vtitur eccleſia dicens: memẽto dñe fa
mulorũ famularũq; tuarum &c.Cũ tamẽ fide
Heb. 4. c. teneat:ꝙ omnia ſint in cõſpectu eius nuda &
aperta,nec alicuius obliuiſcatur, qui oĩa in-
tuetur,memor igitur eſt dñs eo ꝙ approbet,
vel ꝙ huius nos fecerit memores ſacrificij
veſpertini dicẽs:hæc quotieſcũq; feceritis, in
mei memoriã facietis:vnde & memores dñe
nos ſerui tui,ſed & plebs tua ſancta, eiuſdem
Chriſti filij tui dñi Dei noſtri (ait eccleſia)
tã beatæ paſsionis, necnõ & ab inferis reſur-
rectionis,ſed & in cęlos glorioſæ aſcenſiõis:
offerimus præclarę maieſtati tuę &c.Ait nũc
ergo:memor ſit omnis ſacrificij tui,nos effi-
ciẽs memores illius:& holocauſtũ tuum pin
gue in nobis fiat.quod eſt dictũ:mors tua fer
uorem charitatis & deuotiõis nobis augeat,
vt anima noſtra , quaſi ſagina & pinguedine
quadã creſcat in te,fiatq; latior,mortem quã
pro nobis ſubijſti cõtemplans: & te ardẽter
ac deuotẽ,fortiter & ſapienter, diligere atq;
laudare poſsimus, quod alibi iſdẽ pſaltes pe-
pſ.62.ve.6. tit dicẽs:ſicut adipe & pinguedine repleatur
anima mea:& labijs exultationis laudabit os
meũ.atquì horres dñe indeuotã animã & ma
cilentã:& pinguiũ adipe delectaris.hinc eſt,
ꝙ Abel iuſti pinguis illa perinde atq; deuota,
tibi grata & placida fuit oblatio. ſcriptũ eſt
Gen.4.a. enim,ꝙ Abel obtulit de primogenitis gregis
ſui,& de adipibus eorũ.nũc autẽ tu innocen-
tiſsime & iuſtiſsime Ieſu, vnigenitus Dei es:
& primogenitus omnis creaturæ,quia geni-
tus vt principiũ omnis creaturæ ſibi coæter-
Colo. 1. c. num,ſicut Paulus ait.tu etiam primogenitus
virginis matris,& gregis noſtri primogenit⁹,
Ro.8.f. iuxta ſenſum eiuſdẽ apoſtoli dicẽtis:nã quos
pſciuit,& prædeſtinauit,cõformes fieri ima-
ginis Chriſti filij ſui:vt ſit ipſe primogenitus
in multis fratribus.Si ergo te denuò in altari
deuotẽ offeramus:pfectò ex opere(vt aiũt)
operato & operãtis, holocauſtũ noſtrũ pin-
gue fiet.tu nanq; es vitulus ille ſaginat⁹, quẽ
Luc. 15. f. filio prodigo occidit pater:& illũ deguſtans
inter cõuiuas miratur eccleſia dũ ait: ô ſacrũ
conuiuiũ,in quo Chriſtus ſumitur, recolitur
memoria paſsionis eius:mẽs impletur gratia,
& futuræ gloriæ nobis pignus daſ. vel(quod
magis ſuſpicor)his verbis optat propheta ſan
ctus, vt mors Chriſti pluribus ſit pſpicua:quæ
omnibus ſufficiẽs fuit, perinde ac neceſſaria.
ſunt tamẽ qui legãt:& holocauſtũ tuũ in cine
rẽ cõuertat.ꝙ ita cõſumptũ:Deo gratiſsimũ
&acceptiſsimũ vel hoc ſigno demõſtreſ.Seq.

*Tribuat tibi ſecundũ cor tuum: & omne* 4.
*conſilium tuum confirmet.*

Id eſt,oĩa eueniẽt vt vis, & ab æterno diſ-
poſuiſti.tu eñ es(ſicuti ſeptuaginta interpre
tes trãſtulerunt) magni cõſilij angelus: ſuper Eſa.9.b.
quẽ & ſpiritus cõſilij requieuit.altiſsimo qui Eſa.11.a.
dem cõſilio,ſalutẽ hominũ ab æterno excogi
taſti,ipſamq; oportuno tempore mirabiliter
operatus es. Sequiſ.

*Lætabimur in ſalutari tuo: & in nomine* 5.
*Dei noſtri magnificabimur.*

Salutare, aut Chriſtus eſt, qui & noſtræ ſa-
lutis autor,aut ſalus ipſa, ſaluatoris effectus.
Lætabimur ergo dñe Ieſu:vt in te,ita & in ef
fectu tuo ſalutifero,qui duplex fuit:eo ꝙ no
bis cõmodum attuleris,& honorẽ. quando-
quidẽ nos moriens redemiſti:& reſurgẽs ex-
altaſti.vtrũq; eñ cõplectitur apoſtolus Ro-
manis dicens:traditus eſt propter delicta no Rom.4.d.
ſtra,& reſurrexit propter iuſtificationẽ no-
ſtrã.qui nõ ſolũ cõdonauit delicta : verũ etiã
gratiã nobis cõtulit iuſtificantẽ.illius etenim
mors:nõ ſolũ meritoria, verũ etiã efficiẽs cau
ſa fuit extinctionis peccatorũ noſtrorum .re
ſurrectio autẽ qua rediſt ad nouã vitã glo-
riæ,cauſa fuit iuſtificationis noſtræ,qua redi
mus ad nouitatẽ iuſtitiæ. Adde iã etiã aliud.
Nõ eſt ꝙ erubeſcamus euangeliũ.quo ſi prę-
dicamus Chriſtum,& hunc crucifixũ : eodẽ
prædicamus Chriſtũ & hunc reſurgentẽ,non
vlterius moriturũ. ſcientes (ait iſdẽ Paulus) Rom. 6. b.
ꝙ Chriſtus reſurgẽs ex mortuis iã nõ moriſ,
mors illi vltra nõ dominabitur. ꝙ enim mor
tuus eſt peccato,mortuus eſt ſemel.ꝙ autem
viuit,viuit Deo.lætabimur igitur in ſalutari:
quòd mortem noſtrã tua peremeris morte.
& delens quod aduerſum nos erat chirogra- Colo. 2. c.
phum decreti,quod erat contrarium nobis,
& ipſum tuleris de medio, affigens illud cru
ci: quòdque reſurrexeris , vt ſit quo iuſti-
ficemur , & improperantibus quòd mor-
tuus ſis affixus cruci, reſpondeamus. Neq
confundemur , quin magnificabimur potiùs
& gloriabimur in nomine tuo:quòd Chriſtiã
ni nominemur & ſimus:ſciẽtes,ꝙ ſi quid pe-
tierimus in nomine tuo,hoc facies,cũ reſur- Io.14.b.
rexeris & Deus ſis. faciet & pater, ꝙ filius
eius ſis,facietq; Spiritus ſanctus,ꝙ ſit ambo-
rum



rũ ſpiritus & nexus:ſitq; triũ omniũ vna vo-
luntas,vna deitas,vnaq; virtus.Iurę igiſ in no
mine Dei noſtri magnificabimur,vel (vt qui
dã trãſtulerũt)vexilla extollemus, inuocato
noĩe tuo,lętabimurq; ſpe certa victorię.Seq.

6. *Impleat dñs omnes petitiones tuas: nunc
cognoui,quoniam ſaluum fecit dominus
Chriſtum ſuum.*

Petitiones impleat,quas pro tui nominis ex
altatione,& pro tui myſtici corporis (quod
eſt eccleſia) dilatatione,exauditione & ſan-
ctificatione petiſti vt homo:& nos(vti præ-
ceptor totiuſq; perfectiõis magiſter) petere
docuiſti.quæ autẽ ſequũtur,verba prophetæ
ſunt,rationẽ reddẽtis interroganti: vnde co-
gnouerit eã ſic euẽtura , quæ hactenus dixit
per modũ optãdi? vnum ꝙ ſaluũ fecerit dñs
Chriſtum ſuum,alterũ verò,quod ſubiungit.

7. *Exaudiet illum de cælo ſancto ſuo: in po-
tentatibus ſalus dexteræ eius.*

Exaudiet vtiq; vt in primo pſal.huius pro-
poſuerat verſu.In potẽtatib⁹(inquit) ſalus de
xterę ei⁹,vt ſit ſenſus:nũc cognoui vnde hoc
prouenerit,ꝙ pater ſaluũ fecerit Chriſtũ ſuũ,
illũq; exaudierit:quia in potẽtatibus ſalus de
xteræ eius.quod eſt dictũ: hinc etenĩ eſt, ꝗa
inter potẽtatus annumeratur dextera eius ſal
uans.Atquì inter patrẽ & Spiritũ ſanctũ(pri-
mã & tertiã in trinitate perſonas)eſt Chriſtus
ſecũda perſona,qui Dei filius & dextera pa-
tris eſt,habens per æternã generationẽ quic-
quid habet à patre:vt Spiritus ſanctus à patre
& filio procedens.Eſt ergo dextera eius ſal-
uans,omnipotẽs vt pater & Spiritus ſanctus,
nõ tamẽ tres omnipotẽtes: ſed vnus omnipo
tens.quandoquidẽ in potẽtatibus (quo noĩe
diuinas perſonas accipit) ſalus dexteræ eius
eſt,hoc eſt,dextera eius ſaluãs. vel aliter: nũc
vel in hoc cognoui ꝙ ſaluũ fecerit dñs Chri
ſtũ ſuũ,ꝙq; exaudierit illũ:qm in ſpiritu apo
ſtolos & apoſtolicos potẽtatus noui,quos cõ
ſtituit principes ſuper omnẽ terrã.& ſalus de
xterę eius,qui & ſaluator Chriſtus,illos po-
Mat.10.a. tẽtes effecit , dũ eis poteſtatẽ dedit ſpirituũ
immundorũ,vt eijcerẽt eos,& curarẽt omnẽ
langorẽ,& omnẽ infirmitatẽ:& calcãdi ſupra
ſerpentes & ſcorpiones. poteſtatẽ etiã ſupra
Luc.10.c. corpus Chriſti myſticũ & verũ: abſoluẽdi .ſ.
& ligãdi,atq; euchariſtiã cõficiendi,quã ordi
nis poteſtatem vocãt,vt alterã iuriſdictiõis.
Cũ ergo liquidò compertũ ſit,poteſtates hu
iuſmodi fuiſſe apoſtolis cęteriſq; eccleſię po
tentatibus à Chriſto,Dei dextera & ſaluato
re collatas: nec propria, ſed deriuata virtute
in Dei dextra ſalutem operatos fuiſſe:ęquũ
eſt vt illi oĩa tribuamus,& noſtrũ quiſq; qua
uis dignitate, poteſtate & autoritate pol-
lens,dicat cum apoſtolo: gratia Dei ſum id 1.Cor.15. b.
quod ſum. Sequiſ.

*Hi in curribus & hi in equis: nos autem* 8.
*in nomine Dei noſtri inuocabimus.*

Alij glorienſ & potẽtes dicãtur, ꝙ curribus
& equis cæteriſq; huius ſeculi põpis potẽtes
ſint:nos autem ꝙ in nomine dñi inuocantes,
potentiores ſumus.cum poteſtatem dederit
Dei filius:filios Dei fieri, his qui credunt in Ioan.1. a.
nomine eius &c. Sequiſ.

*Ipſi obligati ſunt & ceciderunt: nos autẽ* 9.
*ſurreximus, & erecti ſumus.*

Gaudeãt illi, & quo velint titulo nominenſ:
ipſi obligati ſunt , quaſi funiculis peccatorũ
circũplexi & irretiti,& ceciderũt in foueã p
prijs viribus innitẽtes : nos autẽ Dei gratia
(nullũ illi ponentes obicẽ) ſurreximus & ere
cti ſumus.gaude igiſ & lætare,nã & ego tibi
cõgratulor Chriſtiane, ꝙ erectus ſis dextera
dñi,quæ fecit virtutẽ:dextera dñi quæ te & pſ. 117.v.16.
me erexit & exaltauit. & ſine intermiſsione
ora:oportet enim ſemper orare & nunquam
deficere.ora ſimul & lauda:victori duci tuo Luc.18.a.
pro parta victoria gatias agens , poſtulanſq;
opem in futurum, & claude cum pſalmogra
pho pſalmum dicens:

*Dñe ſaluũ fac regem: & exaudi nos in* 10.
*die qua inuocauerimus te.*

Hoc eſt ducẽ ſimul & exercitũ ſaluũ facies
dñe.& qui capiti proſpexiſti Chriſto:proſpi
cies & mẽbris. Conſepulti eñ ſumus cũ illo
per baptiſmũ in mortẽ(ait apoſtolus)vt quo Rom. 6. a.
modo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriã
patris,hoc eſt,per quod etiã ipſe glorificatur
pater,ita &nos in nouitate vitę ambulemus.
ſi eñ cõplãtati facti ſumus ſimilitudini mor
tis eius: ſimul & reſurrectiõis erimus. Exau
di nos igiſ(precamur Deus)in hac lachrima-
rũ valle degẽtes, atq; ad te ſuſpirãtes , in die
qua in anguſtia poſiti inuocauerimus te:qui
viuis &regnas p infinita ſeculorũ ſecula amẽ

EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 19.

*Exaudiat te dñs in die tribulationis,quũ ipſe innocẽs affigeris cruci, dñe Ieſu. mittat tibi auxiliũ uero homini,in hoĩe pro homine cũ humani generis inimico pugnãti:ipſeque ex alto et in te habitãs, tueatur Deus.memor ſit omnis ſacrificij tui: et holocauſtum tuum pingue fiat. Nempe uita Chriſti iuge ſacrificiũ, & mors holocauſtũ fuit, et utrũq; acceptabile Deo ad meritũ infinitũ.mors etiã ipſa pinguiſſima,quia exuberãte gratia perpeſſa, & uti pro omnibus ſufficiens:ita & pro multis efficax perinde ac pro-*

*ac proſicua fuit. quid ultra? (ut rem ipſam paucis abſoluam) tribuat tibi ſecundùm cor tuum, & omne*
*conſilium tuum ita confirmet: q̃ ad uotum proſpera cuncta ſuccedant, ut in peracta redemptione læte-*
*mur, & in exaltatione nominis tui, ac reſurrectione triumphali gloriemur. hæc enim à patre petijſti: et*
*exauditus es pro reuerentia, ea. ſ. quam erga patrem habuiſti. Ecce te reſurgente cognoui. quoniã ſal-* Heb. 5. b.
*uum fecit dñs Chriſtum ſuum. Exaudiet illum de cælo: eò q̃ filius eius dilectus ſit, in quo benè ſibi com-*
*placuit: ſitquè ſecunda inter alias ſuperbenedictæ trinitatis connumerata perſona, & ipſa patris dex*
*tra, humanam operata ſalutem. glorientur igitur hi in curribus, quaſi in huius ſeculi partis uictorijs tri*
*umphantes: illi uerò in equis inhientibus laſciuientibusquè, fallacibus tamen ad ſalutem, q̃ à ſe deijciant*
*excuciantquè ſeſſorem, cuiuſmodi ſunt mundanæ diuitiæ affluentes: nos autem in nomine dñi inuocabi-*
*mus. Ipſi quidem, qui illis caducis ac prætereuntibus innixi ſunt: quaſi ad terram trahentibus funiculis*
*obligati & incuruati ceciderunt: nos autẽ in nomine Dei noſtri inuocabimus, nec peribimus. nam ſcri-*
*ptum eſt: omnis, qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Tu itaque (dñe precamur) ſaluum fac re-* Iohel. 2. g.
*gem: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. id eſt: ſuſcita Chriſtum, & illi conſepultos per baptiſ-*
*mum, te pariter inuocantes. quid tum poſtea?*

## PSALMVS 20.

***DOmine, in virtute tua lætabitur rex: & ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.***

Titulus eſt: in finẽ pſal. Dauid. cuius expoſi
tio patet ex dictis. Pſalmograph⁹ in hoc pſal.
de tunc venturo rege Meſsia patrẽ alloqui-
tur dicens: dñe, rex ille regũ & dñs dominan
tium, in mundũ veniẽs, hominem morte pro
pria redempturus: in virtute tua lætabitur,
& ſuper ſalutem humani generis (quã per eũ
operari decreuiſti) exultabit vehementer. nã
& ſi in carnis infirmitate triſtari videatur,
prompto tamen ſpiritu exultabit nimis. Ob-
Eſa. 53. c. latus eſt enim quia ipſe voluit. Sequit̃.

2. *Deſideriũ cordis eius tribuiſti ei: & vo-*
*luntate labiorum eius non fraudaſti eũ.*

Mori quidẽ pro hoĩe, homo Chriſtus ſem-
Luc. 22. c. per optauit corde, & petijt ore, dũ orãs ait:
nõ mea voluntas ſed tua fiat. Rurſusq; diſci-
pulis: deſiderio deſideraui, hoc paſca vobiſ-
cũ mãducare, q̃ agni typici expletis epulis,
verus ipſe occidendus & mactãdus erat. Et
Luc. 12. f. iterũ: baptiſmo habeo baptizari: & quomo-
do coarctor, vſq; dũ perficiatur? quod vtiq;
de ſuo effundendo ſanguine aiebat: tu autẽ
clemẽtiſsime pater, deſideriũ cordis eius tri
buiſti ei: & voluntate deliberata mortẽ acce
ptante, quã etiã proprijs labijs expreſsit, non
fraudaſti eum. Erat quippe tuæ diuinæ volun
tati conformis. Sequit̃.

3. *Quoniam præueniſti eum in benedictio-*
*nibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius co*
*ronam de lapide precioſo.*

Gratiæ plenitudinẽ, & virtutũ omniũ culmũ
innuit diuinus pſaltes: quẽ totius eccleſiæ ca
put homo Chriſtus præ cæteris hominibus
eminenter habuit. q̃ præuentus ſit in bene-
dictionibus dulcedinis: qui ab inſtanti conce
ptionis fuit omnis peccati expers. nõ. n. ex vi
rili ſemine: ſed myſtico ſpiramine, in puriſsi-
mo virginis vtero, perinde atq; ab omni pror-
ſus labe præſeruato, cõceptus eſt. quæ vtiq;
præuẽtio fuit digna Deo, in benedictionib⁹
dulcedinis, nihil fellis admixtũ habẽs: vt eſſet
benedictus fructus vẽtris virginis immacula
tæ, & in mulieribus benedictæ. Conſequẽs. n.
erat, vt benedictionibus dulcedinis præuen-
tus, cæteris omnibus abũdaret is, in quo be-
nedicẽdæ erant oẽs gentes: & in ea, per quã
fel Euę & maledictio, in benedictionẽ & dul
cedinẽ fuerat cõuertenda. Ideoq; gratia ple-
na mater, & ita plenus dulciſsimus Ieſus fi-
lius: q̃ de plenitudine eius (ait euangeliſta) Io. 1. b.
oẽs accepimus gratiã pro gratia. Erat quip-
pe vnguentũ in capite: quod deſcendit in bar pſ. 132. ve. 2.
bam, barbã Aaron, quod deſcendit in orã ve-
ſtimenti eius. gratia igitur & ſpiritu, qui non
eſt illi datus ad menſurã, cæteriſq; heroicis Io. 3. e.
virtutibus, velutì ex lapidibus precioſis, &
rutilantibus gẽmis, coronã fabrefecit pater
æternus, & filij ſui incarnati ac per hoc re-
gis & pontificis noſtri impoſuit vertici: quæ
aliorũ pontificum ac regũ omnium, longiſsi
mo exceſſu ſuperat coronas. non ſecus ac o-
dor vnguentorũ ſuorũ ſuper omnia aroma- Cant. 4. c.
ta: aliorum hominũ excellit odores. nam mi-
rabilis illa Aaron corona, quã Ieſus filius Si-
rach in ſuo eccleſiaſtico deſcribit, ſi huic no Eccle. 45. b.
ſtri regis ſummiq; ſacerdotis ſecundũ ordinẽ
Melchiſedech cõferatur coronæ: profectò
nimio huius fulgore offuſcatur, vt ſcintilla
aut facula ante lumẽ ſolis: ſi licet magna cõ-
ponere paruis. poſuiſti (ait) in capite eius co
ronã de lapide precioſo: paſsionis ſuæ virtu-
tem & fortitudinẽ, perinde ac reſurrectionis
gloriam exprimentem atq; triumphum. Vel
p̃ lapides precioſos, apoſtolos accipe, de qui
bus in Apocalypſi Ioãnes meminit: qui capiti Apo, 21. d.
ſuo Chriſto coronã in prędicatiõe texuerũt,
& ei⁹ corpori (quod eſt eccleſia) primario fue
re ornamẽto ac fũdamẽto poſt Chriſtũ. Seq.
Vitam



4. *Vitam petijt à te: & tribuiſti longitudi-*
*nem dierũ, in ſeculũ, & in ſeculũ ſeculi.*

Vitam petijt, quum reſurrectionis claritatẽ
Io. 17. a. popoſcit dicens: pater venit hora, clarifica fi
lium tuum. & tribuiſti ei. dixiſti enim, & cla-
rificaui, & iterũ clarificabo, te. ſ. à morte ſuſ-
citans, & longitudinem dierũ vitamque in-
terminabilem tribuens, & nunquã defuturã.
vel vitam petijt: quũ cœpit pauere & tedere,
& procidit ſuper terram & orabat, vt ſi fieri
Mar. 14. b. poſſet tranſiret ab eo hora, & dixit: abba pa-
ter, omnia tibi poſsibilia ſunt: transfer calicẽ
hunc à me. Porro petijſſe viſus eſt vitam tem
poralẽ, ſi ſonitũ verborum & carnis infirmi-
tatem attendas, at ſi voluntatẽ labiorum ſo-
nitũ interpretantẽ introſpicias, nihil minus.
Audi ſequẽtia. non quod ego volo: ſed quod
tu. Ecce vitã petere videtur ſonitu labiorũ:
ſed voluntate labiorum, mortem acceptat, &
huiuſmodi voluntate labiorum nõ fraudaſti
eum. Vitã igitur petijt à te, non vtique tem-
poralem, ſed perpetuam & glorioſam poſt re
ſurrectionem, certè lõgè meliorem, quam tri
buiſti ei, habentem longitudinẽ dierum per-
petuam & inexhauſtã, in ſeculum & in ſecu-
lũ ſeculi: qui voluntatẽ labiorũ intellexiſti.
Ro. 6. b. vnde clamat apoſtolus: Chriſtus reſurgẽs ex
mortuis, iam non moritur: mors illi vltra nõ
dominabitur. Sequit̃.

5. *Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: glo*
*riã & magnũ decorẽ impones ſuper eũ.*

Quaſi dixerit: magna quidem eſt gloria filij
tui, q̃ mortuus ſit pro hoĩe, cuius ſalutẽ ope
ratus eſt moriens, ſed glorioſè magnificatus
Exo. 15. a. eſt: quũ equũ & aſcenſorẽ proiecit in mare:
ſurrexitq; victor de morte triumphans. Cui
magnũ addidiſti decorẽ: quũ ad cælos aſcen-
dentem, & ad dexterã maieſtatis tuæ ſeden-
tem, cælicolæ omnes adorauerunt. at ipſum
clariorẽ omnibus impones ſuper eũ, venien-
tem in nubibus cæli cum maieſtate & pote-
ſtate magna, vt iudicet orbem. Sequit̃.

6. *Quoniã dabis eũ in benedictionẽ in ſeculũ*
*ſeculi: lætificabis eũ ĩ gaudio cũ vultu tuo*

Nimirũ conſtitues eũ iudicẽ viuorũ & mor
pſ. 28. ve. 10. Mat. 25. tuorum, qui benedicet populo ſuo in pace, di
cetq;: Venite benedicti patris mei, percipite
regnũ & c. vel dabis eũ in benedictionẽ: quia
in ipſo benedicent̃ oẽs gentes & per ipſum:
& ipſe quoq; ab omnibus benedicet̃: eò q̃ ſol
uens maledictionẽ, dedit benedictionẽ: & cõ
fundẽs mortẽ, dedit nobis vitã ſempiternam.
Dabis ergo eũ in benedictionem: cuius vita,
mors, reſurrectio, omnis deniq; actus in be-
nedictione erit: & lætificabis eũ in gaudio cũ
vultu tuo. nã is, qui ab inſtanti conceptionis
ſuæ beatus erat, paſsibilis tamen in corpore,
ex diſpenſatione, propter opus ac myſteriũ
noſtræ redẽptionis: poſt reſurrectionẽ ſuam,
pleniſsimè intus & foris lætabitur in verbo
(quẽ vultũ appellat) cui noſtra hipoſtaticè v-
nita eſt humanitas, lætabitur (inquã) in gau-
dio inenarrabili. nec eñ tũc triſtis erit anima
ipſi⁹ aut infirma caro: q̃ iam deuicta morte,
ad dexteram tuam ſedet. Sequit̃.

*Quoniã rex ſperat in dño: & in miſericor* 7.
*dia altiſsimi non commouebitur.*

Hoc verbũ, ſperat, nõ dicit in Chriſto hoĩe
ſpem, prout virtus eſt theologica. quãdoqui
dem erat verè (vt diximus) ab inſtãti conce-
ptionis ſuæ beatus. nã quod videt quis: quid
ſperat ait Paulus? ſed prout quandã dicit con Ro. 8. e.
fidentiã: quemadmodũ principes ſacerdotũ
illudẽtes cũ ſcribis & ſenioribus, de ipſo dice
bant: Si rex Iſrael eſt, deſcendat nũc de cruce Mat. 27. e.
& credimus ei: cõfidit in Deo, liberet nũc eũ,
ſi vult eũ. O Iudei inſani? libet (occaſione pre
bita) parũper digredi, & vos ſtultitiæ cõuin-
cere malitioſæ, vos metipſos appello iudi-
ces. quid ſtultius, quidvè peruerſius dici po-
terat: quã ſi rex Iſrael eſt, deſcẽdat? quin aſcẽ-
dat potiùs dicendũ erat, & credimus ei: quan
doquidẽ regũ eſt aſcẽdere. nec ideò q̃ confi-
dit in Deo, rex ipſe, qui & Dei filius eſt, tũc
liberãdus erat à patre: quia nec pater filiũ in
illo & p̃ illo tũc, diſpoſuerat liberare: nec fi-
lius voluerat liberari. Porro nõ illud tũc mor
tis, ſed aliud reſurrectionis, deſtinauerat illi⁹
liberationi. ſperat igitur rex in dño, & in mi
ſericordia altiſsimi: quã ipſe etiã (miſerãti pa
tri obediẽs factus vſq; ad mortẽ) operat⁹ eſt
in nobis. Nec cõmotus eſt vnquã, ſed firmus
& ſtabilis ad iniuncti operis conſummatio
nem vſque, immobiliſq; permanſit. Sequit̃.

*Inueniatur manus tua omnibus inimicis* 8.
*tuis: dextera tua inueniat oẽs, q̃ te oderũt.*

Iam propheticus ſermo, inimicorũ omniũ,
qui chriſto inimicant̃, deſcribit pœnas. Inue-
niatur (inquit) manus tua vindex. & quã no-
luerũt quærere miſericordẽ, ſed velutì infir-
mam contẽpſerunt, vltricẽ inueniãt (etiã non
quæſitam) grauem & omnipotentem. Et de-
xtera tua, quæ non inuenire ſimulabat, inue-
niat iam iam omnes qui te oderunt. ita ſanè
erit. inuenietur dextera patris Chriſtus, om-
nibus inimicis ſuis iudex & vltor, quem be-
nignum ac mitẽ propitiatorẽ ac redemptorẽ
noluerũt recipere venientẽ. ipſaque dextera
tunc inueniet oẽs q̃ manus eius euaſiſſe arbi
trati ſunt, & eò q̃ pœnã diſtuleras infligẽdã:
iam

iam omnino effugiſſe gaudebant. Inuenietur
igitur & inueniet manus domini, idq; repen-
1. Theſ. 5.a. te fiet. nam (vt Paulus ait) dies domini, ſicut
fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint,
pax & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuper-
ueniet interitus, ſicut dolor in vtero habētis,
& non effugient. Sequitur.
9. *Pones eos vt clibanum ignis, in tempore
vultus tui: dominus in ira ſua conturba-
bit eos, & deuorabit eos ignis.*
Duplici pœna punientur inimici dñi, qui o-
derunt illum: pœna ſenſus, quæ adhuc duplex
eſt: interior .ſ. & exterior: & pœna damni, de
qua inferius. Pœna ſenſus interior, eſt remor
ſus ille corrodens animā (quem vermē con-
Eſai. 66. g. ſcientiæ vocant) de quo ſcriptum eſt: vermis
eorū non morietur, & ignis eorū non extin-
guetur. quam hic deſignans ait: pones eos vt
clibanū ignis, quum in modum ardentis cli-
Mar. 9. g. bani igne proprio & interaneo confuſionis
ſuæ, & accuſantis conſcientiæ torquebūtur
Eſa. 57. d. æſtu impij, quaſi mare feruens, quod quieſce
re non poteſt, & redundant fluctus eius in
conculcationem & luctum. Exterior autem,
eſt cruciatus ille omnibus ſenſibus horribi-
lis: quo damnati grauiſsimas pœnas luent.
nam vbi dñs tempus acceperit vt iuſtitias iu
dicet, veneritq; plenitudo illa temporis: non
Tit. 3. b. vt illa, qua apparuit benignitas & humanitas
ſaluatoris noſtri Dei in humilitate carnis: ſed
qua in maieſtate magna, indignatio & ſeue-
ritas apparebit, vultusque iratus reprobos iu
dicātis atque dicētis: diſcedite maledicti in
ignē æternum (tunc, eo .ſ. tempore vultus ſui
irati) dñs in ira ſua cōturbabit eos aſpero ver
bo deterrēs, & deuorabit eos ignis æternus.
Alterā verò (quā damni pœnā dicūt) prædictā
longè maiorē, ꝙ diuinæ viſionis carentia ſit,
inferius deſcribit dicens: qm̄ pones eos dor-
ſum &c. Interſerit tamē nunc aliqua, infelicē
dānatorū ſtatū cōcernētia, cōſequētiaq;. Seq.
10. *Fructum eorum de terra perdes: & ſemē
eorum à filijs hominum.*
Galt. 5. b. ſicut (dicente apoſtolo) fructus ſpiritus eſt
charitas, gaudiū, & pax: ita & viſio beatifica
perinde ac fruitio ſanctorum, fructus erit in
Sap. 3. c. patria. bonorū enim laborū, glorioſus eſt fru
Pſ. 57. ve. 11. ctus. de quo ait iſdē pſaltes: & dicet homo, ſi
vtiq; eſt fructus iuſto? vtique eſt Deus iudi-
cās eos in terra. Quia ergo in terra illa viuen
tium, impij nō erūt, nec Deū videbunt, nō in-
eptè ait: fructū eorū de terra perdes. vel ali-
ter. per fructus, bona opera digna & merito-
Luc. 3. b. ria intellige, iuxta illud baptiſtæ monitū: fa-
cite (ait) fructus dignos pœnitentiæ. Cùm igi
tur damnatorū gemitus doloresq; acerbiſsi
mi atque angores, infructuoſi ſint, quia extra
tempus viæ, vbi dies eſt, in quo illis merito-
riè & fructuosè (dū vixerunt) licuit operari: Io. 9. a.
ideò etſi fructus appareāt, fructus tamē non
ſunt, nec fructus re aut nomine digni, qui pu
tridi, futiles & amari ſunt. de quibus in libro
ſapientiæ ſcriptū eſt, ꝙ fructus illorū inuti- Sap. 4. b.
les & acerbi ad manducandū, & ad nihilum
apti, atqui damnati pœnitentiā agent: ſed in-
fructuoſam, nulliusque meriti aut momenti.
Sic enim in eodē ſapientiæ libro de exiſtenti Sap. 5. a.
bus in inferno legimus: turbabuntur timore
horribili in ſubitatione inſperatæ ſalutis: ge-
mentes præ anguſtia ſpiritus, dicētes intra ſe
pœnitentiā agentes &c. profectò ipſi (quam
diximus) pœnitentiā agent: ſed tu dñe, fructū
eorum de terra perdes, & ſemen eorū à filijs
hominū: quandoquidem nec ipſi ſibi tūc, nec
alijs prodeſſe poterūt, quod in diuite illo e-
pulone cōſtat, qui nec gutulā aquæ ſibi obti- Luc. 16. g.
nuit: nec quicquā fratribus impetrauit. Seq.
*Quoniam declinauerunt in te mala: cogi-* 11.
*tauerūt cōſilia, quæ nō potuerūt ſtabilire.*
Culpam aſsignat; propter quā Iudei iuſtè pu
niūtur: qm̄ declinauerūt in Chriſtū, mala pœ
næ & culpæ iniquè & mēdaciter imponētes.
dixerūt enim: hūc inuenimus ſubuertentē gē Luc. 23. a.
tem noſtrā, & prohibentē tributa dari Cæſa-
ri, & dicentē ſe Chriſtum regē eſſe. Et iterum
ad Pilatū: ſi nō eſſet hic malefactor, non tibi Io. 18. c.
tradidiſſemus eū. & illud: in Beelzebub prin- Luc. 11. c.
cipe demoniorū eijcit demonia: atque id ge-
nus alia. Ipſi etiā opprobria & pœnas acerbiſ
ſimas infligentes, cogitauerūt cōſilia iniqua,
quale fuit illud: hic eſt hæres, venite occida- Mat. 21. d.
mus eum: & habebimus hæreditatē eius. &
quod apud Hieremiam: & nō cognoui quia Hier. 11. f.
cogitauerūt ſuper me cōſilia dicentes: mitta
mus lignū in panē eius, & eradamus eum de
terra viuentiū: & nomē eius non memoretur
amplius. quæ vtique cōſilia non potuerunt
ſtabilire: quia non eſt ſapientia, non eſt pru- Pro. 21. d.
dentia, non eſt conſilium contra dñm. Seq.
*Quoniam pones eos dorſum: in reliquijs* 12.
*tuis, præparabis vultum eorum.*
Nempe eos qui verterūt ad te terga & non
facies, vicē rependens, pones eos dorſum, ne Hier. 32. f.
faciē gloriæ tuæ videāt. hæc eſt enim pœna
damni, qua etiā plectentur iniuſti. pones etiā
eos dorſum, peccatores .ſ. qui ſupra dorſum
tuum fabricauerūt & prolongauerūt iniqui- Pſ. 128. ve. 3.
tatem ſuam, in dies deteriores facti: & ſic ob
ſtinati peribunt. & dorſum eorum (ait Dauid Pſ. 68. ve. 28
ſanctus) ſemper incurua: vt ſit dorſum eorum
velut



velut incus ſub malleo iuſtitiæ tuæ. Sic de
Iob. 41. b. Vehemoth eorū capite ait Iob: cor eius in-
durabitur tanquàm lapis: & ſtringetur quaſi
malleatoris incus. nimirum æterni ſupplicij
cōtinua percuſsione tūdetur. vel pones eos
dorſum, id eſt, timidos efficies, fugientes ac
terga vertentes, etiam nemine perſequente,
Pſ. 17. ve. 44 iuxta illud pſalmi: & inimicos meos dediſti
mihi dorſum: & odientes me diſperdidiſti. &
in reliquijs tuis præparabis vultum eorum.
quia iuſto iudicio tuo, ad temporalia cōuer
tentur (quæ reliquiæ tuæ ſunt, & velutì quæ-
dam purgamēta fructus) qui bona tua ſpreue
runt æterna. Aut per vultū eorum: intelligen
tiam accipe ſcripturarū, cognitionem etiam
atque fidem, quā ſancti patres & prophetæ
de Chriſto dño habuerunt. hanc igitur cogni
tionem, quā vultum eorum appellat, præpa-
rabis (ait propheta) in reliquijs tuis. vbi ex Iu
deis electi, qui in fine cōuertentur, reliquiæ
Rom. 9. f. nuncupantur, iuxta illud apoſtoli Eſaiam ci-
tantis: ſi fuerit numerus filiorū Iſrael tanquā
arena maris: reliquiæ ſaluæ fient. Præparabis
(inquā) quia tu eos ad agnitionem veritatis
adduces: quos ex gratia reliquiſti, & ad finē
vſque reſeruaſti ſaluandos. & hunc ſenſum ve
rum, genuinū, ac germanū arbitramur. lege
Rom. 11. a. (ſi vacat) eundē apoſtolū Romanis ita ſcri-
bentem: an neſcitis in Helia quid dicit ſcriptu
ra: quemadmodū interpellat Deū aduersùm
Iſrael? dñe prophetas tuos occiderūt &c. ſed
quid dicit illi diuinū reſponſum? reliqui mihi
ſeptem millia virorū, qui non curuauerunt
genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore,
reliquiæ ſecundùm electionē gratiæ Dei, ſal-
uæ factæ ſunt. vide totum hoc caput vndeci-
mum ad calcē vſque. quanuìs nonnulli verte
rint: ſagittas tuas præparabis in vultum eo-
rum. quæ verſio, clariorē efficit ſenſum, quo
ſignat, inimicos ſagittis acerbiſsimæ ſed iuſtæ
punitionis, & ſecundū propoſitum, à domi-
no feriendos. Sequit.
*Exaltare domine in virtute tua: cantabi* 13.
*mus, & pſallemus virtutes tuas.*
Hoc verſu pſalmum claudit rex & prophe-
ta ſanctus, ac ſi dixerit: tu domine, qui ad nos
veniens, quaſi humilis & infirmus ſalutē no-
ſtram operatus es, exaltare in virtute, forti-
tudine, omnipotentia, & maieſtate tua: & ve
ni iam iuſtiſsime Deus & homo, vt iudices
orbem terrarū in iuſtitia, & populos in æqui Pſ. 97. ve. 10
tate. ſimilia verba in ſcriptura paſsim offen-
des, quæ Chriſtum dñm ad potentiæ & maie
ſtatis ſuæ oſtenſionē inducere videntur, qua-
lia ſunt illa: exurge, quare obdormis domi- Pſ. 43. v. 25.
ne. exurge dñe in ira tua. excita potentiam Pſ. 7. ve. 6.
tuam. exaltare ſuper omnes cælos Deus, &
id genus alia. Nunc autē exaltare (ait) canta-
bimus & pſallemus virtutes tuas. ꝙ .ſ. mor-
tem noſtram moriendo deſtruxeris, & vitā
reſurgendo reparaueris. ꝙ in altū aſcendens,
captiuam tecum duxeris captiuitatem. ꝙ ad
dexterā patris ſedens, promiſſum Spiritū ſan-
ctum in filios adoptionis effuderis. ꝙque eis
mirifica & largiſsima dederis dona: qui viuis
& regnas Deus per infinita ſeculorū ſecula,
Amen.

EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 20.

*DOmine in uirtute tua lætabitur rex. q. per ipſam potenter ac ſapienter deuiceris inimicum: q. q; homini ſalutem dederis egrotanti. Deſiderium quidem animæ eius tribuiſti ei, & ſuis petitionibus acquieſti. & qui præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, ut abſque fellis admixtione, totius eſſet peccati expers, poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo. quippe qui gloria & honore coronaſti reſurgentem. atque ad cælum aſcendentem, ad dexteram tuam collocaſti. uitam petijt à te: & æternam nunquàm defuturam, tribuiſti ei. Magna gloria eius in ſalutari tuo. Magna utique: q. factus obediens uſque ad mortem, perditum hominem reuocauit ad uitam. at gloriam & magnum decorem impones ſuper eum: quum poſueris inimicos eius ſcabellum pedum ſuorum, omneſquè electos perduxeris ad regnum, cum eo perpetuò regnaturos. quoniam dabis eum in benedictionem in ſeculum ſeculi: conſtituens illum iudicem uiuorum & mortuorum. qui benedicet iuſtos dicens: uenite benedicti &c. ipſequè à redemptis perpetuò benedicetur. & lætificabis eum in gaudio cum uultu tuo. Nam poſt ſanctam reſurrectionem, ita corpore ſicut anima, non ultra moriturus refulſit Chriſtus. quoniam rex ſperat in domino, atque ipſi fidens, ſeipſum morti obtulit ſpontè. nec à miſericordia illa uberi, qua cum patre hominem redimere decreuit, commotus eſt unquàm, ut deſiſteret ab incepto myſterio redemptionis. quid iam nunc (rogo) ſupereſt faciendum? niſi q. puniantur iniqui: huius noſtri regis interfectores? Exurge igitur in eos dñe. inueniatur manus tua uindex omnibus inimicis tuis: ipſaquè illos ultrix ita inueniat: q. nullus euadat. pones eos ut clibanum ignis &c. ut pœna ſenſus interiore & exteriore plectantur: quum apparueris iudex ſeuerus. & fructū eorum de terra perdes, ne quid meritorium agant, ſibi uel alijs profuturum: quoniam declinauerunt in te mala pœnæ & culpæ, quæ tibi iniquè & falsè impoſuerunt: & cogitauerunt conſilia, ut nomen tuum de terra delerent: quæ non potue-*

*runt ſtabilire. Iuſtè igitur pones eos dorſum: ne faciem tuam uideant, quæ pœna damni erit. At in reli-
quijs tuis præparabis uultum eorum. uel quia reliquiæ ſaluæ fient: uel quia ad inferna deſcenderunt, ho
minum & angelorum ſcoriam & fæces uiſuri, & cum ipſis deſpicabilibus damnatis, perpetuos crucia-
tus ſint habituri. Eia ergo exaltare domine in uirtute tua, te potentem oſtende iudicans: qui te ante (in
carne ueniens) humilem demonſtraſti. Cantabimus quidem per te redempti, & pſallemus uirtutes tuas,
qui punis iniquos, & bonis bona largiris. dixi, ſed hæc humanæ redemptionis myſteria tractans, ob
lector adeò, ut ipſa uelim iugiter meo in ore uerſari. obidquè illa in ſequentibus, denuò recenſere
curabo.*

## PSALMVS 21.

*Deus, Deus meus reſpice in me, quare me
dereliquiſti: longè à ſalute mea verba de-
lictorum meorum.*

Huius pſalm. titulus eſt: in finem pſalm. Da-
uid, pro ſuſceptione ſeu cerua vel ſtella matu
tina. In quo id ſolùm declaratiõe eget, quod
inſcribitur pro ſuſceptione matutina. quibus
verbis dominicã reſurrectionem ſignare vo-
luit: eò ꝙ celeberrimo illo mane diei quæ lu
Mat.28.a. ceſcit in prima ſabbati, ſurrexit dñs, qui lux
Mar.16.a. mundo & fulgentiſsimũ ſidus fuit, diluculo
Luc.24.a. .ſ. iuxta verbum illud quod prænunciatũ fue
Io.20.a. pſ.107.ve.2. rat ante: Exurge gloria mea, exurge pſalteriũ
pſ.56. ve.11. & cithara: exurgam diluculo. Nam tunc de-
nuo (anima reunita corpori) reuixit homo,
atq; ad vitã æternam & immortalẽ ſuſceptus
pſ.29.ve.1. eſt, cuius ſuſceptionis pſalm. 29. meminit di-
cens: Exaltabo te dñe, quoniã ſuſcepiſti me:
nec delectaſti inimicos meos ſuper me. In fi-
Rom.10.a. nem igitur legis, qui Chriſtus eſt, ad iuſtitiam
omni credenti, nos dirigit hic pſalm. à Da-
uid rege conditus pro Chriſti reſurrectione
matutina, quã præcipuè tractare intendit: & ſi
ab eius paſsione, tanquã à præſuppoſito ex-
ordium ſumat. Vt ergo aliter hunc pſalm. in-
telligendi præcluderet nobis viam: illũ Chri-
ſtus eſt orſus ab alto. & hæc de titulo dixiſſe
ſit ſatis. Hoc primum liquidò conſtat, quòd
Chriſtus in cruce pendens, circa horã nonam
clamauit voce magna, hebraicè huius pſalm.
Mat.27.f. initium dicens. Eli, eli lama azabtani. quod in
terpretatur: Deus meus, Deus meus, vt quid
dereliquiſti me? nec illa verba: reſpice in me,
in hebreo reperiuntur, ſed à ſeptuaginta in-
terpretibus (ad maiorẽ expreſsionẽ) interpo
ſita fuiſſe fertur. Ideoquè illa Chriſtus omi
ſit: proſequutus (vt multi aſſerunt) ſubmiſſa
pſ.30. ve. 6. voce totum pſalmum, alioſque nouem ſequẽ
tes, vſque ad verſiculum illum: in manus tuas
commendo ſpiritũ meum. quem vbi protuliſ
ſet voce magna clamans, dixiſſetque conſum
Io.19.e. matum eſt, inclinato capite tradidit ſpiritũ.
At mirari ſatìs nequeo, ꝙ patri dixerit Deo:
quare me dereliquiſti, & longè à ſalute mea
verba delictorum meorum: cùm eſſet ipſe
Deus & homo, qui peccatum non fecit, nec
inuentus eſt dolus in ore eius? quando obſe- 1.Pet.2.d.
cro domine Ieſu, te dereliquit Deus: qui De-
es in æternũ permanens, coæqualis patri? quã
do te dereliquit pater, qui ſemper in te ma-
net? an fortè cùm penderes in cruce, eò ꝙ ma
nibus iniquorũ derelinqui viſus ſis? vel ꝙ tũc
illis permiſſum fuerit in te innocentiſsimum
debacchari? iuxta id quod dixeras verbum: Luc.22.f.
cùm quotidiè vobiſcũ fuerim in templo, non
extendiſtis manus in me, ſed hæc eſt hora ve
ſtra, & poteſtas tenebrarũ. Rurſuſque ad Pi- Io.19.b.
latum: non haberes poteſtatẽ aduersùm me
vllam: niſi tibi datum eſſet deſuper. ſed au-
dio patrem, per os Dauid, tibi Chriſto ſuo di pſ. 109.v.4.
cẽtem: tecum principium in die virtutis tuæ
in ſplendoribus ſanctorum: ex vtero ante lu-
ciferum genui te. Ipſe etenim pater princi-
pium ſine principio, perinde ac prima in tri-
nitate perſona, tunc aderat: quia tu ſemper in
patre, & pater in te eſt. tu etiam (vt Ioannes
refert) dixeras Iudeis: Quum exaltaueritis Io.8.d.
filium hominis: tunc cognoſcetis, quia ego
ſum, & à me ipſo facio nihil, ſed ſicut docuit
me pater, hæc loquor: & qui me miſit mecũ
eſt, & non reliquit me ſolum. quæ cùm ita
ſint: miror, dum te in cruce exaltatũ dicen-
tem audio: quarè me dereliquiſti? ſcio tamen
quòd tu dñe, qui ſapientia patris es, quique
omnia cum patre diſponis, noſti optimè quæ
interrogas patrem: qui noſti etiam quare vo
luiſti manibus tradi nocentium & crucis ſub
ire tormentũ. Fuit ergo in cauſa, quòd dere-
linqui ad horam viſus ſis: ne ſcilicet relinque
retur homo, qui tibi derelictus eſt pauper, pſ.9.ve. 38.
orphanuſque, cui tu futurus eras adiutor. Et
ſic clamaſti, vt te ex infirmitate corporis pa
ti, eidem homini comprobares. At verò quæ
ſequuntur, apprehenſione prima horret ani-
mus, eo quòd delictorum omnium te immu-
nem crediderimus & expertem. longè (ais)
à ſalute mea verba delictorũ meorum. quæ
primùm ita legito, vt rectus ſit conſonuſque
verborum ſenſus. Ecce iam pater mi, mem-
brorum meorum cauſam & perſonã ago, qui
hominis in limo profundi tot annos infixi,
perago



perago redemptionem. quare me dereliqui-
ſti in peccatis tot ſecula iacentem? quæ pec
cata, longè ſunt à ſalute mea? longè, quia & lõ
pſ.118.octo gè à peccatoribus ſalus. hæc tamẽ, quæ profero
29.ve.3. verba, verba ſunt delictorũ meorũ. mea pro-
profectò, ſed non mea. Mea, quia membrorũ
meorũ, quibus compatior: non mea, quia pec
Pſ.68.v.6. catum non feci: licèt, quæ non rapui, nũc ex
oluo: tanta quippe eſt vnio capitis ad mem-
bra; vt caput Chriſtus, ſua dixerit delicta mẽ
brorum. atquì verè ſua fuerũt: vt exolueret.
Eſa.53.c. nam verè langores noſtros ipſe tulit: & dolo
res noſtros ipſe portauit. tradebat autem iu-
1. Pet. 2. d. dicanti ſe iniuſtè (apoſtolus Petrus ait) qui
peccata noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo,
ſuper lignum: vt peccatis mortui, iuſtitiæ vi-
uamus, cuius liuore ſanati ſumus. vel ſic lege:
quaſi ſibiipſi reſpondeat ſic roganti: Quare
me dereliquiſti? Scio (ait) quare me de-
reliquiſti, quia verba delictorũ meorum, ho-
minum ſcilicet delinquentium, & ad te pro
obtinenda ſalute clamantium, longè ſunt à ſa
lute mea. Nam quid aliud clamãt patriarchæ
& prophetæ, omniſq; progenies Adam, quã
vt moriar ipſe, ne ipſi pereant? Et tu pater, ex
viſceribus charitatis, illorum vocibus incli-
Io.3.b. naris. Sic enim Deus dilexit mundũ (ait euã-
geliſta Ioannes) vt filium ſuum vnigenitum
daret, vt omnis qui credit in eum, nõ pereat,
ſed habeat vitam æternam. Ita pater decre-
uiſti, & ita volui, pro homine ab æterno mor
tem acceptans: nec ſecus fieri debet. Sunt ta-
men qui legant: longè à ſalute mea, verba ru-
gitus mei, & tunc facilior clariorque ſenſus
2. apparet, quem ſequens verſus exprimit. Seq.

*Clamabo per diem, & non exaudies: &
nocte, & non ad inſipientiam mihi.*

Clamabo per diem, circa horam nonam, in
cruce pendens dicenſque, Eli Eli. & nocte
orans: transfer à me calicem iſtum, & non ex
audies. hoc tamen non eſt imputandum ad
inſipientiam mihi, qui ſapientia increata ſum:
ſed aſſumptæ carnis infirmitati. Nolui equi-
Io.11.e. dem ad vocis ſonum ex deliberata volunta-
te exaudiri à te, qui ſemper me audis: quan-
uìs liberari petam, vt me verum hominem, &
aſſumptæ carnis oſtendam infirmitatem.

3. *Tu autem in ſancto habitas: laus Iſrael.*

Mirabile dictu, quòd cùm tu, qui laus es vi
dentium Deum (hoc enim Iſrael interpreta-
tur) in Chriſto habites, qui ſanctorũ ſanctus
eſt: cùm hoc tamen, non exaudias illum. ſed
quid nunc (rogo) eſt, ne ad inſipientiam ad-
ſcribendum illi quòd clamet, & tu non exau
dias eum? abſit, certè pater æternæ, & ſi (vtì
proximo & ſuperiori pſalm. annotauimus)
non ad ſonitum labiorum exaudire viſus ſis,
voluntate tamen labiorum eius non frauda-
ſti eum: quinimo (vt apoſtolus ait) exaudi- Heb. 6. b.
tus eſt pro reuerentia. vos nunc omnes mor
tales appello iudices, qui ſeruos ſuos exau-
dit, & (ſicut ſcriptum eſt) voluntatem timen- pſ.144.v.20
tium ſe faciet, & deprecationem eorum ex-
audiet: quanto potiore iure, voluntatem Ieſu
Chriſti dilecti filij ſui faciet, illumque die ac
nocte in aſſumpta carne clamantem, ad volũ
tatem ſimul & vtilitatem exaudiet? Sequit.

*In te ſperauerunt patres noſtri: ſperaue- 4.
runt, & liberaſti eos.*

Patres, Iſraelitas vocat, quorum patres (ait Rom.9.a.
apoſtolus) ex quibus eſt Chriſtus ſecundùm
carnẽ, qui eſt ſuper omnia Deus benedictus
in ſecula amen. Hos dominus in ſe ſperantes
non ſemel liberauit. lege codices ſacros. Ad-
ditque idipſum inculcans.

*Ad te clamauerunt, & ſalui facti ſunt: 5.
in te ſperauerunt: & non ſunt confuſi.*

Quaſi hinc efficax ſumpſerit argumentum.
Hi quidem omnes ſerui, & homines tantùm
erant, atque (vt cæteri) in peccatis concepti.

*Ego autem ſum vermis, & non homo: 6.
opprobrium hominũ, & abiectio plebis.*

Non inepta eſt huiuſmodi cõparatio: quia
ad modum vermis, non ex maris & fœminæ
commixtione, ſed myſtico ſpiramine, in ter-
ræ illius virginis benedictæ & nunquàm ma-
ledictæ viſceribus, mirificè conceptus ſum,
& in vtero factus homo (ait Chriſtus) & nõ
homo tantùm, ſed homo Deus, & Deus ho-
mo. Deus de Deo, Dei patris filius natura-
lis conſubſtantialiſque: & filius hominis, Ma
riæ ſcilicet virginis matris. & cùm tantæ ſim
excellentiæ, vt verus homo, verè dicere poſ
ſim: non ſum ſicut cæteri: me non exaudies,
die nocteque clamantem. Nec in tribulatio-
ne poſitum liberabis, qui de quouis clamãte
ſeruulo dixeris: clamauit ad me, & ego exau pſ.90.ve.15.
diam eum: cum ipſo ſum in tribulatione, eri-
piam eum, & glorificabo eum. diximus, & vtrũq; vtriuſq; (humanæ .ſ. & diuinæ naturæ)
in Chriſto explicuimus dignitatem. quia vt
vermis, de carne ſine cõcubitu natus homo.
& nõ homo purus, licèt homo verus: ſed etiã
Deus de Deo genitus, non factus, conſubſtan
tialis patri, per quem omnia facta ſunt. Audi
nunc opprobria, quæ propter nos homines
pertulit ipſe. Audi quã deſpectus Iudæis fue-
rit, quàm deriſus & vilipenſus. qui alibi de ſe
ait: ego factus ſum opprobrium illis: viderũt pſ.108.v.24
me, & mouerunt capita ſua. & nunc: ego au-

 tem

tem ſum vermis & non homo: opprobriũ ho
minum & abiectio plebis. Sequit.

7. *Omnes videntes me deriſerunt me: loquu
ti ſunt labijs, & mouerunt caput.*

Eſai. 53. a. Hoc eſt quod prophetauerat Eſaias dicens:
deſiderauimus eum deſpectum & nouiſsimũ
virorum, virum dolorũ & ſcientem infirmi-
tatem: & quaſi abſconditus vultus eius & de
ſpectus, vnde nec reputauimus eum. Hæc vti
que deſideria domine Ieſu, noſtrum omniũ
verba erant, longè à ſalute tua clamantium,
atque te expoſtulantium, virum dolorum &
ſcientem infirmitatẽ. cuius diuinitatis & ma-
ieſtatis vultus, adeò abſconditus eſſet: vt de-
ſpectui habereris, quaſi opprobrium homi-
num reputatus. In tantũ, quòd cęco illo euã-
Io.9.c. gelico, conuicio ac maledictioni datum eſt,
quòd diſcipulus tuus ſit: eò ꝙ te abiectum &
nouiſsimum virorum, ob idque deſpicabilẽ
reputarent. Et tunc maximè: quum te cruci
affixum, & cum ſceleratis deputatum intue-
bantur: & Barraba ſeditioſo dimiſſo, te quaſi
facinoroſum illoque reputantes ſcelera-
Eſa.53.c. tiorem, turpiſsima viderunt morte dam-
natum: quia dominus te voluit conterere in
infirmitate. tunc enim hi, qui exteriora vide-
bant, nihil tamen de interioribus iudicabant,
deriſerunt & loquuti ſunt labijs dicentes: He
liam vocat iſte. ſine, videamus an veniat He-
lias liberans eum. & mouerunt caput, nutibus
ac geſtu corporis inſultantes tibi atque dicẽ-
Mat. 27. e. tes: vah qui deſtruis templum Dei. & rurſus:
alios ſaluos fecit, ſe ipſum non poteſt ſaluum
facere. confidit in Deo: liberet eum nunc ſi
vult. quæ nunc verba pſaltes prophetico ſpi-
ritu profert dum ait:

8. *Sperauit in domino, eripiat eum: ſaluum
faciat eum, quoniam vult eum.*

Ita erit vt dicitis blaſphemi & impudẽtes:
non eſt quòd ironicè loquamini. Obmuteſci-
Io.8. g. te iam genimina viperarum. eſt qui gloriam
Chriſti quærat & iudicet. ecce pater æternus
adeſt, qui Chriſtum ſuum à mortuis ſuſcita-
bit, & qui de materno vtero illum mirabili-
ter extraxit: pari potentia rediuiuum extra-
het de ſepulchro. Sequit.

9. *Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ven
tre, ſpes mea ab vberibus matris meæ: in
te proiectus ſum ex vtero.*

Tu ſolus es (ait) qui extraxiſti me de ven-
tre, mirabili natiuitate, integris & ſaluis ſigil
lis virginitatis: atque verum hominem, verè
de virgine natum, & matris ſuggentem vbera
feciſti. ſecundùm quam hominis naturam, tu
ſpes mea certiſsima es, reſurrectionis & im-
mortalitatis futuræ. Non ſolùm à puero &
ab ineũte ętate, ipſiuſque incremẽto. nõ tan-
tùm ab vberibus; & à primis (vt aiunt) vngui-
culis, ſed ab inſtanti conceptionis. ecce in te
Deus, proiectus ſum ex vtero matris: quan-
do in conceptione humanitas fuit hypoſta-
ticè vnita verbo. Sum ergo mirabiliter conce
ptus, mirabiliter natus, mirabiliter educatus,
vbere de cęlo pleno. Adde aliud etiã mirabi
le, ꝙ inſeparabiliter vnitus. nam quod ſemel
aſſumpſi, nunquã dimiſi: nec etiam in triduo
mortis. vbi licèt faſciculus ille mirrhæ, ani-
mæ ſcilicet & corporis (inter ſe dirupta vnio
ne) ruptus fuerit atque diuiſus, vt eſſet vera
mors; vnio tamẽ vtriuſque partis ad verbũ,
ſemper integra & illibata permanſit, & redi
uiuo corpore, in æternum vtraque vnio per
manebit (dicẽte Paulo) Chriſtus reſurgens ex Rom. 6. b.
mortuis, iam nõ moritur: mors illi vltra non
dominabitur. & hoc eſt quod ſubiũgit dicẽs:

*De ventre matris meæ Deus meus es tu:
ne diſceſſeris à me.* 10.

Figura eſt, vbi modus optantis ponitur pro
modo aſſerentis. vt ne diſceſſeris ſonet, non
diſcedes à me. vel ſi optantis aut deprecãtis
ſecũdùm naturam aſſumptam verba ſint: hoc
vtiq; nos docent, vt diuinũ petamus auxiliũ,
quoties in tribulatiõe imminet periculũ. Seq.

*Quoniam tribulatio proxima eſt: & nõ
eſt qui adiuuet,* 11.

Ecce in ſpiritu diuinus pſaltes Chriſtũ præ
uidet iam paſsioni proximum, quum cœpit
pauere & tedere: & factus in agonia, proli- Mar.14.d.
xius orabat. & factus eſt ſudor eius ſicut gut
tæ ſanguinis decurrentis in terram, quẽ nunc
dicentem inducit: quoniam tribulatio proxi
ma eſt &c. vide quã proxima tribulatio: ꝙ
adhuc eo loquente (ait euangeliſta) ecce tur Luc. 22. e.
ba & qui vocabat Iudas (vnus de duodecim) Mat.76.f.
antecedebat eos, & appropinquauit Ieſu, vt
oſcularetur eum. & diſcipuli omnes relicto
eo fugerunt. Sequit.

*Circundederũt me vituli multi: tauri pin-
gues obſederunt me.* 12.

Per vitulos laſciuientes, & tauros indomi-
tos ac ſuperbientes, principes ſacerdotum &
magiſtratus templi ac ſeniores intellige, qui
apprehendentes eum duxerunt ad domum
principis ſacerdotum, & aperuerũt os ſuũ ac
cuſantes eum, ſitiẽtes illius ſanguinem: & ſi-
cut leo, rugientes. Ideò ſubiungit:

*Aperuerunt ſuper me os ſuum: ſicut leo
rapiens & rugiens.* 13.

Suc-



Luc.23. c. Succlamabant enim dicentes: crucifige cru-
cifige eum. Sequit.

14. *Sicut aqua effuſus ſum: & diſperſa ſunt
omnia oſſa mea.*

Quid eſt hoc (obſecro) ꝙ ſicut aqua effuſus
dicitur, & rurſus: cor eius tanquã cera liqueſ
cẽs, & virtus aruit tanquã teſta? Nec enim ſa-
cramẽto vacant huiuſmodi cõparationes. nã
ſi literali cortici inherere velimus, paſsionis
Chriſti chronicũ ſequentes, quaſi aqua inuti-
lis & immunda extra domũ, effuſus eſt à Iu-
Sap.2.g. deis, qui dixerũt: ſit fortitudo noſtra lex in-
iuſtitiæ. quod em̃ infirmũ eſt: inutile inueni-
tur. Circũueniamus ergo iuſtũ, quoniã inuti-
lis eſt nobis. & ipſum extra caſtra ducẽtes oc
ciderũt. & dum cruci affigitur, diſperſa ſunt
omnia diſtenti corporis oſſa: ita vt extra iun
cturas traherentur. & cor eius dolore nimio
& cõpaſsione velut cera liquefactum eſt. &
hoc eſt quod ait:

15. *Factum eſt cor meum tanquã cera lique-
ſcens: in medio ventris mei.*

Liquefactũ eſt vtiq; cor illius, quum matri
Io.19.d. virgini dixit: Mulier, ecce filius tuus: deinde
diſcipulo: ecce mater tua. hoc autẽ in medio
ventris ſui, illius. ſ. qui geſtauit illũ, dum con-
templatur dolores ipſos acerrimos, qui ma-
tris tunc vterũ transfigebant. Ibi quidẽ dum
filius cõpatitur matris vtero: cor illius amo-
re pariter & dolore liquefactum eſt. Sequit.

16. *Aruit tanquàm teſta virtus mea, &
lingua mea adhæſit faucibus meis: & in
puluerem mortis deduxiſti me.*

Nempe aruit tanquã teſta virtus eius: dum
paſsionis cruciatibus iã humore corporis ex
hauſto, per ſanguineũ ſudorẽ, atq; capitis, ma
nuum & pedũ transfixiones, ac lateris aper-
tionem, de quo exiuit ſanguis & aqua, nõ ſe-
cus ac teſta igne decocta, remanſit cõſumpta
virus, & corpus illud exangue, atq; ſepultu-
ræ aditũ: ipſaq; lingua (præ nimia ſiccitate)
faucibus adhæſit. niſi per hæc vltima verba,
patientiã Chriſti intelligas: qui cũ maledice-
1.Pet.2.d. retur nõ maledicebat: cũ pateretur, non com
minabatur. ſic enim de ipſo per os propheti-
Eſa. 53.c. cum ſpiritus ſanctus prædixerat: Sicut ouis
ad occiſionẽ ducetur: & quaſi agnus coram
tondente ſe obmuteſcet, & nõ aperiet os ſuũ.
ſed alij (vt arbitramur) longè ſubtiliora ſub
his, aquæ, ceræ, ac teſtæ, ſimilitudinibus, in
troſpicere licebit. Chriſtus quippe myſticè in
paſsiõe ſua, ſicut aqua effuſus eſt. quid enim
Ro.5.a. effuſius quã ꝙ Chriſtus (vt apoſtolus ait) cũ
infirmi eſſemus, ſecundùm tempus pro im-
pijs mortuus eſt? Vix enim ꝓ iuſto quis mo-
ritur, nam pro bono forſitan quis audeat mo
ri. Commendat autem charitatẽ ſuam Deus
in nobis: quoniam ſi adhuc cum peccatores
eſſemus (ſecundùm tempus) Chriſtus pro no
bis mortuus eſt: multo igitur magis nunc, iu-
ſtificati ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira
per ipſum. ſi enim cũ inimici eſſemus, recon-
ciliati ſumus Deo per mortem filij eius: mul
to magis reconciliati ſalui erimus in vita ip-
ſius. nõ ergo ſeſe parcè in nos effudit: ſed lar
giter, liberaliter & abundè, quaſi aquã effun-
deret. Et diſperſa ſunt omnia oſſa illius, hoc
eſt, firmiora ac duriora illius mẽbra, vtì apo-
ſtoli, quos velut omniũ conſtantiſsimos ſibi
delegerat Chriſtus. Ij profectò relicto eo fu
gerunt; ſicut prædixerat illis dominus dicẽs: Mat.26.c.f
omnes vos ſcandalum patiemini in me in iſta
nocte. Scriptũ eſt enim (per prophetam vtiq;
Zachariam) percutiam paſtorẽ, & diſpergen- zach. 13. c.
tur oues gregis. Imò & arietes ac duces
ouium. quorum vnus, qui eum ſequebatur Mar.14.c.e.
amictus ſindone ſuper nudo, reiecta ſindone,
nudus profugit. Alius verò futurus omnium
vertex & caput, vt oues paſceret & agnos, ſu
per cuius fidem confeſsionemq;, veluti ſupra
firmam petrã erat eccleſia ædificanda, quiq;
forti animo promiſerat ſe non negaturũ do-
minũ, etiamſi ſecum oporteret mori: is ad vo
cem ancillulæ, dum mori timuit, vitã nega-
uit; ac per hoc perdidit charitatẽ. & qui (ve-
lut obdurata cera) fortis & cõſtans extiterat
ante: tunc ſtans & calefaciens ſe, eiuſq; timo-
re mortis atque propriæ vitæ ductus amo-
re, liquefactus eſt: vt rogatus: an ex diſcipu- Io.18.c.
lis eius eſſet, negauerit tertio. & ſuiipſius, at-
que domini ſui immemor, ac vecors factus,
irritum fecit, quod paulò ante promiſerat.
quem primariũ apoſtolũ, nunc fortè cor ſuũ
vocat, eò ꝙ interroganti Chriſto quem diſci Mat.16.c.
puli dicerent eſſe filium hominis, ipſe totius
collegij nomine, edoctus à patre luminum,
quaſi cor diuinum: diuini huius archani, diui
na etiam reuelatione conſcius, reſponderit
ipſe: tu es Chriſtus filius Dei viui. vel quia
plus omnibus Chriſtũ diligebat: cor eius eſt
appellatus. queritur nunc igitur dominus, ꝙ
factum ſit cor eius tanquàm cera liqueſcens
in medio ventris ſui. Certè ventrẽ ſuum, aut
ſinagogam (quæ ipſum genuit) appellat, aut
eccleſiam ſanctam, in qua tanquàm in ventre
ſuo myſtico, membris omnibus, ſalutaris do
ctrinæ & ſacramentorum ſpiritales decoquũ
tur & impertiuntur cibi: iuxta menſuram di
ſtributionis & donationis Chriſti. factum eſt
ergo cor eius, id eſt apoſtolorum princeps,

 tan-

tanquàm cera liqueſcens in medio vẽtris ſui,
naſcentis,ſ.eccleſiæ:dum is qui ſtare debue-
rat magis,corruit:& in modũ liqueſcentis ce
ræ imaginẽ perdidit negans:quã illi ante im-
Mat.16.c. preſſerat pater,dicente Chriſto:beatus es Si-
mon bar Iona, quia caro & ſanguis non reue
lauit tibi:ſed pater meus,qui in cælis eſt. Ad-
dit inſuper: Aruit tanquàm teſta virtus mea,
hoc eſt reſurrectionis fides,quæ tunc in diſci
pulorũ mentibus aruit. Ipſaque lingua (per
quam prędicatores accipe) adhęſit faucibus.
quod vel de eũtibus in caſtellum Emaus col-
ligi poteſt. dixerũt enim: Nos autem ſpera-
Luc.24.c. bamus quia ipſe eſſet redempturus Iſrael: &
nunc ſuper hæc omnia,tertia dies eſt hodie,
ꝙ hæc facta ſunt. Et hoc eſt quod dolens ait:
& in puluerẽ mortis deduxiſti me, in quem
.ſ. per mortẽ,humana corpora reſoluuntur,
niſi proſpiciatur illis. Porro ſic fides diſcipu
lorum aruerat:ꝙ referentibus religioſis fœ-
minis ea quæ de Chriſti reſurrectione vide-
rant, viſa ſunt ante illos ſicut deliramentum
Luc.24.a. verba iſta, & non crediderunt illis. & (quod
maius eſt) videntes Chriſtum poſt reſurre-
ctionem dicentem: Pax vobis,ego ſum,noli-
te timere: cõturbati & conterriti, exiſtima-
bant ſe ſpiritum videre. & poſtquàm ſe illis
palpandum præbuit, oſtendens eis manus &
pedes: adhuc autem illis nõ credentibus &
mirantibus præ gaudio dixit: habetis aliquid
ad manducandũ? (ſic enim ſacer ait euangeli-
ſta) vt vel hoc comeſtionis teſtimonio, aren-
tia in fide diſcipulorum corda humectaret:
ipſumque iam reſurrexiſſe crederent. ꝙſi has
comparationes in bonũ dirigere velis: tunc
in paſsiõe ſua Chriſtus effuſus eſt velut aqua
Heb.1.a. lauans,& purgationẽ peccatorum faciens: at
que igneos ardores noſtros & concupiſcen-
tias extinguẽs, menteſq; reficiẽs. nam paſsio
pſ.97.ve.10 Chriſti velut pluuia voluntaria fuit, quam ſe
gregauit Deus hæreditati ſuæ, quę infirmata
eſt: vt efficaciter perficeret eam. Cuius ple-
niſsimæ effuſioni prædicationique fortiora
membra, quæ (vt diximus) appellat oſſa, apo
ſtoli ſcilicet per orbem terrarũ diſperſi ſunt:
Marc.16.c. dum Chriſtus illos mittit dicens: euntes in
mundum vniuerſum, prædicate euangelium
omni creaturæ. Iȷ́ etenim ſunt, qui ſic diſper
ſi, fortes, firmi & ſtabiles in fide, effuderunt
Chriſtum ſicut aquam, per miniſterium præ-
Eſa.5.b. dicationis. Erant equidẽ ſicut nubes aquam
ferentes. & factum eſt cor eius ſicut cera li-
queſcens. vbi per cor eius, ſcripturam ſacram
intellige: quia ſecundùm cor eius ſcripta eſt.
non enim voluntate humana allata eſt ali-
2.Pet.1.d. quando prophetia (ait apoſtolorum vertex)
ſed ſpiritu ſancto inſpirati, loquuti ſunt ſan-
cti Dei homines. vel ideò cor eius, quia Chri-
ſtum occluſum continebat: & omnia illius ge-
ſta, quaſi quoddam archanum; dum obdu-
ruerat cera. At verò, vbi huiuſmodi cor eius
factum eſt ſicut cera liqueſcens, aperiuntur
ſcripturæ & reuelantur occulta myſteria in
medio eccleſiæ, quæ venter eius appellatur:
eò ꝙ ſibi filios pariat adoptionis, quotidie
clamantes: abba pater. ꝙ ſi etiam in bonũ per
cor eius (vt cœperas) apoſtolorũ principem
velis accipere: non abſonum erit. Cera quidẽ
erat, ſed rigida, dura, & intractabilis, qui di-
centem dñm: vbi ſunt duo vel tres cõgregati Mat.18.c.
in nomine meo, ibi ſum in medio eorũ: certè
quaſi in proprij vẽtris medio, rogat illum di-
cens: Dñe quoties peccabit in me frater meꝰ
& dimittã ei, vſq; ſepties? dicit illi Ieſus: non
dico tibi vſq; ſepties, ſed vſq; ſeptuagies ſepti
es. quo audito, qui obdurnerat ante, tanq̃ ce
ra liqueſcẽs factꝰ eſt in medio eccleſię. & vſq;
adeò tractabilis & benignus, vt nunquã clau
dat gremiũ redeũti. & in hũc ſenſum, aruit in
Petro virtus Chriſti, dum aruit in ore fides,
licèt non in corde, vt nonnulli aſſerunt. aruit
profectò arbor in ramis, folijs, & fructu: non
autẽ in radice, quam cæleſtis plantauerat pa
ter. Rogauerat enim Chriſtus, vt nõ deficeret
fides eius. Porro aruit oris confeſsio quæ fit
ad ſalutem. & lingua (quam ante in magnifica Rom.10.b.
confeſsione inſtruxerat Deus) tunc adhęſit
faucibus in negatione. Sed paratus corrigi,
conuerſus, ac pœnitentia ductus, fleuit ama-
rè. hoc autem illi contigit, vt cautior fieret:
qui exſiccatus eſt etiam, vt fieret teſta: qua
velut nouacula, noſtrorum raderet ſaniem
peccatorum. ſicutì magiſter ſuus Chriſtus
cuius ille vicaria fungitur poteſtate. qui &
teſtaceum & fragile propter nos aſſumpſerit
corpus, & mors eius præuiſa & acceptata, no
bis non exiguo fuerit emolumento: tamen
tunc maximè nobis contulit, quum fuit exi-
bita, & corpus illius paſsionis igne decoctũ
atque confractũ, factum eſt tanquàm teſta no
ſtræ ſalutis: per illam lõgè ante figurata, ua
Iob patientiſsimus in ſterquilinio ſedens vl- Iob.2.c.
ceroſi corporis radebat ſaniem. Sequit̃
*Quoniam circundederunt me canes mul* 17.
*ti: concilium malignantium obſedit me.*
Hîc Iudeorum latrantium & Chriſto dño
detrahentiũ rabiẽ deſignat. quos nunc canes
vocat, vt ſuperiꝰ vitulos, tauros atq; leones:
ꝑpter eorundẽ ſymbolũ & cõuenienti Seq.
*Foderunt manus meas & pedes meos: di* 18.
*numerauerunt omnia oſſa mea.*





Videtur hic pſaltes hiſtoriam euangelicam
texere, & Chriſti crucifixionem enarrare, fa-
ctam per miniſtros curię, qui gentiles erant,
ad inſtantiam tamen Iudeorum id petentiũ.
Foderunt (inquit) manus meas & pedes, vtiq;
vt theſaurum occluſum atque vitæ fructum
darent. & dinumerauerunt omnia oſſa mea.
Sic etenim membra ex crucifixione cõtracta
vſque ad foramina in cruce, terebello ante ſi
gnata, funibus extenderunt: vt oſſa illius poſ
ſent facilè dinumerare. Foderunt vtique in
Chriſto viuente quatuor foramina clauis. Fo
derunt etiam in mortuo adhuc pendente, ca
uernam: dum vnus militum, lancea latus eius
aperuit. Ad quæ pia foramina, dilectus ipſe
candidus & rubicundus Chriſtus, columbam
& ſponſam ſuam (vt in ſpiritu fructificet) qua
ſi ad nidum vocat eccleſiam dicẽs: ſurge ami
ca mea, ſpecioſa mea, & veni columba mea
Cant.2.c. in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ.
Pſ.83.v.4. Ibi etenim paſſer inuenit ſibi domum, & tur-
tur nidum, vbi reponat pullos ſuos. & qualia
hæc ſint exponit ſubiungens: altaria tua dñe
virtutum &c. hæc nanque foramina, altaria
ſunt, ſuper quæ ſacrificium iuſtitiæ, oblatio-
nes & holocauſta vituloſque labiorum, fide-
les imponant. ſed hæc alibi diſcutienda re-
linquamus. Sequit̃.
19. *Ipſi verò conſiderauerunt & inſpexe-*
*runt me, diuiſerunt ſibi veſtimenta mea:*
*& ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.*
Non hæc vtique inconſideratè & inconſul
tè: ſed malitioſè, miniſtri fecerunt. Nam ipſi
conſiderauerunt, inſpexerunt & nudauerunt
Gen.37.c. me: vt longè ante in Ioſeph vendito (quẽ nu-
dauerunt fratres tunica talari & polymita)
præfiguratum fuit, diuiſeruntque ſibi veſti-
menta mea, non quia precioſa eſſent, ſed vt
me deriderent, iniquo Iudeorũ affectui ſatiſ-
Io.19.d. facientes. & ſuper veſtem inconſutilem, deſu
per contextam per totũ, miſerunt ſortem. Ita
quòd diuiſione veſtimentorũ facta in qua-
tuor partes, & iactis ſortibus, vnicuique mi-
litum pars veſtimentorũ caderet & tunica.
At ſic myſticè, ſchiſmatici faciũt. qui cum ec
cleſiaſticę vnionis diuiſores ſint, & eccleſiã
ſcindere adnitũtur: ſic ſeſe catholicos vocãt,
& Spiritum ſanctum Chriſtumque vnitatis au
torem penes ſe habere dicunt: quaſi ſuper ve
ſtem inconſutilem ſortiantur, illiſque opti-
ma obuenerit ſors. Mentiuntur tamen in ca-
put ſuum. Nam veſtis Chriſti, charitas eſt de-
ſuper contexta, deſuper infuſa & diffuſa in
Rom.5.a. cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui
datus eſt nobis. tunica quidem eſt, quæ ope-
rit multitudinem peccatorum. veſtis candi-
da & inconſutilis eſt: quia ſolius Dei donum
eſt. Eſt quidem deſuper contexta: quia datũ
optimum & donũ perfectum deſurſum eſt, Iac.1.c.
deſcendens à patre luminum. diuidi non po-
teſt, quæ vnitas, & vnionis coagulũ eſt. quæ
ſi in vnitate eccleſiæ nõ eſt: nec charitas, nec
Chriſti tunica inconſutilis eſt, quæ deſuper
contexta per totum, & ſemper integra, in ec
cleſia Dei eſt. Sequit̃.
*Tu autem domine ne elongaueris auxiliũ* 20.
*tuum à me: ad defenſionẽ meam conſpice.*
Ecce iam de ſuſceptione matutina perinde
atque glorioſa reſurrectione agit. non quidẽ
dilata: ſed tertia die facta. petitque vt homo
cæteris hominibus ſanctior, atque dignitate
ſublimior, & (iuxta Pauli verbum) tanto me- Heb.1.b.
lior angelis effectus: quanto differentius præ
illis nomen hæreditauit: ne pater ſuam (vti
aliorum hominum) differat reſurrectionem.
quem ſingulariter in ſpe conſtituit, præcocis Pſ.4.ve.10.
(ſi dixerim) reſurrectionis, ne daret ſanctum
ſuum videre corruptionem: ſi communẽ & Pſ.15.ve.10.
finalem omnium expectaret reſurrectionẽ.
vel aliter. tunc auxilium Dei, homini appro
pinquauit: quum natura humana hipoſtaticẽ
fuit vnita verbo. & quanuis vnio corporis &
animæ dirupta fuerit in morte: hæ tamen par
tes (vt ſuperius diximus) ſemper fuerunt vni
tæ verbo, nec vnquã verbum elongauit auxi
lium ſuum ab eis, quod in ſepulchro cum cor
pore manens: cum anima deſcendit ad lim-
bum. quo circa petit, ne auxilium ſuum lon-
gè faciat ab eo, qui caput eſt eccleſiæ: quin a-
nimam reſtituat potius corpori, vt reſurgat.
& hoc eſt quod ait: ad defenſionem meam
conſpice. Sequit̃.
*Erue à framea Deus animam meam: et* 21.
*de manu canis vnicam meam.*
Framea ſiue gladius anceps, diuidens animã
à corpore, mors eſt. Eccleſiam autẽ ſuam vni
cam vocat, quam veluti propriam animam
euſque dilexit vnicè: vt pro ea moriens po-
ſuerit ipſam. Hanc igitur vnicam vniceque di
lectam: nunc petit erui de manu canis & libe
rari. de qua in canticis ſcriptum eſt: vna eſt Can.6.b.
columba mea, perfecta mea: vna eſt matri
ſuæ, electa genetrici ſuæ. erue nũc Deus (ait)
hanc vnicam meam de poteſtate canini po-
puli Iudeorum, in me & illam vnicam rabido
murmure oblatrantis & perſequentis, atque
morſibus dilacerare cupientis. vel tyranni il
lius ſathanæ, de cuius faucibus ipſam eripui
moriens. quod etiam iterùm (nimium affectũ
oſtendens) repetit dicens:

22. *Salua me de ore leonis: & à cornibus vni
cornium humilitatem meam.*

Salua (inquit) me totum caput & membra,
à framea, de manu canis, de ore leonis, & à
cornibus vnicornium. varijs quidẽ nomini-
bus diabolus & miniſtri eius nuncupantur.
nunc framea (cui nomen mors) nunc canis la
cerans, nunc leo rugiens, nũc denique ſuper-
biens vnicornis. de quibus eccleſiam ſuã hu-
milem poſtulat liberari. cuius humilitatem
ſuam dicit Chriſtus: quia ab eo tanquàm à ma
giſtro miti & humili corde, eccleſia ſancta
veram didicit humilitatem. Sequit.

23. *Narrabo nomen tuum fratribus meis: in
medio eccleſiæ laudabo te.*

Gen.45.a. Fratrum ſuorũ recordatus eſt Ioſeph ven-
ditus, imò Chriſtus pro nobis traditus, qui-
bus nomen, famam & gloriã patris, ſe narratu
rum proteſtatur. non enim dedignatur vnige
Heb. 1. a nitus Dei filius diſcipulos ſuos fratres voca-
re: vt ipſe conſtitutus à patre hæres vniuerſo
rum, cohæredes illos efficiat atque cõſortes,
quos alibi vocat amicos, alibi filiolos. & his
nominibus pietatem, affectum, ac dilectionẽ
ſonãtibus, ſuorum electorũ aures demulcet.
Narrabo (inquit) nomẽ tuum fratribus meis:
vt hi, quos tu pater intus & in cute noſti, diſ
cant admirabile nomẽ tuum. & quum vel ex
bono nomine te cognouerint: te appetãt, te
diligant, in te ſe deniq; totos proijciant. dicã
fratribus: venite & audite & narrabo omnes
Pſ.65. ve.15. qui timetis dñm: quanta ferit animæ meæ. &
in medio eccleſiæ laudabo te, id eſt te lauda-
ri faciam dicens: benedicite gentes Deum nõ
ſtrum: & auditam facite vocem laudis eius,
qui poſuit animã meam ad vitam. Eia ergo,

24. *Qui timetis Deum laudate eum: vniuer-
ſum ſemen Iacob glorificate eum.*

Qui timetis (ait) timore filiali & caſto, lau-
date eum verbo, corde, & opere. vos, qui ſe-
men eſtis veri Iacob diabolum ſupplantãtis,
vos demum imitatores mei vt filij chariſsi-
mi, ſemen (inquàm) meum, quia non degene-
ratis à patre, glorificate eum, loquentes ma-
gnalia Dei, ipſiusque gloriam enarrantes, at-
que tales vos exhibentes: vt qui viderint &
audierint, glorificent patrem veſtrum qui in
cælis eſt. Sequit.

25. *Timeat dominum omne ſemen Iſrael: quo
niam non ſpreuit neque deſpexit depreca-
tionem pauperis.*

Semen Iſrael videntis Deum: ſemen Chri-
ſti eſt regeneratione & imitatione. qui ve-
rus Iacob (quòd diabolum vicit & ſupplanta
uit) meritò appellatur, & verus Iſrael (hoc
eſt videns Deum) eò quòd fuerit ab inſtanti
conceptionis ſuæ beatus. Cuius etiam filij,
quos ſibi per gratiam fidei & adoptionis re-
generauit, ſemen Iſrael iure dicuntur: nunc
per ſpeculum & in enigmate fidei, Deum ſpe 1.Cor.13. d.
culantes: tũc autem (poſt huius vitę curſum)
facie ad faciem videntes, cognoſcentesque
ſicut cogniti ſunt. timeat igitur hoc ſemen
Iſrael, timore caſto & filiali. Reuereanturq;
imitatores, timentes Deum, dum amant: &
amantes, dum timent: quoniam non ſpreuit
neque deſpexit deprecationẽ pauperis (Chri
ſti ſcilicet humilimi) de quo Apoſtolus Co-
rinthijs ſecundo ſcribens ait: ſcitis enim gra- 2.Cor. 8.b.
tiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quòd pro-
pter vos egenus factus eſt cùm eſſet diues:
vt illius inopia vos diuites eſſetis. gratiã ait:
quia non ex neceſsitate, ſed ex voluntate &
exemplariter factus eſt in temporalibus ege
nus & pauper, cùm in ſpiritualibus eſſet di-
ues: vt nos illius inopiæ imitatores effecti,
ac per hoc temporalia nihili æſtimantes, di-
taremur bonis ſpiritualibus & ęternis. Nunc
ergo cuius (obſecro) rei huius contemplatio:
etiam ſaxeum non emolliat cor, vt Chriſto
pauperi & verè humili ſe totum dedat? Audi
ergo dicentem: meam (qui pauper effectus
ſum) non deſpexit dominus deprecationem.

26. *Nec auertit faciem ſuam à me: & cùm
clamarem ad eum, exaudiuit me.*

Deus bone, quàm ex diametro pugnare vi-
dentur, quod ante dixerat: clamabo per diẽ
& non exaudies, & quod nunc ait: cùm cla-
marẽ ad eum, exaudiuit me? Atquì ante que-
ritur quòd clamans non exauditur: nunc au-
tem gratias agit, quòd exauditus ſit cùm cla
maret. quòd ſi ea quæ ſuperius pſalm. 20. di-
ximus ſuper illo verbo: voluntate labiorum
eius non fraudaſti eum, aduertamus: nullum
prorſus verborum, aut ſenſuum diſsidiũ erit.
Chriſti enim oratio ſemper fuit exaudita, nõ
ad ſonum labiorum: ſed ad labiorum volun-
tatem. quandoquidem oratio Chriſti, ex de-
liberata voluntate procedens (quæ ſemper
diuinæ fuit voluntati conformis) exaudita
fuit ſemper, quam vtique (eodem pſalmi ver
ſiculo) deſiderium cordis eius appellat pſal-
tes dum ait: deſiderium cordis eius tribuiſti
ei. Sequit.

27. *Apud te laus mea in eccleſia magna: vo-
ta mea reddam in conſpectu timentium
eum.*

Quàm crebro propheta ab vna in alteram ſe
transfert perſonam? ecce nunc dixerat: cùm
cla-



clamẽ ad eum, exaudiuit me: & iam ad pa-
trem conuerſus ait: apud te laus mea in eccle
ſia magna. Rurſumque (velut ſi alium allo-
quatur) dicit: vota mea reddam iam victor
effectus in conſpectu timentium eum: & nar
rationem ſuam proſequitur ad finem vſque.
Nempe laus Chriſti apud patrẽ eſt, & de pa-
tre eſt, & cum patre & in patre eſt. hæc autẽ
in eccleſia magna catholica & vniuerſali: quia
Phil.2.a. factus obediens vſque ad mortem, mortem
autem crucis: mortis confractis viribus ſur-
rexit victor, de morte triumphans. & in me-
moriam paſsionis, reſurrectionis & aſcenſio
nis ſuæ: proprij corporis & ſanguinis ſub ſpe
ciebus panis & vini, eidem magnæ eccleſiæ
conſecranda, offerenda & ſumenda reliquę-
rit ſacramenta. quæ ob id ſua vota dicit: quia
in his ſe nobis ſacramentaliter adfuturũ pro-
Mat. vlt. miſit dicens: ecce ego vobiſcum ſum omni-
bus diebus vſque ad cõſummationem ſeculi.
nam vt memoriam faceret mirabilium ſuorũ
Pſ.110.4. miſericors & miſerator dominus: eſcam de-
dit timentibus ſe. Et hoc eſt quod ait: vota
mea reddam in conſpectu timentium eum.
vel ideò vota ſua dicit: quia deſiderio deſi-
derauit ſe ipſum pro nobis offerre patri in o-
dorem ſuauitatis. porro hoſtiam accepti pla
centem Deo. quæ vtique reddit in conſpectu
timentium eum: denuò in memoriam eius ſa
cramentaliter quotidiè atque publicè in ec-
cleſia magna offerenda, quæ ſemel ipſe in ara
crucis obtulit, in conſpectu omnis populi
eius. Sequit.

28. *Edent pauperes & ſaturabuntur, et lau
dabunt dominum, qui requirunt eum: vi
uent corda eorum in ſeculum ſeculi.*

Hic profectò cibus humilium eſt, & eſurien
tium dominum, quos ſaturos facit & implet
bonis: faſtidioſos diuites dimittens inanes.
& cùm gratiarum actione laudabunt dñm,
Pſ.83. ve.5. qui nunc requirunt eum per fidem: tunc au-
tem habitantes in domo tua domine, in ſecu-
la ſeculorum laudabunt te. viuent etiam cor
da eorum in ſeculum ſeculi: quum hoc ſacra-
mento refecti in via, in te deceſſerint tranſe-
untes ad patriam. ſatiabuntur denique quum
pſ.16. ve.17. apparuerit gloria tua, & in æternum viuent
Io.6.f. dicente Chriſto: qui manducat meam carnẽ
& bibit meum ſanguinem: habet vitam æter
nam. Sequit.

29. *Reminiſcentur, & conuertentur ad do-
minum: vniuerſi fines terræ.*

Reminiſcentur (ait) cuius rei obſecro? eccle
ſiam iam audi de gentibus congregatam, ſuũ
ſponſum in threnis alloquentem, & cuius re
cordata ſit vt conuerteretur ad dominũ, vel
his paucis verbis propalantem. Zai, recorda-
re (inquit) paupertatis & trãſgreſsionis meę, Thre.3.b.
abſinthij & fellis, memoria memor ero: & ta
beſcet in me anima mea. hæc recolens in cor
de meo: in Deo ſperabo. contemplatione di-
gna ſunt hæc. tu domine recordatus es pau-
pertatis & tranſgreſsionis meæ: ego autem
memoria memor ero abſinthij & fellis paſ-
ſionis tuæ, quæ guſtaſti, vt mihi propter
tranſgreſsionem primi hominis infirmanti,
his ſirupis atque amaris potionibus, quaſi pia
nutrix infantulo medereris. & tabeſcet in me
anima mea cogitans, quòd pro me tu inno-
cens paſſus ſis. ſed hæc recolens in corde
meo: de te confido, & in Deo ſperabo. quì
fieri poteſt, vt me deſeras: qui me tibi pro-
prio acquiſiſti cruore, & ſanguine mercatus
es? ecce iam tuæ charitatis ſpiculo vulnerata
ac per hoc à te attracta: velutì philocapta cõ
uertar ad te dominum meum, conſiderans,
quòd miſericordiæ domini eſt, quòd non ſumus
conſumpti, quia non defecerunt miſeratio-
nes eius. cui dominus ait, quod ſequitur: no-
ui diluculo, multa eſt fides tua. certè reſur-
rectio domini matutina, de qua in pſalmi ti-
tulo, fidem auxit. Cùm ergo ait: reminiſcen-
tur, iam noſti quorum. Et cõuertentur ad do
minum multi de vniuerſis terræ finibus. vt
exponas hæc verba, vniuerſi fines terræ, ſicut
illa. 18. pſalm. In omnem terram exiuit ſonus
eorum: & in fines orbis terræ verba eorum,
atque id genus alia. Sequit.

30. *Et adorabunt in conſpectu eius: vniuerſæ
familiæ gentium.*

Mirabilis prophetia, & mirabilior prophe-
tiæ adimpletio. Quid (rogo) his octo vlti-
mis verſibus agitur, niſi de inſtitutione &
manducatione euchariſtiæ, & conuerſione
gentium, & adoratione latriæ, de regno Chri
ſti, euangelij prædicatione, atque fidelium ba
ptiſmali regeneratione? dixerat: vota mea do
mino reddam. ecce euchariſtiæ inſtitutionẽ.
edent pauperes & ſaturabuntur, qui eſuriunt
& ſitiunt iuſtitiam. laudabunt dominum qui
auido corde requirunt eum. & viuent in ę-
ternum, manducantes panem de cælo ve-
rum. At reminiſcentur mirabilium domini,
ad prædicationem apoſtolorum: & conuer-
tentur (vt diximus) vniuerſi fines terræ. quid
vltra? & adorabunt (inquit) in conſpectu eius
vniuerſæ familiæ gentium. Ita erit ſanè: nam
reliquiæ ſaluæ fient. Certè conuertentur ad Ro.9.f.
veſperam, & famen patientur vt canes, hi Pſ.58. ve.16.
in quos fines ſeculorum deuenerunt. Con- 1.Cor.10.c.
uertentur

uertentur (inquam) in ætate vltima: quæ
nunc eſt (à conditione mundi) veſpera: quan-
do iam ſol ille iuſtitiæ Chriſtus, in occaſum
tendens, occubuit in cruce. Hi etenim dies
ſunt: de quibus Amos dixerat: ecce dies ve-
Amos.8.d. nient dicit dominus, & mittam famen in
terra. non famen panis: ſed audiendi verbum
domini. Tunc erit profectò fames verbi au-
diendi, & de verbi incarnati carnibus come
dendi, his qui ex aduenis & peregrinis, iam
facti ciues & domeſtici Dei, circuibunt ciui
tatem Dei atque eccleſiam ſanctam: corpo-
ris & ſanguinis dñi ſacramento ſaturari cupi
entes, ipſumque nimio charitatis feruore di-
ligentes, atque Theoſebia adorantes, vtì fa-
Iob. 31. d. milia eius. de quibus ait Iob: ſi non dixerunt
viri tabernaculi mei, quis det de carnibus ei⁹,
vt ſaturemur? foris non manſit peregrinus,
oſtium meum viatori patuit. Adorabũt ergo
dominũ Chriſtum, vtì dominũ, vtì Deum, vtì
regem, cui omnia viuunt. adorabuntq́; eũ de
niq; vtì veri adoratores: & in ſpiritu & veri-
Io.4.c tate adorabunt Deum. latria. ſ. interiore, quæ
eſt fides, ſpes & charitas: & exteriore, quæ
eſt genu flexio, contuſio pectoris, thurifica-
tio, cæteraq́; id genus exteriora.

31. *Quoniam domini eſt regnum: & ipſe do*
*minabitur gentium.*

Primum huius verſiculi, dominiũ regni &
proprietatẽ tangit: ſecundũ verò poſſeſſoriũ
quod per mortẽ ſuam obtinuit Chriſtus. Seq.

32. *Manducauerunt & adorauerunt, om-*
*nes pingues terræ: in conſpectu eius cadẽt*
*omnes, qui deſcenderunt in terram.*

Porro manducãt ſpiritualiter: qui credẽtes
adorant. manducant reges & principes: qui
pingues dicuntur. hic enim panis pinguis eſt,
& impinguans gratia illum manducãtes, & ſi-
cut adipe & pinguedine replens animas de-
guſtantes: ꝙ pinguiũ & deuotione ſumentiũ
Gen. 49. c. cibus ſit. & ſicut ſcriptũ eſt: præbebit delitias
regibus, & in conſpectu eius procidentes in
terram, humilitate cadent, qui Deum magni
faciẽtes deſcendunt: nihili ſe æſtimantes. man
ducauerũt etiam fideles, viui pariter & defũ-
cti: iamq́; ad terrena ſepulchra deſcendentes,
pro quibus quotidiè offertur Chriſtus. Seq.

33. *Et anima mea illi viuet: et ſemen meum*
*ſeruiet ipſi.*

Si verba hæc prophetæ ſint in perſona pro-
pria, ſibi ipſi congratulatur vtique, ꝙ anima
eius Chriſto ſit viuitura: cuius morte redem-
pta fuit, quaſi iam audierit apoſtolũ (eo quo
ſolet ſenſu) Romanis dicentẽ: nemo eĩm no- Rom.14.
ſtrum ſibi viuit, & nemo ſibi moritur. ue. n.
viuimus, dño viuimus: ſiue morimur, domi-
no morimur. Siue ergo viuimus ſiue mori-
mur: dñi ſumus. In hoc enim Chriſtus mor-
tuus eſt & reſurrexit: vt & viuorum & mor-
tuorũ dominetur. Rurſusq́; Corinthijs: pro 2.Cor. 5.c.
omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt qui viunt
iam nõ ſibi viuant: ſed ei qui pro ipſis mor-
tuus eſt & reſurrexit. Omni igitur iure dicit,
ꝙ anima mea illi viuet: à quo redempta eſt,
vt viuat. viuet quidẽ & ſeruiet illi. & non ſo
lùm anima mea, verùm etiam ſemen meum
ſeruiet ipſi: poſteritas ſcilicet mea & ſucceſ-
ſio, Maria & Ioſeph, mater & nutritius, cæ-
teriq́; apoſtoli & diſcipuli. At verò ſi verba
huiuſmodi in perſona Chriſti dicta ſint, cau-
ſam aſſignat, quare in conſpectu eius omnes
cadant dicens: quia anima mea illi viuet. illi
profectò viuimus: ad cuius nutũ operamur.
ſic ſeruus ſciens voluntatẽ dñi ſui & faciens:
ſiue dormit ſiue vigilat, ſiue comedit ſiue bi
bit, ſiue quoduis aliud agit: ita agit, ꝙ domi-
no ſuo agit, cui viuit. Chriſtus ergo vſq; adeò
patri obediens factus eſt: vt ſe rectè viuere
illi dicat, propter quod & Deus exaltauit il- Phil.2.b.
lum &c. Et ſemen eius (quæ eccleſia ſancta
eſt) illum imitata, ſeruiet ipſi. Sequit̃

34. *Annunciabitur domino generatio ven-*
*tura: & annunciabunt cæli iuſtitiã eius*
*populo, qui naſcetur, quem fecit dominus.*

Quia de ſemine loquutus eſt: iam modũ ex-
primit ſpiritalis procreandæ prolis, quæ ſer-
uiat dño. Annunciabitur (ait) generatio ven-
tura dño. ſed quomodo aut à quibus annun-
ciabitur? certè ab apoſtolis qui (vtì ſæpius di
ximus) cæli meritò nuncupantur. quandoqui
dem cæli huiuſmodi, generationi illi quæ do Pſ.18. ve.1.
mino ventura eſt, iuſtitiam Dei, hoc eſt, fidẽ Rom. 1. c.
eius annunciabunt: vt primum quærant re-
gnum Dei & iuſtitiam eius: & dein omnia il- Mat. 6.d.
lis adijciantur. Annunciabunt (inquã) popu-
lo gentium, qui naſcetur, nõ ex voluntate car Io.1.
nis neq; ex voluntate viri, ſed ex Deo. quem
fecit dñs per communẽ creationem: ſed non
dum ſibi nati fuerant per ſpecialem & ſpiri-
tualem regenerationem. Is enim populus qui
creabitur & renaſcetur: laudabit dominum, Pſ.101.ve.19
ipſi gloria in ſecula ſeculorum. Amen

EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 21.

*Deus Deus meus reſpice in me: quare me dereliquiſti? Patri hoc dixit Chriſtus in cruce pendens, eo ꝙ iniquorũ manibus derelinqui uiſus ſit, ut ꝑ peccatis hominũ, iuſtitiæ Dei fieret ſatis. quæ tametſi aliena fuerint*



*fuerint debita: propria tamen uocat, qui compatiẽs exoluere ipſa decreuit. longè (inquit) à ſalute mea, uerba delictorum meorũ. nam ab illorũ perpetratione ita clamant homines: moriatur filius innocens, ne ingratus pereat ſeruus. quibus tu pater ex uiſceribus miſericordiæ annuiſti. quod utiq; decretũ, tecũ ab æterno noui. Hinc eſt, ꝙ clamabo per diem & nõ exaudies: & nocte, ſed nõ ad inſipientiam mihi ad ſcribendum eſt. tu autẽ in ſancto habitas, ſicut ipſe ante dixerã: ego in patre et pater in me eſt. Iterũq; pater in me manens: ipſe facit opera.* Io.14.b. *In te ſperauerũt patres, ex quorum ſum progenie ſecundũ carnem: ſperauerunt & liberaſti eos. ad te clamauerunt; & ſalui facti ſunt: ſperauerunt, & non ſunt confuſi. Cùm tamen homines duntaxat & ſerui eſſent, nec tui naturales filij, uti ego, nec mihi innocẽtia pares. Ego autem ſum uermis, non ex uirili commixtione ut cæteri: ſed ex uiſceribus terræ benedictæ progreſſus, & non homo tantũ: ſed Homo Deus. licèt hominibus ingratis (Iudeis maximè) uilipenſus, quaſi opprobrium hominum & abiectio plebis. omnes uidentes me, deriſerunt me: loquuti ſunt labijs, & mouerunt caput dicentes: uah qui deſtruis templum Dei, & id genus alia. ſperauit in dño, confidit in Deo: liberet nunc eum Deus ſi uult. atqui liberabis. nam me uitæ reſtitutus, extabes à ſepulchro.* Mat.27.e. *quoniam tu es qui extraxiſti me de uentre, ſpes mea ab uberibus matris meæ: in te proiectus ſum ex utero, nõ enim alium præter te Deum cognoui patrem. de uentre matris meæ Deus meus es tu: ne diſceſſeris à me adiutor fortis. quoniam tribulatio proxima eſt & non eſt qui adiuuet: cùm ſint multi qui perſequantur. Nã circundederunt me uituli multi, & tauri pingues atq; obeſi, principes ſacerdotum, magiſtratus, & ſeniores, obſederunt me rugientes ſicut leo, & me accuſantes. quid tandem? ſicut aqua effuſus ſum, uilis & immunda: factum eſt cor meum tanquàm cera liqueſcens, in medio uentris mei: dum piè dolenti compatior matri. Aruit tanquàm teſta uirtus mea, ipſo tot cruciatibus exſiccato corpore: & lingua mea adhæſit faucibus meis, præ labore nimio, atque acerbæ paſsionis amaritudine. quippe qui etiam obmuteſcens ſicut agnus corã tondente ſilui, demumq; mortuus iacui in ſepulchro. quoniam circundederunt me canes multi oblatrantes in me, foderunt clauis manus meas & pedes; & diſtentis in cruce mẽbris: oſſa mei corporis facilè denumerari potuiſſent. Ipſi uerò tortores, conſiderauerunt & inſpexerunt me, non mollibus aut precioſis ueſtibus indutum: ſed ut placerent Iudæis nudauerunt me patibulo affigendum (licèt hoc myſterium ignorantes) ꝙ innocens ego & nudus in cruce pendens, reducturus eſſem hominem ad ſtatum illum etiam feliciorem, in quo nudi primi parentes non erubeſcebant. diuiſeruntq́; ſibi ueſtimenta mea, & (chiſmaticorum typum gerentes) ſuper ueſtem meam inconſutilem miſerunt ſortem: hoc ſibi iure, eccleſiam meam uendicantes. tu autem domine ne elongaueris auxiliũ tuum à me, protelans in dies reſurrectionem meam. & erue à framea Deus animam meam, eccleſiam pariter mihi unicè dilectam. ſalua me totum, caput & membra, de ore leonum, hoc eſt, populi Iudæorum: atque ab his ſuperbientibus, & cornu contra Deum ſuum erigentibus, libera humilitatem meam. Non enim huius beneficij immemor ero. narrabo quidem nomẽ tuum fratribus meis, quos in adoptionis gratiam uocaſti filios: in medio eccleſiæ laudabo te, illosquè in tui laudem excitabo dicens: qui timetis Deum, laudate eũ. uniuerſum ſemen Iacob, diabolum ſupplantantis, glorificate eum. timeat Deum Chriſtiana proles, quoniam non ſpreuit neque deſpexit Chriſti pauperis ſui deprecationem, nec auertit faciem ſuam à me, quin exaudiuit potiùs ad ſe clamantem. tu ſcis pater, ꝙ apud te laus mea ſit: in eccleſia magna catholica & uniuerſali. non quidem deerunt, qui me laudent publicè, ꝙ in conſpectu omnium timentium te uota mea reddiderim: ipſaquè (mei corporis & effuſi ſanguinis ſacramentum inſtituens) innouauerim. Edent pauperes & ſaturabuntur, ac uitam æternam acquirent. Reminiſcentur utique paſsionis meæ, & collati beneficij: hæc quotieſcunq; fecerint, in mei memoriam facientes. & conuertentur ad dñm uniuerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu eius uniuerſæ familiæ gentium, fidei & Chriſtianæ charitatis uinculo colligatæ, quia copioſa eſt apud eum redemptio: & quoniam domini eſt regnum, & ipſe dominabitur gentium.* Pſ.129. v. 7. *Manducauerunt & adorauerunt credentes, non ſolùm ſacramentaliter: uerùm etiam ſpiritualiter, omnes deuotionis & charitatis adipe pingues. & anima mea illi uiuet (ait pſaltes ex tranſuerſo loquutus) & ſemen meum ſeruiet ipſi: eò ꝙ pro omnibus mortuus ſit Chriſtus. ſemen dixi: quia annunciabitur generatio uentura domino, ipſaquè edocebitur, & annunciabunt apoſtolici cæli iuſtitiam eius (quæ ipſius gloria fuit) populo, qui naſcetur, quem fecit dominus, dicentes: Audite gentes, & attendite populi: ſic Deus dilexit mundum, ut filium ſuum unigenitum daret, ut omnis qui credit in illum non pereat ſed habeat uitam æternam.* Io.3 b. *hinc eſt ꝙ mihi ipſi congratulor, ſub tali paſtore Deo, ait eccleſia ſacroſancta.*

PSALMVS 22.

***Dominus regit me, et nihil mihi deerit, in loco paſcuæ, ibi me collocauit.***

Huius pſalm. titulus eſt: pſal. Dauid. adeò breuis perſpicuusque: vt nulla elucidatione egeat.

egeat,loquitur eccleſia de gentibus congre-
gata,enumerans(pro viribus) beneficia, quæ
à Deo largiter accepiſſe nouit, & præcipuè
ſacraméta,vel omnia,vel maximè neceſſaria,
omiſſo matrimonio,quod tanquàm præſup-
Ephe.5.g. poſitum non recenſet,&ſi dixerit apoſtolus:
ſacramentum hoc magnũ eſt: ego autem di-
co in Chriſto & eccleſia.lege quintum caput
eius quæ eſt ad Epheſios epiſtolæ, vbi hoc
miris præconijs ſacramentũ effertur:ꝑpter
Chriſti & eccleſiæ mirificam(quã ſignificat)
coniunctionẽ. Primum igitur Chriſtus ſibi ec
cleſiam deſponſauit, cui dein contulit dona,
& indies cõfert,conferetque. Ait nunc ergo
ipſæ:Dominus regit me & nihil mihi deerit,
in loco paſcuę ibi me collocauit.Nunc recto
Pſ.79.ve.1. rem dicit:quem alibi rectorẽ pariter &paſto
rem interpellat dicens:qui regis Iſraël inten-
de,qui deducis velut ouẽ Ioſeph. nempe dñi
eſt regnũ, & ipſe dominabitur gentiũ. ipſeq;
Io.10.c. paſtor bonus eſt:cuius paſcua deſiderat noſ-
Can. 1. b. ſe ſponſa dũ ait: indica mihi quem diligit ani
ma mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie.ecce
vberrima(ſpiritualia tamẽ) huius ſeculi & al
terius inquirit paſcua, ſed audi iã ſponſa, ne
vagari incipias poſt gregem ſodaliũ ſuorum.
hic paſcit in altari, ſacro ſui corporis & ſan-
guinis edulio:ęſtuanſque meridiano charita-
tis ardore,cubat in cruce.vel ſi mauis,vbi pa
ſcit:ibi cubat & requieſcit in meridie. porro
in ſcriptura ſancta paſcit, & hic paſcuę ſpiri-
Mat.4.a. tualis locus.ſcriptum eſt.n. non in ſolo pane
viuit homo: ſed in omni verbo quod proce-
dit de ore Dei.In quo nũc loco ſponſa collo
cata gaudet:ꝙ ſcripturarũ intelligentia & do
ctrina verbi,quaſi viridi,vberrimo & ſpirita
li paſtu creſcit & ſaginatur. Ideoq; nihil ſibi
defuturum ait. Sequit̃.

2. *Super aquam refectionis educauit me:*
*animam meam conuertit.*

A ſacramento baptiſmi exordium ſumit,ꝙ
ianua ſit ſacramentorũ.Non enim qualiſcũq;
aqua,ſed aqua reficiens.nam dũ accedit ver-
bum ad elementũ,fit ſacramentũ. Et tũc hęc
nutrit aqua,educat,reficit,animamq; conuer
tit, & à tenebris educit in lucem: quæ prima
tabula eſt poſt innocentiæ illius primæ nau-
fragium. vtì pœnitentia à baptizatis in ama-
ritudine peccatorum periclitantibus, ſecũda
tabula denominatur.de qua ſubiungit:

3. *Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ: pro-*
*pter nomen ſuum.*

Via regia: via mandatorũ eſt.ità .n. ſcriptũ
Mat.19.c. legimus:ſi vis ad vitã ingredi, ſerua mãdata.
Si ergo hàc perdidimus, ad deuia quæq; de-
clinantes:tres ſunt ſemitæ,quæ nos in viã di-
rigent:cordis cõtritio,oris cõfeſsio,atq; ope
ris ſatisfactio.hæ vtiq; partes ſunt pœniten-
tiam(quæ ſacramentũ eſt)integrantes. & ſu-
per has ſemitas Deus deducit errantem in
viam iuſtitiæ:ex gratia præueniente,pulſan-
te,& vocãte.nõ propter meritũ, ſed propter
nomẽ ſuum celeberrimũ,pietatẽ, clementiã,
& vnctionem ſonãs. cuius rei gratia,oleum
effuſum ab eadẽ ſponſa in cãticis appellatur. Cant.1.a.
Niſi fortè duntaxat duas ſemitas ponere ve-
lis:dilectionẽ Dei.ſ.ſuper oĩa : & dilectionẽ
proximi propter Deum, in quibus tota lex
pẽdet. vel per vias(vt diximus) mandata in-
tellige: conſilia verò per ſemitas,quæ arctio-
res ſunt.Has autẽ & illas,alibi diuinus pſaltes Pſ.24.v.4.
ſibi demonſtrari petit dicẽs: vias tuas dñe de
monſtra mihi:& ſemitas tuas edoce me.Seq.

*Nam & ſi ambulauero in medio vmbræ* 4.
*mortis: non timebo mala,quoniam tu me*
*cum es.*

Sacramentũ cõfirmationis innuit, quod in
robur & fortitudinem nobis datur. Si ambu
lauero (inquit) in medio vmbræ mortis, id
eſt inter huius vitæ turbines ac procelloſos
impetus,qui fidẽ meã debellare contendunt,
non timebo mala, nec quouis impulſu deij-
ciar:quoniã tu mecũ es,in munimẽ, tutamen
tum,& propugnaculũ,quo defendar,illiſque
reſiſtam.quod magis explicans annectit.

*Virga tua & baculus tuus : ipſa me con-* 5.
*ſolata ſunt.*

Crux tua:pro claua mihi eſt. hac igitur, &
& tui roboris fortitudine accinctus : pro te
mortẽ oppetere nõ verebor.vel aliter:virga
tua,qua me percutis leniter, & ſuauiter cor-
rigis,& baculus tuus atq; lignũ quo me laſ-
ſam ſuſtentas, ipſa me conſolata ſunt. Seq.

*Paraſti in conſpectu meo menſam: aduer* 6.
*sùs eos qui tribulant me.*

Iã quarto loco,euchariſtię cõnumerat ſacra
mentum,de quo in ſuperiore pſal. aliqua di-
xiſſe memini. & ſtatim quinto interſerit ali-
ud ordinis dicens:

*Impinguaſti in oleo caput meum: & ca-* 7.
*lix meus inebrians quàm præclarus eſt.*

Aptè quidẽ cũ mẽſam dñi ſibi paratã dicit,
vbi eiꝰ corporis & ſanguinis epulę apponunt̃:
miniſterium huic ſacro conuiuio neceſſariũ,
ſacerdotiũ.ſ. atque cæteros eccleſiaſticos or
dines proponit,dum ait:impinguaſti in oleo
caput meũ. Nimirũ paraſti menſam: cui ego
lotis



lotis(vt aiunt) manibus accumbã. paraſti mẽ
ſam:vbi veros per veteres olim panes propo
ſitionis figuratos poſuiſti. De qua menſa ſcri
ptum eſt:ſapiẽtia ędificauit ſibi domum,ex-
Pro.9.a. cidit columnas ſeptem, immolauit victimas
ſuas:& propoſuit menſam. Quippe quã Chri
ſtus,qui & ſapiẽtia patris, poſuit, propoſuit
&diſpoſuit.Ego (inquit)diſpono vobis re-
Luc.22.c. gnum(quod quidem præſentis temporis ec
cleſia dicitur,quã proprio ſanguine fũdauit,
extruxit,ædificauit,& ex gentibus congrega
uit, vt edatis & bibatis ſuper menſam meã:
in regno meo.hoc enim eſt regnũ de quo an
Pſ.21.ve.31. te dixerat:quoniã dñi eſt regnum,& ipſe do-
minabitur gentiũ.hanc igitur paraſti menſam
in conſpectu meo:aduerſus eos qui tribulãt
me. Non eſt iam ꝙ timeã principes,poteſta-
Ephe. 6. b. tes ac mundi rectores tenebrarũ harum, me-
cũ colluctantes: cum ſacro ſim colliphio re-
fecta.nec agẽs huius peregrinationis iter de
ficiam in via:quæ me cõfortans viaticum de
fero,tendens ad patriam.nã in fortitudine hu
ius ſubcinericij panis,quẽ ſub ſpeciebus ſacra
3.Reg.19.a. mentalibus occultatũ,& ad caput meũ repe-
ri hypoſtaticè vnitũ:ambulabo noctu diuq;,
vſque ad montẽ Dei Oreb. Etſi ambulauero
in medio vmbræ mortis,nõ timebo mala:qm̃
tu mecũ es. Ecce impinguaſti in oleo caput
meũ:qui charitatis pinguedine repleſti men-
tẽ meam.impinguaſti quidẽ, ſacerdotij cõfe
rens dignitatẽ:& in corpus tuũ verũ atq; my
ſticũ mihi tribuens poteſtatẽ: quod mihi ca-
put & præcipuũ eſt. Impinguaſti etiã caput
Pſ.44.v.9. meum Chriſtum,& vnxiſti oleo lætitiæ præ
cõſortibus ſuis:quãdoquidẽ illũ benedicẽs,
de rore cæli & pinguedine terrę ſtabiliſti.Im
pinguaſti deniq; & vnxiſti Spiritu ſancto,qui
Iob.3.e. non eſt illi datus ad menſurã: dũ infinitã illi
gratiã cõtuliſti,de cuius plenitudine omnes
accepimus gratiã pro gratia. Nẽpe ſtillat ab
eo ſicut vnguentũ in capite: quod deſcendit
Pſ.132.ve.2. in barbã barbã Aaron,quod deſcẽdit in oram
veſtimẽti eius.Sponſus igitur meus,ſacerdos
factus in æternũ ſecundũ ordinem Melchiſe-
dech(ait eccleſia)panẽ & vinũ obtulit:& ſui
ſacerdotij mihi ſucceſſores reliquit,qui hu-
iuſmodi officio fungãtur in dies. Quos vtiq;
vnctione mirifica deliniſti: vt Chriſtos fa
ceres tuo chriſmate ſacro perũctos. ꝙ ſi etiã
impinguationis nomine,vnctionis vltimæ &
extremæ,velis ſexto loco accipere ſacramen
tum,quo deuotio mentis augetur, tolluntur
venialia,& reliquię ex peccatis relictæ, qua-
les ſunt hebetudo mentis, remiſsio affectus
circa cæleſtia,& inordinatus amor circa ter
rena,atq; vitam temporalem: non erit ſen-
ſus indignus. Et calix meus(ait) exuberans
& inebrians : quam præclarus eſt. Inebriat
quidem & in extaſim rapit eum : qui inæſti
mabilẽ charitatẽ Chriſti cũ eius apoſtolo cõ
templatur,ac demiratus in hanc vocẽ erum-
pit:vt quid enĩ Chriſtus cũ adhuc infirmi eſſe Rom.5.b.
mus,ſecundũ tẽpus pro impijs mortuus eſt
&c? At verò ſobriũ reddit hominem,propter
eum luxus ſeculi ſpernẽtẽ & fratrũ miſerias
ſupportantẽ, atq; ad actiuã vitam à contem-
plationis culmine deſcẽdẽtẽ. Porro biberat
hunc calicẽ Paulus,qui Corinthijs aiebat:ſiue 2.Cor.5.c.
enim mẽte excedimus Deo, ſiue ſobrij ſumꝰ
vobis: charitas vrget nos. præclarus eſt igi-
tur calix meus:non alienus,nõ Babilonius,nõ
demoniorũ.nã ſicut duæ ſunt ciuitates,Ieru-
ſalem .ſ. & Babilon:ita & calices duo. Alter
eccleſiæ calix inebriãs & præclarus, qui edu
cit hominẽ à ſe, & ponit ſupra ſe:alter hære
ticorũ hoc ſacramentũ nõ credentiũ,ſed ma-
lignantiũ & in Chriſtũ & orthodoxã eccleſiã
debacchantiũ:qui educit hominẽ à ſe,& po-
nit ſubtus ſe. Calix ergo meus (ait eccleſia)
valdè præclarus eſt ab effectu:eò ꝙ inebriãs,
bibentiũ clarificat & illuminat intellectum:
alij verò calices inebriãtes obſcurãt. niſi for
tè per calicẽ, æternã retributionẽ intelligas:
iuxta illud pſal. hũc humiliat,& hũc exaltat, Pſ.74.ve.7.
quia calix in manu dñi, vini meri plenus mi-
xto.prior enim inebriãs,quã præclarus(vt di
ximus)eſt eccleſiæ calix,ducẽs ad claritatem
ęternã:At verò poſterior,Babilonis erit,ama
rus & fæculẽtus. Audi quod ſequitur.Et in-
clinauit ex hoc in hoc:verũtamẽ fęx eius nõ
eſt exinanita,bibẽt oẽs peccatores terræ.Eſt
enim calix in manu & poteſtate dñi inebriãs
& præclarus,plenus gloria qua præmiat ele-
ctos:eſt & calix obſcurus dãnationis æternæ
cuius fęx nõ deficiet vnquã. quippe quo ſem
per bibentes mali & reprobi: in finem crucia
bunt̃ æternũ.Lętare igitur eccleſia ſancta,ꝙ
calix & retributio tua quã præclara ſit.tu ve
rò infelix Babilõ, vllula & ingemiſce:ꝙ fœti
dus ſit tibi calix.De primo iſdẽ pſaltes ait:me Pſ.141.v.10.
expectãt iuſti donec retribuas mihi. de reli-
quo autẽ:filia Babilonis miſera:beatus qui re Pſ.136.ve.11
tribuet tibi retributionẽ quã retribuiſti no-
bis. Sic.n.in Apocalypſi ſcriptũ eſt:& Babilõ Apo.16.d.
magna venit in memoriã ante Deũ: dare illi
calicem vini indignationis iræ eius. Sequit̃.

*Et miſericordia tua ſubſequetur me: om-* 8.
*nibus diebus vitæ meæ.*

Iã ea,quæ in principio pſal. ſe à dño ſup ſe-
mitas iuſtitiæ deductã clamat ꝑpter nomen
ſuũ:vt hoc ipſum grãæ aſcribat ꝓuenięti,iuxta
illud pſal. miſericordia eius ꝓueniet me: nũc Pſ.58.v.10.
in fi-

in fine, quòd in bono perſeueret, ac fidem teneat inconcuſſam: miſericordię Dei & gratiæ tribuit ſubſequenti. Et quæ recenſita de manu domini dona recepit, vt tandē gloria potiatur æterna: in hanc velut in ſcopum, ſuę narrationis progreſſum dirigit dicens.

9. *Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum.*

Iure igitur gaudes eccleſia ſacroſancta eò quòd vti ſponſam te regit dominus: & vtì ouem, in loco paſcuæ collocauit. Educauit ſuper baptiſmi aquam, deduxitque ſuper ſemitas pœnitentiæ in viam iuſtitiæ, robore etiā ac fortitudine confirmauit: ne ambulās in medio vmbræ mortis, terribilium malorū turbine quatereris atque fragore. Virga directionis: te correxit ac direxit errantē. baculo ſuſtentauit, potauit ſanguine, refecitque, ne deficias in via. ſacerdotiū tribuit, caput vnxit: & miſericordia ſubſequente, perſeuerantam tibi contulit indefeſſam. Adeoq; ſtipauit donis, vt meritò dicere poſsis: nihil mihi deerit. faciet enim vt inhabites in domo domini in longitudinem dierum, fœlicitate perpetua tunc verè beata, ſicut ſcriptum eſt: beati qui Pſal.83.ve.5 habitant in domo tua domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te, qui es laudabilis & glorioſus & ſuperexaltatus in ſecula, Amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 22.

*DOminus regit me, ſiue ut in alijs legimus, dominus paſcit me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuæ ibi me collocauit. Regit me utique, & deducit uelut ouem, per uberrima loca doctrinæ, & in loco paſcuæ, ubi diuinæ ſcripturæ uera intelligentia eſt, quæ animæ ſalutifera pabula præſtat, ibi me collocauit. certè uigilem paſtorem agit, qualem ſe futurum promiſit per prophetam ſuum Ezechielem. lege tu prophetiæ huius trigeſimum quartū caput.* Ezech.34.d *Super aquam refectionis educauit me. Et dum baptiſmi ſacramentum mihi contulit ad uitam: animam meam conuertit. deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ, qui me ad pœnitentiam traxit: confeſsionem, contritionem, & ſatisfactionem indicens. dedit etiam robur & fortitudinem in confirmatione: quo propulſantibus malis & à fide impellentibus reſiſtere queam. Nam & ſi ambulauero in medio umbræ mortis: non timebo mala, quoniam tu mecum es. uirga tua & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt. Non eſt quod timeam: crucis tuæ ſigno munita. quid illud excellens referam ſacramentum: quo tuum corpus in cibum & precioſum ſanguinem in potum, mihi elargiri dignatus es? quippe qui paraſti in conſpectu meo menſam: aduerſus eos qui tribulant me, hoc eſt, hoſte uidente & in me attra bili latrante. O admirabile eucharistiæ ſacramentum, in quo Chriſtus ſumitur? Iam duo alia interſerere iuuat, ordinis ſcilicet atque extremæ unctionis ſacramenta: quæ ſequentia uerba deſignant. impinguaſti in oleo caput meum, quamuis de capite meo Chriſto, quem pater unxit Spiritu ſancto: nō ineptè ueniant intelligenda uerba hæc. Cuius capitis unguentum deſcendit uſque ad oram ueſtimenti eius. dies me deficient, ſi menſæ illius cuius me participem effeciſti, uellem excellentiam enarrare. ubi panis eſt, cor hominis confirmans: uinumquè lætificans. en calix meus inebrians (ait) quàm præclarus eſt. quippe qui ſobrietatem mentis operatur. Ecce utcunque (compendiaria narratione) in medium adduxi, mirifica, quæ à te conſtat me accepiſſe bona, tua quidem gratia præuenta. Adde culmum. quòd miſericordia tua ſubſequetur me: omnibus diebus uitæ meæ. & ut inhabitem in domo domini: in longitudine dierum. Porro gratiam & gloriam dabit dominus, qui militantium eccleſiam conſtruxit in terris: & montem ſanctum ſuum triumphantiū, erexit atque parauit in cælis. de quibus ſequitur.*

## PSALMVS 23.

*DOmini eſt terra, et plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo.*

Priore huius verſiculi parte quaſi parœmia ſentētiaq; vulgari, perinde atq; notiſsima: bis 2.Cor.10.f. vſus eſt apoſtolus, Corinthios inſtruens, ſuper ydolotitis & eorundem eſu. huius igitur pſalm. titulus eſt: pſalm. Dauid in prima ſabbati. tametſi huius inſcriptionis vltimum, in Hebreo non reperiri à nonnullis aſſeratur. præuidens igitur Dauid ſanctus, Chriſti reſurrectionem futuram prima ſabbati, quæ ob hoc nunc dies dominica appellatur, quòd deuicta tunc morte deiectoque mortis autore, ſurrexit dominus triumphator: qua etiam die mundum condidiſſe probatur: hūc compoſuit pſalmum, in laudem triumphantis eadem die cantandū. vt iam cuique perſuaſum ſit: totius orbis dominiū: non ſolùm creationis, verùm etiam redemptionis ac reparationis, iure ad dominū pertinere. vt (iuxta Pauli ſententiam) *In nomine Ieſu omne genu fle-* Phil.2 b. *ctatur*, cæleſtium terreſtium & infernorū. nempe tripartita eſt diuiſio orbis, in ſupre-





mam, mediam, & infimam: hoc eſt, in cęleſtē, terrenam, & infernam regionem. Nunc autē à terrena tanquàm à notiore, in primis duobus rithmis, ſuæ narrationis initium ſumit. deinde in quatuor ſequentibus, de cæleſti, ſub nomine montis agit: & in quatuor vltimis, infernam proſequitur plagam. Ait ergo: domini eſt terra & plenitudo eius. nō ſolùm quòd condiderit vniuerſa, tum continentia, Pſ.15. ve. 6: tum contēta, terramque firmauerit ſuper ſtabilitatem ſuam, & germinibus ac plantis varijsque animantibus: totque rebus adeò repleuerit ipſam, vt longum ſit enarrare. Quòd que ſuper mare fundauerit eam, & ſuper flumina præparauerit illam, omnia in ſapientia diſponēs: ſed quòd reparauerit in ſudore vultus, terramque benedixerit, ſpinas & tribulos pſ.84. ve.1. antè germinantem. de qua iſdē propheta ait: benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. Remiſiſti iniquitatem plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum. hæc enim terra eccleſia Dei eſt. ꝙ ſi quæras quo iure Chriſti hominis ſint terra & orbis? Reſ.

2. *Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: & ſuper flumina præparauit eum.*

Hoc ideò, quòd exaltauerit feceritque editiorem: quando legem ponebat aquis ne trāſirent fines ſuos. myſticè etiam ſuper multitudinem dolorum, & mortis ſuæ amaritudinem, fundauit eccleſiam: & ſuper plagarū flumina præparauit. quæ omnia (quia magna, amara, atque acerba, & copioſæ redemptionis meritoria fuere) maria vocantur & flumina. fundauit etiam eam ſuper mirabiles elatiōes maris huius ſeculi, & in eam ſeuientium fluctus, perſequētiumque tumultus, omnia vincens mirabilis in altis dominus: & ſuper flumina donorum atque gratiarū, (quæ fluunt & refluunt) præparauit *illam*. *Sic* enim ſaluaIo.7.f. tor ait: qui credit in me (ſicut dicit ſcriptura quæ tota proclamat, in me verum Meſsiam eſſe credendū) flumina de ventre eius fluent, aquæ viuæ. hoc autem dixit de ſpiritu quem erant accepturi *credentes in* eum. Nondum enim erat ſpiritus datus pleniore, apertiore, ac viſibili ſigno: quia Ieſus nondū erat glorificatus ſubiungit euāgeliſta. Erat quippe poſt glorioſam Chriſti reſurrectionem, viſibiliter dandus ac profundendus. Iure ergo fundationis & præparationis, ſicut iure creationis: domini eſt terra & plenitudo eius. Nam qui eā fundauit in eſſe: ipſe dedit benè eſſe. Et qui fundauit eccleſiam: ipſe præparauit eam, donisque repleuit & gratia: vt futuræ ſit glorię capax. At hæc benedicta terra, facta eſt orbis terrarum perfectione: & vniuerſi qui habitant in ea, ciues & domeſtici Dei, quia ſuper maria fundauit, & illam ſuper flumina præparauit: ipſam lauacro regenerationis purgans. quandoquidem baptiſmus, fundamentum eſt & *præparatio in recipiente*: vt habi- Phil.2.b. lis fiat ab bonorum aliorum ſuſceptionē. Sed quia terra non in perpetuū domicilium hominibus data eſt: ſed vt ibi exulantes cum metu & tremore ſalutem ſuam operentur, atque iſtinc ad cæleſte habitaculum (conditore ſuo fruituri) totis niſibus aſcendere contendant. ideò rem huiuſmodi arduam arbitratus rogat: quis aſcendet? Sequit.

*Quis aſcendet in mōtem domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius?* 3.

Iam rei huius accipe prothotypum. Ecce nūc primum de domino Chriſto agit, qui vt homo ſic exaltatus eſt: vt etiam cæleſtia ſubdantur illi. Admirans igitur, quòd homo ad tantum dignitatis culmen faſtigiumq; aſcenderit: vt non ſolùm terrena, verùm etiam cæleſtia moderetur; interrogat, quis aſcendet in montem domini? quaſi dicat: magnum quid eſt, quòd à mortuis ſurrexit homo de morte triumphans: ob idque terræ imperet. At verò quòd alta cælorum petat, & ſcandens ſuper omnes cælos, ad dexteram Dei ſedens: præſit agminibus angelorum: non eſt auditū à ſeculo. Quis igitur talis ac tantus erit, vt aſcendat in montem domini? Reſpondeat primùm apoſtolus ad Epheſios ſcribens. quòd Ephe.4.c. autem aſcendit (ait) quid eſt: niſi quia & deſcendit primùm in inferiores partes terræ? qui deſcendit: ipſe eſt qui aſcendit ſuper omnes cælos, vt adimpleret omnia. hoc autem id ſonat, ꝙ ſicut Chriſti hoīs eſt terra & plenitudo eius: ita & Chriſti ſit cælum & plenitudo eius. *Sic* etiā Chriſtus ex euangelio cla- Io.3.b mat: ſi terrena dixi vobis & nō creditis, quomodò ſi dixero vobis cæleſtia, credetis? Et nemo aſcendit in cælū niſi qui deſcendit de cælo, filius hominis qui eſt in cælo. Nunc ergo ſi quis interroget: quis aſcendet? iure reſpondetur ei: qui deſcendit. deſcendit quippe Chriſtus factus humilis obedienſque: & ipſe exaltatus aſcendit. quamobrē *&* vos qui cupitis aſcendere: deſcendatis primum cum Chriſto imitatione oportet. ſic etenim Chriſto incorporati, effectiq; illius membra: aſcēdetis cum illo in montem dn̄i, & ſtabitis in loco ſancto eius, ſciētes (ait apoſtolus) quoniā 2.Cor.1.b. ſicut ſocij paſsionū eſtis: ſic eritis & conſolationis. ſatisfaciat nunc etiam propoſitæ (pſalmographus ipſe) quæſtioni: dicatque.

4. *Innocens manibus, & mundo corde, qui*
*non accepit in vano animam ſuam: nec*
*iurauit in dolo proximo ſuo.*

Tu iam vide, quis verè innocens, aut quan-
tum innocẽs opere: quis vè mundo corde ſit:
Pro.20.b. cùm dicat ſcriptura diuina: quis poteſt dice-
re: mundum eſt cor meum, purus ſum à pec-
cato? profectò nullus, niſi ille ſolus qui po-
Iob.14.a. teſt facere mundum de immundo conceptũ
Iob.15.b. ſemine, in cuius conſpectu, nec cæli ipſi ſunt
mundi. Is igitur innocens in montẽ aſcendet:
& deferet ſecũ, quos lauit: mundans in ſan-
Heb 7.d. guine ſuo. de quo apoſtolus ait: talis enim
decebat vt nobis eſſet pontifex, innocens, im
pollutus, ſegregatus à peccatoribus, & excel-
ſior cælis factus. at qui huiuſmodi eſt: non
accepit in vano animam ſuam, nec enim ani-
mæ ſuę ſine fruſtratur. Porro fecit Deus crea
turam rationalẽ vt ſummum bonum intelli-
geret, & intelligendo amaret, amando poſsi-
deret, & poſsidendo frueretur, quæ vtique
omnia anima Chriſti habuit ab inſtanti ſuæ
conceptionis. nec ab æternis ad trãſitoria de
clinans, auerſa eſt vnquàm: quæ ſemper eo
(cui vnita erat) ſine intermiſsione fruebatur
verbo. nec iurauit etiã in dolo proximo ſuo,
hoc eſt, Abraæ vel Dauidi, quos ſibi proxi-
mos carne fecit: quandoquidẽ de eorum ſe-
mine natus eſt. nam ſicut iurauit ad Abrahã
Luc.1.g. patrem noſtrum daturum ſe nobis: ita opere
Gen.22.c. cõpleuit. Iurauit itidem dñs Dauid veritatẽ
Pſ.131.ve.11. (ait idem Dauid ſanctus) & non fruſtrabitur
eum, de fructu ventris tui, ponam ſuper ſedẽ
tuam. Iure igitur aſcendit in montem Chri-
ſtus, qui innocens opere, & mundus corde, ac
verax extitit ore, illiusque imitatores aſcen
dent. Sequitr.

5. *Hic accipiet benedictionem à domino: &*
*miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.*

Quam (rogo) benedictionẽ & miſericordiã:
niſi vt in ipſo benedicitur & iuſtificetur om
nes gentes: & ſemen ſuum ac generatio mul-
tiplicetur, ſicuti Abraæ promiſſum fuiſſe cõ
Gen.22. c. ſtat? benedicam tibi (ait dñs) & multiplicabo
ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenã
quæ eſt in littore maris. poſsidebit ſemẽ tuũ
portas inimicorum ſuorum. & benedicentur
in ſemine tuo omnes gentes terræ, quia obe-
diſti voci meæ. tu ergo benedictiſsime & o-
bedientiſsime Ieſu, veram & vberrimam gra
tiæ ſcilicet & gloriæ accepiſti benedictio-
nem, & ſpiritualem ſeminis tui propagatio-
nem, de qua benedictiõe apoſtolus ad Ephe
Ephe. 1. a. ſios ſcribens ait; benedictus Deus & pater do
mini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in
omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus
in Chriſto. ſicut elegit nos in Chriſto ante
mundi conſtitutionem: vt eſſemus ſancti &
immaculati in cõſpectu eius in charitate. qui
prædeſtinauit nos in adoptionẽ filiorũ, per
Ieſum Chriſtum in ipſum. lege ſequentia. de
quibus omnibus ſequitr.

*Hæc eſt generatio quærẽtium eum: quæ-* 6.
*rentium faciem Dei Iacob.*

Audi iam benedictionem, qua ſemen multi
plicatur & gentes benedicuntur in ſemine,
dum in adoptionẽ filiorum vocantur, quæ-
rentes nunc dominum per fidẽ: & in patria
per facialem viſionẽ. quam fortè ideò faciẽ
Dei Iacob nominat, quia poſtquã colluctaa- Gen. 32. a.
tione, nomẽ Iſraelis promeruit & benedictio
nem, dixit: vidi dñm facie ad faciem, & ſalua
facta eſt anima mea, ortusque eſt ſtatim ſol.
hoc vtique ſemẽ eſt, quod poſsidebit portas
inimicorum ſuorum, has videlicet, quas Luci
fer & angeli eius cadẽtes perdiderũt. de qui-
bus iſdẽ propheta ait: aperite mihi portas iu Pſ.117.ve.19.
ſtitiæ, & ingreſſus in eas confitebor dño: hęc
porta dñi iuſti intrabunt in eam. Ita erit ſanè:
quia prior dux noſter Chriſtus triumphator
ingreſſus; ſuis eas patefecit electis, qui æreas
inferni portas, iam ipſe cõfregerat ante. Seq.

*Attollite portas principes veſtras, &* 7
*eleuamini portæ æternales: & introibit*
*rex gloriæ.*

Sunt in primis qui legant: attollite portæ
capita veſtra, quaſi portas alloquatur: regis
triumphantis inſinuans altitudinẽ & maieſta
tem, atquì infernalis plagæ dominiũ Chriſto
tribuit, qui vtì dñs inferni clauſtra penetra-
uit: & quã indè extraxit, ſecum detulit præ-
dam. quod iam in ſpiritu pręuidẽs propheta,
infernorum etiã principes alloquitur dicẽs:
Attollite portas &c. Ipſisque interrogãtibus
quiſnam eſſet? ſequenti verſu reſpondet. di-
cunt enim:

*Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus fortis et* 8
*potens, dominus potens in prælio.*

Nempe is eſt, qui diabolum deuicit. At cũ
hos nouerit rebelles atque ſuperbos: eadem
ingeminat verba, vt eoſdem terreat princi-
pes, ipſosque ferrugineos, ianitores, ac fuligi
noſos obſcuri carceris cuſtodes, tremẽtes ef-
ficiat: tanti principis aduentu, & diuinæ ma-
ieſtatis ingreſſu. dicens iterum:

*Attollite portas principes veſtras, & ele* 9
*uamini portæ æternales: & introibit rex*
*gloriæ.*





At ipſi iterato quiſnam eſſet, dicentes in-
quirunt.

10. *Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus virtu-*
*tum, ipſe eſt rex gloriæ.*

Satisfactum eſt abundè, legitimusque ma-
net totius orbis dñs poſſeſſor & monarcha
Chriſtus Ieſus, Dei & hominis filius. vel ſi ma
gis placet, primũ attollite, ad infernas pote-
ſtates dictum puta. Secundũ verò, ad cælorũ
virtutes & angelorum proceres; vtrunq; au-
tem ad terrenos principes dirigere licet, quo
rum portæ, timor & amor ſunt. Amor quidẽ
temporalium, & timor amiſsionis eorum. Vt
ergo demones in triumpho regis gloriæ cõ-
tremiſcant, angeli autem gaudeant & læten-
tur, ipſique terreni principes proni ſubdãtur,
his omnibus ait: attollite portas veſtras, vos
infernales gementes, vos etiam cæleſtes gau
dentes, vos deniq; temporales principes, ſu-
premo principi obſequẽtes, atq; vt regi glo-
riæ illi deferentes, diuinumque honorem ex
hibentes. Attollite (inquã) & quę veſtrę por-
tæ ſunt, amorem ac timorẽ mundanum auſer
te. & vos portæ æternales, virtutes. ſ. quibus
ad vitam peruenitur æternam: eleuamini, vt
regi gloriæ illiusque gregi atq; exercitui fe-
lici, felix fauſtiſsimusque pateat ingreſſus, in
ſeculorum ſecula regnaturis, Amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 23.

*DOmini eſt terra & plenitudo eius &c. Hæc utique terra ſancta & benedicta: myſticè eccle-*
*ſia Chriſti eſt, quam ſibi proprio ſanguine acquiſiuit, quæ eò q perfecta & catholica ſit: or-*
*bis terrarum appellatur. hanc ſundationis iure Chriſtus habet, quia ſuper maria amaræ mor*
*tis & acerbiſsimæ paſsionis ac tormentorum, fundauit eam: & ſuper flumina aquæ uiuæ (donorum. ſ.*
*& gratiarum) ſtabiliuit ac præparauit eam: & hæc de inferiore eccleſia. ſed quid de ſublimi, quæ mons*
*domini nuncupatur? quis (obſecro) aſcendet in hunc mõtem? profectò dominus Ieſus Chriſtus, & qui ſibi*
*per gratiam fuerit incorporatus. innocens manibus &c. hic proculdubio accipiet benedictionem à do-*
*mino: qua ſuffultus, aſcendet regnaturus cum eo. hæc eſt generatio quærentium dñm, hic per fidem: &*
*in monte, uidentium faciem Dei Iacob. Audi iam plenam monarchiam Ieſu Chriſti triumphantis, ut cui*
*cæleſtia & terreſtria: eidem pariter inferna ſubdantur, & in nomine Ieſu omne genu flectatur. Attol-*
*lite portas principes ueſtras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Non eſt q, ſupina*
*aut craſſa ignorantia, uos ab eo deuicti quæratis: quis eſt iſte rex gloriæ? ſciatis oportet: q, dominus for*
*tis eſt & potens in prælio, qui uos moriens debellauit: & rex ipſe angelorum, ipſe eſt rex gloriæ. hunc*
*igitur in uerum Deum agnoſcam: ipſumq; ſupplex adorabo dominum.*

## PSALMVS 24.

*AD te domine leuaui animam*
*meam: Deus meus in te con-*
*fido, non erubeſcam.*

Cuius titulus eſt: in finem pſal.
Dauid, ij ſatis expoſitus. Hic pſalmus alpha-
betica ſerie deſcriptus eſt, ſicut alij nonnulli.
id fortè: ne à mente excideret vnquã. qui to
tus eſt quædam eccleſię oratio, qua ab aduer
ſarijs liberari petit. quæ cùm ſit mentis in
Deum eleuatio decente deſiderio fulta, &
ſpe ſimul à diuina liberalitate ſumpta: non ine
ptè ait: ad te dñe leuaui animã meam, à mun-
danis & terrenis illam abſtrahẽs: & in te vnũ
(qui æternus es & æternorũ largitor) eam fi
gens: fac, ne erubeſcam. in cuius eleuationis
interioris ſignum, & manus & corporeos o-
culos in cælum leuamus orantes, iuxta illud
Pſ.120. v. 1. pſalmi: leuaui oculos meos in montes. & ite-
Pſ.122.ve.1. rũ: Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in
1.Tim.2.b. cælis. atque illud Pauli: volo ergo viros ora-
re in omni loco, leuãtes puras manus ſine ira
& diſceptatione: vt ſit oratio aſsidua, in Deũ
tendẽs, deuota, pura, humilis, & quieta, abſq;
vllo proximi rancore & nocumento, atq; to
to affectu fidens. nam ſi ſecus: audi Hieremiã Thre. 3. c.
in threnis dicentem: leuemus corda noſtra
cum manibus ad dñm in cælos. Nos iniquè
egimus, & ad iracundiam prouocauimus: ic-
circo tu inexorabilis es. operuiſti in furore
& percuſsiſti, occidiſti nec peperciſti. oppo
ſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio. Ita in ſi-
gura, cũ leuaret Moſes manus, vincebat Iſrael Exo.17.c.
Amalechitas, Aaron autem & Hur ſuſtenta-
bant manus eius ex vtraq; parte, eò q eſſent
graues manus Moyſi. Et factũ eſt (ait ſcri-
ptura diuina) vt manus ipſius non laſſarẽtur
vſq; ad occaſum ſolis, fugauitque Ioſue Ama
lech & populũ eius in ore gladij. Multum e-
nim valet deprecatio iuſti aſsidua ſeu effi- Iacob. 5. d.
cax, illa. ſ. quæ non remiſsè fit aut oſcitãter,
ſed toto mentis conatu ac deuotione in Deũ
intenta, & ea maximè quæ communi conſen
ſu atq; proximorũ charitate operibusque ſuf
fulta eſt. Ita & nunc eccleſia ſacroſancta, cor,
oculos & manus animamque ad dñm leuat
ipſi fidens, & iuxta Iacobi apoſtoli conſiliũ Iacob.1.a.
poſtulat in fide nihil hæſitans. qui enim hæſi
tat, ſimilis eſt (ait) fluctui maris, qui à vento

mouetur & circunfertur.atq; illi fidẽs anima
non erubeſcet vnquàm aut pudefiet : ꝙ ſpe
fruſtrata ſit. Sequit̃.

2. *Neque irrideant me inimici mei : etenim
vniuerſi qui ſuſtinent te,nõ confundẽtur.*

Non eſt ꝙ ipſa erubeſcam(ait) vel ꝙ irride
ant me inimici mei hæretici vel pagani, ſeu
verius demones ipſi, qui mihi inuido animo
inimicãtur,eò ꝙ in te confidã:quandoquidẽ
Pſ.30.v.21. non erit cõfidentia caſſa.Erubeſcant impij:&
deducantur in infernũ. Etenim hoc vnũ (his
maximè qui te norunt) peruium eſt: ꝙ eorũ
qui nõ ſibi ſed tibi fidunt & gratiæ tuæ inni-
tuntur, nõ autem proprijs meritis quaſi ex
meritis confundetur nemo. Sequit̃.

3. *Confundantur omnes iniquè agentes:ſu-
peruacuè.*

Hier.17.e. Non ſis tu mihi formidini (Hieremias ait)
ſpes mea tu in die afflictionis &c.Confundã
tur omnes,& nõ confundar ego,confundan-
tur omnes qui te nõ ſuſtinent,qui te non ex-
pectant,qui deniquè iniquè agunt: vana, ca-
duca & tranſitoria ſectãtes,eaq; ſibi in finem
(nõ te ſuum verũ & vltimũ) infructuosè ta-
men & ſuperuacuè præfigentes. Confundant̃
(inquã)& conuertãtur, ſicut illi quibus iam
conuerſis ſic apoſtolus ait:quẽ ergo fructum
Rom.9.d. habuiſtis tunc,in his in quibus nunc erubeſci
tis?nam finis illorum mors eſt.Nũc verò libe
rati à peccato,ſerui autem facti Deo:habetis
fructũ in ſanctificationẽ, finẽ verò vitã ęter-
nam.eſt enim confuſio & erubeſcentia addu
Eccle.4.d. cens gratiam & gloriam(ait ſapiens) Sequit̃.

4. *Vias tuas domine demonſtra mihi: & ſe
mitas tuas edoce me.*

Quæ errare timet, vias mandatorum & ar-
ctiores ſemitas conſiliorũ noſſe cupit. quo
circa ſe edoceri poſtulat.vel per vias,iuſtitiã
& miſericordiam intellige, iuxta illud huius
pſalmi: vniuerſæ viæ dñi:miſericordia & ve-
ritas id eſt iuſtitia.has igitur dñe demonſtra
mihi.& vt amãdo timeã ac timẽdo te amem
ſimul territus & illectus:ſemitas tuas edoce
me. Eſt enim amor, ſemita ad viam iuſtitiæ:
eſt ſemita ad viam miſericordiæ timor.ideò
ſubiungit:

5. *Dirige me in veritate tua, quià tu es Deus
ſaluator meus: & te ſuſtinui tota die.*

Nempe Dei & ſaluatoris proprium munus
eſt,miſereri ſemp & parcere ſuſtinẽti,& vſq;
ad vitæ finem fideliter expectãti. dirige tu
ergo meum affectum ſaluator meus,& doce
meũ intellectũ in veritate tua, in lege .ſ.atq;
doctrina tua,quæ veritas euangelica & veri
tas theologica eſt.ecce enim te ſemper, non
alium ſaluatorem futurum ſuſtinui & expe-
ctaui. Sequit̃.

*Reminiſcere miſerationũ tuarũ dñe: &
miſericordiarũ tuarũ,quæ à ſeculo ſunt.* 6.

Nuſquã ab initio,tuę defuerũt miſerationes,
actus.ſ.miſerẽdi,nec miſericordiæ, quæ tibi
à natura cõpetunt,vel melius quæ tua natu-
ra ſunt.Nihil nouum aut tibi extraneũ peto:
ſed quod maximè tuũ eſt. Reminiſcaris igi-
tur earũ(vt ſecundũ hominẽ loquar)mei etiã
recorderis(precor)non vt delicta iuuentutis
meæ & ignorantias meas punias: ſed vt mei
miſerearis,& hoc eſt quod ait:

*Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias
meas:ne memineris.* 7.

Orat in ſenectute correctus. quare ſic ait
dñs ad Ieruſalẽ per prophetam : recordatus Hier.2.a.
ſum tui,miſerans adoleſcentiam tuã. Sequit̃.

*Secundũ miſericordiam tuam memento
mei tu : propter bonitatẽ tuam domine.* 8.

Miſericordiæ Dei eſt & ſummæ bonitatis il
lius,ꝙ memor ſit noſtri.Sic enim deipara vir
go ait:ſuſcepit Iſrael puerũ ſuũ,memorari mi Luc.1.e.
ſericordiæ ſuæ.& de impio pœnitentiã agen
te per prophetã dicit dñs : omniũ iniquitatũ Ezech.18.d.
eius quas operatus eſt, nõ recordabor.quod
vtiq; propter bonitatẽ ſuam agit miſericors
& miſerator dñs.quia bonus eſt dñs ſperan-
tibus in eum,animæ quærenti illum, ait Hie- Thre.3.e.
remias. Sequit̃.

*Dulcis & rectus dñs:propter hoc legem
dabit delinquentibus in via.* 9.

Quod petierat in orationis ſuę cõpendio
eſt,vias dñi ſibi demõſtrari,dirigi in veritate
atq; edoceri.demũq; dñm precatur (propter
bonitatẽ ſuã)memor ſit eius ſecundũ miſeri-
cordiã ſuã, & delicta iuuẽtutis atq; ignoran-
tias illius obliuiſcatur,recordatus miſeratio
nũ & miſericordiarũ: quibus ſemper à mundi
cõſtitutione vſus eſt.Nunc verò ſibiipſi gra-
tulatur,ꝙ fuerit exaudita,eo ꝙ dulcis & re-
ctus ſit dñs,miſericors,& iuſtus : miſericors
in iuſtitia:& iuſtus in miſericordia:dulcis cõ
donãs delicta:ſed rectus,legẽ ſtatuẽs nõ vlte
rius delinquẽdi. ſic in dulcedine miſericor-
diæ ait paralitico : ecce iam ſanus factus es: Io.5.e.
& in rectitudine iuſtitiæ ſubdit: iã noli pec-
care,ne deterius tibi aliquid cõtingat. & mu
lieri in adulterio deprehẽſæ:nec ego te con- Io.8.a.
demnabo:vade,iã amplius noli peccare. hoc
quidẽ ex ſumma dulcedinis rectitudine ac re
ctitudinis dulcedine prouenit : ꝙ infirmãtis
vulneri medeatur,ſimulq; vlterioris prębeat
regimen



regimen ſanitatis.legẽ igitur dabit dñs delin
quentibus in via.legẽ mandatorũ ſuorum pri
mæ & ſecũdæ tabulæ,quæ eſt ad Deum via:
delinquẽtibus ac declinãtibus à via, dũ ſunt
in huius vitæ via. nã exiſtentibus extra viã:
nõ dabit legem,ſed damnationẽ.Meritò er-
go dũ in huius vię ſtatu, exul ille homo pere
grinabatur à dño:legẽ petit, qua ſicut in via
pſ.118.oct.5 ve.1. gradiatur dicẽs:legẽ pone mihi dñe viã iuſti
ficationũ tuarũ: & exquirã eam ſemper.Seq.

10. *Diriget manſuetos in iudicio: docebit mi-
tes vias ſuas.*

Dirigit vtiq; dñs: quia nõ eſt volentis neque
Rom.9.d. currẽtis(vt Paulus ait) ſed Dei miſerẽtis. Et
cor hominis diſponit viã ſuã:ſed dñi eſt diri-
Pro.16.b. gere greſſus eius(inquit ſapiẽs) Diriget ergo
dñs quærẽtes ſe,illis ducatũ præbẽs,quos mã
Sopho.2.a. ſuetos vocat,iuxta illud Sophoniæ : quærite
dñm oẽs manſueti terrę,quia iudiciũ eius eſtis
operati:quærite iuſtũ,quærite manſuetũ. iu-
ſtè quidẽ mãſuetos diriget in iudicio vt iudi
Pſ.36.ve.11. cẽt, de quibus dictũ eſt:manſueti hæredita-
bunt terrã. Eſt ẽm manſuetudo virtus nimis
Eccle.1.d. Deo grata:de qua legimus:beneplacitũ eſt il
li fides & manſuetudo.hæc ẽm inter fructus
Galt.5.d. ſpiritus ab apoſtolo connumerãt̃. Diriget er
go mãſuetos in iudicio vt ſecũ ſedeãt iudicã
tes:eò ꝙ legẽ ſeruauerint in via iuſtificantẽ,
ꝙq; mãſuetudine præditi ſint,quæ iudicibus
nõ exigua virtus eſt.cũ triũ ſit vna quę Chri-
ſto regi ac ſupremo iudici aſcribunt̃.Intende
pſ.44.ve.5. proſperè(ait pſaltes) procede & regna:pro-
pter veritatẽ & mãſuetudinẽ,& iuſtitiã. do-
cebit etiã mites vias ſuas : quas ante ſibi ec-
cleſia petierat demõſtrari. ꝙ ſi quæras :quæ
Rom.11.d. ſunt viæ dñi? (& ſi plures ſint & inueſtigabi-
les viæ eius) eas tñ ad breue cõpendiũ ducã:
idque verum comperies,ſi legem eius exqui
ras,& oracula prophetarum.

11. *Vniuerſæ viæ dñi miſericordia & veri-
tas:requirentibus teſtamentum eius, &
teſtimonia eius.*

Has docebit mites,qui in lege eius meditã
tur die ac nocte, vt eas colere & imitari di-
Zach.7.c. ſcãt.has ſæpius dñs comẽdat dicens: iudiciũ
verũ iudicate,& miſericordiã & miſeratio-
nes facite vnuſquiſq; cum fratre ſuo.Idipſum
Luc.6.e. etiã clamat ex euãgelio:eſtote (inquit) miſe
ricordes,ſicut & pater veſter cæleſtis miſeri
Io.7.e. cors eſt.& iterũ:nolite iudicare ſecundùm fa
ciẽ:ſed iuſtũ iudiciũ iudicate. Vniuerſæ igit̃
viæ dñi,miſericordia & veritas(ad has enim
reducuntur oẽs)requirentibus tamẽ teſtamẽ
tum eius,nouũ.ſ.& vetus,per teſtimonia de-
ſignatum.per vias etiã dñi, duos eius aduen
tus accipias,vnũ quo apparuit benignitas &
humanitas Dei & ſaluatoris noſtri in carne:
alterũ verò quo apparebit iuſtitia & ſeueri-
tas iudicantis in ſede maieſtatis. hæ quidem
apertiſsimæ viæ ſunt,quibus & venit,& ve-
niet ad nos,nõ tamẽ omnibus ſunt notæ: ſed
credẽtibus & requirentibus teſtamentũ eius
& teſtimonia eius.niſi fortè teſtamentũ & te
ſtimonia idẽ ſint.tũc ẽm ſcrutãtibus & requi
rẽtibus teſtamẽtũ Chriſti, in ſanguine ſuo cõ
firmatũ,& teſtimonia ſeu martyria quæ paſ-
ſus eſt,vt repromiſsionẽ accipiãt qui vocati Heb.9.c.
ſunt æternæ hæreditatis:id maximè cõpertũ
erit,ꝙ tunc miſericordia & veritas obuiaue-
rũt ſibi in vno Chriſto Ieſu dño noſtro,velut
in compito noſtræ ſalutis : vt innocens per
miſericordiam moreretur,et per iuſtitiam ſa
tisfactio fieret pro peccato. Sequit̃.

*Propter nomen tuum dñe, propitiaberis
peccato meo: multum eſt enim.* 12.

Duplicẽ propitiationis aſſignat cauſam. pri
mã.ſ.& pręcipuã,quæ eſt noĩs Chriſti gloria:
alterã verò ex parte noſtra , quæ eſt peccati
cognitio,cõfeſsio,ac deteſtatio.ꝓpitiat̃ quip
pe nobis Chriſtus propter nomẽ ſuum quod
eſt Ieſus,& ſaluatorẽ ſonat.ſic ẽm angelus ad
Ioſeph ait: vocabis nomẽ eius Ieſum,ipſe ẽm Mat.1.d.
ſaluũ faciet populũ ſuum à peccatis eorũ.de Ro.3.d.
quo apoſtolus ait:iuſtificati gratis per gratiã
ipſius,per redẽptionẽ quæ eſt in Chriſto Ie-
ſu,quẽ ꝓpoſuit Deus propitiatorẽ per fidẽ in
ſanguine ipſius,ad oſtenſionẽ iuſtitiæ ſuæ,ꝓ-
pter remiſsionẽ præcedentiũ delictorũ.&de
ſecũdo ait pſaltes:qm̃ iniquitatẽ meã ego co Pſ.50.ve.4.
gnoſco,vt tu.ſ.ignoſcas, & peccatũ meũ con
tra me eſt ſemper,vt illud deteſter.multũ eſt
ẽm & graue,ideò ꝓpitiatus miſerere. magna
profectò eſt huius cognitionis & cõtritionis
vis:quæ peccatũ diluit , & ꝓpitiationis gra
tiã promereť atq; gloriã.ſed quis tã ydoneus
rogo:qui Deum ſibi propitium faciat ? Seq.

*Quis eſt homo qui timet dominum : legẽ
ſtatuit ei in via,quam elegit?* 13.

Ecce ipſe rogat,quis ſit huius modi homo?
cui rogationi ſtatim reſpondet,dicẽs:qui ti-
met dñm &c. nã quis verã ſapientiã adiſcet,
vt legẽ ſibi ſtatutã à dño ſciat & adimpleat:
niſi ab alphabeto timoris inceperit?quando-
quidẽ initium ſapientiæ eſt timor dñi . & in Eccl.1.b.
Deuteronomio de rege cõſtituendo ſic ſcri Deut.17.d.
ptum eſt:diſcat timere dñm Deum ſuum,&
cuſtodire verba & cæremonias eius quæ in
lege præcepta ſunt. Sequit̃.

*Anima eius in bonis demorabitur : &
ſemen eius hæreditabit terram.* 14.

Demorabitur interim anima timentis Deũ:
in bonis gratiæ diuinæ hominẽ ad cæleſtia
dirigentis: quouſq; fruat̃ æternis. Et corpus:
1.Cor.15.f. quod nõ ſeminatur in corruptione: ſurget in
incorruptione. Seminatur in ignobilitate: ſur
get in gloria. ſeminatur in infirmitate: ſurget
in virtute. ſeminatur corpus animale: ſurget
corpus ſpirituale, hoc eſt ad ſpiritales opera
tiões aptum: & hæreditabit terrã, de qua ſcri
Pſ.26.v.19. ptũ eſt: Credo videre bona dñi in terra viuẽ
tiũ: vbi tunc erit ſtatus, omniũ bonorũ aggre
gatione perfectus. Canet.n. tuba (ait iſdẽ apo
ſtolus) & mortui reſurgẽt incorrupti, & nos
immutabimur. oportet .n. corruptibile hoc
induere incorruptionẽ, & mortale hoc indue
re immortalitatem, quod fide & ſpe certa te
nemus. Ideò ſubditur.

15. *Firmamentum eſt dñs timentibus eũ, et*
*teſtamentum ipſius: Vt manifeſtetur illis.*

In eundẽ ſcopũ tendũt qui ꝓ firmamento le
gunt arcanũ ſiue ſecretũ dñi timẽtibus eum.
quod vtiq; verbũ, futurã gloriã ſignat, quæ
reuelabitur in nobis. præmiũ (inquã) illud ab
ſconditũ, quod nec oculus vidit, nec auris au
diuit, nec in cor hoĩs aſcendit, tuto loco re-
poſitũ timentibus dñm. Nõ eſt ꝙ timentium
quiſpiã de adeptione hæreditatis diffidat: cũ
dñs q verax eſt, & firmamentũ ac teſtamen-
tum ipſius ſeu pactũ aut fœdus infallibile &
immutabile, ꝓmiſerit ſe illis manifeſtaturũ.
q diligit me (inquit) diligetur à patre meo: &
ego diligã eũ, & manifeſtabo ei meipsũ. Seq.

16. *Oculi mei ſemper ad dñm: quoniam ipſe*
*euellet de laqueo pedes meos.*

Ecce nunc ſe totã proijcit in Dñm eccleſia.
& quæ in huius orationis principio ad eũ ſe
animã leuaſſe teſtat̃: nũc mẽtis oculos in eun
dẽ fixos habere dicit, qui affect9 eius euellet
de laqueo huius ſeculi, ipſam ꝑpediẽte ac de
tinente, ne liberius in via mãdatorũ incedat.
Nimirum ea quæ in mundo ſunt, velut quidã
laqueus atq; tricæ nos implicãt, ipſumq; no-
Sap.9.c. ſtrũ corpus quod corrumpit̃, aggrauat aĩam:
& terrena inhabitatio deprimit ſenſum mul-
ta cogitantẽ. quid etiã de membrorũ lege di
cemus? cũ ita ingemiſcẽs cõqueratur apoſto-
Rom.7.d. lus: nõ.n. quod volo bonũ hoc ago: ſed quod
odi malũ illud facio. & iterũ: cõdelector .n.
legi Dei, ſecundũ interiorẽ hoĩem. video au
tẽ aliã legem in membris meis repugnantẽ le
gi mentis meæ: & captiuantẽ me in lege pec
cati, quæ eſt in mẽbris meis. Infœlix ego ho-
mo, q̃s me liberabit de corpore mortis hui9?
gratia Dei per Ieſum Chriſtũ dñm noſtrum.
ꝓfectò ipſo corpore, & membrorũ lege: ve-
lut laqueo & quibuſdã cõpedibus præpedie-
batur. quod quidẽ eccleſia in hac lachrimarũ
valle ſentiens: mentis oculos in Deum figit
orans, atque in eum ſeſe totam fidenter pro-
ijcit, & liberari petit. Sequit̃.

*Reſpice in me, & miſerere mei: quia vni-* 17.
*cus & pauper ſum ego.*

Reſpice in me (inquit) tu, cuius reſpicere eſt
miſereri, euellere de laqueo, & liberare. ęquũ
ſiquidẽ eſt: reſpicias te aſpicientẽ. Sũ etenim
tibi vnica & vnicè dilecta, ſũ etiã ſpiritu pau
per & humilis. ſum itidẽ omni humano deſti
tuta præſidio, nec ꝓprijs innixa viribus. hoc
vtiq; nõ humiliũ & pauperũ qualis ego ſum,
ſed ſuperborũ diuitũ eſt, q ſibiipſis fidũt. mo-
ueat etiã pientiſsima viſcera tua quod ſeq.

*Tribulationes cordis mei multiplicatæ* 18.
*ſunt: de neceſsitatibus meis erue me.*

Interiores & exteriores perturbationes ac
moleſtias, quibus angitur recenſet: quo ma-
gis Dei miſericordiã moueat. addit vlterius.

*Vide humilitatem meam, & laborem* 19.
*meum: & dimitte vniuerſa delicta mea.*

Quid in hac vita eſt, vbi nos vndiq; mala pre
munt: niſi labor & dolor? nec quicq̃ animæ
ſalubrius & efficatius, quo ſibi delicta dimit
ti obtineat vniuerſa: q̃ humilitas in cõfeſsio
ne, labor in operis ſatisfactione, & dolor in
animi cõtritione. Ex his tribus, humilitate. ſ.
labore & dolore, velut ex herbis odoriferis
& aromatibus, cõficitur antidotũ remiſsio-
nis, opere quidẽ vnguentarij ſacerdotis. nec
quicq̃ Deo humilitate gratius & acceptabi-
lius. ſic.n. ſcriptũ nouimus: humiliũ & mãſue Iudit.9.d.
torũ ſemper tibi placuit deprecatio. & illud: pſ.101.v.18.
Reſpexit in orationẽ humiliũ: & nõ ſpreuit
preces eorum. de duobus verò reliquis ait: pſ.9.ve.37.
vides qm̃ tu laborẽ & dolorẽ cõſideras: vt
tradas eos in manus tuas. trahit dñs ad ſe per
humilitatẽ laborẽ & dolorẽ pœnitẽtiæ (quã
videns approbat, & ad culpæ dimiſsionẽ ac-
ceptat) eos, qui à Deo receſſerant per ſuper-
biã, & omiſſorum ignauiam, aut malè acto-
rum complacentiam. Sequit̃.

*Reſpice inimicos meos, quoniam multipli* 20.
*cati ſunt: & odio iniquo oderunt me.*

Sic & alibi expreſsius cõqueritur dicẽs: mul Pſ.68.ve.5.
tiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei: qui
oderunt me gratis. capilli capitis eccleſiæ, q
Chriſtus eſt, ſunt apoſtoli & cæteri electi. ſi
oẽs (dicente Chriſto) numerati ſunt: nec ele- Io.15.d.
ctorũ vllus defluet à capite Chriſto. & eritis
(inquit) odio omnibus hominibus ꝓpter no
men meum: & capillus de capite veſtro non
per-



peribit. ſup hos ergo, multiplicatos eos do-
let eccleſia: quos indies inimicos & ſine cau
ſa rationabili eã odio habentes experitur. &
quæ ante dixerat: reſpice in me & miſerere
mei: nũc etiã à magiſtro perfectiõis edocta,
ꝓ perſequẽtibus & calũniantibus orat, atque
cõuerſionẽ ſibi aduerſantium petit dicẽs: re-
ſpice inimicos meos: vt ęquo amore me dili
gãt, qui odio iniquo oderũt me. Eſt.n. odiũ
iniquũ, odiũ bonum, odiũ malũ, & odiũ per-
fectũ. odiũ iniquũ, ſi bonum oderis te diligen
tem, odiũ bonum, ſi diabolũ malũ ac peruer-
ſum oderis te perſequentẽ. odiũ malum, ſi o-
deris proximũ etiã malũ, & gratis in te inſur
gentẽ. odium verò perfectũ, ſi vitium à per-
petrãte ſecernens: vitium oderis in hoĩe, nõ
hoĩem perpetrantẽ. oderis (inq̃) iniquitatẽ,
nõ naturã. & ſic demũ oderis: vt illi ex cha-
ritate bonum velis, nec ſibi quicq̃ mali ineſſe
cupias. quod ſacroſancta nũc optat eccleſia
dicens: reſpice inimicos meos &c. quippe q̃
pſ.130.ve.21 perfecto odio oderat illos. quod vtiq; odiũ,
dilectio eſt: vel dilectionis opus. Sequit̃.

21. *Cuſtodi animam meam, & erue me: nõ*
*erubeſcam, quoniam ſperaui in te.*

Videtur repetere nunc in fine illud oratiõis
initiũ: ad te leuaui animã meã, Deus meus in
te cõfido, nõ erubeſcã. dixi, & in mediũ attu
li tribulationes & anguſtias, tum interiores,
tũ etiã exteriores, quibus premor. ſed quor
ſum hæc toties repetita? Atq nõ aliò tendũt:
q̃ vt animã meã à malis oĩbus eruas cuſtodi-
asq;. & qm̃ in te ſperaui: nõ erubeſcam. inno-
centia & rectitudo cuſtodiant me: quia ſu-
ſtinui te. vel ſicut noſtri codices habent.

*Innocentes & recti adhæſerunt mihi:* 22.
*quia ſuſtinui te.*

Dixerat ſuperius, eteni vniuerſi q ſuſtinẽt te,
nõ cõfundentur, deinde ſubſumit: & te ſuſti-
nui tota die. ex quibus pręmiſsis nunc infert:
nõ ergo cõfundar ego aut erubeſcã. imò in-
nocentes & recti adhæſerunt mihi, q a ſuſti-
nui te. magna ꝓfectò vis huius expectatio-
nis, eſt.n. attractiua electorũ. nã videntes ec-
cleſiam p patientiã & cõſolationẽ ſcriptura Ro.15.b.
rum longanimen factam, & viuentem in ſpe:
multi cõuertuntur, & innocentes facti p ba-
ptiſmum, ac recti per pœnitentiam & virtu
tum exercitationem: adhærent Chriſto capi
ti & eccleſiæ, ipſiq; per fidem & charitatem
incorporantur. quo circa orationem ſuam
hoc fine claudit.

*Libera Deus Iſrael: ex omnibus tribula* 23.
*tionibus ſuis.*

Iſraelitas voco: prædeſtinatos vt Deum vi-
deant, iuxta nominis interpretationem. Hos
igitur Deus libera ex omnibus tribulationi-
bus: vt tecum regnent per infinita ſeculo-
rum ſecula amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 24.

A*D te leuaui animam meã orans. oratio quidẽ eſt mentis in* Deũ *eleuatio. dicamquè:* Deus *meus in te cõfido, nõ erubeſcam, neutiquã ſpe fruſtrata pudefiã. neq; irrideant me inimici mei, q, ſpem meam eluſeris: etenim uniuerſi qui ſuſtinẽt te, nõ cõfuudẽur. cõfundantur illi q malè agunt aut ſuperuacuè, nõ ſibi præfigentes te in finẽ ultimatum. quãobrẽ uias tuas dñe demonſtra mihi: & ſemitas tuas edoce me, ut per timorem pariter & amorem, greſſus meos ad te dirigere ualeã. tu etiam dirige me in ueritate tua. Reminiſcere miſerationum & miſericordiarum tuarũ antiquarum: & delicta iuuentutis meæ procacis, audacis, & laſciuientis, atq; ignorantias meas ne memineris ut ſeuerè puniãs: ſed ſecundũ miſericordiam tuam memento mei tu, quia bonus es, dulcis quidem & rectus dñs: qui ſuauem legem dabit, ut uiæ ſint atque ſemitæ delinquentibus in uia: quibus redire poßint ad uiam iuſtitiæ reſipiſcentes. Diriget utiq; manſuetos in iudicio: ut eligenda rectè iudicent et fugienda. Atq; (ut rem paucis abſoluã) docebit mites uias ſuas: per quas dñs incedere conſueuit. nam uniuerſæ uiæ dñi: miſericordia & ueritas quæ etiam iuſtitia ſolet appellari: requirentibus teſtamentum eius & teſtimonia eius. quæ nobis item ſcripto reliquit: ut innoteſcat quemadmodum ipſi uelit inſeruiri. Has igitur uias ingrediatur homo neceſſe eſt, & propriam miſeriam agnoſcens ad miſericordiam currat dicens: propter nomen tuum dñe propitiaberis peccato meo, multum eſt.n. q, ſi quæras, quis eſt qui hoc faciat homo? Reſpondebo tibi: qui timet dñm, cui legem ſtatuit in uia quam elegit. nempe anima eius, in bonis æternis demorabitur. & eiuſdem timoris ac fidei ſucceſſor atque imitator, hæreditabit terram uiuentium, ita dño promittente, qui fallere neſcit. quoniam firmamentum eſt dñs timentibus eum: & teſtamentum ipſius ut manifeſtetur illis. huius rei gratia, oculi mei ſemper ad dñm fixi erunt: quoniam ipſe euellet de laqueo pedes meos, ut expeditior per uiam ſalutis incedam. atque in te dñe ex animo proiectus dicam: reſpice in me & miſerere mei, cùm his quæ ad finem uſque ſequuntur. tu igitur dñe faue, da mercedem ſuſti-* Eccle.36.c.
*nentibus te. nam innocentes & recti adhæſerunt mihi, quia ſuſtinui te. tuum erit, q, liberes electos in te confidentes, ex oĩbus tribulationibus ſuis: eosquè à malis & nocentibus ſegreges atque diſcernas.*

## PSALMVS 25.

*IVdica me dñe, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum: & in dño ſperans, non infirmabor.*

Titulus eius eſt: pſal. Dauid. adeò ſimplex:
vt ipſe ſibi ſit expoſitio. Cõgratulatur eccle-
ſiæ in proximo trãſacto pſal. ꝙ innocẽtes &
recti ſibi adhæſerint per fidẽ, quæ ꝑ dilectio
nem operaẽ: nunc verò pſaltes, ꝙ eorũ quiſq;
ſecernatur à malis, petentẽ illã inducit, ne al
terius viſco & cõtagio infirmeẽ alter, qui in
ſuæ innocentiæ bono ingreſſus eſt, & ita in
dño ſperãs credit nõ infirmari. Eſt. n. pericu-
loſa nimis malorum cõmunio, & cõuerſatio
peſsimorũ, quorũ corrupti mores inficiũt in
cautos. nõ ergo innocẽter agens, quaſi arro-
gãter de ſe cõfiſus homo iudicari petit: ſed
à malis ſecerni poſtulat. vt q̃ ſanctã eccleſiã
in innocentia ſibi à dño per baptiſmũ colla-
ta, & ideò ſua, ingreſſus eſt: ſperãs in dño dũ
taxat, vt verè innocẽs nõ infirmetur, ſicut re
pſ.145.ve.2. liqui cõfidentes in principibus, in filijs homi
num in quibus nõ eſt ſalus, & cũ ipſis portio
Pſ.42.ve.1. nẽ accipiat. Sic etiã alibi ait: iudica me Deus,
& diſcerne cauſam meã de gente nõ ſancta.
ac ſi dicat: nõ ſit eadẽ cauſa, quorũ nõ eſt ea-
dem vita, nec eadẽ via meritorum. Ij. n. recta
ingrediũtur & gradiũtur: illi verò qui & pec
catores, & ſi recta ingrediũtur: non tñ recta,
ſed obliqua gradiũtur via. nec inſeparabili &
cõſtanti ꝓpoſito adhærent Chriſto & eccle-
Rom. 8.a. ſiæ: vtì Paulus, qui aiebat: quis nos ſeparabit à
charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an
fames, an nuditas, an periculũ, an perſequu-
tio, an gladius? certus ſum (inquit) ꝙ neque
mors, neq; vita, neq; angeli &c. neq; creatu-
ra alia poterit nos ſeparare à charitate Dei,
quæ eſt in Chriſto Ieſu dño noſtro. Meritò
igitur is, qui in innocẽtia ſua ingreſſus eſt: ab
alijs qui iniuſtè agunt, ſecerni petit: ne ipſo-
rũ colloquio & cõuictu corrũpaẽ. nã quod
1 Cor.15.e. ex Menãdri ſenario adducit Paulus: verũ eſt.
Gal.5.b. Corrũpunt (ait) mores bonos colloquia ma-
1.Cor. 5. c. la. & iterũ: neſcitis ꝙ modicũ fermentũ totã
maſſam corrũpit? atq; ipſemet pſaltes alibi
pſ.100.ve.4 ait: faciẽtes præuaricationes odiui. ſuperbo
oculo & inſaciabili corde: cũ hoc nõ edebã.
quid plura? totũ prorſus cõſumit pſalmũ, ma
lorum hominum communioni interdicens
(vt aiunt) aqua & igne. Sequitur.
2. *Proba me domine, & tenta me: vre re-*
*nes meos, & cor meum.*
Tentari petit vt probetur: non vt reprobeẽ.
tẽtari, ſed à Deo. vt ſemetipſum agnoſcẽs: &
ꝓficiat ad eruditionẽ, & ꝙ ab alijs ſit cogni-
1.Cor. 10.c tus: cedat in gloriã Dei. tẽtari petit à dño: ſed
in gloriã Dei. tẽtari petit à dño: ſed tñ vt fa-
ciat cũ tentatione ꝓuentum. vt ſibi tentatio
ſit meritũ: & alijs meritorũ exemplũ. petit
etiã vt renes & cor, qui malorũ omniũ origi
nes & primarij fontes ſunt, vnde ea exeũt q̃
innocẽtiæ nouercanẽ: cauſtico piꝫ tribulatio
nis examine vrat. vt carnalibus deſtructis de
lectationibus, atq; illicitis cogitationibus re
ſecatis: ſit præparatus animus ad tentationẽ:
& ſpiritu timoris dñi atq; amoris igne ſuccẽ-
ſis his quæ poſſent eſſe impedimẽto reportet
de tentatione triumphũ. Nec. n. nudus & in-
ermis hoc bellũ aggredi cupit, aut proprijs
viribus cõfidẽs: ſed innocentiæ ſtola veſtit⁹,
quæ ſibi ſit ꝓ torace: & miſericordia dñi atq;
iuſtitia vallatus. quod ſubdit dicens:
*Quoniã miſericordia tua ante oculos me-* 3.
*os eſt: & complacui in veritate tua.*
Attẽde (obſecro) homo, vt cõplaceat tibi iu-
ſtitiã Dei ſemper meditari: ne in peccatũ de
cidas. Id. n. tibi maxime cõducet, ac te cautũ
& vigilẽ reddet: ne vel in lethali minimo ꝓ
viribus offendas, & innocentiã perdas. ꝙ ſi
fortè labaris, miſericordiã dñi ob oculos ha-
beto, ne deſperes. Cui innixus: pugna vt re
ſurgas, & innocentiã perditã reſtaures, ac re-
ſtauratã cõſerues. hoc vnũ primũq; & maxi-
mũ in genere. deinde ad ſpeciẽ deſcẽdens: fu
ge tibi aduerſantia, & declina iniquorũ con-
ſortia, nec illorum impijs perinde ac vanis
(& ſi tranſiens audias) quaſi ſedens delecte-
ris, & acquieſcas conſilijs. Ideò ait:
*Non ſedi cum conſilio vanitatis: & cum* 4.
*iniqua gerentibus non introibo.*
Certè multa cauere debet, qui innocentiã in
qua ingreſſus eſt, ſeruare cupit. operæpreciũ
eſt. n. nõ ſedeat cũ cõſilio vanitatis huius ſe-
culi: ne cupiditate illectus (iuxta apoſtolũ) 1.Thi.6.
cũ his q̃ cupiũt diuites fieri, incidat in tenta
tionẽ & in laqueũ diaboli, & deſideria multa
& nociua, quæ mergũt hoĩes in interitum &
perditionẽ. Radix. n. omniũ malorũ eſt cupi
ditas. quid nãq; ſedẽti in cõſilio vanitatis, va
ni illius ſenatores cõſiliari poterũt, q̃ vanita-
tẽ? quorũ cogitationes vanæ, loquutiones va
næ, cor vanum, & opera ipſa vana. de quibus
oĩbus ait pſaltes: dñs ſcit cogitationes homi Pſal.93.v.11
nũ qm̃ vanæ ſunt. & vana loquuti ſunt vnuſ- Pſ.11. ve. 2.
quiſq; ad ꝓximũ ſuũ: cor quidẽ eorũ vanum pſ.5.ve. 10.
eſt. vani deniq; filij hoĩum, & mẽdaces in ſta pſ.61. ve. 9.
theris: vt decipiãt ipſi de vanitate in idipſũ.
q̃ ergo in innocẽtia ingreſſus eſt: videat ne ſe
deat cũ cõſilio vanitatis, nec cũ iniqua gerẽ-
tibus ſatagat introire. ne decept⁹ ꝑdat quod
habet: & promiſsis fruſtretur. Sequiẽ.
*Odiui eccleſiam malignantium: & cum* 5.
*impijs non ſedebo.*

Impij



Impij & malignãtes, hæretici ſunt. quorũ ab
ominabilẽ eccleſiã & cõgregationẽ iniquam
1.Th.2.c. odit innocẽs, & deteſtatur ſanctus. Eſt. n. vi-
tãda quia nociua eſt. nã (vt apoſtolus ait) ſer-
mo eorũ vt cancer ſerpit. cuius rei gratia, in
Leui.5.a. Leuitico dicitur in figura: aĩa quæ tetigerit
aliquid immundũ, ſiue quod occiſum à beſtia
eſt, aut per ſe mortuũ, aut quodlibet aliud re
ptile: immũditiæ ſuæ rea eſt, & deliquit. Idq;
iſdẽ Paulus, vbi fermẽti analogiã aſſumpſit,
1Cor.5.c. d ſic apertius Corinthijs ait: ſcripſi vobis in e-
piſtola, ne commiſceamini fornicarijs &c. &
paucis interiectis ſubdit: cũ huiuſmodi nec
cibũ ſumere. cui nũc impiorũ dãnabili cõgre
gationi nuſquã ſe conſenſurũ proteſtatur vir
ſanctus dicẽs: cũ impijs nõ ſedebo. quinpoti⁹
6. *Lauabo inter innocentes manus meas: et*
*circundabo altare tuum domine.*
Lauat inter innocentes manus ſuas, q̃ probè
agit, & ſic opera ſua (per manus deſignata)
diſponit: vt meritoria ſint in eccleſia ſancto-
Apo. 22. c. rum, in cõcilio iuſtorũ & cõgregatione, in-
pſ.57. ter eos q̃ lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine agni,
& manus ſuas in ſanguine peccatoris. Ibique
circuit altare dñi, ſiue crucifixũ ſiue crucis
arã intelligas, ſupra quã ſeſe dñs patri obtu-
lit in holocauſtum. Sequitur.
7. *Vt audiam vocem laudis: & enarrem*
*vniuerſa mirabilia tua:*
Sunt qui nõ audiã, ſed audiri faciã, interpreta
ti ſunt: & tũc apertiſsimus eſt verſiculorum
ſenſus. atquì memoria vel his maximè retinẽ
dus, q̃ ad altare Dei accedunt, vt miniſterio
fungaẽ, quos mundos eſſe oportet, ne cæte
ris fidelibus ſcãdalo, & ſibiipſis ſint perpetuꝫ
dãnationi, quin rectè potius Dei laudẽ à cir-
cũſtante populo audiri faciãt, ipſiq; dignè mi
rabilia eius enarrẽt. noſtri tamẽ codices, au-
diã habẽt. porro audit, q̃ mũdus & lotus eſt,
aſsiduas voces, Deo depromentiũ laudes: &
cõiunctus pſallẽtibus, enarrat vniuerſa mira
bilia ſua, quemadmodũ eccleſia ſancta & im-
maculata diffuſa ꝑ orbem, mirabili cordis &
oris cõcentu, in dies facere cõſueuit, & qui-
dẽ à ſpiritu ſpõſi ſui Ieſu Chriſti edocta. quæ
cũ mũda ac per hoc illi grata ſit: nõ veretur
illud audire, quod Deus peccatori dixiſſe
Pſ.46. v.17. fertur: quare tu (inqt) enarras iuſtitias meas
&c? quinimò audacter aſſumit teſtamentum
Dei per os ſuũ. quod vtiq; inter alia, nõ me-
diocrẽ cõfert eccleſiæ Dei pulchritudinẽ &
decorẽ: ita vt mirũ in modũ, fideliũ corda &
affectus ad ſui dilectionẽ trahat. Et ſicut ſire
narũ cantus (ferunt) traxiſſe nautas in ſaxa ꝑ
cipites: ſic è diuerſo, verè ſacroſancta mater
eccleſia, corda filiorũ ſuorũ ſurſum erigit ele
uatq; cãtu ſuo, excitat ſõnolentos, accendit
tepentes. Iure igitur ait vir ille, qui eccleſiã
Dei in innocentia ſua ingreſſus eſt:
*Domine dilexi decorem domus tuæ: &* 8.
*locum habitationis gloriæ tuæ.*
Quãtus ſit eccleſiæ decor, vel ex hoc argu-
mento diſce, ꝙ ſpecioſus forma præ filijs ho pſ.44.ve.13.
minũ: ipſeq; rex cõcupiuit decorẽ ſuum, cui
fortitudo & decor indumentũ eſt. quãobrẽ Pro.31.
hic innocẽs ait: dñe dilexi decorẽ dom⁹ tuꝫ:
& locũ habitationis gloriæ tuæ. imò ideò di
lexi domũ: ꝙ ſit locus habitationis tuæ. plu
res quidẽ ſunt domus Dei in quibus habitat.
quippe qui habitat in cælo, inter triumphan
tes. habitat in terra, inter militãtes. habitat in
iuſtis, ꝑ gratiã. habitat in humanitate aſſum-
pta, per hipoſtaticã vnionẽ. habitauit in vte-
ro virginis, per carnis aſſumptionẽ. vbi vt in
habitet gloria in terra noſtra: miſericordia &
veritas obuiauerũt ſibi, iuſtitia & pax oſcula Pſ.84.ve.11.
tæ ſunt, dũ veritas de terra orta eſt, & iuſti-
tia de cælo proſpexit. quẽ vtiq; locũ (ait in-
nocẽs) dilexi nimis: eò ꝙ ſit locus habitatio
nis gloriæ tuæ. qui oẽs ſenſus & ſi veri ſint,
& vnaquæq; domus decora & dilectione di
gna: pſaltes tñ in ſpiritu eccleſiam militantẽ
dũtaxat in obiectũ dilectionis prætẽdit. Seq.
*Ne perdas cum impijs Deus animã meã:* 9.
*& cum viris ſanguinum vitam meam.*
Ecce is, qui odiuit eccleſiã malignantiũ, & di
lexit decorẽ domus, atq; locũ, vbi Chriſtus
noſciẽ habitare: vidẽs electos (dũ in hoc cor
pore peregrinãtur à dño) cõmixtos eſſe im-
pijs ſanguinarijs ac ſceleratis, nõ quidẽ me-
ritò, ſed corporali conuictu, velut in ſagena
ex omni genere piſciũ cõgregante: ꝓpoſitũ
in principio pſal. thema ꝓſequiẽ: & ſe ab im-
pijs ſecerni flagitat, ſaltẽ poſt huius vitæ cur
ſum, quũ reddet Deus vnicuiq; ſecundũ ope
ra ſua dicẽs: ne ꝑdas cum impijs &c. vbi prꝫ
cipuos ac maiores nominat, obidq; maximè
fugiẽdos, ꝙ impij ſint & crudeles, qui ex dia
metro magis charitati aduerſari videnẽ. quo
rum opera & intẽtio corrupta ſunt, ita vt ni
hil boni agãt, nec benè, de quibus ſubiungit:
*In quorum manibus iniquitates ſunt: de-* 10.
*xtera eorum repleta eſt muneribus.*
Impiè atq; iniuſtè agũt: q̃ ꝓ oblato vel acce-
pto munere, operanẽ iniquitatẽ. quod maxi-
mè circa iuſtitiã exequendã & patrocinium
præſtandum in multis videre licet. At cõtra,
innocens manibus & mundo corde eſt: cuius
opera recta, & rectæ intentionis tramite in
Deum tendunt. is vtiq; iure ait:
*Ego autem in innocentia mea ingreſſus* 11.

 *ſum:*

11. *ſum:redime me, & miſerere mei.*
Vtì prius dixerã: innocẽs ingreſſus ſum. nec
tñ hoc innocẽtiæ munus ideò mihi aſcribo:
quòd meam dixerim innocentiam. Eſt enim
mea : eò ꝙ à te mihi per miſericordiam do-
nata ſit.nec aliter, quàm ſi me redemeris &
miſertus fueris , in innocẽtia potero perma-
nere.tu me ergo redime , & miſerere mei.
Sequit̃.

*Pes meus ſtetit in directo: in eccleſijs be-* 12.
*nedicam te domine.*
Pes meus dexter , amor meus eſt,qui trahit
ad ſe ſiniſtrum.&is pes meus rectè graditur,
omniſque animæ meæ affectio in te vnum
velut in ſcopum tendit. tu igitur mihi faue-
to.& qui dediſti boni initium , da finem : vt
in eccleſijs benedicam te domine:cui ſit ho-
nor & gloria in ſeculorum ſecula, amen.

EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 25.

*IVdica me dñe,quoniã ego in innocẽtia mea ingreſſus ſum uias tuas:tibi fidens,& te expectãs.
proba me dñe,& tenta me: non ut ſcias,qui me iam noſti,ſed ut ſciam, quã debilis ex me ſim,
qui ſine te reſiſtere nequeam tentationi:quamquè in te fortis , qui uictor euadam. Vre re-
nes meos & cor meum,qui interioris & exterioris hominis innocentiam perſequuntur , & in miſeriã
me deijcere conantur:dum carnem adiuuant,aduerſus ſpiritum militantem.quoniã miſericordia tua an
te oculos meos eſt:cui innixus,à peccato reſurgam (ſi prolabi cõtingat in ipſum) nec in deſperationis
barathrum deſcendam unquã:ob idq; tibi cõplacui in ueritate tua.& quaſi uocem illam audiuerim meis
auribus intonantem:recedite,recedite,exite inde , pollutũ nolite tãgere:exite de medio eius &c. decli* Eſa.52.d.
*naui conſortia iniquorum,& ſanctorum cõmunionem cõplexatus ſum. non ſedi cum conſilio uanitatis:
& cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui eccleſiam malignantium,& cum impijs non ſedebo:quin
lauabo potius inter innocentes manus meas. eorundem opera imitatus: & circundabo altare tuum dñe
qui Chriſtus eſt,per quem tibi gratus ero:& pio pariter atq; cõmuni uoto, audiam uocem laudis tuæ,
ut enarrem uniuerſa mirabilia tua. nimirum dilexi decorẽ domus tuæ, nec aliorum quã domeſticorum
tuorum cohabitationem quæram aut ſocietatem:ubi mutua dilectio, & ueræ charitatis coagulum eſt.
ne perdas(obſecro)cum impijs Deus animam meam, quorum acta deteſtor,eò q, gradiuntur uia non* pro.2.b.
*bona,lætantur cũ malè fecerint & exultant in rebus peßimis. ego autem in innocentia mea ingreſſus
ſum:redime me & miſerere mei.ecce te miſerante,pes meus ſtetit in directo,nec diuerticula quæro,aut
conuenticula hæreticorum:ſed in eccleſijs benedicam te domine,cuius protectione uiuam.*

PSALMVS 26.

*DOminus illuminatio mea, & ſa-
lus mea: quem timebo?*
Cuius titulus eſt:in finẽ pſal. Dauid,
priuſq; liniretur. & ſi Dauid ſanctus tertio vn
ctus fuerit in regẽ ſuper vniuerſum populũ
Iſrael,& ante hic vltimã vnctionẽ pſalmum
cõdiderit,quaſi præparatoriũ quoddã, diſpo
ſitiuũ ad huiuſmodi vnctionẽ & benedictio-
nem,vtì eius titulus innuere videt̃: aliud tñ
longè altiùs præſignabat:vnctionẽ illã.ſ. qua
Chriſtus vnctus eſt à patre ſuper populũ ſuũ
verum Iſrael, quẽ ſibi elegit ante mũdi cõſti
tutionem,cõſtitutuſq; eſt in caput regẽ & ſa
cerdotẽ. in quo & nos vti mẽbra ipſius,oleo
lętitiæ,fide,ſpe,& charitate, cæteriſq; habiti
bus infuſis,virtutibus, ac donis inũgimur in
baptiſmo , ipſiſq; velut quodã ſupernaturali
lumine illuſtramur:dũ depulſis peccati tene
bris,atq; animæ infirmitate & (quã cõtraxi-
mus)debilitate depoſita:ſalus nobis datur &
robur. Inungimur ſecũdo in cælo,gloria ani-
mæ:quũ interius beatificamur:& poſt reſur-
rectionẽ etiã tertio liniemur:exterius gloria
in corpus redũdante.nũc igitur qui primum
per baptiſmum Chriſto capiti incorporatur
eiuſq; membrũ efficitur, vt Chriſtianæ mili-
tiæ adſcribatur ait:dñs illuminatio mea &c.
ſiue interrogantis ſiue aſſerentis ſint verba:
ſenſus vterq; cohæret.ac ſi dixerit:Dei perfe Deu.32.a.
cta ſunt opera.ſi ergo ipſe illuminat: deiſcũt
tenebræ.ſi ſanat , egritudo fugatur. ſi deniq;
protegit: permanẽt ipſa dona, & in ſuo eſſe
perſtãt.eſt.n.ipſe creator , bonorũ largitor,
& conſeruator. ꝙ ſi ita res habet: quid eſt ꝙ
trepidẽ aut timeã, eo dempto, qui illumina-
tio, ſalus & protector meus eſt?hunc ſolũ ti
mebo filiali ac reuerentiali timore. nẽpe vi-
uit anima,quũ illuminatur fide,quæ per dile
ctionẽ operatur,ſicut ſcriptũ eſt: iuſtus ex fi
de viuit.& ſanat ipſam dñs ab omnibus infir
mitatibus,redimitq; de interitu vitã ſuã, per
charitatẽ quæ operit multitudinem peccato
rum.& ita vita ꝓtegitur nunc in ſpe:quæ de
mũ coronabitur in re.His ergo fulctus ait:nõ
eſt ꝙ timeã,trepidẽ aut formidẽ.cur mori ti
meã:ſi dñm vitæ meæ habeam protectorem,
quem eiuſdem habui largitorem? Sequit̃.

*Dñs protector vitæ meæ: à quo trepidabo?* 2.
Audi iam hoc mirabile.

*Dum appropiant ſuper me nocentes : vt* 3.
*edant carnes meas.*
Mira res.appropiant hæretici,fingentes ſe in
caulis ouium eſſe,& intra ouile eccleſiæ ſub
paſtore Chriſto,accedunt,nõ vt cũ alijs ꝓfici
ant;



ant:ſed vt ſimplicibus noceãt, carnes eorum
deuorare cupiẽtes,& vitã temporalẽ aufer-
re:cũ tñ animas nõ poſsint perdere in gehe-
nã:q̃ teſtimonijs cõuicti,infirmant̃ & cadũt,
vel cũ pertinacia pereũt , vel humiliati reſi
piſcũt.de triplici ergo inimicorũ genere agẽs
ait:dũ ap ꝓpiant ſuꝑ me nocentes demones
ꝑ ſuperbiã:q̃ ſubtus me ſunt per Dei iuſtitiã.
Dũ appropiãt(inq̃)per callidas immiſsiones
ac ſuggeſtiões:vt carnalibus meis affectioni-
bus ſaturentur : qui longè ſunt natura atque
damnatione.quid tunc? Sequit̃.

4. *Qui tribulant me inimici mei: ipſi infir-*
*mati ſunt, & ceciderunt.*
Ij profectò inimici mei,qui tribulãt me ten-
tãtes quaſi infirmũ,infirmant̃ ipſi, & victi ca
dunt,quum dñm vitæ meę ſentiunt protecto
rem. Sequit̃.

5. *Si conſiſtant aduerſum me caſtra: non ti*
*mebit cor meum.*
Per caſtra,mundũ intelligit , & omne quod
1.Ioan. 2.d in mũdo eſt:quod concupiſcentia carnis eſt,
& cõcupiſcentia oculorũ , & ſuperbia vitæ.
quæ etſi oẽs aduerſum me cõſiſtant caſtrorũ
acies deordinatæ:nõ timebit cor meũ valla-
tũ fide & aliarũ virtutum magna ſtipante ca
Can.6.a. terua:terribili quidẽ,vt caſtrorũ acies ordi-
nata,ſub duce Chriſto , qui ꝓtector eſt vitæ
meæ.pelliciat igit̃ mundus quantũ volet ſeu
minetur:nõ illecebræ,aut vllus cor meũ ter-
ror inuadet.nam ſi dominus protector vitæ
meæ:à quo trepidabo? Sequit̃.

6. *Si inſurgat aduersùm me prælium: in hoc*
*ego ſperabo.*
Hoc bellũ,pluſquã ciuile eſt,domeſticum ſci
licet & inteſtinũ: quo caro propria cõcupi-
ſcens aduersùs ſpiritũ,me quotidiè collaphi
zat,ſuiſq; ſtimulis igniculis & incendijs in-
quietat:ita vt cogar cũ Paulo ter dñm roga-
re,hæc diſcedat à me aduerſatrix.inſurgat tñ
vt volet:in hoc ego ſperabo,qui dicet:ſuffi-
2.Cor.12.c. cit tibi gratia mea,nã virtus in infirmitate ꝑ
ficitur.eſt.n.materia exercẽdæ virtutis infir
mitas:atq; occaſio ad perfectionẽ illius per-
ueniendi. Inſurgat ergo ꝓcax illa,audax & in
uerecũda,atq; inopinato & repentino impe-
tu(vt ſolet)aduersùm me præliũ moueat,ſen
ſus cõcitet pedeſtres, & ipſa equo ſuo inſi-
deat:in hoc ego ſperabo,qui in chamo & fre
pſ.31.ve.12. nõ maxillas eorũ cõſtringet,qui nõ approxi
mãt ad ſe.nẽpe is improbos oẽs ſedabit mot⁹
idẽ impetuſq; pacabit.nã(ſicut id pſaltes ait)filij
pſ.77.ve.12. Ephren intendẽtes & mittẽtes arcũ,carnales
.ſ.ſenſus laſciui & petulantes , conuerſi ſunt
in die belli.in hoc igitur ſperabo , qui pro-
tector meus eſt : quique ſubdit populum Pſ.143. ve.3
meum ſub me. Sequit̃.

*Vnam petij à dño,hanc requiram: vt in* 7.
*habitem in domo domini omnibus die-*
*bus vitæ meæ.*
Audi iã nũc eccleſia ſancta Dei, auſculta pa-
rumꝑ,quæ ſolicita es & turbaris erga pluri-
ma:vt ſaluti cõſulas filiorũ tuorum,in hac la
chrimarũ valle degentiũ.arrige aures,ad vo-
cẽ ſponſi tui loquẽtis. porro vnũ tibi eſt ne- Luc.10.g.
ceſſariũ.tu vna ſpõſa,vna colũba, vna formo Can.6.b.
ſa & perfecta:& Deus tuus vnus eſt. Ille vn⁹ Deut. 6.a.
tibi:& tu vna illi.vnũ corpus (ait apoſtolus) Ephe.4.a.
& vnus ſpiritus,ſicut vocati eſtis in vna ſpe
vocationis veſtræ.vnus dñs,vna fides,vnum
baptiſma, vnus Deus & pater omniũ,q̃ ſuper
oẽs & per oĩa & in omnibus nobis.Porro v-
nũ tibi eſt neceſſariũ,& illud optimũ. quod,
ſimulatq; tibi collatũ fuerit:nõ auferetur.pul
ſa igitur,hoc pete,hoc require:quia hoc ens,
hoc bonũ,hoc verũ,hoc deniq; trãſcendens.
vbi eſt pax Dei, quæ exuperat oẽm ſenſum. Phil.4.b.
quippe cæleſtis eſt illa Ieruſalẽ, quæ ſurſum
eſt,quæ libera eſt,quæ & ſoror tua eſt,& ma Gal.4.d.
ter noſtra. Ibi vera quies,& pulchra habita-
tio.domus quidẽ nõ manu facta : ſed æterna 2.Cor.5.a.
in cælis.nã & in hoc ingemiſcimus(ait iſdem
Paulus)habitationẽ noſtrã quæ de cælo eſt,
ſuperindui cupientes:ſi tñ veſtiti & nõ nudi
inueniamur.hac igit̃ ſuauiloquẽtia, & inter-
na inſpiratione edocta:in hæc verba prorũ-
pit eccleſia: vnã petij à dño,hãc requirã.ꝙ ſi
roges,quæ res illa vna ſit,quam prætermiſsis
omnibus,& petij & requirã? dicã ſtatim: vt
inhabitẽ in domo dñi omnibus diebus vitæ
meæ.hãc quotidiana oratione petij, & hanc
bonis operibus requirã habitationẽ : vt quæ
nunc in tabernaculo & tentorio militantiũ
habito,inhabitem iã ſecura in domo dñi , Et
quæ nũc annos pugnę & peregrinatiõis meę
viuo:poſt emeritã militiã,inhabitẽ in domo
dñi oĩbus diebus vitæ meæ. Id qdẽ reſiduum
vitæ : æternum erit. Ecce ſponſum meũ ante
quã pateret̃ dicentẽ audiui:quærite ergo pri Mat. 6.d
mum regnum Dei & iuſtitiã eius.& poſt glo
rioſam illius reſurrectionem , apoſtolum e-
ius Paulum Coloſſenſes hac concluſione ſi-
mili commonentem: igitur ſi conſurrexiſtis
cum Chriſto,quæ ſurſum ſunt quærite , vbi Colo. 3.a.
Chriſtus eſt,in dextera Dei ſedens.quamob-
rem hanc mihi domum in ſcopum deſiderij
mei, & finem ac terminum peregrinationis
propoſui & ſtatui:hanc requiram,contendẽs
ſiue abſens ſiue pręſens,placere illi.Sed quor
ſum hæc requiras rogo?adeſt in promptu re
ſponſio.

vt

8. *Vt videam voluntatem dñi : & viſitem templum eius.*

Vel quod quidã tranſtulerũt, vt videam pul
chritudinẽ dñi. nulla.n. maior pulchritudo
domus:quã ꝙ ſemper in ea volũtas dñi fiat.
Attende nunc ergo ad optatæ illius atq; in-
ſtãter petitæ & requiſitæ habitationis ſco-
pũ,vltimatũq; finẽ. vt videã(inquit) volunta
tẽ diuini beneplaciti,quæ efficax eſt,nec ſibi
poterit obſiſtere quicq̃,quominus adimplea
Pſ.134.ve.6. tur,iuxta illud pſal. oĩa quæcunq; voluit dñs
fecit in cælo & in terra , in mari & in omni-
bus abiſsis.de qua volũtate apoſtolus Rom.
Rom.12.a. ait:renouamini in nouitate ſenſ⁹ veſtri,vt ꝓ-
betis quæ ſit voluntas Dei bona & bene pla-
cens & perfecta. & viſitẽ tẽplum eius, quod
vtiq; in domo dñi(iuxta verbũ Ioan.in apo-
Apoc.21.d. calipſi)dñs Deus omnipotẽs,templum illius
eſt & agnus.quod (rogo) aliud eſt illud vnũ
inhabitantiũ in domo dñi bonũ:q̃ videre vo
Colo. 1. c. luntatẽ dñi,& templũ eius(quod eſt Chriſt⁹)
Colo.2. b. viſitare?quia in ipſo(vt Paulus ait) cõplacuit
oẽm plenitudinẽ diuinitatis inhabitare. vtrũ
que.n. Chriſtus apud Ioannẽ, mira verborum
Io.17 a. epitome cõplectitur dicẽs: hæc eſt autẽ vita
æterna,vt cognoſcãt te ſolũ Deũ verũ,& quẽ
miſiſti Ieſum Chriſtũ. nẽpe in primis verbis
diuina eſſentia,quæ & æterna voluntas ex-
primitur:in reliquis verò diuinitatis templũ,
qui homo Chriſtus eſt. Sequit̃.

9. *Quoniã abſcõdit me in tabernaculo ſuo: in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.*

Iã rationẽ reddit quo iure quauè cauſa,rẽ illã
vnã petierit à dño,vt inhabitãs in domo, vi
deat volũtatẽ dñi,& viſitet tẽplũ eius.qm̃ ab
abſcõdit me(inq̃t)in tabernaculo ſuo. æquũ
ſiquidẽ eſt,videã in lumine gloriæ:quẽ credi
di in abſcõdito enigmate fidei. videãq; in a-
perto:quod credidi in occulto. & quæ ꝓte-
cta in abſcõdito tabernaculi,in die malorum
audiui,hæc videã bona reuelata facie in ter-
Pſ.83.ve.10. ra viuentiũ,habitãs in domo dñi,in die bono
rũ.quæ dies vna melior eſt in attrijs eius, ſu-
per millia.nã quũ venerit quod perfectũ eſt
1.Cor.13.c. (ait Paulus) euacuabitur quod ex parte eſt.
videmus nũc per ſpeculũ in enigmate:tũc au
tẽ facie ad faciẽ.Nũc cognoſco ex parte:tũc
autẽ cognoſcã ſicut & cognitus ſum. Ait er-
go:abſcondit me in tabernaculo ſuo, qui me
Gen. 3. c. olim lege naturæ ductũ,abſcõditum vidit in
Num. 16.f. medio ligni paradiſi,& vocauit. hinc iure pe
tij vt inhabitẽ, videã,& viſitẽ. Ius etenim fi-
dei eſt:vt ipſi euacuatæ,ſuccedat clara uiſio,
vtì ſpei tẽtio. fides nãq; abſconditũ huius ta
bernaculi eſt:in quo militamus. in cuius rei
figura Moyſes & Aarõ ſeditionẽ ac tumultũ
populi fugientes:in tabernaculũ fœderis ſe-
ceſſerũt,vbi opti nube,à dño protecti ſunt.
At ſi tabernaculi noĩe,Chriſti humanitatẽ ac
cipias:abſcõditũ tabernaculi,diuinitas eſt, in
humanitate latẽs,iuxta illud Pauli de Chri-
ſto dicentis:in ipſo inhabitat oĩs plenitudo Colo.2.b.
diuinitatis corporaliter,in quo ſunt oĩs the-
ſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſcõditi.& iterũ:
loquimur Dei ſapientiã in myſterio, quę ab 1.Cor.2.a.
ſcõdita eſt. qñ ergo diuinitatẽ credimus in
Chriſto:fides noſtra deliteſcit in abſcondito
tabernaculi.credentes autẽ verã hoĩs naturã
verbo vnitã:abſcõdimur ꝑ fidẽ in tabernacu
lo Dei,quod in ſole poſuit. & ita fide viui-
mus ꝓtegimurq; in die malorũ,in tabernacu
lo & in abſcõdito tabernaculi,qui dies huius
ſeculi eſt:qa inſtãtia & quotidiana mala nun
q̃ nos infeſtare deſiſtũt.de quo die Chriſtus
ait:ſufficit diei malitia ſua.& eius apoſtolus Mat.6.d.
Paulus:accipite armaturã Dei: vt poſsitis re Ephe. 6.b.
ſiſtere in die malo.& iterum:Redimẽtes tem Eph.5.d.
pus,qm̃ dies mali ſunt. iſdemq; pſalmogra-
phus:beatus homo quẽ tu erudieris dñe , & Pſ.93.ve.11
de lege tua docueris eum : vt mitiges ei à
diebus malis. Sequit̃.

*In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum ſuper inimicos meos.* 10.

Deus bone? tu(nec.n.fallor) abſcõſionẽ hãc,
protectionem & exaltationẽ,in fide media-
toris Chriſti Ieſu futurã:Moyſi ſeruo tuo lõ
gè ante ꝑ hęc verba etiã deſcripſiſti depinxi-
ſti & ꝑſignaſti.Ecce(ais)eſt locus apud me, Exo.33.d.
& ſtabis ſupra petram.cumq; trãſibit gloria
mea:ponã te in foramine petræ , & ꝓtegam
dextera mea donec trãſeã.porro locus apud
Deum,humanitas Chriſti eſt,in qua plenitu- Colo.2.b.
do diuinitatis corporaliter inhabitat. petra
etiã Chriſtus (ſic apoſtolo interpretãte) vel 1.Cor.10.a
fidelis firma & orthodoxa de diuinitate chri
ſti cõfeſsio,ſupra quã eccleſia ędificat̃.& Mo Mat.17.c.
ſes , hoc eſt , de baptiſmali aſſumptus aqua
(quod Moſes interpretat̃ ) ſtat ſupra petrã.
nã ſi ſecus,cadet.cũq; trãſiret gloria Dei,chri
ſtus.ſ.q & gloria patris eſt in hunc mundum
veniens:ponit̃ Moſes hic fidelis in forami-
ne petræ,hoc eſt, in anguſto & ſubobſcuro
lumine fidei:quæ meritò petræ foramẽ dici
poteſt : eò quòd Chriſti reuelatio ſit,iuxta
illud Ioannis : Deum nemo vidit vnquàm, Io.1.b.
vnigenitus filius qui eſt in ſinu patris : ipſe
enarrauit. & ſic poſitus ſupra petram , pro-
tegitur dextera diuinitatis : dum fide poni-
tur in tabernanculo ſeu tentorio , & in ab-
ſcondito tabernaculi,donec tranſeat, id eſt,
ad terminũ huius viæ perueniat.tunc.n.eua-
cuabitur fides, beatifica ſuccedente viſione.
Et qui nũc ſupra petrã poſitus vt viator , &
in abſcondito tabernaculi abſcõditus,per fo
ramen fidei Dei gloriã ſpeculatur:iã tunc in
patria cõprehenſor factus:ſupra petrã exal
tatur in gloria,dũ facie ad faciẽ & ſi dei ſub-
lato velamine,Dei gloriã cõtemplatur.Audi
apoſt. idipſum magnificè diſerentem. vſq;
2.Cor.3. d. in hodiernũ diem(ait) cũ legit̃ Moyſes, vela
Exo.34.d. men poſitum eſt ſuper cor eorum:cũ autẽ cõ
uerſus fuerit ad Deũ, auferet̃ velamen. dñs
autem ſponſus eſt.vbi autem ſpiritus dñi:ibi
libertas.nos verò omnes reuelata facie glo-
riam dñi ſpeculantes : in eandem imaginem
trãsformamur,à claritate in claritatẽ,tanquã
à dñi ſpiritu.quæ vtiq; verba vtriusq; tranſ-
figurationis ſenſum patiunt̃ ; etiã à claritate
fidei patrum,ad lucidiorẽ claritatẽ fidei no-
ſtræ,quæ à dñi ſpiritu vna eſt:vel à claritate
fidei, ad claritatẽ gloriæ. Nam ſicut audiui-
Pſ.47.ve.7. mus:ſic vidimus(dicẽt æterna fœlicitate bea
ti)in ciuitate dñi virtutũ,in ciuitate Dei no-
ſtri, Deus fundauit eã in æternũ.meritò ergo
ait:in petra,hoc eſt,tuto loco exaltauit me
in patria regnantẽ:& nunc interim exaltauit
caput meum,hoc eſt,animũ in via pugnantẽ.
nã ſicut demões & vitia atq; iniquitates meę,
ſupergreſſæ ſunt caput meũ ante baptiſmum:
quia venundatus ſub peccato, etiã faciẽs pec
catũ,factus ſum ſeruus peccati:ita aqua & ſpi
ritu ſancto lotum caput meum, exaltatũ eſt
ſuper inimicos meos.& mens mea(caput in
quã meum)quod ſub peccati iugo in terram
demiſſum,ſeruitus vetuſta tenebat:iã per ba
ptiſmi lauacrum adeò exaltatum eſt ſuper
inimicos meos:vt eos in dño flocipendam.
vel aliter. Eccleſia ſeſe iactat exaltatã: eò ꝙ
ſupra petram fundata ſit,& caput ſuum, qui
Chriſtus eſt,à patre ſit exaltatum,iuxta illud
Pauli:propter quod & Deus exaltauit illum
&c. Sequit̃.

11. *Circuiui & immolaui in tabernaculo eius hoſtiam vociferationis: cantabo, & pſalmum dicam domino.*

Recenſitis beneficijs à Deo acceptis:ipſi gra
tias agit & munera offert:hoſtiam purã, ho-
ſtiam ſanctã , hoſtiã immaculatã,panem ſan-
ctum vitæ ęternæ,& calicẽ ſalutis perpetuę.
Cãtat etiam voce & corde dño eccleſia ſan-
cta,& pſalmum dicit ſimul opere: vt ex ope
rãte & operato ſit grata.Circuiui(ait)id eſt,
mente volui ea quæ Deus creauit oĩa,& quæ
de munificentiſsima manu illius(non exigua
quidem)accepi beneficia:& immolaui in ta
Exo.12.a. bernaculo ſeu tentorio eius,hoc eſt,in eccle
ſiæ gremio,fide & vnitate(nihil.n.extra,pla
citum eſt Deo & acceptabile)Immolaui(in-
quã)hoſtiam iubilationis & vociferationis.
ſic dicta,ꝙ(iuxta apoſtolum) cum clamore Heb. 5. b.
valido & lachrimis ſit oblata, quum dñs Ie-
ſus ſumus ſacerdos in cruce pendens, clamãs Mat. 27.f.
voce magna emiſit ſpiritũ : vel ꝙ ab eccleſia
ſancta iugiter & glorioſè per anni circulum,
pro illa cõtra hoſtes tunc parta victoria im-
moletur. Cùm autẽ mortale hoc induerit im
mortalitatẽ(ait Paulus)tunc fiet ſermo qui 1.Cor.15.g.
ſcriptus eſt : vbi eſt mors victoria tua? vbi
eſt mors ſtimulus tuus?hæc tunc vtiq; iubi-
lans,& ſecura cantabit. Nunc verò:Sequit̃.

*Exaudi dñe vocem meam , qua clamaui ad te: miſerere mei, & exaudi me.* 12.

verbũ Chriſti eſt:oportet ſemper orare, & Luc.18.a.
nõ deficere.quãobrem ſacroſancta(iã oblato
munere)ſine intermiſsione orat eccleſia di-
cens:exaudi dñe vocem meã,qua clamaui ad
te.quippe oẽs eius actus, deſideria, ſuſpiria,
gemitus & ſingultus,voces ſunt.ſic apoſtol⁹
ad Rom. ſcribens ait:accepiſtis ſpiritũ ado- Rom.8. c.
ptionis filiorũ Dei,in quo clamamus abba pa
ter.& paucis interiectis:ſimiliter autẽ ſpiri-
tus adiuuat infirmitatẽ noſtrã.nã quid ore-
mus ſicut oportet neſcimus: ſed ipſe ſpiritus
poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilib⁹.
qui autem ſcrutatur corda,ſcit quid deſide-
ret ſpiritus:quia ſecundũ Deũ poſtulat pro
ſanctis.ait igitur:rẽ vnã petij, ꝓ hac circuiui
& immolaui, hãc ſitiui dicẽs: quãdo veniã &
apparebo ante faciem Dei?exaudi iã dñe vo-
cem meam,qua clamaui ad te.nec mireris,ſi
voces in gemino pulſans:quæ ardorẽ deſide
rij(qui menſuram neſcit)nõ valeo ſuſtinere.
tu miſerere mei,& exaudi me.bene quidem
intellexiſti,qui oĩa noſti,ſed parce pio furo-
ri,ſi ardoris impatiẽs, tibi qui omniſcius es,
rẽ ipſam quã petij quãq; requira, quaſi nõ an
te intellexeris aperuero. Id ſcias ( precor )
non tam ignorantiæ aut diffidentiæ eſſe:q̃
(vt ita dixerim)morbi,tui etenim amore lan
gueo. Sequit̃.

*Tibi dixit cor meum , exquiſiuit te facies mea: faciem tuam domine requiram.* 13.

Tota animę meæ facies ad te conuerſa eſt:
ad reliqua verò terga verti, nõ faciem. nam
ita quęſiui te: quòd nihil extra te.nec tepidè
quæſiui te:ſed toto animi conatu. & ſic ex-
quiſiui te:ꝙ nõ deſtiti,nec deſiſtam ab ince-
pto,quin faciem tuam domine requiram. nõ
.n.quietũ eſt cor meum:donec requieſcat in
te , ad quem velut in ſuum centrum ten-
dit. Iam poſteriora tua vidi , creata omnia
lu-

pſ.72.ve.24 luſtrans:ſed quid mihi eſt in cælo,& à te q̃d,
volui ſuper terrã?profectò nihil. ideò tota
acie exquiſiuit te facies mea: & faciem tuã,
hoc eſt,eſſentiam tuam beatam & beantem
domine requiram. Sequit̃.

14. *Ne auertas faciem tuam à me: ne decli-
nes in ira à ſeruo tuo.*

Nõ mihi cõtingat quod & populo illi recal-
citrãti, incraſſato,impingato, dilatato,Deũ
Deu.32.c. ſuũ derelinquẽti.de quo ſcriptũ eſt:vidit dñs,
& ad iracundiã cõcitatus eſt.& ait:abſcondã
pſ.50.ve.10. faciẽ meã ab eis &c. quamobrẽ auerte faciẽ
tuam à peccatis meis:nõ à me.ꝙ ſi auertas fa
ciẽ tuã à me iratus:nõ declines in ira. faciem
nõ auertas:& puni, corripe me,caſtiga,lace-
ra,ſeca,vre.nõ declines in ira,mihi meipſum
ex toto relinquẽs,ita vt(diſtorto ſenſu)fact⁹
Pſ.87.ve.4. ſim ſicut homo ſine adiutorio,inter mortu-
os liber:à te quidẽ derelict⁹,quaſi videar in-
ter peccatores impunè peccãs. nec .n.adeò
ꝓprijs viribus innitor:vt te exquirere,aut fa
ciem tuam ( niſi tu adiuueris ) requirere
contendam.Cuius rei gratia. Sequit̃.

15. *Adiutor meus eſto, ne derelinquas me:
neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.*

Tu creator,tu redẽptor, tu illuminatio, &
ſalus mea.de te ergo præſumẽs, hãc prouin-
ciã aggrediar:ſi tñ ſis adiutor meus, nec me
derelinquas aut deſpicias declinãs in ira tua,
à me ſeruo tuo ſeruator optime.quod quidẽ
nõ ages:q̃ ſumme bonus & miſericors es.Seq.

16. *Quoniam pater meus & mater mea de
reliquerũt me:dñs autem aſſumpſit me.*

Iſtud,qm̃,aut reſpicit præteritũ,aut pręſens,
aut futurũ.Si præteritũ:ſenſus eſt.Ideò adiu
tor meus eſto dñe,ne derelinquas me,neque
deſpicias:quia à parentibus meis derelictus
ſum.hoc vnũ te moueat, vt adiuues: tibi .n.
Pſ.9.ve.38. derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiu-
tor.ſit ſecundũ: ꝙ Deus aſſumpſit me. Illud
quidẽ miſeriæ:hoc autẽ miſericordiæ,digni
tatis,honoris & gratię fuit.quid nanq; hono
rificẽtius mihi cõtingere potuit, & quid ma
gìs me dignũ efficiet vt me adiuues:q̃ ꝙ di-
gnatione ſua vnigenitus tuus aſſumpſerit me
ſibiq; vniuerit,ita vt factus homo,ſit nũc os
de oſsibus meis & caro de carne mea?ꝙ ſi a-
Pſ.131. c.10. deò Dauid regẽ dilexiſti:vt ꝓpter Dauid ſer
uũ tuũ,nõ auerteris faciẽ Chriſti tui:propter
vnigenitũ tuũ vnicè dilectũ q̃ aſſumpſit me:
nõ auertas faciẽ tuã à me, nec declines in ira
à ſeruo tuo.quin potius eſto adiutor,nec de
relinquas neq; deſpicias.nõ.n. iã eſt quo de-
ſpectus tibi ſim: cũ Deus aſſumpſerit me &
ſit ſalutaris meus.ſi verò illud,qm̃,reſpiciat
præſens,ſenſus erit:eò ꝙ orbatus ſim vtroq;
parẽte,Deus aſſumpſit me.nã deſcẽdens à Ie Luc.10.
ruſalẽ in Hiericũ:incidi in latrones, qui me
ſpoliauerũt gratuitis: & plagis impoſitis in
naturalibus,abierũt,me ſemiuiuo relicto.Ac
cidit autẽ vt ſacerdos quidã, & leuites, q̃ ea-
dẽ gradiebãtur via,me ſic orbũ, ſpoliatũ,ſau
ciatũ & omni deniq; ope deſtitutũ deſpice-
rent.nã deſpexit Moſes & moſaica lex: quæ
nihil ad perfectũ adduxit.at verò Samarita- Heb.7.
nus meus,qui & ſalutaris meus,cùm vidiſſet
me derelictũ à ꝓthoplaſtis, & à demonibus
læſum & ſpoliatũ: miſericordia motus (per
carnis aſſumptionẽ appropiãs) ſuſcepit me,
alligauit vulnera,& effudit Deũ miſericor-
diæ ac vinũ iuſtitiæ:& imponẽs me ſcapulis
corporis ſui,duxit in ſtabulũ,ſic dictũ,ꝙ me
ritoria domus ſit,per quandã ſimilitudinẽ ec
cleſia ſancta Dei.& de lateris ſui copioſiſsi-
ma crumena:ꝓtulit duos denarios, precium
.ſ.aquæ & ſanguinis effluxi,& dedit ſtabu-
lario(ita.n.ſacerdos euangelicus per eandẽ ſi
militudinẽ appellari poteſt)& ait:curã illius
habe,illi admouẽs & adhibẽs ſacramentorũ
medicamina.Ecce iã infortunij mei caſus &
iacturæ chronicũ enarraui: quidq́; fuerit in
cauſa,ꝙ Deus aſſumpſit me.ꝙ ſi illud,qm̃,fu
turũ reſpiciat,ſic annectitur ſenſus: nõ auer-
tas faciem,ne declines in ira:eſto adiutor, ne
derelinquas neq; deſpicias me:qm̃ pater me⁹
diabolus.ſ.qui me filiũ irę genuit,iuxta illud: Io.8.f.
vos ex patre diabolo eſtis:& mater mea,Ba
bilõ huius ſeculi,quæ drachonũ atq; ſerpen-
tiũ lacte me aluit,iã dereliquerũt me: Deus
autẽ aſſumpſit me.nã qui eramus natura filij Ephe.2.
iræ,per deuia quæq; ambulãtes:& qui aliquã
do tenebræ,nũc autẽ lux in dño:vt filij lucis Ephe.5.
ambulamus.ideò obnixè precor:

*Legẽ pone mihi dñe in via tua, & dirige* 17.
*me in ſemita recta:propter inimicos meos.*

Legẽ pone, euangeliũ ſtatue in Chriſto,qui
via eſt ad te,ipſo dicẽte: ego ſum via, veri- Ioan.14.
tas & vita:nemo venit ad patrẽ niſi per me.
Hic eſt enim via mandatorũ,& cõſiliorũ ſe-
mita.Legẽ igit̃ pone & dirige, ſit legis dator
& ductor,ſit via & ſemita recta & per eã di
rigens,operæpreciũ eſt:ne faciem tuã requi
rens,delinquã in via.nã dulcis & rectus dñs
(ait Dauid ſanctus)propter hoc legem dabit pſ.24.
delinquentibus in via. nec eſt ꝙ faciem tuã
requirẽs trepidem aut timeã, ſi viam norim:
& te ſenſero directorem.inſidientur inimici
mihi tranſeunti,graſentur pro libito:ſecurus
iter agam. Sequit̃.

*Ne tradideris me in animas tribulan-* 18.
*tium*



*tium me: quoniam inſurrexerunt in me
teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.*

Hucuſq; eccleſię & membrorũ Chriſti verba.
nunc verò Chriſtũ qui caput eſt,pſaltes indu
cit,ad patrẽ ꝓ ſuis mẽbris orantem. Ne tradi
deris me(inquit)in animas tribulantium me.
1.Ian.2.a. ecce aduocatũ habemus apud patrem Ieſum
Chriſtũ iuſtũ.& hic ſaluare in perpetuum po
Heb.7.d. teſt(ait Paulus)accedẽtes ꝑ ſeipſum ad Deũ,
ſemper viuẽs ad interpellãdũ ꝓ nobis.ne er-
go tradideris me nec mẽbra mea(vtrunq́;.n.
cõplectitur illud me)aĩę inimicorũ,hoc eſt,
ferinę cupiditati,iuxta intẽtũ quod inimici ꝑ
tendũt,vt obſcuret̃ & diffametur nomẽ meũ.
qm̃ inſurrexerũt in me teſtes iniqui, qui me
dicerẽt ſeductorẽ & blaſphemũ,ſubuertentẽ
Luc.23.a. gentem, & ꝓhibentem tributa dari Cæſari.
principes autẽ ſacerdotũ, & conſiliũ omne:
Mat.26.f. quærebãt falſum teſtimoniũ cõtra Ieſum, vt
eum morti traderent & nõ inuenerũt, cùm
multi falſi teſtes acceſsiſſent.nouiſsimè autẽ
Io.2 d. venerũt duo falſi teſtes & dixerũt:hic dixit:
poſſum deſtruere templũ hoc &c. & mẽtita
eſt iniquitas ſibi:qñdoquidẽ ille dicebat(ait
euãgeliſta)de templo corporis ſui. Sequ.

*Credo videre bona dñi:in terra viuentiũ.* 19.

De hac terra dicitur in euãgelio:beati mites Mat.5.a.
qm̃ ipſi poſsidebũt terrã. vnde meritò eccle
ſia à ſponſo ſuo in via adiuta & directa:bea-
titudinis brauiũ ſe cõſecuturã credit & ſpe-
rat. vnã rem petijt, quæ rerũ omniũ ſumma
eſt:hãc requirit,hanc diligit,hanc ſe adeptu-
ram credit & ſperat.qua ſpe fulta:ſeipſam cõ
fortans alloquitur dicens:

*Expecta dominum, viriliter age: & con* 20.
*fortetur cor tuum & ſuſtine dominum.*

Si morã fecerit,expecta illũ:q̃a veniẽs veniet
& nõ tardabit. Expecta dñm, ſic tñ vt interĩ Abach.2.a.
viriliter agas,iuxta Pauli monitũ :per arma 2.Cor.6.b.
iuſtitiæ à dextris & à ſiniſtris, cõtra vitia di
micando.Eſto fortis in bello,pugna cũ anti-
quo ſerpente,cõfortare & eſto robuſta,con
fortetur cor tuũ,& ſuſtine dñm. nã dicit qui
teſtimoniũ perhibet iſtorũ(Ioannes quidem
eſt in apocalipſi) ecce venio citò,& merces Apoc.ult.c.
mea mecum eſt,reddere vnicuiq; ſecundùm
opera ſua.Iterumq́;:etiam venio citò amen.
veni domine Ieſu,gratia dñi noſtri Ieſu Chri
ſti cum omnibus vobis amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 26.

*Dominus illuminatio mea & ſalus mea:quem timebo?dñs protector uitæ meæ:à quo trepida-
bo? ſi lux uera mundũ illuminãs,ipſeq; ſalus,ac uitæ meæ protector, aſsiſtat Deus:quas te-
nebras aut egritudines,quas etiã mortes laceſcentes formidabo?audi quod ſequitur.dũ appro
piant ſuper me nocẽtes,ut edant carnes meas:qui tribulant me inimici mei,ipſi infirmati ſunt, & ceci
derunt.Nõ eſt ergo q̃ timeã,etiãſi conſiſtant aduerſũ me caſtra,ſi exurgat aduerſũ me prælium:quia* Ecc.2.c.
*in hoc ego ſperabo,ſciẽs:q̃ nullus ſperauit in dño:& confuſus eſt.ſpes autem non confundit.ſcio.n.* Rom.5.a.
*q̃ una res neceſſaria eſt,quæ & optima:hanc petij à dño,& hanc requirã,uidelicet,ut inhabitẽ in do-
mo dñi,ibiq; perpetuò uiuam.hoc utiq; fine,ut uideam uoluntatem dñi(qua ſibi cõplacet in electis atq;
beatis)ſeu uoluptatem (de qua triceſimo quinto pſal.)ut nonnulli legunt:& uiſitem templum eius qui* pſ.35.ve.9.
*Chriſtus eſt,in quo per hypoſtaticam unionem inhabitat Deus.quandoquidem conuenit æquitati,ut fi-
dei atq; enigmaticæ cognitioni:facialis uiſio,& clara ſuccedat.huius ergo rei gratia, rem ipſam petij:
quoniam abſcondit me dñs in tabernaculo eccleſiæ ſuæ,dum militarem:& in die malorum ingruentiũ,
protexit me in abſcondito tabernaculi ſui, quæ fides eſt. In petra exaltauit me:& nunc exaltauit ca-
put meum ſuper inimicos meos.peto igitur illud unũ:& hoc oportunè & importunè requiram.Ideoq;
circuiui omnia,omnia luſtrans:& illud unum quæritans.circuiui etiam creata omnia,& quæ de manu
tua accepi hactenus beneficia:ut huic uni omnia compararem,nec reperi.quæſiui deniq; quod tibi pla-
citum ſit,ut aliquod munus offerrem:circuiui,quæſiui, inueni, & immolaui in tabernaculo Chriſti ho-
ſtiam uociferationis,ipſummet ſcilicet, qui clamans uoce magna,patri ſpiritum commendauit: & hæc* Luc.23.g.
*dicens,expirauit.Cuius etiam imitatione immolaui in tabernaculo eius cor meum contritum & humi-
liatum,hoſtiam quidem uociferationis,in clamorem ualidum erumpentem & cum dilecto diſcipulo di-
centem:omne quod natum eſt ex Deo uincit mundum:& hæc eſt uictoria,quæ uincit mundum,fides no* 1.Io.5.a.
*ſtra.porro cantabo:& hunc pſalmum dicam domino,exaudi dñe uocem meam,qua clamaui ad te:miſe
rere mei,& exaudi me.tibi dixit cor meum,exquiſiuit te facies mea:faciem tuam domine requiram.
Non illam auertas,nec declines iratus.non derelinquas,nec me deſpicias:quin potius adiuua Deus ſa-
lutaris meus,quem ideò ſalutarem dixi:quoniam pater meus & mater mea primi homines ,dereliquę
runt me in lacum miſeriæ deſcendentem:dominus autem carnem aſſumens,aſſumpſit me de lacu miſe-
riæ & de luto fæcis. Iam ergo ſalutaris meus, legem pone mihi te ipſum quærenti, & me diri-
ge: ne aberrans à recta uia,in manus inimicorum incidam.dixi,& ſtatim hoſtiam ipſam pro me ad pa
trem orantem audio, atque dicentem:ne tradideris me in animas tribulantium me totum, caput
ſcilicet & membra: quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.*

*hac igitur ſpe ſuffulta:credo uidere bona dñi in terra uiuentium. & meipſam alloquuta:hiſce uerbis cõ ſolata ſum(ait eccleſia) Expecta dñm,uiriliter age, & cõfortetur cor tuum,& ſuſtine dominum.quam obrem conſilijs proprijs acquieſcens:exſpectabo dominum:& uiriliter agens,atque ſine intermiſſione clamans,orationi inſtabo.tu etiam Chriſte ſaluator,hoſtia ſimul & ſacerdos: interim ad patrem ſalutem meam operatus,clama.*

## SALMVS 27.

*AD te dñe clamado,Deus meus ne ſi
leas à me: ne quando taceas à me,
et aſſimilabor deſcẽdẽtibus in lacũ.*
Cui titulus eſt: pſal.David,ſuperius expoſi
tus.Chriſtus dñs,qui & Dauid iure appellat⁹
eſt,quia manu fortis,inducit̃ in pręſenti pſal.
orãs vt homo.& expãſis manibus in cruce ip
ſiſq; luminibus in teplũ defixis : petit primũ,
ne verbũ à ſe diſcedat,&ſi in morte anima ſe
paretur à corpore.ne ſi verbũ animã aut cor
pus deſerat: vel in hoc ſit ſimilis deſcendẽti-
bus in lacũ.apto quidẽ vocabulo vſus eſt di-
cens: ne ſileas à me, ꝓ eo ꝙ eſt,ne diſcedas à
me.quandoquidẽ verbũ alloquit̃, cui Chriſti
humanitas erat vnita.& quid aliud illa verbi
vnio)in Chriſto,q̃d vita, oĩſq; Chriſti actio:
niſi verbũ, ſermo & inſtructio quædã nobis
fuit? quippe verbũ illud æternũ: p̃ quaſdã hu
manitatis rimulas ſeipſum in Chriſto ꝓfere-
bat.quod ſi abſceſſiſſet: meritò ſilere aut ta-
cere diceret̃.nunq̃ ergo verbum ſiluit aut ta
cuit:quod etiã in morte ab aĩa & corpore in
uicẽ ſeparatis nõ diſceſſit: ſed cùm anima ad
limbum deſcẽdit, vnitum manens cum iacen
te corpore in ſepulchro. Sequit̃.
2. *Exaudi domine vocẽ deprecationis meæ,
dum oro ad te : dum extollo manus meas
ad templum ſanctum tuum.*
Verũ hoĩem ſe oſtendit:qui ad patrem orãs
manus ſuas in cruce extendit. Sequit̃.
3. *Ne ſimul tradas me cũ peccatoribus:et cũ
operantibus iniquitatem ne perdas me.*
Tradidit pater filiũ.qui etiã ꝓprio filio non
Rom. 8. f. pepercit(ait apoſtolus)ſed ꝓ nobis omnibus
tradidit illũ.tradidit ſeipſum filius,de quo iſ-
Eph.5.a dẽ Paulus:tradidit ſemetipſum ꝓ nobis,obla
tionẽ & hoſtiã Deo, in odorẽ ſuauitatis. hæ
vtiq; traditiones ex miſericordia & charita-
te ꝓceſſerũt. tradidit etiã Iudas ex auaritia:
Io.13.a. nã diabolus miſit in cor vt traderet eũ Iudas
Simonis Yſchariotis dicẽs: quid vultis mihi
Mat.26.b. dare & ego vobis eũ tradã? at illi conſtitue-
runt ei triginta argẽteos. tradiderũt itidẽ eũ
Iudei Põtio Pilato,ex inuidia.ſciebat eñ Pi-
Mat.15.a. latus(ait euãgeliſta)ꝙ per inuidiã tradidiſſẽt
eum ſummi ſacerdotes.qui etiã Pilatus ex in
Io. 91. c. iuſtitia tradidit eis illũ,vt crucifigeret̃. Ij oẽs
peccatores & iniqui,perditi & diſsipati ſunt,
ac duplici pœna contriti: eò ꝙ operati ſint
huiuſmodi iniquitatẽ, iniquè & iniuſtè iuſtũ
in mortẽ tradentes.Nõ ergo ſimul,id eſt,intẽ
tione ſimili,à patre traditus eſt,nec cũ pecca
toribus ſimili perditioni addictus.qui vt falſi
ſimulatores(tametſi interdum pacificè loque
bantur)iniquè cogitabant, malaque erant in
cordibus eorum.de quibus ſequit̃.
*Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo:* 4.
*mala autem in cordibus eorum.*
Interrogabãt ſæpius ſimulata pace ac molli Iere.9.b.
verbo Chriſtũ dñm:vt caperẽt eum in ſermo
ne.de quibus alibi cõqueſtus ait:quoniã mul Pſ.34.v.ij
ti quidẽ pacificè loquebãtur:& in iracundia
terræ loquentes , dolos cogitabant. Sequit̃.
*Da illis ſecundũ opera eorũ: & ſecundũ* 5.
*nequitiam adinuentionum ipſorum.*
Vide q̃ diſsimiliter traditus ſit Chriſtus : &
peccatores.Chriſtus traditus eſt hominibus:
peccatores autẽ infernis tortoribus.Chriſtus
mortẽ ſubijt tẽporalẽ:peccatores ęternã.chri
ſt⁹ mortu⁹,ſurrexit ad vitã:at à morte in mor
tẽ trãſeunt peccatores.Chriſti mors precioſa
in conſpectu dñi,vt mors ſancti ſanctorum:
mors autẽ peccatorũ peſsima. nõ ergo nunc Pſ.33.d.
Chriſtus peccatoribus & iniquis mala imprẽ
catur,qui etſi à peccatorib⁹, ꝓ peccatoribus
tñ mortuus eſt:ſed prędicit eorũdem(ſuis ex
igentibus meritis)dãnationem,ꝙ Chriſtũ ma
lo & iniquo animo ac nequiſsimis adinuẽtio
nibus occiderũt.nã quãuìs mors Chriſti fue-
rit ꝓficua multis:& innoxius eius ſanguis,no
xas deleat animarũ : ſic tñ nobis peccatorib⁹
bonum opus fuit:ꝙ hoc malè operãtes,cõſti
tuit peccatores.iuſte ergo,& ſi opera manuũ
eorum nobis cedãt in bonum:tamen ſecundũ
ꝙ praua opera manuum eorũ ſunt, & ex dã-
nata intentionis praue ꝓgreſſa radice,reddet̃
eis retributio dãnationis æterrę. Ideò Seq.
*Secundũ opera manuũ eorum tribue illis:* 6.
*redde retributionem eorum ipſis.*
Reddes dñe,& ſic reddes: vt his q̃ retribuen
tes mala ꝓ bonis detrahebãt mihi,qm̃ ſeque- Pſal.37.v.ij
bar bonitatẽ:vtrũq; retribuas,& malũ pœnę,
& bonum iuſtitiæ, pro malis culpę. Sequit̃.
*Quoniam non intellexerunt opera domi* 7.
*ni,& in opera manuum eius deſtrues il-
los:& non ædificabis eos.*
Agit de occæcante malitia Iudeorum. qui
nec Chriſti incarnationẽ , nec cætera mira-
cula intellexerũt:quãuìs apertiſsimè ipſũ eſſe
Meſ-



Meſsiam in lege ꝓmiſſum oſtendebãt. Audi
ipſum(obſecro)apud Ioannẽ, hęc millies re-
Io.5.f. petentẽ.ipſa(inquit)opera quæ ego facio,te
ſtimoniũ perhibent de me : quia pater miſit
me.& de cæco nato (cui viſum præbuit) in-
terrogatus ait:neq; hic peccauit neq; parẽtes
eius:ſed vt manifeſtent̃ opera Dei in illo.me
Io.9.a. oportet operari opera eius qui miſit me, do
nec dies eſt, & iterũ dicẽtibus Iudeis:quouſ-
que animã noſtrã tollis? ſi tu es Chriſtus dic
Io.10.e. nobis palã:Reſpõdit:loquor vobis & nõ cre
ditis.opera,quę ego facio in noĩe patris mei,
hęc teſtimoniũ perhibẽt de me.Rurſusque:ſi
nõ facio opa patris mei:nolite credere mihi.
ſi autẽ facio,& ſi mihi nõ vultis credere,ope
ribus credite,vt cognoſcatis & credatis quia
pater in me eſt,& ego in patre.atq; etiã dicẽ
ti Philippo:dñe oſtẽde nobis patrẽ,ait:nõ cre
Io.14.b. dis quia ego in patre & pater in me eſt? pater
autẽ in me manẽs,ipſa facit opera. non credi
tis quia ego in patre & pater in me eſt? alio
quin ꝓpter opera ipſa credite.Et poſtremo:
Ioan.15.d. ſi opera nõ feciſſem in eis q̃ nemo alius fecit:
peccatũ nõ haberẽt. nũc autẽ & viderũt & o
derũt me,& patrẽ meũ.viderũt quidẽ:ſed nõ
Eſa. 6. c. intellexerũt opa dñi , iuxta Eſaiæ vaticiniũ:
Io.12.f. audite(inquit)audiẽtes,& nolite intelligere:
& videte viſionẽ,& nolite cognoſcere.excæ
ca cor populi huius,& aures eius aggraua:&
oculos eius claude &c.quod in actis Apoſto
lorũ(referẽte Luca)ipſe doctor gentiũ Paul⁹
Act.vlt.g. ita interpretat⁹ eſt,incraſſatũ eſt(ait) cor po
puli huius,& auribus grauiter audierũt,& o-
culos ſuos cõpreſſerũt.quod totũ,nõ arbitrij
libertatẽ Iudeis à Deo ſublatã:ſed propriã eo
rundẽ malitiã innuit vitiũq;,quibus occæca-
ti,vidẽtes nõ cognouerũt opa dñi, nec ex o-
peribus,dñm operãtem.erãt eñ ignorãtia ob
ducti craſſa,ſupina,& affectata,q̃a noluerunt
Pſ.35. ve. 3. intelligere,vt benè agerẽt. propterea ſic de-
ſtrues illos vltiõe manuũ tuarũ dñe: vt iterũ
nõ reædifices, ſicut olim facere cõſueſti,re-
ducens eos de captiuitate,quã propter pecca
ta incurrerant.Nũc autẽ deſtrues: ſed nõ ędi
ficabis eos ad finem mundi vſque. Sequit̃.
8. *Benedictus dominus : quoniam exaudi-
uit vocem deprecationis meæ.*
Heb. 5. e. Certè Chriſtus dñs exauditus eſt ꝓ reuerẽtia.
mortuus eſt:ſed nõ diſceſsit ab eo verbũ.tra-
ditus eſt:ſed nõ perditus. & tradentibus red
didit Deus retributionẽ eorũ ipſis: qm̃ nõ in
tellexerũt opera dñi magna,illa vtiq; exq̃ſita
pſ.110.ve.2. in oẽs volũtates eius.ſed quorſum hęc oĩa tẽ
debãt:niſi vt ædificaret eccleſiã ſuã? propter
hoc eñ in mundũ venit,paſſus,crucifixus &
mortuus eſt.at cõtra,Iudei eũ morti addixe
runt:ne ipſam ædificaret dicentes:quid faci- Io. 11. g.
m⁹? quia hic homo multa ſigna facit.ſi dimit-
timus eũ ſic:oẽs credẽt in eũ.ſed reddidit dñs
retributionẽ eorũ ipſis.creuit eccleſia:& ipſi
deſtructi ſunt, nec ædificabunt̃.mortuus eſt
Chriſtus:ſed reſurrexit.crucifixus eſt:ſed no
mẽ eius exaltatũ. de quibus omnibus gratias
agit dicẽs:benedictus dñs, qm̃ exaudiuit vo
cẽ deprecationis meæ. creuit eñ eccleſia iu-
xta verbũ dñi, eã grano ſinapis aſsimilantis, Luc.13.d.
quod creuit,& factũ eſt in arborẽ magnã : &
volucres cæli requieuerũt in ramis eius. Seq.
*Dñs adiutor meus,& protector meus: et* 9.
*in ipſo ſperauit cor meũ , et adiutus ſum.*
Cauſas dicit in genere, gratiarũ actionis. ꝙ
fuerit dñs illi adiutor in cruce, protector in
ſepulchro,ne ſanctũ ſuum videret corruptio
nem.ꝙq; cor eius,anima.ſ.quæ in ipſo ſpera-
uit,nõ fuerit fraudata ſpe, quin potiùs à ver-
bo adiuta: vt reuniretur corpori in reſurre-
tione. Sequit̃.
*Et refloruit caro mea : & ex voluntate* 20.
*mea confitebor ei.*
Refloruit quidẽ in reſurrectione : quæ per
mortẽ emarcuerat caro. nec eñ refloruiſſet:
ſi verbũ ab anima & carne ſiluiſſet. nõ igitur
ſiluit,vt in principio pſal.petijt:& ideò reflo
ruit caro in reſurrectiõe: q̃ ante floruerat in
cõceptiõe.& q̃ ſine peccati labe exijt de vte
ro:glorioſa etiã ſurrexit de ſepulchro. ideò
ait:ex voluntate mea confiteborei.cõfitebor
(inquã)ꝙ omnia ſucceſſerint ad votum. Seq.
*Dominus fortitudo plebis ſuæ: & prote-* 11.
*ctor ſaluationum Chriſti ſui eſt.*
Ecce iã eccleſia Chriſti ædificata eſt, nõ qui
dẽ ſupra ſabulũ,ſed ſupra firmã petrã fũdata:
& ecce iã plebs ipſa redẽpta. nũnc rogare li-
bet:corruet ne vſquã? abſit. nã dñs fortitudo
plebis ſuæ:& protector ſaluationum Chriſti
ſui ęſt.iam demũ pſalmum claudit dicens:
*Saluum fac populum tuum dñe: & bene* 12.
*dic hæreditati tuæ. Et rege eos, & ex-* 13.
*tolle illos: vſque in æternum.*
Tuũ(inquã)populũ quẽ creaſti , & meo ſan
guine redemiſti,ſaluum fac,& benedic dono
cęleſtis gratiæ hæreditati tuę,quã dediſti mi
hi:vt meritis creſcat,& numero multiplicet̃.
& rege eos,dirigẽs in viã ſalutis æternæ. &
extolle illos eũtes de virtute in virtutẽ: vſq;
in ęternũ.etenim(ait iſdẽ pſaltes) benedictio Pſ.83.ve. 7.
nẽ dabit legiſlator,ibũt de virtute in virtutẽ:
videbit̃ Deus deorũ in Sion. quod nobis præ
ſtare dignetur ſpõſus eccleſiæ Chriſtus: qui
cũ patre & Spiritu ſancto p̃ infinita ſeculorũ
ſecula regnat,Amen.

Epi-

## EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 27.

*AD te domine clamabo, Deus meus ne ſileas à me. Chriſti uerba ſunt ad patrem: ex humanitatis aſſumptæ diſpenſatione, reſurrectionem corporis ſui petentis. Deus meus (inquit) ego clamabo moriens, ut redemptionis humanæ myſterium iniunctum adimpleam. Clamor quidem meus: negocij huius apertiſsima exequutio eſt, quæ nulla tergiuerſatione celari poteſt. Tu Deus meus (uicem rependens) non ſileas à me: ut relinquas ſanctum tuum uidere corruptionem: quinpotius loquere, iubens animam corpori ſuo reſtitui. q. ſi taceas, reſurrectionem meam differens: aſsimilabor decendentibus in lacum. Exaudi igitur me orantem, & manus in cruce extendentem, ne cum peccatoribus & iniquis, me innocentem tradere uidearis, qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum: quibus condignam operum ſuorum pœnam atque retributionem reddes. huius ingenij fue-*
*runt Ioab in Amaſam: & Iudas in Chriſtum. quoniam cæcutientes ipſi, non intellexerunt magna opera* 2.Reg.20.
*dñi, qualia fuerunt mirifica opera humanæ redemptionis. clamaui orans: & benedictus dñs, quoniam ex* Luc.22.c.
*audiuit uocem deprecationis meæ. nec adiutor & protector ipſe, me in ſe ſperantem deſpexit: quin refloruit potius in reſurrectione, quæ in morte emarcuerat caro. cui tribuam ingenuè, q. dñs fortitudo plebis ſuæ, & protector ſaluationum Chriſti ſui eſt: ipſe enim caput & membra protexit. Ad te igitur clamabo, uti eccleſiæ patronus & aduocatus dicens: ſaluum fac populum tuum dñe, & benedic hæreditati tuæ, & rege eos, & extolle illos in æternum. at interim benefico uos ipſos offerte dño filij Dei.*

## PSALMVS 28.

*AFferte domino filij Dei: afferte domino filios arietum.*

Cuius titulus eſt: pſalm. Dauid in cõſummatione tabernaculi. licèt inſcriptionis vltimũ in Hebreo non reperiri contendant. literalis ſenſus facilis & apertiſsimus eſt, mirabilem Dei potentiã oſtendens, vel ex ipſis tonitruis, fulguribus, nimbis cæteriſq́; tempeſtatibus: ſed longè mirabiliorẽ cõtemplari licebit: ſi latentem multiplicem ſpiritũ introſpiciamus. ecce qui in proximo trãſacto pſalmo de ædificatione eccleſiæ propheticè loquutus eſt: nũc in præſenti de eiuſdem eccleſiæ perfectione & conſummatione ędificij, diuinus pſaltes agit dicens: afferte dño filij Dei &c. filij Dei ſunt omnes electi, virtute magna præditi, qui credunt in nomine eius:
Io.1 b. quibus dedit poteſtatem filios Dei fieri. qui
Ro.8.c. cunq; enim ſpiritu Dei aguntur (ait Paulus)
hi ſunt filij Dei. Non enim accepiſtis (inquit) ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei in quo clamamus: abba pater. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro ꝙ ſumus filij Dei. ſi autẽ filij, & hæredes: hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. hoc Ro-
Gal.4.a. manis ait: idipſumq́; Galathis: quoniã autem
eſtis filij Dei: miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantẽ: abba pater &c. Ephe-
Ephe. 1. a. ſijs itidẽ: qui prædeſtinauit nos in adoptio-
nem filiorum per Ieſum Chriſtũ. Electos igitur monet, afferant dño lapides viuos in huius tabernaculi ac ſanctuarij ſtructurã & cõ-
1.Cor. 3.b. ſummationẽ: de qua iſdẽ Paulus: Dei ædifica
tio eſtis, ſecundùm gratiã Dei, quæ data eſt mihi, vt ſapiens architectus fundamentũ poſui, alius autem ſuperædificat. vnuſquiſque autẽ videat quomodò ſuperædificet. & fundamentum proſequitur ædificiũq́;. lege (ſi vacat) tertium caput primæ quę inſcribitur ad Corinthios epiſtolæ. ſed quare hos lapides filios arietum vocat? niſi quia doctrinã apoſtolicam tenẽtes: tanquã domeſtici Dei ſuperędificati ſunt ſupra fundamentũ apoſtolorum
& prophetarũ, ipſo ſummo angulari lapide Ephe.2.d.
Chriſto Ieſu in quo omnis ædificatio cõſtructa creſcit in templũ ſanctũ in dño, in quo & vos (ait ipſemet Paulus Epheſijs) coædificamini in tabernaculum Dei in Spiritu ſancto. Arietes tamẽ apoſtoli dicti ſunt: eò ꝙ Chriſtiani gregis duces fuerint. ait ergo: vos filij Dei, afferte dño, vel voſmetipſos qui filij arietũ eſtis, quos per euangeliũ apoſtoli ge-
nuerunt, iuxta illud Pauli ad Corinthios: nõ 1.Cor.4.d.
vt confundã vos hoc ſcribo: ſed vt filios meos chariſsimos moneo. nam ſi decẽ millia pedagogorũ habeatis in Chriſto, ſed nõ multos patres: nã in Chriſto Ieſu per euangeliũ ego vos genui. quippe (ſi benè memini) in Deute-
ronomio ſcriptũ erat: quando habitauerint Deu.25.a.
fratres ſimul, & vnus ex eis abſq; liberis mortuus fuerit: vxor defuncti non nubet alteri, ſed accipiet eam frater eius, & ſuſcitabit ſemen fratris ſui, & primogenitũ ex ea filium, nomine illius appellabit, vt nõ deleatur nomen eius ex Iſrael. Nunc ecce ſponſus eccleſiæ Chriſtus, pro nobis mortuus eſt, abſq; liberis illis quos ante mundi conſtitutionẽ in adoptionem filiorũ elegit. qui & ſimul cum apoſtolis habitauit & cõuerſatus eſt, eos fra-
tres appellans. Narrabo (inquit) nomẽ tuum pſ.21.ve.23
fratribus meis. & iterũ Magdalenę ait: vade Io.20.d.
ad fratres meos & dic eis: aſcendo ad patrẽ meum &c. huius vxor eccleſia non nupſit





alteri, quæ ſemel Chriſto inſeparabili nexu iuncta fuit: ſed fratres eius vicario miniſterio acceperunt eam, vt ſuſcitarent ſemen fratris. & quos per euangeliũ genuerunt filios: non à Paulo paulinos, aut à Petro petrinos, ſed à Chriſto Chriſtianos appellarũt. hos igitur (ait) filios arietum afferte dño filij Dei.

2. *Afferte dño gloriam & honorem, afferte dño gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio ſancto eius.*

Afferte dño, nam vos nõ vobis, hos genuiſtis agnos. cuius rei gratia vnus arietum & vas ipſe electionis Paulus, Corinthios arguit
1.Cor. 1. b. dicẽtes: ego quidẽ ſum Pauli, ego autẽ Apol
lo, ego verò Cephe, ego autem Chriſti. Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis (ait) aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Afferte igit̃ filios arietum dño: non arietibus. afferte dño non ſeruis: gloriam & honorem. afferte gloriam nomini eius: non arietum nomini. Illius nominis afferte gloriã: in cuius nomine agni nouelli regenerati ſunt. hos ergò illi afferte agnos, hos mãſuetos: & niueo baptiſmalis innocentiæ candore fulgentes. nec vacat, ꝙ tertio dño gloriam afferri iubet: quo ſpiritum ſanctũ patri & filio coęqualem eſſe doceat. Ideò ait: & vos filij Dei, adorate dñm patrẽ:
Io.4. vt veri adoratores, in ſpiritu & veritate. ado
rate (inquã) in atrio ſancto eius, intrantes cubiculum cordis: hoc enim eſt atrium ſanctũ eius. vos ſoli (vt aulici & domeſtici eius) intrate & adorate, atque oſtio cubiculi clauſo, ipſaq́; turbida ac ſtrepente ſollicitudinũ huius ſeculi turba foras manente: orate dñm & adorate. vos etiam ipſos illi afferte & offerte: tanquã filios arietum. atquì vos ſacerdotis ſummi & ſacerdotũ filij, vel in hoc eſtote ſacerdotes: vt ſacerdotio functi, exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem ſanctam,
Rom, 12.a. Deo placentem, rationabile obſequium ve-
ſtrum. viuentem (inquã) per fidem charitate formatã. ſanctã, deuotione Deo dicatã. Deo placentem, per rectitudinem intentionis. rationabile obſequium, quia diſcretionis ſale conditũ. ſint corda veſtra, altaria domini virtutũ, iuxta altare maius qui Chriſtus eſt ere-
Col.3.a. cta. ibi mortificate membra veſtra, quæ ſunt
ſuper terram. hęc. n. omnia ad tabernaculi huius conſummationẽ pertinent. eccleſiam quidem conſtruxit Chriſtus: ſed indies numero augetur & meritis, dum quotidiè filios Chriſto parit, parietq́; vſque ad conſummationẽ. quod prophetico ſpiritu Dauid præuidens
Pſ.44.v.16. ait: adducentur regi virgines poſt eã: proxi-
mæ eius afferentur tibi. afferentur tibi in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis. pro patribus tuis naſcentur tibi filij: cõſtitues eos principes ſuper omnem terrã, memores erunt nominis tui dñę. loco (inquit) patrum naſcentur filij, & illi arietes: hi autem arietum filij. Conſtitues eos duces ac principes: qui & memores erunt nominis tui dñe, à generatione in generationẽ: dum eos quos genuerint filios, non ſibi, ſed nomini tuo dicabunt nuncupabuntq́;, & à nomine tuo Chriſtianos dicent. Sequit̃.

*Vox domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit: dominus ſuper aquas multas.* 3.

Nunc ſeptem eccleſiæ ſacramenta recenſet: quæ maximè cõducunt ad huius tabernaculi conſummationem. baptiſmũ. ſ. quo in eſſe ſpirituali regeneramur. confirmationem: qua vires accipimus & robur. pœnitentiam: qua deperditam ſalutem adipiſcimur & recuperamus. vnctionẽ extremam: qua bonæ valetudinis augmentum obtinemus. euchariſtiã: qua animæ nutrimentũ datur. matrimoniũ: quo carnis incendio, medicamine iuſto ſubuenitur. Ordo, quo ſpiritualium bonorum propagatores inſtituuntur. quibus omnibus ita diſpoſitis, & electorũ completo numero: ſedebit dñs inter ſanctos ſuos, velut rex in regno: & populo ſuo benedicens, in æternæ pacis amœnitate gaudebit. nempe baptiſmũ in
eccleſia ſancta futurum prædixit etiã Zacha Zach. 13. a.
rias dicens: in die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Ieruſalẽ in ablutionẽ peccatoris & menſtruatæ. quibus verbis omne genus peccati claudit, actuale. ſ. & originale. Ait ergo: vox dñi ſuper aquas. ecce ſuper Iordanis fluenta, à Ioanne baptizatur Chriſtus: & cõtactu ſuæ mundiſsimæ carnis, virtutem regeneratiuã dedit aquis. qui vt nobis humilitatis præberet exemplũ: ipſi Ioanni re
nitenti ait: ſine modò, ſic enim decet nos im Mat.3.d.
plere omnem iuſtitiã. & apertũ eſt cælum, &
& deſcendit Spiritus ſanctus corporali ſpecie Luc. 3. d.
ſicut columba in Chriſtum, & Deus maieſtatis intonuit. nam vox de cælo facta eſt: tu es filius meus dilectus, in te cõplacuit mihi. tres igitur diuinæ naturæ perſonas, patris. ſ. in voce, filij in carne, & Spiritus ſancti in ſpecie columbæ deſignans ait: vox dñi ſuper aquas. & ecce pater, Deus etiam ipſe maieſtatis (hoc eſt filius) intonuit dicẽs: ſine modo &c. qui de ſuo ad iudiciũ aduentu ait: quũ venerit filius hominis in maieſtate ſua &c. & dñs ſuper aquas multas: & is Spiritus ſanctus, qui & in ſimbolo Niceno dñs appellatur. tres quidem perſonæ: ſed vnus Deus, vnus dominus.

Mat.vlt.d. baptiſmi ergo iã inſtituto ſacramẽto: in triũ
perſonarũ nomine, nõ nominibus, baptizari
Mar. vlt. d. iubemur: vt vitam adipiſcamur æternam; nã
Io.3.a. qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus e-
rit. & niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spi-
ritu ſancto: nõ poteſt introire in regnũ Dei.
ſed audi aliud in his verbis myſterium latẽs:
non tantũ ait: vox dñi, ſed vox domini ſuper
aquas. vt ſcias, ꝙ neceſſe eſt, accedat verbum
ad elementũ, vt ſit ſacramentũ. Ipſe etiã Chri
ſtus Deus maieſtatis, per euangeliũ intonuit
dicẽs: ite docete omnes gentes, baptizantes
Mat.vlt. d. eos in nomine Patris & Filij & Spiritus ſan-
cti: vbi baptiſmi formã præfixit: qui & aquã
in materiã aptã conſecrauit. ſit ergo vox for
mæ ſuper aquas, vbi Deus maieſtatis tuba e-
uangelicæ prædicationis intonuit: & ibi dñs
ſuper aquas multas, gratiam cõferens baptiſ-
malem, atq; alia virtutum dona ſuperinfun-
dens. Sequit.
4. *Vox domini in virtute: vox domini in
magnificentia.*
Hic ſacramentũ innuit cõfirmationis, vbi Spi
ritus ſanct' eiusq; donũ datur in robur. quo,
& qui ſuſceperit, opprobria magna ferre pro
Chriſti nomine non erubeſcat: & præclara fa
cinora aggredi nõ pertimeſcat, cum apoſto-
Ro.1.b. lo dicẽs: nõ erubeſco euangeliũ, virtus eſt. n.
omni credenti. ideoque linitur chriſmate in
fronte ſigno crucis, vbi eſt ſedes verecũdiæ:
ne euangelium erubeſcat: ſed firmior ac for-
Pſ.17.v.32. tior effectus, dicat cũ propheta: in Deo meo
transgrediar murum. nam qui Spiritũ ſanctũ
acceperat baptiſmi ſacramento in remiſsionẽ
peccatorũ, & amicitię ſignum: nũc cõfirma-
tus; accipit in virtute, vt forti animo, & ad-
uerſis reſiſtat, & magnificè operetur. nec etiã
incaſſum: ſed vt ſacramentorũ omnium effici
entiam & efficaciã, atque eorundẽ inſtitutio-
nem à Deo eſſe, commonſtret: ſepties vocem
dñi nominat. Sequit.
5. *Vox domini confringentis cedros: & con
fringet dominus cedros libani.*
Iam ſacramentũ pœnitentiæ in medium ad-
fert. ecce vox inſtituentis eſt, & ſacramento
efficaciã cõferentis: Accipite Spiritũ ſanctũ;
Io. 20.c. quorũ remiſeritis peccata remittuntur eis:
ſint quantũlibet grauia; ſint minora: hæc &
illa cõfringet. cõfringet quidẽ arbuſta humi-
leſque miricas. Cõfringet & ligna campi, cõ-
fringet & altas cedros vbilibet cõſtitutas, &
pſ.103.ve.18 altiſsimas libani quas plãtauit. ſint ſuperbi vt
gentes per orbem diffuſæ: ſint quantumuis e-
lati; in cælum vſque ſuperbientes, vt cedri
libani Iudeos ſignificantes: nẽpe hos & illos
vox dñi cõfringet. humiliãs peccatores vſq; Pſ.146.
ad terrã, & per pœnitentiã ſublimia elatorũ
corda cõfringens. hęc tñ confractio ſalus eſt,
& virtutũ conſolidatio. quia per pœnitentiã
lis cõtritionis, confeſsionis & ſatisfactionis
humiliationẽ: animarũ vitia cõfringuntur &
virtutes erigunt atque interioris hominis ſa
nitas recuperatur, Sequit.
*Et comminuet eas tanquã vitulum liba- 6.
ni: & dilectus, quemadmodum filius
vnicornium.*
De extremæ vnctionis nunc agit ſacramen-
to: quo quanto magis in homine delicta om
nis generis venialia cominuuntur, ita vt ſu-
ſcepto ſacramento, illorũ non appareat veſti
giũ vllũ, tanto illius vituli pinguis & ſagina-
ti qui Chriſtus eſt, imagini cõformior ſit hoc
ſuſcipiẽs ſacramentum. iuſtificat enim Deus
ſic peccatores: per baptiſmũ originale pecca-
tum, per pœnitentiã actuale & lethale, per
vnctionem verò venialia eorũ delens: quos
(iuxta apoſtolum) præſciuit & prædeſtina- Rom. 8.
uit cõformes fieri imaginis filij ſui: vt ſit ipſe
primogenitus in multis fratribus. nec mire-
ris ꝙ homo huic vitulo libani cõparetur. nã
illud, tanquã, qualem qualem, non omnimo-
dam ſimilitudinẽ dicit. ita in canticis equita Can. 1.
tui ſuo (quæ eius humanitas innocentiſsima
eſt) ſponſus aſsimilauit eccleſiã: cum tñ lon-
gè purior & innocentior ſit homo Chriſtus,
qui nec peccatũ contraxit nec fecit, nec inuẽ 1.Pet. 2.
tus eſt dolus in ore eius. ſed is ita comminu-
tus, vel in hoc illi vitulo aſsimilatur libani,
qui ex ſemine Dauid ſecundũ carnem natus
eſt; cãdidus & rubicundus, electus ex milli-
bus: ꝙ omni peccato careat, ꝙq; adeò com-
minutus ſit vnctione, & confractus pœniten-
tia: vt vitulo libani flagellis cõfracto & cru-
cifixione comminuto, ſit vtcunq; aſsimilat':
vt qui in baptiſmate etiam conſepultus. is tñ
comminutus, cõfractus & conſepultus: tunc
fortior & ſolidior eſt. quia dũ Chriſto per
hæc ſacramenta incorporatur: os fidei alia-
rumq; virtutũ nõ comminuetur ex eo, ſed vi
tia carnis cõterent. niſi fortè hic ſit hebraiſ-
mus. vt fruſtrum cedrorũ in mõte libano ex-
iſtentiũ: vulgari appellatione, vitulus libani
nuncupetur. quod fruſtrũ paruũ, nimio ſolis
ardore adeò ſiccũ & aridũ eſt: vt facilè com-
minui poſsit, & vento flante, videatur vt la-
ſciuiẽs vitulus exilire. & ſequitur ſtatim: di
lectus quemadmodũ filius vnicorniũ. ô admi
rabile euchariſtiæ ſacramentũ, in quo etiam
gratia ſubſtãtialis nobis cõfertur. quàm pau-
ciſsimis ſed prægnantibus verbis, nunc expri
mit



mit propheta hoc ineffabile myſteriũ, dũ id
nobis ſignificans ait: dilectus quemadmodũ
filius vnicorniũ. Nam filius Dei eſt: ſicut fi-
lius hominis. filius Dei vnigenitus natura di
uina; ſicut & humana vnigenitus Mariæ vir-
ginis, ex regali Iudeorum progeniæ natus.
qui Iudei, ideò vnicornij denominantur: ꝙ
hoc ſolo elationis cornu inſigniti gloriãtur:
ꝙ ſemen Abrahæ ſint, ꝙ populus à Deo ele-
ctus, quod lex ſibi data, templum & ſacerdo-
Pſ.75.ve. 1. tium, ꝙ notus fuerit in Iudea Deus, in Iſrael
magnũ nomen eius. At verò caruerũt altero
cornu. nam & ſi ſemen Abrahæ fuerunt: fidẽ
Io.8. c. tamẽ Abrahæ nõ habuerunt, nec opera Abra
hæ fecerunt. In quos ita inuehitur apoſtolus
Rom. 2. c. dicens: ſi autẽ tu Iudeus cognominaris, & re
quieſcis in lege, & gloriaris in Deo, & noſti
voluntatem eius, & probas vtiliora, inſtruct'
per legẽ, cõfidis te ipſum ducem eſſe cæco-
rum. & (paucis interiectis) qui in lege gloria-
ris: per præuaricationẽ legis Deum inhono-
ras? nomen enim Dei per vos blaſphematur
inter gentes, nam & ſi notus in Iudea Deus:
ſed nõ dilectus. notũ nomen: ſed blaſphema-
tum. ſolo igitur cognitionis cornu elati glo-
riamini: nec aliud dilectionis cornu habui-
ſtis, qui ſemper vnicornes eſſe voluiſtis. na-
tus eſt Chriſtus ex Iudeis: glorientur. carnẽ
ex eis aſſumpſit: gloriẽtur. Mihi autem, abſit
Gal.6. d. gloriari (ait apoſtolus) niſi in cruce dñi no-
ſtri Ieſu Chriſti, per quem mihi mundus cru-
cifixus eſt & ego mundo. Mater mea & fra-
Luci.8.c. tres mei hi ſunt (clamat Chriſtus) qui verbũ
Dei audiunt & faciunt, qui & duplici cornu
præditi ſunt. Audiunt (inquit) & faciunt. ꝙ ſi
gloriari oportet, non in vno cornu glorien-
tur, ꝙ conſanguinei Chriſti ſunt: ſed ꝙ diſci-
puli. audiant apoſtolũ Paulũ, hos iterum vni
cornes vel in hoc ſolo gloriantes (mirifico
quo ſolet ſenſu) carpentẽ taxantemq;. Itaque
2. Cor.5.c. nos (inquit) ex hoc neminẽ nouimus ſecun-
dũ carnem. ſed ſi etiã cognouimus ſecundùm
carnẽ Chriſtum: ſed nunc iã non nouimus. nõ
vtique propriũ genus amat: niſi quatenus re
ſpicit gloriam Dei. nec ob id duntaxat glo-
riatur, ꝙ pmiſſus in lege Chriſtus de Iudeo-
rum progenie originẽ duxerit (id quidẽ eſt
Chriſtum noſſe ſecũdũ carnem) ſed cum Za
charia gaudet, ꝙ ſalutem toti attulit orbi:
Luc.1 . g. quia viſitauit & fecit redemptionem plebis
ſuæ, & erexit cornu ſalutis nobis &c. Comen
dat ergo propheta hoc mirificum ſacramen-
tũ his verbis: ꝙ ibi ſit Deus & homo Chriſt',
dilectus Dei filius & naturalis, verus Deus,
iſdemque filius humilimus vnicornium: id
eſt vnigenitus & naturalis verus homo de
tribu Iuda, Mariæ virginis filius. Sequit.
*Vox domini intercidentis flãmam ignis, 7.
vox domini concutientis deſertum: &
commouebit dominus deſertum Cades.*
Horrendũ illud tonitruum ad literã ſignat al
titonantis, ac fulmina iacientis. at myſticè:
matrimonium inſtitutũ eſt ante peccatũ, in
officium procreandæ prolis, mutuumq; adiu
torium & ſolatiũ duntaxat, prędicente Deo:
non eſt bonũ hominẽ eſſe ſolùm, faciamus ei
adiutorium ſimile ſibi. & implicite facto il-
lud inſtituente: quum immiſſo ſopore in A- Gen. 2. g.
dam, tulit vnã de coſtis eius, & ædificauit eã
in mulierẽ, & adduxit eam ad Adam. quod
vtique verbo & benedixit dicens: creſcite & Gen. 1. d.
multiplicamini. Adam verò (Deo inſpirãte)
matrimoniũ explicuit dicens: hoc nũc os ex
oſsibus meis &c. adiungens: quamobrem re-
linquet homo patrẽ ſuũ & matrẽ, & adhære-
bit vxori ſuæ, & erũt duo in carne vna. vbi
tria bona annotauit: bonũ. ſ. inſeparabilitatis,
bonũ fidei, & bonũ prolis. ſed quia de ratio-
ne ſacramenti eſt, ꝙ ſit ſignũ & remediũ: tũc
verò etſi fuit ſignum, nõ tamen remediũ vel
medicina, cùm nondùm eſſet morbus: hinc
eſt, ꝙ tũc propriè nõ dicebatur ſacramentũ.
At verò poſt peccatum: inſtitutũ fuit à Deo
etiam implicitè in remedium, quũ ait mulie-
ri: in dolore paries filios, & ſub viri poteſta- Gen. 3. c.
te eris. & in officiũ, dicẽte dño poſt diluuiũ:
creſcite & multiplicamini & replete terrã. Gen. 9. a.
&c. fuit ergo ante nouã legem inſtitutũ. ſed
quia nõdũ gratiæ fuerat ante collatiuũ, quæ
vis ſacramentorũ eſt, nũc verò gratiam con-
fert: ideò ſacramentũ dicitur nouæ legis. nõ
ꝙ de nouo ſit inſtitutũ: ſed denuò approba-
tum & confirmatũ, & in ſacramentũ gratiæ
collatiuũ à Chriſto inſtitutũ. omnia . n. no-
uæ legis ſacramenta gratiam conferunt ex vi
ſacramenti. ꝙ ſi matrimonium nõ eſſet nouę
legis ſacramentum, nõ dixiſſet apoſtolus ad
Epheſios ſcribẽs: ſacramentum hoc magnum Ephe.5.g.
eſt, ego autem dico, in Chriſto & eccleſia,
quod vtique vt ſacræ rei ſignũ in Chana Ga-
lileæ, & corporali præſentia approbauit: &
illuſtri illo conuerſionis aquæ in vinum mi- Io.2.a.
raculo cõmendauit. Conuertitur enim aqua
per hoc ſacramentum in vinũ gratiæ, coniu-
gum lætificans corda. Et quod aliàs fuiſſet il
licitũ, admoto coniugij ſacramento, fit excu
ſabile, licitum, & meritoriũ. inſtitutũ eſt er-
go poſt lapſum, in carnalis cõcupiſcentiæ re
medium; & hoc eſt quod ait; vox dñi inter-
cidentis flãmam ignis. Nec. n. flãma ignis, &
carnalis comcupiſcentiæ libido furens, ex-

tingitur ſacramento : ſed interciditur,dum
accedens ad propriam:cohibetur ne trāſeat
ad alienam.quis nanq; matrimonialis vincu-
li lege conſtrictus (ſi tamen eam ſub oculos
habeat ) intus nō cōcuciatur:ne ſacramentū
violans,animā ſuam quod Dei erat habitacu
1.Cor.7.a. lū, deſertum faciat?ſciens cū apoſtolo,ꝙ mu
lier,ſui corporis poteſtatē nō habet, ſed vir.
ſimiliter autem & vir,ſui corporis poteſtatē
nō habet,ſed mulier.Cōtremiſcat ergo fide-
lis ne diuidat,ꝙ ſacrmentū ſignat vnitū.ꝗ ſi
fecerit:reſipiſcat,& de caſu doleat.Commo
ueatur deſertū:vt per pœnitentiā inhabitet
virtus Chr̄i locū,quē deſeruerat ꝑ peccatū.
Cades quidē deſertū miræ magnitudinis eſt,
& translata interpretatur. neceſſe eſt.n.ut
translato & cōmoto habitaculo : habitantis
trālatio fiat ab iniquitate & immunditia, ad
iuſtitiam & ſanctitatem.Sequitur.

8. *Vox dn̄i præparantis ceruos, & reuelabit*
*condenſa: & in tēplo eius oēs dicēt gloriā.*
Vel ad hebraicam veritatem,vox dn̄i partu-
rire faciens ceruos. Nunc vltimo,ad taberna
culi conſummationem,ordinis ponit ſacra-
mētū. et de ſacerdotibus & ep̄is agit,vel ꝙ
ſublimiorem in eccleſia locum habeant : vel
quòd cæteros ordines eminēter contineant.
quos ceruos vocat,eò ꝙ ad alta petāt, vel pe
tere debeant.ſic enim ſcriptum eſt : montes
pſ103. excelſi ceruis : petra refugiū herinacijs. ij
inter alios, ad quatuor præcipuos actus ſe-
queſtrantur, dedicātur & ordinantur.quorū
duo primarij ſunt:alter circa corpus Chriſti
verū,& circa myſticū alter. At ſacramētum
hoc quo ad primum,in cœna inſtitutū eſt à
Chr̄o dicente:hoc facite in meā cōmemora
Luc.22.b. tionē. vbi apoſtolis ſacerdotalē tradidit po
teſtatē cōficiendi corpus Chriſti verū. poſt
reſurrectionem verò poteſtatem dedit ſoluē
Io.20.c. di & ligandi, quum inſufflauit & dixit:acci-
pite ſpiritum ſanctū,quorum remiſeritis pec
cata remituntur eis: & quorū retinueritis re
tēta ſunt.quam quidem ſacramēti inſtitutio
nem,ſub præparationis noīe deſcribit dicens:
vox dn̄i præparantis ceruos, vt ſpiritalium
ſerpentū nequitiā perimere norint atque ve-
nenū. Reliqui verò duo actus ſecūdarij ſunt.
prior, vt in ſublimia cōtemplationis cacumi
na aſcendentes diſcant,quo alijs cōdenſa,vm
broſa,opaca & obſcura ſcripturæ loca reue
lare & aperire poſſint:vti doctores iā docti
docētes. qualis erat Paulus qui ait:ego enim
accepi à dn̄o:quod & tradidi vobis.timeant 1.Cor.11.c.
igitur ignorantes & ydeotę,qui in terra per
ignorantiam reptant,ne audiant per prophe
tam dn̄m cōminantem:quia tu ſcientiam re- Oſee.4.b.
pulliſti,repellā te ne ſacerdotio fungaris mi
hi.Eſt & alius actus,vt inter Deum & hoīes
mediatores exiſtant,& vicaria Chriſti pote-
ſtate apud Deum interpellantes, aſſidua ora
tione pro hominibus intercedāt: quod vtiq;
parturire eſt,donec formetur Chriſtus in eis.
ſint denique (vt angeli) actus hierarchicos Gala.4.c.
exercentes,qui ſunt illuminare, perficere,&
purgare. et vice fidelium omnium & noīe:
in templo Dei,quod huius ſeculi tabernacu-
lum eſt, ſtatas & horarias ꝓces Deo fundāt,
eiusq; gloriam dicant. quid iam(obſecro)ſu
pereſt faciundum ad huius tabernaculi con
ſummationem?profectò quod ſequitur.
*Dominus diluuium inhabitare facit: &*
*ſedebit dominus rex in æternum.* 9
veniant gentes vt eccleſiam inhabitent.quæ
ideo diluuium dictæ ſunt : ꝙ multitudinem
gentium propheta ſanctus voluerit ſignifica
re,iuxta illud angeli in apocalipſi dicentis:
aquæ,quas vidiſti vbi meretrix ſedet,populi Apo.17.c.
ſunt & turbæ & gentes & linguæ.qui omnes
ydolatria & aliorum morū peſſima inūdatio
ne obruti erant.Intret iā igitur plenitudo il-
la gentiū per fidei baptiſmū :& cōſummato
tabernaculo, regnabit rex noſter Chr̄s in ele
ctis.Scimus prædicta omnia materiali ac li-
terali ſenſu percepta,vim,potētiā,ꝓuidentiā
quē Dei ſummam indicare : ſed myſtico la-
tēte,ea ſignificata,quæ narrauimus, introſpi
cere licet:vt ſummā Dei erga nos bonitatē re
recolamus & omni cultu obſeruemus. Seq.
*Dominus virtutem populo ſuo dabit:*
*dominus benedicet populo ſuo in pace.* 10
Nimirū dabit virtutem, hoc eſt gratiam cō-
firmatā in gloria:benedicetq;populo ſuo ibi,
vbi pax erit æterna. quam nobis ipſe ſponſus
eccleſię Chriſtus præſtare dignetur:qui cum
patre & ſp̄ū ſancto viuit & regnat Deus,in
ſeculorum ſecula amen.

EPILOGVS. PS. 28.

*AFferte dn̄o fili Dei:afferte dn̄o filios arietū.uos filij Dei ꝑ adoptionis gratiā(ait pſaltes)*
*uos (inquā) fideles afferte dn̄o , ipſiq; filios nuncupate : quos dominici gregis duces,*
*Chriſto dn̄o, non ſibi ipſis,per euangelium genuerunt. illi gloriam date, illi honorem ex*
*hibete paternū,& nomini eius,uos chriſtiani impendite laudem:rectè coram hominibus*
*operātes. et adorate dn̄m in atrio ſancto eius(quod cordis archanū eſt) Deū ſuper om-*
Tit.3.b. *nia diligentes, qui per lauachrum regenerationis uos lauit:ut eſſetis renati, nō ex ſemine corruptibili:*
1.Pet.1.d. *ſed incorruptibili,per uerbū Dei uiui & permanentis in æternū.Ecce uox dn̄i ſuper aquas, baptiſmi*
*inſti*



*inſtituens ſacramentum. uox dn̄i in uirtute,uox dn̄i in magnificentia,inſtituens cōfirmationē ad plen*
*tudinē ſp̄ūs.uox dn̄i confringentis cedros:& pœnitentiā conferens ſalutarē.Et cōminuet eas tanquam*
*uitulū libani,dū extremæ unctionis admoto ſacramento:etiam ipſa ad nihilum uenialia rediguntur,quo*
*Chriſto dn̄o totius corruptionis experti,fideles ipſi magis aſſimilātur,quē uitulū libani placuit appel*
*lare. Nēpe uitulus ille,unigenitus Dei eſt dilectus pr̄i,ſicut filius unicornium, ex Iudeorum progenie*
*ſecundum carnem. qui dum unico duntaxat gloriantur cornu dicētes:ſemen Abrahæ ſumus,cuius nec fi*
*dem tenent,nec opera imitantur:unicornes iure dicuntur.Is utiq; uitulus ſaginatus,ſub ſpeciebus panis*
*& uini,ſeſe nobis in cibum contulit & potum:euchariſtiæ inſtituens ſacramentū,quod his pauculis uer*
*bis quaſi myſteriū ineffabile,uel tenui annotatione ſignare iuuat:ſequentibus uerò matrimonium.Ecce*
*uox dn̄i intercidentis flāmam ignis &c.Non ſolum per actum coniungalem(id quidem naturale eſt) ue*
*rum etiam per Dei gratiam ibi cooperantem.deinde ultimo loco,ordinem & maximè ſacerdotalem:*
*nam uox dn̄i præparantis ceruos &c. An hæc exigua dona uidentur in oculis noſtris?Audite iam miſe*
*ricordiæ plenitudinem:quia in ſpiritu omnis conſummationis uidi finem.Nempe inter gētes ydolatras,*
*diluuium omnium adeò inundauerat peccatorū:ut plebs illa uacua eſſet habitatore Deo. At conuocauit*
*gentes,& conſtruxit eccleſiam ſine macula & ruga:& ita diluuium inhabitare facit , & ſedebit dn̄s*
*rex in æternum,qui uirtutem populo ſuo dabit, ipſiq; benedicet in pace:regni ſui bona conferens afflu*
*enter.Id circo æquum eſt,te laudibus domine pro uiribus exaltare.*

PSALM. XXIX.

*EXaltabo te dn̄e, quoniā ſuſcepiſti*
*me:nec delectaſti inimicos meos ſu*
*per me.*
Huius pſalmi titulus eſt:pſalmus cātici in de
dicatione dom' Dauid . pręcinuerat Dauid
pſalmū(vt ſuperius annotauimus) in conſū
matione tabernaculi,quod pręſētis ſeculi ec
cleſia eſt,vſq; ad cōſūmationē ſeculi in taber
naculi militia duratura. Nūc pręcinit pſalmū
cātici in dedicatione domus cātandū , quum
poſt ſanctā futuram reſurrectionē, dedicabi
tur,in æternitate pacis permanſura. hæc vti
q; Dauidi præſignata fuit dedicatio, quū ab
ea grauiſſima(quā inciderat infirmitate ) cō
ualeſcenti,data eſt facultas,domum quā ædi
ficauerat habitandi. loquitur ergo interdū
totus Chriſtus caput & mēbra ſimul: quādo
q; verò ſeorſum. Exaltabo te(inquit)dn̄e, &
inexhauſtis laudibus magnificentiā tuā nar-
rabo:qm̄ ſuſcipiens caput meū in reſurrectio
ne:ſuſcepiſti me ait eccleſia. et ideo exalta-
bo te:quia ſic in capite exaltaſti me. ſcio.n.
cum apoſtolo,ꝙ nos cōreſuſcitauit & conſe
Ephe.2.b. dere fecit in cęleſtibus in Chriſto Ieſu:qui in
aſſumpta nr̄a humanitate reſurgēs,atq; in cæ
lū aſcendens,ibi ad dexterā patris ſedet, vn-
de etiā membris omnibus reſurgendi certa
ſpes eſt.Audi iterū apoſtolū dicentē:qm̄ qui-
1.Cor.15.d. dē per hominē mors,& per hominē reſurre
ctio mortuorū. et ſicut in Adā omes moriū
tur,ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.
vnusquiſq; aūt in ſuo ordine,primitiæ Chri
ſtus.lege(ſi vacat)eius epiſtolæ quæ ad Corī
thios prior inſcribitur,totū.15 . caput: & de
dicationē,de qua in titulo,graphicè deſcrip
tā reperies.Nec delectaſti(ait)inimicos me-
os ſuper me.Affligentur vtiq; ſubtus me : &
pones eos ſcabellum pedū meorū. Nā ſiue Iu
deos ſuſcipias ſiue demones:nec hos nec il-
los delectaſti,ſed cōfudiſti potius.Sequitur.
*Dn̄e Deus meus clamaui ad te: & ſana-* 2.
*ſti me.*
Clamauit Chriſtus in nocte & exauditus eſt:
qui deuicta morte triūphauit.Et corpus in-
firmitatis nr̄æ quod iacuit in ſepulcro clauis
& lancea cōfoſſū:ſurrexit rubentibus ſtigma
tibus glorioſū. clamanit etiā eccleſia , ſalutē Hier.17.c.
petijt & ſaluatorē,dicens:ſana me dn̄e & ſana
bor:& cruore Chr̄i ſanata eſt.ſubiungit etiā.
*Dn̄e eduxiſti ab inferno aīam meā:ſalua* 3.
*ſti me à deſcēdentibus in lacum.*
Vel ſicut alij trāſtulerūt, in foueā:per hoc in
fernū aut ſepulchrū deſignantes. ſane actum
eſt ita.Nam aīa Chriſti in illo triduo mortis
deſcēdit ad inferna.quæ verbo vnita manēs:
nō vt præda detenta eſt,ſed à verbo educta.
Et(iuxta Zachariæ verbū)eduxit in ſāguine Zach.9.c.
teſtamenti vinctos de lacu in quo nō erat a-
qua.Idipſū etiā ſanctorū patrū clamat eccle-
ſia,Chriſti nomen exaltans.quāobrē ſanctos
omnes ad gratiarum actionē inuitat dicens:
*Pſalite domino ſancti eius: & confitemi* 4.
*ni memoriæ ſanctitatis eius.*
AEquū eſt vt ſancti voce altiſona, ſācti ſan
ctorū efferant ſanctitatē:illius memores,qui Luc.1.g.
nr̄i nuſquā oblitus eſt ad faciendā miſericor
diā,& memorari teſtamenti ſui ſancti. Audi
quod ſequitur.
*Qoniam ira in indignatione eius: & vita* 5.
*in voluntate eius.*
Magna profecto Dei ſanctitas eſt,qui quum
iraſcitur:miſericordię recordatur . Nam ira Abach.3.a.
(ideſt mortis ſentētia)in indignatione eius.
quia comediſti(inquit)de ligno ex quo præ Gen.3.d.

ceperã tibi ne comederes:in ſudore vultus
tui veſceris pane tuo,donec reuertaris in ter
rã de qua ſũptus es:quia puluis es, & in pul-
uerẽ reuerteris. ſed vita in volũtate eius, nõ
quidẽ in nr̃is meritis:ſed in benigna volũtate
eius eſt vita & reſurrectio. in lectione autẽ
hebraica habet̃:Qm̃ ad momẽtũ ira eius,hoc
eſt,cito trãſiens. et clarior eſt ſenſus. ſequit̃.
6. *Ad veſperum demorabitur fletus: & ad*
*matutinum lætitia.*
Veſpere peccauit Adã,& veſpere hora nona
expirauit Chriſtus,& ibi fletus.ſed ad matu-
tinũ reſurrexit:& ibi lætitia,quę & nr̃æ reſu
rrectionis & lætitiæ cauſa fuit.ſic etiã nos in
veſperi & fletu huius mortalitatis exiſtẽtes:
qui(ſi benè intueamur)citò & ferè ad momẽ
tũ tranſit mane reſurrectionis & futurę læti
Phi.3.d. tiæ expectamus,cũ apoſtolo dicẽtes: ſalua-
torẽ expectamus dñm nr̃m Iuſum Chriſtũ,
qui reformabit corpus humilitatis nr̃æ, cõfi
guratũ corpori claritatis ſuæ,ſecundũ opera
tionẽ virtutis ſuæ.Sequitur.
7. *Ego autẽ dixi,in abundantia mea:nõ mo*
*uebor in æternum.*
Reſurrectio Chri:tria nobis cõtulit bona.bo
nũ ſcilicet honeſtũ,bonũ delectabile, & bo-
nũ vtile.dixi(ait)in abundantia mea & proſ
peritate mea ac bonorũ affluẽtia,iure quidẽ.
Nã quanta aut qualis fuit(rogo) abundantia
Io.3.c. eius,cui non fuit datus ſpũs ad menſurã?quæ
qualis aut quanta fuit abũdantia eius,in quo
Colo.2.b.c ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſciẽtiæ abſ
conditi, & inhabitat oĩs plenitudo diuinita
tis corporaliter,hoc eſt verè realiter ſubſtan
tialiterq;?In hac ergo abundãtia & glorioſæ
reſurrectionis redũdãtia dixi: Nõ mouebor
Rom.6.b. in æternũ.dicat nũc Paulus:ſi autẽ mortui ſu
mus cũ Chriſto:credimus q ſimul etiã viue
mus cu illo:ſcientes,q Chriſtus reſurgẽs ex
mortuis,iam nõ moritur:mors illi vltra non
dñabitur.q.n.mortuus eſt peccato, mortu
us eſt ſemel:q aũt viuit viuit Deo.q igit̃ re
ſurgẽs ex mortuis viuit Deò,nõ vltra mori
turus,iure ait:in abũdãtia mea nõ mouebor
in ęternũ.Is profectò tãtę dignitatis honor:
in nos etiã reſurgentes deriuat̃. deriuatur &
aliud quod viſu pulchrũ atq; aſpectu erit de
lectabile:qualis decor ille claritatis, agilita-
tis,ſubtilitatis & impaſſibilitatis, quo nunc
Chri corpus præditum eſt, & in virtute ſibi
præſtita,electorũ omniũ reſurgentiũ corpo
ra prædotabit ,cuius rei cauſa ſubiũgit:
8. *Domine in voluntate tua : præſtitiſti de*
*cori meo virtutem:*
1.Cor.15.f. Qua illũ mẽbris meis impertiar,eã ſuſcitãs à
mortuis,efficienſq; pulchriora. Nõ etiam in
epte vſurpaſſet hæc verba in ſtatu innocẽtię
primus homo de terra terrenus:ſicut ſequen Gen.3.b.
tia poſt lapſũ. qui auerſus à creatore, & ad
creaturã cõuerſus:carnis rebellionẽ ſenſit.et
factus conturbatus,vnà cũ cõſorte cucurrit
ad folia fic⁹,atq; abſcõdit ſe,ne appareret fœ
dus, qui paulo ante decorus erat.ſed nos
hæc oĩa,Chr̃o verius adaptamus. ſequitur.
*Auertiſti faciem tuam à me : & factus* 9
*ſum conturbatus.*
Quid eſt (obſecro)hæc auerſio faciei : niſi
quædã diuina diſpenſatio,qua(exiſtente aĩa
Chri ab iſtãti cõceptionis verè beata) gloria
portionis ſuperioris aĩæ,nõ deflueret ad in
feriorẽ,nec in corpus redũdaret:quo dolere
poſſet,triſtari & cõturbari,ad paſsionis ſuæ
& redẽptionis nr̃ę explẽdũ myſteriũ?in quo,
& nominis ſui exaltationem,& ſui corporis
ac mẽbrorũ ſuorũ reſurrectionẽ dedicationẽ
q; domus ſuæ perpetuã, promeritus eſt. et
qa ei⁹ mors,quędã iugis oratio fuit:ſequit̃.
*Ad te dñe clamabo: & ad Deum meum* 10.
*deprecabor.*
Sed quid dñe clamaſti?pfectò quod ſequit̃.
*Quæ vtilitas in ſanguine meo: dum deſ-* 11.
*cendo in corruptionem?*
Ac ſi dixerit nulla,ſi nõ ſequit̃ humani gñis
ſalus.Nã propter inobedientiæ malũ, homo
incurrit corporis & aĩæ mortẽ:qui ante lap
ſum,ex priuilegio fuerat immortalis.ſic.n.
dictaſti ſententiã:puluis es,& in puluerẽ re- Gen.3.d.
uerteris. vt igitur ego redẽptor verus,repa-
rator,reſtitutor & reſtaurator,aĩæ & corpo
ri mederi debeã, ipſiſq; mẽbris meis futuræ
reſurrectionis prothotipũ oſtendere poſſim
& exẽplar:expedit,corpus meũ nõ deſcẽdat
in corruptionẽ.Ne ſi caput viderint incine-
ratũ,mẽbra ipſa deſperent: & inutilem arbi-
trent̃ mei ſanguinis effuſionẽ. reſurgã igit̃ in
corruptus operæpreciũ eſt:vt ſit nõ ſimpla v
tilitas in ſãguine meo toti homini.hoc.n.prę
ſignans(indignantibus Iudeis) totũ hominẽ Io.7.c.
in ſabbato ſaluũ feci.Ecce ita Paulus ad Corĩ
thios ſcribens argumẽtatur.ſi Chr̃s nõ reſur 1.Cor.15.c.
rexit:inanis eſt prædicatio nr̃a, inanis eſt &
fides vr̃a. et iterũ:ergo & qui dormierũt in
Chr̃o,perierũt. exurgat ergo pſalteriũ meũ,
exurgat & cithara.Nam ſi ſecus: 12.
*Nũquid cõfitebitur tibi puluis: aut annũ*
*ciabit laudem tuam?*
Etſi tibi cõfiteatur aĩa:non tñ corpus in pul
uere dormiens.Nec.n.gemina tibi erit cor-
poris ſilicet & aĩæ confeſſio:ſi corpora per
damnationis ſententiã in puluerẽ redacta,nõ Eccle.18.d.
rediuiuant. atqui à mortuo,quaſi nihil perit
confeſſio.



confeſſio ſequitur.
13. *Audiuit dominus, & miſertus eſt mei:*
*dñs factus eſt adiutor meus.*
Sed quomodo audiuit,aut in quo miſertus
& factus eſt adiutor?Audi quod ſequitur.
14. *Conuertiſti planctũ meũ in gaudiũ mihi:*
*concidiſti ſaccum meũ, & circundediſti*
*me lætitia.*
Saccus veſtis aſperá, cilicina & lugubris eſt.
Idem eſt igitur cõuertiſti planctũ mortis in
gaudiũ reſurrectionis:q cõcidiſti veſtẽ meã
lugubrẽ,& veſte lætitiæ atq; iucũditatis cir
cũdediſti me. vel aliter:ſaccũ corporis mei:
flagellis. vulneribus & plagis cõcidi permi
ſiſti;& ſic in morte conciſum ab aĩa ſepara-
ri voluiſti. et iterũ reunito corpore,circun-
dediſti me lætitia.
*Vt cãtet tibi gloria mea, & nõ cõpũgar:* 15.
*dñe Deus meus in æternũ cõfitebor tibi.*
Gloria mea,quam vtiq; nomini meo acquiſi
ui(ait Chriſtus)tibi relata cãtabit,nec ſilebit
vnquã. et nõ compũgar iterũ,vt in morte cõ
punctus ſim,ita vt à plantapedis vſq; aduerti
cẽ,nõ eſſet in me ſanitas.quãobrẽ,dñe Deus
meus in æternũ confitebor tibi, ad dexterã
tuam ſedens in gloria,in qua viuis & regnas
Deus per infinita ſeculorũ ſecula Amen.

## EPILOGVS. PSALM. XXIX.

*EXaltabo te dñe qm̃ ſuſcepiſti me.Chriſtus & eccleſia,caput ſimul & mẽbra:nunc cõ
iunctim, nunc ſeorſum loquẽtes,ac Deo.opt.max.gratias agentes,à diuino uate inducũ
tur. ſuſcepiſti me(ait) qui me à mortuis ſuſcitaſti,ob idq; mẽbris meis reſurgendi ſpem
dediſti.Nec delectaſti inimicos meos ſuper me:imò ſuo fine fraudaſti. clamaui ad te in
carnis infirmitate:& ſanaſti me,non ultra moriturũ. eduxiſti ab inferno aĩam meam ſe
cum ducentem captiuam captiuitatẽ,& ſaluaſti me à deſcendentibus in lacũ. quamobrem uos pſallite
ſancti ſancto ſanctorũ,in cuius manu uita & mors. in me experimentum facite (ait Chriſtus) ecce ad
mortis ueſperũ demorabitur fletus:& ad matutinum lætitia reſurrectionis. ſic etiam Moyſem & Aa
Exo.16.b.c ron murmur filiorũ Iſrael conſolantes in exodo dixiſſe legimus:ueſpere ſcietis q dñs eduxerit uos de
terra Egipti:& mane uidebitis gloriam dñi.rurſuſq;:ueſpere comedetis carnes,& mane ſaturabimini
panibus.At ego dixi in abundantia mea,hoc eſt,quũ iam corpore & aĩa,poſt reſurrectionem bonis om
nibus abundarẽ,non mouebor.in æternũ à uita in mortem. quin ipſe potius decorem induens & pul
chritudinem:membris hæc impertiar meis:hæc utiq; popoſci ſæpius. nam quæ utilitas in ſanguine meo:
ſi deſcenderem in corruptionẽ?Nũquid cõfitebitur tibi puluis? Atqui audiuit dñs,& miſertus eſt mei,
auxilium præſtans opportunũ. nam conuertiſti tu dñe planctum meum in gaudium mihi.concidiſti qui
dem ſaccum mei corporis uulneribus & plagis ad mortem uſq;,& circundediſti me lætitia,illud uitæ re
ſtituens:ut cantet tibi gloria reſurrectionis meæ:quam tibi referam in æternum,tibi fidens,ac te in uni
cum refugium meum agnoſcens.*

## PALM. XXX.

*IN te domine ſperaui,non con
fundar in æternũ: in iuſtitia
tua libera me.*
Cuius titulus eſt: in finẽ p̃s Da
uid pro extaſi. extaſis exceſſũ
mẽtis ſonat,qui aut ex vehemẽti metu & pa
uore mortis ſeu alicuius imminentis pericu
li procedit:aut ex contẽplatione & admira-
tione ſupernorũ,quæ mentis nr̃æ vires exce
dunt. ſicut ſancti diuinã cõtẽplantes eſſẽtiã:
in extaſi dicũtur eſſe. iuxta illud pſalmogra
pſ.67.ve.29 phi:ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis
exceſſu. et apoſtolus Paulus raptus dicitur
2.Cor.12.a. vſq; ad tertiũ cælũ:vbi vidit archana Dei.ſic
tñ abſortus:vt neſciat, an fuerit in corpore,
Act.10.b. an extra corpus? ſimile quid accidit Petro a
poſtolorum vertici,ſuper quẽ cecidit mẽtis
exceſſus:& vidit cælũ apertũ,& deſcendens
ad ſe vas quoddã velut lintheũ,quatuor ini-
tijs alligatũ,ſubmitti de cælo in terrã:in quo
erant oĩa quadrupedia & ſerpentia terræ &
volatilia cæli.de exceſſu verò,ex pauore aut
metu intẽſo pueniente:in calce huius pſalmi
ait pphета : ego dixi in exceſſu mẽtis meæ:
proiectus ſum à facie oculorũ tuorum. Nũc
aũt &ſi ad vtrunq; exceſſum pſalm⁹ adapta
tari poſſit:verius tñ & cõgruẽtius erit, ſi pa
uẽtis extaſi ſiue exceſſui,pſalmi huius expo
ſitio applicetur.is etenim p̃s cõditus eſſe fer
tur,quũ Dauid fãctus à Saule impio cinctus 1.reg.23.d
eſſet in deſerto Maon,eſſetq; anxius,quomo
do euaderet à facie Saul.dirigit ergo nos hic
p̃s in Chr̃m,qui finis eſt legis ad iuſtitiã omni
credẽti,pro extaſi ſiue exceſſu mentis: ex pa Rom.10.a.
uore mortis,illiuſq; grauis periculi imminẽ
tis prouenіente.loquit̃.n.Chr̃s in toto proce
ſſu,nunc vt caput mẽbrorũ noĩe,nõ in pſona
ppria vt homo:nunc verò,& capitis & mem
brorũ pſonã agens. in te(inquit)dñe ſperaui
nõ ſpe illa quæ theologica virtus eſt: ſed ex
pectatione quadã de futura glorioſi mei cor
poris reſurrectione. in te cõfido qui adeò iu
ſtus es, vt me non patiaris in æternum con-
fundi,quin potius in iuſtitia tua liberabis me
à confuſsione. dicat hoc Chriſtus morti pro

ximus, dicat electorũ eccleſia redẽptionem
petens ac redemptorẽ:non confundar in æ
Rom.5.a. ternũ,quia ſpes non confundit. in iuſtitia &
bonitate tua,nõ in meritis meis quaſi ex me
ritis,libera me.

2. *Inclina ad me aurem tuam:accelera , vt
eruas me.*

Inclina de ſummo ad me,qui infixus ſum in
limo profundi. accelera ne moreris.Inclina
miſericos pater aurẽ,ideſt, mitte quẽ miſſu-
rus es. vnigenitus. n.tuus, auris tua eſt ,qua
nos exaudire decreuiſti.tu verò redẽptor ac
celera. vel ſi hæc Chr̃i hoĩs ad patrem verba
ſint:ſe vtiq; exaudiri poſtulat, vt poſt mortẽ
acceleretur ſui corporis reſurrectio,ne (vt a
liorũ moriẽtiũ ) ad finẽ ſeculi differat̃.quod
(ſiue capitis ſiue mẽbrorũ ſint verba) magis
exprimit dicens.

3. *Eſto mihi in Deum protectorẽ, & in do
mum refugij:vt ſaluum me facias.*

Ex hebreo quidã tranſtulerunt: eſto mihi in
petrã fortitudinis,in arcẽ ſcilicet fortiſsimã
tutiſſimãq;.perinde ac ſi dicat:tu quidem es
protector,fortitudo & refugiũ meũ, ſed ita
me in morte dereliquiſſe viſus es:ac ſi te De
um non habeam protectorem. qui ergo pro
ctetor meus fuiſti hactenus: te nunc in reſur
rectione protectorem oſtende. eſto mihi
in Deum protectorem , eſto mihi in do-
mum refugij. quod certè ages , pro tui no-
2.Cor.5.a. minis gloria:qui futurus es mihi gloria obie
ctualis,& domus non manu facta,ſed æterna
in cælis. de qua apoſtolus diſſerit in ea quæ
4. ad Corinthios ſecũda eſt epiſtola. ſequitur.

*Quoniam fortitudo mea, & refugiũ me
um es tu: & propter nomen tuum dedu-
ces me, & enutries me.*

Nõ eſt fortitudo alia cui meæ carnis infirmi
tas initatur, non aliud refugium in tribulati
5. one niſi tu. quamobrem.

*Educes me de laqueo hoc,quẽ abſcõderũt
mihi:quoniam tu es protector meus.*

Educes me de laqueo mortis, quẽ Iudei abſ-
conderũt mihi , qui mihi non erat abſcondi
tus,cũ ipſum longè ante viderim & prędixe
rim,atq; volens me ipſũ obtulerim morti,di
xerimq; in cruce:in man⁹ tuas cõmẽdo ſpũm
meũ. quæ etiã oĩa totũ corpus quod eſt ec-
cleſia capiti ſuo Chr̃o fide & charitate vni-
ta,aptiſsimo ſeſu dicere poteſt:vt quæ per re
dẽptorẽ Chr̃m de peccati originalis laqueo
6. ſibi abſcondito,in quem inciderat:iam ſe no
uerit ereptam,eductamq;. Sequitur.

*In manus tuas commendo ſpiritũ meũ: re
demiſti me dñe Deus veritatis.*

vbi cõſũmatũ vidit ſacro ſancta eccleſia my
ſteriũ redẽptionis ſuę,audiuitq; dñm in cru-
ce dicentem patri:in manus tuas cõmendo
ſpũm meũ:ſtatim ſubiungit ipa,quod ſequit̃:
redemiſti me dñe Deus veritatis.quaſi dicat
apertius:iã nihil tibi deeſt faciẽdum, vt redi
mas iuxta promiſſum.et quidẽ redemiſti me
dñe Deus veritatis.iuſtè igit̃ in te ſperaui,nõ 7.
cõfundar in æternum. Sequitur.

*Odiſti obſeruantes vanitates : ſuperua-
cuè.*

vanitas & veritas ex diametro opponũtur.
qui ergo vanitatẽ huius ſeculi obſeruat:verita
tẽ deſpicit,& è cõtrario.At cum tu ſis Deus
veritatis:diligis obſeruãtes veritatẽ,hoc eſt, Rom.1.c.
eos qui in te ſperant,cæteros verò odiſti. de
quibus apoſtolus ait,ꝙ cõmutauerũt verita
tẽ Dei in mendaciũ,& coluerũt & ſeruierũt
creaturæ:potius quam creatori. 8.

*Ego autem in dño ſperaui: exultabo &
lætabor in miſericordia tua.*

Odiſti quos dixi:& ego pariter odi,& in te
ſolo ſpẽ meã fixi:ideo nõ cõfundar.beat⁹ vir Pſ.39.vel
(ait pſaltes)cuius eſt nomen dñi ſpes eius,&
nõ reſpexit in vanitates & inſanias falſas.lę
tentur vani in vanitatibus ſuis:in his exultẽt
quæ obſeruarunt.fallaciter quidẽ & ſuperua
cuè lætabunt̃,vti hoĩes inſani:ego aũt exul-
tabo & lætabor in miſericordia tua , quam
per me operatus es ait Chriſtus: vel in me,
ait eccleſia. 9.

*Quoniam reſpexiſti humilitatem meã:
ſaluaſti de neceſsitatibus aĩam meam.*

Reſpexiſti ꝙ mitis eſſem & humilis corde:
vt me exaltares gloria reſurrectionis, et ſal
uaſti vitã meã de pœnalitatibus,quæ &ſi ho
mini neceſſitates ſunt:ego tñ volũtariè illas
aſſumpſi factus homo. Sequitur,

*Nec cõcluſiſti me in manibus inimici:ſta- 10.
tuiſti in loco ſpacioſo pedes meos.*

Quãuis à te pater traditus ſim in manus im-
piorũ:nõ tñ vndequaq; cõcluſus ſum. cor-
pus enim occidere potuerunt.ſed tantum ab
eſt,ꝙ adhuc mortuus in manus eorum cõclu
ſus ſim:ꝙ ipſis inuitis ſurrexerim de ſepul-
chro, inter mortuos liber. et pedes meos Pſ.87.vel
quos depoſueras in anguſto loco ſepulchri,
ſtatuiſti in loco ſpacioſo. Niſi forte pedum
Chr̃i nomine, apoſtolos velis accipere: quo
rũ pulchritudinẽ mirat̃ in ſpiritu Eſayas di- Eſai.52.b.
cẽs: quam pulchri ſupra monts pedes annun
ciantis & prædicantis pacem. ij enim re-
ſurgente domino, per ſpacioſum orbem dif
fuſi ſunt: qui ſtricto Iudeorum ambitu , an
te detinebatur incluſi. Sequitur.

Mi



11. *Miſerere mei dñe,quoniam tribulor:cõ
turbatus eſt in ira oculus meus , anima
mea, & venter meus.*

Vox corporis eſt, nõ capitis. auxiliũ pe-
tit in tribulatione.ſed quæ tribulatio?ea pro
fectò qua zelo rectitudinis & iuſtitiæ com
mouetur iuſtorum oculus,anima & venter.
intellectus ſcilicet,volũtas,& memoria. vel
oculus corporeus mala proximorum appre
hendens,ratio diiudicãs, memoria ruminãs.
conturbatur quidem oculus iuſti: ſed nõ ex
cæcatur.quia cõturbatur in ira zeli,quæ eſt
cõtra vitia:ſed non odio in ꝓximũ vitia per
petrantem.dum vellet(ſi datum eſſet)vindi
ctã ſumere de peccatis, abſque malo proxi
mi.videt oculus , & cupit auerti ne videat
Dei offenſam,& ſimul cũ aĩa immẽſam Dei
bonitatem cõtemplante,& fœcundo memo
riæ ventre, ſummi Dei in omnes(etiã ingra-
tos)collata beneficia veluti cibos animæ de
coquẽte,cõturbatur.quis enim tã ferreus vt
teneat ſe(ſi zelum Dei habeat ſecundũ ſcien-
tiã)ne viſis tot malis velut iaculis in Deum
Iſa.118.oct. 20.ver.6. pſ.118.oct. 18.ver.3. iactis cõturbetur,dicatq; cũ pſalmographo:
vidi præuaricãtes & tabeſcebam?et iterum:
tabeſcere me fecit zelus meus , quia obliti
ſunt verba tua inimici mei. ꝙ ſi per oculum
& aĩam, paſtores intellexeris & doctores,
quos Chr̃s poſuit in eccleſia ad cõſũmationẽ
Ephe.4.c. ſanctorum(vt Paulus ait)in opus miniſterij,
in ędificationem corporis Chriſti:nõ ineptè
facies. ij quidem cõturbantur , dum hos vi-
dent adhuc cęcutientes:quos doctrinę lumi
ne in viã ſalutis direxerãt. ipſoſq; penè mor
tuos & extinctos dolent:in quorum faciem
ſpirauerãt ſpiraculum vitæ,dum ipſis exem-
plar fuere & norma viuendi.per ventrẽ aũt,
ſimplices accipe ſubditos & inferiores , qui
conturbantur & dolent:quũ degenerem,nec
corpori congruentem,fratrum ſuorum vitã
cõſpiciunt.qui oẽs deficere videntur dolore
& gemitibus cõſumpti, tunc maximè quum
nobiliores ac fortiores corporis partes ſen-
tiunt infirmari.Sequit̃.

12. *Quoniam defecit in dolore vita mea: &
anni mei in gemitibus.*

Cõturbatur oculus,aĩa, venter:defecerũt
vita & anni.infirmatur virtus,& oſſa contur
bãtur. an non hæc omnia extaſim afferent?
nempe vita viuẽtium & anni præ dolore de-
ficiunt in gemitibus:quũ ij qui & ſibi & alijs
viuere(eò ꝙ gratia præditi , vitales actus
exercere videbantur)iã vita defeciſſe,eò ꝙ
à charitate exciderint,deprehendũtur.quo
rum anni , inutiles velut aranea meditabun-
tur.Sequit̃.

*Infirmata eſt in paupertate virtus mea: 13.
& oſſa mea conturbata ſunt.*

Infirmãtur vires in paupertate & oſſa cõ-
turbantur(quod vel maximè dolendum eſt)
nã virtus procerum eccleſiæ,olim in pauper
tate fortior erat. at verò vbi diuitias huius
ſeculi ſemel deguſtarunt: oſſa in paupertate
conturbantur.Sequit̃.

*Super omnes inimicos meos factus ſum 14.
opprobrium vicinis meis valdè: & timor
notis meis.*

Cõquerit̃ eccleſia ſub nomine ſingularis
perſonæ,ꝙ apud vicinos ſuper inimicos cõ
tẽnatur,& notis ſuis ſit timori.Sed qui(ob-
ſecro)inimici, niſi infideles & pagani , qui-
bus Chr̃i nomen & eccleſię exoſſum eſt &
inſenſum?vicini verò ſunt falſi chriſtiani,qui
intra eccleſiam habitare,& illi appropinqua
re videntur per fidẽ , dũ idem ore cõfitẽtur
& ꝓfitentur: & ſi opere diffitent̃. quos Hie-
remias peſsimos vocat dicens:hæc dicit dñs Hie.12.c.
aduerſus oẽs vicinos meos peſsimos,qui tã-
gunt hæreditatẽ quã diſtribui populo meo
Iſrael. noti aũt,fideles ſunt:quos ſpõſus eius
approbat Chr̃s,& quorũ viã nouit.Nouit.n.
dñs qui ſunt eius,ait apoſtolus.ait ergo , fa-
ctus ſum opporbriũ vicinis meis,his ſcilicet 2.Thim. 2.c.
qui mecũ habitãt per fidẽ , quãuis mali ſint.
qui & me derident pluſquã infideles , adeò
vt noti mei amici ꝓximi & neceſſarij, quos
eadẽ fides & charitas meos fecit eſſe germa
nos:multoties timore ad tẽpus cõcutiãtur.

*Qui videbant me foras fugerunt à me: 15.
obliuioni datus ſum tanquam mortuus
à corde.*

Hoc de ſchimaticis accipiendũ eſt,qui ſan
ctã catholicã eccleſiam cognoſcentes,vt qui
intra eam educati ſunt, & lacte ac ſolido nu
triti cibo , ambulauerunt in domo dñi cum
conſenſu: nunc autem moti vana cupiditate,
criſtam ſuperbiæ erigentes , & calcaneum
contra matrem ſuam leuantes : veſtem Chri
ſti incõſutilem ſciderunt , vnitatem dirupe-
runt, & foras recalcitrantes fugerunt ab ea,
ipſam contemnentes , nec ſanctorum con-
munionem habere volentes, & adeò ſeſe elõ
garunt ingrati:vt eã quaſi mortuam obliuio
ni dederint.hæc vtiq; obliuio mala eſt,& per
uerſa. eſt tamen alia obliuio bona: qua quis
ſui ipſius obliuiſcatur (charitate vrgente)
vt aliorum reminiſcatur , & ſaluti conſulat
proxi-

proximorum.Is quidem obliuioni datus eſt
tanquã mortuus à corde, hoc eſt à propria
voluntate,qui mortu⁹ eſſe videtur, vt Chr̃o
Gal. 2. d. viuat.qualis erat ille qui aiebat:viuo ego, iã
2. Cor.5.c nõ ego:viuit aũt in me Chr̃s.et iterũ:chari-
tas Chr̃i vrget nos, æſtimãtes hoc: quoniã
ſi vnus pro oĩbus mortus eſt:ergo oẽs mor
tui ſunt.et pro oĩbus mortuus eſt Chriſtus:
Gal.vlt..d. vt qui viuunt,iã nõ ſibi viuant,ſed ei qui pro
ipſis mortus eſt,& reſurrexit:huic vtiq; mũ
dus crucifixus erat & ipſe mundo.Sequit̃
16. *Factus ſum tanquã vas perditũ: quoniã audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.*
Audi prophetam exagerantem extaſis oc
Cant. 5. a. caſionẽ. quid videtis in ſunamite,quid vide-
tis?(vos appello ſchiſmaticos, cõmorantes,
nõ intra eccleſiã,ſed in circuitu,in quo & im
pij ambulant)quid videtis(rogo)in ſunami-
te,quid in eccleſia vituperatione dignum?an
fortè ꝙ caſta ſit, ꝙ virgo, ꝙ mitis,ꝙ humi-
lis ꝙquè iuſta,prudens,fortis,modeſta,fide,
ſpe & charitate plena,tota pulchra, ac Deo
grata?quid videtis deniq; niſi choros caſtro
rum,virtutum exercitus?quid ergo carpitis
muſitãtes?cur foras fugitis, & quaſi letheas
biberitis aquas:de reditu & conuerſione nõ
cogitatis?Audiuit eccleſia vituperationem
vr̃am:& vos non auditis cõmonitionem ſuã.
attendite,vas eſt electionis dilecto ſuo: vas
Rom. 9. c. quidem electorum, & vas ab eodem figulo
factum in honorem,vas deniq; miſericordię
quod præparauit in gloriam:ſicut & vos va
ſa iræ apta in interitũ ſi nõ reſipiſcamini.qua
re igitur ſpernitis vas ſalutiferum, quaſi vas
perditum?ecce dolet eccleſia,gemit ſpirita-
lis colũba, ꝙ audiat vituperationem multo-
rum cõmorantium in circuitu: nec tñ quic-
quã pijs monitis ad eorũdem cõuerſionem
ꝓficiat.quin vel in hoc potius ſe ipſam tan-
quã vas perditum deflet:ꝙ fruſtra illis niti-
Pſal.139.v. tur ſalutis antidotum propinare.quia diabo
10. lus qui & caput circuituus eorũ:eos detinet
alligatos,vituperationi vacantes.at labor la-
biorum ipſorũ opperiet eos.latrent igitur,vi
tuperent,mordeant, & corrodant ipſi com-
morantes in circuitu.Sequit̃.
17 *In eo dum cõuenirent ſimul aduerſum me: accipere animã meã cõſiliati ſunt.*
In eo ſcilicet circuitu dũ conuenirent.ni-
mirum intra eccleſiã eſt concilium,nõ extra
in circuitu,niſi cõciliabolum,cõuentus mali
gnantiũ,& conſilium impiorum. in circuitu
ergo cõuenerunt ſimul, cõuenerunt in vnũ,
qui vnitatem abhorrent,cõuenerunt aduer-
ſus dñm & aduerſus Chriſtum eius,aduerſus
caput & membra, vtique vt perderent. acci
pere aĩam meã(ait eccleſia)cõſiliati ſunt.ſed
nõ eſt cõſilium cõtra dñm: qui terribilis eſt Pſa.45.ve.11
in conſilijs ſuper filios hominum.Sequit̃.
*Ego autẽ in te ſperaui dñe,dixi,deus me⁹ es tu:in manibus tuis ſortes meæ.* 18.
Illi conuenerunt aduerſum me,& conſilia
ti ſunt, vt peruerterẽt animam meam,ſed fru
ſtra:quia ego in te domine fixi anchorã ſpei
meæ. dixi:Deus meus es tu,qui me ante mũ
di cõſtitutionem, & nullis meis præcedenti
bus meritis, ab æterno & ex gratia elegiſti
& prędeſtinaſti,ideo in te:nõ in altero ſpera
ui.in manib⁹ tuis,hoc eſt,in omnipotẽtia &
volũtate tua ſunt ſortes meæ,gr̃a ſcilicet ele
ctionis & prædeſtinationis:quibus me inſor
tem tuam ſegregaſti. nam ꝙ talis ceciderit
mihi ſors in præclaris:nõ volentis neq; cur Rom.9.d
rentis,ſed miſerentis eſt Dei:non quidem à
caſu,ſed ſecundum propoſitũ,ita ab æterno
ex gratia diſponentis. Audi iam apoſtolũ di
cẽtem:in quo etiam nos ſorte vocati ſumus Eph.1.c.
prædeſtinati,ſecundum ꝓpoſitum eius &c.
ſorte inquã,quia nõ noſtris meritis:ſed diui
na electione. pro quo, iſdẽ etiam apoſtolus
Deo & patri gratias agit qui dignos nos fe- Col.1.b.
cit in partem ſortis ſanctorũ in lumine. Seq.
*Eripe me de manu inimicorũ meorũ: & a perſequentibus me.* 19.
Quatuor petit:primum,eripi de poteſta-
te inimicorum & perſequentium. ſecundũ,
beatificari in gloria.tertium ꝙ impij cõuer
tantur. quartum ꝙ muta fiant labia doloſa.
quæ omnia,in Dei honorẽ cedunt.ait ergo.
eripe me qui potens eſt.Sequit̃.
*Illuſtra faciem tuam ſuper ſeruum tuũ, ſaluum me fac in miſericordia tua dñe: nõ confundar,quoniã inuocaui te.* 20.
Saluum me fac in miſericordia tua qui mi
ſericors es: hoc eſt enim faciem illuſtrare.
nec confundar,quoniã inuocaui te,ſicut ſcri
ptum eſt:omnis qui inuocauerit nomẽ dñi, Ioho.2.g.
ſaluus erit.Sequit̃.
*Erubeſcant impij, & deducantur in infernum:muta fiant labia doloſa.* 21.
Erubeſcant impij, pœnitentiam agentes.
& deducantur in infernũ cõſideratione,iux
ta illud pſalmi,deſcendant in infernũ viuen- Pſ.54.v.16.
tes,ne deſcendãt poſtea moriẽtes: quia pius
& lõganimis es.muta fiãt labia doloſa. ꝙ ſi
quæras quæ labia petit obmuteſcãt? audi.
*Quæ loquuntur aduerſus iuſtum iniquitatem in ſuperbia & in abuſione.* 22.
Eorũ ſcilicet q ſuperbè donis à Deo colla-
tis abutẽtes iniqua loquunt̃ aduerſus iuſtũ,
quia tu iuſtus es,Sequit̃.

Quam



23. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ dñe: quam abſcondiſti timentibus te.*
Ecce in extaſi poſita:dulcedinem timen-
tibus Deum repoſitam miratur eccleſia. cõ-
templatur guſtu ſpiritus,magnitudinẽ multi
tudinemq; expectatæ dulcedinis. cuius vel
ex tenui deguſtatione,& quibuſdam(ſi dixe
rim)raptim in hac via tranſeuntibus diuinæ
dulcedinis libationibus,certiſque ſorbitiun-
culis:argumentũ ſumit. Si tanta eſt(inquit)
dulcedo,qua afficis in hoc ſeculo fauces in-
te ſperantiũ,ita vt ſæpius amarulentiã aloes
vitæ huius,non ſentire videantur:quanta e-
rit illa quã in poſterum conferendam in prę
mium,& abſcondiſti & reſeruaſti timẽtibus
1.Cor.2.b. te? nec enim oculus vidit nec auris audiuit
Eſa.64.. b. nec in cor hominis aſcendit,atque(vt Eſaias
ait)oculus nõ vidit Deus abſq; te: quæ præ
paraſti expectantibus te. eſt enim ibi lignũ
vitæ,& manna abſconditũ,de quo in apoca-
Apo. 2. c. lipſi Ioannis.Sequit̃.
24. *Perfeciſti eis, qui ſperan[t] in te: in conſpectu filiorum hominum.*
Hic incepiſti dulcedinem,ſed non hic per
feciſti. qui ſperant in te in conſpectu filiorũ
hominum:ij qualẽ qualem ſpiritus habebũt
dulcedinem. at verò perfectã in conſpectu
tuo & pr̃is & ſpiritusſancti ſponſe mi:fœlici
palato ad ſaturitatem vſque ſugendam perfe
ciſti eis.Sequit̃.
25. *Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ: à conturbatione hominum.*
Abſcondiſti præmium apud te,& interim
abſcondes prę miandos in te. Abſcondes qui
dem per fidem in abſcondito faciei tuæ. fa-
cies Dei per quam cognoſcitur, imago eius
eſt:quippe qui filius vnigenitus, & Deus in
humanitate abſcõditus eſt.Ibi ergo in Chr̃o,
abſcõdes eos à cõturbatione hoĩm, vbi(iux
Col.3.a. ta verbũ apoſtoli:vita nr̃a abſcõdita eſt cũ
Chr̃o in Deo,ac ꝓ hoc repoſita tutò loco.Seq.
26. *Proteges eos in tabernaculo tuo:à contradictione linguarum.*
In hoc eſt tabernaculo diuinitatis tuę:pro
teges eos à cõtradictione linguarum. vel ali
ter:vbi abſcondiſti & perfeciſti dulcedinẽ,
facialis viſionis:ibi abſcõdes timẽtes & ſpe-
rantes in te à cõturbatione hominũ, & ꝓte-
ges eos in militantis eccleſiæ tabernaculo,à
cõtradictione linguarũ:ſicut eſt illis per os
Luc.21.d. tuum promiſiſti dicens:ego enim dabo vo-
bis os & ſapientiã: cui non poterunt reſiſte
re & cõtradicere oẽs aduerſarij veſtri.,ſeq.
27. *Benedictus dñs quoniã mirificauit miſericordiam ſuã mihi:in ciuitate munita.*
Gratias agit immortales Deo,ꝙ ab hac pe
regrinatione per ſuam miſericordiam duxe
rit ad ciuitatẽ munitã, ad quã per tot retro
ſecula peruenire cõcupiuit,dicẽs:quis dedu Pſ.17.v.11.
cet me in ciuitatem munitam?hoc eſt,in illã
cæleſtem Ieruſalem,quæ ædificatur vt ciui-
tas:cuius participatio,eius in idipſum.ciui-
tatem(inquã)munitam, ad quã ſanctus Da
uid loquut⁹ ait:quoniã cõfortauit ſeras por Pſ.147.v.2.
tarũ tuarum,benedixit filijs tuis in te,qui po
ſuit fines tuos pacem.hęc dixerat eccleſia in
cõtemplatione æternorũ abſorta,dixerat,&
quodã pauore imminẽtis periculi rapta ait:
*Ego autẽ dixi in exceſſu mẽtis meæ:proiectus ſum à facie oculorũ tuorũ* 28.
Non ideo exaudiſti, quia ꝓiecta ſum:ſed
quia dixi in exceſſu, pauore ſeu anxiectate
mentis meæ, ꝓiecta ſum. quaſi mẽte aliena
ta timens ac tremens dixi:ꝓiecta ſum. at ve
rò tu miſericors, vidiſti humilitatem meã:
vidiſti mẽtis meæ deliquiũ,& exaudiſti me
dum clamaren ad te. vidiſti me ꝓiectã in te,
cum tremens dicerẽ:ꝓiecta ſum à te,& enu
triſti me.dixi ꝓiecta ſum: & tu exaudiſti,ſi
cut in ſequenti ſpalmo:dixi cõfitebor, & tu
remiſiſti.dixi dolens & gemẽs,dixi cõpũcta
corde, & ita cõpuncta:ꝙ in mentis exceſſu
ſentẽtiã in me protuli.tu verò, memet ipſam
cognoſcentem exaudiſti, & ignouiſti mihi.
ſubiungit ergo:
*Ideo exaudiſti vocẽ orationis meæ: dũ cla clamarem ad te.* 29.
Hoc nempe meam auget ſpem:& tuã exal
tat gloriam. nam ſi dicebam:motus eſt pes pſ.93.ve.18
meus: miſericordia tua domine adiuuabat
me. ſecundũ multitudinẽ dolorũ meorũ in
corde meo:cõſolationes tuæ lætificauerũt
aĩam meã.& factus eſt mihi dñs in refugiũ:
& Deus meus in adiutorũ ſpei meæ.Sequit̃.
*Diligite dñm omnes ſancti eius, quoniã veritatem requiret dñs: & retribuet abũdanter facientibus ſuperbiam.* 30.
Omnia in hoc ſpalmo dicta,hoc ideo prę
miſſa ſunt,vt hanc diuinus vates inferat cõ-
cluſionem: meritò diligendus eſt Deus à ſan
ctis ſuis:quia dulcis & rectus, & adiutor in
opportunitatibus. requiret veritatẽ vt om
niſcius: & diligentes (nõ tantum verbo &
lingua ſed opere & veritate) diliget bonus 1.Io.3.
ipſe,iuſtus,& miſericors. è diuerſo autem fa
cientibus ſuperbiam, id eſt peccantibus,re-
tribuet abundanter, quum pœnam infliget
æternam.Sequit̃.

Viri

31. *Viriliter agite, & cõfortetur cor veſtrũ: omnes qui ſperatis in domino.*

Eſtote conſtantes & fortes in bello milites Chriſti, nõ decidatis à ſpe certa: quia nõ coronabitur niſi qui legitimè certauerit. (2. Thim. 2. a.) Et qui perſeuerauerit vſq; in finem: hic ſaluus erit in gloria (Mat. 10. c.): quam nobis omnibus præſtare dignetur ſponſus eccleſiæ Chriſtus: qui cum patre & ſpirituſancto viuit & regnat Deus, in ſecula ſeculorum amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS. PSAL. 30.

*IN te domine ſperaui, non confundar in æternum. eccleſia ſancta canit orans, & redemptionem tunc expectans ac redemptorem. inclina ad me (ait) aurem tuam: accelera ut eruas me. ſis mihi ꝓtector Deus, & quaſi aſylum ad ſalutẽ. educes me de laqueo mortis: quoniam tu es fortitudo mea, refugium & protector, qui deduces & enutries me. quamobrem in manus tuas cõmendo ſpiritum meum. tu quidem redemiſti me, qui uerus Deus es, & ueritatis amator, quiquè odiſti obſeruantes uanitates ſuperuacuè, Deos ſcilicet alienos per inde ac falſos colentes, & in eis ſperantes. non ita ego, ſed in dño Deo uiuo & uero ſperabo. porro exultabo, & lætabor in miſericordia tua: qui me humilem reſpexiſti, & de anguſtijs liberaſti. nec concluſiſti me in manibus inimici, quin ſtatuiſti potius in loco ſpacioſo pedes meos: ſic enim uocare iuuat apoſtolos, ad prædicationem euangelij deſtinatos. At ſubitò uicem ſuam dolens, gemit eccleſia in tribulatione poſita, dicens: Miſerere mei dñe quoniam tribulor: conturbatus eſt ac zelo cõmotus oculus meus, anima mea & uenter: defecitquè in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus. infirmata eſt in paupertate uirtus: & oſſa cõturbata ſunt. in quibus omnibus, uarij ſtatus & eccleſiæ gradus, atq; myſtici corporis membra deſignantur: ut pote prælati, animæ & oculorum nomine, & plebs ipſa ſubditorum in uentre: qui ferè omnes cõtabuerunt. & qui fortes uᵗ oſſa extiterant in paupertate: quaſi futiles effecti ſunt in delitijs, & diuitiarũ affluentia poſiti. proh dolor? ſuper oẽs inimicos meos quibus ſponſi mei nomen exoſſum eſt, contemptui ſum, atq; opprobrio uicinis meis mecũ eandẽ fidem profitentibus. & qui uidebant me ita in membris languentem foras fugerunt à me, ut ſchiſmatici. atq; adeò ſeſe elongarunt: ut nunquam amplius reuerſi ſint, imò obliuioni me tradiderunt, quaſi mortuam reputantes. heu heu, facta ſum illis tanquam uas perditum mortiferumq;: cum tamen occluſum deferam mecum ſalutis antidotum, nõ alibi reperibile. ecce audiui uituperationẽ multorũ huiuſmodi hominum in circuitu cõmorantium, & impiorum more in circuitu ambulantium: non tamen tecta mea intrantium. Qui eo circuitu, dum ſimul conuenirent: uitam meam perdere, ac me totam deuaſtare conſiliati ſunt. at ego in te ſperaui dñe, & intra me dixi: Deus meus es tu, in manibus tuis ſortes meæ. quãdoquidẽ tui beneplaciti ac benignitatis fuit: q, me elegiſti, uocaſti, iuſtificaſti, & ſupra firmã petrã fundaſti. eripe nũc (precor) de manu inimicorum meorũ. illuſtra faciem tuam ſuper me, hoc eſt miſericordi uultu ac ſereno reſpice in me: ne te inuocãs, confuſa diſcedam. erubeſcant impij in circuitu commorantes quorum uituperationem audiui. dedu cantur in infernũ conſideratione: ut uel ſic obmuteſcant, & conuertantur, illisq; liceat dulcedinẽ tuã deguſtare: quã nunc obiter contẽplari, uel ſaltem admirari libet. quã magna multitudo dulcedinis tuæ dñe: quã abſcondiſti timentibus te? abſcõdiſti utiq; paratam in cælis. et quam in hoc ſeculo uiuentibus ſed in te ſperãtibus (quum illos tibi gratos efficeres) incepiſti: hanc in altero, eis gloriam tribuens perfeciſti. at interim abſcõdes eos in abſcondito ſi dei, protegesq; in tabernaculo huius militiæ: quo in eos debacchantibus reſiſtere poßint. Ob id igitur in diuinas laudes me totam effundam dicãquè: benedictus dñs qui mirificauit miſericordiam ſuam mihi in ciuitate munita, in illa ſcilicet cæleſti, cuius confortauit ſeras dñs, poſuitquè fines pacem. fateor ingenuè, omnia etiam tuta uerebar: quod uerè amantium eſt. Dixi in exceſſu mentis: deſpecta tibi ſum dilecte mi. (Pro. 28. c.) nimirum beatus qui iuxta uerbum ſapientis ſemper eſt pauidus. ſed miſericors ipſe exaudiſti uocem orationis meæ: dum clamarem ad te. huius rei gratia uos omnes ſancti, in charitate non ficta diligite Deum, qui ipſum uerè diligentes diliget: reliquos uerò deijciet in æternum. uiriliter ergo agite milites Chriſti, ſpe firma & certa ſperantes in eo: ipſe etenim eſt, qui in ſe ſperantibus condonat errata: & gratiam elargitur ad uitam.*

## PSALMVS 31.

*BEati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates: & quorũ tecta ſunt peccata.*

Hoc teſtimonium in ea quæ ad Romanos eſt epiſtola mirificè contra Iudeos adducit Paulus (Rom. 4. b.): quod cautũ & orthodoxum expoſtulat intellectum. nã ad veram intelligentiã, de operibus antecedentibus & cõſequẽbus: de operibus legis & ſecundũ carnẽ, atq; de operibus fidei & ſecundũ ſpũm, diſtingue re oportet. huius ergo titulus eſt: intellectus Dauid. intellectus eſt hic pſalmus, inſtructio & eruditio eſt. Nõ tantum ſurdis, ſed audientibus, & aures dictis accõmodãtibus. Intellectus eſt: & intellectus bonus oĩbus faciẽtibꝰ eum (pſ. 110. ve. 10): ſed hic intellectus, donum Dei eſt. ſic infra: intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac qua gradieris. O quoties Dauid ſanctus, intellectũ petit dicens: da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuã (pſ. 118. oct. 5. ve. 2.). da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua. da mihi intellectum, vt ſciam teſtimonia tua. Rurſusq; intellectũ da mihi & viuam. vide quã neceſſarius ſit intellectus quem expoſcit: vt ſcrutetur, vt diſcat, vt ſciat, vt viuat. is intelligere cupit: vt benè agat. pſalmus ergo eruditio & intellectus eſt lapſo homini, qui cum in honore eſſet non intellexit (Pſ. 48. ve. 12): vt primum ſeipſum noſcat, qualis ſit ex natura, qualis ex culpa, qualis ex gratia. Intelligite hæc inſipientes in populo (pſ. 93. ve. 8.): & ſtulti aliquando ſapite. Ait igitur: beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. Non ait: quorum non ſunt peccata, nemo enim mundus a ſorde (Iob. 15. b.): ſed quorum remiſſæ ſunt paternæ iniquitates: & quorũ perſonalia tecta ſunt peccata, vel in baptiſmo vel confeſſione. Atquì iure originale iniquitas appellatur: quod iuſtitiam abſtulit, qua ratio ſubdebatur Deo, & inferiores animæ vires rationi, atque ipſi animæ corpus. tũc quidem Deo tecta ſunt, ne puniat peccata: quando proprio ſacerdoti in confeſſione detecta ſunt vt abſoluat. Detege tu ergo peccata tua: & tecta erunt. ꝗ ſi vt præmittitur tecta, adhuc magis tegere cupis: adhibe charitatis operculum abundantis: quia charitas operit multitudinem peccatorum (1 Pet. 4. b.). quod nunc exponens ait:

2. *Beatus vir cui non imputauit dñs peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus.*

Eſt quidem in ſpe beatus, cui non imputat dñs peccatum: quia non eſt in ſpiritu eius dolus aut fictio vlla: quinimò ore depromit foras, quod animo intus habet. Is etenim ſimplex & rectus eſt, ambulans in ſimplicitate cordis, cui nõ imputat dñs peccatũ: quia apertè & nudè (de quo ſibi cõſcius eſt) cõfiteť illud (Io. 1. g.): vtì verè Iſraelita, in quo dolus non eſt. vnde (ſi benè memini) ait pœnitẽs: per ꝓphetã ſuum ita pollicetur dñs dicens: oĩa peccata eius, quæ peccauit, nõ imputabunť ei (Ezec. 33. d.). Seq.

3. *Quoniam tacui, inueterauerũt oſſa mea: dum clamarem tota die.*

Eruditus eſt peccator, cui ſola vexatio dat intellectũ (Eſa. 28. c). Nunc aũt primus eſt recuperãdæ ſalutis gradus: ſi cauſas noueris infirmitatis. Ecce ait: quoniam tacui, dum clamarem tota die. clamaui tacens: & tacui clamãs. Erat quidẽ caput lãguidũ, & cor mœrẽs: à planta pedis vſque ad verticẽ, nõ erat ſanitas. vulus & liuor & plaga tumẽs (Eſa. 1. b.): & tacui, nec per confeſsionem aperui: qui tamen remorſu cõſcientiæ, tota die clamabã. et peccata peccatis addens, debilior in dies & prope interitũ factus ſum. Excreuit ſanies, & cõtabuerũt oſſa. tacui, nec lãceola linguę liuores aĩæ rupi: cũ tñ facinorum meorũ clamor internus tota die aſcẽderet ad te Deꝰ, qui de vinea tua iuſtè cõqueſtus, per Eſaiã ais (Eſai. 5. b): expectaui vt faceret iudiciũ: & ecce iniquitas. Et iuſtitiã, & ecce clamor, vindictã ſcilicet expoſcens. & ad Cayn: vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra (Gen. 4. b.). Clamaui etiã tota die, iactãs vt inſolens propria merita, atq; declinãs cor meũ in verba malitiæ: ad excuſãdas excuſationes in peccatis. tacui, nec me accuſaui: ſed excuſaui. Et qui me citãti & excitãti dño atq; rogãti: Adã vbi es? dicere debuiſſem: peccaui in cælũ & corã te (Luc. 15. d.): primũ abſcõdi me, eò ꝙ iuſtitia per inde ac omi virtute nudus eſſẽ, & tãdẽ impudẽtiſsima frõte reſpõdi: mulier quã dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & comedi: aut cũ argutula matre, ſerpens decepit me. Cũ ergo ad has veteres excuſationes iã mihi ferè inſitas, atq; ex nimia cõſuetudine quaſi innatas declinaſſẽ: inueterauerũt oſſa mea, ac penè carioſa facta ſunt. nam vires aĩæ debiles effectæ ſunt & imbecilles, virtutesq; lãguerũt. En quò taciturnitatis & clamoris me cõcors diſcordia ægrũ ꝑduxit miſerũ. Sed audi iã medici ſapiẽtiſsimi & miſerantis q̃d fecerit manus. Seq.

4. *Quoniã die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: cõuerſus ſum in erumna mea dum configitur ſpina.*

Intumuerat anima: & purulẽta tabe peccatorum, retentum in abſcondito virus, iam iam corruperat oſſa: & ecce chirurgi pientiſsimi manus grauata eſt ſuper me: ipſaque ex parte vna premente manu, & ex altera, dum internæ compunctionis configitur ſpina, fit recordatio peccatorum, & magis ac magis de commiſsis crebreſcit dolor: & ſic qui auerſus eram, conuerſus ſum in erumna mea. tunc ſtatim animæ tuberoſa ac ſtrumoſa apoſthemata fœlici crepitu rũpũtur, defluit putridũ virus, totaq; demũ aperitur interior illa cloaca. O miſericors & lenis (eť quũ grauior aſperiorque videť) Dei medicantis manus? quæ dũ aduerſitatibus & flagellis premit: turgida mẽbra ſanat. quidã tamẽ trãſtulerunt: conuerſus eſt ſuccus meus in ſiccitatẽ æſtiuam. non ſecus ac illis contingere ſolet, qui graui & diuturna infirmitate premũtur.

Nec configitur,ſed confringitur legunt: per
ſpinã peccatũ intelligentes. quod lamentis
cõfringitur: ſi conſciẽtiã pungẽs,fixũ memo
ria retinetur. Vel ſi mauis,ſuperbiam intelli
ge per ſpinam.ſpina quidem dorſuali totum
5. erigitur corpus. Sequit̃.

*Delictum meum cognitum tibi feci: & iniuſtitiam meam non abſcondi.*

Attendite peccatores ad eruditum iamq; in=
tellectu vigentẽ.Certè beatus quẽ tu erudie
Pſ.93.v.12 ris dñe:& de lege tua docueris eũ.bonum eſt
(inquit)ſi tacui delictũ,ne me in illo delecta
tus excuſarem:malũ verò ſi tacui,ne accuſa-
rem.tacui olim, quaſi nõ cognoſcerẽ illud,
nec cognoſcerẽ ꝙ cognoſceres. Nũc autem
conuerſus in erumna mea,dũ cõfigitur ſpina,
& ſauciatę cõſcientiæ pungor acculeo:deli=
ctum meũ cognitũ tibi feci. Nõ ꝙ delictum
meũ niſi me propalante nõ cognoſceres qui
omnia noſti,& cuius oculis oĩa nuda ſunt &
Heb.4.c. aperta.Sed ꝙ niſi me cognoſcente,& tibi hu
mili(vel in voto ſaltẽ)confeſsione prodente
noueris, tametſi aliter ſcias: mihi nõ prode-
rit ad ſalutem,quin proueniet potius ad dã=
nationem. tu quidẽ dñe delictũ meũ noſti.
ſed ſi illud ex me noſcẽte non noſti: non eſt
ꝙ ſanes. ideò delictũ meũ cognitum tibi fe-
ci: vt ſi ex me cognoſcas: mihi propitiatus
ignoſcas.& qui iuſtitiam meam quaſi meam
damnabili & arroganti præconio efferebam,
& iniuſtitiam (in alto pectoris ſinu recon-
dens)occultabam:iam ad te in erumna con-
uerſus, iniuſtitiam meã non abſcondi, quin
detexi potius.Scio.n.ꝙ ſi abſcondere nitar,
nihil proderit quin velim nolim tu cognoſ=
cas:& oberit ne ignoſcas. Sequit̃.

6. *Dixi,confitebor aduerſùm me iniuſtitiã meam dño: & tu remiſiſti impietatem peccati mei.*

Aduertis ne,quã ordinato gradu procedit is,
qui eruditus à te,infirmãti animæ ſalutẽ quæ
rit?cauſam ægritudinis nouit primum: ꝙ ta=
cuerit, dũ clamaret tota die. Deinde cura-
tionis modum deſcribit. ꝙ ſuper eum die ac
nocte manus dñi ſit grauata:& dũ configitur
ſpina,conuerſus ſit in erumna.quippe qui cõ
uerſus ſit ad Deum: cõuerſus ad ſe, conuer=
ſus contra ſe. & ſe deliquiſſe atque iniuſtè e-
giſſe cognoſcens: iam de peccato contritus
propoſitũ habuerit cõfitendi. Dixi (inquit)
cõfitebor,id eſt,propoſui ſtatuiq; confiteri
aduersùm me nõ aduersùm te,iniuſtitiã meã,
nõ fratris aut proximi,nõ vicini,aut cuiuſuis
alterius ſed meam,dño cui peccaui:& tu re-
miſiſti.ego dixi.quid dixi?cõfitebor dixi, rẽ
futuram dixi.ſed quia de præſenti dixi,& ꝓ
poſito firmo dixi:tu remiſiſti.non quidẽ ꝓ-
poſitã confeſsionẽ expectaſti: ſed ſtatim vt
corde dixi,remiſiſti.& qui tã longè videba=
ris eſſe à pectore meo,ꝙ de te tanquam ab-
ſente dixi,cõfitebor iniuſtitiã meã dño: vbi
hoc dixi:ſic te præſentẽ ſentio:vt ad te con-
uerſus dicere auſim: tu remiſiſti impietatem
peccati mei. Noui.n. ꝙ impietas impij non Ezech.33.
nocebit ei: in quacunq; die conuerſus fuerit
ab impietate ſua. Sequit̃.

*Pro hac orabit ad te omnis ſanctus: in tẽpore oportuno.* 7.

Pro hac intellige(impietate vel remiſsione)
orabit ad te omnis,vel qui cupit eſſe ſanctus
pro ſe:vel qui ſanctus eſt, pro alijs. In tem-
pore oportuno,quod eſt gratiæ & huius vię
tempus.de quo apoſtolus ait:dũ tempus ha= Gal.6.c.
bemus:operemur bonũ.his vtiq; verbis: ſa-
tisfactionẽ videtur innuere pro peccatis: cu
ius tres præcipuè ſpecies connumerari ſolẽt,
videlicet oratio,eleemoſyna,& ieiuniũ. De
priore igit̃ ait:ꝓ hac orabit:& de ſecũda.Seq.

*Veruntamen in diluuio aquarum multarum ad eum non approximabunt.* 8.

Nempe ſcriptũ nouimus:ignẽ ardentẽ extin- Eccle.3.
guit aqua:& eleemoſyna reſiſtit peccatis.De
reliqua verò hoc eſt, de ieiunio dicet:in cha
mo & freno maxillas eorum cõſtringe. ſed
quæ conuentio (rogo) eleemoſynæ ad dilu-
uium aquarũ multarum? An quòd ſit de in-
undantibus diuitijs, affluentibus & refluen-
tibus in modum aquarum multarum? An ꝙ
inundantia bonorũ temporaliũ auari multi
obruuntur & ſuffocantur:pauci verò ſuper-
natantes,nec diuitijs affluentibus cor appo=
nentes: ad ſalutis portum approximant, Mar.19.d.
qui Deus eſt? ſed quia hoc adeò difficul-
ter ſit, vt iuxta verbum Chriſti,apud homi-
nes impoſſibile ſit:ideò ait:non approxima- Tob.12.b.
bunt.ſit vt libet, hoc vnum ſcio,quòd bona
eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna:magis
quàm theſauros auri recondere. quoniã elee
moſyna à morte liberat,& ipſa eſt quæ pur-
gat peccata,& facit inuenire vitam æternã.
quæ ſi ex charitate fiat: abundent quantum=
uis vt diluuium huius ſeculi fluctus: non eſt
quòd timeat iuſtus,quia ad eum non appro-
ximabunt vt obruant illum. vel iuxta ſubti-
liorem intellectum)diluuij nomine, crebrer Marc.7.a.
rimas illas in lege veteri lotiones accipe, de
quibus etiam Marcus meminit euangeliſta
dicens: phariſei autem & omnes Iudei niſi
crebrò lauerint manus non manducãt,tenen-
tes traditionem ſeniorum: & à foro veni-
entes, niſi baptizentur non comedunt.& a-
lia multa ſunt quæ tradita ſunt illis
ſeruare,



ſeruare, baptiſmata calicum & vrceorum &
eramentorũ & lectorum. Cuius rei cauſa,in
Chana Galileæ vbi nuptiæ factæ ſunt(euange
liſta referẽte Ioanne) erant lapideæ hydriæ
Io.2.a. ſex poſitæ,ſecundùm purificationẽ Iudeo-
rum.quæ ablutiones: meritò propter earum
multitudinẽ, diluuiũ nuncupatur aquarum
multarũ.ſed laues quantũlibet illis figurati-
uis ablutionibus;quid niſi corpus aut rẽ cor
poreã, nõ ſpiritum lauas? Audi apoſtolũ ad
hebreos ſcribentẽ:Reprobatio(ait)ſit præce
Heb.7.c. dentis mandati:propter infirmitatem eius &
inutilitatẽ. nihil enim ad perfectũ adduxit
lex.Introductio verò melioris ſpei:per quã
approximamus ad Deũ:& hoc eſt quod pſal
tes ait:veruntamẽ in diluuio aquarũ multarũ
ad eum nõ approximabũt. Omnes igitur qui
cupiũt eſſe ſancti:ea quæ hactenus dixi,toto
animi conatu(vt peccati remiſsionẽ obtine-
ant)ſatagãt adimplere. nec legis ablutionib'
fidant,quæ homines nõ iuſtificãt, vt poſsint
ad Deum approximari. eſt vtique diluuium
aquarũ multarum lõgè ſanctius efficatiusq;
vberrimæ lachrimæ oculorũ, quo diluuio q
ſe lauerint præterita mala plangẽtes:ad Deũ
approximabũt.Aliũ tamẽ fortè cæteris aptio
rem accipe ſenſum:vt diluuij nomine baptiſ-
mum accipias, peccatorũ omnium maculas
plenius diluentẽ: & gratiã adulto ritè ſuſci-
pienti cumulatius conferentẽ,vbi ſic ſcelera
tanquã diluuio ſummerſa pereunt:ꝙ ad eum
nõ approximabũt qui baptiſmi ſuſceperit ſa
cramentũ.quo ſenſu; iniquitates & peccata
ſuppoſitũ reddunt huic verbo approxima-
bunt,quod verius arbitramur.ꝙ ſi per dilu-
uiũ aquarũ multarũ is, iã fœliciter eruditus
& pœnitẽs, varias populorũ ſectas ritusq; at
que praua dogmata hæreticorum aliorũque
impiorum hominũ errores,& multiplices ac
falſas doctrinas intelligat,in quibus multi flu
ctuantes perierunt,& animæ naufragiũ fece-
runt:tũ apertiſsimus erit ſenſus.Dicat igitur
diuinus vates:hæc vera doctrina eſt,quã di-
dici à Spiritu ſancto.addatque illud apoſto=
Gal.1.b. li ad Galathas: ſi quis vobis euangelizauerit
præter id quod accepiſtis: anathema ſit.hæc
Eccle.15.a. ſola eſt aqua ſapientiæ ſalutaris,quæ vna eſt,
ſicut vnũ corpus,vnus ſpiritus ,vna ſpes vo
Ephe.4.b. cationis noſtrę,vnus dominus,vna fides,vnũ
baptiſma.in hac ſola aqua ſalus eſt. atque ad
Deum approximatio:in reliquis verò elon-
gatio.nam qui fluctuant erroribus: fruſtra
ad eum approximari nituntur. Audiãt apo-
Eph.4.c. ſtolum Epheſios commonentem. Occurra=
mus(inquit) omnes in vnitatẽ fidei & agni-
tionis filij Dei in virum perfectum, in men-
ſuram ætatis plenitudinis Chriſti:vt iam nõ
ſimus paruuli fluctuantes,& circumferamur
omni vento doctrinæ, in nequitia hominũ,
in aſtutia ad circumuentionem erroris. rur-
ſusq; ad Timotheum: bonam militiam ha- 1.Thi.1.d.
bens,fidem & bonam conſcientiam:quã qui
dam repellentes,circa fidem naufragauerũt.
Sequit̃.

*Tu es refugiũ meum à tribulatione quæ circundedit me:exultatio mea erue me à circundantibus me.* 9.

Tribulatus pœnitens loquutus eſt hactenus:
qui vt eruditus,ſe totum proijcit in Deum
quem refugium & exultationem ſuam appel Pſ.54.ve.25
lat.Meritò quidem:quia non dabit in æter-
num fluctuationem iuſto. Sequit̃.

*Intellectum tibi dabo,& inſtruam te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.* 10.

Annotaſti(ni fallor)quã repentè is pœnitens
vallatus vndique malis:dñm interpellat pro
tectorem.Audi nunc(precor)dominũ ſtatim
reſpondentem,& votis annuentem. Intelle-
ctum(ait)tibi dabo &c. ô pœnitentia ſaluta
ris,promiſsionem habens(vt vera pietas)vi- 1.Tim.4.b.
tæ quæ nũc eſt & futuræ.Intellectũ (inquit)
tibi dabo.donorũ vnum poſuit quo cætera
intelligas dona:quæ breui compendio con
numerat Eſaias dicens: & requieſcet ſuper Eſai.11.a.
eum ſpiritus domini:ſpiritus ſapientiæ & in
tellectus,ſpiritus cõſilij & fortitudinis, ſpi-
ritus ſciẽtiæ & pietatis:& replebit eum ſpiri
tus timoris dñi.Hæc ergo dona tibi dabo(ait
dominus)& inſtruam te virtutibus,ne ſis de
cætero inermis in via hac ſancta,via pulchra,
via recta qua gradieris. nimirum inſtruã te
qui alibi inſtructionem petis dicens:viam iu
ſtificationum tuarum inſtrue me:& exerce- pſ.118.octo
bor in mirabilibus tuis. O benignitas inex- 4.ve.3.
hauſta,datum optimum eſt hoc, deſcendens Iac.1.c.
à patre luminũ. Sic enim legimus apud Iob: Iob.33.c.
aperit aures virorum:& erudiẽs eos inſtruit
diſciplina,vt auertat hominem ab his quæ fe
cit &c.Iccirco ait:inſtruã te vt recta gradia
ris,& adhuc maiora adijciam. nam firmabo
ſuper te oculos meos:quo te mihi gratũ oſtẽ
dam.Non igitur ſolùm condonabo culpam,
ac tibi intellectum dabo tribuamq; alia do=
na vt Spiritus ſancti mouearis inſtinctu ad
proſecutionem boni, ac theologicas & car-
dinales virtutes conferam ad reſiſtentiã ma=
li, quibus gradiaris inſtructus: verùm etiam
gratiam te mihi gratum facientem infun=
dam & in bono perſeuerantiam: hoc enim
eſt dictũ: firmabo ſuper te oculos meos.

tu verò cæteriq́; tui ſimiles: non abutamini
his donis gratuitis à me collatis. Concurrat
in operando ſimul(oportet)quod vobis in-
didi vertibile arbitrium. Sequit.

11. *Nolite fieri ſicut equus & mulus: qui-*
*bus non eſt intellectus.*

Non eſtis natura: nolite fieri morum corru-
ptione praua, quaſi hæc animalia intellectus
Eccle.15.c. expertia. Ecce Deus ab initio(ait ſapiens)cõ
ſtituit hoĩem, & reliquit eum in manu cõſilij
ſui, adiecit mandata & præcepta ſua. hoc at-
Eſa.50.b. tendite & dicite cum Eſaia: erigit mane, ma
ne erigit mihi aurẽ: vt audiã quaſi magiſtrũ.
Dñs Deus aperuit mihi aurẽ: ego autem non
contradico, retrorſum nõ abij. nolite igitur
fieri(ſicut equus & mulus) ſuperbi & carna-
les, laſciuiẽtes, inhiẽtes, terrena inhiantes, &
carnis appetitui ſeruientes: atque in propriũ
dedecus, animam carni ſubdentes. quod Hie-
Hier.5.c. remias deflet dicẽs: equi amatores in fœmi-
nas, & emiſſarij facti ſunt, vnuſquiſq; ad vxo-
rem proximi ſui inhiebat. nolite etiã fieri ſi-
cut equus & mulus ſeſſorem excutientes: &
preſſi onere diuerticula quærentes. equus.n.
ceruice erecta ſeſſorẽ excutit: nec cõſiderat
an dñs an vernaculus eius ſit. Mul9 verò gra-
ui ſarcina preſſus, cui ſubdatur neſcit: vti ho-
mo peccatorum pondere onuſtus, ꝙ demo-
ni ſubijciatur ignorat. Sequit.

12. *In chamo & freno maxillas eorum con-*
*ſtringe: qui non approximant ad te.*

Hic ieiuniũ innuit, quæ tertia ſpecies ſatisfa-
ctionis eſt, cõcupiſcentiam carnis vel maxi-
mè frenans reprimensq́; vti eleemoſyna con
cupiſcentiã oculorũ, & oratio ſuperbiã vitę.
Id.n.eſt omne quod eſt in mundo: iuxta cõ-
1.Io.2.d. pendiariã illam perinde ac venuſtã Ioan. apo
ſtoli diuiſionem, quippe qui maxillis mandi-
mus quæ ~~in~~ in ventrem traijcimus: ideò in
chamo & freno maxillæ cõſtringuntur: quũ
nobis victualia ſubtrahunt. Conuerſionẽ igi
tur optans eorũ qui obdurati videntur, is qui
Dei miſeratione conuerſus eſt in erumna, dũ
cõfigitur ſpina: ex charitatis inſtigatione mo
tus, dñm deprecatur: eos ſimili grauante ma
nu ad ſe trahat. In chamo & freno(inquit) ma
xillas eorũ conſtringe.: cõpelle eos intrare: Luc.14.c.
ita vt aduerſitatibus miſerijsq́; conſtricti, re
uertant ad cor, & quod didici diſcant, deli-
ctaq́; & iniuſtitiã ſuam tibi pandant, atq; mi-
ſericordiã tuam implorẽt. Conſtringe nunc
igitur maxillas eorũ in chamo & freno, quæ
huius ſeculi ſunt aduerſitates: ne per abrupta
vitiorũ in fine vadant in præceps, & cruciati
bus puniantur æternis. Sequitur.

*Multa flagella peccatoris: ſperantem au-* 13.
*tem in domino miſericordia circundabit.*

Multa erunt flagella peccatoris obſtinati &
obdurati, tum in hoc ſeculo, tũ in altero. In
hoc ſeculo multa quidẽ ſunt: iuſtorum autẽ
pauca. leuigantur.n. hæc, ſpe & cõpenſatio-
ne præmij: illa verò plurima & maiora fiunt
æſtimatione futuri ſupplicij. In futuro etiam
ſeculo, quã multa erunt flagella peccatoris,
vel in hoc cognoſces: ꝙ ęterna erũt. ſicut ſcri
ptum eſt: ſeruus ſciens voluntatem dñi ſui & Luc.12.f.
non faciens: plagis vapulabit multis. ſperan-
tem autem in dño, miſericordia circũdabit.
vt miſericordia vallatus: miſeriam non ti-
meat. iuxta id, quod pœnitens(ſeſe totum in
Deum proijciens) nono ſuperiori verſu pe-
tierat dicẽs: tu es refugium meum à tribula-
tione quę circundit me: exultatio mea, erue
me à circundantibus me. Sequit.

*Lætamini in domino & exultate iuſti:* 14.
*& gloriamini omnes recti corde.*

Concluſio eſt præmiſſorum. porro lætitia &
exultatio, iuſtitia: gloria & rectitudo, & quid
quid boni eſt: à dño eſt, quamobrem vos ſan
cti lætamini in dño, & in eo vos iuſti exulta
te gloriaminiq́; oẽs recti corde, cui eſt ho
nor & gloria in ſeculorum ſecula amen.

EPITOME SEV EPILOGVS PSALMI 31.

BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata. illi beati cenſendi ſunt in ſpe: quorum facinora perpetrata, remiſſa ſunt per ueram contritionem. ob idq́; peccata tecta: q propria ſint confeſſione detecta. nec iam imputabilia, quia condigna, non doloſa, ſed efficaci ſatisfactione abolita ſint atque deleta. tecta dixi: quia diuinæ miſerationis amictu, perinde ac iuſtificantis gratiæ adoperta pallio. Cuius apud Ezechielem(Ieruſalem ipſam allocutus) dñs meminit dicens: expandi amictum meum ſuper te: & operui ignominiam tuam. at contra infœlices, qui tacent impœnitentes. audi quid dicat expertus: quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea: dum clamarem tota die. clamabant peccata, ad uindictam irritantia Deum uti ſanguis Abel: & miſer ego tacebam, cum tamen in propriam pernitiem uergeret hoc & illud. ſed miſericordia tua præuentus, bone Deus: ſilentium rupi, quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, meipſum excitans, premensquè tumorem internum. Et ſic tandem conuerſus ad te & ad me, dum ſpina compunctionis configitur cordi: delictum meum cognitum tibi feci: ut quid ex te noſti: ex me noſcas & ignoſcas. Et iniuſtitiam meam non abſcondi: ut gratiam tuam nanſciſci merear iuſtificantem. Imò quod eſt amplius: dixi mecum habitans, & pro- [Ezec.16.a.]

quod

poſito



propoſito firmo dixi(confeßionẽ in uoto habens) quum adſit copia ſacerdotis, confitebor aduerſum me iniuſtiam meam dño: & tu ſtatim remiſiſti impietatem peccati mei. propter hoc, uel pro hac remiſsione orabit ad te omnis ſanctus & fidelis dum uiuit in hac uia: quod tempus opportunum eſt, atqui non eſt iam q homines Moſaicas illas lotiones toties multiplicatas pro huiuſmodi remiſsione quærant, ut his loti, Deo propinquiores fiant, quaſi iuſtificati per legem: quia in hoc diluuio aquarũ multarũ, ad eum nõ approximabunt, non etiã approximabunt peccata iam ſemel in baptiſmo ſũmerſa: quod iure diluuium dicitur aquarum multarũ. tu ſolus dñe mihi pœnitenti refugium es: non lex cæremoniæ aut ritus: nam illi iam inutiles & caßi ſunt. tu ergo erue me à malis circundantibus me. Et dñs. intellectum tibi dabo: cæteriſq́; donis ac uirtutibus inſtruam te in uia hac qua gradieris. firmabo etiam ſuper te oculos meos: te mihi gratum efficiens & acceptum. at uos homines quos condidi rationales, nolite fieri ſicut equus & mulus quibus non eſt intellectus. æquum eſt enim homines arbitrium uertibile flectant ad bonũ, neque effrenes per deuia queq; currẽtes: à Deo elõgẽtur. Ita eſt ſanè. ſed tu dñe ex innata miſericordia, in chamo & freno aduerſitatum: maxillas eorũ conſtringe, qui non approximant ad te. ſcio enim q ſint multa flagella peccatoris. ſed quæ in hoc ſeculo infligis, pſicua ſunt: quia, ſperantes in dño, tandem miſericordia circundabit, ut illos à ſupplicio tueatur æterno. quamobrem lætamini in dño & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. ipſumquè in æternum collaudate: qui uos ſibi tales efficit.

PSALMVS 32.

EXultate iuſti in domino: rectos
decet collaudatio.

Cuius titulus eſt: in finem pſ. Dauid, ſatis
ſuperius expoſitus: tametſi nullus ſit illi ti-
tulus in hebreo. vbi tota pſalmographi inten
tio eſt, fideles oẽs ad Dei laudem ex plurib9
(licet innumerabilibus) cauſis inducere. ſit
prior, ꝙ rectos decet collaudatio. ſed qui iu
ſti, qui recti, vocantur? id primum annotare
licebit, ꝙ proximi tranſacti pſalmi finis, hu-
ius eſt exordium. dixerat in calce: lætamini
in dño & exultate iuſti: & gloriamini omnes
recti corde. Nunc aũt, exultate iuſti in dño:
rectos decet collaudatio. Miro innuens arti
ficio monẽsq́; ne vnq̃ deficiamus à laude. au
di & aliud ſequentis ſpalmi exordium: bene
dicam dñm in omni tẽpore: ſemper laus eius
in ore meo. ij ergo qui omni tpe benedicunt
dñm: iuſti & recti ſunt. qui benedicũt in pſ-
peris, & benedicunt in aduerſis. non ſicut il
Pſ.48.v.9. le de quo ſcriptum eſt: cõfitebitur tibi, cum
benefeceris ei. ſed ſicut alter, quem dixiſſe
Iob.1.d. nouimus: dñs dedit, dñs abſtulit, ſicut dño
placuit ita factum eſt, ſit nomen dñi benedi-
ctum. ò verę rectitudinis ſpecimen & exem
plar? Nec enim aliter, quid rectũ quiduè cur
uũ aut tortuoſum ſit, infallibili iudicio per-
cipi poteſt: quã ſi illud primæ & ſupremæ
regulæ applicetur. hæc enim eſt diuina volũ
tas, quæ ſi tibi conſtiterit, illi acquieſce: ſin
autem(tametſi fragilitati tuæ & infirmitati.
vt honeſtum aliquid velis conceſſum ſit) nõ
ſic velis: quin in voſtro, expreſſa ſuppreſſa
vè conditione, ducem & caput tuum totius
rectitudinis magiſtrum ſequaris & imiteris
Mat.26.d. Chriſtum dicentem: veruntamen non ſicut
ego volo: ſed ſicut tu vis. ꝙ ſi hoc tempera-
mento diuinam tuæ prætuleris voluntati: re
ctus eris, & inter rectos Deum collaudare
poteris, quia rectos decet collaudatio. hac
igitur acceptione, fidelis quiſq; rectus dici
poterit. quis nanq; fideliũ(ſi verè fidelis ſit)
ſe ipſum non corrigat, vt quod ex infirmo
voluit affectu: ex arbitrij rectitudine ad ſe
conuerſus, diuinæ ſubdat voluntati? vos igi
tur fideles, vos chriſtiani, vos recti, vos iuſti,
qui ex fide viuitis, exultate in dño ad quem
ſuperius dixi: exultatio mea erue me à circũ
dantibus me. Et quia rectos decet collauda-
tio: laudate illum verbo & opere. ęquum eſt
enim laudent illi qui nunquam blaſphemare
nouerunt: ſed vt laudant in proſperis, collau
dẽt in aduerſis. collaudent et recti qui terram
inhabitantes, terrena nõ quærũt, ſed cæleſtia
meditãt: & corde in Dei laudes erigunt. Seq.

*Confitemini dño in cithara: in pſalterio* 2.
*decem cordarum ſpallite illi.*

Cithara & pſalterium, duæ ſunt naturę, hu
mana ſcilicet & diuina, quæ in Chriſto benè
conueniũt, & dulciſonam faciunt(in vnita
te ſuppoſiti) harmoniam. Chrs enim qui ſup
poſitũ diuinũ in duabus naturis eſt: pſalteriũ
appellatur & cithara, iuxta illud prophetæ, Pſ.56.ve.11.
Chri reſurrectionem poſtulantis. exurge(in
quit) gloria mea: exurge pſalteriũ & cithara.
cui ipſe reſpõdẽs ait, exurgã diluculo. in hac
igitur mirifica coniunctione citharæ cũ pſal
terio, & delectabili(quẽ fecit nris auribus)
concẽtu quũ verbũ caro factum eſt, & Deus
homo: confitemini dño, & pſallite illi. cõfite
mini dño in cithara mortalitatis nræ, quam
p nobis aſſumpſit: & in pſalterio diuinitatis
ſuæ, quã nobis cõtulit, pſallite illi. quod vtiq;
decem cordarum dicitur: eò ꝙ nouẽ angelo
rũ ordinibus et dominet. vel per citharã, quę
à parte inferiore ſonũ habet: portionẽ aĩæ in
feriorẽ accipe. per pſalteriũ verò, quod à par
te ſuperiore ſonat: ſuppremã aĩæ accipe par-
tẽ, quæ ſpũs appellatur. ſic apoſtolus, pſallam

1. Cor. 14. (ait)ſpiritu,pſalam & mente. confitemini er
go dño in cithara:& in pſalterio pſallite illi.
ita vt vr̃m quiſq; cum timpaniſtria nr̃a Ma-
ria fœliſcima,nō ſorore illa Moyſi,ſed geni
trice Chr̃i, dicere poſsit:magnificat aĩa mea
Luc. 1. c. dñm:& exultauit ſpiritus meus in Deo ſalu
tari meo. quibus verbis,vtraq; portio aĩę cō
prehenſa eſt. Nam & hoc carmen ipſa (gra
ta modulatione)cecinit dño in pſalterio ſuo
decem cordarū.nimirū tot cordas continet:
quot verſus. confitemini er̃ dño in cithara:
ſiue terrena abundauerint,ſiue defuerint. &
in pſalterio decem cordarū(quem decalogū
appellamus)decem præceptorū obſeruatio-
ne pſallite illi,ꝙ magna et ſpiritualia cōtule
rit dona:& maiora ſint vobis repoſita in po-
ſterum cōferenda.Decem etiā vobis ſunt ſen
ſus,quinq;,ſ.exteriores,& alij(ſi benè intuea
mini)interiores.quinque,decē(vt cordę) ſo
nos dū pulſant habentes,ac per hoc pſalteriū
cōſtituentes.In quo Chr̃m cōfiteamini opor
Mat. 10. d. tet,vt & ipſe vos cōfiteat̃ corā pr̃e ſuo.Seq.
3. *Cantate ei canticū nouū: benè pſallite ei*
*in vociferatione.*

Eph. 2. d. Quia nouus homo factus eſt Chriſtus.vt ve
terem hominē innouaret,& duos condat in
ſemetipſo,in vno nouo homine faciens pacē,
vt recōciliet ambos in vno corpore Deo p
crucem,interficiēs inimicitias in ſemetipſo
Ephe. 4. e. vt ait Paulus:cantate ei canticū nouum, vos
noui per gr̃am,& deponite vos ſecundū pri
ſtinā cōuerſationem veterem hominem:qui
corrūpitur ſecundū deſideria erroris.Reno
uamini aūt ſpiritu mentis vr̃æ (vt rurſus iſdē
ait apoſtolus)& induite nouū hominē,qui ſe
cundū Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſancti
Rom. 12. a. tate veritatis.iterūq;:reformamini in nouita
Colo. 3. b. te ſenſus vr̃i. & ad Coloſſenſes:expoliantes
vos veterem hominem cū actibus ſuis:& in-
duentes nouū,eum qui renouatur in agnitio
ne Dei,ſecūdum imaginem eius qui creauit
eum. hoc aūt,vt canticum dño poſsitis cāta
Apo. 21. a. re nouū:Ecce noua facta ſunt oĩa:cælum no
uum,& tr̃a noua,ſponſus nouus,& noua nup
ta,nouū fœdus , & teſtamentum nouum:ſit
er̃ canticum nouum. non ꝙ creauit Deus ho
minem ad imaginē & ſimilitudinem ſuā,hoc
enim cāticū vetus eſt: ſed ꝙ creauit dñs no
Hier. 31. d. uum ſuper terram,fœmina circundedit virū.
Nō ꝙ hominē formauit,ſed ꝙ reformauit:
hoc enim canticum nouū eſt. Id igitur ei cā
pſa. 97. v. 1 tate canticum nouum : quia mirabilia fecit.
Cantate(inquā)& exultate & pſallite:& be-
nè pſallite ei in vociferatione,hoc eſt,in deſi
derij mgnaitudine , ore & corde pſallentes.
Nam ſi tantū ore:male pſallitis.pſallite in vo
ciferatione, alta & intelligibili voce Deum
magnificātes:quo fidelium animos erigatis,
& torpentes ad Dei laudē excitetis:ſed tūnc
benè pſalletis:ſi exultationes Dei ſint in gu-
ture vr̃o Deo placentes:nō exultationes ho
minū,vt hominibus placeatis. hoc enim eſt
benè pſallere:& pſallere ſapienter.audite iam
canticum.Sequit̃.
*Quia rectū eſt verbum domini: & om-* 4.
*nia opera eius in fide.*

Pſallite ergo ei , in vociferatione collau-
dantes : quandoquidem nō erit indignū nec
in vr̃æ dignitatis aut modeſtię derogationē:
quia rectum eſt verbum dñi,& rectos decet
collaudare.ideoq; ꝙ dñs rectus ſit,& omnia
opera eius in fide:recti rectū in vociferatiō
ne laudent,decens eſt & honeſtū. atqui pro
miſerat Deus olim,ſeſe nobis daturū , quod
& fecit.et quia omnia opera eius in fide:fe-
cit ſicut loquutus eſt p os ſanctorū,qui à ſe Luc. 1. g.
culo ſunt prophetarū eius: fecit vtiq; , quia Pſ. 144. 14.
fidelis dominus in omnib⁹ verbis ſuis:& ſan-
ctus in omnibus operibus ſuis. de quo Pau- Rom. 15. b.
lus ait: dico enim Chriſtū Ieſum miniſtrum
fuiſſe circunciſionis,propter veritatem Dei,
ad confirmandas promiſsiones patrum:gen-
tes autem,ſuper miſericordia honorare Deū
ſicut ſcriptum eſt.propterea confitebor tibi
in gentibus dñe,& nomini tuo cantabo. ec-
ce Chr̃s vtriſque datur,iudeis ſcilicet & gen
tibus:iudeis quidem ex ꝓmiſsione;gentibus
aūt ex miſericordia. vtrunq; dixerat , vtrūq;
adimpleuit:quia rectū eſt verbum domini,
& omnia opera eius in fide.
*Diligit miſericordiam & iudicium: mi-* 5.
*ſericordia domini plena eſt terra.*

Miſericordiam & iuſtitiam æqualiter di-
ligit ipſe:ſed miſericordia magis relucet , &
miſerationes eius ſuper omnia opera eius. pſa. 144. 9.
quod etiam Iacobus apoſtolus aſſerit dicēs: Iacob. 2. c.
ſuperexaltat aūt miſericordia iudicium.vos
er̃ mortales diligite miſericordiā & iudiciū,
& cātate domino canticū nouū. primo quia
fidelis & verax eſt.ſecundo , quia & ſi miſe-
ricors & iuſtus eſt,& miſericordiam & iuſti
tiā ex æquo diligit;ſed miſericordia dñi ple-
na eſt terra. quia ibi ſuperabundat in hac vi
ta,vbi abundat miſeria.Sequit̃.
*Verbo dñi cæli firmati ſunt: & ſpiritu* 6.
*oris omnis virtus eorum.*

Aut(quod verterūt alij)omnis ornatus eo
rum.Sit cātandi dño ratio tertia:quia verbo
dñi cæli firmati ſunt.In quibus verbis, & tri
nitatem innuit perſonarū, & rerum omniū
creationem Deo tribuit, atque horum in-
feriorum cōſeruationem, & (per allegoriā)
oſten



dit,angelorū qui per miſerunt in gr̃a, &
glĩa. cōfirmationē,eandēq; apoſtolorū in fi-
de firmitatem , & in cōplenda euangelij do
ctrina virtutem, ait ergo:verbo dñi cæli fir-
mati ſunt:& ſpiritu oris eius omnis virtus
eorū.hoc enim,vel ex ipſo geneſeos libro cō
Gene. 2. a. ſtat:quādoquidē ita ſcriptū eſt:igitur perfe-
cti ſunt cæli & terra,& omnis ornatus eorū:
cōpleuitq; Deus &c.vbi patrē & filiū intelli
ge,quū dñm & verbū ſuum audis , per quod
formati ſunt cæli.et quū audis ſpiritum oris
eius:ſanctum accipe ſpiritum à patre & filio
tanquā ab vno ſpirāte principio procedentē.
Et hi tres qui teſtimonium dant in cælo,pa-
ter,verbum & ſpiritusſanctus(vt Ioānes apo
1. Ion. 1. b ſtolus ait)vnū ſunt.vnus quippe Deus,vnuſ-
que cæli & tr̃æ ac maris,viſibilium denique
& inuiſibilium creator omniū. cuius er̃ ver
bo,nutu ac miſericordia,vt intellectuales &
rationales creaturæ,qui angeli & homines
ſunt(per cælū & terrā ſignificati) in eſſe cō-
ſtāt,iuxta illud:in principio creauit Deus cę
lum & terrā:ſic & in bono eſſe firmati ſunt.
firmati ſunt quidē cęli ne cadāt:& miſericor
dia dñi plena eſt tr̃a , quæ erat inanis & va-
cua (ꝙquè deterius erat) tenebræ erāt ſu-
per faciem abyſsi:quoaduſque per Dei miſe
Ioan. 1. a ricordiā,adueniēte luce vera quæ illuminat
omnem hominē venientē in hūc mūdū: ſicut
angeli fuerant firmati , ſic & homines erecti
& illuminati ſunt.quorū aliqui adeò cęleſtes
facti ſunt p gr̃am:vt meritò,cæli verbo dñi
firmati nūcupētur.ij quidem ſunt apoſtoli &
viri apoſtolici,qui à Chr̃o firmati & cōfirma
ti, & ſpū atq; oris eius inſufflatione in-
ſtructi,in mundū vniuerſū miſsi ſunt:& hinc
omnis virtus eorū. atqui nō à ſe, ſed à ſpiri-
tu oris Chr̃i,tota virtus ꝓcedebat.vnde Pe-
1. Pet. 4. c. trus apoſtolus ait:ſi quis loquitur, quaſi ſer-
mones Dei:ſi quis miniſtrat,tanquā ex virtu
te quā adminiſtrat Deus.ꝓſequit̃ ergo crea-
tionis beneficium dicens:
*Congregans ſicut in vtre aquas maris:po*
7. *nens in theſauris abyſſos.*

Hoc ita ad literā factum nouimus,prop-
ter animantiū ſalutē. at verò ſi allegoriā vt
cœpimus ꝓſequamur , & dicentē in apocali
Apoc. 17. d. pſi audierimus:aquæ quas vidiſti vbi mere-
trix ſedet,populi ſunt & gētes & linguæ, vti
què per aquas maris,gentes olim diſperſas,
iam diuina miſeratione intra Dei eccleſiā,ſi
cut in vtre vel potius vtero veræ matris, in
vnum cōgregatas intelligemus.vbi,& inter
theſauros ſacramētorū ſuorū,aquas baptiſma
les,aut amaras pœnitētiū lachrimas,poſitas
confitemur,quas abyſſos vocat. vel ſi mauis
nouū & vetus teſtamentum,quorū alterum
(iuxta ꝓpheticum verbū)citat alterū,& qua pſ. 41. ve. 9
ſi abyſſus abyſſum inuocat in voce cathara-
ctarū. has igitur abyſſos poſuit in theſauris
ſuis,& in diuitiarum ſuarū repoſitorio(quæ
eſt eccleſia)ad ſuorū fidelium doctrinā ſig-
natas reliquit. Cantate igitur(quartò ait)
& benè pſallite ei in vociferatione, qui tan-
to vos munere donauit ditauitque.Sequit̃.
*Timeat dñm omnis terra: ab eo aūt cō-* 8.
*moueantur oēs inhabitantes orbem.*

Iuſta quidem & ſancta eſt ad homines ex
hortatio dum ait : timeat dñm omnis terra.
& ex charitatis viſcerib⁹ ꝓ hominū cōuerſio
ne ad Deū fit deprecatio,quū ſubiungit:ab
eo autē cōmoueātur oēs inhabitantes orbē.
timeat(inquit) dñm timore filiali,omnis ho
mo terrenus. timeat (quæ miſericordia dñi
plena eſt)terra ipſa , timeat tamē reueren-
ter amās,& amet cōfidēter timens:timeatq;
ſimul & amet , cauens vti caſta ne dilectū
offendat.ꝙ ſi aliqui nō timent:et ij(precor)
cōmoueant̃ ab eo vt timeāt.timeat deniq; vi
gilans omnis terra:ne ſuū cōditorem offen-
dat.ꝙ ſi qui inhabitātium orbem(veluti ſom
no ſopiti)quæ diximus nō aduertunt ; exci-
tentur ab eo,& potēte ac miſericordi manu
ſua cōmoueātur,vt experrecti videant,& vi
dentes timeant,dicatque cōmouēs:ſurge qui
dormis,& exurge à mortuis , & illuminabit Eph. 5. c.
tè Chr̃s. conuerſio enim peccatoris, quædā
cōmotio eſt,à Dei manu pulſante & excitan
te,atque eius gr̃a præueniente facta : de qua
iſdem pſaltes:cōmouiſti terrā & cōturbaſti pſ. 59. v. 2.
eā,ſana contritiones eius , quia cōmota eſt.
commouet quippe dñs terrā.ſed quia adhuc
ſtat ad oſtium pulſans,nōdum plenè in com- 3. Reg. 19. b
motione dñs. et poſt cōmotionem ignis in-
fernus , cōſideratione conturbans animū,et
nō in igne perfectè dñs. hæ quidē pręuiæ di
ſpoſitiones ſunt ad gr̃am conuerſionis. et
poſt ignem,ſibilus aure tenuis,ideſt,ſpiritus
ſancti gratia,cōtritiones ſanās, & ibi dñs.ip Pſ. 146. v. 6.
ſe eſt enim qui ſanat contritos corde,& alli-
gat cōtritiones eorum.ſancta quippe et fru-
ctuoſa cōmotio eſt,qua homines in hoc ſe-
culo cōmoueātur, dum orbem terrarum inha
bitant,ne infœlici cōmotione pereant in fu
turo.de qua Eſaias ait: cōfractione cōfringe Eſa. 24. d.
tur terra,cōtritione cōteretur terra , cōmo
tione cōmouebitur terra,agitatione agitabi
tur terra ſicut ebrius,& auferet̃ ſicut taber-
naculū vnius noctis. et grauabit eā iniquitas
ſua,et corruet, et non adijciet vt reſurgat.
benè ergo ait : timeat dñm oĩs terra,ab eo
aūt cōmoueātur omnes inhabitantes orbem:

dum ſcilicet hunc terrarum inhabitant orbẽ:
quandoquidem extra, non proficua aut me
ritoria cõmotio erit. Sequiť.
9. *Quoniã ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mã
dauit, & creata ſunt.*
Is iure timẽdus eſt: cuius nutui oĩa ſubſunt,
& cuius dicere eſt operari. dic verbo (ait cẽ
Luc.7.a. turio ille euangelicus) & ſanabiť puer meus.
hunc igitur ſolũ timeat oĩs terra nõ alium,
qui adeò potens eſt: Nam ſi ſubuerterit oĩa,
Iob.11.b. vel in vnũ coarctauerit: quis contradicet ei,
vel quis dicere poteſt: cur ita facis? Nimirũ,
qui dixit & facta ſunt, mãdauit & creata ſũt:
ſi dixerit mandaueritvè ne ſint: cõtinuò nõ
erunt, & ad nihilum oĩa redigentur. Sequiť.
10. *Dñs diſsipat cõſilia gentiũ, reprobat aũt
cogitationes populorum: & reprobat cõ
ſilia principum:*
Hæc vltima ratio eſt quare timendus ſi-
mul & laudãdus eſt dñs: eò ꝙ oĩſcius ſit. et
cum cõſilium eius ſit firmũ atq; in ęternũ ſta
bile: diſsipat cõſilia gentium, reprobatq́; co-
gitationes populorum & conſilia principũ.
Nã gẽtes & populi eorũq; principes oẽs, cõ
uenerunt in vnũ aduersùs dñm & aduersùs
Chr̃m eius. alij vt ydolatriã ſuam ampliarẽt,
alij vt Moſem ſuum & legem, Sabbata & ri-
tus cuſtodirẽt: alij verò vt iugũ Chriſti abij
cerent, & nomen eius de terra delerent. de
pſ.55 ver.5. quibus omnibus dñs per prophetã ait: aduer
ſum me oẽs cogitationes eorum in malũ. ſed
horũ omniũ conſilia, vt fatua & inania, diſsi
pata & reprobata ſunt: quia cogitationes eo
Eſa.59.b. rũ, cogitationes inutiles (ait Eſaias) & conſi
ſiliũ dñi in æternum manet. eſt enim immu
Iob.23 c. tabile, & ipſe ſolus eſt de quo ait Iob: nemo
poteſt auertere cogitationẽ eius: & aĩa eius
quodcunq; voluit, hoc fecit. Et iccirco à fa-
cie eius turbatus ſum: & conſiderans eum,
timore ſolicitor. ideo ſubdit:
11. *Conſilium aũt dñi in æternum manet:
cogitationes cordis eius in generatione &
generationem.*
Eſt enim cõſilium dñi firmum, cui nemo
12. poterit contraire. Sequiť.
*Beata gens cuius eſt dominus Deus eius:
populus quẽ elegit in hæreditatem ſibi.*
Illatio eſt præmiſſorum. beata quidẽ gẽs
nõ ſemel aut bis, nunc in ſpe & poſtea in re:
ſed terquaterq́; beata, quæ dñm poſsidet at-
que à dño poſsidetur, & quæ hæreditas dñi
Cant.2.c. eſt, & dñs pars hæreditatis. quæ denique ve
re cum ſponſa non ſemel inculcat, dilectus
Cant.6.a. meus mihi: & ego illi. iterũque tranſpoſito
verbo: ego dilecto meo, & dilectus meus mi
hi: qui paſcitur inter lilia. beata quidem &
verè beata, quæ timet dñm & amat dñm: &
quæ electa à domino, in Deum ſuum (quem
laudet) elegit ſibi dominũ. fœlix hæreditas,
quæ talem ac tantum dñm ſortita eſt: qui cu
ram illius gerat, & imbrem cõgruentem ac
pluuiã voluntariã ſegreget hęreditati ſuæ: vt
fructũ illi tribuat in tẽpore opportuno. Seq.
*De cælo reſpexit dñs: vidit oẽs filios hoĩm.* 13.
Sed de quo cælo reſpexit (obſecro) qui ex
celſior cælo eſt? de quo loco proſpexit qui
ante quã cælum nec quicquam faceret à prin
cipio, oĩa proſpexit? reſpexit profectò à ſe,
& vidit omnes filios hominum in ſe, quum
nõdum eſſent extra ſe. quia quod factum eſt, Io.1.
in ipſo vita erat. vidit ergo oẽs filios homi
num, vidit ſapientia æterna ab æterno, vidit
& præuidit, reſpexit & proſpexit, ſciuit &
præſciuit, vaſa iræ apta in interitum, & præ Rom.9.c.
deſtinauit atque proſpexit vaſa miſericor-
diæ, quæ præparauit in gloriam. vidit quidẽ
oẽs filios hominũ, & ideo natura omnes ho
mines: ſed hos elegit in hæreditatem ſibi, nõ
vtique ex meritis eꝫ præuiſis, ſed ex gr̃a, vt
iſdem apoſtolus de Iacob & Eſau diſputans
ait: cũ enim nondũ nati fuiſſent, aut aliquid Rom.9.b.
boni egiſſent aut mali, vt ſecundũ electionẽ
ꝓpoſitum Dei maneret: non ex operibus ſed
ex vocante dictum eſt ei, quia maior ſeruiet
minori. ſicut ſcriptum eſt: Iacob dilexi, Eſau Gen.25.c.
autẽ odio habui, ex geneſi & Malachia pro- Mala.5.a
ferens teſtimonium. Et infert, quid ergo di-
cemus? nunquid iniquitas apud Deum? abſit.
proſpexit igitur, vidit & elegit: ſed non hoc
ideo elegit, ꝙ tales (quales per gratuitã ele-
ctionẽ futuri ſumus) nos præuiderit eſſe fu-
turos: ſed elegit vt eſſemus tales, hoc eſt, ſan
cti & immaculanti. Sequiť.
*De præparato habitaculo ſuo: reſpexit* 14.
*ſuper oẽs, qui habitant terram.*
Idipſum ingeminat, quaſi rem arduam &
intellectu difficilem, ſemel dixiſſe non ſit ſa
tis. de præparato (inquit) firmiſſimoq́ue ha-
bitaculo reſpexit. quod vtique habitaculum
tunc præparauit electis, qui elegit nos (vti
Paulus ait) ante mũdi cõſtitutionem: vt eſſe Ephe.1.a.
mus ſancti & immaculati, iuxta verbũ Chr̃i
dicentis: venite benedicti patris mei, poſside Mat.25.c.
te paratum vobis regnum à cõſtitutione mũ
di. Reſpexit quippe terrenos, vt cæleſtes fa-
ceret: Reſpexit habitatores terrę, vt ſtatue-
ret incolas cæli. Reſpexit denique filios ho-
minũ natura; vt filios Dei cõſtitueret ex gr̃a.
ſed quis fecit hęc omnia? quis propexit? quis
vidit & reſpexit? Sequitur.
*Qui fingit ſingillatim corda eorũ: qui in* 15.
*telligit omnia opera eorum.*





Is elegit hæreditatẽ, finxit corpus, & crea
uit vniuſcuiuſq; hominis animam ſigillatim,
non ſimul, vt quidam ſomniarunt. creauit q;
de nihilo nõ ex traduce vel de potẽtia mate
riæ, vt alij dixerunt. ſimulquè eam infundẽ-
do creauit, & creando infudit humano cor-
pori. Is profectò qui finxit & infudit vt
omnipotens: intelligit omnia opera eorum
vt omniſcius. ſit ergo omnibus peruia hæc
nr̃a concluſio: ꝙ prima & ſola radix adipiſ-
cendæ beatitudinis eſt Dei gratuita electio
(qua nos ab æterno, nullis præcedẽtibus me
ritis elegit) nõ propria virtus. quod ſequitur
ex illa maxima: qui non poteſt in minus, nec
poterit in maius. et ſi id quod magis videtur
ineſſe, non in eſt: nec id quod minus. at mi-
nus eſt ꝙ rex potentia exercitus ſui, aut gi-
gas virium ſuarũ fortitudine, aut quiuis alius
equi celerrimo curſu, ſaluari poſsit tempo-
raliter: quã ꝙ propria naturali virtute fœlici
tatem nanciſcatur æternã: cum vel maximo
interſtitio, æternum diſtet à temporali. ſed
vidimus, audiuimus, & oculis nr̃is non ſemel
perſpeximus, ꝙ ij propria virtute nõ ſaluan
tur, vt fugiant diſcrimina belli: quãto minus
proprijs viribus ſalutem conſequentur ęter-
Rom.9.b. nã? dicam igitur cum apoſtolo: non volentis
neq; currẽtis, ſed miſerentis eſt Dei. illi vtiq;
curſum, liberumquè hominis velle tribuã: à
quo principalius, tãquã à primaria cauſa mi
ſerente, mouente atq; ſuauiter diſponente, &
cum libero arbitrio concurrẽte ipſe hominis
actus interior exteriorquè ꝓcedit. & hoc eſt
quod pſaltes ſubiungit.
16. *Non ſaluatur rex per multam virtutem:
& gigas non ſaluabitur in multitudine
virtutis ſuæ.*
Hoc adeò cuique peruiũ eſt: vt nõ egeat
probatione. imò quod ſequitur, horum ver-
borum maior eſt elucidatio.
17. *Fallax equus ad ſalutem: in abundãtia
autem virtutis ſuæ non ſaluabitur.*
Tu qui hęc audis, ſuper diuitiarum falla-
cem equum aſcẽdere noli: vt ſaluus fias. ſeq.
*Ecce oculi dñi ſuper metuentes eum: &* 18.
*in eis qui ſperãt ſuper miſericordia eius.*
Satis ſuperquè ſatis diductum eſt: quę ſit
nr̃æ ſalutis cauſa. Nũc audi media. ecce (ait)
oculi dñi ſuper timẽtes eum. Nimirum ocu
li eius miſericordes ſunt, delicta punientes;
ſed ad veniã allicientes: timorem incutiẽtes;
ſed ad ſpem vocãtes ſunt. deniq; peccatores
ad pœnitẽtiam attrahentes: & iuſtos in gr̃a
protegentes, & ſuper hos & illos inuigilan
tes. hinc vera ſalus emanat in metuentes &
ſuper miſericordia ſperantes: nõ de ſe pręſu-
mentes. Sequiť.
*Vt eruat à morte animas eorum & alat* 19.
*eos in fame.*
Sub typo peſtis & famis, innuit ęterna bo
na. nam eruit à morte. Nõ quidem tempora
li, quæ dormitio quędam eſt: ſed ęterna, quæ
vera mors eſt. Et alit eos in fame ac penuria
ſeculi huius, vbi timentes dñm eſuriunt & ſi
tiunt iuſtitiã. nã interim dñs eos donis ſpiri
tualibus alit: donec ſaturenť in gloria, iuxta
illud: ſatiabor quũ apparuerit gloria tua. ſeq. Pſ.16.v.17.
*Anima noſtra ſuſtinet dñm: quoniã ad* 20.
*iutor & protector noſter eſt.*
Tu qui legiſti pſalmũ (dialectico more)
Nunc ſillogiſmum cõfla. Ecce oculi dñi ſu-
per metuentes eum: & in eis qui ſperant ſu-
per miſericordia eius, vt eruat à morte aĩas
eorũ, & alat eos in fame. hæc ſit propoſitio-
num præmiſſarũ maior: ſit quę ſequitur mi
nor. anima noſtra ſuſtinet dñm: quoniã adiu
tor & protector noſter eſt. et rurſus.
*Quia in eo lætabitur cor noſtrũ: et in no* 21.
*mine ſancto eius ſperauimus.*
Vt ſit concluſio,
*Fiat miſericordia tua dñe ſuper nos: que* 22.
*madmodum ſperauimus in te.*
Hæc fiat ſup nos: & nihil nobis deerit. ſit
etiã tibi gloria Deus in ſeculorũ ſecula amẽ.

## EPITOME SEV EPILOGVS. PSAL. 32.

*EXultate iuſti in dño: rectos decet collaudatio. uos qui ex fide uiuitis, partes ueſtras agite
fideles, collaudantes dñm, à quo accepiſtis, ꝙ ad laudem ydonei ſitis. confitemini dño, in
Chriſto nouo homine renouati. et in pſalterio ac decacordo, præcepta decalogi adim-
plentes, pſallite illi. Cantate ei canticum nouũ: in nouitate uitæ. benè pſallite ei in uocife
ratione, ut ita luceant opera ueſtra bona omnibusq; innoteſcant: ꝙ uidentes & audien*
Mat.5.b. *tes, exemplũ ſumant, glorificentq́; patrẽ ueſtrũ, qui in cælis eſt. id. n. eſt, benè pſallere dño in uocifera
tione. Eſt etiã uociferatio uehemẽs atq; intenſus pſallẽtis orantis & collaudantis affectus. nec. n. uox:*
Exo.14.d. *ulla Moyſis auditur: & tamen ad illum dñs in exodo ait: quid clamas ad me? Eia uos ergo iuſti & recti
dicite altiſſona uoce, dñm in pſalterio & cithara collaudantes: ꝙ rectum eſt uerbũ dñi: & omnia opera
eius in fide. promiſit olim daturum ſe nobis: idq́; uerè adimpleuit. diligit quidem miſericordiam & iudi*
Iacob.2.c. *cium. ſed miſericordia dñi (quæ ſuperexaltat iudicium) plena eſt terra. nam ipſe redimet hominẽ: qui*

*propter hominem cuncta creauit.* Nempe *uerbo dñi cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis uir-
tus eorum: qui ut (legimus apud* Iob) *ſolidiſsimi quaſi ære fuſi ſunt.* Nimirum *dñs apoſtolos myſticos*
Iob.37.c. *firmauit cælos: & ſpiritū oris ſui in eoſdem effudit, deditq́ue uerbum euangelizantibus uirtute mul-*
Pſal: 67. v. 12. *ta. congregans ſicut in utre aquas maris: nec ſecus in eccleſia donationes gratiarum, ſacramenta &*
*ſcripturæ ſacræ doctrinam, quaſi theſauros in repoſitorio ponens. quamobrem timeat dñm omnis ter-*
*ra, ab eo commoueantur (commotione bona) omnes inhabitantes orbẽ: ita ut malũ deſerant, & bonum*
*amplectantur, quoniam ipſe dixit & facta ſunt.* Non *eſt qui eius poßit reſiſtere uoluntati. dñs diſsipat*
*conſilia gentium &c. quia non ſolũ uerax, miſericors & potens: uerũ & omniſcius eſt: cuius conſilium*
*in æternum manet. beata gens, cuius eſt dñs* Deus *eius. beatus (inquam) populus in hæreditatẽ ſuam ele*
*ctus: qui talem promeruit habere* Deum, *dominum, ac poſſeſſorem.* Ipſe *enim uidit & ab æterno præ-*
Eph.1.a. *uidit omnes filios hominum: & quos uoluit, elegit ante mundi conſtitututionem, ut eſſent ſancti & im-*
*maculati. de præparato habitaculo ſuo reſpexit: qui fingit ſigillatim corda eorũ, quiq́; intelligit om-*
*nia opera eorum. ſint quantũuis ſublimia heroica & magna.* Non *ſaluatur rex per multam uirtutem,*
*nõ gigas, non uolucri equo inſidens: fallax enim eſt equus ad ſalutẽ. atqui nõ hos reſpicit* Deus *(ut ſal-*
*uet) qui proprijs uiribus innitũtur. ecce oculi dñi ſuper metuentes eũ, & in eis qui ſperant ſuper miſe*
*ricordia eius, ut eruat à morte animas eorum, & alat eos in ea (quam patiuntur) fame, dum eſuriunt*
Ioan.6.c. *& ſitiunt iuſtitiam. ij ſunt qui iuxta uerbum* Chriſti *operantur cibum qui non perit, molentes illud*
*inter has duas molas metum. ſ. & ſpem, quarum altera inferior, altera ſuperior eſt, utraque tamen ne-*
Deut.24.b *ceſſaria ad ſalutem. iccirco neutram loco pignoris accipere licuit olim in figura. ob id igitur anima no-*
*ſtra ſuſtinet dñm: quoniam adiutor & protector noſter eſt. cui ex animo dicemus orantes: fiat miſeri-*
*cordia tua dñe ſuper nos: quemadmodũ ſperauimus in te, qui unica ſpes noſtra es, quem benedicimus,*
*laudamus atque omni tempore colimus & adoramus.*

## PALM. XXXIII.

B*Enedicã dñm in omni tempore: ſem-
per laus eius in ore meo.*

Cuius titulus eſt: ſpalmus Dauid, quum
im mutauit vultum ſuum coram Abimelech,
& dimiſit eũ & abijt. Nouimus ex libro re-
1.Reg.21.d. gum primo, huius rei hiſtoriam. porro fugit
Dauid à facie Saul, ad Achis regem Geth. qui
cum eſſet cognitus à ſeruis regis Geth, & ab
eis introductus ad regem, extimuit valde à
facie Achis. quamobrem immutauit os ſuũ
coram Achis. Et ſe ſimulans fatuum atq; in-
ſanum (ac ſi epilepſia laboraret) collabebaẽ
& impingebat in oſtia portę, defluebantquè
ſaliuæ eius in barbã, quem vt vidit rex: ſpre-
uit, eumq́; dimitti iuſsit: Dauid autem abijt
in ſpelũcam Odoam. hoc ſolũ mouet animũ,
ꝙ in titulo non ſit ſcriptum Achis, ſed Abi-
melech. cui obiectioni facilè apud quoſdam
ſatisfit, ꝙ Achis, ſit regis propriũ nomẽ: Abi-
melech aũt appellatiuum, & regibus Paleſti
norũ cõmune. ſic enim oes Paleſtini appellari
cõſueuerant reges: vti Pharaones, reges Egi
pti, & imperatores, cæſares appellãtur. Mag
ni quidem myſterij res eſt. nam Dauid pro-
pheta ſanctus & rex, in multis typum geſsit
Ieſu Chriſti filij Dei, qui factus eſt ei, ex ſemi
ne Dauid ſecundũ carnem. hoc adeò: vt nõ
ſolũ filius Dauid in ſcripturis ſanctis vocari
dignatus ſit, verum eẽ Dauid ſit ſæpius appel
Hier.23.a. latus, vt apud Hieremiam: ſuſcitabo Dauid
germẽ iuſtũ: & regnabit rex, & ſapiens erit,
& faciet iudiciũ & iuſtitiam in terra. Et ite-
Hie.30.b. rũ: ſeruient dño Deo ſuo, & Dauid regi ſuo,
quem ſuſcitabo eis. Rurſusq́;: germinare fa-
ciã Dauid germen iuſtitiæ. quibus eẽ verbis
vſus eſt dñs apud prophetam Ezechielem di
cens: & ſuſcitabo ſuper ea paſtorem vnum: Ezech.34.
qui paſcat ea, ſeruũ meũ Dauid, ipſe paſcet
ea. fuit quippe rex ille ſanctus, humilis, man-
ſuetus, iuſtus, verax, miſericors, audax, &
manu fortis, quod nomen eius interpretatũ
ſonat. Et quod omniũ maximũ eſt: fuit Dei
ſũmi amator, gloriæ & honoris eius zelator
optimus. Meritò ergo Chr̃s dñs (manu fortis,
& virtutũ oĩm decus atq; exẽplar) per Dauid
regem in titulo, ꝓphetico ſpũ deſignatur: quĩ
mutauit vultũ maieſtatis ſuæ, quũ mortalita
tis nr̃æ carnẽ aſſumſit. Nam cũ in forma Dei,
eſſet (ait apoſtolus) nõ rapinã arbitratus eſt Phi.2.a.
eſſe ſe æqualẽ Deo, ſed exinaniuit ſemetip-
ſum formã ſerui accipiẽs, in ſimilitudinẽ ho
minũ factus, & habitu inuentus vt homo: hu
miliauit ſemetipſum factus hobediẽs vſq; ad
mortem. de quo eẽ Eſaias: & vidimus eũ, & Eſa53.a.
non erat aſpectus, & quaſi abſconditus vult⁹
eius, vnde nec reputauimus eũ. & nos putaui
mus eũ quaſi leproſum, & percuſſum à Deo,
& humiliatũ. hoc aũt diximus: quò Dauid
nr̃m, & habitu & vultu noueris immutatũ.
qui ſic immutatus, venit ad Achis fratrẽ ſuũ,
hoc eſt, ad populũ iudeorũ. Achis enim, fra-
ter meus interpretatur. erat aũt Achis, rex
Geth, quod vel opprimens, vel torcular dici
tur, à quo populo Chriſtus innocẽs, velut in
torculari, prælo paſsionis ſuæ, & oppreſſus
& cõpreſſus eſt. Achis eẽ Abimelech in titu-
lo nũcupatur, quod patris mei regnũ ſonat.
Et iudeorũ populus, tunc tẽporis regnũ Dei
& pa



& patris Dauid noſtri erat: quia notus in iu-
Pſ. 75.v.1. dea Deus, in Iſrael magnum nomen eius. qui
& à quibuſdã cognitus fuit ſeruis. quãdoqui
dem multi iudeorum Chr̃m verum Meſsiam
eſſe cognouerunt in lege ꝓmiſſum, dicentęs:
Luc.20.c. hic eſt hęres: venite & occidamus eũ. de quo
rũ numero ſacerdotes, principes, phariſei &
ſcribæ cęteriq́; legis periti fuerunt. licet for
tè (inuidia auaritia & odio occecati) ipſum
eſſe verũ Dei filium, nõ ita aperte cognoue-
rint, eũ tamen millies & legerant, & ſignaue
rant plura ſcripturæ loca illum Deũ futurũ
Michæ. 5. a. eſſe clamantiã, vt eſt illud Micheæ: & tu Be-
thleem ephrata paruulus eſt in millib⁹ Iuda?
ex te mihi egredietꝗ ſit dominator in Iſrael,
& egreſſus eius ab initio, à diebus æternita-
Mat. 2.a. tis. quod vtiq; Herodi demonſtrarunt, vt lo
cũ ſciret natiuitatis: ſed plenã ſcripturę intel
ligentiã non oſtenderunt: ne ſi Deũ eſſe ſci-
ret, ab illi⁹ perſequutione ceſſaret. alij aũt eo
rum (vti plebei) nec Deum eſſe, neq; meſsiã
regẽ intellexerũt, vt Paulus apoſtolus aſtrue
1.Cor.2.b re viſus eſt dicens: ſi enim cognouiſſent, nun
quã dñm gloriæ crucifixiſſent. cognouerunt
igitur eũ principes, ſaltẽ regem eſſe meſsiã.
& duxerunt eũ ad regẽ Herodem, ſpreuit au
tem illum Herodes cum exercitu ſuo (ſacer
Luc.23.b. ait euangeliſta) & illuſit indutum veſte alba,
& remiſit ad Pilatũ. vides ne regem gloriæ
ac Dei ſapientiam, vt inſipientem, fatuum &
inſanũ, ſpretum à rege terræ? vide nũc (ſi va
cat) quomodo ab eius ore ſaliua in barbã de-
fluat. Saliua Chr̃i ſimplicia verba ſunt, ſed ſa-
lutifera: quæ tunc in barbã defluebãt, quum
diuinã eius virtutem obtegebant: per barbã
enim virtus ſignificatur. Defluit ergo verbũ
infirmitatis noſtræ, & obtexit barbã diuinæ
virtutis ſuæ. an nõ tibi verbũ illud, ſaliua de-
fluẽs in barbã videtur: triſtis eſt anima mea,
tranſeat à me calix iſte, heli heli, & alia cõſi
milia? Ita vt aſtantes deriderent illa, dicẽtes:
Heliam vocat iſte: ſine, videamus an veniat
Mat.27.c. Helias liberans eũ. Alij autem mouentes capi
ta dicebant: vah qui deſtruis templum Dei,
& iterũ: ſi rex Iſrael eſt: deſcẽdat nũc decru-
ce. cõfidit in Deo: liberet eũ nunc ſi vult. ſic
tãdẽ ſpretus Dauid noſter, dimiſit Achis re
gem Geth, dimiſit & populum ſpernẽtem ſe,
& abijt in ſpeluncã odollã, hoc eſt, in ſepul-
turã, quæ verè mortis teſtimoniũ fuit. odol-
lã quippe teſtimonium eorũ vel teſtimonij
approbatio interpretatur. ſanè populum in-
gratum dimiſit: & ad gentes quæ in ſpelun-
cæ tenebris & vmbra mortis ſedebant, trãſ-
latus eſt. & hæc de ſenſu tituli dixiſſe ſit ſa-
tis. ait ergo Chriſtus ſic vndique perſequu-
tus: benedicam dominum in omni tempore
proſperitatis & aduerſitatis, vitæ & mortis,
paſsionis & reſurrectionis: ſemper laus
eius in ore meo. in ore dixi: quo audientes
ad hoc munus prouocentur, & fugiam ingra
titudinis notam. Nempe hoc amantium, hu-
milium & manſuetorum eſt: nõ amentiũ ſu-
perborũ atque ideo iraſcentium, ꝙ quicquã
ſiniſtrũ illis nolentibus accidat. certe hoc hõ
minũ eſt, nõ ſuã, ſed Dei gloriam quærentiũ.
ego (ait Chr̃s) demonium non habeo, ſed ho-
norifico patrem meũ, & vos inhonoraſtis Ioan.8.f.
me. ego autem non quæro gloriam meam,
eſt qui quærat & iudicet. Sequit̃.
*In dño laudabitur anima mea: audiant* 2.
*manſueti, & lætentur,*

Tunc enim me ipſum nõ laudans laudo,
quũ dñm cuius ſeruus ſum laudo. laudetur
mẽbrum, nõ in ſe, ſed in capite cuius eſt mem
brũ. hæc audiant manſueti & lętentur, ꝙ fu-
gientes laudem, inuenerint laudem, nõ in ſe,
ſed in dño: nã ibi laus vera, quũ laudaẽ in dño
laude quæ non perit. quod eẽ verbum non
ineptè cõpetit Chr̃o, qui ſemper gloriã tri-
buit patri. niſi fortè hic laudari pro gloriari
cũ laude vſurpetur (quod verius arbitror)
vt ſit ſenſus: in dño gaudens, cum laude glo-
riabitur anima mea. vel (vt alij legunt) domi
num laudabit anima mea. Sequit̃.
*Magnificate dñm mecũ: et exaltemus* 3.
*no men eius in idipſum.*

His verbis quid aliud dñs, quã mẽbra ſua
nititur coadunare? magnificat Chr̃s dominũ,
magnificamus & nos, ſi Chr̃o vniti ſumus
per gratiam, & magnificè operamur. Magni
ficate igitur dñm mecum (ait Chr̃s) & exalte
mus nomen eius in vnũ. Nam adeo pater di-
ligit vnitatem, vt per me & mecũ magnifica
ri velit. Sequit̃.
*Exquiſiui dñm, et exaudiuit me, et ex om* 4.
*nibus tribulationibus meis eripuit me.*

Solũ exquiſiui dñm. exquiſiui, & exaudi-
uit. exquiſiui, dñm & iuſtitiã eius, & cũ ipſo
oĩa mihi adiecta ſunt. exquiſiui dñm, nec Mat.6.d.
quicq̃ pręter dñm & quę ſunt ad dñm exqui Luc.12.d.
ſiui. quid enim mihi eſt in cælo, & à te quid Pſ.72.v.24.
volui ſuper terrã? exquiſiui dñm, nec aliud
quicquã petij. et exaudiuit me, q nouit quid
petere debui, eripuitq́; ex oĩbus tribulationi
bus meis. verba Chr̃i ſunt, fideles ſuos in exẽ
plũ ſui, ad Dei laudẽ excitantis inſtruentiſq́;
& docentis modũ inquirendi Deum, atque
huius inquiſitionis fructum. ſed tu fortè cũ
ſponſa dices: quæſiui & non inueni illum. au- Cant.5.b.
di inueniendi formã.

5. *Accedite ad eum, & illuminamini: & facies veſtræ non confundẽtur.*

Accedite, non pedibus ſed affectibus: adhę
Gal.5.b. rentes Deo per fidem quæ per dilectionem
operatur. non vt cõprehendatis (id enim nõ
eſt temporis huius) ſed vt credatis. accedite
(inquit) & illuminamini. accedite quærẽtes
per fidem: & illuminamini credentes in fide.
& facies veſtræ nõ confundentur: quaſi fru-
ſtra quæratis. confundentur quidem facies,
ipſaq; intellectus veſtri acies obtundetur,
quia longè eſtis: ſi eum (naturali dũtaxat lu-
mini innixi) quæratis. accedite ergo fide ad
eum qui vobiſcum eſt in ſacramento: vſque
Mat.vlti. ad cõſummationem ſeculi. vos quærite & in
uenietis. accedite ad eũ credentes, & vos illi
incorporãtes: & illuminamini reuerenter ac
cipientes. hoc ſiquidem ſacramẽtum: lumen
fidei intendit & auget, quia myſterium fidei
maximũ eſt. ſic igitur oportet accedere: ſi-
cut quærere. vtrũq; enim iudei fecerunt: qui
acceſſerũt & quęſierũt. acceſerunt ad Ieſum:
ſed ob tenebrati cõfuſi & cõuicti receſſerũt:
quia nõ vt ſequerentur & crederent, ſed vt
Ioan.6.g. perderent & occiderent, quęſierũt & acceſe
rũt, acceſerũt etiã illi qui litigabãt dicentes:
quomodo poteſt hic nobis dare carnem ſuã
ad mãducandũ? ſed quia fide non acceſſerũt:
ſtatim obſcurato aĩo receſſerunt dicentes:
durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eũ audi-
re? et ex hoc (ait euangeliſta) multi diſcipu
lorũ eius abierunt retrorſum. at verò electi
diſcipuli non ſic, ſed magis ac magis illi ad-
hæſerunt. nã interrogãti dño: nũquid & vos
vultis abire? reſpondit Petrus collegij nõĩe:
dñe ad quem ibimus? verba vitæ æternæ ha-
bes. & nos credimus & cognouimus ꝙ tu es
Chr̃s filius Dei. ecce vtriq; acceſſerunt, ſed
ij illuminati adhæſerunt & permanſerunt, il-
li verò obſcurati & confuſi retrorſum abie-
rũt. benè ergo fideles inuitat, vt ad eum fide
accedant dicens: accedite ad eũ & illumina-
mini: & facies veſtræ nõ confundentur. ſcrip
Pſ.39.v.19. tum eſt enim: confundantur & reuereãtur ſi
mul qui quærũt animã meã, vt auferant eã.
& exultent & lætentur ſuper te oẽs quæren
Pſ.69.ve.5. tes te: & dicant, ſemper magnificetur domi-
nus, qui diligunt ſalutare tuum. ego autem
mendicus ſum & pauper. & hoc eſt quod
ſequit̃.

6. *Iſte pauper clamauit: & dominus exau-
diuit eum: & ex omnibus tribulationi-
bus eius ſaluabit eum.*

Porro ad literam, Dauid ſanctus ſe ipſum
ſignat dum ait iſte. myſtice autem, quis eſt
iſte pauper ad quem ſignificandum (quaſi
per emphaſim) illud pronomen iſte, appo
ſitum eſt: dicite mortales, niſi Chriſtus domi
nus, qui (vt apoſtoli verbis vtar) propter vos 2.Cor.8.
egenus factus eſt, cum eſſet diues: vt illius
inopia vos diuites eſſetis? hic pauper ſpiri-
tu & humilimus corde, clamauit in cruce.
ſed quid clamauit? quid petijt? quidvè obti-
nuit? nempe ſibi gloriam reſurrectionis, &
ſui nominis exaltationem: nobis verò re-
miſsionem peccatorum, acceſſum ad Deũ,
& illuminationem, ac cætera quæ enumera-
re longum eſt. ſit iſte pauper mediator Dei
& hominum vobis exemplo pariter & adiu-
mento: vt accedatis, exemplo dixi, quia &
iſte pauper clamauit, & dominus exaudiuit
eum, ex omnibus tribulationibus eius ſalua-
bit eum. adiumento autem: quia,

*Immittet angelus domini in circuitu ti-
mẽtium eum: & eripiet eos.* 7.

Angelus domini dictus eſt Chriſtus. & ip
ſe pauper, qui & magni cõſilij angelus apud
Eſaiam: ipſe etiam dominator quẽ vos quæ- Eſa.9.a.
ritis (vt in Malachia) & angelus teſtamenti Mala.3.a
quẽ vos vultis. js vtique immittet in circui
tu timentium eum, fauorem ſuum & auxliũ
de ſancto. immittet propitiationis gratiã, ſi
mul atq; doctrinam. de quo Heliu, apud Iob Iob.33.c.
ait: ſi fuerit pro eo angelus loquens vnũ de
ſimilibus, hoc eſt, pro hominibus interpellãs
apud patrem ſeque hominẽ factũ oſtendẽs,
compatientem infirmitatibus noſtris, tenta- Heb.4.d
tũ autẽ per omnia pro ſimilitudine abſq; pec
cato, vt annũciet hominis æquitatem: miſe-
rebitur eius & dicet: libera eum, vt non deſ-
cendat in corruptionem &c. Is ergo angelus
in medio diſcipulorum ſuorum (dum rex ſe
det in cœna, turba cinctus duodena, ſe tenet
in manib⁹, & ſe cibat ipſe cibus) immittet in
circuitu timentium eum. quid (rogo) niſi ſe
ipſum? quid niſi corpus ſuũ dignè ſumẽtibus,
& gratiam? nimirum immittet in circuitu, vt
quaſi vallo muniti tueantur. vnde quidam le
gunt, caſtrametabitur angelus domini in gi-
ro vel circuitu timentium eũ. immittet de-
nique is cuius immiſsiones paradiſus, ſuaui-
tatem ſpiritus in circuitu timentiũ eum: vt ip
ſius dulcedinem deguſtent. e diuerſo autem
immittit diabolus (cuius emiſsiones infer-
nus) amarulentiam ſuam, in circuitu ſpernẽ-
tium dñm, & indigne ſumẽtium. ſic enim ſcri
ptum legimus, & cœna facta, cum diabolus Ioan.13.a
iam miſiſſet in cor Iudæ Simonis Iſcariotæ
vt traderet eum &c. vt autem rei huius peri
culum faciatis.

Guſta-



8. *Guſtate & videte, quoniam ſuauis eſt
dominus: beatus vir qui ſperat in eo.*

Senſu percipite ſacramentum, & fide diſcer
nite. guſtate ſpiritu carnẽ filij hominis, & vi
dete qualẽ charitatẽ dedit nobis pater: vt fi-
1.Io.3.a. lij Dei noĩemur & ſimus. guſtate interiore
& ſpirituali guſtu & videte: quoniam ſua-
uis, dulcis, & lenis eſt dominus. guſtate in
via: & videte in pñia, quoniam ſuauis eſt. gu-
Gen.49. ſtate deniq; & videte, quoniam pinguis eſt
panis Chriſti in gratiæ collatione: & delitio
ſus, qui præbebit delitias regibus in gloriæ
fruitione: vti panis aſſer, quod beatitudinẽ
ſonat. et hinc etiam guſtate & videte: quam
beatus ſit vir ille qui ſperat in eo. quippe qui
beatus eſt nunc in ſpe: beatior futurus in re.
guſtate igitur ſacrum cõuiuium, guſtate ſua
ue edulium: quod immittit angelus domini
in circuitu timentium eũ. in quo verè Chri
ſtus ſumitur, recolitur memoria paſsionis e-
ius: mens impletur gratia, & futuræ gloriæ
nobis pignus datur. Sequitur.

9. *Timete dominum omnes ſancti eius: quo
niam non eſt inopia timentibus eum.*

Timete filiali timore, reuerenter acceden-
tes: & fideliter guſtantes. timete etiam in do
mino ſperantes, non proprijs meritis fiden-
tes, vos qui fideles & in fide ſtabiles, atq;
ideo ſancti eſtis: quoniam non eſt inopia ti-
mentibus eum. nam ſi mercenarij in domo
Luc.15.d. patris veſtri abundãt panibus multiſq; donis
gratuitis: quanto magis vos, qui in adoptio-
nem filiorum recepti eſtis? omnia enim ve-
1.Cor.3 d. ſtra ſunt ait Paulus: vos autem Chriſti, Chri-
ſtus autem Dei. Sequitur.

10. *Diuites eguerunt & eſurierunt: inqui-
rẽntes autem dominum, non minuentur
omni bono.*

Ecce diuites ſpiritu, perinde atq; leones vo
races auidi ad prædam, eguerunt & eſurie-
runt: pauperes autem ſpiritu & verè humi-
les, pauperis Chriſti imitatores, atq; toto
cordis conatu dominum inquirentes: non
minuentur omni bono. hos quidem inqui-
Luc.1. rentes & eſurientes implebit bonis: & diui-
tes faſtidientes, dimittet inanes, vt vanis por
corũ ſiliquis ſaturent̃. hęc profectò nõ inqui
renda, ſed timenda ſaturitas eſt: quę verius e
ſuries dici poteſt. at timentibus & inquirẽti
bus dñm, non eſt inopia, quia nõ minuentur
omni bono. ꝙ ſi non noſtis omne bonum:
accedite, guſtate & videte, hoc eſt enim om
ne bonum. ego oſtendam omne bonum tibi
Exo.33.d. (ait dominus Moſi ſeruo ſuo) Chriſtus autẽ,
& viæ & patriæ omne bonum eſt. per quem
ſi quis introierit, ſaluabitur: et ingredietur & Io.10.c.
egredietur, & paſcua inueniet: nunc ſacramẽ
tali & ſpirituali ſumptione: in futurum verò
beatifica fruitione. Sequitur.

*Venite filij audite me: timorẽ domini do-
cebo vos.* 11.

O quoties nos Chriſtus vocat in hoc ſeculo?
quoties inſtruit atq; docet? et nunc ſcriptu-
ræ, nunc ſuorum prædicatorũ, nunc verò in
ternarũ inſpirationũ vocibus clamat dicens:
venite filij hoc eſt diſcipuli mei, audite me:
videte quã lenis & ſuauis eſt dñs qui ait: ve
nite filij, hodie ſi vocẽ audieritis, nolite ob-
durare corda vr̃a. quia ſi nũc non audieritis
obtẽperantes, audietis poſtea (nõ hoc verbũ
mãſuetudinis & lenitatis, venite filij) ſed du-
rum illud & aſperũ: ite maledicti. venite igi
tur nunc filij, audite me, nolite ſpernere pa-
trem, dominũ & magiſtrum. audite me ver-
bum æternum, verum & incommutabile. fi
delis eſt enim ſermo & omni acceptione di-
gnus: nam timorem domini docebo vos. eſt
quidem timor domini permanens in ſeculũ
ſeculi: eſt timor caſtus & filialis, hunc doce
bo vos. docebo verbo & opere, vt diſcatis ti
mere Deum. ſi filij Dei eſtis, audite verbum
Dei. nã qui ex Deo eſt, verba Dei audit. au Io.8.f.
dite ergo vt credatis, quia fides ex auditu
eſt, auditus autem per verbum Chriſti. ne di Rom.10.c.
xerit quiſpiam, quomodo audient ſine præ-
dicante? quomodo prædicabunt niſi mittan-
tur? ecce ego angelus teſtamenti, miſſus à pa
tre, rex conſtitutus ab eo ſuper Sion mõtem
ſanctum eius, prædicans præceptum eius. au Pſ.2.ve.6.
dite ergo me: timorem domini docebo vos.
quia initium ſapientiæ timor dñi, qui ad vitã
ducit ęternã, ob idq; vita appellat̃. Sequit̃.

*Quis eſt homo qui vult vitam: diligit di-
es videre bonos.*

Nec oblitus eſt verbi huius in admonitione 12.
ſua vertex apoſtolorum Petrus. quærit nũc
ergo pſaltes, eſt ne (ait) qui vitã cõcupiſcat? 1.Pet.3.c.
exeat & dicat: ego nullũ reperi, nullũ inue-
ni nolentem, omnes quidẽ viuere & benè vi-
uere volũt, dies cupiũt videre bonos. ſed hi
dies in hoc ſeculo non inueniuntur. dies .n.
peregrinationis huius (ait patriarcha Iacob) Gen.47.b
fũt parui & mali. quis eſt ergo qui vult vitã,
vbi mors non eſt? quis diligit dies videre bo
nos magnos & æternos, quorũ melior eſt di
es vna, ſup millia, vbi finis malorũ eſt et bo- Pſ.83.v.10
norũ omniũ ſine fine principiũ? ꝙ ſi eſt qui
velit efficaciter vitam et malorũ finem, audi
diat media ad finem.

*Prohibe linguam tuam à malo: & labia
tua ne loquantur dolum.* 13.

An

An nō videris audire medicū tibi dantē regimē ſanitatis; qui ab abſtinentia et ore cohibēdo exordium ſumit? prohibe (inquit) linguā tuam à malo, & à prohibito prohibe: quia Prō.18.d. omne prohibitum malum eſt, quia prohibitum eſt. prohibe linguam: quia mors & vita in manibus linguæ, eſt enim lingua gladius anceps & verſatilis. eſt & nouacula acuta & falx putatoria. quas ſi prudenter nō moueas: cuius faciem raſeris, deturpabis & futurum vitibus auferes fructum, quodq́; deterius eſt: tui ipſius (niſi prudenter caueris) præcides manum. prohibe igitur linguam, ne cordis incaute prodat archanum, in pernitiem animæ tuæ proximiq; iacturam: & labia tua ne loquantur dolum. ſis labijs circūciſus: ne chriſtiano homine indigna loqua- Eccle. 3. a. ris. non tibi ſit ſatis frenaſſe linguam dum ta- Eſa.6.b. ces, ne malum aut maledixeris: eſt enim quādoq; loquendum, ſicut ſcriptum eſt, tempus tacendi, & tempus loquendi. et Eſayas: væ mihi quia tacui. ꝙ ſi loquendum eſt: id tibi maximè præſtandum: ne labia tua loquantur dolum. porro dolum loqueris: ſi fratri tuo doloſè loquaris. ſi mendacium aut falſum dixeris, cum intentione fallendi. Sequitur.

14. *Diuerte à malo, & fac bonū: inquire pacem, & perſequere eam.*

Qui linguæ & labiorum moderamina deſcripſit, nunc manibus operibusvè imponit modum. parum tibi eſt ꝙ nulli noceas: ſi nulli bonum facias cum poſſis. non aufers cibum aut veſtem: non agis malum. at verò frange Eſa.58.b. eſurienti panem tuum, egenos vagoſq́; induc in domun tuam: & bonum facies. quum videris nudum (ait dominus per prophetā) operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris. tunc erumpet quaſi mane lumen tuum: & ſanitas tua citius orietur. declina à malo: id quidem eſt initium boni. tunc deniq; diuertes à malo & facies bonum: quum ſic vitaueris malum: ꝙ amplectaris bonum. et ſic vitam nouam inchoare nitaris: vt præteritę & malæ actæ pœniteat vitæ. noli malum agere: ſed bonum negligere noli. hoc fac & viues, ſi vis vitam: & diligis dies videre bonos. nimirum hæ ſunt duæ iuſtitiæ partes. vnum tamen reliquum eſt: ſi corde, verbo, & opere perſeueraueris in bono. et hoc eſt quod ait: inquire pacem, ac ſi dicat: non ſolùm oblatam & caſu inuentam accipe: verum etiam ex animo et propoſito, illam vti rem precioſam inquire & perſequere eam quo vſq; eam aprehendas. non ita perſequaris, vt à te elimines pacem: ſed ita importunè & opportunè ſequaris; vt conſequaris. audi magiſtrum diſcipulos inſtruentem: in quan- Luc.10.a. cunq; domum intraueritis, primum dicite: pax huic domui. et ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper illum pax veſtra. ſin autem, ad vos reuertetur. peſequere igitur illam. nec enim tantum fugiet, quin ſi te improbum ſenſerit inſectatorem: ad te reuertatur. vulgo dici ſolet: non perſequaris lupum vſq; ad dumum (vbi ſcilicet latitare conſueuit) ne fortè dum viam ſibi vndiq; occluſam viderit: in te conuertatur, laceret & occidat. tu autem facito contra, inquire pacem & perſequere eam, etiam fugientem. nam ſi in te conuertatur: non erit vt mordeat, dilaniet, diuidat in fruſtra, & in mortem ducat: quin imò vt dulcia oſcula imprimat ori tuo, teq; Chriſto vniat per fidem & charitatem; & vitam tribuat ſempiternam: quia pax eſt. quamobrem toto affectu inquire pacem: & inuenies etiam præmium pacis. ſcriptum eſt enim: beati pacifici, quoniam fi- Mat.5.a. lij Dei vocabuntur. ſi igitur vis vitam, & cupis dies videre bonos: inquire pacem quam habeas mecum, ſecum, tecum. ecce pax vna eſt, quæ triplici nexu vnit & vnitur, ne facilè rumpatur, ſi cum Deo tuo, proximo tuo, & anima tua pacem habeas, ſicut ſcriptum 2.Cor.13.d. eſt: pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum. iſdemq; apoſtolus in- Roma.14. fert: itaq; quæ pacis ſunt ſectemur & quæ ædificationis ſunt, inuicem cuſtodiamus. ſe- Ephe.2.d. quamur ergo & nos pacē noſtram qui Chriſtus eſt, et inquirentes vt ſequamur: toto virium animiq; conatu perſequamur. ecce in cælum abijt, ad dexteram Dei ſedet, vbi eſt pax vera. ſed hinc inter huius ſeculi bella quærere incipiamus: vt in altero ſeculo inuenta pace fruamur. Sequitur.

15. *Oculi domini ſuper iuſtos: et aures eius in preces eorum.*

pſ.10.ve.8. Quia iuſtus dominus et iuſtitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius: ideo et bonos præmiat et malos punit. nam qui ea quæ prę miſſa ſunt faciunt: iuſti ſunt, et oculi miſericordiæ domini aperti ſunt ſuper eos, vt cuſtodiant: et aures itentæ, vt præces eorū exaudiat, non ſemper ad votum, ſed ad fructū: non ad voluntatē, ſed ad vtilitatem. Sequitur.

16. *Vultus autem domini ſuper facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.*

Nō ſic oculos dn̄i ſup iuſtos arbitreris: quaſi nō videat iniuſtos. audi ꝙ vult' dn̄i ſup facientes mala. ſed vult' irat', vult' īmutatus effectu nēpe vtroſq; videt. ſed hos irato vultu, quum punit, deijcitq́; in ignem damnationis æternę: illos verò ſerenis oculis, quum ſeruat, atq; ad vitā cuſtodit. nec ſecus iuſtos ad ſe trahit, quum intentis auribus audit & exaudit: malos verò longius à ſe proijcit, vt perdat de terra viuentium memoriam eorū. ideo ait:



17. *Clamauerunt iuſti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.*

Superuacaneum eſt recenſere, quoties clamauerint iuſti, & fuerint exauditi, & ex omnibus tribulationibus liberati. an non verum Pſ.21.ve.5. eſt illud: ad te clamauerunt patres noſtri: clamauerunt & ſalui facti ſunt, in te ſperauerunt & non confuſi? Sequitur.

18. *Iuxta eſt dominus, his qui tribulato ſunt corde: & humiles ſpiritu ſaluabit.*

Iuxta eſt, quia præſto eſt. iuxta eſt, quia ſimul eſt, imò quia in illis eſt, vt adiuuet & proſpiciat dominus: qui cor contritum & humiliatum non diſpiciet. prope eſt ergo domi- Pſ.144.v.19. nus omnibus inuocantibus eum: ſed inuocantibus eum in veritate. hos quidem eò ꝙ tribulato ſint corde, & humiles ſpiritu, ſaluabit dominus: quia inuocant eum in veritate. inuocant in veritate, & ſaluantur in veritate: quia ſaluantur ſpiritu vbi vera ſalus, & ſi carne premantur. Sequitur.

19. *Multæ tribulationes iuſtorū: & de omnibus his liberabit eos dominus.*

Sunt quidem multæ animæ & corporis tribulationes, tam ab intrinſeco tribulo pūgente ac tribulante: quàm ab extrinſeco inferente. quas & ſi datur experiri: non tamen enumerare. ſed de his omnibus liberat dominus, qui protegit ne ſuccūbant: & adiuuat, vt poſſint ſuperare. Sequitur.

20. *Cuſtodit dominus omnia oſſa eorum: vnū ex his non conteretur.*

Quæ oſſa ſunt hæc (rogo) iuſtorum, quæ tātopere cuſtodit dominus: vt vnum ex his nō conteratur? nimirum audio eundem pſalmographum in alio pſalmo de confractis pecca- pſ.52.v.7. torum oſsibus dicentem: quoniam Deus diſſipauit oſſa eorū qui hominibus placent: confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos. certè non oſſa corporis intelligit, quæ & boni & mali latronis ſine diſcrimine confracta ſunt: ſed animæ & interioris hominis accipit oſſa. cuius intentio patientia ac tolerantia, oſſa ſunt: ſicut cogitatio pellis, & affectio caro eſt. quanuis ergo ea quæ in ſuperficie eſt pellis animę (quæ & cogitatio) alteraq́; carni ſimilis (quæ naturalis affectio nuncupatur) ſiniſtrum aliquid pati poſsint: oſſa tamen interiora iuſtorum, quæ intentio, patientia, & in fide & pro fide tolerantia, cæterę q́; virtutes, quæ robur animæ ſunt & firmamentum: non vtiq; conterentur. ꝙ ſi illorum aliquod ad tempus confringi viſum ſit: ſtatim à domino cuſtodiente conſolidatur. Sequitur.

21. *Mors peccatorum peſsima: & qui oderunt iuſtum, delinquent.*

Duplici ſera pſalmum claudit, malis mala, & bonis prænuntians bona. eſt enim mors naturalis, quæ eſt animæ à corpore ſeparatio. et hæc ideo mala quia malum pœnæ, vel ma- Heb.9.a. li, ideſt peccati pœna. de qua apoſtolus ait, ꝙ ſtatutū eſt hominibus ſemel mori. et per Rom.5.c. vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit: & per peccatum mors. eſt etiā mors alia peior, & mors animæ dicitur: quæ eſt animę à Deo ſeparatio. de qua iſdem apoſtolus ad Epheſios: et vos cū eſſetis mortui delictis & peccatis vr̄is &c. et per Ezechielem Ezech.18.d. dominus ait: anima quæ peccauerit, ipſa morietur. Eſt deniq; mors peſsima: quæ animæ eſt eritq́; & corporis ſimul, poſt finalis iudicij diem, ſine ſpe ſpiritualis vitæ ac redemtione, quæ æternalis erit, cum perpetuo cruciatu à Deo ſeparatio. et dicitur peſsima: quia obſtinatorum eſt, & æternis gehenæ ignibus damnatorum. nempe eſt hæc ſine morte mors: ſine fine finis. quia & mors viuit: vt viuens, in æternum moriatur. et finis ſemper incipit: nec incipiens, deſinit. vbi hac morte peſſima morientes: Chriſtum dominum iuſtum (qui iuſtificat impium) ſemper inteſtino odio exoſum habebunt: qui ex culpa ſua iuſtificationis participes eſſe noluerunt. igitur qui oderunt iuſtum, peccato obdurationis delinquent. licet huius verbi loco, alij interpretes hic & in verſu ſequenti, peribunt tranſtulerint. & hæc prima clauis pſalmi, quę eſt malorum impœnitentium finis. audi ſecundam.

22. *Redimet dominus animas ſeruorum ſuorum, & non delinquent omnes qui ſperant in eo.*

Redimet à pœna: qui redemit à culpa. Redimet animas: quas tunc ſequentur ea quæ nūc in ſpe reſurrectionis requieſcunt corpora. Redimet quidē ad vitam ſine fine futuram. vbi non delinquent aut peribunt: qui nūc ſperant in eo, ſed in ſecula ſeculorum laudabūt eū in illa ęterna quā inquiſierunt pace. ipſam nobis præſtare dignet̄ dn̄s Ieſus Chr̄s, ſimul diues & pauper, Deus verus & homo, ſpōſus eccleſię ſāctæ: qui cū pr̄e & ſpū ſancto viuit & regnat, per infinita ſeculorū ſecula amē.

Bene-

## EPILOGVS. PSALM. XXXIII.

*Benedicam dominum in omni tempore:ſemper laus eius in ore meo.ſiue in proſperis ſiue aduer*
*ſis:nunquam à diuina laude quieſcam. ſint capitis uel membrorum uerba,non refert.* In dño
*laudabitur anima mea,quæ ipſi adhæſit mirabili nexu. hoc audiant manſueti & letentur,quæ*
*ſi domeſtici* Dei.*quos utiq; ad hoc munus nunc excitare libet.dicam igitur,magnificate dñm mecum:&*
*nomen eius exaltemus pariter. ecce exquiſiui dñm & exaudiuit me,& ex omnibus tribulationibus e*
1.Thim.6.c. *ripuit me. accedite ad eum,qui(ut* Paulus *ait)habitat lucem inacceſſibilem, ad quam non peruenitur*
*niſi ex dono.accedite uos ergo,nec ullam uereamini repulſſam.*Chriſtus *inuitat dicens,accedite:ſed quæ*
*rentes per ſidem. et illuminamini:me* Deum *& hominē,fortem & infirmum , diuitem & pauperem,*
*cognoſcentes in fide.ſic enim illuminati:non eſt* ꝙ *confundamini in me uno ſuppoſito diuino in duabus*
*naturis,uaria ac penè diſſona ſimul prima fronte inueniētes. ecce iſte pauper,in carnis infirmitate cla*
*mauit: & dñs exaudiuit eū,mittensq; auxilium de ſancto,ex omnibus tribulationibus eius ſaluauit eū.*
*iſte etiā pauper,qui & magni cōſilij angelus appellatus eſt:is ipſe ut homo adiutus à patre:auxiliū ſu*
*um immittit ut* Deus,*eſtq; in circuitu timentium eum:ut eripiat eos. guſtate iā & cum ſapore uidete*
*quoniam ſuauis eſt dñs:beatus uir qui ſperat in eo. ipſe quidem propter uos egenus factus eſt,cum di*
2.Cor.8.b. *ues eſſet:ut illius inopia uos diuites eſſetis.quamobrem timete dñm omnes ſancti eius:quoniam non eſt*
*inopia timētibus eum. diuites eguerunt & eſurierunt:inquirentes autem dñm,nō minuentur omni bo*
*no.eia uenite filij audite me:timorē dñi docebo uos,ut pauperes ſpū,diuites efficiamini in* Chriſto. *eſt*
*ne qui has diuitias reſpuat ſpiritales?quis eſt homo qui uult uitam,diligit dies uidere bonos?tu quiſquis*
*es qui ditari cupis:adiſce modum,audi* Chriſtum(Dei *ſapientiam) doctrinam ueram perinde ac compē*
*diariam te docentē. prohibe linguā tuā à malo,& labia tua ne loquanť dolū. diuerte à malo, & fac bo*
*nū: inquire pacē,& pſequere eā:ut conſequaris.dixi,nec uerbū amplius addā.tu hæc rumina ſapiēter:*
*& ſcias oportet,ꝙ bonorū* Deus *curā gerit:& uindex eſt dñs ſup omnes faciētes malū. oculi dñi ſup*
1.Theſ.4.b *iuſtos:& aures ei⁹ in preces eorū,nec mali quicquā circa eos pmittit,quod nō cōuertat in bonū eorū:*
*iuxta illud* Pauli: *ſcimus quoniā diligentibus* Deū:*omnia cooperantur in bonū &c.uultus aūt dñi ſup*
Rom.8.c. *faciētes mala:ut pdat de terra memoriā eorū.clamātes iuſtos exaudit,& ſtatim liberat:quia humilib⁹*
*prope eſt,ut ſuccurrat. cuſtodit dñs omnia oſſa eorum. nam tolerātiam præſtat,& robur in aduerſis.*
*profectò unum ex his non conteretur:quin erit potius integrum & conſtans.at contra, mors peccato*
*torum peſſima:qui confractis uirtutum oſſibus,in peccatis ſuis perierunt,* Deum *& proximum odio ha*
*bentes. non ſic iuſti dño ſeruientes. ſed redimet dñs animas ſeruorum ſuorū:& non delinquent omnes*
*qui ſperāt in eo. ob id ſine intermiſſione clamans:te iudicē dñe inuococabo,ſimul & protectorē.*

## PSALM. XXXIIII.

*Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me.*

Huius pſalmi titulus eſt: in finem
pſalm.ipſi Dauid,ſatis ſuperius expoſitus:in
quo diuinus vates,ſub typo earum quas à Sa
ule & eius complicibus paſſus eſt perſecu-
tionum:paſsionis Chriſti chronicum texit.
canat igitur pſalmum Dauid noſter, manu
fortis,& aſpectu deſiderabilis , atq; ex infir-
mitate pro nobis aſſumpta, etiā membrorū
ſuorum cauſam agens, Deum alloquatur &
Pſa.7.v.12. dicat:iudica dñe & expugna, qui es Deus
iudex iuſtus,fortis & patiens. iudica nocen-
tes mihi,vt iudex qui falli non poteſt. expu
na impugnantes me:vt fortis potens & ſtre-
nuus,totius militiæ magiſter. iudica nocen
tes mihi,in innocentia mea. expugna & vin-
ce vinctosq; in captiuitatem redige: impug
nantes me in infirmitate mea. vt qui iniuſtè
iudicant:iuſtè iudicentur . et qui me iniquè
impugnare contendunt:potenter expugnen
tur. audi expugnationis modum.

2. *Aprehende arma & ſcutum: & exurge in adiutorium mihi.*

Quæ(obſecro)arma,niſi frameam qua of
fendas,& ſcutum quo defendas? aſſume tibi
animam & corpus , quæ arma bellica,te ar-
matum hominem reddent. nam framea(quæ
& anima,iuxta illud:eripe animam meam ab
impio,frameam tuā ab inimicis manus tuæ) Pſ.16.ve.13.
concidet eos in fruſtra. corpore verò, velut
ſcuto bonæ voluntatis tuæ : aduerſariorum
ictibus obſiſtes,& tela nequiſsimi ignea retū
des. ſic enim per Eſaiam prænunciaſti dicēs: Eſa.50.6.
corpus meū dedi percutiētibus:& genas me
as vellētibus,faciē meā nō auerti ab increpā
tibus & cōſpuentibus in me.dñs Deus auxi-
liator meus:& ideo non ſum confuſus. ideo
poſui faciē meā vt petrā duriſsimam: & ſcio
qm̄ nō confundar. quod vtiq; ſic actū eſſe le
gim⁹,& Petrus apoſtolus idipſum teſtať de
te Chriſto,dicēs:peccata nr̄a ipſe pertulit in
corpore ſuo. Apprehende ergo dñe arma &
ſcutū:& exurge in adiutorium mihi. exurge
(inquam) & redime factus homo.vel aliter,



tunc apprehēdes & exurges:quum nos à tor
pore & ſomno ſurgere,atq; arma militiæ ap
prehendere feceris. vt te ducem ſequamur.
Ephe.6.b quę vas electionis Paulus enumerans ait:in-
duite vos armaturam Dei, vt poſſitis ſtare
aduerſus inſidias diaboli.quoniam nō eſt no
bis colluctatio &c.et ſubiūgit:ſtate ergo ſuc
cincti lumbos vr̄os in veritate,& induti lo-
ricam iuſtitiæ, & calciati pedes in præpara-
tionem euangelij pacis, in omnibus ſumen
tes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela
nequiſsimi ignea extinguere: et galeam ſalu-
tis aſſumite,& gladium ſpiritus quod eſt ver
bum Dei. Sequitur.

3. *Effunde frameam, & conclude aduerſus*
*eos,qui perſequūtur me:dic animæ meæ,*
*ſalus tua ego ſum.*

Diximus frameā animam eſſe. hæc ante quā
Chriſtus in cruce expiraſſet: intra repoſito-
rium carnis erat. infuſa erat corpori,& qua-
ſi vagina,carnis operculo erat occluſa. at v-
bi Chriſtus inclinato capite emiſit ſpiritum:
effuſa eſt framea,& aduerſus perſequutores
concluſit. et ecce ſtatim redemptionis my-
Io.19.E. ſterium concluſum & conſūmatum eſt, atq;
hoſti præcluſa via nocēdi:ita ꝙ eccleſiæ ſuæ
ſufficienter & verè dicere potuit:ſalus tua e-
go ſum. id igitur tunc popoſcit vt pateretur
dicens : effunde frameam &c. et quia multi
Pſ.3.ve.2. dicunt animæ meæ,non eſt ſalus ipſi in Deo
eius:dic tu animæ meæ Deus,ſalus tua ego
ſum:vt mendaces inueniantur.dic tu , cuius
dicere efficere eſt: & dicant ipſi vt volent.
nec tam mea intereſt ſi dixerint:quàm tua
mea & ſua intererit,ſi contra eorum dicta di
xeris animæ meæ:ſalus tua ego ſum.hoc ete
nim gloriam tuam & meam, atq; multorum
Gen.1. commodum reſonabit.dixiſti creando : dic
nunc redimendo. tantum dic verbo:& ſana
Luc.7.b. bitur anima mea. Sequitur

4. *Confundātur & reuereantur: quærētes*
*animam meam.*

Ita eſt ſanè. quærunt boni animam Chriſti,
& confunduntur ac reuerentur. quærunt,vt
ſequantur,imitentur & diſcipuli fiant. con-
funduntur quidem de malè perpetratis,& cō
uertuntur, conuerſiq; reuerentur:dum ti-
mentes amant,& amātes ſperant. de quibus
ſubiungit:

5. *Auertantur retrorſum, & confundan-*
*tur:cogitantes mihi mala.*

Qui effrenati præibant:iam à peccatis auerſi
atq; ad Deum conuerſi:retrorſum ibunt, ſe-
quentes deinceps agnū quocunq; ierit,quod
diſcipulorum eſt. trahe me poſt te (ait ſpon
ſa) non ante te. baptiſtæ pręire licuit parare
vias eius. at cuiuis alteri dicit dominus: ſe-
quere me. ecce nos reliquimus omnia (di-
cunt apoſtoli) & ſequuti ſumus te. hinc eſt,
ꝙ mali qui nō ſequuntur ſed perſequuntur:
confuſione æterna confundentur.vnde per
figuram optandi,qualem ſint exitum habitu
ri,deſignans propheta dicit:

*Fiāt tanquam puluis ante faciem venti:* 6.
*& angelus dñi coarctans eos.*

Sic alibi de impijs dictum eſt, ꝙ erunt tan-
quam puluis quem proijcit ventus à facie Pſ.1.ve.5.
terræ. quid per ventum , niſi tentatio per
flans,venit aptius intelligenda? ſic enim im-
pij ſeſe habent.qui cum ſint leues,inſtabiles
& incōſtātes:vel admodicum tētationis flā
tum atq; impulſum,vti puluis ante faciē ven
ti inſufflantis,reſiſtere non valent.facilè qui
dem ventilantur,qui ad tempus credunt, &
in tēpore tentationis recedunt ait dominus. Luc.8.b.
Sequitur.

*Fiant viæ illorum tenebræ & lubricum:* 7.
*& angelus domini perſequens eos.*

Perſequitur eos , qui huiuſmodi ſunt , diabo
lus,qui angelus domini denominatur, eò ꝙ
à domino creatus , atq; à domino permiſſus
eſt:à quo habet naturam bonam,licet à ſe vo
luntatem malam. is coarctat eos,& inter per
plexitatis anguſtias premit:vt videntes non
videant,& intelligentes non intelligant. por
ro fiunt viæ illorum tenebræ & lubricum.
non enim eſt verbum domini lucerna pedi- Pſ.ir. octo.
bus ſuis, nec lucem ſemittis, pedes mouent, 14.ve.1.
dum proprijs affectibus gradiuntur : ſed (vt
Hieremias deflet) lubricauerunt veſtigia eo Thre.4.c.
rum in itinere,& obtenebrati, in varios la-
buntur errores,diabolo eos peſequente. Se
quitur.

*Quoniam gratis abſconderunt mihi in-* 8.
*teritum laquei ſui: ſuperuacuè exprobraue*
*runt animam meam.*

Siue vt quidam legunt : ſuperuacuè foueam
fecerunt animæ meæ. qui ſunt ij (obſecro)
qui tantum facinus perpetrarunt? certè Iu
dei, qui ſine cauſa Chriſtum domini occi-
derunt , quiq; funes extenderunt in laque
um:& iuxta iter ſcandalum poſuerunt. ſuper Pſ.139.ve.6
uacuè tn̄ accuſauerunt:qui in probatione de
fecerunt. dicat vel cēturio qui dixit:verè hic Luc.23.g.
homo iuſtus erat.dicat etiā oīs turba eorum
qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud,& vi
debant quæ fiebant,& percutientes pectora
ſua

ſua reuertebantur. Sequitur.

9. *Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam aſcondit, apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipſum.*

Duplici laqueo ſimul populus hic cõprehẽ
ſus eſt. nimirum laqueo quem parauit, & la
queo quem ignorauit: quia captus eſt, ven=
ditus & occiſſus, atq; æterna morte dãna-
tus: quem vtiq; laqueum ignorauit. Sequi-
tur.

10. *Anima autem mea exultabit in domina: & delectabitur ſuper ſalutari ſuo.*

Verba Chriſti ſunt ſimul & eccleſiæ. nam a-
nima quæ triſtata eſt vſq; ad mortem: exul-
tauit in verbo cui erat coniuncta: quum re-
diuiuo corpori reunita fuit, & delectata eſt
ſuper ea (qui operata eſt) redemptione. de
quo etiam exultauit eccleſia, & delectata eſt
ſuper ſalutari ſuo. Sequitur.

11. *Omnia oſſa mea dicent: domine quis ſimilis tibi?*

Pſ.70.ve.21 Parum eſt ꝙ repleatur os meum laude: vt cã
tem gloriam tuam tota die magnitudinẽ tuã.
dicent etiam omnia oſſa mea (quæ mirabili
compage feciſti & coniunxiſti in occulto)
& magnitudinem tuam demirata dicent: do
mine quis ſimilis tibi? Ii etenim qui in bello
adeò fortes fuere pugnantes cũ antiquo ſer-
pente, vt eorum fractus ſit nemo: tibi victo-
ri vnico, & heroice triumphanti, cedent di-
centq;: domine quis ſimilis tibi? Sequitur.

12. *Eripiens inopem de manu fortiorũ eius: egenum & pauperem, à diripientibus eum.*

Nempe nullus tibi coæquari poterit clemen
tiſsime, qui adeò fortis es: vt eripias inopem
de manu fortiorum eo. quãdoquidem homi
nem omni deſtitutum ope, atq; egenũ nihil
prorſus habentem, & pauperem ſimul ſola ar
bitrii libertate vigentem, de poteſtate diabo
li eiuſq; cõmilitonum, qui ipſum deuicerãt
& ſuperauerant ante (reiecta eorum tyran-
nide) eripuiſti: & diripientes eum, in direp-
tionem dediſti. Sequitur.

13. *Surgentes teſtes iniqui: quæ ignorabam interrogabant me.*

Mat.26.f. De his ſanctus ait euangeliſta: nouiſsime aũt
venerunt duo falſi teſtes & dixerunt: hic di-
xit: poſſum deſtruere templum Dei, & poſt
triduum reædificare illud. certè falſi, certè i-
niqui: qui verborũ ſeriẽ, ſenſum & formã im-
mutauerunt: nec zelo iuſtitiæ, quin potius o
dio & intentione praua, teſtimonium protu
lerũt. ſed quomodo quæ ignorabas dñe, inter
rogabant te? dic nobis ſapientia æterna (cui
oculis omnia nuda ſunt & aperta) quid igno Heb. 4.
ras? nihil profectò, qui omnia noſti. Niſi for
tè tuum ignorare ſit, nõ agere vel non appro
bare. ſic enim peccata non noſti, quia pecca
re neſcis, & peccata non approbas. nec illa ig
noras, ꝙ non videas & iudices: ſed ꝙ non ap
probes vel cõmittas. quemadmodum de vi-
ro probo vulgo dici ſolet, ꝙ nulli nocere no
uit, nec quicquam mali facere (etiã ſibi infe-
renti) ſciat. iudei ergo te dñe accuſantes, in
terrogabant falſa tibi imponentes: quę ideo
ignorabas: quia nec feceras, nec approbaras.
Sequitur.

14. *Retribuebant mihi mala pro bonis: ſterilitatem animæ meæ.*

O retributio ingrata & ingratitudo nefan-
da? quid nequius? quiduè deteſtabilius? retri-
buebãt (inquit) mala pro bonis. et quæ mala?
et pro quibus bonis? certè pro benigna affa-
bilitate cõuitia, contumelias pro honore,
mortem pro vita. et hoc peſſimũ ingratitu-
dinis genus eſt. audi aliud cõmunius. ſterili
tatẽ (ait) animæ meæ. ideſt, accepti beneficij
immemores: profũditate affectus atq; dono
rũ: ſterilitatẽ retribuebant aĩæ meæ, nihil ei
reddẽdo interioris & exterioris operis, quo
ſe bona accepiſſe profiterẽtur. cũq; illos ex
animo dilexiſſem. doctrinã inſuper & ſanita
tẽ pluraq; cõtuliſſem dona, ipſi cõtra, aut re-
tribuebant mihi mala pro bonis (quod deter
rimũ ingratitudinis genus eſt) hoc eſt odium
pro delectione, opprobria pro doctrina, &
vulnera pro medicina referentes: vel ſaltẽ be
neficiorũ obliti, quaſi nihil boni accepiſſent
(vt ficus illa ſterilis cui maledixi) nihil fruc- Mat.21.b.
tus corde aut opere, aĩę meæ ſalutẽ illorũ e-
ſuriẽti retribuebãt. folijs aliquãdo virere vi
debãtur, quũ verbis abũdabãt, vt me caperẽt
in ſermone: at verò bonæ cogitationis flore,
& operis fructu caruerunt. Sequitur.

15. *Ego autem, cũ mihi moleſti eſſent: induebar cilicio.*

Vel ſicut quidã legunt: quum moleſtiam pa=
terentur, induebar cilicio. non tunc vtiq; de
lectabatur Chriſtus calamitatibus Iudeorũ:
quin potius illis compatiebatur. legimus e=
nim ꝙ videns ciuitatem Ieruſalem, & futurã
eius direptionem excidiumq; præuidens
fleuit ſuper eam. ò mira & nunquam lauda- Luc.19.f.
ta ſatis charitas & patientia Chriſti? qui & ſi
percuſſus, non tamen perculſus eſt. accedite
huc homunculi accedite, & Chriſti homi-
nis tolerantiam conſiderate. vos (inquam)
qui vel leui verbulo tacti, ſtatim fu-
migatis & ſpumantia in Deum homines
q; conuertitis ora: Accedite nunc (obſecro)
vel obiter Chriſtũ dñm dicẽtem audite: ego
aũt quum mihi moleſti eſſent: induebar cili
cio. poteram eos verbo propriæ maieſtatis
in nihilum redigere: poteram diuinitatis po
tentia vel in barathrum deijcere ſimul. ſed
qui venerã pro hominibus pati: quaſi pœni-
tentiam agens (iuxta illud, quod præcauens
in futurum & tactus dolore cordis intrin
Gen.6.b. ſecus, prędixeram olim: pœnitet me feciſſe
eos) induebar cilicio. et velut caput, electis
membra mea futuris exemplum præbens: cõ
patiebar quaſi ex toto infirmus eſſem, & in
his quæ infirmitatis meæ ſunt gloriarer. cũ
tñ vti verus homo: ita & verus Deus eſſem.
induebar igitur cilicio: diuinitatẽ celans cor
poris infirmitatẽ. an non ciliciũ caro Chri,
qua indutus nobis apparuit? Miſit enim De
Rom.8.a. us filium ſuum (ait apoſtolus) in ſimilitudinẽ
carnis peccati: & de peccato damnauit pec-
catum in carne. habuit.n. carnem paſſibilem,
vel in hoc peccatrici ſimilem. vnde debuit
per omnia fratribus ſimilari: vt miſericors fi
Heb. 2. eret ait Paulus. cilicium quidem veſtis aſpe-
ra eſt: ex caprarum pillis confecta. capræ aũt
quæ ſunt mrẽs hedorũ: pro peccatis in ſacrifi
cio offerri ſolebant. ſic etiã Chrs mortalita=
tis nrã carne veſtitus, & in ſimilitudinẽ car-
nis peccati miſſus à patre, in pura & innocen
tiſsima carne de Adam ſumpta: & ideò ſimi-
li carni peccati, damnauit peccatum, quũ in
ara crucis pro ſalute hominum in verũ holo
cauſtũ & ſacrificium veſpertinũ oblatus eſt.
benè ergo ait: cũ mihi moleſti eſſent, indue=
bar cilicio: ſub eius velamine, diuinitatis po-
tentiam celans, nec tunc vindictam ſumens.
Pſ.68.v.14. de quo alibi ait: poſui veſtimentum meum
cilicium: & factus ſum illis in parabolã.

16. *Humiliabam in ieiunio animam: & oratio mea in ſinu meo conuertetur.*

Iudei perſequutores ipſiq; crucifixores Chri
ſti: membra diaboli erant, & poſſeſsio eius.
ſignificans igitur præclarũ illud facinus, quo
Chriſtus moriens, mũdi huius principem fo
ras eiecit, & mortis proſtrauit autorem: hęc
Mat.17.d. duo præcipua recenſet arma, ieiunium ſci
licet & orationem. ſcriptum eſt enim: hoc
genus demoniorum non eijcitur, niſi per o-
rationem & ieiunium. ieiunauit nanq; Chri-
ſtus in deſerto, & orauit in cruce. niſi fortè
allegoriam (vt cœpimus) proſequentes, per
Io.4.c. ieiunium, ſpiritalis cibi carentiam accipiã-
mus. nam ſi cibus Chriſti eſt, vt faciat volun
tatẽ eius qui miſit illum: non abs re, ieiunaſ
ſe Chriſtum dicimus: quum in his (quos re-
belles viderat) huius cibi ſpiritualis famem
patiebatur. eſurit Chriſtus & ſitit in nobis fi
dem, atq; ſalutis noſtræ deſiderat cibum. o-
rat etiam vt homo, ſed ſe ipſũ exaudit vt De
us: & oratio eius, in ſuæ diuinitatis ſinum
conuertitur. ſinus quidem diuinitas eſt. ſic
vtiq; ſacer ait euangeliſta: vnigenitus filius Io.1 b.
qui eſt in ſinu patris: ipſe enarrauit. vbi etiã
orationis noſtræ (quæ pro nobis apud De-
um legatione fungitur) non exiguum inter
alia munus agnoſce. non enim ad nos vacua
reuertitur vnquam, quin aliquid rei aut ſpei
(quum ad nos redit) deferat ſecum: ſicut co- Gen.8.
lumba quæ venit ad veſperam, ramum por-
tans virentis oliuæ. nec ſic fruſtratur, vt tan
quam inutilis pereat. nam ſi is pro quo fun-
ditur, eius quam petis ſit incapax rei: oratio
proderit alteri, ſi non illi: et in ſinum tuum
atq; cordis archanum, vnde à te digreſſa fue
rat & expedita, proculdubio conuertetur:
& illius meritum non amittes, pro cuius de
ſtinatione laboraſti. orauit igitur Chriſtus,
oramus & nos in illo & per illum: ſed ora-
tio noſtra quanuis illi pro quo emittitur, nõ
ſemper proficit, nunquam tamen deficit:
quandoquidem in ſinum noſtrum conuerti-
tur: vel in ſinum Chriſti (quæ eius eccleſia
eſt) vt ibi ſingulis (prout nouit optimus di-
ſtributor Deus) fructus eius diuidatur. Se-
quitur.

*Quaſi proximum & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacebam: Et quaſi lugẽs & contriſtatus, ſic humiliabar.* 17.

Latinius fortè interpretatus eſt, qui non per
tranſitiuum, ſed tertio caſu tranſtulit: quaſi
proximo & quaſi fratri noſtro ſic complace
bam. Gaudebat vtiq; cum gaudentibus (vt a= Rom.12.c.
poſtolus eius Paulus ait) & flebat cum flenti
bus, hoc autem ex viſceribus charitatis. ex
quibus colligitur efficax amicitiæ argumen
tum. atqui dixerat ſe humiliatum in ieiu-
nio: & orationem in ſinum abditiſsimum ſuę
prædeſtinationis conuertendam: vt pro illis
ſit exauditus: quos ſuos, fide & opere futu-
ros eſſe prænouit. aduerte nunc (obſecro)
charitatẽ Chriſti inexhauſtã, qua ſimul cõpla
cet de cõuerſis: & quaſi lugẽs, de aduerſis tri
ſtat. nec ſecus quã de ꝓximi frĩs aut ſãguine
cõiuncti, bono lætatur & gaudet, ac de malo
luget atq; dolet. vel vt ſolent orbi tenelli, di
lectæ mrĩs deflere mortem. ita.n. nonnulli
codices habent, quaſi lugens mrẽm, contriſta
tus

tus:ſic humiliabar, luxit quippe Chrs matrẽ
ſinagogam:ꝙ in cęcitate ſua periret. Sequi-
tur.
*Et aduerſũ me lætati ſũt, & cõuenerũt:*
*congregata ſũt ſuper me flagella, & ig-*
18. *norauí.*
Ego(inquit)quaſi lugens & cõtriſtatus pro
eis eram,eo ꝙ perirent:ipſi verò in meis ad-
uerſis lætati ſunt & conuenerunt, vt me do
lo tenerent & occiderent:retribuentes mala
pro bonis. et tunc pœnam expertus ſum cul
pæ quam ignoraui: quia nõ cõmiſi. Sequi
tur.
*Diſſipati ſunt, nec compuncti, tentauerũt*
19. *ſubſanauerunt me ſubſanatione: frendue*
*runt ſuper me dentibus ſuis.*
Sunt qui pro diſſipati legant cõuiciati ſunt,
& apertiſsimus eſt ſenſus,vt ſit is:ipſi me ſcõ
matibus impetẽtes, impudenter quaſi in fru
ſtra ſcindentes lacerarũt:nec id agere veriti
ſunt irriſores ipſi, vel humano pudore cõpũ-
cti. ſunt etiam tũc diſſipati:quũ in factiones
varias diuiſi,alij dicebãt quia bonus eſt:alij
Io.7.b. aũt non,ſed ſeducit turbas. qui omnes , &ſi
viſis mirabilibus,percutientes pectora ſua re
Luc.23.g. bertebantur:hoc profectò erat tanquam cõ-
fuſi & diſſipati,non tñ verè cõpũcti,quini
mò tentauerunt,ſubſanauerunt, frenduerũt:
quod nunc etiam in eccleſiam Chriſti faciũt
debacchantes.Sequitur.

20. *Dñe quando reſpicies? reſtitue animã me*
*am à malignitate eorum : a leonibus vni*
*cam meam.*
Chriſti hominis vox eſt,reſurrectionem cor
poris ſui petẽtis,& eccleſiæ ſuæ liberationẽ
poſtulantis. quando(inquit) reſpicies vt ex
audias?dixi in cruce reſpice in me.Nec tamẽ
ſic reſpexiſti:quin à te derelict[9] viderer mo-
riens.quando ergo reſpicies quẽ vnice dili-
gis:ita vt animam meã corpori reſtituas?ipſi
Hier.11.f. malignantes in me dixerunt : eradamus eum
de terra viuentium,& nomen eius nõ memo
retur amplius.quãdo ergo tu dñe reſpicies?
Pſ.3.ve.5. reſtitue animã meã à malignitate eorum. vt
qui dormiui & ſoporatus ſũ:dicere poſſim,
Pſ.40.ve.9. exurexi,quia dñs ſuſcepit me. Nunquid qui
dormit,non adijciet vt reſurgat?reſurgam i-
gitur ſi reſtituas animam meam corpori : &
viuam in terra viuentiũ,nõ vltra moriturus.
et nomen meum exaltabitur ſuper omne no
mẽ:cõtra malignitatẽ eorũ. quãdo etiã reſpi
cies vnicam meã electã & vnicè à me dilectã
eccleſiã:vt eã liberes à leonib[9] rugientib[9] &
prę paratis ad eſcã, ſiue iudæis ſiue paganis
ſiue demonibus infeſtantibus eã? Sequitur.
*Confitebor tibi in eccleſia magna: in popu* 21.
*lo graui laudabo te.*
Hic dñicæ reſurrectionis fructus eſt. Deum
quippe confitetur & laudat Chriſtus:dũ nos
laudare facit in eccleſia magna & magnifica-
ta.Magna quidem nõ tam numero fidelium
( &ſi grandis ita ſit)quàm meritis, donis &
gratia. Magna profectò,quia magni & filij
altiſsimi ſponſa,quæ & populus grauis meri
tò nuncupatur.Nõ leuis vt paleæ:ſed grauis
vt grana.Nõ leuis & inſtabilis vt puluis,qui
omni vento circunfertur:ſed grauis morum
grauitate,conſtans firma fide,ſtabilis & per
ſeuerans.Sequitur.
*Non ſupergaudeant mihi,qui aduerſan-* 22.
*tur mihi iniquè:qui oderũt me gratis, &*
*anuunt oculis.*
Nunc Iudeorum perſequentium iniquitatẽ
articulatè depingit,qui Chriſto aduerſabãn
tur iniquè:benefactori ſuo malum inferẽtes,
& ipſum gratis , ideſt ſine cauſa (quia ab eo
nunquã læſi)odio habentes,atq; oculis anu-
entes & ſubſanantes: quia falſa & ſimulatã
blandiloquentia, aliud ore fingebãt quã cor
de retinebãt. quod vtiq; exponens ait:
*Quoniam quidem pacificè loquebantur:* 23.
*& in iracundia terræ loquentes, dolos*
*cogitabãt.*
Ferunt ſcriptũ in hebreo: quoniam nihil qui
dem pacificè loquebantur. ſicut de Ioſeph il-
lo vẽdito(qui typum Chriſti geſſit) ſcriptum
etiam legimus,ꝙ videntes fratres eius , ꝙ à Gen.37.a.
patre plus cunctis filijs amaretur, oderãt eũ:
nec poterãt ei quicquã pacificè loqui. quod
aũt ſequit̃: & in iracũdia terræ loquẽtes &c.
ita haberi affirmant:ſed contra quietos ter-
ræ,dolos cogitabant. vt Chriſtum dñm eius
q; diſcipulos quietos atq; pacificos intelli-
gas,in quos machinabantur dolos Iudei per
ſequutores:qui huiuſmodi ingenij erant,pa-
cis oſores. at ſi verſionẽ noſtram amplecta-
ris: audi verba pacifica: magiſter, ſcimus ꝙ
verax es &c.Et iterum:magiſter hęc mulier Mat.22.b.
modò in adulterio deprehenſſa eſt. hoc aũt Io.8.a.
totum doloſè loquebantur,cogitantes quo-
modo perderent,irati & cõmoti ex terreno
cõmodo:timebant.n.amittere locum & gen
tem.Sequitur.
*Et dilatauerunt ſuper me os ſuum: dixe-* 24.
*runt, euge euge, viderũt oculi noſtri.*
Dilatauerũt vtiq; plenis buccis deridentes,
vt eſt illud:vah qui deſtruis templum , & a-
lios ſaluos fecit.cõfidit in Deo, liberet eum
nũc ſi vult,dixerũt(ait) euge euge. aduerbiũ
hoc:



hoc: cõgratulantis ſiue laudantis eſt. deriſo
riè tñ dicebant:viderunt oculi noſtri, intelli
ge , quod tantopere deſiderauimus, te ſcili-
cet crucifixum videre. Sequitur.
25 *Vidiſti dñe,ne ſileas:dñe ne diſcedas à me.*
Ipſi viderũt,& tu dñe vidiſti. quaſi humano
more loquens dicat:viderunt & vidiſti, quã
iniquè egerint:& quã patienter ſuſtinuerim:
ita vt nulla tergiuerſatione illorũ facinus po
ſſit celari. Vidiſti meã innocentiã : & illorũ
vidiſti malitiam. quamobrem ne ſileas.Duo
quidem his verbis prędicere videtur:vnum,
ꝙ contra malos ſententiã ſit prolaturus,quũ
plenè de partium iuſtitia conſtet,iuxta illud
pſ.49 ve. 3. pſalmi:De[9] manifeſtè veniet:Deus noſter &
nõ ſilebit. ſecũdũ ꝙ verbũ ab aĩa & corpore
(etiã in morte ſeiũctis)nõ diſcedet. id.n.eſt
pſ.72. v.1. verbũ nõ ſilere:vt.s̃.pſal.27.tactũ eſt.Sequit̃.
26. *Exurge, & intẽde iudicio meo: Deus me*
*us & dñs meus, in cauſam meam.*
Exurge qui dormire,& intẽde qui diſſimula
re videris. intẽde iudicio meo,intẽde & cau
ſę:qua à gẽte nõ ſancta & ab hoĩe iniquo diſ
cretus ſum. tametſi cum iniquis ſim deputa-
tus ad pœnam:non tñ eſt eadem cauſa. audi
vnũ ex latronibus alterũ increpantẽ,neq;tu ti
Luc.23.f. mes Deũ(ait)qui in eadẽ dãnatione es:quia
communis pœna, ſed q̃a nõ cõmunis cauſa,
ſubiũgit:et nos quidẽ iuſtè,nã digna factis re
cipimus :hic verò nihil mali geſsit. quãobrẽ
ait : intẽde in cauſã,cauſa etenim eſt quæ a-
ctui nomẽ imponit.ſic nãq; ſcriptũ nouimus:
Mat.5.a. beati qui perſequutionẽ patiuntur propter
iuſtitiã. vides ne,ꝙ non perſecutio,ſed perſe
quutionis cauſa ,beatũ efficit in ſpe? Sequit̃.
*Iudica me ſecundùm iuſtitiam meã, dñe*
27. *Deus meus: & non ſupergaudeãt mihi.*
Eandẽ rẽ pluribus dicẽdi modis ingeminat
& inculcat. iudica(inquit)ſecũdũ iuſtitiã me
am:quæ & iudiciũ meũ & cauſa mea eſt. vt
qui gauiſi ſunt ſuper me crucifixo & morien
te:non ſupergaudeant, ſed triſtẽtur ſuper me
à mortuis reſurgente.
*Nõ dicant in cordibus ſuis, euge euge aĩæ* 28.
*noſtræ: nec dicant, deuorauimus eũ.*
Qui dixerunt:euge euge viderunt oculi nři,
non dicat in cordibus ſuis animæ ſuæ: euge
euge. iterumq;: deuorauimus eũ. quia Chrs
reſurgens ex mortuis iam nõ moritur, mors Rom.6.b
illi vltra non dominabitur. Sequitur.
*Erubeſcant & reuereantur ſimul : qui* 29.
*gratulantur malis meis.*
Nõ mala malis imprecatur,ſed ex charitatis
viſceribus,conuerſionis bonum illis optat.
icCirco ait:
*Induantur Confuſione & reuerentia: qui* 30.
*maligna loquuntur ſuper me.*
Videãt me reſurgentẽ,ac de morte triũphan
tẽ,qui dixerunt:alios ſaluos fecit &c. inſur- Luc. 23 . d
get vtiq; ex confuſione conuerſio,& ex con
uerſione exultatio,pariterq; de iuſtificatio-
ne lętitia.atq; in Dei laudẽ ſe totos cõuertẽt
qui ante ſuper me maligna loquebãt̃. Sequit̃.
*Exultent & lætentur, qui volũt iuſtitiã*
*meã. et dicant ſemper: magnificetur dñs,* 31.
*qui volunt pacem ſerui eius.*
Impij exultant in rebus peſsimis,et lætãt̃ cũ
malè fecerint:iuſti aũt exultẽt et lætẽtur iu-
ſtitiã Dei ſectãtes,magnificãtes dñm,et pacẽ
Chri amplectentes,qui formam ſerui accipi
piens,in mundum venit,& pacem attulit , et
pacem reliquit. Sequitur.
*Et lingua mea meditabitur iuſtitiã tuã:*
*tota die laudem tuam.* 32.
Lĩgua meditabit̃,cũ meditãdo exponet iuſti
tiã tuã,qua oĩa iuſtè iudicas et diſponis. atq;
tota die laudem tuã,ſi quidquid egero in tui
gloriam cedat:cui ſit honor,decus,& impe-
rium in ſeculorum ſecula amen.

EPILOGVS. PSALM. XXXIIII.

*IVdica dñe nocentes me: expugna impugnantes me. apprehende arma & ſcutum &c. aĩam et corpus humanum aſſume: ut aĩa ſit tibi (qua pugnes) framea, & ſcutũ (quod obijcias) corpus. ſic enim in homine, impugnantes hominem uinces. effunde frameam, gladiũ exere & à uagi na corporis extrahe animam in cruce expirans: & ita cõclude aduerſus eos qui perſequuntur me. dic deniq; animæ meæ: ſalus tua ego ſum, conſumatum eſt, confundantur & reuereautur quærẽtes animam meam ut perdant. auertantur retrorſum reſipiſcentes: & confundantur cogitantes mihi mala, decidãt à cogitationibus ſuis iniquis, fient (prænuncians ait Chrs) tanquã puluis ante facẽ uenti, leues, inutiles & inconſtantes: qui in malo perpetrando ꝑtinaces fuerunt. eritq; diabolus ipſis fugientibus impedimẽ to: & uiæ illorũ tenebræ & lubricũ, atq; ad caſũ aptæ. quid iuſto Dei iudicio his nocẽtibus, meq; inno cẽtẽ impugnãtib[9] eueniet ultra? porro incidẽt in eũ quẽ parauerũt laqueũ mihi, q̃m gratis abſcõderũt mihi interitum laquei ſui. ſupuacuè exprobrauerunt animam meã. ueniet illi iudeorũ populo laqueus mortis æternæ, quem ignorat: & captio tẽporalis captiuitatis, quam abſcondit, apprehendet eũ, ſimulq; in utrunq; cadet: ut pœna duplici conteratur. aĩa aũt mea exultabit in dño rediuiuo corpori unita : et delectabitur ſuper redemptione peracta. omnia oſſa mea, qui ſunt apoſtoli cæteriq; integerrimi ac for tes in fide, dicent (non parua admiratione ducti) dñe qui ſimilis tibi: eripiens inopẽ de manu fortiorũ*

*eius,egenum & pauperem à diripientibus eum.ecce ſurgētes teſtes iniqui:quæ ignorabā interrogabāt me,qui neutiquam mala perpetrare noui. retribuebāt mihi mala pro bonis,ſterilitatemq́; animæ meæ erga eos beneficæ:ingrati ipſi,& accepti beneficij immemores. ego aūt cum mihi moleſti eſſent:induebar cilicio,quaſi in aſſumpto corpore,pro homine pœnitentiam agens. humiliabā etiā in ieiunio animā meam, qui omniū ſalutē eſuriebam. at ipſi(ponentes obicē)indignos ſe iudicarunt æternæ uitæ: & ita orō mea in ſinū meū(quæ eſt eccleſia)cōuertetur,ut ꝓſſit electis.et ſit pro multis efficax: quæ pro omnibus ſufficiens erat. ego illi populo cōgratulabar in bono, et cōtriſtabar in malo, quaſi proximo & quaſi fratri:ipſi uerò aduerſum me lætati ſunt & cōuenerunt. congregata ſunt ſup me flagella,et ignoraui:quia non commiſi culpam,quæ huiuſmodi promereretur pœnam. diſſipati ſunt ergo atq; in uarias regiones diſperſi:nec tn̄ de perpetrato facinore compuncti ſunt unquam.quin tentauerunt me potius irritantes,ſubſanauerunt deridentes,frenduerunt q; in me blaſphemantes.dn̄e quando reſpicies?reſtitue animam meā corpori,pariterq́; eccleſiā mihi unicè dilectā,à leonibus in eam rugientibus cuſtodi. ecce cōfitebor tibi in eccleſia magna,in populo chriſtiano,non diſcolo,ſed moribus & uita graui,laudabo te. non ſupergaudeant mihi iudæi:qui aduerſātur mihi iniquè,qui oderunt me ſine cauſa et anuunt oculis,quū blande loquuntur.quoniā quidē pacificè loquebantur,ſed terreno commodo occæcati, dolos cogitabant. et dilatauerunt ſup me os ſuum,deridentes ſimulq́; gaudētes,ꝙ me uiderint crucifixum. et tu etiam dn̄e uidiſti,ne ſileas:ſed me approbans,contra deridentes ſententiam profer.dn̄e ne diſcedas à me.exurge,& intende iudicio meo,& cauſam meam age:ne aduerſarij de parta imò ficta uictoria glorientur.erubeſcant potius & reuereantur,qui maligna loquuntur ſup me:è diuerſo aūt exultent pij, qui mihi benè optant. et meum erit,iuſtitiam tuam meditari:ipſamq́; in tui laudem depromere,~~inquit~~: ut uel ſic deterream ex malitia peccantem:ſi iuſtitiam tuam timeat ſubſequentem.*

## PSALM. XXXV.

*DIxit iniuſtus, Vt delinquat in ſemetipſo:nō eſt timor Dei ante oculos eius.*

Vel vt alia verſio ait clarius: dixit de iniu
ſto cor meū:nō eſt timor Dei ante oculos e
ius.huic pſalmo talis præmittit̄ titulus:in fi
nē ſeruo dn̄i,p̄s Dauid. cuius ex antecedēti
bus expoſitio patet. p̄s ergo Chr̄o dn̄o cōpe
tit,qui & manu fortis,vultu deſiderabilis, &
propter formā ſerui,ſeruus eſt appellatus.ſic
Eſa.42.a. .n.ſcriptū eſt apud Eſaiā:ecce ſeruus meus.
ſuſcipiā eū.eſt ergo ſenſus:iniuſtus ex ꝓpria
malitia(non quidem ex ignorantia,aut natu-
ræ infirmitate)dixit intra ſe (nec.n.auſus eſt
id in propatulo dicere)ſed tantùm ſecū hītās
ex ſententia deliberauit,vt peccet.cuius deli
berationis cauſa eſt:quia nō eſt timor Dei an
te oculos eius.ſi.n.eſſet, nō delinqueret ille:
Eccle.7.c. quia qui timet Deū,nihil negligit ait ſapiēs.
pro.15.c rurſusq́; per timorē dn̄i,declinat oīs à malo.
ibi.16.a. et quaſi iniuſto homini non ſit ſatis,ꝙ ex ꝓ
pria & deliberata malitia,intra cordis ſui la-
tebras(poſtpoſito Dei timore)in Deū pecca
re proponat:excuſationē addit peccato , ne
veniat deteſtādum.et hoc eſt quod ſequit̄.
2. *Quoniā dolosè egit in cōſpectu ei⁹:Vt inueniatur iniquitas eius ad odium.*
Quaſi Deū fallere poſsit , ſi ſua peccata nititur
palliare: et ſibi ipſi blāditur,vt ſit ſupra mo
dū peccans,& ex delinquente,iniquus, Deo
odibilis,atq; abominabilis fiat. nimirū eſt ali
quis qui propria ſcrutat̄ delicta,ſic tn̄ inqui-
rit,quaſi nolit inuenire,ne de ſic omiſſis do
leat vel commiſsis. ꝙ ſi ea fortè in memoriā
auocet:hoc tātùm eſt vt delectet̄, nō vt ipſa
deteſtetur.is quidē dolosè egit in conſpectu
dn̄i,cuius iniquitas , aut ſimulata obliuione
nō inuenitur:aut ſi inuenitur,nō ad odiū &
cōtritionem , ſed ad turpem delectationem.
addit inſuper voluntariam ignorantiam, de
qua ſequitur
*Verba oris eius,iniquitas & dolus: noluit intelligere,Vt benè ageret.* 3.
verba excuſatoria:iniqua ſunt & doloſa.tūc
maxime:quum quis ea quæ ſcire tenetur, no
luit intelligere(cū poſſet)vt benè ageret.hęc
.n.ignorātia quæ affectata eſt aut craſſa: ſem
per peccatum eſt,tametſi alia ſit quæ magis
peccati pœna,quā peccatū dici debeat. qui
ergo ſcire nolunt:hoc ſciāt,ꝙ ignorātia, quā
prætendunt vt ſe excuſent,peccatū eorū ag-
grauat & accuſat: ꝓpterea captiuus ductus
eſt populus meus(ait Eſaias)quia nō habuit Eſa.5.c.
ſcientiā & huiusmodi iuſtè apoſtolus dānat
dicens:ſi quis aūt ignorat ignorabit̄. Sequit̄. 1.Cor.14.
*Iniquitatē meditat⁹ eſt in cubili ſuo:aſtitit omni viæ nō bonæ,malitiā aūt nō odiuit.* 4.
Hoc eſt quod in pſalmi capite propoſuerat.
dixit iniuſtus in ſemetipſo vt delinquat.&
nunc ait:iniquitatē,maxime cōtra proximū,
meditatus eſt in cubili ſuo.quid eſt cubile ſu
um:niſi cor ſuum,vbi primū malus peccātis
elicitur actus:& cōſenſu adhibito,per volū
tatis imperiū exequutioni dat̄?tūc quidē pec
cator aſtat omni viæ nō bonæ,quaſi proſtitu
tus omni trāſeūti delicto:cū abyſſus abyſſū in
uocet,& peccatū peccatū trahat.tādēq́; pra-
ua peccandi cōſuetudine euſq; obduratur, ꝙ




malitiā nō oderit,quin diligat potius, aut ſe
feciſſe malū pro nihilo pēdat. ſicut ſcriptum
Pro.18.a. eſt:impius quū in ꝓfundum venerit peccato
Pſa.51.v.3. rū, cōtēnit. cui etiā iſdē pſalmographus ait:
dilexiſti malitiā ſuper benignitatē. ò deteſtā
da hoīs peruerſitas?nō miror ꝙ victus ſis, id
accidit fortè,ne proprijs viribus de cętero fi
das:ſed diuinū adiutoriū īplores.miror aūt,
ꝙ animo deijciaris. at nō ſic tibi agēdū eſt,
ſed vt vir ſtrenuus ac robuſt⁹ cū malitia tua
cōgrediaris(precor)bellum ini, ipſāq́; in are
nā voca.hoc quidē certamen pulchrius & ho
norabilius eſt fœda cū miſeria pace.et hac in
re,odiū dilectione & fœdere laudabilius eſt.
imò nihil dilectione huiuſmodi nequius dā-
nabiliusq́;. Sequitur.
5. *Dn̄e in cælo miſericordia tua: & veritas tua vſq; ad nubes.*
Sancti & prædicatores verbi Dei: cælū dicū
Part.3.trac. tur & nubes, beato Hieronymo teſte. eſt.n.
1.epiſtola.3 cū cælo & nubibus nō medriocre ſymbolum
èis:quia vita ſunt & conuerſatione cæleſtes,
terſi & lucidi. celant etiā peccatore archana
Dei,atq; fidei ſacramēta:& quaſi nubes,aquā
ſapientiæ ſalutaris irrorant, fœcundātq́; ter
renos affectus.vt pullulent:atq; Deo gratos
fœtus ac fructus ꝓducant.tua ergo dn̄e mi
ſericordia,tua etiā veritas & iuſtitia , in his
maximè verſat̄ & lucet:quos ad hoc miniſte
riū delegiſti. vtraq; in cælo:& vtraq; ſub cæ
lo eſt.iuſtè quidē & miſericorditer cū cæle-
ſtibus & te clarè intuentibus agis:nec minus
iuſtè & miſericorditer cū nubibus ſub cælo
degentibus,id eſt per ſpeculum & in enigma
te fidei te videntibus credentibusq́;. quādo
illos quidē in glorificas & coronas:hos verò præ
uenis,protegis,adiuuas,& in directione tua
corrigis atq; punis. attingis ergo à fine vſq;
ad finem fortiter:& diſponis oīa ſuauiter.vel
ſi mauis:miſericordia,quæ & charitas,in cæ
lo eſt.ſed veritas,quę & fides theologica vir
tus, vſq; ad nubes dūtaxat.illa quidē(iuxta ſē
Sap.8.a. ſum apoſtoli)nuſquā excidit,hæc aūt euacua
1.Cor.13. bit̄ cū venerit quod perfectum eſt. Sequitur.
6. *Iuſtitia tua ſicut montes Dei:iudicia tua, abyſſus multa.*
Bonitatē Dei,quā diuinus vates in mīam &
iuſtitiam ſeccat:pro modulo ſuo cōſpicatus,
laudauit hactenus. nūc diuinæ præſciētiæ &
prædeſtinationis ac reprobationis æternæ
(tenui quidē, ſed fideli mentis oculo) altitu
dinē conſiderans & abyſſū,ferè obmuteſcēs
ait:iudicia tua ſicut montes Dei.mōtes Dei
ſunt mōtes æterni:pater,filius & ſpūs ſāctus:
montes ſublimes , immenſsi , & à creatura
mūdi incōprehēſibiles.talis vtiq; iuſtitia eſt
qualis et iuſtus . at iuſtitia tua abyſſus mul
ta:quia iuſtificata in ſemetipſa.quorū altitu- Pſ.18.ve.16
dinē demirat⁹ apoſtolus ait:ò altitudo diui-
tiarū ſapiētiæ & ſciētiæ Dei: ꝗ incōprehēſsi Rom.11.d.
bilia ſūt iudicia ei⁹,& īueſtigabiles vię ei⁹?mi
ra res.infirma mūdi eligis dn̄e:vt fortia quæ 1.Cor.1.d.
que cōfundas. deponis potentes de ſede , & Luc.1.e.
exaltas humiles. ſed hæc fortè exigua ſūt.au
di maiora.hoīem eligis aut reprobas : anteꝗ
natus vel cōcept⁹ ſit. iuſtū cadere permittis:
& iuſtificas impiū. iuſtitia igit̄ tua incompre
henſibilis eſt, vt pſonarū trinitas vnus De⁹.
et iudicia tua,inſcrutabilis abyſſus. qui ſcru-
tator eſt maieſtatis(ait ſapiens) opprimetur Pro.25.d.
à gloria. mirari ſanè licet,ſcrutari verò nō li
cet:quia abyſſus multa eſt. Sequitur.
*Hoīes & iumēta ſaluabis dn̄e:quemadmodū multiplicaſti miſericordiā tuā De⁹.* 7.
Nō erit abſurdū,ſi p hoīes & iumenta, iudæ
os primū accipias & gentes : pfectos etiā &
imperfectos, quos & triticeo & hordeaceo
verbi cibo(ſecūdū tp̄s)pauiſti,vt ſaluares. ec
ce diuinę electionis abyſſum.per hoīes iā in
tellige,ſecundùm dictamē & rationis vſū vi-
uentes. per iumenta verò illos , qui iumen-
torū vitā ducunt,&(beſtiarū more)ſenſuum
appetitu trahuntur.vel per hoīes, contēpla-
tioni deditos:per iumēta verò,actiuā vitā a
gētes accipe.hos quidē & illos ſaluabis dn̄e,
vt Mariā & Marthā,Ioānē & Petrū, illos ſci Luc.10.g.
licet qui optimā elegerūt partē,quæ nō au-
feretur ab eis:& hos qui velut iumenta facti
ſunt apud te, ꝓximorū onera portantes,ſed Pſ.72.v.22
ſemper tecū:quia propter te huic miniſterio
addicti,labores plurimos pertulerunt. hoīes
etiam & iumenta ſaluabis dn̄e,hoc eſt,huma
nè atq; beſtialiter viuentes:quum multipli-
cas ſuper eos miſericordiam tuā,vt aſciti ve
niant,venientes ſequātur, te demū ſequētes,
iuſtificentur. cuius rei radix & caput eſt,mi
ſericordia tua dn̄e multiplicata: illiſq́; (nul-
lis etiam præcedentibus meritis) impertita.
Sic ergo ſaluabis,quemadmodum multiplica
ſti miſericordiam tuam Deus. quæ & ſi vna
eſt,quia & tu dn̄e vnus es:tn̄ quia ad multi-
tudinē & magnitudinē humanarū miſeriarū,
effectus miſericordiæ tuæ & magnificant̄ &
multiplicātur:ideo dicitur miſericordia tua
multiplicari. ſic alibi Dauid ſanctus, miſeri- Pſ.50.v.1.
cordiam magnam & multitudinem miſera-
tionum expoſcit. an non tibi videtur multa
diuinorum iudiciorum abyſſus,ſi lapilli ictu
percuſſus pereat: & vulneribus vndequaq;
cōfoſſus,ad vitā reuocet̄?ſi alter peccās in v
no,damnetur ſtatim.alter verò ſentina atq;
omnium lerna malorum,longanimi expecta

tione cõuerſus,ſaluus fiat?vnde hoc Deus bo
ne:niſi quia iudicia tua,abyſſus multa?& ho-
mines & iumenta ſaluabis : quemadmodum
multiplicaſti miſericordiam tuã.Sequiť.

*Filij autem hominum:in tegmine alarum tuarum ſperabunt.*

Quod diſcrimen eſt hoc rogo? intereſt ne in
ter hoĩes & filios hominũ ? nõ ne omnes ho
mines ſunt?deinde,quod alarũ tegmen?plura
(niſi fallor) ſub horum verborum cortice la
tent abſtruſa ſenſa,hoĩes illos eſſe ſuſpicor,
1.cor.15.f. qui(iuxta apoſtolũ)terreni hoĩs imaginẽ por
tant,& quidẽ de terra terreni. filios verò ho
minũ,quos ſecundus regenerauit Adã de cæ
1.Thi.6.c. lo cęleſtis,p lauachrũ regenerationis in ver
bo vitæ,illi in incerto diuitiarũ:hi aũt in teg
mine alarũ vti filij ſperabũt.quippe duæ alę,
ſunt miſericordia & veritas.duæ alæ,ſunt te
ſtamenta duo, quæ repromiſſionem habent
vitæ quæ nũc eſt pariter & futuræ. his tegi-
1.Thi.4.b. mur filij hoĩum,imò filij hoĩs filij: his foue-
mur, educamur & nutrimur: ſub his alis ſpe
certa reſpiramus.ſũt etiã & Chri Ieſu alæ,bra
chia in cruce pro nobis extẽſa : ſub quarum
tegmine congregamur.hoĩbus ergo atq; iu-
mentis cura ſit de craſtino. vos aũt filij hoĩũ
Mat.6c. natura & gr̃a,hoc eſt,Adæ & Chr̃i,nolite ſol
liciti eſſe dicentes:quid manducabimus?aut
quid bibemus ? aut quo operiemur? hæc.n.
oĩa gentes inquirunt. ſcit.n. pater veſter , ꝙ
his omnibus indigetis. ſit vobis id ſatis : ꝙ
ſub tegmine alarũ eſtis. Sequitur.

9. *Inebriabũtur ab vbertate domus tuæ:& torrente voluptatis tuæ potabis eos.*

Gen.2,b. In geneſi me legiſſe memini,ꝙ fluuius egre-
diebatur de loco voluptatis,ad irrigandũ pa
radiſum. nuc aũt hæc audiui verba,& quę ſe
cuntur legi. ſed qui verborũ ſonitum audio:
huius ydiomatis plenã veramq; ſignificãtiã
non perpendo. quæ ebrietas?aut quæ (obſe-
cro)vbertas hæc?qui torrens,aut quæ volup
tas?qui fons deniq;, aut quod lumẽ in quo vi
debim' lumen?illud nobis præſtet,is de quo
ſcriptum eſt:omne datum optimũ & omne
Iaco.1.c. donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens
à patre luminum:vt in lumine ſuo, hæc om-
nia inquirere & excutere valeamus.inebria
buntur(ait)ab vbertate domus tuæ iam om-
nium temporalium obliti:licet noſtri memo
res ſemper. nec.n. aptiori verbo vti potuiſ-
ſet, quo ſtatũ i lum exprimeret,bonorũ om
nium aggregatione perfectum. atqui ſic bea
ti,fruitione illa beatifica inebriabuntur : vt
quaſi ebrij & ab humanis abſorti: transfor-
mẽt à claritate in claritatẽ, ab homine in De
um.ò felix ſub alarũ tegmine ſpes:cui vberri
ma ſuccedet res. beati qui habitant in domo pſ.83.
tua domine:in ſecula ſeculorum laudabũt te
pro tanto munere.inebriabuntur ab vbertate
domus.ſed ne arbitreris ꝙ huiuſmodi vbertas
inebrians, ſit illis faſtidio:auſculta quod ſe-
quitur,torrente(ait)voluptatis tuæ potabis
eos. nam quaſi dira ſitis ſit inuiſendi Deum:
voluptuoſè viſionis huius torrente, & flumi
nis delitioſi impetu ciuitatem Dei lætifican
te,potabis eos:vt ſine faſtidio ſaciati,perpe-
tua delectatione in te ſint,& tu in eis. torrẽs
quidem erit, non tranſiens , ſed permanens:
& omni voluptate inundans. erit fluminis
impetus non diruens & contriſtans: ſed ædi
ficans lætificansq; ciuitatem Dei. vide nunc
(obſecro)an per inebriantem domus vberta
tem,gloriam ſignet eſſentialem, quæ eadem
ſemper erit.nec augmento aut decremento
ſubiacebit: per torrentem verò voluptatis,
accidentariam ſignificet,quæ beatorum ani-
mis augetur in dies atq; ſuccreſcit? Sequiť.

*Quoniam apud te eſt fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.* 10.

Scriptum nouimus ꝙ verbũ erat apud Deũ,
& quod factum eſt:in ipſo vita erat.verbum
vtiq; apud Deum Chriſtus eſt : & fons vitæ
Chriſtus. ab ipſo,in ipſo & per ipſum vita,im
mortalis & æterna, fœlix & beata vita. cũq;
ſit lux vera,lumen de lumine,Deus verus de
Deo vero:ab ipſo tanquam ab origine incre
ato,lumen aliud creatum deriuatur: eleuans
aciem mentis noſtræ. in quo tanquã medio
videbimus lumen:ideſt eſſentiã Dei nos bea
tificantem. Sequitur.

*Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te: & iuſtitiam tuam his qui recto ſunt corde.* 11.

Dixerat propheta ſuperiore narratione ꝙ a
uerſionis malum,à peccatore eſt : & conuer
ſionis bonum , à Deo miſerante , iuxta di-
ctum domini per Oſeam prophetam:perdi- Oſee.13.
tio tua Iſrael, tantummodò in me auxilium
tuum. quo circa miſericordiam Dei magnis
extulit præconijs:omne adiſpiſcendæ ſalutis
negotiũ tribuẽs illi,tã cæleſtiũ quã eorũ quæ
ſub cęlo ſunt,ſiue ſublimiũ,ſiue mediocriũ,ſi
ue infimorum hominum, quos opprobrioſa
appellatione iumẽta vocat.domine (inquit)
in cælo miſericordia tua: & veritas tua vſq;
ad nubes.homines & iumenta ſaluabis domi
ne. ſubiunxitq; ſalutis cauſam dicens : quẽ-
admodum multiplicaſti miſericordiam tu
am Deus.cũ ego miſericordia tua tãti ſit : ꝙ
ad ſalutis portum peruenire( niſi ipſa præ-
ueniente ) queat nemo : prætende ſeu ex-
tende miſericordiam tuam ſcientibus te
per



per fidem. iſtud.n.eſt verum ſcire ò homo:
ſi credideris Dei miſericordia te ſaluari.Pręueniat igitur prætenſa miſericordia, deinde
gratiam cõfer iuſtificantem his qui recto ſũt
corde,hoc eſt obicem non ponentibus. quã
ideo iuſtitiam voco:ꝙ habentem faciat iu-
ſtum,& ad iuſtè operandum inſtiget.Sequiť.

12. *Non veniat mihi pes ſuperbiæ: & manus peccatoris non moueat me.*

Non veniat mihi(ait)propoſitum illud delin
quendi,quo velut pede mouetur iniuſtus ſu
perbiens & effrenis,nec timore Dei correp
tus:nec manus qua deliberatũ exequiť opus.
vel aliter. nouerat duo genera eſſe peccãtiũ.
alterum eorum qui demonis aut cuiuſuis al-
terius tentationem præueniunt , & ex ꝓpria
malitia atq; vitioſo duntaxat affectu mouen
tur.quorum primarium caput fuit Lucifer,
qui ideo irreparabiliter cecidit. alterũ verò
eorum eſt,qui tentationem ſequuntur,& ille
cti ac ſuaſione praua decepti, in peccata la-
buntur:quales primi fuere parentes , qui ita
prolapſi ſunt , ideoq; per Chr̃m fuerunt re
parati.nempe primus caſus,quaſi ex lapſu pe
dis præcipitatio fuit.ſecũdus verò deiectio,
quaſi per ſathanicæ manus impulſum: ratio
nali quidem hoĩs appetitu deprauato ſimul
concurrente.rectè igitur pes ſuperbiæ appel
latur greſſus ille , quo quis ſuopte ingenio
propriaq; malitia abſq; aliquo extrinſeco eri
gitur vel potius cadit,in Deũ peccans.at cõ
tra,qui alterius ſuaſu vel diaboli tentatione
ductus peccat declinatq; à Deo:is profectò
manu commotus dicitur peccatoris. vtrũq;
igitur cadendi modum timens & præcauens
in futurum ait:non veniat mihi pes ſuperbię:
& manus peccatoris non moueat me. nec ſi
ne cauſa dictũ putes:non veniat pes,non mo
ueat manus. an non tibi videtur: horũ duo-
rum alterum plenam malitiam & ſolam:alte
rum verò minuere ſimul naturæ infirmitatẽ? innuere
Sequitur.

*Ibi ceciderunt omnes,qui operantur iniquitatẽ:expulſi ſunt, nec potuerũt ſtare.*

Ibi ait. vbi(rogo)niſi vbi malũ agere decre-
uerunt?ibi vtiq; ceciderunt,vbi criſtã erigẽ- 13.
tes in Deũ:vt delinquerent,pedes & manus
parauerũt.vbi(obſecro)niſi in paradiſo?ceci
dit quippe in cæleſti cęleſtis,in terrena terre
nus. ceciderunt angelus & homo,& expul-
ſi ſunt. quid igitur non timendum hoĩbus in
huius peregrinationis exilio & lachrimarũ
valle degentibus?iſtinc cecidit Lucifer & ho
mo fuit expulſus. vtriq; cadentes,vtriq; ex-
pulſi ſunt,nec proprijs viribus ſtare potue-
runt:quia nec vitare peccatũ,neq; à peccato
ad gratiam reſurgere ſine gr̃a adiutrice qui-
uerunt. ſit redemptori Chriſto gloria , de-
cus & imperium in ſeculorum ſecula A-
men.

EPILOGVS. PSALM. XXXV.

*DIxit iniuſtus,ut delinquat in ſemetipſo. Apud ſe quidem ſtatuit iniuſtus ex deliberata malitia peccare:eo q, non ſit timor Dei ob oculos eius,qui à malo cohibeat ipſum:atq; mala malis addens,doloſè egit in conſpectu Dei,dum non ſcrutatur mente in Deum commiſſa , ut ad illa deteſtanda inueniantur. is utiq; dolus atq; iniquitas,malitiam auget delinquentis:quia noluit intelligere ut bene ageret.iniquitatem mediatus eſt in corde ſuo.deinde peccãdi conſuetudine ductus,aſtitit omni uiæ non bonæ:quaſi ſe proſtituens omni malo. quodq; deteſtabilius & pernitioſius eſt:malitiam nõ odiuit,nec de peccato ex malitia commiſſo cõtritus eſt unquam: cũ tu qui omnia proſpicis Deus, æquè miſericors ſis ac iuſtus,ſisq; paratus ad ueniam,ſicut ad uindictam.dñe in cælo miſericordia tua:& iuſtitia tua uſq; ad nubes.porro utraq; magna & infinita eſt,quæ Deus eſt.iuſtitia tua in comprehenſibilis eſt atq; ſublimis,certè ut diuinæ triadis montes. et iudicia tua inſcrutabilia:uti abyſſus immenſa. homines & iumenta ſaluabis dñe. utroſq; ſcilicet,& rationabiliter uti homines:& (iumentorum more) ſecundùm carnis deſideria uiuentes.atqui hos & illos ſaluabis reuouans:iuxta multitudinem miſerationum tuarum.quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam:quæ radix eſt ueræ ſalutis.nempe terreni homines,terrenis inhiant. filij aũt hominum natura,quos tu gratia in filios adoptaſti:in tegmine alarum tuarum ſperabunt,quæ miſericordia & iuſtitia ſunt:atq; earum,quas in cruce ad protectionem ſimul & ſalutem hominum expandiſti. at inebriabuntur ab ubertate domus tuæ ij , quos hic ſub alas congregaſti:& torrente uoluptatis tuæ,atq; beatifica fruitione potabis eos,in cæleſti patria beatorum,ac terra uiuentiũ.quoniã apud te eſt fons uitæ perennis : & in lumine gloriæ à te creato,mentẽ nr̃am afficiẽte & eleuãte,uidebimus lumen increatũ. et hæc eſt uita æterna:ut cognoſcãt te ſolũ uerũ Deũ &c.* Ioan.17.a.
*q,ſi(ut dixi)miſericordia,humanæ ſalutis eſt operatrix,quemadmodum multiplicaſti miſericordiã tuam:prætende dñe,illam fidelibus tuis,ſcientibus te:& iuſtitiam tuam,gratiam ſcilicet iuſtificantem & in iuſtitia conſeruantem , his qui recto ſunt corde.non ueniat mihi pes ſuperbiæ,ne ex propria ſolum & deliberata malitia cadam:& manus peccatoris non moueat me,ſi peruerſa ſuaſione ad malũ faciat declinare. ecce ibi in paradiſo,uidelicet,ubi fons eſt uitæ,ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem:& iſtinc expulſi ſunt,nec potuerunt ſtare. quos nolim(pro uirili)emulari imitariq;.*

PSALM. XXXVI.

*Noli emulari in malignantibus: neq; zelaueris facientes iniquitatẽ.*

Quatuor pſi (vt beat⁹ Hieronymus ait) inci Par. 2. tract 5. epiſtola. 61. ad Paulã vrbicam.
piunt ſecundum ordinem hebreorum elemẽ
torum: & is prior, cui iam ſępius repetitus ti
tulus eſt: pſ Dauid, qui expoſitione nõ eget.
Pſalmographi intentio in hoc pſalmo eſt e
rudire hominem ne viam rectam deſerat, ad
dexterã declinans vel ſiniſtrã. cuius rei cau
ſa, peccatoris & iuſti hoĩs vitam ſimul & fi-
nem depingit. quibus inſpectis: alteram am-
plectamur, fugiamus alteram. ait ergo: no-
li emulari in malignãtibus. emulari enim: aut
dilectionem ſonat, aut inuidiam, vel imita-
tionem. nunc tñ, vltimum vel penultimũ ꝓ-
poſito cõuenit. vt ſit ſenſus: noli imitari ma
lignantes aut propter eos ad malum irritari
& prouocari, vt tu etiam maligneris. hoc in
ſchola dñi primum elementum eſt: declina à
malo. noli ergo imitari: quod declinare iube
Leui. 5. a. ris. audi quid in leuitico ſcriptum eſt in fi-
gura: anima, quæ tetigerit aliquid immũdum
&c. immunditiæ ſuæ rea eſt, & deliquit. id
quidem (ſpiritali ſenſu) tangere eſt, quid imi
tari. neq; zelaueris facientes iniquitatẽ. hæc
vtiq; expoſitio eſt: imò prioris documẽti re
petitio. nimirum id imitaris, quod diligis. nõ
diligas, ne imiteris. dilige proximi naturam
non tñ in proximo iniquitatem. voluntas ſu
apte natura fertur in bonum vel apparens bo
num: nec ab ea quicquam diligitur ſub ratio
ne mali. cum igitur videris malignantes aut
faciẽtes iniquitatẽ proſperari: noli hos imi
tari, vt tu conſimili proſperitate fruaris. eſt
.n. fallax & momentanea. Sequitur.

2. *Quoniam tanquã fœnum velociter areſ-*
*cent: & quemadmodum olera herbarũ*
*citò decident.*

Nõ eſt ꝙ huic veraciſsimæ ſentẽtiæ ſcholiũ
apponamus: quam non ſolum intellectu, ve-
rum etiã quotidiano percipimus experimen
to. nempe arridet florens (vt fœnum) mundi
huius fœlicitas falſa: ſed ſtatim marceſcens a
reſcit, & morte decidit ipſa. ydonei teſtes ſũt
Eſaias propheta, Dauid rex, apoſtoluſq; Iaco
bus: vt in ore trium ſtet omne verbum. quid
Eſa. 40. b. clamabo (Eſaias ait) oĩs caro fœnum, & oĩs
gloria eius quaſi flos agri. exiccatum eſt fœ
num & cecidit flos. dicat pſaltes: homo ſicut
fœnum dies eius: tanquam flos agri ſic eflore
Pſ. 102. v. 14 pſa. 89. v. 6. bit. rurſumq; mane ſicut herba tranſeat, ma
ne tranſeat & floreat: veſpere decidat, indu-
Iaco. 1. b. ret & areſcat. Iacobus aũt expreſsius teſtaẽ:
ſicut flos fœni tranſibit. exortus eſt. n. ſol cũ
ardore, & areſecit fœnũ, & flos eius decidit,
decor vultus eius deperijt: ita & diues in iti
neribus eius marceſcet. Sequitur.

*Spera in dño, & fac bonitatẽ: inhabita*
*terrã, & paſceris in diuitijs eius.* 3.

Tu ſpera. ſic tñ ſpera: vt ſimul bonum opere
ris. nam ſi ſecus: præſumeres, non ſperares.
id. n. faciens inhabitabis terrã viuẽtiũ, & paſ
ceris in diuitijs eius: quia ibi eſt vera, plena
& permanens cũ ſecuritate ſacietas. Sequiẽ.

*Delectare in dño: & dabit tibi petitiones* 4.
*cordis tui.*

Delitię tuę ſint in dño, in quo ſapida & vera
quies. delitiare (inquam) in eo, in quẽ cor tuũ
et cætera interioris hoĩs membra iuxta cuiuſ
q; appetitum & grẽ inſtigationem effundas:
& is tibi ad votũ optata refundet. quod ma-
gis exprimens ſubdit:

*Reuela dño viam tuam: & ſpera in eo, et* 5.
*ipſe faciet.*

Tria dicit: delectare, reuela, & ſpera: quę oĩa
conſequitur, & ipſe faciet. vide quanta ſit vis
oĩonis, quæ ſemper impetrat, ſi ſpreta mundi
voluptate, ſoli Deo fidẽs delectetur in eo. ſi
manſeritis in me, & verba mea in vobis man
ſerint (ait Chriſtus) quodcũq; volueritis pete Ioan. 15. a.
tis: & fiet vobis. Sequitur.

*Et educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, et* 6.
*iudicium tuum tanquã meridiem: ſubdi*
*tus eſt domino, & ora eum.*

Hoc eſt dictu: ea quæ hoc ſolo intuitu vt ſo-
li Deo placeas, bona ac per hoc iuſta, delecta
biliter in abſcõdito facis opera: educet in pu Eſa. 58. a.
blicũ, vt tibi cedant in laudẽ & meritũ, cæte
riſq; in virtutis exẽplũ. vel per iuſtitiã, eam
intellige fidẽ: qua viuit iuſtus. vnde egrediẽ
iudiciũ rectũ, tanquã lumẽ à corpore lumino
ſo: quo melius arbitrati ſunt ſancti, Chr̃o fu-
tura promittenti, quã huic ſeculo præſentia
offerenti, conformari. porro melius eſſe iudi
carũt adhærere Chr̃o, ipm̃ ſequi, & futura bo
na in æternũ duratura ſperare: quã mũdi hu-
ius arentia, caduca, & citò pereuntia percipe
re ſtatim. educet ergo (ait) quaſi lumen iuſti
tiã tuã: quũ videas quod credidiſti, atq; tene-
as quod ſperaſti, perſpiciaſq; (velut in meri-
diana luce) iudicium tuũ fuiſſe verum atq; re
ctum. nam fidei tuæ & iuſtitiæ qua vixiſti:
lumẽ illud gloriæ clarũ apertiſsimũq; ſucce-
det. et fideli iudicio: meridies illa claritatis
æternæ. ideo tu qui hæc audis: ſubditus eſto
dño, & ora eũ. ſubditus eſto: in captiuitatem
redigens omnẽ intellectũ in obſequiũ Chr̃i.
ſubditus eſto: caſtigãs corpus tuũ, & in ſerui 2. Cor. 10. b
tutẽ redigẽs cũ Paulo, & ora eũ: quia opor- 1. Cor. 9. d.
tet ſẽp orare & nõ deficere ait Chr̃s. Sequiẽ. Luc. 18. a.
Noli



7. *Noli emulari in eo qui proſperatur in via*
*ſua: in homine faciente iniuſtitias.*

Ad ꝓpoſitũ reuertiẽ thema: in ſignificatione
altera huius verbi, emulari. vt ſit ſenſus: noli
indignari aut iraſci, inuidens illi qui proſpe
raẽ in via ſua: hõiq; iniuſtitias faciẽti. Sequiẽ

8. *Deſine ab ira, & derelinque furorẽ, noli*
*emulari vt maligneris.*

Deſine (ait) ab huiuſmodi indignatione, quæ
veriùs furor dici poterit quam ira. noli ſic e
mulari: vt tu etiã maligneris. ſuccedãt oĩa ad
votũ, eueniant vt impij optant, ſuo ſint oĩa
mellita palato, nec in via eorũ vllus ſeſe obij
ciat ſcrupus ſiue lapillus, in quẽ pes eorum &
affectus offendat: quid tandẽ? breuis & fugax
erit poſperitas hæc. quia riſus dolore miſce
Pro. 14. b. bitur: & extrema gaudij, luctus occupabit. ꝙ
ſi vt proſperatur in via ſua (quæ tãto via dñi
latior eſt, quãto iuſtitiæ metas, regulã atq; fu
niculũ trãſgreditur & excedit) ita in via dñi
fœlici creſcant augmento: hos emulari nõ pi
geat, Dei tñ emulatione. at cõtra: noli emu-
lari illos qui ꝓſperanẽ in via ſua: deficiẽtes in
viã dñi, quę via mãdatorũ eſt. ij ꝓfectò (iuxta
Rom. 10. a. apoſtolũ) ignorãtes iuſtitiã Dei, & ſuã quęrẽ
tes ſtatuere: iuſtitię Dei nõ ſũt ſubiecti. Seq.

9. *Quoniam qui malignantur, extermina-*
*buntur: ſuſtinentes autem dñm, ipſi hæ-*
*reditabunt terram.*

Breui cõpendio, malorũ & bonorũ deſcribiẽ
fines. ij quidẽ vt filij Dei & cohæredes Chr̃i,
hęreditatẽ capiũt ſalutis æternę: illi verò ex
tra omnes hęreditatis terminos exulabũt, &
illorũ cuiq; diceẽ, quod apud Lucã diuiti e
Luc. 16. g. puloni: fili recordare ꝙ recepiſti bona in vi
ta tua, & Lazarus ſimiliter mala: nũc aũt hic
conſolaẽ, tu verò cruciãris. et in his oĩbus in
ter nos & vos chaos magnũ firmatũ eſt, vt ij
qui volunt hinc tranſire ad vos nõ poſint, ne
q; inde huc remeare. ſed fortè ſuſtinenti &
expectãti: oĩs mora reiq; hui⁹ dilatio mole-
ſta eſt, qa diuturna videẽ. audi quod ſequiẽ.

10. *Et adhuc puſillum & nõ erit peccator:*
*& quæres locum eius, & nõ inuenies.*

Is & ſequens verſus ſculpãtur in corde, verſẽ
turq; ſimul in ore. et adhuc puſillũ (inquit)
nec punctus quidẽ eſt aũt tẽporis momẽtum
(ſi futuræ vitæ cõferas æternitati) & nõ erit
peccator, vt peccet & malignetur. et quæres
locũ eius, cathedram, dignitatem, aut ſedem:
& non inuenies. Sequitur.

11 *Manſueti aũt hæreditabũt terrã: & de*
*lectabuntur in multitudine pacis.*

Mãſueti quidẽ ſunt, qui deſinũt ab ira, & de
relinqunt blaſphemiæ furorem, ne in Deum
iraſcantur, ꝙ malos videant proſperari. por-
ro manſuetudo mitigat iras pacẽq; cõſeruat.
ij etenim quaſi hæreditario iure, ſimul atq; a
doptionis grẽ, in filios recepti ſunt: & hęredi
tabũt terrã. de quibus et ſaluator noſter ait: Mat. 5. a.
beati mites, qm̃ ipſi poſsidebunt terrã. poſsi-
debunt quidẽ proprij corporis terrã lõga vi
ta, terrãq; huius ſeculi longiore atq; longiſsi
ma perinde ac intermina, futuri ſeculi terrã.
et delectabunẽ in multitudine & amœnitate
pacis: eo ꝙ ipſi viuẽtes in hoc ſeculo, pacẽ di
lexerunt & amplexati ſunt. Sequitur.

*Obſeruabit peccator iuſtum: et ſtridebit ſu* 12.
*per eum dentibus ſuis.*

Peccator ille obſeruabit, & inſidiabiẽ iuſtò:
qui ſedet in inſidijs cũ diuitibus in occultis, Pſ. 9. ve. 30.
vt interficiat innocentẽ. obſeruabit igitur is
(qui vel diabolus vel mẽbrũ eius eſt) & ſtride
bit ſuper iuſtũ dentibus ſuis: cupiens illũ dila
niare morſib⁹, eo ꝙ ſibi morib⁹ aduerſeẽ. Seq.

*Dñs aũt irridebit eum: quoniam proſpi-* 13.
*cit, ꝙ veniet dies eius.*

Irridebit eũ, qui diẽ nouit mortis eius. et ſtri
denti ſuper iuſtum erit fletus, & ſtridor dẽ-
tium in inferno. eritq; irriſio, ꝙ oĩa ſuccedẽt Luc. 13. f.
cõtra: & aliter quã cogitarat eueniẽt illi. Seq.

*Gladium euaginauerunt peccatores: intẽ-* 14.
*derunt arcum ſuum.*

Per gladiũ, poteſtatẽ accipe apertè nocendi:
per arcũ verò occultè inſidiandi voluntatẽ.
vel per gladiũ linguã maledicã: per arcum ve
rò, doloſã machinationẽ, iuxta illud pſi. quia Pſ. 63. ve. 5.
exacuerunt vt gladiũ linguas ſuas, intendẽ-
runt arcum rẽ amarã. Gladium igitur euagi-
nat, qui os ſuũ aperit, linguã exerit & vibrat,
vt ꝓximũ lædat: arcum verò tendit, qui do-
loſa machinatione ferit. hęc eſt omnis pecca
torum poteſtas: in pauperẽ Chriſtum & mẽ-
bra eius. Sequitur.

*Vt decipiant pauperem et inopem: vt tru* 15.
*cident rectos corde.*

Hæc agere potuerũt (quia permiſsi) in inopẽ
& rectos corde: & poſt hoc nõ habẽt ãplius
quid faciant ait Chr̃s. deijcere quidẽ ac tru- Luc. 12.
cidare potuerunt, rectos corde ſcandalizan-
tes, ſed attendite, quid illis cõtingat. Sequiẽ.

*Gladius eorum intret in corda ipſorum:* 16.
*et arcus eorum confringatur.*

Gladius peccatorum prius propria eorũ cor
da ſauciat quam aliorum. ꝓpriã cõſcientiam
lædit: ante quam alteri vulnus infligat. & ar-
cus eorum cõfringitur: dum quod inierant,
velut Achitophellis conſilium diſsipaẽ. in in 2. reg. 17. b.
ferno etiã gladius eorum intrabit in corda ip
ſorũ: quum ſibi ipſis maledicent, qui alijs ma

ledicere cõſueuerũt. et ſublata poteſtate no
cendi: quaſi cõfracto arcu, inermes in alios,
in ſe ipos aũt ſemp armati cruciabunẽ. quid
hinc infers? hoc profectò quod ſequitur: nõ
exiguum humanæ menti ſolatium.
17. *Melius eſt modicũ iuſto: ſuper diuitias*
*peccatorum multas.*
Quidquid huius ſeculi eſt: & modicũ & ad-
modicum eſt. modicũ diuitiarũ iuſto melius
eſt: qa & iuſte acquiſitum eſt, & ſecurius eſt.
nõ.n. ſollicitat & inquietat animum: nec inſa
ciabilẽ facit & ſupbum, quod modicũ eſt. at
cõtra, peccatorum diuitiæ, in diuite ſemp tu
multuãtur. ſi aũt his verbis illud fidei chiſtia
næ modicum quo viuit iuſtus, alijs ſapiẽtum
huius mũdi diuitijs cõparare velis, & quod
eſt granum ſinapis (iuxta verbum dñi) in vir
tute cæteris holeribus cõferre: nõ inſcitè di
xeris: melius eſt modicum iuſto &c. at ſi ſa-
lutem queras: audi.
18. *Quoniam brachia peccatorum conteren*
*tur: confirmat aũt iuſtos dñs.*
Viribus quidẽ aĩæ & corporis debiliores fiũt
peccatores. adeoq; puſillamines fiunt: vt nec
bonum aggrediãẽ, nec malo reſiſtãt. vnde cõ
tingit ſæpius, ꝙ delicatiores effecti quaſi cõ
fracto corpore viuãt. cõfirmat autem iuſtos
dñs, robur ſuæ fortitudinis impartiens illis:
dũ cũ vitijs cõgrediunẽ, diabolus laceſſunt,
mori audent, & in morte victoriã reportare
contendunt. ꝙ ſi vitam diuturnam, & bonis
omnibus affluentem expoſcas, attende.
19. *Nouit dñs dies immaculatorum: et hære*
*ditas eorum in æternum erit.*
Nouit vtiq; dies, nec vllus illorũ peribit. nã
Luc. 21. d. ſi capillus de capite illorũ nõ peribit; omnes
Luc. 12. a. n. numerati ſunt: quãto minus dierum vitæ
vnus, quos oẽs dñs & nouit & ap pbauit? di
es ĩmaculatorũ dies pleni erunt, qã æterni: di
es aũt peccatorũ vacui, mali & maculati. Seq.
20 *Nõ cõfundẽtur in tẽpore malo, & in die-*
*b⁹ famis ſaturabũt: qa peccatores peribũt.*
Illi quidẽ nõ cõfundentur in die iudicij. nec
in dieb⁹ famis: nimia qua tenenẽ vidẽdi Deũ
auiditate fruſtrabuntur, quin diuina potius
fruitione ſaturabunẽ: & peccatores peribunt
anxij, & cõfundentur. at fortè honorem ex-
petis? hoc cuiq; credenti peruium eſt: ꝙ ni-
Pſ. 138. v. 16 mis honorati ſunt amici Dei, nimis conforta
tus eſt principatus eorum. Sequitur.
21. *Inimici verò dñi, mox vt honorificati fue*
*rint & exaltati: deficientes quemadmo*
*dum fumus, deficient.*
Verterũt alij, inimici dñi vt adeps agnorum
cũ adoletur &c. honorificãtur quidẽ adeps
exaltaturq;, quum altari dñi ſupponitur: ſed
cõſumitur igne vorace & ferè in nihilum re
digitur. nec ſecus inimici dñi funditus interi
bũt. nã ſicut fumus quũ exaltaẽ deiſcit: ita &
impiorũ exaltatio, exalatio & euaporatio
quædã eſt, quæ ſtatim euaneſcit. Sequitur.
*Mutuabitur peccator & nõ ſoluet: iu-* 22.
*ſtus aũt miſeretur, & retribuet.*
Triplicia bona ſunt, quæ mutuo à dño accipi
m⁹. bona ſcilicet naturæ, grãæ, & fortunæ. de
quibus oĩbus ſtat verbũ illud apoſtoli rogã- 1. Cor. 4.
tis: quid hẽs quod nõ accepiſti? ſi aũt accepi-
ſti: quid gloriaris quaſi nõ acceperis? hoc tñ
intereſt inter iuſtum & peccatorẽ; ꝙ mutua
bitur peccator, & nõ ſoluet, iuſtus aũt miſere
tur, & retribuet. nec.n. peccator conſiderat,
ſe à dño accepiſſe mutuo intellectum, volun
tatem & memoriã, cæteraſq; corporis & aĩæ
vires atq; dotes, nõ vt illis abutaẽ in malum,
ſed vt ſancta exercitatione fructum faciens,
ſe gerat in bonum: quod etiã de cęteris bonis
cenſendum eſt. tunc igitur peccator quæ ac
cepit mutuo, nõ ſoluit: quum naturalibus do
nis potitur ad noxam, tẽpalibus ad luxum, re
liquis verò ad perditionẽ: nec illa (vt par eſt)
in autorẽ referens, ꝓ ſic acceptis grãs agit, iu
ſtus aũt ediuerſo: et quæ accepit, alijs miſe-
ratus tribuit, ipaq; vt gratus retribuit largi-
tori. Sequitur.
*Quia benedicentes ei hæreditabũt terrã:* 23.
*maledicentes aũt ei, diſperibunt.*
Benedicentes ei, ſiue dño, ſiue iuſto homini
(nã textus vtrunq; patiẽ ſenſum) hæredita-
bunt terrã viuẽtium, vt ſit illis portio Deus.
maledicentes autem: corpore & anima ma-
ledictione repleti diſperibunt. Sequitur.
*Apud dominum greſſus hominis dirigẽ-*
*tur: & viam eius volet.* 24.
O magna Dei magni mĩa & grã præueniens?
graditur interior noſter homo non pedibus,
ſed affectibus. atqui peccato ſemel corrupta
natura, corrupti ſunt etiam hoĩs greſſus, atq;
ad deuia quæque propenſiores effecti ſunt.
ſicut ſcriptũ eſt: cuncta cogitatio cordis intẽ Gen. 6.
ta eſt ad malum, omni tpe. ſed miſerator ipe
& miſericors dñs, greſſ⁹ hoĩs dirigit in rectũ:
quod vtiq; maximum Dei mun⁹ eſt. ſcio dñe
(ait ꝓpheta Hieremias) ꝙ nõ eſt hoĩs via ei⁹: Hier. 10.
nec viri eſt vt ambulet, & dirigat greſſus ſu-
os. et hoc pſaltes ait: apud dñm greſſus hoĩs
dirigẽtur, qa affectus hoĩs, eius grã duceẽ in
Deum, & viã eius volet, quę recta eſt, quãuis
arcta & laborioſa, & pauci qui inueniunt eã Mat. 7.
ait Chriſtus. Sequitur.
*Cum ceciderit, non collidetur: quia domi* 26.
*nus ſupponit manum ſuam.*
Ipe qui dirigit greſſus hoĩs: dirigens facit, vt
viã eius velit. in qua ambulãs, etiãſi ſepties in
die



Pro. 24. c. die venialiter cadat: nõ collidetur, ſed toties
reſurget. ſi aũt lethaliter corruat: dñs ſuppo-
nit manum ſuam, auxilium præbens: vt etiã
per pœnitentiam erigatur. Sequiẽ.
26. *Iunior fui etenim ſenui, & non vidi*
*iuſtum derelictum: nec ſemen eius quæ-*
*rens panem.*
Dixerat ſuperiore narratione propheta,
de iuſti hominis ſalute, vita lõgeua, abundan
tia victus, de honore, de fauore dñi erga eũ,
poſtremoq; de directione greſſus eius in via,
& ſuppoſitione manus in caſu ne collidatur.
nunc aũt de iuſti doctrina, atq; fœlici ſemi-
nis ꝓpagatione agit. ait ergo: Iunior fui, ete-
nim ſenui (vt vtriuſq; teſtamenti tempus cõ
plectatur) & non vidi iuſtum derelictũ. quia
ſi derelictus eſſet: iuſtus nõ eſſet. quomodo
nanq; derelictus: quem dñs manu tenet & fo
Iob. 36. b. uet? & ſicut ſcriptum eſt in libro Iob, nõ au-
feret à iuſto oculos ſuos. ideo rectè ait: non
vidi iuſtum derelictũ, ſimpliciter intellige:
& ſi interdum derelinqui viſus ſit ad proba-
Eſa. 54. c. tionem. ſicut apud Eſaiã ait dominus, ad pũ-
ctum in modico dereliqui te &c. nec ſemen
eius quærens panẽ. ſemen iuſti, ſucceſio imi-
tatrix eſt, & iuſta hominis ꝓles: de qua ait:
nõ vidi ſemen iuſti quærens panem. eſt enim
Luc. 15. c. in domo patris ſui, vbi etiam mercenarij, do
ctrinæ panibus abundant. Sequiẽ.
27. *Tota die miſeretur & commodat: & ſe*
*men illius in benedictione erit.*
Iuſtus, toto vitæ decurſu, aliorum miſere
tur: ſicut ſui miſertus eſt Deus. nec id quod
Luc. 19. c. accepit abſcõdit in ſinu: vel vt ſeruus ille ne-
qui, repoſuit in ſudario: ſed tota die cõmo-
dat, & ſemẽ illius in benedictione erit. quod
apoſtolus diſerens in epiſtola quæ ad Corin
2. cor. 9. c. thios eſt ſecunda ait: qui aũt adminiſtrat ſe-
men ſeminanti, & panẽ ad manducandũ prę
ſtabit, & multiplicabit ſemẽ veſtrũ, & auge-
bit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. Seq.
28. *Declina à malo, & fac bonum: & inha*
*bita in ſeculũ ſeculi.*
Ecce iterũ propoſitæ rei, imò totius chri
ſtianæ vitæ ſummã compendiumq; denuò re
petit: ac ſi iam verſum ſit hoc in prouerbiũ.
quod vtiq; pſal. 33. expoſitum fuiſſe memini.
eſt quidem charitatis vitare malum, & face-
re bonum. Sequiẽ.
29. *Quia dñs amat iudicium, & non dere-*
*linquet ſanctos ſuos: in æternum conſer-*
*uabuntur.*
Quaſi nunc quærat, vnde iuſtorum (qui in
æternum cõſeruabuntur vt terram viuentiũ
inhabitent) præmiatio: & iniuſtorum (quorũ
etiã ſemẽ peribit) proficiſcatur punitio? quæ
ſtioni huiuſmodi ſatisfaciens ait: quia dñs a-
mat iudicium. Nempe iudicium illud verũ
& rectum eſt: quo nullum malum impunitũ,
& nullum erit bonum irremuneratum. Quã-
obrem ſubiungit:
*Iniuſti puniẽtur: et ſemẽ impiorũ peribit.* 30.
Punientur quidem æterna dãnatione: & il-
lorũ imitatores, qui & ſemen nuncupãtur, ve
lut infructuoſi & inutiles imò obnocui &
pernitioſi, peribunt à cœtu fidelium. at con
tra, de iuſtis ait:
*Iuſti aũt hæreditabunt terrã: et inhabita* 31.
*bunt in ſeculum ſeculi, ſuper eam.*
Iuſti, adoptione filij Dei ſunt: & cohære-
des Chri. Iure ergo hæreditario, hoc eſt diui
no pacto, vbi iã ſunt in gratia recepti, & in ea
dẽ fœliciter decedẽres: hæreditatẽ capiẽt ſa
lutis æternæ, eternũ eẽ duraturam. Sequitur.
*Os iuſti meditabitur ſapiẽtiam: et lingua* 32.
*eius loquetur iudicium.*
Sapiẽtia (vt proceribus diffinire placuit)
eſt diuinarum & humanarum rerum cogni-
tio. os igitur iuſti, hoc eſt intellectus & inte
rioris hominis cogitatio, ſapientiam medita
tur: dum contemplationis dulcedine, ea quę
expectat æterna rimatur, & quã ab humanis
diſtẽt, rectæ diſcuſsionis examine penſat: vt
lingua eius iudiciũ rectũ verũq; proferat au
dienti. nec enim examen improbum eſſe po-
terit: vbi per legẽ Dei, cordis trutina fuerit
caſtigata: nec vlla cupiditate tractus affectus
illius fuerit ſupplãtatus. & hoc eſt quod ait:
*Lex Dei in corde ipſius: et non ſupplan-* 33.
*tabuntur greſſus eius.*
Audiſti trãquillũ & quietũ animũ iuſti ſa
pientiã meditantẽ: audi nunc aliã cæcam &
inuidã peccatoris contẽplationẽ, & rabidos
(quos patitur motus) intus tumultuantes.
*Conſiderat peccator iuſtum, & quærit* 34.
*mortificare eum.*
Quippe qui cõſiderat, quã diſsimilis ſit vi-
ta eius: qui ſibi ſimilis cõditus eſt natura. nec
tamẽ aduertit, quã ſit ipſe Deo exculpa diſsi
milis factus: qui ad eius imaginem & ſimili-
tudinem fuit eẽ ipſe creatus. cõſiderat ꝙ is
ſit magni habitus apud Deũ: quẽ ipſe aliquã
do habuerit in deriſum, & in ſimilitudinẽ im Sap. 5. a.
properij, & vitã illius eſtimabat inſaniam, &
finem ſine honore. cuius rei concepto dolo
re: hanc parit iniquitatem, vt quærat (ſi datũ
ſit) mortificare eum interficereque.
*Dominus autem non derelinquet eum in* 35.
*manibus ſuis: nec damnabit eum, quum*
*iudicabitur illi.*

Hoc ita apertum eſt : vt ſi expoſitionem
adhibeas: ſuperuacaneū ſit. ſed quorſū hæc
oĩa? quò tendūt (rogo) tot inter iuſtū & pec
catoré, toties adnumerata & repetita diſcri
mina: nō aliò prorſus, quã ꝙ tibi (ad culmū
vſq;) ſit quod ꝓpoſui perſuaſum: noli emula
ri in malignantibus. & iterū: noli emulari in
eo qui ꝓſperat̃ in via ſua: ſed meis acquieſce
cõſilijs. ſpera in Deo & fac bonitatem: inha-
bita terram, & paſceris in diuitijs eius. quod
etiam nunc repetens dico:

36. *Expecta dñm, et cuſtodi viã eius, et exal*
*tabit te, vt hæreditate capias terram: cū*
*perierint peccatores, videbis.*

Expecta & ſuſtine, nō turberis, nō frãgaris;
quū malos videris ꝓſperari. deſine ab ira &
derelinque furoré: noli emulari vt maligne-
ris. quin potius cuſtodi viã dñi. viã (inquã)
mandatorū ſerua, ne recedas ab ea, & exalta-
bit te: quum repromiſsioné acceperis hære-
ditatis æternæ. & tunc quū perierint pecca-
Eſa. 50.a. tores videbis: quod nunc credis & ſperas. vi
debis quidem & afflues: & mirabitur & dila
tabitur cor tuum. Sequitur.

37. *Vidi impium ſuperexaltatum & eleua*
*tum: ſicut cedros libani.*

Talis ſub typo arboris, nō virtutū ſed ſuper
biæ (apud Danielem) illius Babilonici regis
Daniel. b. depingitur magnitudo. videbã (inquit) & ec
ce arbor in medio terræ, & altitudo eius ni-
mia, magna arbor & fortis, & ꝓceritas eius
cõtingés cælū &c. At ſomniatæ exaltationis
finis qualis fuerit attende. & ecce (ait) vigil
& ſanctus de cælo deſcendit, & clamauit for
titer, & ſic ait: ſuccidite arborem, & præcidi
te ramos eius &c. Ea quippe eſt, ſeu apparet
potius in pij hōis fallax exaltatio. ſed audi
quod ſequitur.

38. *Et tranſiui, & ecce nō erat: quæſiui eū,*
*& nō eſt inuentus locus eius.*

Nimirum fœlix eſt tranſitus, cui nulla va
nitatis obſtitit retardatio. profectò iuſti iã
exaltati, & malorum finem videntis verba
ſunt. quamobrem noſtrum quemlibet iterū
propheta commonet dicens:

39. *Cuſtodi innocentiam, et vide æquitatem:*
*quoniã ſunt reliquiæ homini pacifico.*

Hoc (niſi fallor) idẽ ſonat, ꝙ declina à ma-
lo per innocẽtiã, & fac bonum, quæ æquitas
eſt. hæc vtiq; & interius & exterius pacificū
hominẽ reddunt, dum nulli nocet, & ſeſe omnibus beneficū præſtat, cui & æterna bona
iam ſibi repoſita, reliquiæ ſunt. ſic enim apo-
2. Thi. 4.b ſtol⁹ cõſummato curſu: reliquã ſibi ait, repo
ſitamq; coronam, quã reddet illi Deus in illa
die iuſtus iudex. Reliquiæ profectò huic ho
mini erūt: pax perpetua, quæ exuperat oẽm
ſenſum, gaudiū plenū & ineffabile, atq; id ge
nus aliæ, in ſtatu illo fœlici oiūm bonorū ag
gregatione pfecto. at cõtra, de reꝓbis ſubdit:

40. *Iniuſti aūt diſperibūt: ſimul reliquiæ im*
*piorum interibuut.*

Sanè temporalia (quæ merces & reliquiæ
impiorū ſunt) igne cõflagrationis interibūt.
Sequitur concluſio pſalmi.

41. *Salus aūt iuſtorum à dño: & protector*
*eorum in tempore tribulationis.*

Mirum, quot verbis rem eandem inculcat:
quo eam magis memoriæ mandet. ſalus (in-
quit) iuſtorum à dño eſt. nō quidem ab alijs
Pſ.145.a.b. principibus filijs hominū, in quibus nō eſt ſa
lus: ſed à dño qui protector eorū eſt in tẽpo
re tribulationis, quod vel iudicij dies, vel
huius ſeculi vita nuncupatur. Sequit̃

42. *Et adiuuabit eos dñs, & liberabit eos: et*
*eruet eos à peccatoribus, et ſaluabit eos,*
*quia ſperauerunt in eo.*

Adiuuabit, liberabit, eruetq; eos à demo-
nijs prauiſque hominibus ipſos infeſtãtibus;
& ſaluabit eos, quia ex meritis & gratia ſal-
uari ſperauerunt in eo, cui ſit honor & gra-
tia in ſeculorum ſecula amen.

EPITOME SEV EPILOGVS. PSAL. 36.

*NOli emulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem. quoniam tanquam fœ*
*num velociter areſcent, & quemadmodum olera herbarum citò decident. ſpera in Deo, at-*
*que benè operare, & ſic habitabis terram uiuentium, & paſceris in diuitijs eius. delectare*
*in dño, cõtemplans et orans. hæ quidem delitiæ tuæ ſint: ut diuitijs affluas ſempiternis. da-*
*bit enim tibi dñs petitiones cordis tui, & educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuū tanquam*
*meridiem. nimirū educet ex fide (quæ hic per dilectionẽ operatur) quaſi ex ſilice lumen: quū tibi red-*
*det ꝓ huius uiæ enigmatica cognitione, intuitionẽ illã æternã perinde ac beatificã, meridiana luce cla-*
*riorẽ. tu interim ſubditus eſto dño, & ora eū. noli et̃ emulari in eo qui proſperatur in uia ſua, nec inui*
*deas operãti iniuſtẽ. ecce huiuſmodi emulationẽ, nō immeritò licet appellare furorẽ. quoniã qui malig*
*nitur, exterminabunt̃, uti exteri et inimici: ſuſtinẽtes aūt dñm (ut cohæredes Chri) ipſi hæreditabūt ter*
*rã illã supernã, diuino lacte & melle fluentẽ. nec mora. adhuc puſillū, & nō erit peccator: quæres locū*
*eius, ſedẽ ac dignitatẽ, & nō inuenies. at lõge aliter ſe habebunt iuſti atq; mites: qui hoc emulationis fu*
*rore caruerunt. porro terrã illã inhabitabunt, uiuentquè annos æternos in amœnitate pacis: quia pacẽ*
*habuerunt cū Deo, ipſi obtemperando, cum proximis concordiam procurando: in ſeipſis aūt, improbos*
*illi*



*illicitosq; motus refrenando atque ſedando. obſeruabit peccator iuſtum: & ſtridebit ſuper eum denti-*
*bus ſuis, eò ꝙ ſibi contrarium atque iniurium putet: quia moribus nimium diſtet ab illo. dominus autem*
Luc.11.f. *irridebit eum; quoniam proſpicit, ꝙ ueniet dies eius, quando illi ſtridor dentium erit in cruciatu, apud*
*inferos. gladium etiam euaginauerunt peccatores contra iuſtos, apertè nocentes illis: & intenderunt*
*arcum occultè inſidiantes, ſi qua uia poſsint occidere inſontem. at ſtatuit Deus, & ſic erit: ꝙ gladius eo*
*rum intret in corda ipſorum, & maledictio retorqueatur in eos, atque arcus eorum confringatur: ſub-*
*blata poteſtate nocendi. quid hinc infers ergo? id profectò, ne emuleris illi qui proſperatur, cum tamẽ*
*iniuſte agat: quia melius eſt modicum iuſto: ſuper diuitias peccatorum multas, quibus ipſa ſalus non eſt*
Eccle. 13.d *duratura. ſcriptum eſt enim: bona eſt ſubſtantia: cui non eſt peccatum in conſcientia. & rurſus: melius*
Pro.15.b. *eſt parum cum timore dñi: quã theſauri magni & inſatiabiles. quoniam brachia peccatorum conteren*
*tur: confirmat autem iuſtos dñs, ut poſsint reſiſtere in tẽpore malo. Non itidem illis diuturna uita: qui-*
*bus mors erit æterna. at nouit dñs dies immaculatorum, qui pleni erunt, non innutiles & uacui: & hæ*
*reditas eorum in æternum erit. non confundetur in iudicij die, nec fame ac deſiderio (quo tenebantur*
*inuiſendi Deum) fruſtrabuntur: quinimò dñs hos eſurientes implebit bonis æternis: & diuites dimittet*
*inanes. Exaltabuntur quidem iuſti, nec obtentas dignitates amittent: inimici uerò domini, mox quaſi* A
*fumus deficient. mutuabitur peccator, & non ſoluet. non utiq; dño bona refert, quæ ab eo mutuo noſci*
*tur accepiſſe: iuſtus autem miſeretur & retribuet, omniaq; illi etiam cum pio fœnore reddet. & ob hoc*
*benedicentes ipſi ac benedicti, poſsidebūt regnum: & blaſphemi ac per hoc maledicti, diſcedentes, æter*
*no igne peribunt. eſt enim dñs iuſti hominis cuſtos, cuius greſſus dirigit, & uiam parat ne cadat. ꝙ ſi*
*cadere contingat: non collidetur, quia dñs ſupponit manum, ut quantotius erigatur. hoc denique ſcias,*
*ꝙ iunior fui & iam ſenui: attamen toto meæ uitæ decurſu, non uidi iuſtum derelictum aut (quod imi-*
*tatione ſemen eius eſt) fameſcens: ſed doctrinæ panibus abundans, ne in huius uiæ peregrinatione defi-*
*ciat. tu igitur qui hæc audis: declina à malo, & fac bonum, ut uitam conſequaris æternam. audi dominū*
Eſa. 1. c. *apud Eſaiam dicẽtem: quieſcite agere peruerſe: diſcite benefacere: quærite iudicium &c. quia dominus*
*amat iudicium rectum qui fouet ſanctos, & punit iniquos: atque iuſtus diliget illud. nẽpe meditabitur,*
*& ore interiore cordis iuſtitiam ruminabit, atq; lingua eius loquetur iudicium. & quia lex Dei eius*
*in corde ipſius eſt: nō ſupplãtabuntur greſſus eius, ut contraueniat ipſi. Pugnet quantūlibet peccator,*
*totoq; conatu quærat mortificare & interficere iuſtum: id non efficiet, cum habeat dñm protectorẽ.*
*ideo tu non frangaris aduerſis, ſed expecta dñm, & cuſtodi uiam eius, ut hæreditate capias terram. nã*
*cum perierint peccatores: tunc uidebis, quod nunc audis, credis, & futurum ſperas. mihi experto fidẽ*
*adhibe, qui uidi impium ſuperexaltatum & eleuatum ſicut cedros libani, & tranſiui, & ecce non erat*
*&c. uidi (inquam) ſtultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius ſtatim &c. ut Eliphas Thema*
Iob. 5. a. *nites apud Iob ait. tu ergo tranſi & pertranſi, atq; omnia caduca & tranſitoria tranſiliens reſpue. cu*
Phil. 4.b. *ſtodi innocẽtiam, & uide æquitatẽ. hæ utiq; reliquiæ ſunt homini quærenti pacẽ illã, quæ exuperat om*
*nem ſenſum: reliqua uerò temporalia, ſimul cum impijs interibunt. uera etenim ſalus à dño, non proue*
*nit aliunde. ipſe quidem eſt, qui ſuos proteget, adiuuabit, liberabit, eruet à peccatoribus, et ſaluabit eos,*
*quia ſperauerunt in eo. dixi, et audito malorū interitu, contremiſco. quamobrem, non in furore aut ira,*
*ſed in leni miſericordia argui, corripiquè depoſco.*

PALM. XXXVII.

*DOmine, ne in furore tuo arguas*
*me: neq; in ira tua corripias me.*

Cuius titulus eſt: pſal. Dauid in rememora
tione ſabbati. quamuis hoc vltimū inſcriptio
nis verbū, nonnulli nō reperiri aſtruãt in he
breo; hoc aūt non ſit nobis curæ. ſabbatū re-
quiem ſonat. Creauit Deus hominẽ ſexto &
Gen. 2. a. poſtremo creationis die: & requieuit die ſep.
timo, ab vniuerſo opere quod patrarat. Re-
quieuit et̃ homo in amœna illa delitiarū pa-
radiſo, vbi ipſe in iuſtitia originali Deo, &
reliqua oĩa inferiora hōi ſubdebãt̃; nec rebel
lio interior aderat, aūt exterior vlla, quę quie
ti hoĩs & paci nouercaret̃. Sabbatū enim e-
rat: quouſq; inuidus ille Sathã ſerpẽtino ſibi
lo, indixit homini bellū. tunc aduenere labo
res & erūnæ, nec vlla prorſus homini requie
tionis dies: cuius vita militia eſt ſuper terrã. Iob. 7. a.
huius igitur primi ſabbati ingemiſcẽs nunc
meminit pſaltes: & quas lapſus ex culpa inci
derit pœnas deflet, pœnitentiã ꝓteſtatur, &
adiuuantẽ dñm interpellat, quo tandẽ ſabba
tū illud naſciſcatur fœlicitatis æternæ. qui ſu
per flumina Babilonis nūc ſedẽs: in rememo
ratione illius deperditi ſabbati, gemẽs ait:
Dñe ne in furore tuo arguas me &c. iã ante
pſal. 6. in ſimilẽ eruperat vocẽ, quã et̃ Hiere
mias ille lamentator optimus vſurpat dicẽs: Hier. 10. g.
corripe me dñe, verūtamẽ in iudicio & nō in
furore tuo, ne fortè ad nihilū redigas me: ſeq.

*Quoniã ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi: &* 2.
*cõfirmaſti ſuper me manum tuam.*

Per ſagittas dñi: verba illius quæ corda trãſ-
figūt, & diuinę animaduerſionis pœnas homi
ni

ni ꝓpter peccatū inflictas intellige.porro ho
mini olim memini dixiſſe deū:maledicta ter
rā in opere tuo. in laboribus comedes ex ea
cūctis dieb⁹ vitæ tuæ. in ſudore vultus tui:
veſceris pane tuo.& iterum:puluis es, & in
puluerem reuerteris:atque id genus alia ver
bo dixit,& facto emiſit eum Deus de paradi
ſo voluptatis: vt operaretur terram de qua
ſumptus eſt. eiecitque Adam &c. vides ne,
quas peccāti homini ſagittas infixerit Deus?
quantum etiam potentiæ ſuæ manum confir
mauerit ſuper eum?Audi nūc alium imò eun
dem pœnitenti homini ſenſum accomodatū.
A ſcripturæ ſacræ verba ſagittæ ſunt, creden-
tium corda penetrantes:quæ dum animis in-
figuntur, timorem incutiunt, dolorem pari
ter & amorem:obedientiam & humilitatem
operantur,ſimul atque conuerſionem.An nō
Luc.3.b. tibi ſagittæ videntur comminationes illæ:
iam ſecuris ad radicē arboris poſita eſt. om
Luc.13.a. nis ergo arbor nō faciēs fructū bonū:excide
tur & in ignem mittetur? & iterum:ſi pœni-
tentiam non habueritis,omnes ſimiliter peri
bitis: aliaquè conſimilia huius farinæ verba?
ſagittę etiam ſunt, aduerſa quæq; à domino
Iob.6.a. ꝓpter peccatū immiſſa.quorū ictu percuſſus
patiētiſſimus Iob dicebat: verba mea dolo-
Iob.30.b. re ſunt plena,quia ſagittę dñi in me ſunt:qua
rū indignatio ebibit ſpiritū meum. & rurſus:
pharetrā ſuā aperuit, & afflixit me. quod ip
ſe exponens ait:ad dexterā oriētis,calamita
tes meæ illico ſurrexerūt. cauſam igitur aſsi
gnans,cur non in furore argui:neq; in ira cor
ripi petat,ſubiungit: quoniā ſagittæ tuæ infi
xæ ſunt mihi &c. Adeo quidem infixæ ſunt:
vt eſuries & ſitis, ſudor labor & mors ipſa,
atque cætera quæ aduentitia fuerunt,& pro
pter culpam inflicta: ſic iam cohæreāt huma
næ naturæ,vt naturalia ac ferè innata videā-
tur.ſic etiam cōfirmata eſt potentiæ tuæ ma
nus,qua hæc omnia ſuper hominem induxi-
ſti, vt ea minimè fugere queam, quæ
tu manus tuæ pondere & depreſſiſti &
cōfirmaſti.Corripe me ergo dñe:ſed dū cor-
ripis recordare ꝙ ſagittę tuę infixę ſunt mi
hi,& confirmaſti ſuper me manum tuam.Ne
quem olim corripueras in natura:in ira cor-
ripias denuò vel furore. Corripe,ſed in miſe
ricordia & miſerationibus.Dixi figmenti no
ſtri ex peccato cōmiſſo naturam. nunc alia
recenſere libet, quæ abyſſum miſericordiæ
tuæ moueant: ne me in furore arguas,corri-
piaſvè in ira.ecce peccati cognitio,& timor
ac tremor hinc pullulās, dolorque inſurgēs:
deinde amor & cętera, quibus mei excitanē
affectus:hęc à te omnia ſunt immiſſa, & ve-
lut ſagittę cordi meo atq; animo ſunt infixa,
confirmataq; eſt deniq; ſuper me miſericor
dia tua,qua me ſecundū propſitum & voca-
ſti & attraxiſti.non eſt ergo ꝙ me arguas in
furore,quem pio timoris atque amoris iacu
lo ad te venire ſentias vulneratum.quin mi-
hi cōpatiaris potius vt ſoles:nā vndique ma-
la premunt.tres quidem in me pugnāt acies:
prima,iræ tuæ quā irritaui.ſecunda,peccato
rū, quibus irā merui.tertia,inſipientiæ meæ
qua nō ſemel recidi in ea quę ante cōmiſi.Seq
*Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ* 3.
*tuæ:non eſt pax oſsibus meis,à facie pec-*
*catorum meorum.*

Proh dolor?quot nobis contulit mala ira
tus dñs primorum parentum tranſgreſsione?
Non eſt (inquit) ſanitas in carne mea: imò
(quod de ſenibus ait quidā)ipſa ſua ſalus egri
tudo eſt.At verò oſsibus, quæ animę vires
ſunt,nulla pax eſt à facie peccatorū meorū.
diſsident enim inter ſe potentię animæ for-
tiores: & timor mali futuri, ac dolor mali
præſentis,pacem perturbant. Sequit̄.
*Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ* 4.
*ſunt caput meum: & ſicut onus graue,*
*grauatæ ſunt ſuper me.*

Sub graui ſarcina gemit.nempe iniquitas,
quandoq; grauem dicit culpam, quandoque
debitam culpæ pœnam:vt eſt illud Eſaiæ de Eſa.53.
Chriſto dicentis: & poſuit dñs in eo ini-
quitatē omniū noſtrū. triplex eſt etiā caput:
Chr̄s ſcilicet,cuius membra ſumus:& protho
plaſtes, à quo originem ducimus:atq; mens
noſtra quæ totius cōpoſiti potior pars eſt.
ſit ergo ſenſus: Quoniā iniquitates meæ, id
eſt peccati pœna, dolores atque langores,
omneſque pœnalitates ſupergreſſæ ſunt ca-
put meū: quandoquidē aſcenderūt ſuper ca
put meum Chr̄m: Nā verè langores noſtros
ipſe tulit,& dolores noſtros ipſe portauit.ſu
pergreſſę ſunt et̄ caput meū iniquitates meæ
ꝓpriæ & perſonales, quæ adeò graues ſunt,
vt primi hominis peccatū excellere,vincere
ac ſuperare videantur.vel rurſus tertio:Mē-
tē meā propriæ iniquitates ſupergreſſæ ſunt
euſque,vt ipſam in puteum interitus trahāt,
& ſicut onus graue grauatæ ſunt ſuper me.
Cui pōderi,niſi tu adiuueris, ſuccūbam.heu
heu dñe: quum has tres facies,iræ tuæ ſcili-
cet,peccatorū meorū, & inſipientiæ meæ,ip
ſe mecum habitans,veluti quadam vtili inda
gatione ob mentis oculos pono:vel hac ſo-
lum imagine rerum deterritus contremiſco.
ita ꝙ infirmatur caro,confringuntur oſſa,&
cicatrices meæ putreſcunt ac pene totus ip-
ſe cōfundor.Quid ſi illam iram tuam vide-
rem, qualē fide noui futuram? de qua alibi: pſ.89.
Quis



Quis nouit poteſtatem iræ tuæ:& præ timo
re tuo iram tuam dinumerare?Quid et̄ ſi fœ
da,quæ in te cōmiſi peccata, coram me præ
ſentia conſpicerem? qui Paulum audio om-
Rom.6.d nium auribus intonantem: Quem ergo fru-
ctum habuiſtis in illis de quibus nō erubeſci
tis?nam finis illorum mors eſt. quid deniq;
ſi propriā pluſquam brutalem inſipientiam
qua recidi incautus: nunc manibus(vt aiūt)
attrectarē?quando ſola ſpecies & imago,ip-
ſaquè recordatio,quæ facies iræ eſt,peccato
rum & inſipientię meæ,ita meipſum contur
bat,vt in hæc verba prorumpam: Dñe ne in
furore tuo &c. quaſi hoc fuerit ſatis,ꝙ ſagit
tæ infixæ ſint mihi:nec ſit ſanitas à faciæ irę
tuæ,& cæteris quæ ſecuntur faciebus.
5. *Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices*
*meæ: à facie inſipientiæ meæ.*

Plaga fuit primi hominis peccatum:quæ
baptiſmi admoto ſacramento ſanata eſt,cica
trice ipſa manēte,quæ peccati fomes vel lex
membrorum nūcupatur. at homine in pec-
catū recidente:putruerunt & corruptæ ſunt
cicatrices:itaq; meritò ſuperueniētes iniqui
tates ſupergreſſæ ſint caput. quod quidem
hominis peccantis inſipientiæ adſcribendū
eſt. quippe qui peccati malum iam nouerat:
nec tamen viribus & gratia in baptiſmo re-
ceptis peccato reſtitit: ſed ſpōte acquieuit,
reciditq; inſipiēter:ac ſi regeneratio illa bap
tiſmalis,boni ac virtutis nihil contulerit illi.
Ezech.16.a vnde merito poſſet illi opprobrio dari:quod
& Ieruſalē apud Ezechielē. Quando nata es
(inquit)in die ortus tui nō eſt præciſus vm-
bilicus tuus, & aqua nō es lota in ſalutē,nec
ſale ſalita,nec inuoluta pānis. proh inſipiētē
hominē,qui tot bonis vti neſciuit, in baptiſ-
mo ſibi collatis.Sequitur.
6. *Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſ-*
*que in finem: tota die contriſtatus ingre-*
*diebar.*

Imò ideo miſer,quia vſque in finē curua-
tus. Nimirum finis vltimus rōnalis naturæ,
Deus eſt. nēpe homo rectus, & corpore &
anima erectus,vt in ſuum tenderet finē crea
tus eſt. ſed peccatis onuſtus,curuat̄: vti mu-
1.Thi.3.b. lierculæ, quas appellat apoſtolus oneratas
peccatis,quæ ducuntur varijs deſiderijs. Cū
igitur temporalia,quę media ſunt,vel aliud
quicquā quod De⁹ nō eſt, ſtatuit ſibi in finē,
curuatur homo, & à rectitudine cadit,fitq;
miſer:illi ſeipſum ſubdens atq; inſeruiens,cu
ius finis ipſe eſt.Quandoquidē omnia à Deo
vt inſeruiant homini facta ſunt,et ita curuus
ac miſer effectus, vt qui oculos ſuos ſtatuit
declinare in terram:tota die in alteram alte-
ramquè miſeriam ingreditur,& contriſtatus
ingreditur. quomodo non contriſtatus: qui
verum illum erumnarum(quas patitur)nuſ-
quā ſibi proponit finem aut ſabbatum quo re
quieſcat?ſed nunc has nunc illas inuicem ſuc
cedentes miſer ingreditur:nec vlla eſt illi de
egreſſu vſque ad vitæ finem conſideratio.
Sequitur.
*Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſio* 7.
*nibus: & nō eſt ſanitas in carne mea.*

Propter primi hominis peccatū infecta ca
ro(vt diximus) mānſit infirma.pręcipue tamē
in propagationis humanæ radice,qui lumbi
ſunt.ex quibus crebre & importunè ſcaturiūt
titillationes ebuliuntq; improbi motus, qui
prurientes, animā infeſtāt: ita vt nec rei vni
illam ex toto vacare permittāt:ſed in varias
cogitationes ſcindāt,irritēt,auocētquè,igno
minioſe illudentes ei.Cui etiā tāta eſt ex cor
poris infirmitate fragilitas: ꝙ hoc muſcarū
genus abigere nequit. hoc igitur dolet,hoc
gemit,& pudet,quum ſabbati ante peccatum
recordatur,illamquè recolit pacem:& nunc
pluſquam ciuile domeſticum imò inteſtinū
experitur bellum.pudet(inquam)dū ſui cor-
poris lumbos, & contigua illis ignobiliora
membra(quæ ab hoc animæ pudore puden-
da dicta ſunt)tam procaci tumultu ſibi rebel
lātia ſentit:vt rebellionis ſuę in Deum (qua
id eſt promerita malum) ſit memor: & hæc
triſtitiæ cauſa. benè ergo ait:tota die contri
ſtatus ingrediebar: quoniam lumbi mei im-
pleti ſunt illuſionibus, atque interaneo ac fœ
do ardore.In quo vel maximè proditur lęſio
infectioquè humanæ naturæ. niſi lumborū
nomine, aut patres generantes, aut proge-
nitos filios ex eorum lumbis intelligere ve-
lis: qui omnes peccatori illudunt homini &
aduerſantur,ſicut amici & proximi, de qui-
bus inferius.Sequit̄.
*Afflictus ſum, & humiliatus ſum ni-* 8.
*mis: rugiebam à gemitu cordis mei.*

Interiorem dixi afflictionem: nunc exte
riorem audi. Qui factus ſum creaturarum
præſes (ait pœnitens) dicente Deo: reple- Gen.1.d.
te terram & ſubijcite eam, & dominamini
piſcibus maris, & volatilibus cæli, & vni-
uerſis animantibus quæ mouentur ſuper
terram: iam pulicem aut culicem me
infeſtantem atque torquentem ſentio.
Quid amplius expectas? Afflictus ſum
&

& humiliatus ſum nimis. eſt ne quod afli
ctioni & humiliationi addas ? en corpore
& animo afflictus & humiliatꝰ ſum. vnde ge
mino dolore tactus:gemebā corde,& corpo
re rugiebā. Id quidē vere pœnitenti eſt. ſic
Eſa.59.c. enim peccatores compuncti apud Eſaiam di
xerunt:Rugiemus quaſi vrſi omnes:& quaſi
columbæ meditantes gememus. ecce is ve-
hemente premitur angore, qui gemens ani-
mo,in rugitum vocis erumpit.ſic etiam apo
ſtolū nouimus rugiētem:infœlix ego homo
Rom.7.d. (inquit)quis me liberabit de corpore mor-
Pſ.54.v.6. tis huius?& iſdem pſaltes:quis mihi dabit pē
nas ſicut columbæ,& volabo & requieſcam?
Her.9.2. & Hieremias: quis dabit capiti meo aquam,
& oculis meis fontem lachrimarū &c? Nec
ſecus etiam nunc pœnitens rugit dicens:
9. *Domine ante te omne deſiderium meum:*
*& gemitus meus à te nō eſt abſcōditus.*
Ante te deſiderium meum eſt.qui me de-
Pſ.9.v.41. ſiderare feciſti, quiquè deſiderium pauperū
exaudire conſueuiſti. Ante te quidem poſi-
tum, inhiat te,non quidquā poſt te,quod
non ſit ad te. Nam quid oremus(ſicut opor-
Rom.8.c. tet)neſcimus ait Paulus,ſed ipſe ſpiritus po-
ſtulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus.
Sit igitur deſiderium meum, hoc eſt feruens
affectio & ex interno dolore gemitus meus
coram te , & erit ſatis.qui autem ſcrutatur
corda ſcit(ſubinfert iſdem Paulus)quid deſi
deret ſpūs, imò quid me deſiderare faciat.
10. *Cor meum conturbatum eſt in me, dere-*
*liquit me virtus mea : & lumen oculo-*
*rum meorum,& ipſum non eſt mecum.*
Rugitus quo rugiebam , talis ac tantus
erat:ꝙ non ſolum aliorum hominum, verū
etiam cor proprium conturbatum eſt in
Pſ.68.v.4. me. laboraui clamans,raucæ factæ ſunt fau-
ces meæ : & deſiderium meum rugitu diru-
pit nubes,& nihil obſtitit ſibi:aſcendit enim
& ecce coram te eſt. Dicam nunc vel innuā
ſignis, mutibusvè prodam eas quas ex caſu
patior calamitates. conturbatum eſt in pri-
mis cor meum, cum te rogantem audirem:
Adam vbi es ? tūc dereliquit me virtus mea:
quia naturalis in deliquio fuit, & deperdita
gratuita virtus: & quia lumen illud oculo-
rum meorum quo tunc pollebam(medium
quidē inter fidei quæ nūc eſt,& beatificæ vi
ſionis lumē)iam non erat mecum:abſcondi-
me,quaſi te(cui omnia patent) latere poſſet
quidquam: & qui ad vmbrā fugi, ſub vmbra
enigmaticæ cognitionis dego:qui tametſi te
non videā,tibi tamen cognitus ſum qui om
nia vides:& gemitus meus à te nō eſt abſcō-
ditus. Et hęc de interiore afflictione.De ex
teriore autem ſequit̃.
*Amici mei & proximi mei:aduersū me*
*appropinquauerunt,& ſteterunt.*
Ad literam ſenſus eſt : inualuerat vſque
vlcerū & plagarum per inde ac præcordio
rum meorum fœtor ꝙ amici & proximi
ad me accedere renuebant. ſiue angeli,quo-
rum ante caſum, conſortio delectabar:amici
quidem gratia,proximi ratiocinatione & in
tellectu:ſiue homines poſt lapſum,pacis fœ
dere & natura cōiuncti:ij omnes aduerſum
me appropinquauerūt & ſteterunt. imò ni-
hil eſt quod peccatori nō aduerſetur, vti na
turæ bonæ corruptori.ſubiungit ergo:
12. *Et qui iuxta me erāt de longe ſteterunt:et*
*vim faciebāt qui quærebāt animā meā.*
Meritò conqueritur,ꝙ receſſerint neceſ-
ſarij, qui debuerant adiuuare:ꝙque demo-
nes inuidentes,triplici tentationum genere
Pſ.90.v.6. inuaſerint animā illius,quærentes vt perdāt.
tentātes aperta & meridiana,molli et̃ & blā
da , ſed vana adulationis aura volante,atq;
ſubdola & occulta machinatione in tenebris
ambulāte.de quibus omnibus meminit alibi
pſaltes dicens:non timebis à timore noctur-
no,à ſagitta volāte in die, à negocio peram-
bulāte in tenebris,ab incurſu & demonio me
ridiano. vim igitur diabolus faciebat, nō co
gens hominem ad peccandū,ſed iā lapſum ne
à peccato reſiliret,tanto tēpore detinens alli
gatū. nimirum hoc,aperto marte atq; meri-
diano incurſu:vſq; ad Chr̃i aduentum,diabo
lum feciſſe nouimus , qui locutus eſt et̃ va-
nitates,quū hominē ſagitta volāte percuſsit
Gen.3.b. dicens : aperientur oculi veſtri, & eritis ſi
cut dij,ſcientes bonum & malum. dolos aūt
ex tunc tota die meditatur.quamobrem ait:
13 *Et qui inquirebāt mala mihi,loquuti ſunt*
*vanitates et dolos tota die meditabātur.*
Semper diabolus & membra eius,vti men
daces vana loquuntur, & vanitates ſuadere
conātur,dolos etiā parant homini iuſto:nec
enim aliud omni tēpore meditantur,quā vt
doctrina ſua fallaci , à via veritatis illum fa-
ciant declinare.Sequit̃.
14. *Ego autem tanquam ſurdus non audie-*
*bam:& ſicut mutus nō aperiens os ſuū.*
Quòd ſi hoc in bonū accipias,vt ſit ſenſus:
probris & cōuicijs in me ab inimicis illatis,
me ſurdum & mutū exibui , nec etiā verbis
ſuaſorijs falſæ doctrinæ reſpondi, quo illis
eiuſmodi vana loquendi,anſam amputarem.
non vtique is ſenſus abhorret à vero. At con
tra, nouit optimè vnde hæc prouenerint
mala, quòd tanquam ſurdus Deum ſuum nō
audi


Gen.4.c. audierit præcipientem: ex omni ligno para-
diſi comede,de ligno autem ſcientię boni &
mali ne comedas. in quacūque enim die co
mederis ex eo, morte morieris. quin Satha
nam audierit potius mentientem, fueritque
ſicut mutus erga diabolū decipientem.quā-
obrem ait:
15. *Et factus ſum ſicut homo non audiens:*
*& nō habens in ore ſuo redargutiones:*
Non audiens (inquam) præcepta Dei &
nō habens in ore ſuo redargutiones , quibus
prauum dogma refellerem tentatoris. atqui
aliter nos verbo ſuo & exemplo magiſter ip
ſe veritatis inſtituit Chr̃s. qui tentatorem
Mat.4.a. dicentem : dic vt lapides iſti panes fiant:
Deut.8.a. hoc verbo redarguit:ſcriptum eſt:nō in ſolo
pane viuit homo , ſed in omni verbo quod
Deut.6.c. procedit de ore Dei.& iterum:non tentabis
dñm Deum tuū.poſtremoq; illum à ſe pro-
iecit dicēs:vade Sathana, ſcriptum eſt enim:
dñm Deū tuū adorabis , & illi ſoli ſeruies.
Thi.5.d. ſic apoſtolus dilecto ſuo Thimotheo ait:pec
cantes coram omnibus argue:vt & cæteri ti
Tit.2.d. morem habeant. alterique diſcipulo Tito:
hæc loquere & exortare & argue cum om-
ni imperio,nemo te cōtemnat. atq; ad Ephe
Eph.5.c. ſios ſcribēs:nolite (inquit)cōmunicare ope-
ribus infructuoſis tenebrarum,magis autem
redarguite.Sequit̃.
16. *Quoniam in te dñe ſperaui:tu exaudies*
*me, domine Deus meus.*
Sufficiens cauſa exauditionis eſt: fiducia
Hier.39.d. in dño.qui per Hieremiā ait : erit tibi anima
tua in ſalutem:quia in me habuiſti fiduciam.
quid autem orauerit ſubdit:
17. *Quia dixi nequando, ſupergaudeant mi*
*hi inimici mei:& dum cōmouentur pe-*
*des mei,ſuper me magna loquuti ſunt.*
Oraui , ne affectus mei(qui pedes animæ
ſunt) caderent à propoſito bono cōmoti:&
de caſu meo iterum inimici glorientur atq;
lætentur,illisq; fabula fiam.ſic et̃ alibi iſdem
pſ.12.ve.5 pſaltes ait:ne quando dicat inimicus meus,
præualui aduersùs eū. qui tribulāt me , exul
tabunt ſi motus fuero.Sequit̃.
18. *Quoniam ego in flagella paratus ſum:&*
*dolor meus in conſpectu meo ſemper.*
Tres veræ pœnitentiæ partes enumerat,
quas hic pœnitens (ſaltem in voto) ſe habe-
re dicit. ſatisfactionem ſcilicet , contritio-
nem,& confeſsionem,cum præuio examine
& ſcrutinio delictorum. dicat ergo: quoniā
ego in flagella paratus ſum. flagella quidem
inuoluntaria enumeraui hactenus.Nunc au-
tem de peccato dolens, & illud ore depro-
mens:ad quæuis alia (vt ſatisfaciam) volun-
tarie ſubeunda , me ipſum ex animo para-
tum exhibeo.hoc enim vltimum erit execu-
tione : ſed conſideratione & præparatione,
primum. Nempe is cupit recipi in filium,&
ad hæreditatem vt cohęres Chriſti vocari.&
qui ſcit , primū flagellari à domino omnem Hebr.12.a.
filium quem recipit: ſeſe ante omnia , in fla-
gella paratū offert.ſubdit etiam:dolor meus
in conſpectu meo ſemper. hæc vtique prima
potiorquè pœnitentiæ pars eſt (quam con-
tritionem appellant) quia hominem iuſtifi-
cat apud Deum, quum dolet offenſam Deo
illatam , quam non commiſiſſe vellet,
& commiſſam , contrito corde deteſtatur,
eamque in ſe punire propter Deum , hono-
remque illi ablatum reddere ac reſtituere,
pro viribus optat nititurquè,& coram ſe po
nit culpam , vt ex recordatione cōpunctus,
non obiter,ſed ex propoſito & fixo(vt aiunt)
pede doleat,vt dolore deleat quod cōmiſit.
ſupereſt nunc alia (quæ ſacramentalis eſt co
feſsio)depromenda, quæ etiam pœnitentiæ
pars eſt,de qua ſequitur.
*Quoniam iniquitatem meam annuncia-* 19.
*bo:& cogitabo pro peccato meo.*
Cui (rogo) annunciabis, niſi pœnitentia-
rio ſacerdoti,claues habenti, & non prohibi
to? annunciabis quidem dolens , & te ipſum
accuſans:non de commiſsis gaudens & excu
ſans.annunciabis vulnus oſtendens,& dolo-
re gemens , cogitanſquè ſemper quomodo
tuo vulneri congruentem admoueas medici
nam.Id ſiquidē eſt quod ait:& cogitabo pro
peccato meo. Nam is pro peccato cogitat:
qui ſedula angitur ſollicitudine,vt ſcrutetur
illud , per vitæ tempora & loca diſcurrens,
& articulatè,genus,ſpēm,ac cætera quæ pec
catum aggrauant , inueſtiget:cōmiſſum vel
omiſſum puniat : & ne recidat, caueat in fu
turum. & hæc plena peccati emendatio eſt.
Sequitur.
*Inimici autem mei viuunt , & confir-* 20.
*mati ſunt ſuper me:et multiplicati ſunt,*
*qui oderunt me iniquè.*
Inimici hominis diabolus, caro,mundus,
viuunt,confortantur,& in dies multiplican-
tur, quū magis ac magis perſequunt̃,quos in
via morū viderint proficiētes.de quibus ſub
iungit:
*Qui retribuunt mala pro bonis detrahe-* 21.
*bant mihi : quoniam ſequebar bonita-*
*tem.*

Beatus es, & benè tibi erit pœnitẽs: ſi per
Mat 5.a. ſequutionem pateris proter iuſtitiam. detra
hant quantum volent impij: pia ſit tibi ſola-
tio cauſa, quoniã ſequebaris bonitatẽ. tu Chri
ſtum dicentem audi: beati eſtis quũ maledi-
xerint vobis homines, & perſequuti vos fue
rint, & dixerint omne malũ aduerſum vos
mentiẽtes, propter me: gaudete & exultate,
quoniã merces veſtra copioſa eſt in cælis. in
terim etiam ora dominum, qui adiutor eſt
Pſ.9 ve.9. in opportunitatibus in tribulatione, dicens:
22. *Ne derelinquas me dñe De⁹ meus: ne diſ-
ceſſeris à me.*
Chriſtum inuoca qui eſt veniæ largitor,
& humanæ ſalutis autor: qui te non derelin-
quet neq; à te diſcedet, ſi te viderit inſtãter pe
tentem: vt te quem ex miſericordia gratiæ
ſuæ reſtituit, in ea ſtabilire dignetur. ne tu
iterato cadens: ipſum denuò derelinquas, &
auerſus ab eo diſcedas. adde inſuper.
*Intende in adiutorium meum: dñe Deus* 23.
*ſalutis meæ.*

Non noui alium adiutorem cui fidam, prę
ter te vnum meæ ſalutis autorem. Non ergo
me deſpicias: quin veni potius in adiutoriũ
meum, Deus meus: cui ſit honor & gloria
in ſeculorum ſecula amen.

EPITOME SEV EPILOGVS. PSAL. 37.

*DOmine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me. Quoniam ſagitæ tuæ infixæ ſunt mihi: omnes ſcilicet pœnalitates propter peccatum inflictæ. adeoq; confirmaſti ſuper me manum tuam, eas infigens: ut iam quaſi innatas, nullatenus fugere queam. Nõ eſt ſanitas in carne mea te irato, atque nulla pax oſsibus: peccatis meis ipſaq; membrorũ lege adhuc tumultuantibus. Quoniam iniquitates meæ (ſic enim pœnas huiuſmodi, nũc appellare iuuat) non ſolum corporea membra infeſtant: uerum etiam ſupergreſſæ ſunt caput meum, mentẽque propriam interiſus uexant. et ſicut onus graue, grauatæ ſunt ſuper me: omi ex parte deprimentes. Putruerunt, & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ. Nam me poſt baptiſmum, inſipienter & incaute in peccatum recidente: propenſio illa ad malum & difficultas ab bonum, deteriores factæ ſunt. Miſer factus ſum, miſeriam denno incurrens perſonalem: & curuatus ſum uehementer uſque in finem, terrenarum rerum cupidine affectus, ac tota die, nunc has nũc illas inuicem ſuccedentes miſerias ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus, & titillationibus quibuſdam, ex carnis infectione relectis: atq; (ut uerbo concludam) Nõ eſt ſanitas in carne mea. afflictus ſum deniq; & humiliatus ſum nimis. ſum etenim interius atque exterius euſque preſſus: q; gemitus in rugitum erumpit. Rugiebam equidem à gemitu cordis mei. Dñe ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſcõditus. heu, quot me inuaſerunt mala? profectò meas narrare piget erumnas. Cor meum conturbatum eſt in me: dereliquit me uirtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipſum nõ eſt mecum. uides ne quàm ſaucia, in iraſcibili, concupiſcibili, & rationali, quàm denique ex peccato læſa: humana natura relicta eſt? quid extrinſeca diſpendia referam? Amici mei & proximi mei, aduerſum me appropinquauerunt & ſteterunt: angeli & homines amici, proximi atque uicini. Nam qui iuxta me erant, de longe ſteterunt. ipſiq; demones ſerpentina calliditate, iterum atque iterum fallere ſatagebant. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam, & ſicut mutus non aperiens os ſuum: non ſum auſus eorum uerbum refellere uerbo. At tu exaudies me dñe Deus meus afflictum, ſed in te ſperantem: ne ludibrio ſim inimicis meis. Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper. Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo. Ecce ut uerè pœnitens in te commiſſam, mente ſcrutabor offenſam. Et ſatisfactioni paratus, & cordis dolore tactus, compunctus atque contritus: ipſam annunciabo: & proprio ſacerdoti etiam ore proprio depromam. tu adiuua Deus, peccata dimitte, gratiam confer, atque tuæ fortitudinis robur: quo diabolo, mundo & carni, qui mihi inimicantur, & indies conualeſcunt: poſsint obſiſtere fructuoſè. quandoquidem uiuunt, & confirmati ſunt ſuper me. Nec detractores deſunt, qui canino dente corrodant: q; me uideant emendatum. Nõ igitur derelinquas me dñe Deus meus: ne diſceſſeris à me. Intende in adiutorium meum: dñe Deus ſalutis meæ. Nec interim ego deſidioſus ero: ſed omni ex parte uigilans & circunſpectus: ut nec facto offendam aut uerbo.*

PALM. XXXVIII.

*DIxi, cuſtodiam vias meas: Vt non
delinquam in lingua mea.*
Cuius titulus eſt: in finem pro Idithum cã
ticum Dauid. porro Dauid regem tres cãn
torũ in domo dñi Hierarchias cõſtituiſſe
nouimus. quibus Aſaph, Hemã & Idithum,
quaſi primarios magiſtros ac præceptores
præfeciſſe legimus. ſic enim primo paralypo
1.Paral.25 menon libro ſcriptum eſt. igitur Dauid &
magiſtratus exercitus, ſegregauerunt in mi-
niſterium filios Aſaph & Heman & Idithum,
qui prophetarent in citharis & pſalterijs &
cimbalis, ſecundũ numerum ſuum, dedicato
ſibi



ſibi officio ſeruiẽtes. quibus omnibus Dauid
ſanctus, iuxta eorundẽ nominum interpre-
tationem, aut alterius rei myſticam & à ſpiri
tu (quo ferebatur) prætenſam ſignificatio-
nem, & confecit pſalmos, & cantandi ordinẽ
ac modum indixit. Nempe Aſaph interpreta
tur colligens vel congregans: Heman verò,
perturbans: Iditum aũt ſaliens vel tranſiliẽs
eos. in quibus etiã nõ minima latent myſte
ria: dum tria laudantium dñm genera depin
guntur, inſipientium ſcilicet, pficientium &
perfectorum: cõgregantium etiam, & diſper
gentium, atq; hos omnes & huius ſeculi con
gregata ſimul ac diſperſa tranſilientium. Cã-
tet igitur nunc pſalmum Idithum tranſiliẽs
omnes, aſcẽdensq; ſurſum, & ſuperba huius ſe
culi ſpernens, aſsimiletur illi qui ad nos ve-
1.Cor.1.d. niens, quæ ſtulta ſunt mũdi elegit, & quæ in-
firma, vt cõfundat fortia. Et contemptibilla
(vt apoſtolus ait) elegit Deus, & ea quæ nõ
ſunt: vt ea quæ ſunt deſtrueret. quem vtique
venientem in ſpiritu proſpectans: demirata
Can.2.b. ait eccleſia: ecce iſte venit ſaliens in monti
bus, tranſiliens colles. ſed dum trãſiliens iſte,
canticum ſuum cantare proponit, memor q;
Pſ.136.v.2. ſit in terra aliena, & iuxta Babilonis flumiña.
inter infructuoſas ſalices, in medio eius ſuſ-
pendit organa ſua. veretur ſiquidem, ne audi
to verbo: filij huius ſeculi derideant quæ nõ
capiunt, nec ſummis (vt aiunt) labijs deguſta
Mat.7.a runt vnquã. cũq; ex vna dicentẽ dñm audit:
nolite ſanctũ dare canibus, neq; mittatis mar
garitas veſtras ante porcos, ne fortè concul-
cent eas pedibus ſuis, & canes conuerſi diſrũ
pant vos: vtraq; enim animalia munda ſunt,
quales infideles deriſores, & hęretici cauilla
tores, atq; malè affecti & obdurati chriſtiã-
ni, porcinos habẽtes mores, & ex parte alte
1.Cor.2.c. ra, apoſtolum eius ſucclamantem nouit: ani-
malis autem homo non percipit ea quæ ſunt
ſpiritus Dei: quia ſenſui deditus, non poteſt
intelligere ea quæ ſunt ſupra ſenſum. & dum
& propriam linguam timet, ne deficiat à rei
magnitudine, aut labat in verbo: pio primũ
ſeſe cohibet affectu dicens: dixi, cuſtodiam
vias meas. Id quidem propoſui & ſalubrius
eſſe duxi & æſtimaui: vt non delinquam in
lingua mea. ſatis mihi erit, ſi meas cuſtodie-
ro vias, quibus tranſitoria quæque ſuperans
ac tranſiliens, in cælum tendo: quanuis alijs
verbo non demonſtrauero illas, ne forte de-
linquam in lingua mea, & detractoris denti
anſam præbeam corrodendi. Sequit.
2. *Poſui ori meo cuſtodiam: cum conſiſteret
peccator aduerſum me.*
Silentio atque oris cuſtodia, opus eſt. de
Pſ.140.v.3 qua alibi: pone domine cuſtodiam ori meo.
tunc ori cuſtodia maior eſt adhibenda: quũ
maledicus hominem impetit pbris, aut cap
tioſus & cauſarius vel moroſus ex aduerſo
conſiſtit peccator, vt illum capiat in ſermone
tunc quidem ſanctus & iuſtus, circunſpectio
ne & humilitate vallatus, obmuteſcat, atque
à bonis (etiam ad tempus) diſpenſatoriè ſi-
leat, operæprecium eſt: ne irritare videatur,
quem ex charitate ſupra humeros patienter
ferre omniqúe induſtria in bonum ędificare
iubetur. Sequitur.
*Obmutui, et humiliatus ſum, & ſilui à* 3.
*bonis: et dolor meus renouatus eſt.*
Contracto ac detento intrinſecus calore,
dolor intenſior fit. ecce quid patitur, qui ex
eadem charitate tacere non poteſt, & loqui
prohibetur. quare ſubiungit: & dolor meus
renouatus eſt. Sequitur.
*Concaluit cor meum intra me & in medi* 4.
*tatione mea exardeſcet ignis.*
Similiq quid: Hieremiæ ſilentium propo- Hier.20.c.
nenti contigiſſe legimus: & factus eſt (in-
quit) in corde meo quaſi ignis exæſtuans,
clauſusque in oſsibus meis: & defeci, ferre
non ſuſtinens. nec ſecus hunc poſitus inter
hos perplexitatis anfractus, & quò declina-
rem inſcius (ait propheta ſanctus) concaluit
cor meum. perpende nunc initia charitatis,
quæ ocioſa eſſe neſcit. concaluit (inquam)
intra me: ſalutem proximi inhians operari.
quid vltra? & in meditatione exardeſcet ig-
nis, quippe quem dominus venit mittere in Luc.12.f.
terram: & quid vult, niſi vt accendatur, con-
caluit, dum rem ipſam hinc inde mente vo-
luo, nam ex frequenti meditatione, ignis
charitatis accenditur in corde. & ita charita
tis igne ſuccenſus, adeò exæſtuo inflamorq;,
vt propoſitæ deliberationis oblitus, ſilentiũ
non quidem ex toto, ſed ex parte rumpam.
& omiſſo peccatore ex aduerſo ſtante, at-
que ad Deum conuerſus:
*Loquutus ſum in lingua mea: notum fac* 5.
*mihi domine finem meum.*
Pulchrè quidem ardens illud priſcorum pa
trum deſiderium videndi Chriſtum incarna
tum, dum internum incẽdium ſentit, ſub hac
verborũ cortice promit. quippe qui totius
ſpei erat finis, iuxta illud Pauli: finis legis eſt Rom.10.a
Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti. loquu-
tus ſum (ait) in lingua mea, notum fac mihi
domine finem meum. tranſiliens quidem hu
ius ſeculi mala, quandoque finem habitura,
hoc vnum quod meum vltra modum angit
animum, noſſe cupio, quando verbum tuum
Deus, humanam carnem aſſumet? hunc ergo
finem meum ſi notum feceris, non eſt quod

amplius conqueſtus quæram. Id enim mihi
ſatis erit ſciſſe,quo mẽtem explere poſsim:
quandoquidem in hunc ſcopum totus meus
tendit affectus. Sanè ſcio ex oraculis pro-
phetarũ, ipſum eſſe venturũ:ſed quoto die,
menſe & anno prorſus ignoro,tu notum fac.

6. *Et numerus dierum meorum quis eſt? Vt
ſciam quid deſit mihi.*

Nec id fruſtra peto vt curioſè ſcire ve-
lim, ſed meritorio fine:

7. *Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: &
ſubſtantia mea tanquã nihilum ante te.*

Ecce menſura pugillorum terminaſti dies
meos, traſtulerunt quidam : quo breuiſsima
ſignatur humana vita. Ait ergo: menſurabi-
les,paucos & breues poſuiſti dies,ita vt ſub-
ſtantia & vita mea ſi æternitati tuæ confera
tur:pro nihilo ſit hẽnda. iure igitur dies im-
menſos,diuitias ſemper affluentes,perpetuã
ſolidamque vitam exquiro:quam ipſe quem
expecto daturus eſt,verę vitæ largitor De':
Phil.3.d. qui reformabit corpus humilitatis noſtræ
configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecun-
dum operationem virtutis ſuæ, qua etiam
poſsit ſubijcere ſibi omnia. Sequit.

8. *Veruntamen vniuerſa vanitatas: omnis
homo viuens.*

Hic & in ſequentibus, veruntamen poſi-
tum eſt pro ſiquidem vel at certè. ꝙ ſi vani
Eccel.11 a. tas vanitatum dicit eccleſiaſtes,& omnia va
nitas : quid mirum ſi etiam homo ipſe vani-
tas ſit,qui velut vmbra tranſit inanis?an nõ
Rom. 8. c. vanitas creatura,quæ(iuxta apoſtolum)va-
nitati , hoc eſt mutabilitati & paſsibilitati
ſubiecta eſt?ſed dices.qui fieri poteſt,vt hæc
ſimul cohęreant,vniuerſa vanitas omnis ho-
mo viuens : & in imagine pertranſit homo?
Sequitur enim.

9. *Veruntamen in imagine pertranſit ho-
mo:ſed & fruſtra conturbatur.*

Non ambulat in re ſtabili & permanen-
te : ſed celeriter tranſeunte. fateor ingenuè
magnum eſſe, nec exiguæ dignitatis munus:
quòd ad imaginem Dei ſit factus homo. ſed
quid inde,ſi ſola creationis imagine conten-
tus pertranſit , nec vlla ſit illi de ſimilitudi-
ne cura , hoc eſt de ornatu virtutum, in quo
ſimilitudo diuina conſiſtit, ad quam etiam
ſicut ad imaginem creatus eſt?Nam peccato
deturpata ſemel imago : redemptionis gra-
tia, ad imaginem & ſimilitudinem vnigeniti
Rom. 8. f. filij Dei reformetur neceſſe eſt:vt ſit ipſe pri
mogenitus in multis fratribus. quid ni ergo
vniuerſa vanitas omnis homo viuens: ſi ſe-
cundum deſideria carnis viuat?quid(rogo)
amplius habet homo de vniuerſo labore ſuo
quo laborat ſub ſole ait eccleſiaſtes? cur igi- Eccl.3.b.
tur(vel hoc mente voluens) curis huius ſe-
culi tumultuatur?profectò vanus homo, va-
nus ſub ſole labor,ſi in Deum non dirigatur.
tranſiliat ſolem oportet , ac pio deſiderio,
huius vitæ metas excedat:qui vanitati cupit
abrenũciare. Nimirum dum in imagine per
tranſit ſola:fruſtra conturbatur, quia vniuer
ſa vanitas. At vbi ea quæ ſub cælo ſunt,qua-
ſi imaginaria pertrãſit, vt quieſcat: non tunc
vanitas,ſed veritas erit,totius vanitatis ex-
pers.proſequitur.

*Theſaurizat : & ignorat cui congrega-* 10.
*bit ea.*

Timeant auari, vel hoc vnum eos à malo
deterreat. Nam & ſi filijs theſaurizare in-
tendant : neſciunt tamen quales poſt accep-
tam hæreditatem futuri ſint , boni an mali?
ſi ad aleam diſsipabunt congeſta bona?ſi di-
lapidabunt , & cum lenonibus ac meretrici-
bus hiſque ſimilibus prodigent ea? ſi demũ
tollet fiſcus: quæ non tulit Chriſtus ? benè
ergo ſibi ipſi conſulens, propheta ſubiungit.

*Et nunc quæ eſt expectatio mea:nonne* 11.
*dominus , & ſubſtantia mea apud te
eſt?*

Quaſi dicat:eius nũc eſt expectatio,cuius
tunc erit tentio. tenui eum nec dimittam:
tunc dicet ſponſa, adepto brauio. Ita & Iob. Can.3.
vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea ? dic tu Iob.17.
pſaltes,nonne dñs,& ſubſtantia mea,ſtabili-
tas,diuitiæ atque theſaurus, ipſaque theſau-
rizandi cupido , apud te eſt? porro te mihi,
& me tibi theſaurizare cupio. audi iam,quid
inter lamenta dixerit Hieremias. pars mea Thre.3.
dominus,dixit anima mea: propterea expe-
ctabo eum. bonus eſt dominus ſperantibus
in eum : animæ quærenti illum. bonum eſt
præſtolari cum ſilentio,ſalutare domini. Id
enim expectaſſe & præſtolari:duplex bonũ,
imò totum bonum eſt. Expectaui te igitur
Deus, vt carnis meæ ſubſtantiam ſumeres di
cens:& nunc quæ ex expectatio mea,nonne
dominus?ſis ipſe benedictus in ſecula:quòd
iam ſubſtantia mea apud te eſt. Nam illud
quod olim fuit expectationis huius tũc:iam
nobis exhibitionis veritatis & gratiæ factũ
eſt nunc;vbi verbum caro factum eſt, & habi Ioan.1.b.
tabitauit in nobis. veniſti quidem domine Ie
ſu,& in carnis noſtræ tibi vnita ſubſtantia re
demiſti. Non eſt quòd te iam venturum ex-
pectem,vt carnem aſſumas. Audacter tamen
de ſecundo tuo ad iudicium aduentu,& fu-
tura quam adhuc ſpero reſurrectione & glo





rificatione, hæc eadem verba dicam. quæ eſt
ergo nunc expectatio mea:nonne etiam dñs,
& ſubſtantia mea apud te eſt?porro ſubſtan-
tia mea nunc fides eſt,quæ erga te eſt. At alte
ram ſpero ſubſtantiam, viſionem ſcilicet in-
tuitiuam huic ſuccedentem , & hæc apud te
Rom. 8. d eſt. Nam & ſi nunc tranſiliens ſim:ego tamen
cum apoſtolo me non arbitror compræhen-
diſſe. tranſiliui quidem auiditate,non ꝙ iam
acceperim,aut perfictus ſim:ſequor autem ſi
quomodo comprehendam , in quo & com-
prehenſus ſum à Chriſto Ieſu. vnum autem,
quæquidem retro ſunt obliuiſcens,ad ea ve-
rò quæ ſunt priora , extendens me ipſum ad
deſtinatũ:perſequor ad brauiũ ſupernę voca
tionis,quod(dicere auſim)mea ſubſtãtia eſt,
& apud te eſt. qãndoquidẽ omne aliud quod
tu nõ eſt:mihi accidẽs eſt, quia tu mihi ſolus
ſubſtantia eſ. veni ergo vt iudices,iudices &
corones:te enim expecto , iuſte iudex Ieſu
Chriſte. huius expectationis(eo quo ſolet ſẽ
ſu)meminit etiã iſdem Paulus , in ea quæ ad
Rom. 8. a. Romanos eſt epiſtola,dicens : expectatio
creaturæ, reuelationẽ filiorũ Dei expectat.
vanitati enim creatura ſubiecta eſt &c. Pau-
ciſque interiectis ſubdit:non ſolum autem il
la, ſed & nos ipſi primitias ſpiritus haben-
tes. & ipſi intra nos gemimus adoptionem fi
liorum Dei:expectantes redemptionem cor
poris noſtri. quæ vtique in reſurrectione e-
1.Cor.15.g. rit:quum mortale hoc induerit immortalita
tem. tunc enim reuelabitur,quæ nunc eſt oc-
culta , futura illa nobis dignitas,gloria ſcili-
cet animæ & corporis ſimul,iuxta illud Ioã-
1.Ioãn.3. a. nis apoſtoli dicentis:nunc filij Dei ſumus,&
nondum apparuit quid erimus. Nimirũ hanc
reuelationem , nunc exules expectamus:qua
paſsionibus huius temporis iam vale dica-
mus. non in perpetuum triturans triturabit:
Eſa.28.g. Eſaias ait. Sequitur.

12. *Ab omnibus iniquitatibus meis erue
me: oppobrium inſipienti dediſti me.*

Fortè iniquitatum nomine , non ſolũ cul-
pas quas volentes incurrimus, verum etiam
pœnas quas nolentes patimur , hic intelligi
voluit pſaltes. Mirum tamen, quàm is tran-
ſiliens innitatur auxilio diuino ? ne ſi ſecus,
non tranſiliens malum , ſed à bono reſiliens
viſus ſit. Ab omnibus (ait) iniquitatibus in-
quas niſi te adiuuante ruerem , erue me:op-
probrium inſipienti dediſti me. hoc eſt enim
Pſ.37.v.21. quod tranſacto dixerat pſalmo:detrahebant
mihi,quoniam ſequebar bonitatem. ſanè inſi
piens detrahit mihi ꝙ te ſecundo venturum
fideliter perinde ac ſapienter expectem, ꝙ
que tranſiliens,omnia arbitratus ſim ſterco-
ra & detrimenta: vt te ſolum(qui mea & ve- Phil.3.b.
ra ſubſtantia es)lucrifaciam. Sequit.

*Obmutui, & non aperui os meum: quo-* 13.
*niam tu feciſti, amoue à me plagas tuas.*

Vel vt alij legunt,meas. tu me oppobrium
dediſti inſipienti : & ego obmutui,quoniam
tu feciſti. non ideo obmutui,quòd non habe
rem in ore meo redargutiones,quibus reſpõ
derem inſipienti & exprobranti : ſed obmu
tui,vt mihi ſit meritum patienti, & tibi glo-
ria permittẽti. Iccirco nõ peto ſic amoueas
à me plagas,vt non ſentiam:ſed ne patienter
ferre diſentiam,ſciens quòd me illi ad meri-
tum dederis exercitanti. Sequitur.

*A fortitudine manus tuæ ego defeci in* 14.
*increpationibus: propter iniquitatem cor
ripuiſti hominem.*

Iam vires propriæ adeo extenuatæ ſunt:
vt penè deficiant, tot validè inflictis à manu
tua flagellis. ſed quid?beatus homo qui cor-
ripitur à domino. Increpationẽ ergo domini
ne reprobes(ait ille apud Iob)quia ipſe vulne Iob.5.e.
rat & medetur:percutit,& manus eius ſana-
bũt. Non ergo fugiam horreamvè quas mihi
intuliſti plagas , quin patienter feram, qui
eas , curatiua aut præſeruatiua medicamina
eſſe noui. propter iniquitatem enim com-
miſſam aut committendam corripuiſti atq;
erudiſti hominem. idque experimento didi-
ci:ꝙ non ſemel à fortitudine manus tuæ per
cuſſus,ego à peccato defeci. Sequit.

*Et tabeſcere feciſti ſicut eraneam animã* 15.
*eius: veruntamen vanè conturbatur om
nis homo.*

Intellexi prophetæ ſenſum, ꝙ que vanum
ſit hac de re conturbari, ſed ſcrupus inſurgit
mihi conſideranti, cur hominis tabeſcentem
animam, araneæ comparauerit?quippe qui ſę
pius tabeſcendi verbum audiui, vt eſt illud: Pſ.118.octo 13.v.3.
tabeſcere me fecit zelus meus,& :vidi præua Pſ.118.octo 20.v.6.
ricantes & tabeſcebam , idque plangentis Thre.3.d.
Hieremiæ carmen : memoria memor
ero , & tabeſcet in me anima mea. ſed cum
aranea ſymbolum prorſus ignoro. At nunc
venit in mentem , ꝙ anima iugiter peccans,
hebes & craſsior fit in dies : contra verò,in-
crepationibus tabeſcit,fitquè ſubtilior erudi
tiorquè : ita vt quæ per peccatum effecta
fuerat caro,ideſt carnalis: iã correpta ac per
hoc tabefacta,ſpiritus fiat,hoc eſt ſpiritalis.
Adde inſuper,ꝙ araneæ tabeſcens anima cõ-
fertur:quia ad tactum Dei timore concuſſa,
vti araneus euiſceratur. ſed quaſi ex filio di-
uinæ miſericordiæ pendens per hæc ad Deũ
reuertitur, per quæ ante fuerat profligata.

Nonnulli tamen legunt: & tabeſcere feciſti
ſicut tinea animam eius. nec tunc etiam cõ-
paratio inepta erit. Sequit.

16 *Exaudi orationem meam domine & de*
*precationẽ meam: auribus percipe lachri-*
*mas meas.*

Digna eſt & exaudibilis oratio quæ humi
lis ante Deũ lachrimis apparet ornata: & nõ
verborũ fuco, ſed gemitu quod expoſcit ne-
gotium pandit. Sequit.

17. *Ne ſileas, quoniã aduena ego ſum apud*
*te: & peregrinus ſicut oẽs patres mei.*

Tunc Deus ſilere videtur: quum orãti nõ
reſpondet ad votum. At diuinus vates ſe ad
uenam dicit & peregrinum: quia vt Paulus
2. Cor. 5. b. ait, quandiu in hoc corpore ſumus, peregri-
namur à domino, nec habemus hic ciuitatẽ
Hebr. 13. c. manentem, ſed futuram inquirimus. his etiã
verbis Dauid ipſe rex iam plenus dierum v-
ſus eſt: quum pro ędificanda domini ſui do-
1. Para. 29. c mo, paratas offerret impenſas dicens: tua
ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus
dedimus tibi. perigrini enim ſumus corã te.
& aduenæ: ſicut omnes patres noſtri. nec ſe-
cus, is nunc omnia tranſilire ſatagens: ſeſe ad-
uenam & peregrinum vocat, quò magis er-
ga ſe moueat Dei miſericordiam adiuuan-
tem. Sequitur.

18. *Remitte mihi vt refrigerer: priuſquam a-*
*beam, & amplius non ero.*

Mitius agas (præcor) manum tempera: vt
paululum reſpirare queam. vel aliter. Ideo
me peregrinum dixi, vt dum viam ago, re-
mittas mihi debita delictorum, refrigererq́;
laſſus à vitiorum æſtu. Nunc quidem pro-
ſtatu viæ, crucis tuæ baculo innixus, ac deſe
rens in frõte (in ſignum peregrinationis) tuæ
ſtigmata paſsionis, peram pro viatico, exar-
bitrio & gratia implere potero meritorum,
priuſquam abeam & huic vitæ concedam.
At ſi ſemel abiero diſceſſeroq́ue: amplius nõ
ero rei huius capax, cui denuò pœnitenti re
mittas culpam, aut pœnæ refrigerium præ-
ſtes. non ero dixi: quia nec eſſe dicendus eſt,
qui in Deo non eſt, qui verè eſt: vnde ſic
Tyro per Ezechielem ait dominus: Cum de Ezec. 26. d
dero gloriam in terra viuentium, in nihilum
redigam te; & non eris. nunc ergo iſtud præ-
ſta pientiſsime Ieſu, qui cum patre & ſpiritu
ſancto per infinita ſecula regnas amen.

## EPITOME SEV EPILOGVS. PSAL. 38.

*Dixi cuſtodiã uias meas: ut non delinquam in lingua mea. Id mihi in primis ſtatui: ut pro-
priam nitar cohibere linguam. Et tunc maximè poſui cuſtodiam ori meo: quum conſiſte-
ret peccator aduerſum me, occaſiones quærens ut calumnietur & me capiat in ſermo-
ne. tunc quidem obmutui ad tempus, & humiliatus ſum, ac diſpenſatoriè ſilui à bonis: ne
ipſum irritarem, ac per hoc ad uerbi diuini margaritas conculcandas præberem anſam.
Et dum ingemui peruicaciam malignantis: dolor meus renouatus eſt, charitate erga proximum inſtigã
te. concaluit itaq; cor meum intra me: dum hinc inde mente diſcurro, & in meditatione mea exardeſcit
ignis. Ipſoq; charitatis ardore ſucceſus, atq; ad Deum conuerſus, ſic loquutus ſum in lingua mea. No-
tum fac mihi dñe finem meum, & numerum dierum meorum quis eſt: ut ſciam, quid deſit mihi. ſalutem
meam quæro, qui renitentem fratrem lucrari nequeo. Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos, uno die
aut altero finem habituros. Quid ergo mihi proderunt omnis generis congeſtæ diuitiæ quandoque pe-
rituræ? Nam ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te. Nec ſolum ſubſtantia mea, uerumetiam omnia
mundi huius bona. Dicam audacter: ueruntamen uniuerſa uanitas omnis homo uiuens. poſſeſſum (in-
quam) ab homine, atque homo poſſeſſor, uel (ut quid uerius dicam) à poſſeſſo indignè poſſeſſus. qui ta-
metſi magnus, q ad imaginem Dei conditus ſit: ueruntamen in ſola imagine pertranſit homo, qui crea
tione duntaxat, non redemptione gaudet. is profectò degenerans, ſiliquis delectatur: theſaurizat, &
ignorat cui congregabit ea. At contra qui emptus ſum precio magno, perinde ac tuo cruore redemp-
tus Ieſu bone, ſumq́; in filium adoptionis receptus, atque ad æternam hæreditatem uocatus: te ſolum
Deum, non hæc tranſitoria quæram. Et nunc, quæ expectatio mea: nonne dominus, & ſubſtantia
mea apud te eſt? tu interim Deus, ab omnibus iniquitatibus meis erue me, ne in te peccẽ, qui opprobrium
inſipienti dediſti me, ut patientiam probares, & meritum augeres. Obmutui & non aperui os meum
contra te qui iuſtè iudicas: quoniam tu feciſti aut fieri permiſiſti. Amoue benignè plagas tuas: & fac
1. Cor. 10. c cum tẽtatione prouentum. Amoue dixi plagas quæ mortem inferunt: non eas quæ deterrent à ma-
lo, quas aptiore nomenclatura, increpationes nunc libuit appellare. ſcio enim q, à fortitudine poten-
tiſsimæ manus tuæ, in increpationibus illatis ego à malo defeci, qui quod alias feciſſem peccatum non fe
ci. Atqui propter iniquitatem corripuiſti hominem, ne perageret ipſam: uel ut poſt peractam, reſili-
ret ſtatim. Meritò quidem ait, propter iniquitatem: nam quæ maior iniquitas, quam imaginem tuam
quam illi in depoſitum dederas deturpare, uel (quod uerius dixerim) depoſitum negare? ſubiaceat ergo
Leui. 6. a. correptioni tuæ qui huiuſmodi eſt homo: iuxta illud leuitici: anima quæ peccauerit, & contẽpto
do-*



*1. Thi. 6. d. domino negauerit proximo ſuo depoſitum quod fidei eius creditum fuerat &c. unde non abs re Pau-
2. Thi. 1. d lus ſemel atque iterum Timotheum ſuum commonet depoſitum cuſtodire. Et tabeſcere feciſti uelut ara
neam animam eius, dum aduerſum ſe conſiſtentem, impudentem uidet ac frontoſum peccatorem: uerba
tua ſanamq́; doctrinam contemnentem. ueruntamen uanê conturbatur omnis homo: non eſt enim q, hu-
18. Phil. 2. b. iuſmodi tentationi ſuccũbat, ſed obmuteſcens, uel ſolus peragat ſuæ peregrinationis iter, & cũ metu
& tremore ſalutem propriam operetur: qui ſimul non potuit alienam. dicatq́; orans: exaudi orationẽ
meam domine, auribus percipe lachrimas meas. ne ſileas, ſed opere reſponde mihi ad te peruenire cu-
119. v. 5. pienti, ob idq́; gementi atque dicenti: hei mihi, quia incolatus meus prolõgatus eſt: quoniam aduena e-
go ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei. Dixi: menſurabiles poſuiſti dies, dixi: oppro-
brium inſipienti dediſti me. Et quia me mutire nefas: obmutui, quoniam tu feciſti. nec aliò confugi,
quàm ad orationem dicens: clementiſſime pater amoue à me plagas quas in me hactenus intuliſti. ecce à
fortitudine manus tuæ tactus, uti araneus defeci tabeſcens. Quamobrem exaudias me (precor) aduenã
& peregrinum, mitius, leuius ac remiſſius mecum agas, pœnas infligens & errata condonans, ut re-
frigerer paululum & quieſcam. reſpiranſq;, nouum animum & uires reſumam: quibus hanc ualeam
recto tramite pergere uiam. nam ſi ſemel utriſq; malis onuſtus huic uitæ conceſſero, non amplius ero
refrigerij capax. Remitte igitur mihi, ut refrigerer nunc conſolatione tua, prius quàm ab hac luce de
cedam, & amplius non ero ſuper hac re tibi importunus orator, obtento brauio quod ſperaui, ſed tuis
laudibus ipſe totus intendam, interim tamen te unicum ſolatiũ meũ expectabo, quouſq; intenderis mihi.*

## PSALM. XXXIX.

*Expectans expectaui dñm: & in*
*tendit mihi.*

Huius titulus eſt: in finem pſal. Dauid. tan
ta eſt ſponſi & ſponſæ in eodem ſpiritu colli
gatio: vt quæ vnius, alterius etiam ſit cauſã,
vnde nunc propriam, nunc verò eccleſiæ ſuę
perſonam agens loquitur Chriſtus. Ait ergo
nomine eccleſiæ primum: expectans expe-
ctaui dominum, hoc ingeminans expectatio
nis verbum, vt intenſiorem illius oſtẽdat af-
Rom. 8. d. fectum. quale eſt illud Pauli: expectatio crea
turæ: reuelationem Dei expectat. Et ſimili
Iob. 14. c. actus affectu aiebat Iob: cunctis diebus qui
bus nunc milito: expecto donec veniat im-
mutatio mea. quo etiam dicendi genere, lon
ganimem illam & fidelem expectationem
explicat: qua per tot ſecula, ſibi promiſsũ ac
diu deſideratum, ſponſi ſui in carne deſide-
rauit aduẽtum. & quæ anxia dicebat: ſuſcipe
me ſecundùm eloquium tuum & viuam, &
nõ confundas me ab expectatione mea: nunc
gaudet exauditam ad votum dicens: inten-
dit mihi.

2. *Et exaudiuit preces meas: & eduxit me*
*de lacu miſeriæ, & de luto fæcis.*

Audi iam incarnationis Chriſti, & redem
ptionis noſtrę primarios effectus. eduxit (in
quit) ſtatuit & direxit. Eduxit totum homi-
nem: qui totum hominem ſaluum fecit. edu-
xit de lacu miſeriæ, & de luto fęcis: hominẽ
Iob. 14. a. repletum multis miſerijs. Et ideo miſerio-
rem: q miſeriarum lacum quo ferè obrutus
Pſal. 41. v. 2. erat, limum profundi in quo, erat infixus, nõ
Apo. 3. d agnoſcebat. cui meritò illud in apocalypſi
dici poterat: dicis, q diues ſum & locupleta
tus: & neſcis quod tu es miſer, miſerabilis &
pauper & cæcus & nudus. Eduxit denique
& defecauit cœnoſo litum, imò vndique o-
pertum peccatorum luto, quem originalis
noxæ fæce atque propriæ & actualis culpæ
fœdo ac glutinoſo ſtercore reperit infe-
ctum. Sequitur.

*Et ſtatuit ſupra petram pedes meos: &* 3.
*direxit greſſus meos.*

Nempe tunc ſtatuit pedes eius ſupra pe-
ram, greſſuſque direxit, quum Chriſtus ſu-
pra ſe hominis ſtabiliuit affectus, & ad ſe di-
rexit effectus. Sequitur.

*Et immiſit in os meum canticum nouũ:* 4.
*carmen Deo noſtro.*

Quid mirum quòd canticum ſit nouum, Apc. 21. a.
ſi ſcriptum eſt: ecce noua facio omnia? cæ-
lum nouum, terram nouam, hominem, fœ-
dus, teſtamentum, mandatum, viam, doctri-
nam, legem, canticum, & carmen, Deo no-
ſtro. ſi qua ergo in Chriſto noua creatura 2. Cor. 5. d.
(ait apoſtolus) vetera tranſierunt. ecce fa-
cta ſunt omnia noua. in Chriſto enim Ieſu
(ad Galathas ait) neque circuncisio aliquid Gal. 5.
valet, neque præputium, ſed fides quæ per Gal. 6. d.
dilectionem operatur. hac vtique per ſpiri-
tum ſanctum infuſa, fit in Chriſto noua crea-
tura iuxta eiuſdem apoſtoli ſenſum, in illius
epiſtolæ calce. Meritò ergo immiſit in os
noui vel innouati hominis, canticum nouũ,
hoc eſt euangelium, quod carmen eſt Deo
noſtro. hoc vtique ſemper dilecto ſuo noua
nupta cantat eccleſia. Sequitur.

*Videbunt multi & timebunt: & ſpera-* 5.
*bunt in domino.*

Videbunt, ſed non omnes obediunt euan-
gelio (ait Paulus) non ergo omnes, multi

tamẽ iuſti & timorati videbũt & timebũt:
quia multi audito euãgelij cãtico, cõuertent
ad dñm. videbũt enim fide, & timẽtes filiali
timore: ſperabunt in dño conſimilem libe-
rationem. Sequitur.

6. *Beat⁹ vir cuius eſt nomẽ dñi ſpes eius: et
nõ reſpexit in vanitates et inſanias falſas.*

Hic ſpe certa verè beatus eſt, qui ſalutem
ſperat à ſaluatore, nec ad aliud quàm ad euã-
gelij verbum obtutũ ſuum dirigit, & omnia
reſpuit relinquitq; vt ſequatur illud. non vt
cæteri de quibus Paulus Thimoteo ſcribens
a. Thi. 4. a ait: erit enim tempus, quum ſanam doctrinã
non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coacer
uabunt ſibi magiſtros prurientes auribus, &
à veritate quidem auditum auertent, ad fa-
bulas autem conuertentur: tu verò vigila, in
Act. 4. b omnibus labora, opus fac euangeliſtæ. nõ eſt
enim aliud ſub cælo nomen datum homini-
bus, in quo oporteat nos ſaluos fieri: nec a-
Pſ. 18. v. 8. lia ſolida, ſana & immaculata lex conuertẽs
animas, quã Ieſu nomẽ quod ſalutem indicat,
& euãgelij verbũ veriſsimũ, ſolidũ & firmũ:
nõ Moſis, Pauli, Cephe, aut ſi quod eſt ſancti⁹
nomẽ: nõ Solonis, Licurgi, Nũme, magnique
Drachonis. Socratis, Platonis, Ariſtotelis, al-
teriusvè ſapiẽtoris, leges atq; doctrinę, quæ ſi
huic vni euãgelicę cõferant, vanitates nõ ſint
& inſaniæ. iure ergo beatus vir dicendus eſt,
cuius nomẽ dñi ſpes eius: & nõ reſpexit in va
nitates & inſanias falſas; ſeu inanes iactãtias
Sap. 13. a. vt quidã vertit. ſcriptum eſt enim: vani ſunt
oẽs hõies in quib⁹ nõ ſubeſt ſciẽtia Dei. Seq.

7. *Multa feciſti tu dñe Deus meus mirabi
lia tua: & cogitationibus tuis non eſt
qui ſimilis ſit tibi,*

Multa quidem tum numero, tum magni-
tudine feciſti Deus. nec in conditione rerũ
vel operatione miraculorũ, quibus potẽtiã
tuam & euangelij veritatem oſtẽdiſti & cõ
firmaſti, nec in modo faciendi, quis tibi co-
æquari aut ſimilari poteſt. ſed quid cũ incar
nationis myſterio, quo Deus homo, & ho-
mo Deus factus eſt? Sequit.

8. *Annunciaui, & loquutus ſum: multi-
plicati ſunt ſuper numerum.*

Annunciauit dñs primum per ora prophe
tarum: & nouiſsimè diebus iſtis ipſemet fi-
lius loquutus eſt. annũciauerunt et eius apo
Pſ. 63. v. 10 ſtoli opera Dei: & facta eius intellexerunt.
annunciauerunt (inquã) piſcatores pauci &
humiles: non in perſuaſorijs humanæ ſapien
1. Cor. 2. a. tiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus: & in dies
tum mirabilia, tũ fideles diuiniq; ac mirabi-
les effectus multiplicati ſunt ſuper numerũ.
venerunt gentes, principes, leges & populi,
qui & Chri & euangelij iugo colla ſubdide-
runt: & nomen eius olim exoſum: factum eſt
amabile & glorioſum. vel multiplicati ſunt
qui & vocati: ſuper numerũ electorum, quẽ
ſolus Deus nouit. an non hæc mirabilia? ſed
qd tibi dñe ꝓ accepto beneficio repẽdã. Seq.

*Sacrificium & oblationem noluiſti: au* 9.
*res aũt perfeciſti mihi.*

Nempe te reuelante didici (ait eccleſia) ꝙ
pecudũ ſacrificijs nõ delecteris: ſed fide quæ
ex auditu eſt, & pia ac ſedula obedientia, per
inde atq; vera mãdatorum tuorum obſerua
tione, iuxta illud Samuelis: nunquid vult dñs 1. Reg. 15. c.
holocaſta & victimas, & non potius vt obe-
diat voci dñi &c? hinc eſt ꝙ aures meas apta
ſti, expurgaſti & pfeciſti. vel (vt quidã verte
rũt) pfodiſti, hoc eſt in ſeruitutis ſignũ, quaſi Exo. 21. i.
ſubula pforaſti: imò in veræ libertatis hono
rem, quaſi appenſis murenulis decoraſti, au-
reis quidem ac vermiculatis argento: vt me Can. 1. c.
tibi ſpõſam pulchrã exhiberes fidelem & gra
tã. exiſtimo tamen ꝙ verius ſponſi Chri ver
ba ſint. celebratiſsima enim diui Pauli apoſto
li ſententia eſt, in ea quæ ad Hebreos extat Heb. 10. b.
epiſtola. impoſsibile eſt (inquit) ſanguinem
hircorum & taurorum auferre peccata. Ideo
ingrediens mundum (ſcilicet Dei filius per
ſuã incarnationem) dicit: hoſtiam & oblatio
nem noluiſti, corpus aũt aptaſti mihi. ideſt
paſsibile, & myſterio redemptionis aptum
dediſti. vnus profectò idemq; huius & prio-
ris ſcripturæ ſenſus eſt. & quãuis hoc verbũ
corpus, loco auriũ poſuiſſe viſus ſit: nulla ta
mẽ in ſenſu diſcrepãtia eſt: nã ſiue corp⁹ ſiue
aures: vtrunq; obedientiam, aptitudinem &
prõptitudinem ad mortem ſubeundã ſonat.
factus quidẽ eſt obediẽs vſq; ad mortẽ. Seq. Phil. 2. a

*Holocauſtum & pro peccato non poſtu-
laſti: tunc dixi, ecce venio.*

His verbis, veteris legis ſacrificia, oblatio-
nes & holocauſta, velut inutilia & imperfe-
cta, reiecta eſſe, peruium eſt: nec de ſe placita
Deo fuiſſe vnquã, ſed ex offerentis affectu,
quæ olim Deus pecculiariter iudeorum po-
pulo præcepiſſe cõſtat. nõ ꝙ ipſis egeret, &
quaſi ſibi gratis delectaretur, aut horum cõ-
penſatione ꝓ culpæ debito ſibi aſtruat ſatis-
factum: ſed vt præludia quædam, & veri, per
fecti ac ſatisfactorij ſacrificij ſimulachra de-
pingeret, quibus carnales homines diuerte-
ret ab ydolis, & ad verum Dei cultum con-
uerteret: atq; per literã occidentem: his ſig-
nis & ꝓmiſsionibus ad ſpũm manu duceret
viuificantem. Cũ ergo venit plenitudo tem-
poris, hoc eſt tempus illud altiſsimo Dei cõ
ſilio præfinitum, quod his figuratiuis ſacrifi-
cijs



cijs imponeret finem: tunc dixi (vnigeniti fi-
lij verba ſunt) ecce venio. hic eſt. n. qui venit
per aquã & ſanguinem Ieſus Chrs, vt Ioannes
1. Io an. 5. b apoſtolus ait. O mirabile tunc? vides ne, quã
venuſto, ſubtili ac delicato verborum nexu:
ꝓmptiſsimã, illam (qua patri ſtatim obſequu
tus eſt filius) ſignet obedientiam? tũc dixi (in
quit) non veniam: ſed ecce venio.

11. *In capite libri ſcriptum eſt de me vt face
rem volũtatem tuam: Deus meus
volui, & legem tuã in medio cordis mei.*

Diſcite nunc filij, vřis obedire parentibus.
diſcite, & vřę diuinam pręponere voluntatẽ.
attẽndite caput vřm, Chri membra. in capite
libri (ait) ſcriptũ eſt de me, hoc eſt in ordina-
tione Dei q eſt caput Chri, in quo vti in mag
no libro, ſunt oẽs theſauri ſapientiæ & ſcien
Col. 2. a. tię abſcõditi, vt apoſtolus ait. in me ergo (in
quit) ſecundũ diuinam naturã: ſcriptum eſt
de me ſecundũ nãm humanam, vt faciam vo-
luntatem tuam, meipſum libenter offerẽs ꝓ
humani generis redemptione. vel in capite
huius pſalmorũ libri, vbi ſic de Chro ſcriptũ
Pſal. 1. legimus: in lege dñi voluntas eius: & in lege
eius meditabit die ac nocte. vel (quod magis
ſuſpicor) penthateuchi ſic incipiẽtis: in prin-
cipio, ideſt in filio creauit Deus cælũ & ter-
rã. aut in diuinæ præſcientiæ libro, qui æter
nus, indelebilis & incõmutabilis eſt, vti dixi
mus. ibi enim inuiolabili diſpoſitione ſcriptũ
eſt, vt facerẽ volũtatẽ tuã. ego aũt, qui omnẽ
iuſtitiam impleui Deus meus, volui vt volui
ſti. Et legẽ habui quã poſuiſti mihi in medio
cordis mei: dum nec ad dexteram vel ſini-
ſtram declinaui. Alij verò, non in capite, ſed
in volumine tranſtulerunt, hoc eſt in lege
Moſis, & tunc apertior eſt ſenſus, nec de ca-
pite oportet hallucinari. Sequitur.

12. *Annunciaui iuſtitiã tuã in eccleſia mag-
na: ecce labia mea nõ ꝓhibebo, dñe tu ſciſti*

Legem euangelicã, quam ſub iuſtitiæ & mi
ſericordiæ noĩe ſignat, ſic habuiſſe in corde
ait, ꝙ ipſã nõ abſconderit à concilio multo,
quin ipſam annunciauerit potius, tum labijs
ꝓprijs, tum legatorũ ore & nõ tantũ Iudeis,
ſed et gentibus prædicauerit, atq; in eccleſia
magna & catholica dixerit euãgelij verbũ, nec
vllo timore aut vitæ diſpendio, ab hoc prę-
dicationis munere linguã cohibuerit, aut co
hiberi permiſerit vnquã, vt Deus ipſe nouit.
dñe (inquit) tu ſciſti, qui falli neſciſti. nempe
his duobus bipartita eſt lex. Alterum quidẽ
eſt malorum punitio, alterum verò bonorũ
pærmiatio. & vtrunq; orbi annunciatum eſt.
nunquid non audierunt? & quidem (ait Pau-
Rom. 10. d. lus) in omnem terram exiuit ſonus eorum:
& in fines orbis terræ verba eorum. Sequit.

*Iuſtitiã tuã non abſcondi in corde meo.* 13.
*Veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.*

Legem annũciauit dñs, iuſtitiã & miſericor
diam, vitia & virtutes, pœnã & gloriã, & ſuũ
deniq; ſalutare: quum iã in carne veniſſe mõ-
ſtrauit, & ſe ad iudicandum ꝓmiſit eſſe ven-
turum. non eſt ergo ꝙ quis ꝓmiſſæ redemp
tionis myſterio vel in aliquo defuiſſe cauſe
tur, cui ſatisfactũ fuit abundè. ideo ſubiũgit:

*Non abſcondi miſericordiam tuã & veri* 14.
*tatem tuam à concilio multo.*

Vtrunq; enim & ꝙ miſericors ſis & iuſtus,
eccleſiæ ſuæ dixit Chrs, nec horum quicquã
abſcondit. Sequit.

*Tu aũt dñe, ne longè facias miſerationes* 15.
*tuas à me: miſericordia tua & veritas
tua ſempe, ſuſceperunt me.*

Ecce iterum caput nřm mẽbrorum ſuorum
pſonam agit & cauſam. & qui factus homo
redemit hoĩem: in hoĩe patrem orat ꝓ hoĩe.
petitq; ne à corpore ſuo myſtico (quod eſt
eccleſia) elongentur Dei miſerationes quæ
miſericordiæ ſunt actiones. In quod vtique
corpus ſemper à mundi primordio (vt miſe-
ricordia & veritas ſuſciperẽt illud) bonas vo
litiones illum habuiſſe cõſtat. Ieruſalem (ex-
clamat Dñs) quoties volui congregare filios Mat. 23. e.
tuos, quemadmodum congregat gallina pul-
los ſuos ſub alas, & noluiſti. Sequitur.

*Qñm circundederunt me mala, quorũ nõ* 16.
*eſt numerus: cõprehenderunt me iniquita
tes meæ: & non potui vt viderem.*

Nec enim in caſſum miſerationes implorat:
qui tot membrorum ſuorum miſerias deplo
rat. quarum & ſi non ſit numerus, ad tres tñ
(pro modulo nřo) earũ ſpecies deducamus.
prima (quę notior eſt) ſit pœna, quã multipli
cem ꝓ peccato parentũ incurrimus. Cuiuſq;
(vt potuit) pſal. 37. iſdem meminit pſaltes, &
nunc ait: circundederunt me mala quorũ nõ
eſt numerus. ſecũda verò ſit culpa, quæ adeò
hoĩm vitio pullulauit & creuit, vt iniquita-
tis nomẽ ſortita ſit. nam tenuit eos ſuperbia:
operti ſunt iniquitate & impietate ſua. pro
dijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſie- Pſ. 72. ve. e.
rum in affectum cordis. atq; euſq; multiplica
tæ ſunt iniquitates eorum: ꝙ ſupgreſſæ ſint Pſa. 34. v. 4.
caput. & quæ totum hoĩem cõprehendentes
occæcarunt: ab hoĩe cogitatione cõprehendi Pſ. 18. v. 13.
nõ poſſunt, iuxta illud: delicta qs intelligit?
& hæc tertia, quę nobis & à peccato & cum
peccato ꝓuenit & augetur: cuius nomen ig-
norantia eſt, de qua ait: & non potui vt vi-
derem. de his igitur ſubdit.

17 *Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei:& cor meum dereleqvit me.*

Nẽpe(vt ſeruus fugitiuus) crebro derelinquit hoiẽm & diuagaẽ, eẽ ſui ipſius oblitus: Hebr.13.b. quod nec fidele, firmum & (iuxta apoſtolũ) gr̃a ſtabilitum eſt. niſi hoc ita apoſtolorũ ſenatui(nõ quidem incongruè) adſcribendum putes,& intermiſerias cõputandum:ꝙ ij qui Chr̃i capitis capilli erãt: in doloris ſui cumulum aufugerint relicto eo. & cor ſuũ, qui & Gen.49.a. Petrus,primogenitus,fortitudo & principiũ Pſ.21.v.16. doloris ſui,quiq; prior in donis erat & maior in imperio:negans ipſe dereliquerit eum morientem,vti diximus pſal. 21. Sequitur.

18. *Cõplaceat tibi dñe,vt eruas me:dñe,ad adiuuandum me reſpice.*

Qui miſerias oſtendit: q̃ vrbana & venuſta orõne(vt eas ſuperet)auxiliũ petit. ſic lepro Mat.8.a ſus ille euangelicus dño dixiſſe legimus:dñe ſi vis,potes me mundare. qui,eò ꝙ de potẽtia nõ dubitauit,pari reſponſione audire meruit:volo mundare. nec ſecus pr̃i hoĩs demo Mat.9.d niũ habentis, apud Marcũ ſubdubitãti atq; dicẽti:dñe ſi quid potes,adiuua nos miſertus nr̃i,dñs reſpondiſſe fertur(par pari referens) ſi potes credere, oĩa poſsibilia ſunt credenti. at vbi dixit:credo dñe,adiuua incredulitatẽ meam:continuò filius à demonio liberaẽ.cõplaceat nũc ergo tibi,vt me velis eruere ait, qui(haud dubito)ꝙ poſsis, cuius vel reſpicere,adiuuare eſt.Sequitur.

19. *Cõfundantur & reuereantur ſimul: qui quærunt animã meam,vt auferant eam.*

Hic verſus,& in bonum & in malum ex ſuperioribus extat elucidatus.Sequitur.

20 *Conuertantur retrorſum & reuereãtur: qui volunt mihi mala.*

Eidem ſententiam inculcat, quo magis illã hominum memoriæ mandet.& Sequitur.

*Ferant confeſtim confuſionem ſuam: qui dicunt mihi,euge euge.* 21.

Tria pſequutoribus euenire in bonũ optat, aut euentura in malũ prædicit:ꝙ retrorſum conuertanẽ, ꝙ conuerſi reuereanẽ, ꝙ ſtatim confuſionem patiantur. nam ſic illis continget,qui in propoſito malo deceſſerint.Seq.

*Exultent & lætentur ſuper te oẽs quærentes te: & dicant ſemper,magnificetur dñs,qui diligunt ſalutare tuum.* 22.

Illi verè,piè & iuſtè exultãt & lætantur,qui quærunt dñm, p fidem ambulantes.& quũ viderint p ſpeciem, dicent qui Chr̃m dñm ex toto corde dilexerũt: ſemp magnificeẽ dñs, q nos p ipſum vocauit,iuſtificauit & magnificauit.Nã cõfeſsio & magnificẽtia op⁹ eius: Pſ.110.v.3. & iuſtitia eius manet in ſeculũ ſeculi.Seq.

*Ego aũt mendicus ſum & pauper: dñs ſolicitus eſt mei.* 23.

Satis eſt(inquit)oẽs meas miſerias detexiſſe, cui nr̃m oĩum cura eſt. oẽm ſollicitudinem vr̃am pijciẽtes in eũ:quia ipſi cura eſt de vobis(ait apoſtolorum vertex Petrus).&nunc Pett.5.b Chriſtus eccleſię noĩe dicit:mendicus ſum & pauper,dñs ſollicitus eſt mei.Sequitur.

*Adiutor meus & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.* 24.

Anxius eſt hic mendicus & pauper.hoc tamen duntaxat illi verbum dixerim: heus vir optime,nõ eſt ꝙ dñm oſcitantem ſuſpiceris: quẽ ſalutis tuæ(vt q̃d humanũ dici)ſollicitat deſideriũ.tu orõni inſta, & ſollicitũ reperies adiutorẽ,quẽ ex gr̃a inueniſti redẽptorẽ, cui ſit honor & gloria in ſeculorum ſecula amẽ.

EPILOGVS. PSALM. 39.

*EXpectans expectaui dñm & intendit mihi,homo fidelis ait, qui ſpe habita,ſe non fruſtratum agnoſcit.& exaudiuit preces meas,& eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fæcis:dum ab originalis culpæ fæce,& actualis noxæ luto,me ſpurcũ extraxit hominem,& ſtatuit ſupra fidei petram pedes meos,& direxit greſſus meos,qui humanos utiq; errantes ad ſe direxit affectus,pariter & effectus.& immiſit in os meum canticum nouum,carmen* Deo *nr̃o,ubi ante,uæ illud miſeriæ & luctus abundauit.uidebunt multi canticum nouum euangelij ori meo immiſſum:& timebunt,illi honorem atq; obedientiam exhibentes, & ſperabunt in dño ac legislatore* Chr̃o. *beatus uir cuius eſt nomen dñi ſpes eius:& non reſpexit in uanitates & inſanias falſas. quandoquidem in noĩe* Ieſu*(quod ſaluatorẽ ſonat)eiuſq; uera,ſolida & ſana doctrina,poſita eſt homini ſalus.* Multa *feciſti tu dñe* Deus *meus mirabilia tua:& cogitationibus tuis,non eſt qui ſimilis ſit tibi.ita eſt ſanè.ſed hoc heroicum & mirabiliũ maximum: quo factus homo,hominem redimere cogitaſti,atq; hominibus reuelaſti, idq; in plenitudine tẽporis feciſti.hoc utiq; hoĩbus annunciaui(æterno pr̃i ait* Chr̃s*).loquutus ſum ipſe,& multiplicati ſunt fideles,ultra quã ab homine dici aut excogitari poſsit. tunc enim priſcis ſacrificijs,halocauſtis & oblationibus decreueras imponere finem.nã ſacrificium & oblationem noluiſti:aures aũt perfeciſti mihi, qui obediens fui uſq; ad mortem.holocauſtũ & p peccato nõ poſtulaſti:tunc dixi,ecce uenio.quia in capite libri prædeſtinationis æternæ,aut pſalmorũ,ſcriptũ eſt de me,ut facerẽ uoluntatẽ tuã.* Deus *meus uolui idipſum:& legẽ tuam in medio cordis mei habui,ut ipſam adimplerẽ atq; hominibus ppalarem. Annunciaui iuſtitiã tuã in eccleſia magnã: ecce labia mea non phibebo,dñe tu ſciſti.iuſtitiam tuam non*

*abſcon-*



*abſcondi,& quæ ſequuntur.tu autem domine ne longè facias miſerationes tuas à me(fidelis ait in exordio pſalmi inductus; uel* Chriſtus *dominus perſonam illius & cauſam agens)& multitudinem miſerationum peto à te,qui miſereri ſemp & parcere ſoles:ut iuſtum etiã te mihi exhibere cõſueuiſti. circundederũt me mala ferè innumerabilia:et cõprehẽderũt me iniquitates,vix homini intelligibiles.quæ euſq; multiplicatæ ſunt,q numerum capillorum excedant:& eas cõſiderans,afficiar deliquio cordis.cõplaceat ergo tibi ut eruas me:dñe ad adiuuandum me reſpice.confundãtur perſequutores mei,pariter & irriſores.at contra exultent & lætentur ſup te oẽs quærentes te:& tibi gloriã reddant,qui diligũt ſalutare tuum,& quem miſiſti* Ieſum Chr̃m. *nã ego mendicus ſum & paup:dñs aũt,qui diues eſt in mĩa, ſollicitus eſt ut mei curam gerat.eia ergo qui adiutor meus,& protector meus es,ac* Deus *meus:ne tardaueris. nec enim ego te obliuoni tradam,quin ſuper te potius & egenos ac pauperes intelligam:propter te,dum uita comes fuerit:q rei huius gratia,promiſſa non exigua præmia norim.*

PSALM. XL.

*BEatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem:in die mala liberabit eum dñs.*

Sũt qui legant,ſup infirmũ ſeu afflictũ,quod idẽ ſonat.cui titulus eſt:in finẽ pſ Dauid,eò ꝙ in finem nos dirigat,p mĩæ opera ſimul & gr̃am, nobis ex Chr̃i morte & reſurrectione collatam.nã circa tria hæc;totus huius pſi diſcurſus præcipuè verſaẽ.nẽpe ſe ſe dñs Paulo ante medicum dixerat & pau 2.Cor.8.b. perẽ. vel qm̃ ppter nos egenus factus eſt cũ eſſet diues, vt illi⁹ inopia nos diuites eſſem⁹: vel q̃a ſe in paupere eſurientẽ, ſitiẽtem,peregrinũ,nudũ,infirmũ,& incarceratũ eſſe pfitetur.cui ſi ſubueneris:ipſum noueris acce- Mat.25.d. piſſe,qui ait:amen dico vobis:quãdiu feciſtis vni de his fratribus meis minimis,mihi feciſtis.ait ergo nũc pſaltes:beatus in ſpe,qui intelligit fide,ſup Chr̃m egenum & pauperẽ:vt ipſum diligat & adoret,vti Deũ verũ. qui dũ Mat.8.c. audit eum dicentẽ:vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos,filius aũt hominis non habet vbi caput ſuum reclinet:illũ cõſubſtantialẽ pr̃i,cælum terrãq; regentem eſſe credit. beatus eẽ qui intelligit ſup egrum pauperem Chr̃i.et vbi nouerit indigentẽ:verecundã petentis vocẽ vt fidelis ſeruus & prudens, gratioſa pręuenit ſubuentione.in die mala ideſt in iudicij die,quę prę malorũ ingruẽtiũ multitudine mala nuncupaẽ, liberabit eum dñs. Pſ.90.ve.3. liberabit(inq̃)de laqueo venantiũ & à verbo aſpero.nec.n.tunc erit demoniorum præda, quin potius fautores inueniet, qui ipſum deficientẽ inducãt in æterna tabernacula: quos Lucæ16.c. ſibi amicos fecit(dũ viueret)de mamona iniquitatis.nec rigidum illud maledictionis verbum audiet dicentis: ite maledicti &c. Seq.

2. *Dñs cõſeruet eũ,et viuificet eũ, et beatũ faciat eũ in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.*

Audi,de rore cæli & de pinguedine terræ benedictionẽ.dñs cõſeruet eũ gr̃a ſua,ne cadat. q ſi à gr̃a cadere cõtingat:viuificet eũ ſtatim, vt ad maiorẽ gr̃am reſurgat:& beatum faciat eum in terra,atq; bonis oĩbus opulentũ: quo fœliciori & cumulatiori cẽſu,ac largiori manu,pietatis opera valeat exercere.exercę aũt te ipſum ad pietatem(Timotheo ſuo ait apo 1.Thi.4.b ſtolus)nã corporalis exercitatio ad modicũ vtilis eſt:pietas aũt ad omnia vtilis eſt, pmiſſionẽ habẽs vitæ quæ nunc eſt,& futuræ.illa quidẽ ad tuendã ſalutẽ corporis cõducit:hęc aũt,aĩæ & corpori vtilitatẽ adfert.pietas hìc vtrũq; cõplectiẽ:& cultũ Dei,& mĩam in pximũ. licet ſtrictiore acceptione,officiũ ac beneuolentiã in parẽtes & patriã importet, vti religio cultũ debitum in Deum.iure igiẽ,pio ac miſericordi hoĩni bonũ optat euenire, & malũ remoueri dicẽs:& nõ tradat eum in voluntatẽ prauã,atq; exitiale deſiderium inimicorum eius,demonum ſcilicet qui hoĩni ex animo inimicantur. ſic alibi dixerat:ne tradideris me in animas tribulantium me. Sequiẽ. Pſ.26.ve.18

*Dominus opẽ ferat illi ſuper lectum doloris eius: vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius.* 3.

Lectus doloris:corpus infirmitatis nr̃æ eſt: in quo ſpõſã id eſt eccleſiã,dilectũ ſuũ Chr̃m reſurgentẽ,ſpũs ſãctus ſub huius cæcę noctis ſilentio quærentẽ inducit. in lectulo meo(inquit)p noctes,quæſiui quem diligit aĩa mea. quæſiui illum & nõ inueni.quæſiuit vtiq; for- Cant.3.a. tẽ,Dei virtutẽ & ſapĩam,in humanę infirmitatis lectulo iacẽtẽ.id tñ p noctes,ignorãs tũc, 1.Thi.1.c. nec plene de hora reſurrectionis edocta: & nõ inuẽit.ſed mĩam cõſecuta eſt,q̃a ignorans fecit.is lectulus doloris eſt,& infirmãtis aĩæ grabatum.ſalutẽ igiẽ corporis optat huic pio hoĩni:ſup egenum & pauperẽ intelligenti,et de ſubſtantia ſua portionem elargienti. atq; ad Deum conuerſus ait: vniuerſum ſtratum eius verſaſti in infirmitate eius: vti pius pater, quo mollius ſuauiuſq; quieſcat. opem etiam fert illi: nam depulſo languore fert aĩa ipſum,à quo antea ferebaẽ.ferat eẽ opem (ait)ſup lectũ doloris:quo carnis illecebras motuſq; proteruos ſuperare queat, te protegente & adiuante: qui vniuerſum ſtratum ei⁹ circuniens, quaſi vallo vndequaque verſaſti, & virtutũ ornatu fulciſti, vt cõſuleres infirmanti,vel aliter:per lectum

&

& ſtratum : interioris cōſcientiæ locū infir-
mantis aīæ,& ſine remorſu male quieſcētis,
intellige:hūc Deus verſat:quū ex mīa ſua prę
ueniēs,cōſciētiā luſtrat et illuſtrat:vt diſcuti
ens oīa:ſe ſe infirmantem agnoſcat, & dicat:
4. *Ego dixi domine miſerere mei:ſana aīam*
*meam,quia peccaui tibi.*
Profectò ſufficiēs cauſa prætēſa , vt ſanes.q̃a
& ſi peccaui in te, maieſtatē tuā offēdēs:ſana,
q̃a peccaui tibi:vel occaſione præbita gloriā
tuā exaltās.q̃quidē gloriaris ignoſcendo cō
fitenti & pœnitēti cū ſpe ſalutis & veniæ.Ec
ce q̃a tu verſaſti ſtratum:ego dixi,quia ꝓpri
am cōſciētiā volui,& peccato ſauciā agnoui.
dixi,quid dixi?dñe miſerere mei.ad te mīæ
fōtē venio miſer & ſitibūdus:q̃a peccaui tibi.
venio leproſus ad balnea ſacra,egrotꝰ ad medi
cū.cōfer antidotū miſerationis miſero pecca
tori.nō corpori ſalutē peto:eiꝰ forte ſalus,aīę
egritudo eſt.aīæ meę peccāti peto,& à te cui
peccaui peto,tu dñe miſerere mei:& ecce ſa
lus.tu dñe qui homo ꝓpter hoīem factus, in
infirmitate eius(quē vt redimeres aſſūpſiſti)
vniuerſū ſtratū , ſtratū & ſtatū eius verſaſti:
quum tāquā vir dolorū & ſciens infirmitatē,
Eſa.53.a. in infirmitate à dño cōtritus es.ſana me ergo
dñe,& de infirmitate aſſūptæ carnis,& poten
tia maieſtatis , de egeſtate hoīnis, & habūdā
tia Dei,de paſsionis deniq; ignominia,& re-
ſurrectionis gloria,medicinā cōfice ſalutarē:
ecce aīa mea quam amas,infirmatur . dic aīæ
meæ:ſalus tua ego ſum,quia ego dixi:dñe mi
ſerere mei.dixi:ſana aīam meā,dixi:quia pec
caui tibi.ꝑfectò dixiſti,nec fruſtra dixiſti.au
diſti Dauid typicū(ſi nō ſim oblitus hiſtori
cū ſenſum),audi iā verum & figuratum.audi
Chrm,paſsionis ſuæ meritū & glorioſæ reſur
rectionis triumphū recenſētem,vt infirmāti
aīæ tuæ confectum adhibeas medicamen.

5. *Inimici mei dixerunt mala mihi: qñ mo*
*rietur,& peribit nomen eius?*
Audiuit Chrs te loquentē:audi tu nūc eū ꝓp
ter te dolentē,imò tibi cōpatientē. dixerunt
inimici iudei apud ſe,mala in Chrm cogitan
tes,ac malo & ꝑuerſo aīo in mortē eiꝰ machi
nantes & cōſpirātes:qñ morieť & peribit no
men eius?vt abſorta vita, & denigrata fama,
populꝰ qui eū ſequiť,ſe deluſum arbitreť.quid
Ioan.11.f. facimus(dicebāt)q̃a hic homo multa ſigna fa
cit?ſi dimittimꝰ eū ſic,oēs credēt in eum.Seq.
6. *Et ſi ingrediebatur vt videret,vna loque*
*batur cor eius.cōgregauit iniquitatē ſibi.*
Ingrediebať vtiq; primorū cōſiliū,vt videret,
et ſecū habitās,miracula & doctrinā meā diſ-
cutiebat.quæ tametſi oīa ſolida,& omni ꝓr-
ſus vicio ac redargutione carētia reperiret,
vna tñ loquebať cor eius:q̃a meraciſsima mē
dacia cōſilium illud impiorū cōfingebat, et
cōgregauit iniquitatem ſibi.nā quę maior ini
quitas,q̄ mirifica Chri opera, Beelzebub de
moniorum principi deputare,aliaq; id genus
comenta aīo fabricare,quibus Chro calum-
niari & puſillorum gregem à vera in eum fi-
de deterrere poſſent?et hoc eſt quod ait:
*Egrediebať foras:et loquebatur in idipſū.* 7.
Malus quidē ingreſſus vt videret , ſed peior
egreſſus vt diffamaret. ingrediebať,vt malū
cōciperet:egrediebatur aūt foras,vt cōceptā
pareret iniquitatem:quum loquebať amarè,
quod iniquè & doloſè cogitarat.loquebať et
in idipſum: quaſi oēs vnū,vno corde,vno ſē
ſu & cōſēſu,atq; vno ore ꝓferrēt.ideo Seq.
*Aduerſùm me ſuſurrabant oēs inimici* 8.
*mei:aduerſùm me cogitabāt mala mihi.*
In aurē populo muſitātes principes ſacerdo-
tū,ſcribæ & phariſei ſuſurrabāt Chro,doctri-
næ,atq; eius miraculis detrahētes ac derogā
tes,vt oēs inimicarenť illi:et malorū vltimū
cogitabāt. ſic.n.ſcriptū eſt:ab illo ergo die Ioan.11.g.
cogitauerunt vt interficerent eū. Sequitur.
*Verbū iniquū cōſtituerūt aduerſum me:* 9.
*nūqd qui dormit, nō adijciet vt reſurgat?*
Iniquum verbū fuit:hic eſt hæres,venite oc- Mat.21.d.
cidamus eū, & habebimus hæreditatē eius.
et illud huic ſimile:morte turpiſsima cōdem
nemus eū.aut forte illud ex totius iniquita- Sap.2.d.
tis ſentina ꝓgreſſū:dñe(inquiunt ad Pilatū)
recordati ſumꝰ,q̃a ſeductor ille dixit adhuc Mat.27.g.
viuens:poſt tres dies reſurgā.iube ergo cuſto
diri ſepulchrum &c.quorū deridens inſaniā,
dicit:nunquid q̃ dormit,nō adijciet vt reſur
gat?ſic ait ergo cui mors voluntariè accepta,
dormitio fuit:dormiui(ait)& ſoporatꝰ ſum,
atq; à vera morte quaſi à ſōno ſurrexi.dormi
ui(inq̃)& morti oblatus q̃a ipſe volui,nō ce
cidi inuitus:ſed lubens in ſepulchro iacui.nō
tñ eſt ꝙ quæratis,nunquid adijciet vt reſur
gat?nō quidem cecidi,vt virgo illa Iſrael, cu
ius caſum ꝑ ꝓphetā ſuū Amos,defleť dñs di- Amos.5.a.
cens:audite verbum iſtud,quod ego leuo ſu
ꝑ vos,planctum domus Iſrael. cecidit, et nō
adijciet vt reſurgat virgo Iſrael.ꝓiecta eſt in
terrā ſuā:& nō eſt qui ſuſcitet eam.Sequiť.
*Etenim homo pacis meæ,in quo ſperaui:* 10.
*qui edebat panes meos,magnificauit ſup*
*me ſupplantationem.*
Ac ſi dicat apertius,quid mirū ꝙ iudei inimi
ci,& ſēper bellātes aduerſùm me,iniquè ege
rint:ſi homo pacis meæ Iudas ſcilicet,cui ali
bi dixi:tu verò homo vnaminis,dux meus & Pſ.54.ve.14
notus meus &c. cui loculos fidi , qui deniq;
panes meos cōmunē & ſacramentalē ad mē-
ſam accūbens edit in cœna: leuauit cōtra me Ioan.13.c
calcaneum ſuum?nā oſculo me ipſum ꝑdidit,
quæ non exigua ſed magnifica & famoſa ſup
plātātio fuit:cū pacis ſigno me ipſum morti
add ixit



addixit:et hęc vna medicinaliū aromatū ſpe
cies ex hac vipra accepta,adde iā alterā:et in
firmanti aīę vnguentum cōficies. Sequitur.
11. *Tu autem dñe miſerere mei: & reſuſcita*
*me,& retribuam eis.*
Prem alloquiť Chrs,& ex forma ſerui paupe
ris & egeni ait:Miſerere mei.quod aūt ſequi
tur,exprimit in quo ſibi poſtulet miſereri.re
ſuſcita me(inquit)& retribuā eis. petijt ſupe
rius homo infirmus aīæ ſuæ reſurrectionē di
cēs:ego dixi,dñe miſerere mei,ſana aīam me
am q̃a peccaui tibi:petit nunc Chrs ex aſſum
ptæ carnis infirmitate:corporis reſurrectio-
nā & ait:tu aūt dñe miſerere mei:& reſuſcita
me.cecidit duntaxat Chriſti corpus vel dor
miuit potius & iacuit in ſepulchro:dū ab eo
aīa in morte ſeparať.at cecidit peccātis aīa:
dū ſeparatur à Deo. qui ergo traditus eſt ꝓp
Rom.4.d. ter delicta nra(ait apoſtolus)reſurrexit prop
ter iuſtificationē nram,vt paſsio ſimul & re-
ſurrectio toti hoīni ſit medella.moriens qui
dē exoluit redēptionis pretiū.at verò ꝓpria
(quæ eadē eſt cū pre) virtute reſurgens:ſe ſe
verū Deū oſtendit. vt fidem faceret,quod à
Deo eſſemus iuſtificati,ꝙq; eius reſurrectio
ne qua redijt ipſe ad nouā vitā gloriæ : redi-
mꝰ nos eť ad nouitatē iuſtitię,& ſic fidē futu
rę reſurrectionis fulciret.vtrūq;.n.tribuet e-
lectis ad vitā:& reꝓbis ad dānationē.Seq.
*In hoc cognoui. quoniā voluiſti me:quoni* 12.
*am nō gaudebit inimicus meus ſuper me.*
Gauiſus eſt iudeorū populus ad tēpus,ꝙ me
Chrm occiderit:ſed experimēto noui, ꝙ me
diligas:qm nō gaudebit,quin potius inimicꝰ
gemet,quum me viderit reſurgentem.
*Me aūt propter innocentiā ſuſcepiſti:&* 13.
*cōfirmaſti me in cōſpectu tuo in æternū.*
Aſſumptę humanitatis verba ſunt,de præmiſ
ſis oībus grās agētis.ꝓpter īnocētiā (inquit)
ſuſcepiſti me reſurgentē,& cōfirmaſti in cōſ
pectu tuo ad cælos aſcendentē,& ad dexterā Pſ.15.a.
maieſtatis tuę ſedentē.ego aūt in innocentia
mea(ait Chrs)ingreſſus ſum mundū,in inno-
centia cōuerſatus. in innocentia ingreſſus ſe
pulchrum atq; in innocentia cælū.ſit igitur.
*Benedictus dñs Deus Iſrael: à ſeculo &* 14.
*in ſeculum,fiat fiat.*
Benedictus ſit dñs Deus fideliū & credētiū,
cuius benedictionis inchoatio ſit ab hoc ſe-
culo:& in futurum ſit perfectio,amen amē.
benedictus ꝙ creauit hominem in verbo:be
nedictus ꝙ recreauit & reparauit etiam in
verbo,ideo fiat fiat.

## EPILOGVS. PSALM. XL.

*BEatus qui intelligit ſuper egenū & pauperē,ut eius proſpiciat egeſtati:profectò in calami-
toſa illa iudicij die liberabit eū dñs(eo q̃ beneficus fuerit)ne tunc ſit demoniorum præda.dñs
cōſeruet eū,uiuificet,ditet in terra,& nō tradat eū ſibi inimicantium uoluntati,opē ferat illi
infirmāti(precor):ſis ipſe benedictus Deus,qui uniuerſū ſtratū eius uerſaſti in infirmitate eius,quaſi
ſedulo miniſtrās,infirmumq; præueniēs neceſſario(ſi dixerim)obſequio,ad ſalutē.qui(ut uerū fatear)
ego ipſe ſum.ego dixi,dñe miſerere mei:ſana aīam meā,quia peccaui tibi.dixi,& mīa tua mihi præſto
fuit. nempe te ſtatim ſenſi,paſsionis ſimul & reſurrectonis tuæ ſalutiferum ori meo poculum admouen
tem:quippe quod cōfectū huiuſmodi narratione deſcribā.inimici mei iudei(ait Chrs)dixerunt mala mi
hi,in aſſumptæ carnis infirmitate conſtituto:qñ morietur & peribit nomen eius?et ſi ingrediebatur po
pulus ille:ut uideret doctrinā,& ꝑ me miracula geſta,uana loquebať cor eius,cōgregauit iniquitatem
ſibi:egrediebatur foras,& loquebatur in idipſum: aduerſum me ſuſurrabant cogitantes mala:uerbū i
niquū cōſtituerunt aduerſùm me,conſpirātes in mortem.ſed rogo,nunquid qui dormit:nō adijciet ut à
dormitione reſurgat?tūc homo pacis meæ in quo ſperaui,utiq; diſcipulus ille uocatus,qui edebat panes
Rom.4.d. meos:iā ꝓditor factus,magnificauit ſup me ſupplātationem.et ſic traditus ſum ꝓpter delicta urā:ſed re
ſurrexi,ꝓpter iuſtificationem urām.ut ſciatis q̃ nō ſolùm urum exolui debitum:uerum eť q̃ à me uero
Deo reſurgente,iuſtificati eſtis.nam tu pr,me à mortuis ſuſcitaſti : & retribuam illis ultionem.porro
in hoc cognoui & periculo cōꝓbaui cæteroſq; cognoſcere feci q̃ uoluiſti me:qm nō gaudebit inimicus
meus ſup me.nā me ꝓpter innocentiā ſuſcepiſti reſurgentem:nec ulterius moriturū.et cōfirmaſti me co
rā te in æternum:dum aſcendentē in cælum,ad dexterā tuā collocaſti me uiuentē in ſecula ſeculorū.ec
ce redēptionis poculū dñe,iā te propinante bibi,& ſanus factus ſū:uir fidelis ait.quāobrē in tui laudē,
me ipſū totū effundā dicēs:benedictus dñs Deus Iſrael:à ſeculo & in ſeculū,fiat fiat.quid iā mihi ſup
Luc.10.f. eſt expectendum:niſi ut te dñe fruar in pria,qui me à latronibus uulneratum ſanaſti,reptum in uia?

## PALM. XLI.

*QVemadmodum deſiderat cer-
uus ad fontes aquarum:ita de
ſiderat aīa mea ad te Deus.*
Titulus eſt:in finē intellectus,fi
lijs Chore ps Dauid.Dauid qui-
dē hūc pſalmū cōpoſuit:& filijs Chore cōtu
lit decātādū. qui intellectu myſtico,Chri ſā
guine redēptis adaptať.ij etenim filij ſū Cho
re quod nomen hebreū eſt,& latine caluaria
interpretať.eſt.n.locꝰ vbi ſaluator nr , qui ꝑ
Heliſeū & ꝓprio noīe & appellatione ac ſpū
duplici figuratus,quiq; fugiētibus diſcipulis 4.reg.2.d.
&quaſi capillis à capite ſuo defluētibus,cal-
uus effectꝰ eſt,atq;à iudeis dicētibꝰ: tolle tol
le crucifige,irriſꝰ:dū cliuū crucis aſcēdit,tot
filios ſibi genuit,quot ꝓprij corporis cruo-
re

re redemit.quibus ex caluarie loco nomen
eſt inditũ:vt nunc in ſpũ filij Chore meritò
denominentur. vel fortè ideo filij Chore cre
dentes dicuntur:ꝙ cũ de gentibus ydolatris
aut iudeis cõtra Deũ murmurantibus,origi-
nẽ ducãt:ipſi tñ Chr̃o ꝑ fidem adheſerunt,ſi
cut quidá de filijs Chore qui(ſchiſmatico re
licto pr̃e,cum Dathã & Abiron cæteriſq; ꝓ-
teruis pereũte) dñm Deũ & ſeruũ eius Mo
Rom. 8. c. ſem ſequuti ſunt,nec patris cõſilio acquieue
runt. ij ergo filij Chore,qui iuxta apoſtolũ,
acceperunt ſpũm adoptionis filiorum Dei,in
quo clamãt abba pr̃:nimio inuiſendi pr̃is deſi
derio æſtuantes,& charitate feruentes:dum
eorũ quiſq; hui' carnis mole depreſſus, anhe-
lus & ſitibundus,ad Deũ(velut ſcopũ ſibi ꝓ-
poſitum)peruenire cupit:in hanc ſimilitudi-
nariã vocẽ erumpit:ſicut ceruus deſiderat ad
fõtes aquarũ:ita deſiderat aĩa mea ad te De'.
talẽ ferunt ceruorũ eſſe naturã,ꝙ ſiue ſerpen
tũ hauſto veneno(quos de cauernis halitu &
narium ſpũ extrahere aiunt)ſiue ſagitta intin
cta veratro percuſi:dũ ſe ſe morbidos ſenti-
unt,& interno igne ſuccẽſſos:liquidos aqua-
rũ fõtes appetunt:hos maxime quos vnicor
nis cornu,naturali inſtinctu nouerint eſſe ta-
ctos.bibunt igitur & refrigerãt. atq; aqua lo
ti,velut ãtidoto venena ſuperãt recuperãtq;
ſalutẽ,et inuouãt.nec ſec' ij qui ſerpẽtinę peri
de ac ſathanicæ fraudis morſibus infecti ſũt,
dum agili ceruorũ curſu atq; ardore feruẽti,
ad baptiſmi fluenta(quæ carnis ſuæ mundiſſi
mæ tactu ſacrauit Chr̃s)ꝑuenire ſatagunt: &
aĩæ ſanitatẽ acquirunt,& innouato ſpũ ęſtum
carnis & peccati fomitẽ(quã mẽbrorum le-
gem appellãt)frenari, cohiberi,extenuari,ac
mitigari ſentiunt.hoc tñ incipientiũ eſt. qui
verò ꝑfecti ſũt & igneo charitatis incendio
æſtuãt,atq; ad Deum ſuũ (qui bonorũ oĩum
fons eſt & origo) adire,clęumq;cõſcendere
cõcupiſcunt:vbi huius ſeculi vinculis repagu
Pſ.119.v5.c. liſuè detinent,cũ Dauid gemunt dicẽtes:heu
me q̃a incolatus meus ꝓlongatus eſt:et cum
Phil.1.d. Paulo diſſolui cupiunt,& eſſe cũ Chr̃o : quia
Pſ.72.v.27 ſibi adhærere Deo bonum eſt. quibus viue-
re Chr̃s eſt,& mori lucrũ. ſed ad hæc quis i
2.Cor.2. d. doneus(ait Paulus)quaſi dixerit:niſi Chr̃s ſi
tim moueat & ad ſe traxerit ſitientẽ?ipſe ete
nim eſt,qui ꝑficit pedes,id eſt affectiones cer
Pſ.17. v.36. uorũ:& ſup excelſa ſtatuit eos,vt ſpineta hu
Colo. 3. a ius ſeculi trãſiliẽtes:quæ ſurſũ ſũt quærãt vbi
Chr̃s eſt, in dextera Dei ſedẽs.quæ ſurſũ ſũt
ſapiãt:non quæ ſup terrã. vt ibi,fixa ſint cor
da ,vbi vera ſunt gaudia. Sequit.

2. *Sitiuit anima mea ad Deũ fontẽ viuũ:qñ*
*veniam,& apparebo ante faciem Dei.*
Hoc primũ noſſe oportet,nec in hebreo aut
greco reperiri fontẽ, ſed nihil,vel fortẽ eius
poſitũ eſſe loco.ſit ſcriptũ vt libet : certè v
trũq;cõſonat,& fortẽ & fõtẽ.ſitit fidelis aĩa
ad fõtes ſeptẽ,quæ eccleſiæ ſunt ſacramẽta,è
quib' gr̃æ liquor ſcaturijt & fluit.ij tñ fõtes
& ſi bibenti ſolatio ſint,dũ ſpẽ fulciunt & cõ
ſolãtur:non tñ ſatiãt & quietãt: imò ſitim au
gẽt,ad Deũ fontẽ viuũ perueniendi. quia illi
fontes viæ,hic autem pr̃iæ & vitæ perennis
fons,qui eſſentialiter atq; independenter vi-
uit.illi in primo ſunt aut medio itinere , hic
verò in fine. nec et vacat ꝙ aĩa quæ prius vt
ceruus deſiderauerat fõtes,nũc ſitit fontẽ.nã
fortè his verbis,cũ vnitate eſſentiæ,trinitatẽ
innuit perſonarũ.tres quidẽ,ſed vnus fõs, cu
ius eadẽ aqua,virtus,& potentia. qñ ergo ve
niã?(ait ꝓpheta factus)Ecce venio,ſed nõ dũ
peruenio.ꝑ fidẽ ambulo, ſed nõdũ ꝑtingo.
curro, nõ tñ cõprehendo,in quo cõprehẽſus
ſum.qñ igit veniã,ꝑueniã,& apparebo ante
faciẽ Dei ? nũc poſteriora video,faciẽ aũt nõ
video: cognoſco,ſed nõ vt cognitus ſũ. cha
rißimi(ait Ioanes apoſtolus)nũc filij Dei ſu .Io.3.a.
mus,& nõdũ apparuit quid erimus.ſcim' q̃m
quũ apparuerit,ſimiles ei erimus, q̃m videbi
m' eũ ſicuti eſt.quid mirum ſi expecto illud
quũ?ſi ſitio,meæ apparitionis illud qñ?audi o
.n.apoſtolũ dicẽtẽ:quũ aũt Chr̃s apparuerit Colo.3.a.
vita vr̃a,tunc & vos apparebitis cum ipſo in
gloria.ſitio ergo,tua dũ veſtigia luſtro, ſole
ſubardẽti: ſed qñ veniã & apparebo?tũc.n.ſa Pſ.16.ve.17
tiabor,quũ apparuerit gloria tua.ꝙ ſi nõ fon
tẽ,ſed fortẽ legas,eidẽ et ſenſui cohærere vi
det. cõtẽplatur quidẽ Chr̃i mortẽ & vitã,aſ-
ſumptæ carnis infirmitatẽ,& maieſtatis forti
tudinẽ. nã morientẽ intuet,& cõtritũ in infir
mitate,atq; ex iã mortui percuſſo latere,ſalu
tis nr̃æ fõtem cruore et aqua manãtẽ.in quẽ
aĩa ſitibũda ruens,dũ lãbit affectu: in reſurgẽ
tis ac viuentis amorem tendit.ſitit fõtem iã
viuũ,& ſitit fortẽ,iã deuicta morte triũphan
tem,ſititq; fortem ad dexterã pr̃is ſedentẽ,
cuius bibit fõtem de latere eiuſdem crucifi-
xi fluentem.ſitiuit ergo aĩa ad Deum fortẽ
viuũ,de quo(iuxta alterius fortis ꝓblema) e
greſſa eſt dulcedo,cui' ab ore pendens Dali
da,dum fudit lachrimas didicit & aucupa-
uit intelligentiã. quid nanq; dulcius melle Iudi c.14.
gloriæ?aut quid fortius Deo & hoĩe(à quo
ꝓgredit)Chr̃o,qui vt leo de tribu iuda,fero
ciſſimũ ac crudelẽ illũ deuicit principẽ tene
brarum,proſtrauit, deiecit,& excuſsit? Seq.

3. *Fuerũt mihi lachrimæ meæ panes die ac*
*nocte:dum dicitur mihi quotidie , vbi eſt*
*Deus tuus?*
In hac lachrimarum valle,homini Deum ſitiẽ
ti



ti,ſiue in proſperis ſiue in aduerſis , cibarius
panis lachrimæ ſunt,quibus reficitur,& lõga
expectatione ſubſiſtit.nec deficit in via,dum
pia interim lachrimarum effuſione fouetur.e
rigitur quidem ſpes,quum oculorum imbre
rigatur,& quaſi excreſcens virgultum,nouũ
virorem aſſumit. et tunc magis confortatur,
cum magis angitur, auditq; quotidie dicen-
tes:vbi eſt Deus tuus? et ex eadem radice ro
bur animæ pullulat,& deliquiũ.ideo Sequit.
*Hæc recordatus ſum,& effudi in me ani*
4. *mã meam : quoniam tranſibo in locum ta*
*bernaculi admirabilis,vſq; ad domũ Dei.*
Multa intus ad memoriam auocat.vnum, ꝙ
peregrinatur à dño,& tan longè ſit poſsitus:
vt properio ſibi detur, dũ dicitur quotidie:
vbi eſt Deus tuus?huius recordatio , triſti
& angoris eſt cauſa.ſtillãt oculi,& lachrima
rum diductis riuulis,genæ madent. ſed mox
vt gemit,recordatur ꝙ Chr̃s dñs ad cælos aſ
cẽdit.ideòq; ibi(quã aſumpſit hominis natu-
ram)collocauit,vt homo crederet ac ſpe cer
ta ſe illuc eſſe venturum ſperaret:qua recor
datione & expectatione lætatur.triſtatur i-
gitur,ſimul & gaudet,aitq;:fuerunt mihi la-
chrimæ meæ panes die ac nocte.nam gemo,
dum dicitur mihi quotidie:vbi eſt Deus tu-
us?& lætatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi:
Pſ.121.ve.1. in domum dñi ibimus. ibimus membra, quo
aſcẽdit caput. Hæc recordatus ſũ(ait)& gau
dens in ſpe effudi in me animã meã. dilatato
.n.corde,quod ante quaſi in arcto & anguſto
poſitum premebat: liberum aĩæ meæ ſpaciã
di & ad te contemplationis penna aduolãdi
conceſsi locum. vt interim hac ſpe gaudeat.
q̃m trãſibo in locum tabernaculi admirabilis.
Pſa.18.ve.5. tabernaculum admirabile quod Chr̃s in ſole
poſuit , humanitas illa fuit:quam plenitudo
diuinitatis inhabitat. huic in domo Dei , a-
pud patrem cæleſtem,digniſsimus locus eſt.
tranſibo igitur ad locum huius tabernaculi
admirabilis,cui(vt capiti) prior locus & pri
maria ſedes eſt:deinde membrorũ ſua cuiq;
ſedes,paratus locus,& in domo patris ſigna
Ioan.17. d. ta manſio.pr̃(ait Chr̃s)quos dediſti mihi, vo
lo vt vbi ego ſum,& illi ſint mecum,vt vide
ant claritatem meã quã dediſti mihi. hìc ſpe
gaudentes erunt,ibi aũt re. Sequitur.

5. *In voce exultationis et confeſsionis ſonus*
*pulantis.*
Pſ.67.ve.3. Sicut iſdem alibi ait pſaltes:iuſti epulẽtur &
exultent in conſpectu Dei,& delectentur in
lætitia.fœlix tranſitus:ab eſurie & ſiti, à fri-
gore & nuditate,à ſingultibus & ſuſpirijs:ad
vocem exultationis & confeſsionis,atq; ſo-
num epulantis. exultationes quidem multæ
in guture ſanctorũ:ſed vox vna exultationis,
laudis,& cõfeſsionis eorũ erit, qui voce cõ
ſona in ſeculorũ ſecula laudabunt dñm.Seq.
*Quare triſtis es anima mea:& quare cõ* 6.
*turbas me?*
Iuſte quidem conqueritur apoſtolus ꝙ legẽ Rom.7.d.
alteram ſentiat in membris,legi mẽtis repug
nantem. ſæpe.n.corpus,animam à cæleſtium
reuocat contemplatione,& ſuo ſtrepitu re-
trahit à quiete. et quæ in ſpũ aſcendens, qua
ſi rapta & auulſa à corpore delectatur:à dul-
ci cõtẽplationis ſomno , extemporaneo im
pulſu experrecta,multo magis ( condeſcen-
dens corpori,& ea quam pręguſtauerat dul
cedine amiſſa)triſtatur,quam antea triſtaba-
tur.quod ſentiens is ceruus,quem propheta
imitandum proponit:ſe ſe ad animam ſuam
conuertit,eamq; leni ac molli carpit increpa
tione dicens:quare triſtis es aĩa mea?& quaſi
Chr̃i verbũ illud vſurpet:modicæ fidei,qua- Mat. 14. c.
re dubitaſti?ſic nunc etiam dicat aĩæ:modicę
ſpei,quare te cõtriſtaſti:& quare cõtbas me?
*Spera in Deo, quoniam adhuc cõfitebor*
*illi:ſalutare vultus mei & Deus meus,* 7.
Paulo ante in me effuſa:ſola trãſitionis ſpe o
blectabaris,dicebaſq;:q̃m trãſibo in locum ta
bernaculi admirabilis. quid eſt ꝙ nũc repẽti
na deiectione triſtaris?an ꝙ altiſsimũ ſit re-
fugiũ tuũ,lõgum iter,ac lõgior te inſectantiũ
rabies,ꝙq; ĩmodico torquearis ęſtu?audi a-
poſtolũ.tribulatio(inquit) patientiã operat, Rom.5.a.
patientia aũt ꝓbationẽ,probatio verò ſpem,
ſpes aũt nõ cõfundit.ꝙ ſi ita res habet:deſpe
rare noli.ſic alibi dixi:expecta dñm,viriliter
age,& cõfortetur cor tuũ,& ſuſtine dñm. et pſ.26.v.20
nũc dico:ſpera in Deo , q̃m adhuc cõfitebor
illi.expecta pauliſp,ſine modo: dum ſalutari
vultus mei,& Deo meo,pauca verba facio,
ac tui ipſius & mei memor:quas patimur e-
rumnas,ipſaſq; voces querulas,crebra ſuſpi-
ria,& cætera triſtitię ſigna,quibus me pulſas
cõmoues,& cõturbas:illius aurib',ſine fictio
ne effingã.audi primũ,quos pręmeditatos ex
toto meo conatu,dicere excogitaui ſermo-
nes.tu ĩterim fixo aĩo ſpera in Deo.ecce ego
effundo in cõſpectu eius orõnem meã: & tri
bulationẽ meã ante ipſum ꝓnuncio dicens:
*Salutare vultus mei et Deus meus:ad me*
*ipſũ anima mea cõturbata eſt . propterea*
*memor ero tui,de terra Iordanis & Her*
*monij:à monte modico.*
Et his dictis:quæ ſequuntur annectã . eſt ne
quod addere vel demere debeã?ſalutare (in
quã)vult' mei,& Deus meus:nec.n.meli' aut
ſuaui' Chr̃m dñm(in quo toti' ſpei & ſalutis
fixi anchorã)ĩterpellare licebit.qñquidẽ Hie
remias ipſe ſitiẽtiũ ceruorũ vn',in eadẽ tribula
tione poſit':nõ diſsimili eũ apellatione vocat
ve-

Tre.4.d. velociores(inquit)fuerũt perſequutores nr̃i
aquilis cæli:ſuꝑ mõtes ꝑſequuti ſunt nos: in
deſerto inſidiati ſũt nobis.ſpũs oris nr̃i Chr̃s
dñs,captus eſt in peccatis nr̃is, cui diximus:
in vmbra tua viuemus in gentibus. cũq; illũ
adeò beneuolũ reddidero & attẽtũ,vt fiãt au
res eius intendentes in vocẽ orõnis meæ:to-
tius narrationis ꝓferã argumeutũ dicens: ad
me ipſum aĩa cõturbata eſt:quæ ad te cõuer-
ſa,dũ te quem ſitit contẽplat̃ fontẽ: & ſi non
plena,tñ quali quali trãquillitate viget, & ſo
la tui ipſius imagine ac recordatione lętatur.
nunc aũt ad me reuerſa:tot malis obſita, tri-
ſtis effecta turbatur,& cõturbat me.ꝓpterea
memor ero tui de terra Iordanis & Hermo-
nij à mõte modico.hæc tranſlatitia eſt & fi-
gurata loquutio.terra Iordanis,vbi baptiſma
lis fons eſt:Hermoniũ,mõs humilis & modi-
cus,ſi mõti ſupremo(qui apud Deũ eſt)cõfe
ratur:præſentis tẽporis eccleſia dicit̃.ab hac
ergo terra quæ eccleſia eſt,quã Iordanis flu-
mẽ interfluit,ipſoq; Hermonio monte modi
co,memor ero tui. hũc quidẽ eccleſiæ mili-
tãtis modicũ,interim conſcendã:qñ mihi nõ
datur(ꝓ ſtatu viæ)excelſiorẽ gloriæ tuæ ſcã
Pſ.103.v.19 dere mõtẽ. nã & ſi agilis,æſtuans,& ſitiẽs cer
uus ſim:alijs tñ ceruis qui iam hos deſeruere
artus,mõtes excelſi ſequeſtrati ſunt.mecum
aũt bene agit̃,ſi de terra Iordanis & Hermo-
nij,à mõte modico:te per fidẽ in ſpe cõtẽpla
ri,& ab humilitate ꝓpriæ æſtimationis:mag
nitudinẽ glorioſæ exaltationis liceat ſpecula
ri.nã qui ſe humiliat:exaltabit̃,ait Chr̃s.Seq.

9. *Abyſſus abyſſum inuocat: in voce catha
ractarum tuarum.*

Obſcurus eſt ſenſus verborũ. quãobrẽ nobis
vel maximè laborãdũ eſt: vt dicenda,præmiſ
ſis cohærere videãt̃.quippequi nouimus,hęc
multos vario explanaſſe ſenſu.duos tñ inter
alios dicẽdi modos,velut magis cõſẽtaneos,
ꝓpoſito adaptamus.ſit primus:vt verba ſint
eius qui triſti,perinde ac cõturbãti ſimul &
cõturbatæ animæ ſuæ,ſolatiũ quærit.tum ex
meditatione,qua Deũ ſuũ & vultus ſui ſaluta
re,à monte modico contẽplat̃,cuius interim
memoria oblectatur:tũ et̃ ex noui & veteris
inſtrumenti,ſe ſe inuicẽ inuocãtibus teſtimo
nijs,ꝓmiſsionibusq́;,fidẽ ſimul & ſpẽ ipſã ro
borantibus:quæ omnia nõ mediocria ſũt aĩæ
deſolatę medicamẽta.et quaſi iã audiſſet apo
ſtolũ dicentẽ:quæcunq; ſcripta ſunt,ad nr̃am
Rom.15.a. doctrinã ſcripta ſunt, vt ꝑ patientiam & con
ſolationẽ ſcripturarũ,ſpẽ habeamus:exponẽs
vñ hic filius Chore ſpẽ ſuã fulciat,& inter ad
uerſa cõſoletur aĩam ſuã:ſic ait:abyſſus, quæ
ĩmenſa eſt,& humano ſenſu ĩpenetrabilis di-
uinæ ſcripturæ ꝓfunditas:abyſſum alterã vo
cat,in voce tñ apoſtolorũ & ꝓphetarum. ij
quidẽ præibãt: illi verò ſequebantur. quos i
Mat.11.b. deo catharactas vocat:vel ꝙ ꝓphetæ de lõ-
ginquo vidẽtes, velut,quibuſdã ſcamis lumi
nibus ſuper poſitis: ſub inuolucris, velamini
bꝰq; rẽ ipſã : de qua loquuti ſunt, obtexerũt,
vel quod ab apoſtolis(quaſi iã ruptis cathara
ctis ) ad nos ſcripturæ ſacræ doctrina deflu-
xit.et dũ nouũ vetus,& vetus nouũ teſtamẽ
tũ,in ſui autoramentũ vocat: abyſſus abyſſũ
inuocat in voce catharactarũ.quis nũc(obſe
cro)nõ cõſoletur,quũ ꝓphetã audiat dicẽtẽ:
audiui cõtumelias multorũ,& terrorẽ in cir
Hier.20.c. cuitu: perſequimini, & perſequamur eũ &c.
ſequiturq́;: dñs aũt mecum eſt,tãquam bella
tor fortis:iccirco qui perſequunt̃ me, cadẽt,
& infirmi erunt,& cõfundẽtur vehementer.
hæc Hieremias.Naum aũt ait: indignatio eiꝰ
Naum.1.b. effuſa eſt vt ignis,& petræ diſſolutæ ſunt ab
eo. at conſequitur ſtatim:bonus dñs, & con
fortãs in die tribulationis, & ſciens ſperãtes
in ſe. et in diluuio prætereũte,conſũmationẽ
faciet loci eius:et inimicos eius ꝑſequẽtur te
nebræ. en abyſſum,in harũ voce catharacta-
rum,abyſſum alterã inuocantem:cui Paulus
concordi reſpondet ſenſu.habemus aũt the-
2.Cor.4.b. ſaurum iſtum in vaſis fictilibus,vt ſublimitas
ſit virtutis Dei,& non ex nobis.in omnibus
tribulationẽ patimur,ſed non anguſtiamur:a
poriamur,ſiue egeſtate laboramus,ſed nõ de
ſtituimur. perſequutionem patimur,ſed non
derelinquimur:humiliamur ſed non confun
dimur:deijcimur,ſed non perimus &c.ſequi
tur ꝓpter quod nõ deficimus.ſed licet is qui
foris eſt nr̃ homo corrumpat̃:tñ is qui intus
eſt,renouatur de die in diẽ.id.n.quod in prę
ſenti eſt,momentaneum et leue tribulationis
nr̃æ:ſupra modum in ſublimitate,æternũ glo
riæ pondus operatur in nobis.non contẽplã
tibus nobis quæ videntur,ſed quæ nõ vidẽt̃.
quæ.n.vidẽt̃,tẽporalia ſũt:quę aũt nõ viden
tur,æterna ſunt.hæc Corintijs.Timotheo ve
2.Thi.3.c. rò ſuo ait:tu aũt aſſequutus es meam doctri
nam,inſtitutionem,ꝓpoſitum,fidem,longa-
nimitatem,dilectionem,patientiã, perſequu
tiones,paſsiones,qualia mihi facta ſunt An-
tiochæ,Iconij,Liſtris,quales perſequutiones
ſuſtinui,& ex oĩbꝰ eripuit me dñs,et omnes
qui piè volũt viuere in Chr̃o Ieſu:ꝑſequutio
nẽ patiẽt̃.is primus de abyſsis ſe ſe inuicẽ in
uocantibus ſit ſenſus. ſit etiam ſecundus,non
longe diſtans:quo triſtitiæ ſimul & cõturba
tionis referat cauſas,dicatq́; : cur memor ſit
ſui , à monte modico , leuans oculos ſuos in
montes,vñ veniet auxilium ſibi. abyſſus vna
(inquit)tribulationum huius ſeculi,vocat al-
teram:velut in cathena,vbi armilla armillam





citat. nam adeò cõnexæ ſunt,vt vix vnam e-
uadas,quin alteram incidas è veſtigio. altera
quidem ſubintrat alteram,ita vt eam citaſſe
videat̃. et hoc vnũ ſcio dñe,ꝙ id ipſum quid,
quid eſt, ex abſconditis & occluſis benepla
citi aut ꝓmiſsionis tuæ exeat catharactis. in
uocat etiã abyſſus miſeriæ,miſericordię tuę
abyſſum,quæ miſeriam omnem abſorbet, in
voce catharactarum. audi vel vnã ex catha
Eſa.1.c. ractis clamãtẽ: ſi fuerint peccata vr̃a vt coc-
cinum,quaſi nix dealbabũtur:et ſi fuerint ru
bra ſicut vermiculus,velut lana alba erunt. a
byſſus ergo malorum omnium ingruentium,
Pſ.123.v.4. quam idem regius vates pſalmo. 123. depin
git optimè:eamq́; aquam intolerabilem vo
cat,diuinarum miſerationum multitudinem
atq; abyſſum,inuocat in voce catharactarũ
tuarum. iudicia enim tua domine,mihi catha
ractę ſũt,& abyſſus multa.qui an ex iuſtitia,
an ex miſericordia , vel potius ex vtraq; ſi-
mul,mala inferas & permittas, ignoro prorſ
ſus. porro hoc vnum mihi duntaxat peruiũ
eſt ꝙ mea abyſſus,tuam inuocat abyſſum. la
tet tñ in qua catharactarũ voce, aut inuocet
abyſſus,aut tuæ reſpõdeant catharactæ.quia
Eccle.9.a. neſcit homo vtrũ amore,an odio dignus ſit:
iratus ne reſpondeas,an placatus.interroga-
Ioan.9.a. tus quippe dñs:quis peccauit,hic aut paren-
tes eius,vt cæcus ille euangelicus,cæcus naſ
ceretur?reſpondit:neq; hic peccauit neq; pa
rentes eius,ſed vt manifeſtentur opera Dei
in illo.nempe ſi cauſam quæras,ſcias ꝙ abyſ-
ſus abyſſum inuocat , in voce catharactarũ.
noli ergo anima mea vexari. ipſa enim tribu
lationum abyſſus,pro te interpellat. et abyſ
ſum illam,Dei miſericordiam immenſam in
uocat,in voce tamen catharactarum:noli co
hibere vocem & os claudere pro te interpel
Pro.3.c. lantis abyſsi:tantum ne paueas(ait ſapiẽs)re-
pentino terrore , & irruentes tibi potentias
impiorum.dñs enim erit in latere tuo,& cu-
ſtodiet pedem tuum ne capiaris. Sequit̃.

10. *Omnia excelſa tua,& fluctus tui : ſuper
me tranſierunt.*

Per excelſa,calamitates maiores & afflictio
nes,cæteraq; id genus tormenta,intellige. ꝑ
fluctus verò,minora dãna , quæ vtiq; omnia
Amos 3.b. infligit dñs,iuxta Amos verbum dicentis : ſi
erit malũ in ciuitate,quod dñs non fecerit?
omnia hæc(inquit)tranſierunt ſuper me, trã
ſit mũdus:& quæ mundi ſunt,trãſitoria ſunt.
trãſierũt(inquã)velut alluuiones quædã quæ
præterierunt:quales erunt & futuræ. inũdẽt
igit̃ quãtumuis aquarũ gurgites,crebreſcãt tẽ
tationũ nimbi:nõ ideo à ſpe decidam, qui te
dñe in opportunitatibus adiutorem noui.

11. *In die mãdauit dñs miſericordiam ſuam
& nocte canticum eius.*

Vtrunq; præcepit:& mĩam ſuã collaudare in
proſperis,& aduerſis. ſi bona ſuſcepimus de
Iob.2.c. manu dñi(ait Iob) mala quare non ſuſtinea
mus?in vtriſq; grãs egit dño.nã in proſperita
tis die cõſurgẽs diluculo,offerebat holocau
ſta:& oculus fuit cæco,pes claudo , & pater
pauperũ. et aduerſa noctis patiẽter ſuſtinẽs,
Iob.29.c. huiuſmodi cantabat canticũ:dñs dedit , dñs
abſtulit,ſicut dño placuit ita factũ eſt:ſit no
mẽ dñi benedictũ.nõ ſicut ille quem Heliu a
Iob.35.c. pud eundẽ Iob carpit:qui aduerſitatũ tribula
tione fractꝰ & puſillaminis effectus,atq; Dei
& ſui ipſius oblitꝰ,nõ dixit:vbi eſt Deus qui
fecit me, qui dedit carmina in nocte ? mĩæ
Dei eſt,ꝙ non extollaris proſperis, nec frã
garis aduerſis. Sequitur.

12. *Apud me oratio Deo vitæ meæ : dicam
Deo ſuſceptor meus es.*

Iterũ Chore filiꝰ ad aĩam ſuã cõuerſus,vt ſo
let̃ illã ait:nõ eſt aĩa mea,ꝙ deficias in via.eſt
.n.apud me orõ Deo vitæ meę.nec deſpiciet
orõnem,qui orãtis(quã ſibi vniuit)nõ deſpe
xit naturã.ecce dicã ei:ſuſceptor meus es.nõ
Mat.6.a. quidẽ dedignabit̃ hoẽm,qui ꝓpter hoẽm ho
mo factus eſt.atqui hæc orõ apud me eſt,in
tra cubiculũ aĩæ meæ eſt,quæ mihi non me-
diocri lucro eſt & honori.nã Deus ipſe exo
ratus,ꝑ fidẽ formatã intra me eſt:qui ſuſcep-
tor meus eſt.hoc ſẽꝑ interiora mea clamãt:
& nunc te anima mea audiente,dicam Deo:
ſuſceptor meus es.

13. *Quare oblitus es mei,& quare contriſta
tus incedo:dum affligit me inimicus?*

Nẽpe ab eius ore,dum in cruce pẽderet,hæc
verba didici. Deus Deus meus(inquit)qua
re me dereliquiſti.tu ergo ſuſceptor meꝰ,qui
omnes defectus meos(peccato & ignorãtia
tia exceptis)ſuſcepiſti,quare oblitus es mei?
hæc dixi,non ꝙ oblitus ſis,ſed ꝙ videaris o
blitus. et quare cõtriſtatus incedo dũ affligit
me inimicus?ſcio ꝙ ad pr̃iã incedo, vbi læti
tia ſẽpiterna:quare ergo cõtriſtatus incedo?
incedat triſtis,qui ad triſtitiæ locũ ꝓperat.
ego verò cur triſtis incedo?qñquidẽ tu meã
triſtitiã ſuſcepiſti: vt lætarer ego. Sequitur.

14. *Dũ cõfringũtur oſſa mea:exprobrauerũt
mihi,qui tribulant me inimici mei.*

Hic verꝰ timor,ſi cõfringãt̃ oſſa.ſi fides,ſpes,
charitas,cæterę́q; virtutes,ipſũq́; aĩæ robur,
cõfringãt̃.abſit hoc malũ.væ mihi ſi hæc cõ
fringãt̃ oſſa: cõfracta vè,denuò nõ cõſolidẽt̃.
fidelis aũt Deus eſt(ait Paulus)qui nõ patiet̃ 1.Cor.10.c.
vos tentari.ſ.id quod poteſtis:ſed faciet etiã
cũ tẽtatione ꝓuentũ,vt poſsitis ſuſtinere. et
Dauid ipſe:multę tribulationes iuſtorũ:& de Pſ.33.ve.19

omnibus his liberabit eos dñs. custodit dñs
omnia oſſa eorũ:vnũ ex his nõ cõteretur.ta-
metſi ergo exteriora cõfringantur, & inte-
riora cõfringi videantur oſſa: vnũ tñ ex his
ſpiritalibus oſſibus,nõ cõteretur,quin cõtri-
tum illico ſolidetur. adde aliud.
15. *Dum dicunt mihi per ſingulos dies: Vbi*
*eſt Deus tuus?*
Quare triſtis es anima mea,& quare contur
bas me?certè hoc nimium angit cor hominis
infirmi. ſed affligant,confringãt, exprobrẽt,
& quantum volent tribulent inimici, dicant
q; per ſingulos dies:vbi eſt Deus tuus,cui tui
non eſt cura?non eſt anima mea ꝙ triſteris:
cum ſcias hæc omnia vehicula quædam eſſe,
quibus rectà gradiaris in Deum,ad quem di
ra ſiti peruenire cupis. de cætero igitur,non
mihi moleſta ſis:vt te toties(qui tibi non ſe-
mel viam oſtendi,& triſtitiæ ſolatium indi-
xi)rogare cogar:
*Quare triſtis anima mea:et quare contur* 16.
*bus me?*
Hoc vnum fac.
*Spera in Deo,quoniam adhuc confitebor*
*illi ſalutare vultus mei,et Deus meus.*
Sit tibi canticum,ꝙ nocte ingemines, ſemp
q; tuo verſetur in ore. adhuc confitebor illi,
qui ſalutare vultus mei eſt,& Deus meus.cui
ſit honor & gloria in ſeculorum ſecula A-
men.

EPILOGVS. PSALM. XLI.

*QVemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum:ita deſiderat anima mea ad te Deus:*
*ſitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum. ò quoties laſſus ex itinere,& te inuiſendi de*
Pſ.16.ve.17. *ſiderio æſtuans,bone Deus,ac ſitiens dixi:quando ueniam & apparebo ante faciem Dei?*
*tunc enim ſatiabor,quum apparuerit gloria tua:qui nunc ſiti arentes uix fidei deguſtatio*
*ne mitigo fauces animæ. nam fuerunt mihi lachrimæ panes die ac nocte ad te ſuſpiranti,*
*& quaſi exul poſt liminium expectanti,his etenim panibus refertus uſq; ad rumen,: te ſitio Deus,quo*
Pſ.35.v.10. *niam apud te eſt fons uitæ. hæc recordatus ſum,& effudi in me animam meam,quaſi mihi ipſi aperiens*
*quod mente conceperam,& futurum fide firma putaram:ut uel ſic,ſolatium inuenirem.quoniam tran*
*ſibo in locum tabernaculi admirabilis,uſq; ad domum Dei:ubi Chriſtus eſt,in dextera Dei ſedens: ubi*
*tota cælica cohors,perpetuo iubilo gaudet. ubi deniq; in uoce exultationis & confeſſionis ſonus epulã*
*tis. quare ergo triſtis es anima mea,quæ hoc audis:& quare conturbas me,impatiens mbre? ſpera in*
Deo,*quoniam adhuc confitebor illi.audi iam meæ confeſſionis exordium,dicam,ſalutare uultus mei &*
Deus *meus:ad me ipſum anima mea conturbata eſt,q. te ſitiat ardens:nec de altero quam de te uno uni*
*cèq; dilecto,cogitare,loqui,aut tractare iuuat. propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermo*
*nij,à monte modico. ſic his nõibus eccleſiam militantem nunc placuit appellare. nempe ex hoc humili lo*
*co,non tibi deſpecto:altitudinem maieſtatis tuæ,in fidei uoce,inuocare ſimul,& contemplari licebit. nã*
*abyſſus abyſſum inuocat in uoce cataractarum tuarum:perinde ac miſer miſericordem, in uoce pro*
Eſa 33.a. *phetarum dicentium:dñe miſerere noſtri,te enim expectauimus. nec immeritò pñtis temporis miſeriã*
*abyſſum uoco:quãdoquidem omnia excelſa tua & fluctus tui,ſuper me tranſiexunt. maiora ſcilicet &*
*minora damna pro peccato inflicta. quamobrem,his undiq; cinctus(uti in proſperis)te miſericordiæ a*
*byſſum non deſinam inuocare. utrunq; mandaſti,utrunq; tibi placitum eſſe noui. in die mandauit dñs*
*miſericordiam ſuam:& nocte canticũ eius. apud me itaq; erit in utriſq;,proſperis ſcilicet & aduerſis*
*orõ* Deo *uitæ meæ. dicam* Deo:*ſuſceptor meus es:quare oblitus es mei,& quare contriſtatus incedo,*
*dum affligit me inimicus?dum confringuntur oſſa mea(ſic enim uirtutes iure dicuntur,q. robur animæ*
*ſint)exprobrauerunt mihi, qui tribulant me,quotidie deridẽtes atq; dicentes:ubi eſt* Deus *tuus?ubi re*
*fugium?ubi ſcopus ille ad quem tendere cupis?& tu anima,his afflicta triſtaris. quare triſtis es anima*
*mea?ſpera in* Deo *uti dixi,& triſtitia tua conuertetur in gaudium. expecta parumper,confeſſionem*
*proſequar,cuius exordium me referente annotaſti.*

PALM. XXXXII.

*IVdica me Deus,et diſcerne cau-*
*ſam meam de gẽte non ſancta:ab*
*homine iniquo & dolo erue me.*
Cui communis præponitur titulus: in finem
ps Dauid. *eſt* enim quaſi appendix tranſacto
pſalmo,& eandẽ cauſã agẽs.Chore filius, ad-
huc Deum ſitiens,vti ceruus liquidi fontis a
quas:ꝙ in tribulatione inter iniquos homi-
nes & doloſos ſit poſitus, ipſiſq; cõmixtus:
cauſam ſuam diſcerni,& ab ipſis erui poſtu-
lat & ſecerni,et qui ante ſitienti ac deſolatæ
animæ ſuæ dixerat,ſpera in Deo qm̃ adhuc
confitebor illi : dixeratq; animæ ſuæ non te
interim moueat perſequentium rabies, eorũ
maximè,qui tibi inſultant dicẽtes:vbi eſt De
us tuus?cuiuſq; orationis exordium fuit: ſa-
lutare vultus mei & Deus meus &c. nunc
querela propoſita,cauſam ſuam diſcerni pe-
tit dicens:iudica me Deus.ſciant perſequen Pſa.7.v.11
tes & exprobrãtes,ꝙ ſis Deus iudex, iuſtus,
fortis,& patiens, qui cælum inhabitas, & i-
ſtinc omnia proſpicis. de vultu tuo igitur
iudicium meum prodeat : oculi tui videant Pſ.16.ve.1
ęqui-



ęquitatem. tu iudica me ſalutare vultus mei
& Deus meus:et diſcerne cauſam meã de gẽ
te nõ ſancta. nã & ſi nr̃m omnium eadẽ ſit na
tura,idẽ victus,qui eadẽ veſcimur aura,nõ tñ
eadem cauſa.eodem quippè cælo tegimur,il
luminamur ſole,aere reſpiramus,ſed nõ om-
nes eodem ſpũ ducimur. alij quidẽ(p virili)
inter medios huius ſeculi fluct⁹ te ſequimur
& imitamur,ad te vnicum ſpei nr̃æ ſolatium
anhelantes ac ſitientes ſuſpiramus: alij verò
nihil minus,quin his potius(quæ ſub oculos
habent)terrenis duntãxat inhiãt ac perituris.
vide ergo dñe, dijudica & diſcerne cauſam
meam de gente non ſancta. non diſcurſu me
dio aut collatione facta,qui cognoſcẽdi mo
d⁹,limitatæ naturæ eſt:ſed ꝙ ex miſericordia
diuidas merito,quos nunc mixtos eadem ſa-
gena capit.nec iudiciũ peto,quo iuſtitię meę
Pſ.142.v.2. fidam:qm̃ nõ iuſtificabit̃ in cõſpectu tuo om
nis viuens:ſed ꝙ miſericors & miſerator ſis
& reddes vnicuiq; ſecundũ opera ſua.eſt gẽs
nõ ſancta,infirma fide, ſpe marcida,charitate
vacua.ſũt iniqui hoẽs,qui aperto marte me p
ſequunt̃:ſunt & doloſi,qui machinatione ſub
dola inſidiãt̃. ab his oĩb⁹ erue me.erue me de
Pſ.143.v.12 manu filiorũ alienorũ,quorũ os loqũtũ eſt va
nitatẽ:& dextera eorum,dextera iniquitatis.
*Quia tu es Deus fortitudo mea,quare me*
2. *repuliſti,& quare triſtis incedo:dum af-*
*fligit me inimicus?*
Ante cõqueſtus ſum,ꝙ oblitus ſis mei:cũ ſuſ
ceptor meus ſis. nunc querulæ voci addo,ꝙ
me repuleris:cũ tñ mea ſis fortitudo.nõ ſum
tã inſolens aut arrogans:qui mihi tribuã abſ-
q; te patientiam,fortitudinẽ,cõſtantiã,& in-
ferendis aduerſitatibus tolerãtiã.gr̃a tua ſum
i.Cor.12.b id quod ſum, q̃a tu es Deus fortitudo mea:
quod meum eſt,infirmũ eſt:quod verò meũ
ex te eſt,id ſtabile & forte eſt.quare ergo me
repuliſti?nã repuliſſe videris,qui orãtẽ ad vo
tũ nõ exaudiſti.ideo triſtis incedo,dum affli
git me inimicus.cõgratularer forte:ſi me ad
meã vtilitatẽ exauditum attenderẽ: et me re
prehenderẽ,fruſtra de repulſa cõquerentẽ.
Pſ.30.v.28. ſic eſt̃ iſdẽ pſaltes alibi:& Ionas tuus, ſe ſe cre
diderunt eſſe piectos à facie oculorũ tuorũ:
Ionæ.2.a. quum tñ alterum de ventre piſcis eduxeris,
alterumq; à malis & periculis imminentibus,
toties liberaueris. age nunc precor.
*Emitte lucẽ tuã et veritatẽ tuã:ipſa me*
3. *deduxerũt et adduxerũt in mõtẽ ſanctũ*
*tuum & in tabernacula tua.*
Lumẽ fidei expoſcit,ſimul & diuinæ gr̃æ fa-
uorẽ,vt quæ credenda ſint nouerit,& agẽda.
atq;ea cõplens,non aberret,ſed recta gradiat̃
Pſ.4.ve.7. via.nec.n.lumen inditum aut ſignatũ(quod
naturale lumen appellãt)ſufficiens eſt : vt ad
mõtẽ ſanctũ,ac diuina tabernacula ducat &
adducat.emitte(ait)lucem tuã:nã potiori dũ
catu egeo.mea quidẽ ĩnata lux,ipſaq; intelle
ctus acies hebetat̃:& quum me manu ducere
tentat: in primo deſerit limine. maiore igit̃
ductore,& firmiore,certioreq; anteambulo
ne,opus eſt.tu emitte illũ,qui es lux vera illũ
minãs oẽm hoĩem venientem in hũc mundũ. Ioan.1.a.
da mihi et̃ fidei,ſpei,& charitatis dona : qui Iaco.1.a.
es pr̃ luminũ,à quo omne datũ deſcendit op
timũ,& omne donũ pfectum.id erit ſi emit-
tas lucem,ſimul & veritatem:quibus me tibi
gratum facias & fidelem,vt ex tua gr̃a faciã,
quod tibi placitum eſſe credidero.nẽpe ipſa
me deduxerunt & adduxerũt in tabernacula
tua,ad eccleſiã ſcilicet & fidelium cõmuniõ
nẽ:deducentq;& adducent in mõtem ſanctũ
gloriæ tuæ,vbi tabernacula & mãſiones mul
tæ ſunt,iuxta meritorum varietatem. dedu-
cent vtiq; p viã,& adducent ad pr̃am. dedu- priam
cent p media,& adducent in finẽ.educent de
tribulatione,deducẽt p fidem verã,quæ p di
lectionẽ operat̃,& adducent in gloriã. quod
adeo firmum erit,vt præteritum poſuerim,p
futuro.ò quoties Dauid ſanctus clamat: dñe
(inquit)deduc me in iuſtitia tua,ppter inimi Pſa.5.v.9.
cos meos,dirige in cõſpectu tuo viã meã. et
iterũ: deduc me dñe in via tua : & ingrediar Pſ.85.v.10.
in veritate tua.rurſuſq;:quis deducet me inci Pſ.52.ve.10
uitatem munitã?quis deducet me vſq; in Idu
meã?nõ ne tu Deus qui repuliſti nos?hæc qui
dẽ vt affectum ſuum oſtendat,&.59.et,107.
ingeminat pſalmo, additq; pſalmo.142.ſpũs
tuus bonus deducet me in terrã rectã.emitte
ergo de ſpũ tuo,lucem & veritatem. vel for
tè his verbis, vnigenitum Dei filium incarna
ri petit,qui de ſe ait:ego ſum lux mundi & Ioan.8.b.
via,veritas & vita:ipſe et̃ dux nr̃, deductor,
& adductor eſt:qui vt bonus paſtor alias (in Ioan.14.a Ioan.10.c.
quit)oues habeo,quę nõ ſunt ex hoc ouili,
& illas oportet me adducere. Sequitur.
*Et introibo ad altare Dei:ad Deum,qui* 4.
*lætificat iuuentutem meam.*
Nẽpe altare duplex eſt:viæ ſcilicet, & pr̃iæ.
ad hoc timẽs accedo:ad illud gaudens introi
bo:in hoc ſacrificiũ offero:ſed in illo holocha
uſtum fiã.offerã ibi holocauſta medulata,cũ Pſ.75.ve.14
incenſo arietum:hic aũt,boues cum hircis.ac
cedo et̃ ad altare,vbi recolit̃ memoria paſſio
nis Chr̃i:ſed introibo in gaudium dñi mei,ad
altare Dei,ad ſancta ſanctorum, ad Deũ qui
lętificat iuuentutẽ meã.introibo(inq̃)ad alta
re Dei,vbi eſt qui replet in bonis deſideriũ
meum:& renouabit̃ vt aquilę iuuent⁹ mea.oc Pſ.102.v.5.
curram deniq; in virum pfectum,in menſu-
ram etatis plenitudinis Chr̃i:dum illi ppetuò Ephe.4.c.

cohærens,mēbrum eius efficiar. & quid ibi?
5. *Confitebor tibi in cithara Deus Deus me*
*us: quare triſtis es anima mea, & quare*
*conturbas me?*
Pſ.56.ve.11. Ibi cithara erit & pſalteriū,vtrunq; Chr̄s qui
& gloria mea.cōfitebor tū in cithara,quæ ex
inferiori parte ſonat:ꝙ me de ſeculi huiꝰ ma
lis eripueris & erumnis.ecce iā iterū atq; ite
rū ad aīam ſuā cōuerſus,is Chore filius,illā re
aſſumpto themate carpit dicēs: quare triſtis
es aīa mea,& quare conturbas me?
9. *Spera in Deo,quoniā adhuc cōfitebor illi:*
*ſalutare vultus mei,et Deus meus.*
Auſculta parump me,inter anguſtias citharā
meā plectro linguæ pulſantē. hinc præcentu
rus,exordium ſumā cōfeſsionis & laudis.ſit
cātilenæ initiū,ſalutare vultus mei & Deus
meus. cum aūt ad mōtem ſanctum ꝑuenero
(vbi quies)& introiero ad altare Dei,vbi læ
ta iuuentus:tunc illā proſequar.nūc interim
conſolabor in ſpe,cui citò ſuccedet res.præ-
ſtet hoc nobis Chr̄s dn̄s,qui cū p̄re & ſpū ſan
cto viuit & regnat,in ſeculorum ſecula A-
men.

EPILOGVS, PSALM. XLII.

*IVdica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo & doloſo e*
*rue me. Non eſt eadem cauſa illorū: quorū mores diſcrepant & fides. tu qui iudicio iudicas re-*
*cto: negotiū meū ab impio ſecerne, atq; à uiro iniquè & doloſè agente libera me. an nō tu De*
*us fortitudo mea es? quare ergo me nunc repuliſſe uideris? & quare (te uiuente) triſtis incedo, dū affli*
*git me inimicus? emitte lucē tuā & ueritatē tuam. dehiſcāt tenebræ, & legis inclinentur umbræ. aſpi-*
Can.2.c. *ret iā dies, luceatq; euangelica fides: atq; abſorta figura, ueniat ueritas figurati. emitte (inquā) lucē &*
*ueritatem, fidem & grām. hanc ad præcepta exequenda: illam uerò ad reuelata credenda. hæc.n. me de*
*ducent & adducent ad montē gloriæ ſanctum, ubi triumphus, & eccleſiæ tabernacula: ubi militia meri-*
*ta cōparantur. et introibo ad altare Dei: ut gratam ſibi offeram oblationem in uia. ad Deum qui læti*
*ficat iuuentutem meam. ut inenarrabili lætitia, cum eodem in p̄ria regnem. ibiq; confitebor tibi in citha*
*ra Deus, Deus meus: pro parta uictoria ſimul & corona. quare ergo triſtis es aīa mea, & quare con-*
*turbas me? uel tantillum expecta. ſpera in Deo, quoniam adhuc cōfitebor illi, ſolitam orationem orſus.*
*ſalutare uultus mei & Deus meus, qui noſti affectū, præſta effectū. eia aīa mea auſculta me ꝓſequētē.*

PSALM. XLIII.

*DEus auribus noſtris audiui-*
*mus: patres noſtri annunciaue*
*runt nobis.*
Titulꝰ eſt: in finē filijs Chore,
ad intellectum. vel in finē ꝓ filijs Chore intel
lectus,ꝓs Dauid.ecce iterū filijs Chore, pſal
mus ꝓponiť decātandus. his ſcilicet qui per-
Mat.5.a. ſecutionē patiunť ꝓpter iuſtitiā,& qui verè
Rom. 8. g. cū apoſtolo dicere pn̄t: quis nos ſeparabit à
charitate Chr̄i? tribulatio,an anguſtia?an fa-
mes?an nuditas?an periculum?an perſecutio?
an gladius?ſicut ſcriptū eſt:q̄a ꝓpter te mor
tificamur tota die,ęſtimati ſumus ſicut oues
occiſionis.ſed in his oībus ſuperamus:ꝓpter
eū qui dilexit nos.ij quidē caluarię filij ſunt,
& Chr̄i paſsione regenerati.credētes ſūt,qui
Rom.10. d. bus fides ex auditu eſt,auditus aūt p verbum
Chr̄i.miranť ꝓfecto,ꝙ cū nobiliores ſint, vt
qui diuino ſanguine ſati:patribus ſuis & anti
quis præceſſoribus,deteriores videanť eſſe,
cōditione. Deus(aiunt)cui nomen magnū &
admirabile:auribus nr̄is audiuimus, & fidedi
gnis ꝑcepimus teſtimonijs:haud dubiū,quin
verum ſit,ꝙ patres noſtri, verbo & ſcripto,
fideli vtiq; narratione annunciauerūt nobis.
ſed quid annunciauerunt?
2. *Opus,quod operatus es in diebus eorum:*
*& in diebus antiquis.*
Opus(inq̄)illud mirabile & inſigne,multa in
ſe cōtinēs mirabilia,quæ & præceſſerūt & ſe
quuta ſunt annunciauerūt:quo eos in eā,quā
olim ꝓmiſeras terrā lacte & melle manantē,
induxeras.primū quidē opus mirificū fuit,ꝙ
in diebꝰ antiquis & mūdi primordio creaſti
hoīes.huic nō diſsimile,ꝙ ꝑ tot tēporū cur
ricula cōſeruaſti,& ſemen in diluuio reſerua
ſti.ex quibus aliquot in peculiarē tibi popu-
lū delegiſti.hos in ſeruitutē redactos: in ma
nu tua forti,& brachio extento, de Pharao-
nis īperio,& Egiptiaco eduxiſti iugo.nec e-
xigua,(vt id perficeres)aut vulgaria,ſed præ
clara feciſti prodigia magnaliaq;.quos etiam
per mare Rubrum ſicco pede trāſuectaſti, &
pane de cælo præſtito pauiſti.quid plura?
*Manus tua gētes diſꝑdidit, et plantaſti* 3.
*eos: afflixiſti populos, & expuliſti eos.*
Ingentiſsima illa & auguſtiſsima potētiæ tuę
manus diſꝑdidit Pharaonē,currus & exerci
tum eius:excuſſit & deiecit eos in mare.atq;
nationes illas quas reperit,deleuit ſeptē.Cha
naneū ſcilicet,Eueū,Iebuſeum,Etheū,Amor
reum,Gergezeum,& Pherezeū:quæ ſeptē vi
tia capitalia deſignarūt.hos oēs à natali ſolo
erradicauit:hos afflixit populos expulitq;,vt
plātaret ſuos.ꝙ ſi horum nominū interpreta
tionē attendas:ꝑ Chananeum, quod cōmuta
tionē ſonat,auaritia exprimiť.ꝑ Eueū,quod
peſſimum vel feroce,inuidia.ꝑ Iebuſeū,quod
præſepe,gula.per Etheum,quod ſtupidū vel
for



formidātem,accediā.ꝑ Amorreū, quod ama
rū,ira.ꝑ Gergeſeum,quod coloniæ aplicatio
nē,luxuria.ꝑ Phereceum,quod ſeparatos vel
diſſeminātes,ſuꝑbia.hīc etenim cadētes āge
li & à dn̄o ſeparati,inter hoīnes ſeminarūt.
quæ ſicut lollium excreuit:quò vſq; humilis
Chr̄s atq; humilitatis amator & ꝓpagator,
hāc & alias peſtes expulit,ac relegauit,vt vir
tutes plantaret.Sequitur.
4. *Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terrā:*
*& brachium eorum non ſaluauit eos.*
Hoc ſcienti ſcripturā,ꝓuium eſt.nec.n. viribꝰ
& virtute ꝓpria:ſed diuino nutu & potētia,
terrā ipſā poſſederunt.ſic eť(multo magis)fi
delium nemo:ſuis viribus aut meritis,nec al
terius aut ꝓpriæ & vltricis pœnitentiæ gla-
dio,aut forti humanæ potentiæ brachio, ter
rā viuentiū acquirere,& acquiſitā poſsidere
poterit:niſi diuinū adiutoriū adſit beneplaci
tūq;.hoc adeò verū eſt,vt à peccato reſurge
re,aut vitare peccatū,niſi ex Dei gr̄a,nullus
poſſit. nō ergo in gladio ſuo,ſed illius de cu
Apo.1.d. iꝰ ore in apocalypſi gladiꝰ vtraq; parte acutꝰ
exibat.nec brachiū aliud præter illud ſāctū
Eſa.52. c. ſaluabit,quod(ſicut Eſaias ait)parauit dn̄s in
oculis omniū gentiū.et videbūt oēs fines ter
ræ,ſalutare Dei nr̄i.brachiū hoc ſiquidem &
gladiꝰ,Dei filiꝰ eſt incarnatꝰ,de quo ſubiūgit.
5. *Sed dextera tua et brachiū tuū, et illumi*
*natio vultꝰ tui: quoniā cōplacuiſti in eis.*
Nā ſicut dextera potentiæ tuæ & brachiū il
lud eneū,admirabilis virtutis & fortitudinis,
dum ꝓ patribus nr̄is pugnaret,& cū hoſtibus
cōgredereť, atq; hilaris mīæ tuę vultus bene
uolusq; fauor arrideret ipſis, (q̄m ex dono
gr̄æ cōplacuiſti in eis)terrā ꝓmiſſā obtinue-
runt:ſic nunc eť ij quos Chore,crucis ſcilicet
& paſsionis Chr̄i filios eſſe diximꝰ:nō gladio
aut brachio virtutis ſuæ ſed gr̄ę tuę auxilio
Heb.9. c. rę ꝓmiſsionē accipiūt,qui vocati ſunt ęternę
hæreditatis.Chr̄s dn̄s,dextera p̄ris eſt,quam
ad nos in fœderis ac pacis ſignū,extēdit:quū
nobis licuit dexterā cōtingere dextra.eſt &
brachiū illud,cuius fortitudinē cælum & ter
rā miranť.quod in ſpū præuidēs, & mīas dn̄i
Pſ.88.ve.11 decātans Dauid ſanctus ait:tu humiliaſti ſi-
cut vulneratū ſuꝑbū:in brachio virtutis tuæ
diſꝑſiſti inimicos tuos. et paucis interiectis:
Tabor(inquit)& Hermō exultabunt tuū bra
chiū cum potētia. Tabor mōs ille magnus lu
minis & gloriæ,vbi iuxta ꝓfundiſsimū apo-
2.Cor.3. d. ſtoli ſēſum,nos oēs reuelata facie gloriā dn̄i
ſpeculātes,in eandē imaginē trāsformamur à
claritate in claritatē,tāq̄ à dn̄i ſpū:& Hermō
hic paruus,qui iuxta Iordanis ripā,& baptiſ-
mi fluenta ſitus eſt,de quo(ſi benè memini)
pſal.41.ille ſitiēs,Deum ſuum,velut fontē in
ſublime poſitum,per fidē cōtēplatur:ij exul-
tantes in ſpū,brachij huius mirantur fortitu
dinem & triumphum. Sequitur. 6.
*Tu es ipſe rex meus, & Deus meus: qui*
*mandas ſalutes Iacob.*
Hoc integerrima & incōcuſſa fide fateť eccle
ſia.Chr̄s.n. rex nr̄,nō eſt Deus recēs: & ſi ho
mo recēs natus,& in tēpore de virginis vte-
ro ꝓgreſſus ſit. ille ipſe eſt,qui in principio
creauit cælū & terrā,qui fecit mirabilia mag Pſ.71.ve.19.
na ſolus, & benedictū nomē maieſtatis eius
in æternum.is ipſiſsimus eſt,qui mādat ſalu-
tes Iacòb,fidelibus ſcilicet,qui diabolum,car
nē,& mundū,forti aīo ex Dei gr̄a ſupplātaue
uerunt. ſi ergo(vt es)tu ipſe es rex meus &
Deus meus:quì eſſe poterit,vt qui priſcis tē
poribꝰ ea quę enumerauimus mirabilia feciſti
nūc facere deſieris?īnoua ſigna,& īmuta mirā Eccl. 36. b
bilia,glorifica manū et brachiū dextrū.ecce.
*In te inimicos nr̄os vētilabimꝰ cornu: et in*
*noīne tuo ſpernemus inſurgētes in nobis.* 7.
Ex præteritis,argumētū ſummimus ad futu-
ra:nō quidē inefficax,quod eſt quodā experi
mento ſuffultum.nā qui in te olim inimicos
vētilauimus atq; ſpreuimus: & nunc eť in te
ipſo,ac tui nominis īuocatione vētilabimus
cornu,&(quaſi nihili pendētes)ſꝑnemus eoſ
dē.q̄nquidē ſemp idem ipſe es rex meus & Pſ.101.v.28
Deus meus.et ſicut anni æternitatis tuæ nō
deficient,ſic nec potentiæ virtus & maieſta-
tis.in te ſperauerunt p̄res nr̄i,ſperauerunt, &
liberaſti eos:ad te clamauerunt & ſalui facti Pſ.21.ve.4.
ſunt,in te ſperauerunt,& nō ſunt cōfuſi. cur
nos in te ſperātes cōfundemur?eò maximè,ꝙ
iā erexeris cornu ſalutis nobis,in domo Da-
uid pueri tui,ſicut loquutus es ꝑ os ſāctorū. Luc.1.f.
*Non enim in arcu meo ſperabo: et gladius* 8.
*meus non ſaluabit me.*
Quid nanq; mihi ꝓderūt aſtutia,ſapia,lingua
diuitiæ,dignitas,& huius ſeculi potentia: ſi
Deū nō habeā,qui confregit potentias,arcū,
& ſcutum,gladium, & bellum? non ergo in
arcu meo ſperabo,ſed in te,qui ſuſcitans ſuſ Pſ.75.ve.3.
citabis arcum tuum: vt nunc adiuues et ſal
ues,ſicut olim facere conſueſti. Abac.3. b.
*Saluaſti enim nos de affligentibus nos: et*
*odientes nos confudiſti.* 9.
Aggreſſores(nō ſemel cōfuſi)terga verterūt.
et q̄ ſpoliare venerāt:fugiētes,ſpolia relique
rūt.hęc ſēp fuit eritq; in euum gloriatio nr̄a.
*In Deo laudabimur tota die: & nomine*
*tuo confitebimur in ſeculum.* 10.
Nuſq̄ è noſtro pectore, mirabilium tuorum
labeť imago:nec os nr̄um à tui nominis lau-
de deficiet,dicemuſq;, ꝙ tua fuerit gloria,


honor,

honor,fama,decus,et triumphus. q̃ à fœlici
ętate illa(quæ oĩb⁹ aurea videbaт̃)ad nr̃a vſq;
tp̃a:tot in nos pſeſq; nr̃os præclara geſſeris.
11. *Nunc autem repuliſti et confudiſti nos: et*
*nõ egredieris Deus in virtutibus noſtris?*
Pro.14.b Ecce extrema gaudij luctus occupat.Repuli
ſti,cõfudiſti,auertiſti,diſpſiſti, vẽdidiſti pec
culium tuum.hæc quidem oĩa feciſſe videris.
quid cauſæ eſt(aiũt filij Chore) ꝙ nũc repel
lere videaris,quos ex grã ad te traxiſti?cõfũ
das,quos magnificè gloriaſti?ꝙ retrorſum a
uertas,quos ob oculos ſtatuiſti?ꝙ diſpergas,
quos in te coadunaſti?ꝙ demũ nihil vẽdere
& diſtrahere videaris,quos magno emeris at
q; inextimabili ſãguinis tui pretio?adheſim⁹
tibi,& quaſi aĩo cõglutinati,in te vno capite
nr̃o gloriabamur:nũc aũt veluti repulſi & in
glorij cõfũdimur.et qui ſub tãto præeũte du
ce,earũ ( quas in nobis plãtaſti) virtutũ exer
citu fulti,aereas ipſas poteſtates aggredi nõ ve
rebamur:nũc(hoĩm oculis)deuicti videmur.
12. *Auertiſti nos retrorſum,poſt inimicos no*
*ſtros:et qui oderũt nos diripiebãt ſibi.*
Hæc & præmiſſa dicãt Chr̃i martyres glorio
ſi,cruce & paſsione filij.q̃ cũ victores eſſẽt:
Sap 3.a. quaſi victi ęſtimati ſunt.dum viſi ſunt oculis
inſipientiũ mori:& æſtimata eſt afflictio exi
tus illorum.quia & ſi corã hominibus tormẽ
ta paſsi ſunt,ſpes illorum ĩmortalitate plena
eſt.in paucis vexati, in multis benè diſponẽт̃.
ij etenim quibus odientes inimici,veſtes &
ſpolia detrahebãt,ipſaq; corpora diripiebant
ſibi:nõ retrorſum auerſi,ſed ad anteriora cõ
uerſi:regnum cælorum vt ſtrenui milites,&
Mat.11.b iuxta verbum Chr̃i,violenti rapuerunt. Seq.
13. *Dediſti nos tanquam oues eſcarum: & in*
*gentibus diſperſiſti nos.*
Nos humiles & mãſuetos,& tanq̃ oues occi
ſioni deſtinatas,obmuteſcentes:in manus ini
micorum dediſti & tradidiſti.& omni ſola-
cio ac parium fidelium cõmunione deſtitu-
tos,inter gẽtes ydolatras & peccatrices,quę
veri Dei cultum neſciebant,diſperſiſti nos.
14. *Vendidiſti populũ tuũ ſine pretio: et non*
*fuit multitudo in cõmutationibus eorũ.*
vel vt quidã trãſtulerunt:& nõ fuit augmẽtũ
in cõmutationibus eorum.nã quos de ſatha-
nica ſeruitute liberaſti,in ſeruitutẽ hominum
deduxiſti,& poſuiſti hoĩes ſup capita eorũ.
vẽdidiſti eт̃ ſine precio,quos precioſo ſãgui
ne redemiſti.eoſq; quaſi flocipẽderes,in mor
tẽ induxiſti:quorum apud te precioſa mors.
ita vt ſubſtantiam tuam prodigere & peccu-
lium atq; hæreditatem tuam, abſq; vlla com-
mutatione,exteris & alienis deuorandam de
diſſe:nec tamen ob id factus ditior videaris.

*Poſuiſti nos opprobriũ vicinis nr̃is: ſubſa*
*natione et deriſũ,his q̃ in circuitu nr̃o ſũt.* 15.
Vox martyrum eſt, qui non exigua oppro-
bria atq; ludibria, inſuper verbera & carce-
res perpeſsi ſunt à tirannis.Sequitur.
*Poſuiſti nos in ſimilitudinẽ gentibus: com*
*motionem capitis in populis.* 16.
Grãdis exageratio.dum vicinis gẽtibus & po
pulis,in opꝓbriũ,ſubſanationẽ,deriſum,ſimi-
litudinẽ,& capitis cõmotionem,poſitos eſſe
dicit.hęc oĩa inſultationẽ ſonãt & vilipẽdiũ,
atq; in vnum exꝓbrãdi affectũ coeunt.ſic tñ
ꝙ opꝓbrium,ſit verbo,ſubſanatio,vncis na-
ribus & cõtractis.deriſus,ore & obtortis la
bijs.ſimilitudo,ꝓuerbio aut cõparatione.cõ
motio autẽ,capite,illorum more qui capiti
noſtro Chr̃o in cruce pendenti,mouentes ca Mat.27.c
pita dicebãt:vah qui deſtruis templum Dei.
*Tota die,verecũdia mea cõtra me eſt: &* 17.
*cõfuſsio faciei meæ cooperuit me.*
Erubeſcentia,timor eſt de turpi cõmittẽdo:
verecundia verò & cõfuſsio,de cõmiſſo.ꝙ ſi
vox hęc(vt diximus)vox martyrum & ſãcto
rũ eſt:miror cur ſpũs ꝓphetic⁹ eos verecun-
dãtes deſcripſerit & confuſos?qñquidẽ vere
cundia aut cõfufuſsione dignum,fecerint ni-
hil.et apoſtolorũ vertex dicat:nemo vr̃m pa 1.Pet.4.c
tiaт̃ quaſi homicida,aut fur,aut maledic⁹,aut
alienorũ appetitor.ſi aũt vt chr̃ianus:nõ eru
beſcat,glorificet aũt Deũ in iſto nomine.ipſe
q; doctor gẽtiũ Paulus ait:nõ erubeſco euãge Rom.1.c.
lium:virtus eſt.n.omni credẽti.quippe q̃ ma
giſtrũ dicẽtẽ audierãt:q̃ me erubuerit & me Luc.9.c.
os ſermones:hunc filius hoĩnis erubeſcet, cũ
venerit in maieſtate ſua,& pr̃is & ſanctorum
angelorũ.q̃d ergo eſt quod hic filius Chore
ait:tota die verecundia mea cõtra me eſt: &
cõfuſsio faciei meæ cooperuit me?verecun-
dabãт̃ quidẽ ſancti nõ ꝙ quicq̃ turpe feciſſẽt,
aũt Chr̃i nomen erubeſcerẽt,ſed ꝙ Chr̃i ma
ieſtati eos inſultare viderẽt:quos ydolatras,
impios & ſacrilegos eſſe nouerãt.hinc ſępius
rubore ſuffuſi,alienã quaſi ꝓpriã erubeſcebãt
iniquitatem:dum immerita in Chr̃m atq; eius
ſeruulos illata conuitia,ab inſultantium ſcor
pica & impudentiſsima lingua audirent:
*A voce exprobrantis & obloquentis: à fa* 18.
*cie inimici, & perſequentis.*
Nõ vtiq; à turpi ꝑpetrato facinore, nõ à cul
pa cõmiſſa,nõ deniq; à martyrij cauſa,aut ꝓ-
priæ cõfeſsionis voce:ſed à voce exꝓbrãtis
& obloquentis inſurgebat confuſsio. ꝙ nec
Deum nec hoĩes vererenт̃:qui tã effrenatè lo
quentes,Chr̃m in ſãctis ſuis ꝑſequebãtur. qui
pudor,nedum ſanctis & iuſtis:verum eт̃ ꝓbis
alijs & modeſtis viris, innat⁹ eſſe videт̃. Seq.
*Hæc*



19. *Hæc omnia venerunt ſuper nos,nec obli-*
*ti ſumus te: & iniquè non egimus in te-*
*ſtamento tuo.*
Nõ ſibi martyres arrogãt,ſed interioris cõſ-
cientiæ ſolatio gaudẽt,ꝙ adeò cõſtãte & in
uicto aĩo ĩmania tormẽta ꝑtulerint : vt nulli
ceſſerint. hæc oĩa(inquiũt)venerũt ſup nos,
ſicut torrẽs innũdãs.nos aũt inter anguſtias
recordati ſumus:ꝙ Deus noſter ſis,qui crea-
ſti & redemiſti:quiq; in ſanguine teſtamenti
tui,nobiſcũ pepegiſti pactũ.qua ergo frõte o
bliuiſcemur tui dñe?qui te(ꝑ ꝓphetã)ad Siõ
Eſa.49.c. tuã inclitã audierimus dicentẽ:dixit Sion,de
reliquit me dñs:& dñs oblitus eſt mei.nũq̃d
obliuiſci poteſt mulier infantẽ ſuũ: vt nõ mi
ſereaт̃ filio vteri ſui?& ſi illa oblita fuerit: e-
go tñ nõ obliuiſcar tui. ecce in manibus meis
deſcripſi te. nec eт̃ iniquè egimus(aiũt)in te
ſtamento tuo , curuãtes genua corã Baal,aut
dijs quos ignorauimus ſeruientes:ſed te ſo-
lum verum Deum coluimus:& nõ ſolũ exte
riore verũ eт̃ interiore latria adorauim⁹.Seq.
20. *Et non receſsit retro cor noſtrũ: et decli*
*naſti ſemitas noſtras à via tua.*
Nõ receſsit retro cor nr̃um(aiunt)ſed ꝙ cœ
pimus ꝑſequuti ſum⁹,in quod ſupuenerit ma
malũ,aĩo ſemp parati,et ſemitę nr̃æ in viã tuã
tendũt:vt te inuenire,& quæ tibi placita ſũt,
te adiuuante adimplere valeamus. tu verò
has ſemitas nr̃as à via tua declinaſſe ac repuliſ
ſſe videris:quũ nos tot mala ab iniquis ꝑpeti
patiaris,nec te vindicẽ exhibueris & vltorẽ.
21. *Quoniã humiliaſti nos in loco afflictionis:*
*& cooperuit nos vmbra mortis.*
Hoc ſeculũ,locus afflictionis eſt. vbi aſsiduo
corruptionis nr̃æ defectu:velut vmbra mor
tis cooperti deterremur,nos maximè, q̃ vio
lẽti mortẽ in dies ꝑtimeſcim⁹.dũ exertos ꝑſe
quutorũ enſes:iã in iugulũ adaptatos,ceruici
busq; proſpicimus ꝓminentes.hoc vltimum
& exitiale ſuppliciũ,illos animaduertat:q̃ in
legẽ maieſtatis læſæ cõmiſerũt. nos aũt cur?
22. *Si obliti ſumus nomen Dei noſtri: et ſi ex*
*pandimus manus noſtras ad Deũ alienũ?*
Eſa.65.a. Nec.n.Deus alienus expãdit ad nos ſuas : vt
nos ad illum manus nr̃as expãdamus.tu qui-
Rom.10.d dẽ ſolus tota die expãdiſti manus tuas ad po
pulum nõ credentẽ,ſed cõtradicentẽ tibi. ab
ſit ergo tãtũ facinus: vt quod tuum eſt,alteri
tribuamus.nec deuotionis nr̃æ adipẽ,niſi ti-
bi ſoli vti Deo vero adoratione latriæ ado
leuim⁹ atq; obtulimus vnq̃.quippe qui ſcrip-
tum legimus:oĩs adeps,dñi erit iure ꝑpetuo:
Leui.3.d & rei huius ſenſum ſpiritalem nouimus.
23. *Nõ ne Deus requiret iſta? ipſe.n. nouit abſ*
*condita cordis.*

Quòd ſi charitas,& fortis vt mors dilectio,
qua nos tibi deuincimur,nõ vrgeret,ne dul-
ciſsimum illud nomen tuũ obliuioni deт̃, ne
vè te relicto qui Deus nr̃ es,ad Deum alienũ
(qui ſibi falſo Dei nomẽ vſurpat ) ſupplices
manus ſubleuem⁹:certè vel ipſa formido pœ
næ à tãto facinore deterreret,cohiberetq;.vt
qui te nõ ſemel audierimus cõteſtãtẽ:non ha Exo.20.a.
bebis deos alienos corã me:nõ adorabis neq;
coles:ego ſum dñs Deus tuus fortis,zelotes,
viſitãs iniquitatẽ pr̃um in filios,in tertiam &
quartã generationẽ.& iterũ:noli adorare De Exo.34.b
um alienum.dñs zelotes nomen eius , Deus
eſt emulator.ſi ergo zelotes & emulator:vti
q; req̃ret iſta.ipſe.n.eò ꝙ Deus eſt,nouit ab
cõdita cordis.nec quicq̃ illũ fugit , q̃ ſcrutaт̃ Heb.4.c.
renes & corda,cuiq; oĩa nuda ſunt & aperta.
req̃ret igiт̃,non vt ſciat:ſed vt grauitate pœ
næ, nos ſcire faciat quãtitatẽ culpæ. Sequiт̃.
*Quoniã propter te mortificamur tota die:* 24.
*æſtimati ſumus ſicut oues occiſsionis.*
Meminit rei huius doctor gentiũ Paulus ad Rom.8.g.
Romanos ſcribens,& martyrũ ꝑſonã agẽs,at
q; fidei cõſtãtiã ipſumq; charitatis glutinum,
qua ſemel Chr̃o adhæſerunt:mirificè depin-
gens.ecce nũc pœnã referunt ſimul & cauſã:
quæ verum martyrium conflant.ipſe noſti(a
iunt)qui abdita cordis noſti,ꝙ ꝓpter te mor
tificamur.et nõ aucupãdæ inanis gloriæ cau
ſa,ſed tui cauſa torquemur.ꝙ ſi tui cauſa:tua
eſt cauſa, ꝙ mortificamur iugiter, ꝙq; ſicut
oues occiſioni deputatæ, carceribus manci-
pamur , & ſine murmure occidimur ac relu 2.Cor.4.c
ctatione.vñ iſdẽ ait Paulus:ſẽp nos qui viui
m⁹,in mortẽ tradimur , propter Ieſum.lege
totum caput.nunc verò ſi tua eſt cauſa:
*Exurge, quare obdormis dñe? exurge, &* 25.
*ne repellas in finem.*
Tu dormire ſimulas ad ꝓbationẽ.exurge, & Cant.5.a
adiuua, ne ſit dormitio vſq; in finẽ. nõ quidẽ Pſ.120.v.4.
in te cadit ſomnus:cuius cor ſẽp vigilat.nec
dormitabit neq; dormiet qui cuſtodit Iſrael.
ſic tñ rẽ ipſã ſimulas:ac ſi tibi nõ eſſet curæ.
ad tempus,iacere & dormire videris:ſed vna
ex ouiculis occiſioni deſtinatis, dum patere Act.7.g.
tur intendens in cælum:te vidit dñe Ieſu ſtan
tem.exurge,& ſta nũc etiam in adiutorium
noſtri,& ne repellas in finem.
*Quare faciem tuam auertis: obliuiſceris* 26.
*inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ?*
Nos ſẽp ad te cõuertimur:qui nũq̃ à te diuel
limur. tu faciẽ auertis,quaſi nr̃i obliuiſcaris.
querebaris olim ꝑ ꝓphetã tuũ dicẽs:verterũt Hier.2.f.
ad me tergũ & nõ faciẽ.et in tẽpore afflictio
nis ſuæ dicẽt:ſurge & libera nos.nũc aũt è di
uerſo,nos ad te faciẽ vertimus:tu faciẽ miſæ
ricordiæ tuæ auertis,& quaſi dorſũ ad nos cõuertis.

27. *Quoniã humiliata eſt in puluere aĩa nr̃a,*
*cõglutinatus eſt in terra venter noſter.*
Fatemur ingenue ꝙ aĩa nr̃a terrenis actibus
intendens, vitiorum in affectu cõtraxerit ſor
des. vñ ſordes eius in pedibus eius, nec recor
Tree. i. c. data eſt finis ſui. ſed ecce aĩo & corpore af-
flicti ſumus: atq; ad terrã vſq; humiliati. quid
iã faciundũ ſupereſt, vt placeris? cor contritũ
Pſ. 50. & humiliatum non deſpicies. hoc igitur (pre
camur) viſcera pietatis tuæ moueat.
*Exurge dñe, adiuua nos: & redime nos* 28.
*propter nomen tuum.*
Exurge miſericors & miſerator. adiuua, ad
iutor in tribulationibus, & redime redemp-
tor. non propter nos: ſed propter nomen il-
lud dulciſsimum, nomen ſuaue, nomen ſalu-
tis, quo Ieſus vocari dignatus es. ſit illud exal
tatum in ſeculorum ſecula Amen.

EPILOGVS PSALM. 43.

*D*Eus auribus nr̃is audiuimus, patres nr̃i annunciauerũt nobis, opus quod operatus es in diebus antiquis, educens populũ Hebreorũ de Egipto, in manu forti & brachio extento. nõ. n. in brachio ſuo poſſederunt terrã, & brachiũ eorum non ſaluauit eos: ſed dextera tua, & brachium tuũ, & illuminatio uultus tui. huius rei grã, qui (uel in hoc opere) mirabilius illud humanæ redẽptionis opus, quod eſ operatus es, pręſignatum intelligo: te ſalutare uultus mei, & Deum meũ, nõ inepte apellaui. nã tu es ipſe rex meus, & Deus meus: qui mãdas ſalutes Iacob, Chr̃iano ſcilicet populo ac iuniori, in uirtute tua diabolum ſupplãtanti. in te quidẽ inimicos nr̃os uẽtilabimus cornu: & in nomine tuo ſpernemus inſurgẽtes in nos. non. n. in gladio meo ſperabo: & gladius meus nõ ſaluabit me. nẽpe hoc tibi ſoli tribuã, qui feciſti. obidq; in Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo cõfitebimur in ſeculũ. nũc aũt (mirabile, ne dicã horribile dictu) repuliſti & confudiſti nos. qñquidẽ ita nos dereliquiſſe uideris: quaſi repulſos perinde atq; confuſſos hoĩes. cũ tñ martyres tui ſimus, qui tibi adhæſimus fidei glutino & charitatis. et nõ egredieris Deus in uirtutibus noſtris? quid dicã? auertiſti nos retrorſum, dediſti nos tãquã oues eſcarũ, diſperſiſti, uendidiſti, poſuiſti nos opprobriũ uicinis, ſubſanationẽ, deriſum, cõmotionẽ deniq; capitis in populis. hæc oĩa feciſſe uiſus es dñe, atq; (ut rem paucis abſoluã) proh dolor, tota die uerecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me, à uoce exꝓbrantis & obloquentis: à facie inimici & perſequentis. non utiq; à martyrij cauſa, ſed à cæca pſequutorũ mente, & lamentabili furore. hæc oĩa uenerunt ſup nos: nec obliti ſumus te, aut cõmiſimus in legem. et non receſſit retro cor noſtrum, & ſi declinaſſe uidearis ſemitas noſtras à uia tua: idũ quod patimur ſimulas, quaſi tua non interſit. quoniã humiliaſti nos in hoc ſeculo, qui locus afflictionis eſt: obductiq; ſumus imminentis formidine mortis, quare hoc bone Deus? ſi obliti ſumus nomen Dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad Deũ alienũ, uti ydolatræ? non ne Deus requiret iſta? ipſe. n. nouit abſcondita cordis. ecce ꝓpter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus quaſi oues occiſioni deſtinatæ: & tu dormire ſimulas. exurge. quare obdormis dñe? exurge, & ne repellas in finem. quare faciẽ tuã auertis, ac ſi noſtri obliuiſcaris? qm̃ humiliata eſt in puluere aĩa nr̃a, adeoq; deſpecti ſum⁹, atq; aĩo & corpore afflicti: ut omniũ pedib⁹ ꝓtriti ſimus. exurge igitur dñe, adiuua nos, ꝓpter nomen tuũ. dixi, iãq; altiora canã ait pſaltes.

PSALM. 44.

*E*Ructauit cor meũ verbũ bonũ: di
*co ego opera mea regi.*
Huic pſalmo titulus eſt: in finẽ ꝓ his qui com
mutabunẽ, filijs Chore ad intellectũ, cãticum
ꝓ dilecto. tametſi quidã ex hebreo verterint,
victori ſuꝑ lilijs. ꝙ Chr̃s ſit finis legis ad iuſti
tiã omni credẽti: in ea quę inſcribit̃ ad Roma
Rom. 10. a. nos epiſtola teſtat̃ Paulus. ꝙ aũt ſint ſpũales
Chore filij: ex. 41. pſalmi inſcriptione, & hu⁹
nominis interpretatione didiſcim⁹. nouimuſq;
filios Chore, ſpiritali ſenſu appellari: ꝙ obli
to populo ſuo, ac priore deſerto p̃re, cũ tota
domo atq; damnata ꝓgenie, à qua originem
ducunt: Chr̃o dño ꝑ ſanguinẽ ſuũ eos in cru
ce regenerãti, adhæſerunt. his igit̃ qui vita &
moribus cõmutãt̃, et in ſeculorum fine (iuxta
1. Cor. 15. g verbũ apoſtoli) quãdo ſurgent incorrupti, in
melius cõmutabunt̃: hoc epithalamiũ & nup
tiale carmẽ, cãticũ deniq; in dilecti laudẽ de
cantandũ, ad intelligentiã ꝓponit̃ nec dilecti
noĩe, alius ꝗ̃ Chr̃s venit intelligendus: quẽ ſi Mat. 3. d.
bi dilectũ, atq; in eo cõplacuiſſe, pater ipſe te
ſtatus eſt: & ſpõſa in cãticis Salomonis, nõ ſe
mel dilectũ appellat. nã vt apoſtolus nobis ali
ter ſentiẽdi præcluderet viã: in ea que ad He
breos eſt epiſtola, ex hoc pſalmo de Chr̃o ꝓ Heb. 1. b.
tulit teſtimoniũ. ad filiũ aũt (inquit) thronus
tuus Deus in ſeculum ſeculi; virga æquitatis,
virga regni tui. dilexiſti iuſtitiã & odiſti ini
quitatẽ: ꝓpterea vnxit te Deus, Deus tuus, o
leo exultationis præ participibus tuis. præui
dens tunc igit̃ Dauid ſanctus in ſpũ, copulam
illã fœliciſsimã futurã verbi aſſumentis cum
humana natura, obidq; eccleſiã ſanctã, quaſi
nouo tripudio exultantẽ: miro ꝓphetici ſpũs
artificio (ad ſpõſi & ſpõſę gloriã, qui in canti
cis Salomonis lilijs aſsimilant̃, epithalamium Can. i. a
dulce huius mirificæ cõiunctionis arcanum
cõtinens, & ſanctarũ carmen cõdidit nuptia
rũ. ait ergo: eructauit cor meum verbum bo
nũ. eructatio quippe ſiue ruct⁹ eſt, à cõcoctis
& ma-



& maximẽ pinguibus in ſthomaco cibis atq;
digeſtis: vſq; ad rumen (quę ſuperior pars gu
turis eſt) quædã cũ ſapore euaporatio, & per
os inuentũ efflatio: quæ malũ aut bonũ à qua
litate cibi ſumit & ſortit̃ odorẽ. ad cuius rei
ſimilitudinẽ, ſanctus ꝓpheta, ſacramentis pin
guibus ac delicatis, & ſancti ſpũs reuelatione
repletus: dũ interius cõmotus, & ſeſe cõtine
re nõ valens, eã quã delõginquo intuet̃ verbi
incarnationẽ depromit: cor ſuũ verbũ bonũ
eructaſſe dicit. nempe, ex abundantia cordis,
Mat. 12. c. os loquit̃. et ꝓfert de theſauro ſuo noua &
Mat. 13. g vetera, qui nouã & æternã, humanã & diuinã
refert in Chr̃o naturam. quid (obſecro) hoĩni
hac eructatione ſalubrius ſuauiuſq;? cuius o-
Gen. 27. d. dor, ſicut odor agri pleni, cui benedixit dñs?
Can. 1. a. quis in huius odorẽ ructus (vt ſpõſa attract⁹
in odorẽ vnguentorũ ſponſi) nõ currat? quis
cor eructans verbum bonum de verbo bono,
non ſequat̃? dic igitur ꝓpheta ſancte, eructa
verbum bonum, de conceptione bona. is ete
nim quẽ emittis flatus indicium eſt: ꝙ diui-
num ſit quod ꝓceperis, ꝙ Chr̃i bonus odor
2. Cor. 2. d ſis, ꝙq; Deus de Chr̃o ſuo per te loquat̃. nec
rei huius aliud experimentum quærimus, ꝗ̃
eructationem. eructa igitur verbũ de verbo,
idq; bonũ, quia de ſũmo bono. dic cum euan
geliſta: verbum caro factũ: quod iã in ſpũ vi-
deris incarnatum. dic homo Dei: Deum ho
minẽ factum. hoc quidẽ verbũ bonũ eſt quo
illud vincas malũ inimici hoĩs verbum dicẽ
Gen. 3. a. tis: eritis ſicut dij. nã verbum tuũ in laudẽ: il-
lud aũt in blaſphemiã. emiſsiones verbi tui,
paradiſus: illius verò infernus. ꝓponit ergo
pſaltes narrationis ſuæ materiã & formã. (eſt
. n. verbum bonum, in modũ eructationis ꝓ-
latum) deinde finem: cui hanc oĩum diuinorũ
operum ſummã dicere ꝓteſtatur, in ipſumq;
dirigere, qui (vt ſæpe diximus) rex Meſsias,
Rom. 10. a & finis legis eſt ad iuſtitiã omni credenti. et
verſu ſequenti, ſpũm ſanctum huius (quod ꝓ
fert) verbi efficientẽ primariã præcipuamq;
dicit eſſe cauſam: quẽ ſcribã velociter ſcribẽ
tem appellat. prophetæ verò linguã, ſecunda
dariam & inſtrumentalem aſtruit: qualis ſtil
lus eſt, aut calamus ſcribentis. nec deſunt, qui
æternũ p̃rem dicentẽ inducant: eructauit cor
meum verbũ bonũ: quaſi innuat his verbis æ
ternã filij generationẽ, ſicut illis: ex vtero an
te luciferũ genui te. ita tñ ꝙ cor & vterus, eã
dẽ rẽ ſignificare videat̃, idipſũq; ſit eructare,
ꝙ naturaliter & cõplacẽter generare. quod
vtiq; nobis nõ diſpliceret, ſi huic ſentẽtię
reliqua huius cãtici verba coaptari poſſent:
Hiero. par. 1 artic. 1. epiſtola. 15. & beatus Hieronymus doctor illuſtris (in ea
quæ de filio ꝓdigo, ad beatũ Damaſum papã
extat epiſtola) huic ſẽſui nõ refragaret̃. vbi
de vitulo ſaginato diſerẽs ait: vitulus ſaginat⁹
qui ad pœnitentis ĩmolat̃ ſalutẽ, ipſe ſaluator
eſt: cuius quotidie carne paſcimur, cruore po
tamur. fidelis mecum lector intelligis: ꝙ ei⁹
pinguedine ſaturati, in ructũ laudis eius erũ
pimus dicentes: eructauit cor meũ verbũ bo
num: dico ego opera mea regi. licet quidam
ſupſtitioſè magis ꝗ̃ verè, nõ cõſiderantes tex
tũ pſalmi: ex p̃ris pſona arbitrent̃ hoc intelli
gi. ꝓphetæ igit̃ verba ſunt hæc: eructauit cor
meũ verbũ bonũ. cor meum (inquit) vnde co
gitationes bonæ vel malæ, quaſi ex prægnan
tis vtero in lucẽ ꝓdeunt: de plenitudine ſua
eructauit ediditq;, ꝓtulit & deprompſit ver
bũ bonum. nec id in incertum iecit quaſi va
gũ: eſt. n. ſcopus in quẽ mea dicta, ſcripta & a
cta tendunt. is quidẽ eſt Chr̃s rex, Meſsias in
lege ꝓmiſſus, cui hoc verbũ dico, in quẽ vnũ
dirigo: vti nunc vſq; cætera verba & opera
mea dixi, atq; direxi ſemp. illi nunc dico, cui Pſ. 26. ve. 13
ſemp dixit cor meum: faciẽ tuã dñe requirã.
dico regi, & nõ qualicunq; regi: ſed regi ſecu
lorũ ĩmortali, inuiſibili, ſoli Deo, cui honor 1. Thi. 1. d.
& gloria in ſecula ſeculorum amen. illi (inꝗ̃)
qui habet in veſtimẽto & in fœmore ſuo ſcri Apo. 19. c.
ptum: rex regum & dñs dñanaium. alij quidẽ
particulare regnum & dominiũ habent: huic
aũt regi cui verbũ dico, & cui oĩa viuunt: vni
uerſale regnũ eſt. ꝗ & ſi in carne dicat: regnũ
meũ nõ eſt de hoc mũdo, monarcha tñ eſt, ꝗ
Deus & homo eſt. ſunt nõnulli et ꝗ hoc ver
bũ dico, quod apud grecos & latinos tertiæ
cõiugationis eſt, ad alterum cõiugationis pri
mæ inflectãt: vt nõ dicere, ſed dicare regi, &
nũcupare ſonet: atq; (vt ſcriptorũ mos eſt) illi
opera ſua vti moderatori, fautori ac defẽſo
ri ſuo cõſecrare. hoc idẽ doctor ipſe Hiero Hiero. par. 2. epiſtola. 41.
nymus (huius epithalamij verbũ ad Principiã
virginẽ exponẽs) ſenſiſſe videt̃ dicens: iſte ꝗ
laudes cãtaturus eſt dño, carmen ſuũ & opuſ
culũ cõſecrat ei: & ꝓ muſis gentiliũ, ipm̃ vo-
cat in principio, quẽ laudaturus eſt. quod v
tiq; venuſti oratoris inuentione vſus, dixiſſe
arbitror. vt ꝗ primo rẽ ipſã (de qua acturus)
ꝓpoſuit, dicẽs cor ſuũ verbũ bonũ eructaſſe,
quo auditores reddat beneuolos, dociles &
attentos: ſtatim nũcupet opus ſuũ regi oĩum
ſupremo, vt tueat̃ illud: deinde linguam ſuã
quaſi ſcribæ calamum inuocet, poſtremoq;
exorſus ineat narrationem. ait ergo.
*Lingua mea calamus ſcribæ: Velociter* 2.
*ſcribentis.*
Tu lingua mea, nõ vt mea, ſed ſancti ſpũs &
ſanctificãtis digito ac munere agitata, adeſto
prõpta. ecce ſãctus dictat ſpũs, & ipſe ſcriba Pſ. 148. v. 4.
velox, & velociter currit ſermo eius. nempe
neſcit tarda molimina: ſpũs ſancti grã, ꝗ nul-
la ad diſcẽdũ mora agit̃, & in omne quod vo
luerit, mox vt tetigerit mẽtẽ docet: ſolũq; te
tigiſſe, docuiſſe eſt. ecce tu lĩgua mea calam⁹

es & inſtrumentū : ſcriptor verò & primari᷒
artifex,ſpūs eſt à quo moueris.nō.n.volun-
tate humana allata eſt aliquādo ꝓphetia (ait
2.Pet.1.d apoſtolorum princeps)ſed ſpū ſancto inſpira
ti,loquuti ſunt ſancti Dei hoīes.quāobrem te
te linguā meā,nō vt meā inuoco:ſed vt ſcrip
toris calamū,velociter ſcribētis.hęc aūt ꝓlo
gi aut prooemij extrema pars.et narrationē
ſuam exorſus diuinus vates:à decoris laude,
vultus ſcilicet pulchritudine , & ad loquen-
dum gratia labiorum,huius carminis nuptia
3. lis initium ſumit,dicens:

*Specioſus forma præ filijs hominum,dif-*
*fuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea be-*
*ne dixit te Deus,in æternum.*

Fit apoſtropha.& ad regē ſpōſum cōuerſus,
dū ipſum præ filijs hoīum ſpecioſū dicit, illū
hoīem eſſe fateẽ.nā ſi ſecus , cōparatione abu
tereẽ . in hebraico aūt(vt beatus Hieronym᷒
ait)ſcriptū eſt:d̄ecore pulchrior es filijs homi
nū.nec ſec᷒ in chaldaica trāſlatione,quę apud
hebreos autoritatem habet,pulchritudo tua
Meſsia,maior eſt q̄ filiorum hoīum.datus eſt
ſpūs ꝓphetiæ in labijs tuis,vbi ꝓphetiæ noīe
ſapīa cum facunda eloquentia venit intelligē
da.quo & vbertatē ac dulcedinē locutionis
decentiāq́; vultus & mēbrorū ſimul laudet ꝓ
portionē.ſitq́; ſpecioſus forma,dilect᷒ ex di-
Can.5.c. lecto,cādidus & rubicundus,electus ex mil-
libus,decora facie & pulcher aſpectu.cui᷒ de
niq; ſpecies vt libani,electus vt cedri,guẽ ſua
uiſsimū,& totus deſiderabilis.caue tn̄, ne his
verbis ꝓphanum aut laſciuū quid aīum tuum
ſubeat vel illectet. nimirū totus hic decor &
pulchritudo,ſpūalis eſt.quanuis eẽ corpus il-
lud Chr̄i beatiſsimū in virginis vtero ſacriſq́;
viſceribus cōflatum,& verbo vnitū, optimè
q́; cōpactum & cōplexionatū,pulchrum erat
& ſpecioſum:ita tn̄ ꝙ ſidereū quiddā redole
ret,omnēq́; præſeferret maieſtatē & honeſta
tē.quod vtiq; graphicè & articulatè deſcrip-
tum reperiẽ in annalibus Romanorū.nec abs
re quidē regis huius ſpeciē internam & exter
nā laudat:qn̄quidē hoc Dei & naturæ donū,
nō parū regibus cōducat,iuxta illud: ſpecies
prima digna eſt imperio.atq; vt quidā ait: ac
cidētia magnā partē cōferūt ad cognoſcēdū
quod q̄d eſt.& forma corporis arguit animi
pulchritudinē.ſpecioſus forma (inq̄t)præ fi
lijs hoīum,q̄ fili᷒ hoīs appellari dignat᷒es.nē
pe talis futurus erat,qui venerat,vt fœdū ac
deturpatū hoīem reformaret.nec ſolum(ait)
ſpecioſus & totus pulcher es,verū eẽ labiorū
gr̄a pollēs.diffuſa eſt.n.gr̄a in labijs tuis.non
Ioan.3.e. quidē datus eſt tibi ſpūs ad mēſurā:qui potēs
Luc.14.c. opere & ſermone oībus præſtas. q̄q́; nedum
hoīes,ſed angelos vincis ſapiētia,ſuperas gr̄a,
ipſaq́; ſuauiloquētia hoīum corda demulces,
ac velut hamo ad te trahis.dñe ad quē ibim᷒?
(aiunt diſcipuli ꝑ os Petri,vice oīum reſpon Ioan.6.g
dētis)verba vitæ æternæ habes.& phariſeo-
rum miniſtri,qui te audierāt prædicātē,melli
tū iſtud os tuū demirati dixerūt:nunq̄ ſic lo Ioan.7.g.
quutus eſt homo,ſicut hic homo. atq; deflue
bāt ab ore tuo diuinę ſales,& dulcia quędam
atq; inflāmantia verba,quibus hoīes pellicie-
bas.labia tua(ait ſpōſa)lilia diſtillātia mirahā Cant.5.d
primā.nō ſic Moſes,q̄ incircunciſus labijs,& Exo.4.b.
impeditioris ac tardoris līguæ fuit.nō Eſaias Exo.6.b
vir pollut᷒ labijs,& in medio populi polluta Eſa.6.b.
labia habētis habitās.nō Hieremias,qui quaſi Hier.1.a.
balbus aiebat:a,a,a,dñe Deus,ecce neſcio lo
qui q̄a puer ego ſum.tu aūt rex adeo labiorū
gr̄a hos oēs ac reliquos filios hoīum antecel
lis:vt diuinū numē in te latēs, interdū ꝓderе
viſ᷒ ſis. nā cū Nazareth ſinagogā intrares,ibi
q́;(aperto legis volumine)teſtimoniū Eſaiæ
de te ſcriptū ꝓferres:oēs teſtimoniū tibi da- Luc.4.d.
bāt,& mirabāẽ in verbis gr̄æ, quæ ꝓcedebāt
de ore tuo.diffuſa.n.erat gr̄a in labijs tuis,ꝓ
pterea ꝙ benedixit te Deus in æternū.ecce
vnde hoc ꝓuenerit.eò ſcilicet,ꝙ potioribus
bonis te euſq; ditauerit Deus, ꝙ ſpūs non ſit
tibi datus ad mēſurā.audiſti pulchritudinem
regis,& gr̄am labiorū,nunc audi ſpūalium di
uitiarum cumulū.nā benedicere in ſcripturis
ſāctis , ꝓ ditare vſurpari ſolet.& bonorum a
bundantia,benedictio nuncupaẽ quale eſt il
lud Iacob ad Labā dicētis:nunc diues effect᷒
es, benedixitq́; tibi Deus ad introitū meum. Gen.30.d
et iuxta illud deuteronomij: benedicet tibi
dñs Deus tuus in cunctis frugibus tuis,& in Deut.16.c
omni opere manuū tuarum. et q̄ ſeminat in
benedictionibus,ideſt abundāter(ait apoſto
lus)de benedictionibus & metet. benedixit 2.Cor.9.b
igiẽ te Deus in æternum.qn̄quidē in te vno,
ſunt oēs theſauri ſapiētiæ & ſcientiæ abſcōdi
ti ait ipſe cui data eſt gr̄a in gētibus euāgeli Coloſ.2.a.
zare inueſtigabiles diuitias Chr̄i. ſic ꝑ omnē Ephe.3.b
modum benedixit te Deus & præ oībus dita
uit,ꝙ benedicenẽ in te oēs tribus terræ. Seq. Pſ.71.v.18

*Accingere gladio tuo ſuper fœmur tuū:*
*potentiſsime.* 4.

Iā nūc animi corporiſq́; vigore atq; ſtrenuita
te,ad bella gerēda,Chr̄m regē cōmendat : in
citatq́; vt gladium ſumat in eccleſiæ ſuæ libe
rationē, ſeſeq́; oſtendat Deum eſſe: dum di-
uinitatis gladio ac forti potentia(in aſſump-
tæ carnis infirmitate)miranda facit.eia ergo
rex potentiſsime(ait)accingere gladio , non
ſubter,ſed ſup fœmur tuum.ꝑ fœmur autem
quod humanę ꝓpagationis fōs eſt & origo,
humanā carnem accipe.ac ſi dicat:ponat ma-
num ſubter fœmur,Abrahæ ſeruus Heliezer: Gen.24.a
vt ꝑ te dñm Deum cæli & terræ ex illius ſe
mine naſciturum,iuret.ponat itidem ſub fœ
more pr̄is ſui Iacob:vel Ioſep ipſe venditus. Gen.47.g
qui typum tui geſsit,tu verò qui habes in ve
ſti



ſtimento & fœmore ſcriptum:rex regum &
Apo.19.d dñs dominātium:accingere gladio ſuper fœ
Pſ.64.v.7. mur.accingere,qui accinctus potentia con-
turbas ꝓfundum maris:ſonum fluctuū eius.
vt ſi in fœmore carnis(quæ in cruce moriens
Gen.32.g emarcuit)cōgrediaris:reportes triumphum
in gladio maieſtatis.Illi quidē omnes (quos
in medium adduximus)& ſi qui ſunt alij,qui
Can.3.c ſubtus vel ſup fœmur ꝓpter timores noctur
nos,gladium habuerunt:homines duntaxat,
& de hoīum fœmore egreſſi fuerunt.qui eẽſi
potentes & viri famoſi , &(quod his maius
eſt)filij Dei adoptionis gr̄a extiterūt:tu rex
potentiſsime vnigenitus Dei filius eſ, atq;
natura Deus.Illi ſerui,tu dñs.Illi homines,tu
Deus & homo. ideo accingere gladio ſuper
fœmur,quo carnē ꝓtegas & defendas. bellū
gerat homo,ſed in hoīe,Deus de hoſte trium
phet.agedum fortiſsime rex, gladium eẽ aſſu
Ephe.6.c me, quod(iuxta apoſtolū) eſt verbū Dei. vi-
Heb.4.c uus eſt enim ſermo Dei & efficax,& penetra
bilior omni gladio ancipiti &c. hūc exere,
hunc vibra : vt & nos tecum parta victoria
gaudeamus.nā per fidē,tibi oīa ſubdes.at ve-
rò fides ex auditu eſt,auditus aūt ꝑ verbum.
Rom.10.d ſed quomodo audient ſine prædicante, tuus
quærit apoſtolus?præpara ergo verbū. illud
prędica,& verbo tuo accinctos prædicato-
Ephe.6.c res mitte,calciatos pedes ac mortificatos ha
bentes,in præparationem euangelij pacis.tu
es rex,dux,doctor,ſpōſus,& ſpōſor, media-
tor Dei & hominum,futurus iudex,& aduo
catus,ipſeq́; redēptor & debellator : ad quæ
peragenda miniſteria,oīa tibi ſuppetūt. nec
æſt homo ſpecioſus forma præ filijs hoīum,
formoſus in ſtola ſua,gradiēs in multitudine
fortitudinis ſuę,q̄ loquaẽ iuſtitiā,& ꝓpugna
Eſa.63.a. tor ſit ad ſaluādū:vt tu ſpōſe(ait Eſaias) q̄ for
moſus eẽ,in ſtola carnis gradiens gloria tan-
quā vnigenitus à patre,plenus gr̄æ & verita-
Ioan.1.a tis. fortis eſ vt Deus, eloquens & facundus
vt verbum,ipſaq́; ſapientia patris,ſtrenuus ꝓ
puguator,vt leo de tribu Iuda.accingere nūc
ergo gladio tuo ſuper fœmur tuum. nimirū
ferro ac ferreo aīo adamantinoq́;,opus eſt.
quandoquidē cum tyrāno illo indomito eſt
tibi negotium:qui ꝑ tot ſecula dolo & frau-
de,futurā ſponſam tuā detinet alligatā.Nem
pe æterno patri,obedientia tua ſatis eſt. ho-
minib᷒ aūt,ignitum eloquium tuum vehemē
ter:quibus hos & illum duces in vnum , vt in
ter Deum & hoīes fœdus cōponas. placebis
eẽ ſponſæ,ſpecie tua & pulchritudine tua o-
mniumq́; virtutum decore:quo interius ex-
teriuſquè inſigniris.at verò,vt tyrannum tru
das vinculo, tuāquè dilectā de faucibus eius
eripias;accingere gladio potentię tuæ.nō.n.
molli verbo,aut quantumuis vrgenti ratio-
ni acquieſcet:q̄ ꝑtinax & obduratus eſt.Seq.
5. *Specie tua & pulchritudine tua:intende*
*proſperè:procede & regna.*

Prior pars huius verſus , in hebreo pręcedē
ti cohęret,vt ſit ſenſus:accingere potentiſsi
me ſpecie tua &c.& ſic glorioſus intēde ꝓſ-
perè.ecce rex ſpecioſus,decorus ac pulcher,
ſapiēs & facundus atq; in ęternū benedictus,
accinctus gladio & potētiſsimus ipſe:ꝓphe-
tæ ſeſe offert illū in ſpū cōtēplāti. quē vbi ſic
vidit:hortatur in nos intendat,ac ꝓſpere(vti Pſal.18.v.5.
ſponſus de thalamo ſuo)ꝓcedat & regnet in
euum.vtere(inquit)ſpecie tua,qua vt homo
totius peccati expers,& ꝓ peccatis hoīum ſa
tisfaciens:cęteris hoībus pręſtas.vtere eẽ pul
chritudine tua,qua vt Deus magnus ſuꝑ oēs
Deos,peccata dimittęns:omne pulchrū cōti
nes eminenter. nihil enim ęquè pulchrum,
aut tantæ maieſtati cōueniens excogitari po
teſt:quā ſi ſpecie tua & pulchritudine tua ſic
accinctus in hoīes intendas,ꝓcedens ꝓſperè
à ſinu pr̄is, ad vterū matris, ab vtero in mun
dū,deinde ad crucē , vt regnes à ligno Deus.
ꝓcedeq́; ad ſepulchrum & inferos:vt tādem
victor atq; triūphās ad dexterā pr̄is aſcēdas.
procede ergo & regna: nam is optimus reg
nādi modus:hæc rerum ſumma,quæ ꝓſpero
ſucceſſu gerenẽ:quod vel maximè regib᷒ eue
nire optandū eſt,ſicut alibi iſdem vates ait:ò Pſ.117.v.25
dñe ſaluum me fac,ò dñe bene ꝓſperare.Seq.

*Propter veritatē et manſuetudinē et iuſti* 6.
*tiā:et deducet te mirabiliter dextera tua.*

Tres(inter alias)cōnumerat in rege Meſsia
virtutes:veritatē.ſ.vitæ,(quę in adęquatione
quadā,& volūtatis humanæ ad diuinā cōfor
mitate cōſiſtit)& māſuetudinē regiminis,&
iuſtitiā directionis.hæ quidē virtutes,vel ma
ximè reges decent,quæ debent ſemp in eis lu
cere.at cōtra.mēdaciū,auſteritas acerbitaſq́;,
intractabilis & implacabilis ira,iniquitas & in
iuſtia:obſcuros illos faciūt & horrēdos.cōmo
net nūc igiẽ ꝓpheta regē,quē prælio iā videt
accinctū : eiq́; mirabilem ac fœlicē dextrūq́;
ꝓmittit exitum,ſi ꝓcedat vt regnet:eò ꝙ ho
ſtem eggrediaẽ his inſuperabilibus armis.ꝓp
ter veritatē(inquit) quia tu verax es:ille aūt
homicida erat ab initio, & in veritate nō ſte Ioan.8.f.
tit,quia nō eſt veritas in eo.quū loquiẽ men
dacium:ex ꝓprijs loquiẽ,quia mendax eſt,&
pater eius.ꝓpter māſuetudinē aūt:q̄a tu qua
ſi agnus māſuetus q̄ portaẽ ad victimā.at cō- Hier.11.f
tra,immaniſsimus & crudelis,ille tyrānus.tu
dēmum iuſtus, iniuſtus ille.perge igitur,ꝓ-
cęde & regna:verax,mitis & iuſte dñe.ꝓpter
hoc.n.deducet te victorē ac mirabiliter triū
phantem,dextera ideſt diuinitas tua:cui hu-
mana ſi conferatur natura,ſiniſtra eſt.Seq.

*Segittæ tuæ acutæ (populi ſub cadēt) in* 7
*corda inimicorum regis:*

Parētheſis eſt quod ait: populi ſub te cadēt.
Nempe eloquia domini,ſagittæ ſunt.et quia
ſagittæ potentis , ideo acutæ.beatus vir qui
impleuit cordis ſui pharetram ex ipſis : non Pſ.126.v.6
con

confundetur,quum loquetur inimicis ſuis in
porta,quin potius ibi forenſi iudicio,victor
euadet.has quidem ſagittas ardentibus effe-
cit rex,vt in corda inimicorum iactæ, non
Pſ.7.ve.14 occiderent ſicut vaſa mortis,ſed quaſi amo-
ris iacula,incenderent charitate, & cõfoſſos
ac vulneratos,in melius cõmutarent. nam ꝓ
his qui cõmutabuntur(vt pſalmi titulus ait)
id negotij actũ eſt. ſagittæ eſt & arcus,apo-
ſtoli & viri apoſtolici fuerunt: qui vt iacula
& iaculatores ipſi in orbem à dño trãſmiſsi,
corda hominum transfixerunt,& à morte in
vitam tranſmutarunt. quæ quidem mutatio,
dexteræ excelſi fuit,dum ſic charitatis ſpicu
lo tranſixi:ex inimiciſfacti ſunt amici,& hu-
miles ex elatis.Nam qui ceruice dura & ere-
cto collo ante ſuperbiebant humili(ſub Chri
ſto)transfixo corde, proſtrati ceciderunt.
quod vtiq; futurum in Chr̃i aduentu præci-
Eſa.5.f. nit Eſaias dicens:eleuabit ſignum in nationi-
bus procul. & paucis interiectis ait : ſagittæ
eius acutæ, & omnes arcus eius extẽti. Seq.

8. *Sedes tua Deus,in ſeculum ſeculi: virga directionis,virga regni tui.*

Vbi in cõuerſione gentium & ardentiũ ſa-
gittarum trãsfixione Chr̃i veritatem ſimul
& manſuetudinem annotauit pſaltes: ſtatim
iuſtitiam eius miris præconijs effert dicens:
ſedes tua Deus &c.Nempe regnum & impe-
rium tuũ,poteſtasq; iudiciaria tibi ò Deus,à
Ioan.5.d. patre Deo tradita eſt : iuxta illud euangelij:
neq; enim pater iudicat quẽquã:ſed omne iu
dicium dedit filio, vt oẽs honorificent filiũ,
ſicut honorificant patrẽ. Rurſumq;:& pote-
ſtatẽ dedit ei iudicium facere &c. ſicut ante
Dauid ipſe petierat dicens:Deus iudiciũ tuũ
Pſ.71.ve.1. regi da:& iuſtiam tuam filio regis. poteſtas
ergo tua iudiciaria ò rex,per ſedem deſigna
ta : irrefragabilis & immutabilis erit,perpe-
tuaq; atq; in ſeculum ſeculi duratura.quia ſi
Luc.1. cut regni tui non erit finis,eſt enim regnum
Pſ.144.v.13 omnium ſeculorum:ſic etiam inuariabile tri
bunal,à quo non licet appellare. & virga reg
ni tui,virga directionis eſt:virga æqua & re-
cta,nuſquã in obliquũ deuians aut declinans.
ſceptrum quidem veri regis & iure regnan-
tis eſt, quo dirigat iuſtos & puniat iniquos:
non tyranni,quo pro libito iniuſte opprimat
ſibi ſubiectos.Sequitur.

9. *Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquitatẽ: proterea vnxit te Deus, Deus tuus,oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.*

Certè qui ſemper dilexiſti iuſtitiã, ipſamq;
approbaſti:odiſti & reprobaſti iniquitatem.
vnius quidẽ dilectio, alterius odium erit:&
vni' ꝓſequutio,erit alterius fuga.eſt vtiq; ꝓ
loquiũ iſtud,earundẽ repetitio rerũ.nec mi-
rũ ergo,ſi hoĩes diligẽs quos creaſti;iniquita
tẽ oderis,quã vtiq; nõ feciſti . quippe qui in
hoĩe dilexiſti bonũ, odiſti malũ.vtrũq; enim
iuſtitiæ pars eſt.dilexiſti ergo iuſtitiã,& odi
ſti iniquitatẽ:ꝓpterea vnxit te Deus.non ꝙ
dilectio iuſtitiæ, vnctionis fuerit cauſa,ſed
effectus & ſequela. nã ꝓpterea dilexiſti iuſti
tiã, ꝙ ab inſtanti cõceptionis vnctus ſis. vn-
ctio igitur illa mirifica anteceſsit (natura &
præſuppoſitione)in te hoĩe, non ſubſequuta
eſt.quãdoquidẽ ideo te Deus,(qui velint no
lint iudei nũc ſcripturã deprauãtes,caſus vo
cãtis eſt)vnxit De' tu':vt iuſtitiã diligeres,&
odio haberes iniquitatẽ.dicẽte beato Hiero
nymo,quod ſequit̃,vnxit te Deus,primũ no
mẽ Dei,vocatiuo caſu intelligẽdũ eſt,ſequẽs,
nominatiuo. quod ſatis miror,cur aquila nõ
(vt cœperat in primo verſiculo)vocatiuo in
terpretatus ſit, ſed nominatiuo,bis nominãs
Deũ,qui ſupra dictũ vnxerit Deũ? De' igitur
tuus rex Chr̃e,qui vel ideò tuus,quia & ſi illi
coæqualis vt Deus es, minor tñ vt homo. is
vnxit te eſt Deũ,de ſpũſancto conceptũ,& ex
Mar̃ia virgine natũ,oleo exultationis & læti
tiæ,præ cõſortibus et participibus tuis.ꝗ vn
ctione tua,vniuerſale gaudiũ angelis & homi
nibus cõtuliſti. vñ tunc angelus ad paſtores
dixit:euẽgelizo vobis gaudiũ magnũ, quod Luc.2.b.
erit omni populo &c. Ecce cõſors tuꝰ Aarõ
fuit: conſortes oẽs & reges & ſacerdotes, ip
ſiq; apoſtoli & chriſtiani,ꝗ vnctionis tuæ &
noĩs participes effecti ſunt:ij aũt oẽs,ſi ad te
cõferãtur:vix guttula aut ſtilla olei vncti,di
cendi ſunt. tu quidem rex es ſimul & ſacer-
dos.cuius ſpõſa dũ oris tui oſculo & cupitis
potiſ amplexibus,ipſam vnguẽtorũ tuorũ fra
grantiã demirata ait :meliora ſunt vbera tua Can.1.a
vino, fragrantia vnguẽtis optimis.Et tu illi
identidẽ vicẽ repẽdens,vbi illã vnctionis tuę
participem effeciſti,eò ꝙ de plenitudine tua
acceperit gr̃am ꝓ gr̃a : ꝗ pulchræ ſunt(ais)
mãmæ tuæ ſoror mea ſpõſa,pulchriora ſunt
vbera tua vino,& odor vnguẽtorũ tuorũ ſup
oĩa aromata.nec.n.ſatis ante,dilecti ſui ſpõſa
cõmẽdauerat vnctionẽ.quę & ſi vnguẽtis op
timis fragrãtẽ:nõdũ tñ dixerat eã ſup oĩa a-
romata, & alijs vnctionibus meliorem.Seq.

10. *Mirrha & gutta & caſsia à veſtimentis tuis,à domibus eburneis:ex quib' delectauerunt te filiæ regũ,in honore tuo*

Ab amictu & indumentorũ ambitu,ſpõſam
laudat.ò mira ꝓphetici ſpũs conſonãtia?ſen-
ſit Iſaac veſtimentorũ fragrantiã,quibus Re-
Gen.27.f beca mater, Iacob filium ſuum induit:ſentit
nũc etiam in ſpiritu propheta, quòd mir-
rha & gutta & caſsia ſit à veſtimẽtis Chr̃i re-
gis.Et quem nouerat in mortalem iam Eſau
ve-



veſtibus,ideſt mortalitatis noſtræ. carne ve-
ſtitum proſpicit ipſum:quem dulciſsima vir
go mater(quum verum peperit hominem)
humana carne veſtiuit.quatenus formam ſer
ui accipiens,in ſimilitudinem hominum fa-
Phil.2.a. ctus, & habitu inuentus vt homo : humanis
aſpectibus appareret,nec tamen diabolus ip-
ſum eſſe ſupplantatorem agnoſceret.tres igi
tur aromatum ſpecies nominat, quæ
haud exiguis non vacant ſacramentis.nimi-
rum narrant ij qui aromatum nouere virtu-
tes,(eodem diuo Hieronymo teſte)ſtactem
id eſt ſtillam vel guttam:florem eſſe mirrhę:
vel (vt alij ſentiunt) ex arbore mirrhæ ex
tractum ac defluxum eſſe liquorem. caſsiam
verò(quã fiſtulam vocant) eam eſſe dicunt,
quæ pituitas & rheumata ſuo calore exco-
quit. corpus igitur regis nr̃i,quod diuinitati
quaſi veſtimentum & quoddam operculum
fuit:id quidẽ mortale extitit, ſed incorrup-
tum,& mirrham redolet:quia langores nr̃os
& dolorũ amaritudines in ſe pertulit. cuius
aĩa dum triſtatur vſq; ad mortem:guttam o-
let,quæ mirrhæ flos, ſuccus vel liquor inte-
rior,& amarior eſt. at vero caſsiam exhibet,
dum morte ſua malũ delet:quod nobis à pri
mo parente,tanquã à capite rheuma deſcen-
dit ac deriuatur. vel per mirrham,guttam &
caſsiam,omne virtutum genus à Chr̃i huma-
nitate fragrans, accipiendum eſt:vt à regum
veſtimentis, odor varius ꝓgredi ſolet, quũ
primũ è thecis eburneis extrahuntur,in quib'
ad regis vſum occluſa ſeruantur. per domos
aũt eburneas:patres accipe mortales,ex qui-
Rom.9.b bus eſt Chr̃s ſecundũ carnem,ꝗ eſt ſuper om-
nia Deus benedictus in ſecula amẽ.ab his qui
dem velut ex thecis eburneis:Chr̃o dño car-
nis ſuæ ducere & extrahere placuit veſtimẽ-
tum.ex quibus(dum in corporibus viuerẽt)
patriarcharum aĩæ illæ beatæ(quas filias re-
gum appellat) adeo regem regũ honorantes
delectauerunt:vt ex eis carnem aſſumere dig
naretur.ait igitur: mirrha & gutta & caſsia,
ac cætera oĩa quę in te Chr̃o mortalitatẽ ſig
nant:nõ à diuina,qua patri æqualis es natura
proueniunt:ſed à veſtimentis aſſumptis. do-
mibus quidẽ eburneis,ex quibus delectaue-
runt te filiæ regum in honore tuo,quoniam
Pſ.43. complacuiſti in eis. nec enim alia cauſa fuit,
quòd ex eis carnem aſſumeres, quã benepla-
citum tuum. ſicut dñs per Eſaiam,de ſuo ad
Eſa.62.a Ieruſalem aduentu loquens ait: non vocabe-
ris vltra derelicta, & terra tua non vocabi-
tur amplius deſolata,ſed vocaberis voluntas
mea in ea,& terra tua inhabitabitur,quia cõ-
placuit domino in te, & terra tua inhabitabi
tur. habitabit enim iuuenis cum virgine, &
abitabunt in te filij tui,& gaudebit ſponſus
ſuper ſpõſam, & gaudebit ſuper te De' tuus.
ex his etiam domibus eburneis caſtiſsimis
& mortificatis, tibi collatæ laudes, & ſem-
per gratæ,& maximæ oblectationi fuerunt.
Ipſaque ab animabus iuſtis (quæ filiæ regum
ſunt)mortificationis ſuę oblata ſacrificia pla
cuerunt. ſunt etiam qui pro verbo,in hono-
re tuo,in huius verſiculi calce poſito: verte-
runt inter honorabiles tuas:quo ſpiritus pro
pheticus,animas antiquorum patrum de ſe-
mine Abrahę ac progenie Dauid. Deo opt.
max.inter fideles omnes(vt diximus) magis
cõplacuiſſe teſtetur.vel ꝙ inter omnes ado-
leſcentulas honore dignas: illa vnica & ele-
cta regina,veſtitu,loco & commitatu, cæte
ris dignior atque ornatior viſa ſit de qua
ſubdit:

11. *Aſtitit regina à dextris tuis : in veſtitu deaurato,circundata varietate.*

Ad narrationis propheticæ & boni verbi
eructationem ſpectat dicere,quomodo regi
na aſtet à dextris ſponſi regis. nempe hæc ſa
croſancta eſt eccleſia ſiue militãs ſiue trium-
phans,quæ potioribus viæ & patriæ, gratiæ
& gloriæ bonis gaudens : regi ſuo & ſponſo
aſtat in veſtitu deaurato. nõ quidem aureo:
is enim eſt ſponſo ſuo ſequeſtratus, qui eſt
amictus lumine ſicut veſtimento : & huius Pſ.103.v.a
generis gloriam alteri non dabit. aſtat(in-
quam) in veſtitũ deaurato in via ſponſo ſuo
regina, quæ in veſtitu aureo aſtat in patria,
& circundata hic & ibi tum diuerſorum gra
duũ, tum etiam virtutum omnium varieta-
te.& ipſe dedit quoſdam quidem apoſtolos
(ait Paulus)quoſdã autẽ prophetas,alios ve- Ephe.4.c.
rò euangeliſtas,alios autem paſtores & do-
ctores,ad conſummationẽ ſanctorũ,in opus
miniſterij, in ædificationem corporis Chri-
ſti. hic fides,ſpes,charitas tria hæc. hic pru-
dentia,temperantia, fortitudo,iuſtitia. hic
coniugalis vidualis,ac virginalis caſtitas:cõ-
feſſorum martyrum & iuſtorum omnium
virtutes atque gradus ſunt.ibi autem triplex
illa angelorum nouem ordinum hierarchia.
ibi clara viſio,tentio, perfecta charitas,ple-
num gaudium & fruitio,ibique omnis virtus
eminet & gradus. Meritò ergo à dextris a-
ſtat:quæ bonis gratiæ fulcitur in via, & bo-
nis gloriæ potitur in patria. hæc enim bona
in dextera Dei ſunt, reliqua verò in ſiniſtra.
hac dextera amplexatur ſponſam ſuam Chri Can.8.a
ſtus:quia delectationes in dextera ſua vſque Pſ.15.ve.11.
in finem. ſed aduerte quòd aſtat ſponſa, vbi
ſedet ſponſus. Et in veſtitu deaurato, quæ
ſemper charitate fulget virtutum omnium
forma

1. Cor.13.b forma:quæ (vt Paulus ait) patiens eſt , be-
nigna eſt,nõ emulatur,&c.atq; eſt circundata
veſtium varietate: quæ nunc de vineæ cuſto
Luc. 10. g. dia,& de bono ꝓximi ſollicita angitur:nũc
verò(dum contemplatione rapitur) optimã
parte quieſcit quæ non auferetur ab ea. Seq.

12. *Audi filia & vide, & inclina aurẽ tuã:
& obliuiſcere populum tuũ,et domũ pa-
tris tui.*

Iterum fit apoſtropha,cum ad eã de qua lo
quitur reginam cõuerſus ait:audi filia. ꝓphe
ta ſanctus filij ſui ſpõſam,filiã vocat.ſic enim
Chr̃s Dei filius,filius eſt Dauid cognominari
Rom. 10.d dignatus eſt.audi tu (inquit) filia, quia fides
Heb.11.a ex auditu eſt.ſine fide aũt(ait apoſtolus)im-
poſsibile eſt placere Deo. credere. n. opor-
tet accedentem ad Deum,quia eſt:& inquirẽ
tibus ſe remunerator ſit.audi igitur primum,
quo ſponſo tuo placere poſsis:deinde vide.
audi nõ obiter , raptim & oſcitanter,quaſi ꝑ
iocum:ſed audi & vide ſerio. audi ꝓphetias,
audi & vide euangelium. audi & obſeruã:nã
beati qui audiunt verbum Dei, & cuſtodiũt
illud.res quidem magni ſacramenti eſt. audi
ergo & vide,cõſidera & rumina.inclina aurẽ
tuã:quia aure opus eſt,vt ſit oſtiũ, per quod
verbum in mentem tuã ingrediatur, inclina
Gal.3.c. aurem in obſequium fidei. ecce angeli ſoda-
les ſponſi tui,te ſpõſam dñi ſui alloquuntur.
lex nanq;(ait Paulus)eſt ordinata ꝑ angelos,
in manu mediatoris.audi igit̃ illos,noli ſper-
nere,auſculta,& inclina aurem tuam. nihil.n.
tibi euſq; neceſſariũ eſt,quã quod ꝓmittunt.
Can.1.e. murenulas(aiunt) aureas faciemus tibi, ver-
miculatas argento.murenulæ quidem,aurib⁹
ornamẽto ſunt.inclina igitur aurem,affectio
ne pia : vt vel hoc ſymbolo verã obedientiã
oſtendas:& murenulas appẽdemus,quo fide
ornatior incedas:& quę pulchra es facie,ſpõ
ſo regi fide pulchrior videaris.audi tñ ſpõſa
& vide:obliuiſcere populum tuum, & domũ
pr̃is tui.audi eccleſia , ſiue ex iudeis ſiue ex
gentibus cõgregata. fac populum tuum ydo
lorum cultui deditum,aut alterum ritibus,ſa
crificijs,cæremonijs & præceptis onuſtum,
obliuiſcaris. ita vt(iuxta præceptum apoſto
Col.2.d. li) nemo te iudicet in cibo, aut potu,aut in
parte diei feſti,aut neomenię,aut ſabbatorũ,
quę ſunt vmbra futurorum:corpus aũt Chr̃i.
nec eſt ꝙ antiquæ legis & populi tui recor-
deris vſquã,vt illis obſequaris.nõ enim cum
euãgelio iam mundo corruſcante currit lex
neq; cum figurato figura.quo circa obliuiſca
ris populum tuum neceſſe eſt, & domum pa
tris tui:quæ aut delubrum fuit,aut ſinagoga:
in qua,qui te creauit pater, vſq; ad aduẽtum
ſpõſi tui habitauit, non amplius habitaturus:
ſed pater diabolus imò deluſor potius & ad
uerſator. audi nũc apoſtolum,vnum(inquit) Phil.3.c
quęquidem retro ſunt obliuiſcẽs:ad ea verò
quæ ſunt priora,extendens me ipſum ad de-
ſtinatum,pſequor ad brauium ſupernæ voca
tionis Dei,in Chr̃o Ieſu.quæ ſi feceris, audi
quod ſequitur.

*Et concupiſcet rex decorem tuũ: quoniã 13.
ipſe eſt dñs Deus tuus , & adorabũt eũ.*

Ecce denigrata erat facies tua ſuper carbo
nes:ſed iam dealbata es,& facies tua decora, Tre.4.b.
nimis,totaq; pulchra facta es,& macula non Can.4.b
eſt in te. nõ enim pulchritudo huiuſmodi ti-
bi erat innata,ſed à ſpõſo præſtita:& ſic tua,
ꝙ nõ tua.ſi ergo ab ore illius pendens,audie
ris eum:rex ipſe qui te decorã fecit, concu-
piſcet decorem tuum,imo diliget in te,quod
ſuum eſt,attẽde nunc igitur(tecum habitãs)
ſpõſa,qualis ex te fueris : & qualis à ſponſo
ſis. ne ſi te ignoraueris : acre illud & acerbũ
ſponſi tui te dedignantis verbum audias. ſi
ignoras te(inquit) ò pulchra inter mulieres: Can.1.e.
egredere,& abi poſt veſtigia gregum tuorũ,
& paſce hædos tuos , iuxta tabernacula pa-
ſtorum. porro ex te ignobilis & fœda eras:
ab eo autem illuſtris , formoſa et pulchra.
quæ ergo tali ſponſo iuncta eſt: aliorum om
nium oblita,ipſum audi & vide. in eum ocu-
los fige , illum contemplare: quoniã ipſe eſt
dñs Deus tuus,quem fideles oẽs adorabunt.

*Et filiæ Tyri,in muneribus vultũ tuũ de 14.
precabuntur:oẽs diuites plebis.*

Non ſolùm iudeorum populus: verum etiã
filiæ Tyri,hoc eſt,gẽtes, molles hactenus &
effracto animo delitijs vacantes , atq; ydola
colentes:venient cum muneribus omnis ge-
neris.ab ore,eum laudãtes:à manu,dona offe
rentes:ab obſequio,toto illi corde inſeruien
tes.ſic etenim alibi prænũciatum eſt :coram Pſ.71.v.9
illo procidẽt Ethiopes: & inimici eius terrã
lingent.Reges Tarſis & inſulæ numera offe-
rẽt:reges Arabum & Sabba dona adducent.
& adorabunt eum omnes reges,omnes gen-
tes ſeruient ei.& vultum tuum deprecabun-
tur,eò ꝙ ad regem attines , & proxima illi
ſis, atq; fœlici perinde ac ſpirituali cõiuncta
connubio. deprecabuntur (inquam) omnes
diuites plebis:non diuites huius ſeculi,qui ſu
blime ſapiunt , & ſperant in incerto diuitia- 1. Thi.6.d
rum:ſed ij qui diuites fiunt in operibus bo-
nis.pro quibus Deo ſuo apoſtolus gratias a-
git: quòd in omnibus diuites facti ſint in il- 1.Cor.1.a.
lo, in omni verbo & in omni ſcientia, ita
vt nihil illis deſit in vlla gratia. ij vultum
tuum



tuum deprecabuntur, eccleſia ſancta ſponſa
Chr̃i. ſcientes ꝙ niſi in te vixerint , niſi tuo
gremio eos fueris amplexata,niſi deniq; vul
tum tuũ deprecantes ad te venerint , & ꝑ te
tranſierint:vultum regis vnquã videre nequi
Eſa.49.f. bunt. idipſum eſt prędixit mirabiliter Eſaias,
vultu(inquit)in terrã demiſſo adorabũt te,
& puluerẽ pedũ tuorũ lingent.lege totũ.49.
caput.audi ergo & vide,atq; aurem illi incli-
na,cũ quo tanta tibi erit cõmunio:vt qui tuã
nõ hẽt,ſuam habere nõ poſsit. audi nũc regẽ
Luc.10.c. idipſum ꝓteſtantem,q vos audit(inquit)me
audit:& qui vos ſpernit,me ſpernit. qui aũt
me ſpernit,ſpernit eum qui miſit me.vos nũc
oẽs mortales appello iudices.eſt nequod am
plius decori ſpõſę ac maieſtati gr̃æ adduci
poſsit & gloriæ?

15. *Omnis gloria eius filiæ regis , ab intus ,in
fimbrijs aureis: circũ amicta varietatib⁹.*

Id primũ ſcire oportet, hoc ꝓnomen eius,
in greco ac eſt in hebreo(vel beato Hierony
mo teſte) nõ reperiri. ſed oĩs gloria filiæ re-
gis,vt filiæ,genitiuus ſingularis ſit,nõ rect⁹,
aut caſus vocantis,vt quidã minus ſcitè autu
mant. vel ſi eius(vt nr̃i codices habẽt)legen
dum ſit:hoc quaſi per appoſitionẽ exprima-
tur:ꝙ filia regis ſit , cuius gloria eſt ab intus
1.Cor.1.c. in fimbrijs aureis.nã gloria nr̃a(inquit Pau-
lus)hæc eſt,teſtimoniũ cõſcientiæ nr̃æ,ꝙ in
ſimplicitate cordis & ſinceritate dei,& nõ in
ſapientia carnali:ſed in gr̃a Dei, cõuerſati ſu
mus in hoc mundo.in interiore quidem hoĩe
gaudet:ꝙ ꝓbè conuerſatus ſit. & nunc idẽti-
dem pſaltes ait, ꝙ oĩs gloria filiæ regis ab in
tus,ſit teſtimoniũ ꝓhibente cõſcientia:cuius
ſolus ſponſus inſpector eſt,cuiq; ſoli placere
deſiderat.porro fulgent intus charitas,& vir
tutes aliæ introrſus deliteſcentes:quę ipſam
ſpõſo ſuo glorioſam reddunt.ſic tñ,ꝙ in fim
brijs aureis gloria ſit.fimbria quidẽ,vltimum
veſtis eſt:& finis eſt,cui maximè debet̃ glo-
ria,quæ(vt ꝓuerbio ſolet dici) in fine canit̃.
nã cuius finis bonus eſt(ait quidã)ipſum quo
que bonũ eſt.quid enim ꝓderit ꝙ aurea fue
rit vita:ſi finis luteus & cœnoſus eſt? quam-
obrẽ ait:gloria filię regis ab intus in fimbrijs
aureis. niſi fortè ꝑ fimbrias aureas:bona quę
foris lucẽt exẽpla,accipere velis.quę q vidẽt,
Mat.5. b. glorificant patrẽ qui in cælis eſt.quod aũt in
calce ait.circũ amicta varietatibus: polymi-
tã deſignat habere veſtẽ,ſcutulatãvè : & va-
rijs coloribus intextã. qualis erat talaris illa
Gen.37.g. Ioſeph ſancti, quæ ſanguine intincta:humani
corporis regis nr̃i,calcãtis paſsionis ſuæ tor-
cular,ac ꝑ hoc à ſinagoga fera peſsima cruẽ
tati,apertiſsi ma figura fuit.ꝑ hoc innuens ec
cleſiã ſanctã,iuſtorum oĩum,qui à ſeculo fue
rũt,cõtinere virtutes,Chr̃i ſanguine rubrica-
tas ipſiſq; omnibus perſeueranter & ꝑpetuò
quaſi talari tunica in finẽ vſq; amiciri.ſequit̃.

*Adducentur regi virgines poſt eã : pro- 16.
ximæ eius afferentur tibi.*

Vbi ꝓpheta ſanctus , reginæ illius vnicæ,
(quã vni viro & regi Chr̃o , virginem caſtã
deſpõdiſſe ait Paulus) deſcripſit thalamũ,de 2.Cor.11.a.
corẽ,& veſtimentorũ deauratũ ac varium ap
paratũ, egregiaq; illi perinde ac ſaluberrima
cõſilia cõtulit,quibus acquieſcens,magis ſpõ
ſum alliceret in amorẽ ſui:nunc adoleſcentu
las poſt eã regi adducendas fore prædicit,
quaſi illectas regis amore,& ſpõſæ imitatio-
ne attractas,dũ ipſam emulantur Dei emula
tione.nec nr̃m eſt recenſere,quot animę fidẽ
integra & incorrupta,huic regi adhæſerunt.
quot virgines,& his ꝓximę viduę,ac marita
li iugo deuinctæ quotidie Chr̃o dñ̃o adducũ
tur ꝑ fidẽ.quot particulares eccleſię,poſt co
lumbã illã catholicã hoc eſt vniuerſalem , ad
Chr̃m cõuolant: ſit nomen eius benedictum
in ſecula.nam conuolant,& conuolabunt:ad
ducuntur & in dies adducentur.

*Afferentur in lætitia & exultatione:ad 17.
ducentur in templum regis.*

Quã optimè ad ſanctarum ſolennia nuptia
rum : inducit choreas ſaltantiũ puellarum.
afferent̃(inquit)in lætitia & exultatione:quo
interiorem iubilum & exteriorẽ ſignificet
animarum.afferent̃ ex miſericordia attractę:
ſed volentes afferentur:ſed in gaudio & hila
ritate, in lætitia & exultatione. & adducent̃
in tẽplum,vt ſeſe offerãt:cui ſe deuouerãt an
te.afferent̃ in tẽplum:vt ſint holocauſtum,in
odorẽ ſuauitatis.vel adducent̃ in tẽplum re-
gis:vt ſint ſcilicet templum regis,iuxta illud
Pauli:neſcitis ꝙ tẽplum Dei eſtis,& ſpũs Dei 1. Cor.3.c.
habitat in vobis?ſi qs aũt tẽplũ Dei violaue-
rit:diſperdet illũ De⁹,& iterũ: vos enim eſtis 2.Cor.6.d
tẽplũ Dei viui ſicut dicit Deus , qm̃ inhabita
bo in illis, & inambulabo inter eos,& ero il
lorũ Deus,& ipſi erũt mihi populus.ſcriptũ
eſt.n.incorruptio facit eſſe ꝓximũ Deo.Seq. Sap.6.c.

*Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: cõſti 18.
tues eos principes ſuper omnem terram.*

Patres tui : patriarchæ fuerunt & ꝓphetæ.
aut ſi mauis(eò ꝙ ex parte degentibus ſis vo
cata)fuerũt fortè Socrates,Plato,Ariſtoteles,
ac cæteri quos philoſophos & ſapiẽtes ante
iactabas,horũ loco,nati ſunt tibi apoſtoli.ꝙ
ſi hos eſt patres appelles,qa ꝑ euãgeliũ ꝓlem
tuã ꝓpagarũt:nõ eſt ꝙ eos doleas amiſiſſe. vi
uunt.n.& viuẽt cum ſpõſo tuo, & patre ſuo
in terra viuentiũ:qui eos nõ ſemel in euange Mat.10.c.
lio filios appellauit. & horũ eſt loco,naſcent̃ Ioan.13. d
tibi

tibi filij. viri quidem apoſtolici, qui tibi pro
p̃ribus erunt. Erunt tibi epiſcopi & ſacerdo-
tes, erunt doctores ſancti & illuſtres, qui offi
cio, miniſterio, ac dignitate ſuccedẽt patrib⁹
illis. hos habeto in filios, conſtitues eos prin
cipes ſuper omnem terrã. ſic enim honorabũ
Heſter. 6. c. tur ij, quos rex voluerit honorare. illorum
exaltatio, gloria tua eſt. nec erit inſtabilis eo
Pſ. 138. v. 18 rum principatus: quia nimis confortatus eſt
principatus eorum. Sequitur.

19. *Memores erunt nominis tui dñe: in om
ni generatiore, & generatione.*

Vulgatior editio ſic habet: tametſi alij: non
memores erunt, ſed memor ero legãt, cui &
greca lectio, & beati Hieronymi trãſlatio cõ
ſentire videtur. ſequamur tamẽ Romanũ le-
gẽdi morẽ. memores (inquit) erunt, vt ꝓphe-
tę verba ſint ad Chr̃m regem conuerſi. is ete-
nim principatus eſt: vt memores ſint nomi-
nis tui dñe, illud prædicent, illud magnificẽt
& exaltent. dicãtq; cũ apoſtolo: quoniam &
1. Cor. 1. d. iudei ſignum petunt, & greci ſapientiam quæ
runt: nos aũt prædicamus Chr̃m crucifixum,
iudeis quidem ſcandalum, gentibus autẽ ſtul
titiam: ipſis aũt vocatis iudeis atque grecis,
Chriſtũ Dei virtutem & Dei ſapientiam. au
diant hoc prælati & ſacerdotes atq; cæteri
qui ad huius miniſterij munus aſſumpti ſunt:
& hoc gaudeant principatu euangelizantes.
audiant principem eccleſiæ alterum, eos cõ-
1. Petr. 4. d ſolantẽ. ſi exprobramini (ait) in nomine Chr̃i:
beati eſtis, quoniã quod eſt honoris, gloriæ
& virtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus: ſuper
vos requieſcet. ſecundũ illos quidem blaſphe
matur, ſecũdũ vos autem glorificatur. nemo
autẽ veſtrũ patiatur, quaſi homicida, aut fur,
aut maledicus, aut alienorum appetitor. ſi au
tem vt chriſtianus, non erubeſcat: glorificet
autem Deũ in iſto nomine. alterum verò coa
poſtolum Paulum Romanis audiant dicentẽ: Rom. 1. b
quantũ in me eſt, paratus ſum: & vobis q Ro
mę eſtis euangelizare. nõ enim erubeſco euã
gelium Chr̃i: virtus enim Dei eſt in ſalutem
omni credenti, iudeo primũ & greco. iuſtitia
enim Dei in eo reuelat̃. ex fide in fidẽ. memo
res ſint ergo nominis Chr̃i: quaſi vaſa electio
nis portantes illud, corã gentibus & regibus Act. 9. c
& filijs Iſrael. nec enim aliud nomen eſt ſub
cælo datũ hominibus (ait Petrus apoſtolorũ Act. 4. b
princeps) in quo oporteat nos ſaluos fieri.

*Propterea populi cõfitebũtur tibi in æter* 20.
*num: & in ſeculum ſeculi.*

Iſtud, ꝓpterea, omnia recẽſita claudit, quæ
ꝓpheta eructauerat corde, & lingua enarra-
uerat, deſcripſeratq; calamus ſcribæ veloci-
ter ſcribentis. propterea (inquit) ꝙ hæc fæce
ris mirabilia magna, filij ꝓ patribus in princi
pes cõſtituti, memores erunt nominis tui ô
rex: & ꝓ iudeorum populo, multi populi in-
ſurgent, qui cõfitebuntur tibi, & nomen tuũ
glorioſum ſalutiferumq; libera voce lauda-
bunt. atq; in tui nominis honorem, hoc epi-
thalamij carmẽ, in æternum & in ſeculum ſe-
culi decantabunt tibi Deo & homini: cui ſit
honor & gloria, decus & imperiũ, cum patre
& ſpũ ſancto regnãti, in ſeculorũ ſecula Amẽ.

EPILOGVS. PSALM. 44.

*ERuctauit cor meum uerbum bonum. cor meum diuina reuelatione plenum: quaſi eructans, emiſit bonum quod mente cõceperat uerbum, atq; ori obtulit ꝓferendum. iccirco uos oẽs mortales attentos reddo, ut rei magnitudinem attendatis. ecce dico opera mea regi ſeculorũ, immor*
1. Thi. 1. d. *tali, inuiſibili, ſoli Deo: uti myſterijs fœta ac Deo digna. in hunc ſiquidẽ ſcopũ tendunt, qui Deus & homo eſt. tu lingua mea, faue & anue uotis meis (quã uelut inſtrumentum inuoco, calamũq; ſpiritus ſancti uelociter ſcribentis) ut uerbũ eructatũ enarres, in hæc uerba prorumpens: ſpecioſus es forma præ filijs hoĩum, Dei & hominis filius. te quidem dñe, iam præuidi in ſpiritu hominẽ futurũ, omniq; gr̃a præditũ & uirtute: uti fructũ uirginei uẽtris, de rore cæli & de pinguedine terræ, in ſeculorũ ſecula benedictũ. diffuſa eſt enim gr̃a in labijs tuis, qui benignus omnibus affabiliſq;: homines ad te ducis, ac uelut hamo trahis. nõ quidẽ inuitos, ſed q, magnetis uim ſuperes attractiuã: ꝓpterea q, benedixit te Deus in æternũ. accingere nunc ergo gladio diuinitatis, ſup humanitatis fœmur, potentiſſime. ut qui ſpecioſus forma, & eloquio dulcis, perinde ac dux animoſus & fortis ſtrenuuſq;, hominibus apparuiſti: te ſic accintũ, uerũ Deum, ſicut uerũ hominẽ oſtendas. & ſpecie tua & pulchritudine tua: intende, ꝓſperè ꝓcede & regna. nã tibi omnia auguſtiſſime rex, ad uota ſuccedent: ꝓpter ueritatẽ, manſuetudinẽ & iuſtitiã. & deducet te mirabiliter dextera tua, uictorẽ ac de inimicis triũphantẽ. ſagittæ tuæ acutæ, qui et electi apoſtoli ſunt: populi ſub te cadent, tibi colla ſubdentes: dum in corda inimicorum regis, euangelicæ prædicationis fuerint infixæ ſagittæ. ſedes tua Deus in ſeculũ ſeculi: regnumq; perpetuò duraturum. uirga directionis, uirga regni tui. quia dilexiſti iuſtitiã, et odiſti iniquitatẽ: ꝓpterea q, te Deus, unxit Deus tu⁹*
Ioan. 3. c. *(cui minor factus es ſecundũ humanitatẽ) oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis apoſtolis, patriarchis & prophetis. nõ enim tibi datus eſt ſicut illis, ſpũs ad menſurã. quid iã fragrantiã ueſtimẽtorũ tuorũ referã, quibus uelut ornatu regio humilis, ſed glorioſus incedis, dũ ſtola cãdida humanæ naturæ indutus, diuinũ pariter et ſãctũ atq; excellẽtẽ emittis odorẽ: mirrha, gutta et caſſia, à ueſtimẽtis tuis, à thecis eburneis, ideſt priſcorũ p̃rm corporibus: quæ horũ ueſtimẽtorũ odorifera repoſitoria iã ante fuerũt: ex quibus*

tu



Rom. 9. a. *tu Chriſte, ſecundũ carnem progeſſus es. Ex quibus aũt delectauerunt te in honore tuo, tibiq; placitæ fuerunt eorundem animæ: quæ eò q, ingenuæ & illuſtres in ſuis corporibus degentes extiterunt: filiæ regum nuncupantur) ſanè inde tibi mortalitatis annexa, quæ mirrham redolent; atq; id genus cætera prouenerunt. iam te Deus, quem in ſpiritu Meſſiam regem futurum præuidi: iuxta reuelationis uerbum depinxi (ait Dauid ſanctus) nunc ſponſam tuam eccleſiam ſanctam, atq; illius ornatum, eodem ſpiritu deſcribere libet. Aſtitit regina à dextris tuis in ueſtitu deaurato, circundata uarietate: quæ potiore atque abundantiore gratia tibi ſponſo ſuo refulget. adeoq; uarietate graduum, uirtutum ac meritorum, tota pulchra eſt: ut nulla ſit formoſior ipſa. hanc uti filiam (eò q, filij mei ſecundum carnem ſponſa ſit)*
Rom. 10. d. *hiſce uerbis commoneſeci dicens: audi filia & uide, & inclina aurem tuam, ut ſponſo credas: nam fides*
Gen. 24. c. *ex auditu eſt, auditus aũt per uerbũ Chriſti. Eia formoſa Rebecca per alteram typicam figurata: incli*
Mat. 22. d. *na aurem tuam per obedientiam uiro proferenti in aures aureas appendentes ſiclos duos, & armillas*
Deut. 10. a. *totidẽ pondo ſiclorum decem: dilectionem Dei & proximi ac decem præcepta legis ſignantes: & obliuiſcere populum tuum, ſiue moſaicæ legi ſiue ydolatriæ deditum: & domũ patris tui, quæ uel ſinagoga priorum eſt, uel delubra ipſa Sathanæ: & cõcupiſcet rex decorem tuũ, quum te uiderit ad ſe cõuerſam, iamq; dealbatam, ac per hoc ſpecioſam atq; ſuauem, quoniam ipſe eſt dñs Deus tuus. Et adorabunt eũ adoratione latriæ ex iudeis multi: & filiæ Tyri, quæ arrogantes & ſuperbæ, ſeſe olim Sathanæ deuouerant impudice, & in illius uerba iurauerant: iam teterrimo amaſio relicto, adorabunt eum uoto fideli. atq; in muneribus uultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis: eò q, ſis dilecta, & ſpiritualis matrimonij uinculo, tali ſis coniuncta uiro. ò fœlix eccleſia, terq; quaterq; beata, quæ hunc ſortita uirum, glorioſa reputatur, & à cunctis fidelibus ſibi ſubditis honoratur. at omnis gloria eius filiæ regis: ab intus in fimbrijs aureis, circum amicta uarietatibus. eſt enim interius & exterius glorioſa: cuius intentio recta, & opera lucida atq; terſa, ipſaq; meritorum uarietate uernãs. huius rei gratia, ſpiritus ſanctus*
Can. 4. a. *in canticis hoc gemino uerbo ipſam pulchrã appellat dicens: quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es. oculi tui columbarum, abſq; eo quod intrinſecus latet &c. ob idq; adducentur regi uirgines poſt eã: à Deo inſpirante, arbitrio obſequente, fide dirigente, & uirtutem ſubminiſtrante. hæ quidem particulares eccleſiæ ſunt, quæ uti adoleſcẽtulæ & pediſequæ, uni catholicæ obſequũntur: & quaſi ſorores inuicem, & proximæ in uinculo pacis, afferentur tibi Chriſte, ut ex his omnibus conſtituatur una. afferentur quidem in lætitia & exultatione: quia ex miſericordia attractæ lætabuntur. adducentur (inquam) in templum regis, quod utiq; per gratiam ſemper dignabitur habitare. heus filia, non eſt q, doleas populi, gẽtis, domus propriæ, atq; patrũ amiſſionem. nam pro patribus tuis, naſcentur tibi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terram. iam animo penſa, quàm ſint præferendi uiri apoſtolici cæteriq; ſancti, ſapientibus illis, quos ipſa ſequuta magnifeceras ante. nempe ij filij, memores erũt nominis tui dñe: in omni generatione & generatione. nimirum illud portabunt tanquã uaſa electionis, coram regibus & populis ac filijs Iſrael. propterea populi confitebuntur tibi in æternum: & in ſeculum ſeculi. tibiq; magnificentiam & gloriam decantabunt: q, illis refugium fueris factus homo.*

PALM. XLV.

*DEus noſter, refugium & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.*

Huius titulus eſt: in finem filijs Chore, ꝓ ar
chanis, pſal. Dauid. qui ſit finis pfectionis, vl
tra quem nõ eſt ꝓgreſſus, qui et Chore filij, ſa
tis ſuperius, tum maximè pſalmo. 41. elucida
tum eſt. id ſolum ſupereſt inquirẽdum: quid
nunc pſaltes, ꝓ archanis ſignificare velit? nã
ſimile huic verbum, hoc eſt, ꝓ occultis filij,
pſalmo. 9. poſitũ eſſe memini. archana Dei,
plura & maxima ſunt, nobis occulta & inſcru
tabilia, vt quæ abyſſus multa: quorum aliqua
vidit ille, qui fuit raptus vſq; in tertium cæ-
lum, ea tñ efferre & loqui nõ licuit. ſunt qui
dem mirabiles & abſconditæ diſpoſitiones
Rom. 11. d. Dei, iudicia incomprehẽſibilia, & inueſtiga
biles viæ eius. ſcrutare nũc (obſecro) cur aut
quomodo De⁹ homo? cur (vti figulus) ex ea
dẽ maſſa, aliud vas finxerit in honorẽ, aliud
Rom. 9. e verò in cõtumeliam? cur gentes quę nõ ſecta
bantur iuſtitiã, apprehenderunt iuſtitiam, iu
ſtitiã aũt quæ ex fide eſt: Iſrael verò ſectãdo
legẽ iuſtitiæ, in legem iuſtitiæ nõ peruenit?
ſed fortè cũ Paulo dices: quare? quia non ex Rom. 11. d
fide ſed quaſi ex operibus. ſit ita vt aſtruis.
cur cæcitas (rogo) ex parte cõtigit in Iſrael,
donec plenitudo gentium intraret? certè hæc
oĩa ſimiliaq;, archana Dei ſunt, & abſcondita
myſteria, atq; (vt Pauli verbis vtar) altitudo
diuitiarũ ſapientiæ & ſciẽtiæ Dei. nõ eſt igi
tur ꝙ huiuſmodi occulta quæras, aut à quo-
quã ſpectes (quæ rogationis materiam plenè
euacuet) ſolutionem. mirare potius archana,
& noli multum inueſtigare. nã ſicut qui mel Pro. 25.
multũ comedit, non eſt ei bonum (ait ſapiẽs)
ſic q̃ ſcrutator eſt maieſtatis, opprimet̃ à glo
ria. agit ergo nunc diuinus vates de archanis
eorũ, quæ filijs Chore hoc eſt Chr̃i crucifixi
& ꝓuenerũt, & in dies ꝓueniũt in ſalutẽ. ſic
tñ agit vir prudens: vt nõ trãſgrediatur metã
aut inueſtigationis modum, ſed duntaxat

de

de beneficijs acceptis,ꝓvirili portione,Deo.
opt.max. grãs agẽs: nos in id munus vigiles
reddit & attentos,dicens:Deus noſter,refu-
gium , nõ fragile(quale humanum eſſe ſolet)
ſed virtus & inexpugnabilis fortitudo : fact'
eſt nobis adiutor in magnis tribulationibus,
quę inuenerunt nos.quo tanto refugio & ad
iutore,non eſt ꝙ timeamus.Sequitur.
2. *Propterea non timebimus dũ turbabitur*
*terra:transferentur montes in cor maris.*
Etſi plebs tota,aut totus orbis,velut ſalſi,e-
latis ac ſuperbiẽtibus vndis,in nos adeò intu
meſcat:vt mõtes ipſi(q & ſublimiores ſeculi
ac potentiores ſunt)transferantur in cor ma
ris,ita ꝙ in eandem omnes ſententiam,ad no
ſtram perniciem,deſcendiſſe videantur:ꝓfe-
ctò ſub Deo refugio nr̃o & adiutore,non ti-
mebimus,vel ſic translatus eſt mons ille ęter
nus in cor maris : in mundum veniens à ſinu
patris. quod audiens Herodes rex turbatus
Mat.2.a. eſt,& omnis Hieroſolima cum illo.translati
ſunt etiam mõtes apoſtolici à Iudea in gẽtes,
diſſeminantes verbum dñi & dicentes:vobis
Act.13.g opertebat primũ loqui verbum Dei.ſed quo
niam repellitis illud , & indignos vos iudica
tis æternæ vitæ:ecce cõuertimur ad gentes.
ſic enim præcepit nobis dñs:transferũtur igi
tur à lacu iudeæ,ad gẽtium ſpatioſum mare:
& turbatur terra.ſed quantumlibet turbetur
cõmoueaturq́;:nõ timebimus(dicebant)quia
Deus noſter,refugium, virtus & adiutor in-
uentus eſt nobis,in tribulationibus quæ inue
nerunt nos nimis.quippe qui adeò conſtan-
Pſ.118. oct. 8.v.4 tes ſumus,vt nr̃m quiſq; dicere poſsit : para-
tus ſum & non ſum turbatus.Sequitur.
3. *Sonuerunt,& turbatæ ſunt aquæ corũ:*
*cõturbati ſunt mõtes,in fortitudine eius.*
Hæ trãslatitiæ loquutiones,quibus ſpiritus
propheticus vtitur, rem ambiguam faciunt,
dum intellectui obijciunt varios ſenſus,qui
propheticæ narrationi conſonare videntur.
ſeruata tñ fidei regula,ꝓſequemur illos.dixi
mus per montes in malum ſignificari ꝓceres
huius ſeculi,ſublimiores,potentiores, ſapien
tiores,ac ditiores:in bonum aũt,apoſtolos q
Chr̃m prædicantes , translati ſunt à terra Iu-
deæ,in mare illud gentium magnum & ſpa-
Pſ. 103. ve. 26. cioſum manibus , vbi reptilia quorum nõ eſt
numerus.quiq́; euſq; præualuerunt:vt tranſe
rentur in cor maris,eſſentq́ue cor vnum,idẽ
ſapientes,eandem charitatem habentes,vna-
Phil.2.a nimes,atque( vt Paulus orat) idipſum ſentiẽ
tes.nunc eſt propheticus ſermo,vtrũque ꝓſe
quitur ſenſum,dicens: ſonuerunt,& turbatæ
ſunt aquæ eorũ,terræ & maris intellige quã-
doquidem aquæ(iuxta angeli interpretatio-
nẽ in apocalipſi)populi ſunt.aquæ(ait) quas Apo.17.d
vidiſti,vbi meretrix ſedet:populi ſunt & gẽ
tes & linguæ.ij oẽs fremuerunt, & in modũ
aquarũ,conuenerunt in vnum:aduerſus dñm Pſ.2.v.2
& aduerſus Cr̃hm eius.atque ſtrepitu & fra-
gore magno, in terrena fortitudine ac multi
tudine , reges, principes & populi inſonue-
runt,& turbati ſunt dicentes: dirũpamus vin Pſ.2.ver.3
cula eorum:&proijciamus à nobis iugum ip
ſorum. & is primus ſenſus. ſit ſecundus. ſo-
nuerunt,ſcilicet apoſtoli,& ibi punctus.ſo-
nuerunt(inquã)& quaſi tubæ tonantes exal-
tauerunt vocem ſuam,& conturbatæ ſunt a-
quę gentium ac populorum:illorumq́ue ſciẽ
tię,doctrinę atque ſectæ audito Chr̃i verbo,
confuſæ ſunt:ita vt turbidæ & lutoſæ appa-
rerent,quæ ante liquidæ ac defæcatæ vide-
bantur.cuius rei gr̃a montes ipſi(quos huius
ſeculi diximus ſapientes)à fortitudine ſoni-
tus euſque cõmoti & conturbati ſunt:vt qua
ſi furore ſuccenſi ac debachãtes, impetum fa
cerent in eos.an nõ Athenis inſonuit Paulus:
& tũc Epicurei atque Stoici philoſophi,quũ Act.17.d
ſuæ doctrinæ aquam turbari , & apoſtolico
confundi verbo viderent: dicebãt quid vult
ſeminiuerbius hic dicere?alij verò:nouorum
demoniorum videtur annunciator eſſe. &
quum audiſſẽt reſurrectionem mortuorum,
deridebant. quid alios apoſtolos referam?cũ
apoſtolica hiſtoria,quam acta apoſtolorum
vocant,tota ſcateat his conturbationibus cõ
motionibusq́ue , in prædicantes apoſtolos
perinde atque ſonantes. Sequitur.
*Fluminis impetus lętificat ciuitatem Dei* 4.
*ſanctificauit tabernaculũ ſuũ altiſsimus.*
Fluminis impetus,intenſionem, feruorem
ac perfectionem virtutum omnium ſignat
& donorum. vidimus (aiunt filij Chore) &
non ſemel periculo cõprobauimus, ꝙ vbi in
ſonuimus,ſtatim turbatæ ſunt aquæ, & mon
tes ipſi adeò conturbati ſunt in fortitudine:
vt quum exurgerent homines in nos:fortè Pſ.123.v.2
viuos deglutiſſent nos. quum iraſceretur fu
ror eorum in nos, forſitam aqua obſorbuiſ-
ſet nos.ſed quia dñs erat in nobis, ex ſuo al-
tiſsimo ſolio ſanctificans tabernaculum ſuũ,
torrens aut mare illud tempetuoſum homi-
ni interiori nr̃o,nõ detrimento, quin potius
maximo profectui ac dignitati fuit.ſic enim
ſcriptum eſt:ibant apoſtoli gaudentes à con Act.5.g.
ſpectu concilij , quoniã digni habiti ſunt pro
noĩe Ieſu cõtumeliam pati. non ergo terrue
runt nos aquæ illæ intumeſcentes & contur
bati montes,eò ꝙ diuini fluminis impetum,
& internum lætificantis gr̃æ fauorem,menti
bus noſtris ſenſerimus inundãtem , cuius in
ædifica



Ezech. 47 ędificatione templi Ezechiel myſtico ſermo
ne meminit.Is quidem ſuauis eſt diuini flu-
minis(qui & flaminis)impetus, lætificãs ciui
tatem Dei:hoc eſt,ſanctam eccleſiam de qua
Apo. 21. a. Ioannes apoſtolus ait : vidi ciuitatem ſanctã
Ieruſalem nouã,deſcendẽtem de cælo,à Deo
paratam,ſicut ſpõſam ornatam viro ſuo.quę
ciuitas appellatur:ꝓpter ciuium vnionem,in
vinculo pacis & charitatis.eſt eť tabernacu-
lum ad huius vitæ militiam,quod altiſsimus
altiſsimi filius ſanctificauit,& quaſi inexpug
nabilem arcem fecit, dum eccleſiam ſuam ſu
pra petram conſtruxit,& ꝓtectionis ſuę mu
nimine ſtabiluit,de qua ſequitur.
5. *Deus in medio eius non cõmouebitur:ad*
*iuuabit eam Deus,mane diluculo.*
Fœlix ciuitas, quæ ſui regis cõmunione gau
det. cuius De' mediator Dei & hoĩum Chr̃s
Ioan. 1. d Ieſus,q medius nr̃m ſtetit:in medio eius eſt,
& cuius participatio eius in idipſum.ideo ci
uitas nõ cõmouebitur,& ſi hoſtes in eam cõ
moueãtur:quia Deus in medio eius eſt.pug-
4.Reg.6.c net q̃tumlibet rex Sirię cõtra Iſrael,veniãt e-
qui illius,& currus,ac robur exercitus,& no
cte obſideant ciuitatem: ꝓfectò nõ cõmoue
bitur,quia Heliſeus,imò Chr̃s per Heliſeum
figuratus,adeſt in Dothaim.nec ciuitas com
mouebiť : quia Deus in medio eius,& Deus
in medio eius non cõmouebitur. quippe qui
non deſeret,quã ſemel ſibi aſciuit & coniun-
xit eccleſiam. nimirum Deus in medio eius
eſt: vt ipſam ꝓtegat , viſitet & defendat, &
quodam æquilibrio iudicet atq; regat. ꝙ ſi
rex nõ commouebitur, cur timore concuſſa
commouebitur ciuitas obſeſſa , quæ a-
Pſ.147.v.3 dipe frumenti ſatiatur, & fluminis impetum
habet lętificãtem ? nec illi etiã tempeſtiuum
& opportunum deerit adiutorium: q̃ ſum-
mo mane præueniẽs rex ipſe adiuuabit. ecce
Eſa. 26.a Eſaias ait:vrbs fortitudinis nr̃æ,ſaluator po
netur in ea murus & antemurale. quamobrẽ
Phil.1.a. nolite timere chriſtiani fideles.nam(vt Pau-
Phil. 2.b lus Philipẽſibus ait)qui cœpit in vobis opus
bonum,perficiet.& iterum: Deus eſt enim q
operatur in vobis & velle & perficere , pro
bona volũtate.atq præueniet vos gr̃a primo
6. mane excitãte:& diluculo illuminãte.Seq.
*Cõturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt*
*regna:dedit vocem ſuã,et mota eſt terra.*
Ecce iterum iuxta duplicem quẽ ſupra ſig-
nauimus ſenſum:duplicem gentium(& in bo
nũ & in malũ)diuinus pſaltes canit cõturba-
tionẽ.nã cõturbatę ſunt gentes,& iniquo aĩo
cõuenerunt in vnũ regna:ita vt voce eadẽ cõ
7. tra eccleſiã dei,mota ſit tr̃ra.ſed q̃d inde?Seq.
*Dñs virtutum nobiſcum:ſuſceptor noſter*
*Deus Iacob.*
Qui Iacob colluctantem vſque mane,iiś; Gen.32.g
diluculo aurora aſcendente,in victoriæ præ
miũ benedixit:is ipſe dñs ſuſceptor illius eſt.
cæterum aduerte , ꝙ quamuis hæc gentium
cõturbatio in malum fuit:tñ altera in bonũ
ſubſequuta eſt, dum Chr̃i audito verbo:gen-
tes errorem ſuum cognouerunt, atque inter
na compunctione commotæ , conturbatæ
ſunt.& inclinata ſunt regna,dũ ſeſe apoſtoli-
cæ voci ſubdiderunt. dedit eť vocem ſuam, Pſ.67.v.37
& voci ſuæ vocẽ virtutis dedit rex ipſe vir-
tutum:quum euangelium ꝑ totum orbẽ qua
ſi voce præconia ꝓmulgauit.et mota eſt ter
ra:dum pœnitentiã agentes,ad chr̃m cõuer-
ſæ ſunt. quam cõmotionem Dauid præuidẽs Pſ.59.v.2
ait:cõmouiſti terram & cõturbaſti eam:ſa-
na contritiones eius quia cõmota eſt. cuius
cõmotionis cauſa fuit: ꝙ dñs virtutũ(cuius
nomen Emanuel)nobiſcum ſit,& angelorum
dñs fortis & potens,iam ſit humanæ naturæ
ſuſceptor.Sequitur.
*Venite & videte opera dñi, quæ poſuit* 8.
*prodigia ſuper terram:auferens bella,vſq;*
*ad finem terræ.*
Ecce verus Salomõ,imò pluſq̃ Salomõ hic,
qui pacificus & pacificans eſt. Ipſe enim eſt Ephe. 2.d
pax nr̃a(ait apoſtolus)qui fecit vtraq; vnum:
& medium parietem maceriæ ſoluens inimi
citias in carne ſua,legem mandatorum decre
tis euacuans:vt duos condat in ſemetipſo,in
vno nouo hoĩe faciens pacẽ.venite ergo,q̃m
ꝑ ipſum(iſdẽ ait apoſtolus)habemus acceſſũ
ambo in vno ſpiritu ad prẽm. venite & vide
te: : nam ſi fide non accedatis, nõ videbitis.
videte,& mirabilia hęc & inaudita cõſidera
te. attendite opera dñi miranda , quæ velut
ꝓdigia & nuſq̃ viſa,poſuit ſuꝑ terrã , duello
quod in cruce geſsit,interficiens inimicitias
in ſemetipſo,& veniens(ſubiungit Paulus)e-
uangelizauit pacem vobis qui longè fuiſtis,
& pacem his qui ꝓpe:vt iã non ſit bellum vſ-
que ad finem terræ.abſtulit quidem bella: q
inimicitias interfecit in ſemetipſo.quid ꝓdi
gioſius,quid vè mirabilius obſecro?venite &
videte.nato Chr̃o,pax annunciatur in terra:
ſicut iſdem prædixerat vates dicens:& orie- Pſ.71. v. 7.
tur in diebus eius iuſtitia & abundantia pa-
cis,donec auferatur luna.Sequitur.
*Arcum conteret,& confringet arma:et* 9.
*ſcuta comburet igni.*
Arcum inſidiarum & ꝑuerſarum machina-
tionum,quibus eminus infeſtabant impij ec-
cleſiã Dei,& arma bellica quib' ipſam cõmi-
nus aperto marte oppugnabãt hæc et illa cõ
triuit oĩa,cæteraq; vaſa bellantiũ & eccleſiæ

ſuæ aduerſantium , cõfregit dñs. ſcuta verò
vanæ religionis, quibus ſeſe obtegere nitebã
tur hoĩes , idq́; agere impunè prætendebãt,
huiuſmodi clipeo, atq; ꝓpriæ virtutis & ſu
perbiæ vnibone ꝓtecti: cõbuſsit igne ſpũs ſã
cti,& ad fauillam vſq; & cineres propriæ ex
timationis redegit. conterit & nunc arcum:
quum ex verſutis & improbis, atq; ex hypo
pocritis, (iuxta verbum Eſaiæ)cõtorquenti
Eſa.58.b. bus quaſi circulũ vel hamum caput ſuum, &
ſaccum & cinerem ſternentibus ; ſimplices
ac rectos facit. Et confringit arma:quum ex
impijs pios , ex impudentibus & diſſolutis
exemplares viros:& ex ꝑſequutoribus, vaſa
ſibi cõparat electionis. & ſcuta deniq; com-
burit igne : quum charitatis igne ſuccenſos,
olim ſuperbientes hoĩes,humiles reddit:vt q̈
ex ſe ſint fragiles agnoſcant , fateant̃ errata,
nõ declinantes cor ſuum in verba malitiæ,ad
Pſ.140.v.4 excuſandas excuſationes in peccatis. an non
mirabile iſtud & ꝓdigioſum?admirabile qui
Eccl. 43. a dem eſt,& opus excelſi.Sequitur.
10. *Vacate, & videte,quoniã ego ſum Deus:*
*exaltabor in gẽtib⁹,et exaltabor in terra.*
Vox eſt dñi virtutũ,& ſuſceptoris nr̃i Dei,
in medio eccleſiæ ſuæ exiſtentis.vacate (in-
quit)qui confracta habetis arma,& ſcuta cõ-
buſſa igne.vacate declinãtes à malo: & faciẽ
tes bonũ,videte. vacate inermes cõtra dñm,
Pſ.37.v.15. non habentes in ore redargutiones : & tunc
videte.nã ab impietatibus vacare oportet:vt
videatis qm̃ ego ſum Deus,non Iupiter,non
Mercurius,aut Saturnus,aliud vè(quod finxe
runt hoĩes)portẽtum:ſed verus Deus,qui e-
xaltabor in gentibus & exaltabor in terra.&
hoc eſt mirabile,& inter magna ac diuina ꝓ-
digia quibusuis maximis ad numerandũ eſt:
ꝙ in gentibus ſapientia huius ſeculi exuberã
tibus & doctrina:atq; in tr̃a quã iudei habi
tant,legis ſuæ cortici pertinaciter adhæren-
tes:exaltabor , pauperum & ydiotarũ hoĩm
prædicatione , quantumlibet montes ſuper-
bientes inſurgant,commoueantur & contur
bentur in fortitudine ſua.tibi gloria dñe vir-
tutum,ait ꝓpheta ꝓ filijs Chore,quamobrem
eloquiũ hoc dulce,nr̃o ſemꝑ verſetur in ore.
*Dñs virtutũ nobiſcum:ſuſceptor noſter,* 11.
*Deus Iacob.*
Dñs angelorum, dñſq́; virtutum oĩum , &
diſtributor earum, cui virtus eſt & poteſtas
æterna:is nobiſcum eſt in aſſumpta carne in-
firma,ſuſceptor noſter factus:quum ſuſcepit
Iſraelẽ puerũ ſuum , recordatus miſericordię Luc.1.
ſuæ, ſicut loquutus eſt ad pr̃es nr̃os Abraam
& ſemini eius in ſecula.ſit ergo dictorum cõ
cluſio.Deus virtutũ,Deus noſter eſt,refugiũ
& virtus,et adiutor in tribulationib⁹ magnis,
quæ inuenerunt nos. Eſt et̃ ſuſceptor nr̃ De⁹
Iacob. ꝓpterea nõ timebimus, q̈uis irruat in
nos oĩum lerna malorum, ꝓtegente Chriſto
dño ac rege noſtro,qui cum patre et ſpiritu
ſancto regnat in ſecula ſeculorum amen.

EPITOME SEV EPILOGVS PSAL. 45.

*Deus noſter , refugium & uirtus:adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.Cũ Deus noſter nr̃m ſit refugiũ,uirtus et fortitudo:non eſt q, timeamus ꝑſequentium rabiem, atq; furorem populorum inſurgentium in nos cõmuni conſenſu,quaſi torrentes aquarum in unum alueũ coeuntes,ꝓpterea nõ timebimus(Chriſti fideles aiunt)dũ turbabitur terra,quaſi ſeditione magna commota:& trãsferentur montes,hoc eſt proceres atq; primores populi,in uulgi cæci ac imprudentis ſententiã:ut ipſi pariter ita concitati,iam ſint cor unũ,idipſum agentes & ſentientes. nimirum ſonuerunt ſtrepitu magno atq; fragore:ſed turbatæ ſunt aquæ eorum, & conturbati ſunt montes,ſimul in fortitudine eius,qui refugium noſtrum & uirtus eſt:dum plebei & principes deterriti ſunt,quia potentiſsimã Dei manũ ſenſerunt,eccleſiam ſuã adiuuantem.porro is fluminis impetus lætificat ciuitatẽ Dei.Non quidem contriſtat ciues ſanctorũ & domeſticos Dei,quin potius gaudentes efficit:quales apoſtoli,qui ueluti ad magnam dignitatem ob hoc aſſumpti , ibant gaudentes à conſpectu concilij,quoniã digni habiti ſunt ꝓ noĩe Ieſu contumeliã pati.ſanctificauit enim tabernaculũ ſuũ altiſsimus,ipſumq́; ſtabiliuit ſupra fidei firmã petram.Deus in medio eius, nõ commouebitur, ſed uti dux fortis ac ſtrenuus:adiuuabit eam Deus mane diluculo,miſericordia ſua præueniens eccleſiã ſuam:ut eius munimine fulta,reſiſtere poſsit aduerſitati. conturbatæ ſunt gentes(ut diximus)& inclinata ſunt regna:oẽs deniq; conuenerunt,ut nos ꝑſequantur. erat oĩm uox una:moriantur,deleantur,& pereant:q Ieſu Nazareno obſequuntur.dedit uocem ſuam,& mota eſt terra.at dñs uirtutum nobiſcũ, ſuſceptor noſter Deus Iacob:qui refugiũ noſtrum & uirtus eſt. uenite uos igitur & accedite ꝓpè,qui longè eſtis à Deo.uenite(inquam)& uidete opera dñi,uidete mirabilia eius:& ꝓdigia quæ poſuit ſup terram,conſiderate.attendite iam intenti , quid rex pacificus aget,exiguo piſcatorum exercitu:auferens bella uſq; ad finem terræ.quid mirabilius,quidué prodigioſius rogo?arcũ conteret, & confringet arma,eccleſiam ſuam oppugnantiũ,& ſcuta falſæ religionis,quibus ſe protegere adnituntur, arbitrantes ſe obſequiũ præſtare Deo,& declinantes cor ſuum in uerba malitiæ,ad excuſandas excuſationes in peccatis:hæc utiq; comburet igne,deſtruet atq; diſperdet.uerbũ quidem ignitum euangelicæ prædicationis immittet:quo diſcant hoĩes,quoniam oẽs dij gentium demonia,dñs aũt cælos fecit.qui ꝑ legatos ſuos dicit:uacate & uidete, iam inermes facti:quoniam ego ſum Deus. nempe exaltabor in gẽtibus,& exaltabor*



*tabor in terra:fama & gloria:qui etiam angelis excelſior ſum natura. Canamus nos ergo adiuti,exultantes Deo adiutori noſtro, idq́; repetamus carmen,ipſi gloriam tribuentes:dñs uirtutum nobiſcum, ſuſceptor noſter Deus Iacob.uos aũt qui nos præcinentes auditis:plaudentes manibus concinite ſimul.*

PSALM. XLVI.

*Omnes gẽtes plaudite manib⁹:iubi*
*late Deo in voce exultationis.*
Titulus eſt:in finẽ ꝓ filijs Chore,pſ.Dauid,
ſatis ſuperius elucidatus. nunc gentes quas
tranſacto pſalmo ad Chr̃m conuerſas diuinus
præuiderat vates:eccleſiæ noĩe,ad Dei laudẽ
inuitat : eò primum ꝙ ſit Deus dñs excelſus
& rex magnus,quę eſt ratio primaria laudis:
deinde ꝓ acceptis beneficijs. dicit ergo:oẽs
gentes plaudite manibus &c.interiorem ani
mi lætitiam(ait)quam ex fluminis impetu lę
tificante ꝑcepiſtis:exterioribus pandite ſig-
nis,manuũ ſcilicet plauſu,& iubilo vocis.Sal
tantium more,q manibus ſeſe inuicem ꝑcu-
tientibus:plauſibilem ſonum reddunt,& vo-
cem cõcinnam efficiunt & alacriorem. vos
ergo ſic plaudite manibus rectè operãtes &
opus operi intexentes, ſimulq́; voce exultan
tes ac Deum ore laudantes: iubilate Deo. ſic
enim fiet concentus & harmonia ſuauis:ſi cõ
ſona ſint opera voci , voces & opera cordi,
cor vox & opera Deo. Non qualis illorum
Mat. 23. a cantus, de quibus Chriſtus ait : dicunt enim
Mat. 15. a & non faciunt. iterumque:populus hic labijs
me honorat , cor aũt eorum longè eſt à me.
2. *Quoniã dñs excelſus,terribilis, rex mag-*
*nus:ſuper omnem terram.*
AEquũ eſt,regi oĩum & quidem potentiſsi
mo atq; iuſtiſsimo, plaudant oẽs:illiq́; vti in
uictiſsimo,ſibi omnem terram ſubiuganti,de
bitũ honorẽ impendant.ſit hæc potior cauſa
laudis,ꝙ De⁹ ſit:ſit altera,ꝙ beneficus. Seq.
*Subiecit populos nobis: & gentes ſub pe*
3. *dibus noſtris.*
Rex ipſe,nos reges fecit,ſubdiditq́; nobis ꝑ
fidem & obedientiam, populos,gentes & na
tiones. conſtituit nos principes ſuper om-
nem terram : & prædicationi noſtræ,perpe-
des(iuxta Eſaię vaticinium)deſignatæ,ſubiu
Eſa.52.b. gauit gentes : & mundi quas peragrauimus
partes,ditioni noſtræ,immo ſuæ ad nos dela
tę,ſubegit.pedes enim regis ſumus,ipſum de
Pſ.8. v. 7. ferentes. Et oĩa (ſicut ſcriptum eſt)ſubiecit
Heb.2.b. pater æternus ſub pedib⁹ eius:oues & boues
vniuerſas,& inſuper & pecccora campi, vo-
lucres cæli & piſces maris,qui perambulant
ſemitas maris. his addere libet quod ſequit̃.
4. *Elegit nobis hæreditatem ſuam : ſpeciem*
*Iacob,quem dilexit.*
Sunt qui legant:elegit nos hæreditatem ſuã:
ſpẽm Iacob quem dilexit(quaſi ꝑ appoſitio-
nem)quod greca veritas huic lectioni magis
(vt aiunt)fauere videatur. Nec diſſentimur:
quãdoquidem vtraq; lectio propoſito adap-
tatur ſiue nobis ſiue nos,ſiue quem,ſiue quã
legas. Nam elegit nos Deo in Chriſto,ante
mundi conſtitutionem : vt eſſemus ſancti & Ephe.1. a
immaculati in conſpectu eius in charitate,
nullis nr̃is præcedentibus meritis:ſed ex gr̃a.
ſicuti Iacob dilexit,Eſau autem odio habuit. Malach.1.a
nos ergo fideles:hæreditas & peculium re- Rom. 9 a.
gis ſumus.Et catholica fides quam tenemus:
ſpecies eſt Iacob quem dilexit dñs.poſtula à
me (Chr̃o homini ait pater) & dabo tibi gen Pſal. 2. v.8
tes hæreditatem tuam. elegit et̃ nobis hære-
ditatem ſuam præſentem & futuram. nempe
hęreditas eius,olim ſinagoga fuit,quæ(iuxta
Eſaiæ canticũ)vinea facta eſt dilecto, in cor
nu filio olei. nã ſibi eam plantauit electam, Eſa.5.a.
in eminente ſimul ac feraciſsimo loco : ſed
conuerſa eſt in prauum vinea aliena,de gene Hier.2.e
rantia ſarmenta germinans,ꝓferenſq́; botros
adulterinos.quam vineam(ſicut ſumpta para
bola Chr̃s ait)locauit iudeis , qui ſeruos pri- Mat. 21. d.
mum,poſtremo filium hæredem vniuerſorũ,
per quẽ fecit & ſecula:habendæ hæreditatis Heb.1. a
prætextu occiderunt dicentes:hic eſt hęres,
venite & occidamus eum, & habebimus hę-
reditatem. cuius rei cauſa,dñs vineę , malos
malè ꝑdidit:& vineã ſuam locauit alijs agri-
colis:q reddant ei fructum temporibus ſuis.
vnde ablatũ eſt illis regnum atq; hęreditas:
& data eſt genti facienti fructus eius,nobis
ſcilicet fidelibus, in quos fines ſeculorum de
uenerunt. quos fines Iſdem Paulus plenitudi Galat. 4. a
nem temporis appellat.ſit ipſi gloria,qui no
bis(licet immeritis) eccleſiam ſuam in hære
ditatem contulit,deditq́; verbum euangeli- Pſ.67.v.12.
zantibus virtute multa:& ſpeciei domus ſpo
lia diuiſit. tota enim hęreditas ſpecioſa eſt:
imò ſpecies illius veri ſupplantatoris(quẽ di
ligit)Iacob,hoc eſt Chr̃i per alterum figura-
ti. eſt tñ altera hæreditas,quam expectamus
futuram: & hanc etiam elegit Chriſtus,& re
promiſit nobis. de qua Paulus ait in ea quæ
ad Hebreos eſt epiſtola:ideo noui teſtamen Heb. 9. d.
ti mediator eſt:vt morte intercedente,in re-
demptionem earum præuaricationum quæ
erant ſub priori teſtamẽto, repromiſsionem
accipiant qui vocati ſunt æternę hæreditatis.
hęc hęreditas altera ſpecioſior eſt:quam ſpe
cies ipſa Iacob nr̃i , ſpecioſi forma præ filijs Pſ.44. v. 3.
hoĩum,in cęlum aſcendentis,iamq́; ad patris
dextrã ſedentis,efficit pulchriorem. hæc ete

Pſ. 126. v. 4 nim eſt hęreditas dñi; filij merces, fructus vẽ
tris. qui electis ſuis elegit, & pollicit⁹ eſt ſe
daturũ, quũ dederit dilectis ſuis ſomnũ. Seq.

5. *Aſcendit Deus in iubilo: et dñs in voce tubæ.*

Attende nunc ſpeciem Iacob aſcendentis in
Eſa. 53. a. iubilo & triumphantis: cui in cruce morięti,
non erat ſpecies neque decor. optime qui-
dem Eſaias aſcendentem ipſum, in ſpiritu lõ
gè ante contemplatur, & pro captu, iubilum
Eſa. 63. a angelorum admirantium, exprimit dicens:
quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſti
bus de boſra: iſte formoſus in ſtola ſua, gra-
diens in multitudine fortitudinis ſuæ &c.
Aſcẽdit nãq; parare nobis locũ vt poſſeſsioné
hæreditatis accipiãt in carne: quã nobis prę
ſtet in æternitate. aſcẽdit quippe in iubilo, cu
ius aĩa in paſsione triſtabař. & aſcẽdit in vo-
ce tubę, futurus hominũ iudex: qui paulo an-
te ab homine iudicatus eſt. ſed quid eſt di-
ctu in iubilo: niſi ꝙ aſcendente dño, gaudium
admirantium apoſtolorum, non poterat ex-
primi verbis? eſt enim iubilus, ineffabile gau-
dium, quod nec taceri poteſt, nec tamen ex-
primi valet. quod autem ſequitur: & domi-
nus in voce tubæ: duplicem poterit habere
ſenſum. ſit prior: quo magnificum Chriſti ad
regnum ſuum atque apertiſsimum illum in
Act. 1. b clangore tubarum deſcribat aſcenſum. quip-
pe qui videntibus diſcipulis eleuatus eſt. cũ
que intuerentur in cælum euntem illum, ec
ce duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus
albis, qui & dixerunt: viri galilei, quid ſtatis
aſpicientes in cęlum? hic Ieſus qui aſſumptus
eſt à vobis in cælum: ſic veniet, quemadmo-
dum vidiſtis eum euntem in cælum. & hinc
alter ſenſus reſultat. quaſi dixerint: quemad
modum aſcendit in voce tubæ vt regnet: ſic
veniet in voce tubæ vt iudicet. vox tubæ:
vox angeli eſt, myſterium vtrunq; clangen-
tis. nimirum aſcendit Chriſtus: & clãgunt tu
bæ, viri galileij quid ſtatis aſpicientes in cæ-
lum &c? veniet Chriſtus, & clangent tubæ,
venite mortui ad iudicium. nam ſicut mani-
feſtè aſcendit in ſono tubæ: ita Deus manife-
Pſ. 49. ve. 3. ſtè veniet, Deus noſter & non ſilebit (ait ſan
ctus propheta). & aduocauit cælum de ſur-
1. Cor. 15. f. ſum & terram, diſcernere populum ſuum.
quid apoſtolum referam dicentem: ecce my
ſterium vobis dico: omnes quidem reſurge-
mus, ſed non omnes immutabimur? in momẽ
to, in ictu oculi, in nouiſsima tuba: & mortui
reſurgent incorrupti, & nos immutabimur.
1. Thi. 4. c. Et iterum: quoniam ipſe dominus in iuſſu, &
in voce archangeli, & in tuba Dei, deſcen-
det de cælo: & mortui qui in Chriſto ſunt, re
ſurgent primi. ecce angelos tubas vocat, qui
in aſſumptis corporibus clãgent, quaſi tubis
admotis ori. & hoc eſt quod ait: aſcendit
Deus in iubilo, & dñs in in voce tubæ. ad
quã ſolennitatẽ oẽs gentes conuocat dicens:

6. *Pſallite Deo noſtro pſallite: pſallite regi noſtro pſallite.*

Vehementiam indicat & affectum: dum to
ties dicit pſallite. ac ſi dixerit: pſallite corde,
voce, opere, & exemplo: cum ſapore medita
tionis, quæ pſallitis intelligentes: hoc eſt e-
nim pſallere ſapienter. pſallite ergo vti Deo
deorum, & regi regum obſequentes, in pſal-
terio decem cordarum. præcepta eius opere
adimplentes, & voce conſona laudantes. tũc
quidem pſallitis & pſallitis: quum cordã ma
nu pulſatis, Chriſtum mente contemplantes.
pauperi manum porrigitis adiutricem: ſed in
algente paupere Chr̃m regem cõſideratis.

7. *Quoniã rex oĩs terrę De⁹ pſallite ſapiẽter.*

Eſt quidem rex omnium per commune re-
gimen vniuerſorum. iuxta illud Hiere. quis Hier. 10. a
non timet te. ò rex gentium? quamobrem
pſallite Deo & homini ſimul, in vtraq; natu-
ra honorem & gloriam fideliter exhibentes.
Id quidem, ſiue Deo ſiue regi quaſi præcellẽ
ti debetur. Sequitur.

*Regnabit Deus ſuper gentes: Deus ſedet ſup ſedem ſanctam ſuam.*

Regnauit, regnat, & regnabit, tunc plenè:
quum aduenerit regnũ de quo apoſtolus ait: 1. Cor. 15. d
deinde finis, quum tradiderit regnum Deo
& patri. quum euacuauerit omnẽ principatũ
& poteſtatem & virtutem. tunc.n. omne do
minium tam humanum quã angelicum ceſſa-
bit, & erimus immediate ſub Deo. oportet
autem illum regnare, donec ponat inimicos
ſub pedibus eius. iccirco ſtatim (iuxta ſupe-
riorem ſenſum) Chr̃m dñm, quem in iubilo
& voce tubæ deſcripſerat aſcendentem: iam
in ſpiritu præuidens, introducit iudicantem.
Deus (inquit) ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuã.
pſallite illi (ait) ad patris dexteram in ſolium
regni ſui aſcendenti: deinde pſallite illi ſuper
ſedem iudiciariam ſedenti. atqui vtrunq; my
ſterium laude dignũ eſt: ꝙ aſcẽderit homo,
ꝙq; iudicet homo. q̃a fili⁹ hoĩs eſt: nolite mi
rari hoc (ait de ſe Chr̃s) q̃a venit hora, in qua Ioan. 5. d
oẽs q̃ in monumẽtis ſunt audient vocem filij
Dei. ac ſi dicat: ſanè mirabile quid prima frõ
te videť, ꝙ iudicet homo: ſed quid vos nunc
viuẽtes miramini, ꝙ filius hominis ſit, cui pa
ter ſedenti in ſede ~~in~~ maieſtatis ſuæ, faciendi
iudicium dederit poteſtatem? nam veniet ho
ra, qua mortui, ipſummet verũ eſſe Dei filiũ
agnoſcant. pſallite ergo illi regnanti & iudi-
canti ipſe etenim eſt Deus rex & iudex vni-
uer-



uerſalis, Dei & hominis filius. Sequitur.

9. *Principes populorum congregati ſunt cũ Deo Abraam: quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt.*

Præteritum ponit loco futuri: vt certitudi-
nem inuat prophetiæ. cõuenient quidẽ apo
ſtoli, quos conſtituit principes ſuper omnẽ
Mat. 19. d terram. & iuxta verbum Chr̃i: in regeneratio
ne, quum ſederit filius hominis in ſede maie-
ſtatis ſuæ, ſedebunt ipſi ſuper ſedes duode-
cim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. tunc
quaſi aſſeſſores congregabuntur cum Chr̃o,
qui Deus Abraam, Deus Iſaach Deus Iacob,
voluit appellari, q̃a fideles extiterũt, & quia
illis (maximè Abrahæ) ſit ꝓmiſſus, de cuius
ſemine humanam ſumpſerit carnem. Cuius in
Ioan. 8 g carnationis diem, exultauit Abraam vt vide-
ret: vidit autem in ſpiritu, & gauiſus eſt. ij
ergo populorum principes (qui etiam dij for
tes terræ iure dicuntur) vehementer eleuati
ſunt. quod alijs verbis iſdem alibi demiratur
pſaltes dicens: nimis honorati ſunt amici tui Pſ. 138. v. 16
Deus. nã vehemẽter eleuati & exaltati ſunt:
qui ſecum conſidere meruerunt. nec te mo-
ueat ꝙ homines, dij fortes nuncupẽtur: non
quidem natura, ſed gr̃a & participatione. ſic
nanq; ſcriptura illos vocare conſueuit, q̃ iu-
dicum munere funguntur, & eos ad quos ſer
mo Dei factus eſt (ait Chr̃s) referens illud Ioan. 10. g.
pſalmi: ego dixi dij eſtis. merito igitur dij de Pſ. 81. ve. 6
nominantur apoſtoli: qui verbo Dei in carne
adhæſerunt, cum quo ſæpius loquuti ſunt &
conuerſati. nec ſolum dij, ſed dij fortes ap-
pellantur: quia nimis confortatus eſt princi[patus]
eorũ. Rectè igitur oẽs gẽtes cõmonet Dauid
rex (dũ eccleſiæ ſacroſanctæ ac filiorũ Cho-
re pſonã induit) vt plaudant manibus, vtq; re
gi nr̃o ꝓ collatis in nos beneficijs & cõferen-
dis: ſapiẽter pſallãt, immortaleſq; gr̃as agant:
cui ſit honor & gloria in ſeculorũ ſecula amẽ.

EPITOME SEV EPILOGVS PSAL. 46.

*OMnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in uoce exultationis, uoce ſimul & opere*
*concinentes, (aiunt illi qui chriſtiani gregis primarij duces fuerunt) quoniam dñs excel-*
*ſus, terribilis, rex magnus ſuper omnem terram, qui ſubiecit populos nobis, & gẽtes ſub*
*pedibus noſtris. non enim in caſſum, admirans dixerat ille: quam ſpecioſi pedes euangeli*
Eſa. 52. b. Rom 10. c *zantium pacem, euangelizantium bona &c? ecce elegit nos hæreditatem ſuam, ſpeciem*
*Iacob quem dilexit. porro mundans eam lauachro aquæ in uerbo uitæ: ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam*
Ephe. 5. d *eccleſiam, nõ habentem maculam aut rugam: ipſam ſpecioſam fecit, & ſpeciem illi tribuit Iacob dilecti*
*ſui, diabolum ſupplantantis, qua ei aſsimiletur. ipſi etenim dicit: equitatui meo in curribus Pharaonis,*
Can. 1. c *aſsimilaui te amica mea: & quæ ſequuntur: elegit etiam nobis hæreditatem ſuam terreſtrem, ad quam*
*acquirendam nos ſegregauit: & cæleſtem alteram incontaminatam & incorruptam conſeruatam in cæ*
1 Petr. 1. a *lis, quam ut nobis præpararet: aſcendit Deus in iubilo, & dñs in uoce tubæ. certè uictor, certè de mor*
*te triumphans, quamobrem uos omnes electi, pſallite, in cælos aſcendenti: pſallite regi noſtro, pſallite*
*regnanti. quoniam rex omnis terræ Deus: pſallite ſapienter, ipſum Deum & hominem confitentes:*
*& pſalmum interiore guſtu delectabiliter & ſapidè ruminantes: q̃ regnabit Deus ſuper gentes, Deus*
*ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam triumphalem, ad dexteram patris ſedens: & iudiciariam, quando uene*
Pro. 31. c. *rit cum ſenatoribus terræ iudicaturus orbem. pſallite ergo illi, quoniã principes populorũ hoc eſt apo-*
*ſtoli, qui ſuper omnem terram ab eo ſunt principes conſtituti: congregati ſunt cum Deo Abraam, cui ſe*
Gen. 15. a *in mercedem magnã ꝓmiſit: ipſiq; dij fortes terræ, diuina participatione dij, uehementer eleuati ſunt,*
*coniudices facti & aſſeſſores, ex pauperibus, humilibus, piſcatoribuſq;. an nõ hæc mira, magnifica, &*
*(ſi dixerim) prodigioſa uidentur: quæ Dei magnitudinem uelut indice produnt? ipſam igitur pro mo-*
*dulo noſtro uel balbutientes enerrare iuuat:*

PSAL. XLVII.

*MAgnus dñs, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei noſtri, in mõte ſancto eius.*

Cuius titulus eſt: pſal. vel laus cantici filijs
Chore, ſecunda ſabbati. filij Chore, filij cru-
cis ſunt: Chr̃i paſsione redempti. ſic enim ti-
tulorum præcedentium expoſitione elucida
tum eſt. at verò quod ſubditur: ſecunda ſab-
bati: ex pſalmis. 6. 23. 37. conſtare poterit,
quid his verbis myſticè voluerit ꝓpheta ſig
nificare. porro prima ſabbati ſurrexit dñs,
quę ideo dominica dies appellatř. in qua lu-
cẽ diuiſit à tenebris: quũ à mortalitate prio-
Gen. 1. a. re, corpus ſuum lucidum ſegregauit, iam im-
mortale futurum. ſcientes (ait apoſtolus) ꝙ Rom. 6. b.
Chr̃s reſurgens ex mortuis: iam non moriť,
mors illi vltra nõ dominabiť. porro huic diei
capitis nr̃i reſurgentis: ſucceſsit ſecunda ſab
bati qua Deum firmamentũ feciſſe nouimus:
aliudq; myſticũ eccleſiæ ſuæ firmamentum
ſtabiliſſe, & reſurrectionis fide confirmaſſe
credimus. cui eť tertia, in qua ſpe certa vireſ,
bonorum operum fructus pullulare cœpit.
ſubſequuta eſt, & quarta, vť in reparatione
nr̃a eť mũdanæ creationis ordinẽ ſequamur,
in qua luminaria illa apoſtolica, quæ diei &
nocti præeſſe noſcunť, lumen prædicationis
ſuæ, ſacroſanctæ eccleſiæ indiderunt. an non
luminaria magna Petrus & Paulus, quorũ al-

teri creditũ eſt euangelium in præputio,alte
Galat. 4. a ri verò in circunciſsione?audi iã apoſtolũ di
centẽ:qui.n.operatus eſt Petro in apoſtolatũ
circunciſsionis:operatus eſt & mihi inter gẽ
tes.apoſtoli eť reliqui,atq; apoſtolici viri,eo
rum comites & ſucceſſores:luminaria fuerũt
ſecundùm donum gr̃æ Dei,& ſecundùm ope
rationẽ virtutis eius. et ecce quinta aduenit
dies,in qua reptile,motabile & volatile, hoc
eſt triplex fidelium ſtatus ꝓducitur:incipien
tium ſcilicet,ꝓficientiũ,& pfectorum. adeſt
ſexta,qua deturpatus ante atq; informis ,(ne
dixerim deformis) ad imaginem & ſimilitu-
dinem Dei reficitur homo & reparatur:dum
Dei gr̃a cæteriſq; donis inſignitus,creſcit in
Chr̃o,& merita multiplicat peregrinationis
ſuæ,vt quieſcat tãdem ſabbato illo perpetuæ
beatitudinis ac fœlicitatis æternæ.de ædifi-
catione igitur eccleſiæ acturus Dauid ſanct':
filijs Chore,ſecunda ſabbati decãtãdum ꝓpo
nit pſalmum dicens:magnus dñs &c.magnus
quidem,cuius cõnumerari nequeunt pfectio
nes:bonitas,mĩa,iuſtitia,potentia,ſcientia,&
cętera huiuſmodi:nec eius laudi,cuiuſuis cre
aturæ lingua poterit eſſe ſatis.qui cũ in oĩbus
magnum ſe exhibuerit & ſapientem:in cõdi-
tione potiſsimum & ſtructura ciuitatis Dei,
& ſãctiſsimi mõtis ſui erectione:ſapientiorẽ
ſeſe oſtenderit & maiorem. is nanq; velut ſa
piẽs architectus:ſe ipſum iecit in tutiſsimum
eccleſiæ ſuæ fundamentum.et fundamentum
aliud nemo poteſt ponere pręter id quod po
ſitum eſt,quod eſt Chr̃s Ieſus,ait apoſtolus e
1.Cor.3. b ius Paulus.Statuit ergo eã ſupra firmã petrã,
ipamq; in fide firmauit.ac dein, in debitã ſpei
altitudinem,ex gr̃a & meritis cõſtituit eã, &
latitudinem illi atq; ordinẽ charitatis in Deũ
& ꝓximum indixit:graduum mãſiones diſtin
xit & meritorum:ciueſq; ſuos pacis vinculo
aſtrinxit in vnũ.et mõtem illum domus dñi,
quem in nouiſsimis diebus in vertice mõtiũ
præparatum,& ſuper colles eleuatum vide-
Eſa.2.a. rat Eſaias,in medio huius ciuitatis erexit : in
quo inexpugnabilis arx illa ꝓminet diuinita
Can.4.b. tis ſuæ :ex qua pendent mille clipei. ipſamq;
ſtructuram,tum ꝓtectionis ſuę vallo,tum et
angelorum cuſtodia:quaſi turribus & ꝓpugna
culis menijſq; & antemuralibus,circundedit
vndiq; totã,atq; muniuit.et ſic denique eam
illuſtrauit,vt nihil ſub cælo ſupra. Sequitur.

2. *Fũdatur exultatione vniuerſæ terræ:mõs*
*Siõ,latera aquilonis,ciuitas regis magni.*

Mirabile dictu.iudeorum populus p mõtem
Hier.1.e Sion ſignatus,& alter gentiũ , qui latera aqui
Eſa.14.c. lonis nũcupať:eò ꝙ (iuxta ꝓphetę vaticiniũ)
ab aquilone pãdatur omne malũ,& ſublucife
ri ſede vixerit eiuſq; lateri adhæſerit ad aqui
lonem:iã in vnã ſanctã coeunt eccleſiã ex his
populis electam , fitq; ciuitas ex his vna:quo
rum vnum corpus,vnus ſpũs,vna ſpes vocatio Eph c. 4.a.
nis,vnus dominus,vna fides, vnum baptiſma,
vnus Deus & pr̃ omnium . quæ vtique ciui-
tas fundatur exultatione vniuerſæ terræ.nã
quis nõ gaudeat,quũ intra huius ſanctæ ciui
tatis ambitum,hos in vnum videat habitare
fratres:quos in Rebeccæ vtero collidẽtes ac Pſ.132.v.1.
diſsidentes ante viderat in figura?ecce iã nũc Gen. 25.c.
illud Eſaię teſtimoniũ adimpletum videmus: Eſa.11.b.
habitabit lupus cum agno,& pardus cum hæ
do accubabit.vitulus & leo & ouis ſimul mo
rabuntur:& puer paruulus minabit eos.vitu Eſa.65.d.
lus & vrſus paſcentur,ſimul requieſcent catu
li eorũ.eſt.n.fidelibus chr̃iana pax, ex vtroq;
populo cõuerſis.nã alter,de alteri' cõuerſio
ne gaudet:& ſibi ipſis vtriq; cõgratulãtur in-
uicẽ,ꝙ iã nõ ſint hoſpites & aduenę(vt Pau-
lus ait)ſed ciues ſanctorũ & domeſtici Dei, Ephe.2.d
ſupædificati ſupra fundamentum apoſtolo-
rum & ꝓphetarum,ipſo ſũmo angulari lapi-
de Chr̃o Ieſu,in quo oĩs ędificatio cõſtructa
creſcit in templum ſanctum in dño.Sequiť.

3. *Deus in domibus eius cognoſcetur:quum*
*ſuſcipiet eam.*

Duplex modus eſt cognoſcendi Deum.alter
enigmaticus:& p fidei ſpeculũ in via:alter ve
rò intuitiuus,& clarus in pr̃ia.de quo ait apo
ſtolus:tunc cognoſcã ſicut cognitus ſum, in 1.Cor.13.d
tegrè ſcilicet,exactè,& pfectè,de cognitio-
ne ergo viæ dicit:Deus in domibus eius(hoc
eſt in eccleſijs particularibus quæ ſunt huius
magnæ ciuitatis domus)cognoſcetur p fidẽ:
quũ ex gr̃a ſuſceperit eã vti rex & caput, tu-
tãdã,regendã & gubernandã.nã qui ante dñs,
vti Deus erat:iã fact' homo,pecculiari quo-
dã modo factus eſt eccleſiæ caput.caput. n.
Chr̃i Deus,& caput eccleſię Chr̃s,ait Paulus, 1. Cor.11.a
volo aũt vos ſcire ꝙ oĩs viri caput Chr̃s eſt,
caput aũt mulieris vir,caput verò Chr̃i De'.
et iterum:ipſum dedit caput ſup oẽm eccle- Ephe.1.d
ſiã,quæ eſt corpus ipſius , & plenitudo eius.
qui ergo ante ignotus Deus,nec in iudea(v-
bi dicebatur notus)adhuc plenè cognitus e-
rat:iã in mundum veniens,& ciuitatem ſuam
cõdẽs,atq; ꝓprio ſanguine eã ſibi in poſſeſſio
nem acquirens ſuſcipienſq;:cognoſceť ab aĩa
bus iuſtis,(quæ domus ſunt ciuitatis huius)ꝗ̃
ſuauis & miſericors,ꝗ̃ in ꝓmiſsis verax et iu
ſtus,ꝗ̃ deniq; potens et ſapiẽs eſt Deus. Seq.

4. *Quoniã ecce reges terræ congregati ſunt:*
*conuerneunt in vnum.*

Is verſus atq; duo ſequentes:et in bonum et
in malum exponi poſſunt.vtrunq;.n. cõtigit
in mundum veniente domino, de quo iuſtus
ille Simeõ ac timoratus dixerat:ecce poſitus
eſt



eſt hic in ruinã, & in reſurrectionẽ multorũ,
& in ſignum cũi cõtradicetur.ait ergo ꝓphe
ta:Deus veniens in carne, vt ſuã ſuſcipiat ciui
tatem:cognoſcetur,nõ quidem ab oĩbus , ſed
in domibus eius,quæ corda electorum ſunt.
erunt quippe rebelles multi, & multi fideles.
Ioan.1.b. de his aũt & illis reſpectiue dictum eſt:in ꝓ-
pria venit,& ſui eũ nõ receperunt.quotquot
aũt receperunt eum,dedit eis poteſtatem fi-
lios Dei fieri &c. nẽpe ij & illi cõuenerũt in
vnum:ij regẽ ſuum agnoſcentes,illi verò reſ
Luc.2.c. puentes.quod vtiq;in paſtoribus,& magis in
vnum conuenientibus,& cum muneribus ve
niẽtibus,vt regẽ ſuũ recens natũ agnoſcerent,
& adorarent:atq; in Herode turbato rege &
Mat.2.a.b. omni Hieroſolima cũ illo,videre licebit.Seq.

5. *Ipſi videntes ſic,admirati ſunt,conturba-*
*ti ſunt, cõmoti ſũt:tremor apprehẽdit eos.*

Fundatur ciuitas Dei,& in domibus eius cog
noſcitur Deus . cõgregant reges boni & fide
lés:mali et,Chr̃o atq; euangelio aduerſantes,
et vtriq; doctrinã Chr̃i & miracula videntes
admirantur,cõturbantur,cõmouetur,atq; tre
mor apprehendit eos.eſt.n.admiratio contur
batio & cõmotio bona,qua afficiuntur boni;
& eſt mala,qua inficiunť mali.admiranť boni
dignationem Dei,eiuſq; viſcera charitatis: &
cõpuncti cõturbanť.mali verò è diuerſo , vi-
dentes magnalia admirantur : ſed obdurati,
turbantur inuidia,commouentur ira:& ſeuiẽ
tes,concepta rabie vt damnati tremunt.Seq.

6. *Ibi dolores vt parturientis:in ſpũ vehemẽ*
*ti conteres naues Tarſis.*

Hebrei quodcũq; mare Tarſis vocant.vel (vt
arbitratur quidã) p naues intelligit,quos Pau
Eph.4.c. lus fluctuãtes appellat,qui circunferunť omni
vento doctrinæ in nequitia hominũ, in aſtu-
tia,ad circumuentionem erroris,quos vi po-
tẽtiſsima,Deus deijcit quaſi flatu.ſunt qui ad
literã de Magis(quos reges aſſerunt)& Hero
de impio rege,hos verſus exponant:quorum
aduentus lõgẽ ante p ꝓphetã fuerat prænun
Pſ.71.ve.10 tiatus.reges(inquit)Tarſis & inſulæ mumera
offerent.ibi.n.Herodi de amiſsione regni tur
Mat.2.c. bato,atq; occiſorum inocentum matribus, de
amiſsione filiorũ : dolores vt parturientis af
fuiſſe dicunt:et in ſpũ vehementi,naues Tar-
ſis fuiſſe cõtritas:(vbi cõtinens põniť ꝓ cõtẽ
to)vel ꝙ Magi viſo puero Ieſu,iãq; noua lu-
ce illuminati,& magnũ hoc myſterium admi
rati:quaſi rapido ſpũs ſancti afflatu , turbati
ſunt & commoti,ac tremor apprehendit eos
dum regem cęli in ſtabulo pannis inuolutum,
& iacentem in præſepio cõtemplãtur, vbi hu
ius ſeculi põpa & diuitũ atq; principum ſup-
bia cõfunditur cõteriturq;.vel ꝙ reſpõſo ac-
cepto in ſomnis,ne redirent ad Herodẽ: tanꝗ̃
à ſpũ vehementi inſpirati cõmoniti , cõmoti
atq; impulſi, p aliã viam reuerſi ſunt in regio
nẽ ſuã.nec huiuſmodi diſplicet intelligentia:
eſt.n.hiſtorię accomõda,quã ſpũs ꝓpheticus
texere intendit,de fundatione eccleſiæ,& ap
paritione Chr̃i in carne: in qua vt ver' Deus,
in domibus eius cognitus eſt,& à Magis (qui
fuerunt primitiæ gentiũ)adoratus.nec eť huic
ſenſui diſſonant quę ſequunť.ſit vt volẽt:hoc
vnum ſcimus,nato Chr̃o,ac p hoc magnæ hu
ius ciuitatis(quæ eſt eccleſia)iacto fundamẽ
tõ:& bonos & malos(varijs tñ commotioni
bus)fuiſſe commotos, nec defuiſſe in cõmo
tionibus dolores vt parturientis . qui & illis
fructuoſi extiterunt:dum à ſpũ vehemẽte &
diuini fauoris gratiam inſufflante,quaſi naues
Tarſis aurũ aſportantes,multi cõtriti ſunt:qui
diuitias huius ſeculi ſpernentes,ac ſpũ paupe
res effecti,Chr̃o pauperi regi ſuo adheſerũt.
alijs verò reprobis,dolores vt parturientis,in
fructuoſi fuerunt & inutiles. nã in ſpũ vehe-
menti potentiæ ſuæ,diuites ac potentes cõ-
triuit Deus,& quaſi naues auro ſuo & auri fa
me deiecit onuſtas:& in ꝓfundum baratri de
merſit inanes.dicentes illud ſapientiæ : quid Sap.5.b.
nobis ꝓfuit ſuperbia?aut diuitiarum iactãtia
quid contulit nobis?tranſierunt oĩa illa tanꝗ̃
vmbra,& tanꝗ̃ nuntius præcurrens,& tanquã
nauis quæ pertranſit fluctuantem aquam.quũ
ergo boni de comiſsis in Deum verè pœni-
tent:tanꝗ̃ parturientes dolẽt.ſicut Eſaias ait: Eſa. 26. c.
à timore tuo dñe cõcepimus & parturiuimus
ſpiritũ ſalutis.hoc aũt totum eſt à diuino ſpũ
in corda pœnitentium flante:à quo & naui-
um ſuperba ac tumida vela ſcinduntur , &
nauigantium deprimitur auaritia , atq; inſa-
na cupiditas diſsipãtur,quæ malorum oĩum
radix eſt.et tanꝗ̃ aduenientis ſpũs vehemen-
tis,& pœnitentium totam interiorem domũ
replentis,ſalubri impetu & cõtactu,cõterun-
tur naues Tarſis,eorum ſcilicet qui ante im-
probo affectu, mundi vana gaudia explora-
bant.Tarſis nanque,explorans gaudium inter
pretatur.quum autẽ reprobi laborant rabie,
quam obdurati cõceperunt:tunc ſicut partu-
rientes dolent,ꝙ eorum iniquus affectus fru
ſtratur effectu.nõ.n.eſt cõſilium cõtra dñm: Eccl.43.
ipſe.n.omnipotens eſt(ait ſapiens ) ſuper oĩa
opera ſua.terribilis dñs & magnus vehemen- Eſa. 28.a
ter,& mirabilis potentia ipſius.et Eſaias:ec-
ce validus & fortis dñs,ſicut impetus grandi
nis : turbo confringens,ſicut impetus aquarũ
multarum inundantium, et emiſſarum ſuper
terram ſpacioſam.meritò ergo mali, dolores
habent vt parturientis:dum iniquitatem con
ceptam parere nituntur,& prohibentur.nam


Dei

Dei ſpiritu vehemente,ſuperbientium diuitię
conteruntur: & inſolentium poteſtates, qui
per naues Tarſis aurum deferẽtes,& in incer
tis ventorum flatibus ac fortunæ ſucceſſu cõ
fidentes,deſignati ſunt. Sequitur.

*Sicut audiuim⁹,ſic vidim⁹, in ciuitate dñi*
7. *virtutum: Deus fundauit eam in æternũ.*

Hoc expoſitione non eget:nihil enim clarius
& apertius dici potuit.eccleſiæ dictum fue-
Pſ.44.v.12. rat ante:audi filia & vide.& nũc ipſa ſe audiſ
ſe,& iuxta auditum vidiſſe ait.audiuimus(in
quiunt filij Chore)in ciuitate dñi virtutum.
audiuimus intra eccleſiam catholicam,(quæ
ciuitas Dei nři eſt)promiſſa per oracula pro
phetarum:& ſicut audiuimus,ſic exhibita vi-
dimus.audi vel vnum ex eis dicentem: quod
Ioan.1.a. fuit ab initio,quod audiuimus, quod vidim⁹
oculis nřis,quod perpeximus, & manus nřæ
contrectauerunt de verbo vitæ, & vita mani
feſtata eſt,& vidimus & teſtamur & anuncia
mus vobis vitam æternam,quæ erat apud pa
trem,& apparuit vobis.quod vidimus & au-
diuimus:anunciamus vobis.audiuimus aduen
tum Chriſti in carne futurum, atque eccleſiã
conſtruendam,& alia quæ ſacramentum hoc
magnũ in Chřo & eccleſia cõcernũt,nõ ſemel
audiuimus:& ſicut audiuimus,ſic vidim⁹.diſ-
currimus primum p̱ codices legis & prophe
tarum:& futurum audiuimus.at legimus euã
gelium:& ſicut ante audiuimus.ſic iam adim
pletum vidimus:& quod deeſt,certa fide cõ-
fidimus adimplendum:nam ſuum cuiq; rei tẽ
pus pręfixum eſt.nec ex multis vel pauca per
clames in tribulatione poſitus: ad quem non
clamares,niſi me crederes bonum qui velim,
& qui opem ferre poſsim,omnipotentẽ. quã
obrem inuoca me,quum tribularis à me. ego
Iob 5.d. percuſsi,ego ſanabo, deduxi ad inferos, ego
1 reg. 2. a. reducam.non aliunde auxilium quæras, nulli
alteri huius rei gloriam tribuas & honorem:
ꝙ mihi ſummo Deo.opt.max.Deo, deorum
Iacob. 1. a. Deo,ac tuo Deo. et nihil hæſites in fide aut
ſpe,ꝙ me habeas offenſum:time, ſed inuoca.
ꝙ ſi non inuoces,offendes magis.fac vt ſic fu
gias à me,ꝙ fugias ad me.et quem inuocaſti
vt clementem,inuenies miſerentem & eruen
Pſ.80.ve.8. tem.audi nunc ergo Iſrael,audi populus me⁹
& cõteſtabor te.Iſrael,ſi audieris me:nõ ideo
erit in te Deus recens,neq; adorabis Deum a
lienum.ego.n.ſum dñs Deus tuus:qui & ſi ho
mo recens ex tempore, ſed ab eterno Deus.
ſum etenim Deus.ille tuus legislator;qui edu
xi te de terra Egipti.audi me nũc igitur magi
ſtrum perfectionis:qui imperfectioni tuæ cõ
deſcendens:tibi tunc paruulo,quædam vt fa-
ceres præcepi ſacrificia,quæ te ad hoc vnum
laudis(quod nunc tibi pręcipio)velut quædã
præludia ac diſpoſitiones ducerent.ecce iam
adultus factus es:immola Deo ſacrificiũ lau-
dis,& redde altiſsimo vota tua,& inuoca me
in die tribulationis:& ſic eruam te,& honori
ficabis me.nam cætera taurorum & hircorũ
aliorumq; aĩantium horreo ſacrificia. et hæc
Pſ.39.ve.9 dixiſſe ſit ſatis,quo aures tuas perficiam,& iã
legalia ſacrificia abrogem antiquata.nunc aũt
laudantium & prædicantium linguas,increpa
tione dura emundare ſtatui.nam ſemen bo-
num:ſicut terram bonam,ita exigit ſatorem
bonum.Sequitur.

17. *Peccatori aũt dixit Deus, quare tu enar-
ras iuſtitias meas : et aſſumis teſtamen-
tum meum per os tuum?*

Heus ſacerdos ad altare meum accedens in
dignè,aut tu quiſquis es,verbi mei aſſertor &
præuaricator ſimul:quare tu enarras iuſtitias
meas?qua fronte ſuades alteri verbo, quæ tu
facto contemnis?viam doces,quam negligis.
non tibi pudori eſt;ſi alterũ erigens:tu in cœ
no aut ſterquilinio iaces?an non audiſti apo-
Rom. 2. c. ſtolum meum te increpantem?confidis te ip-
ſum ducem eſſe cæcorum,lumen eorum qui
in tenebris ſunt,eruditorem inſipientium,ma
giſtrum infantium, hñtem formam ſcientiæ
& veritatis in lege.qui ergo alium doces, te
ipſum non doces?qui prædicas non furandũ,
furaris?qui dicis non mechandum, mecharis?
qui abominaris ydola,ſacrilegum facis?qui in
lege gloriaris:per præuaricationẽ legis,Deũ
inhonoras?nomen enim Dei per vos blaſphe
matur inter gentes.nec ſecus tu qui ſacrificus
es:laudas,quem perſequeris.et ore rabido at
que polluto mihi oſcula figis,vel potius fin-
gis:quem quotidie vendis.& pacis ſignũ præ
ſtas:cui bellum indicis.frons mulieris mere-
tricis facta eſt tibi.noluiſti erubeſcere.iudicẽ Hier. 3. b.
in te irritas proditor,& patibulum non vere
ris.an ꝙ miſericors ſim vt prædicas, tu hoc
ideo audatior?audi procax:vocas me pium &
miſericordem:& bene dicis,ſum etenim, ſed
iuſtus.niſi fortè me adeo miſericordem pręe
dices, vt iniuſtũ facias:et ſic deferas miæ:ꝙ
meæ iuſtitię deroges.audi nunc ergo cõſiliũ:
ne increpationẽ audire cogaris. veniat ad te
pri⁹ ſeraphim, veniat igneus ille ſpũs,veniat Eſa.6.b.
charitatis incẽdiũ.et mordaci forcipe cõpun
ctionis, ignitũ calculũ ſumat de altari, quod Pſ.118.octo
eſt ignitum eloquium meum vehementer. tã 18.ve.4.
gat os tum & purget.dicatq;:ecce tetigi hæc
labia tua,& auferetur iniquitas tua,& pecca-
tum tuum mundabitur.quæ ſi ante non fece-
ris:quare tu impudenter enarras iuſtitias me
as, qui iniuſtè viuis? & irreuerenter aſſumis
teſtamentum meum(quod omni fæce caret)
per os tuum putridum ac putidum?atqui elo
quia mea eloq̃a caſta, argumentũ igne exami Pſ.11.ve.7.
natũ, ꝓbatũ à terra,purgatũ ſeptuplũ.quæ ſic
tuo in ore verſantur:quaſi tibi dulcia ſint,di-
lexeris ea,& ob oculos hẽas vt obſerues,cum
nihil minus.ea quidem vt pſitacus aut pica
profers.

*Tu verò odiſti diſciplinam:et proieciſti ſer
mones meos retrorſum.* 18.

Teſtamentum meum diſciplinam docet,
iugum,obedientiam, præceptorum obſeruã-
tiam,patientiam in aduerſis,in proſperis hu-
militatem,vitiorum extirpationem ac diſpli
centiam,mei deniq; & proximi dilectionem.
tu hæc omnia odiſti,& ad vitia declinaſti.no
ſic Paulus,qui caſtigat corpus ſuum & in ſer- i.Cor.9.
uitutem redigit:ne forte cum aliјs prædica-
uerit,ipſe reprobus efficiatur.ſatis tibi eſſe de
buerat, ꝙ diſciplinam oderis,quin etiam &
ſermones meos(quaſi inutiles)ſpreueris pro
ieceriſque retrorſum.et qui tibi in prothoty
pum & exemplar futuri erant,quo propriam
& aliorum componeres vitam: proieciſti
poſt tergum,ne tibi ſint obſtaculo ad malum
perpetrandum.

*Si videbas furem,currebas cum eo:& cũ
adulteris portionem tuam ponebas.* 19.

Quod



Quòd vnicuique mandauit Deus de pro- Eccl. 17. b.
ximo ſuo : quanto magis tibi, cui ex officio
aut talento tibi credito, id negotiј commiſ-
ſum eſt? legiſti ne,ꝙ qui conuerti fecerit pec
catorem ab errore viæ ſuæ, ſaluabit animam Iaco.5.d.
eius à morte,& operit multitudinem pecca-
torum?tu verò tam impudens es: ꝙ ſi videas
furem, adulterum,maleficum vè, fratrem ſu-
um in ſubſtantia ſiue honore lædentem : non
ſolùm non cohibeas illum cum poſsis,autori
tate vel commotione,ſaltem à perpetrando
facinore: verum etiam manibus(vt aiunt)pe-
dibuſq; faueas illi: ac ſi nefariј lucri tibi por-
tio ſit obuentura.haud intelligis,(ait apoſto- Rom.1.d.
lus)quoniam qui talia agunt digni ſunt mor
te? non ſolùm qui ea faciunt : ſed etiam qui
conſentiunt facientibus, id quidẽ eſt currere
vel concurrere cum eis. ne ergo ex toto fal-
laris,hoc erit lucrum.obueniet enim tibi (iu
ſto Dei iudicio)portio damnationis:qui vo
luiſti eſſe particeps tranſgreſsionis. niſi fortè
altiore ſenſu,per furem & adulterum acci-
pias illum,qui de prædicatione ſua gloriam
ſibi quærit,non Deo: ſicut diabolus,qui Dei
gloriam voluit vſurpare.et quaſi adulter,qui
voluptatem quærit,nõ prolem:ſic propriam
expetit laudem non fructum.in cuius ſuggil-
lationem Paulus ait:non ambulantes in aſtu- 2.Cor.4.a.
tia,neque adulterantes verbum Dei,ſed in ma
nifeſtatione veritatis. pauciſque interiectis
ſubiungit:non enim nos metipſos prædica-
mus,ſed Ieſum Chriſtum dominum noſtrum.
at vlterius perge,adde aliud vt ſoles.

*Os tuum abundauit malitia: et lingua tua
concinabat dolos.* 20.

Ex maligno atq; doloſo corde,oris tui ma
litia redundabat,erũpens in blaſphemias vel
conuitia venenata.et lingua tua ſcorpica, neſ
cio qua artificioſa facũdia,à ſathana mutuata,
cõcinabat dolos.et quò magis me irritares.

*Sedens, aduerſus fratrem tuum loqueba-
ris,et aduerſus filium matris tuæ ponebas
ſcandalum:hæc feciſti,& tacui.* 21.

Sedens,quaſi temerarius iudex præcipitan
ter iudicans pro tribunali.vel ſedens,quò ma
iorem autoritatem oſtentes,& verbis tuis de
tractoriјs maior adhibeatur fides.vel demum
ſedens,quò non obiter vel concitato aut ex-
candeſcente animo prouocatus, vlla vè laceſ-
ſitus iniuria:ſed ex ſententia quaſi tranquil-
lum animum habens, & charitatis ac verita-
tis zelo permotus, aduerſus fratrem tuum
loqui videaris:qui non caſu, ſed ſtudio per-
uerſo, ac dente canino fratris vitam corro-
dis & famam.ſedens ergo,ſed ſitiens ſangui-
nem:aduerſum fratrem tuum loquebars. de-
trahebas ꝓximo tuo,homo homini, & te for
tè meliori.quod quidem videnti & audienti
filio matris tuæ,hoc eſt filio eccleſiæ puſillo
adhuc,tenello & infirmo in ſinu matris exi-
ſtenti,ac ſuggenti vbera:non mediocri ſcan-
dalo fuit.præbuiſti enim illi occaſionem rui-
næ:quem exemplo & doctrina tãquam lacte
fouere debuiſſes.nimirum ille dum te viderit
proximo detrahentem:aut tibi aut illi detra-
het ipſe.hæc pernitiosè feciſti,& tacui.tu fe-
ciſti,ſed ego omnia pectore clauſi,ſed ſilui,
ſed diſsimulaui,ſed vindictam diſtuli: tu aũt Rom. 2. a.
ſecundùm duritiam tuam & impœnitens cor:
theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelatio
nis iuſti iudiciј Dei. niſi fortè inſanis, & in
corde tuo dicis:non videbit dominus,nec in Pſ.93.ve.7.
telliget Deus Iacob.

*Exiſtimaſti iniquè, ꝙ ero tui ſimilis? ar-
guam te, & ſtatuam contra faciẽ tuam.* 22.

Tu iniquè egiſti, ſed iniquius exiſtimaſti ꝙ
ero tui ſimilis,qui peccatum tuum vel non ag
nouerim,vel permanere voluerim impunitũ.
falleris profectò.non is ſum,qui peccato fa-
ueam:ſed diues in miſericordia,benignus, pa
tiens,& longanimis,te ad pœnitentiam expe
ctans,& adducens.attende tamen & pauliſp
expecta.arguam te vt videas,an oblecter tuo
peccato?et ſtatuã cõtra faciẽ tuã.tu mihi diſsi
milis fact⁹ es:& me tibi ſimilẽ exiſtimaſti?vt vi
deas ergo quàm aberres à verò:arguã te,& ſta
tuã te corã facie tua.tu nedũ meos retrorſum
proieciſti ſermones:ſed meam bonitatem, pa
tientiam & longanimitatem,tuamq; nequitiã
poſt tergum proieciſti:ne tibi quod in me cõ
miſeras malum diſpliceret. audi nunc impœ-
nitens & extimator inique, quod in te agere
decreui iuſtè.ſtatuam te contra te:vt fœdita
tem tuam agnoſcas:& peccatorum conſcius,
infructuosè erubeſcas ad pœnam:qui dum ta
cui,erubeſcere noluiſti ad correctionem.erit
q; tibi propria conſciẽtia ſpeculum ad dam
nationem,quam inſpicere & ſcrutari noluiſti
ad pœnitentiam. Sequitur.

*Intelligite hæc,qui obliuiſcimini Deum:
ne quando rapiat, & non ſit qui eripiat.* 23.

Prophetæ verba ſunt,ſermones dñi interrum
pentis:quibus excitet auditores deſides,oſci
tantes ac ſomnolentos.intelligite hęc(ait)nã
intelligentia opus eſt,vt ſalutem veſtram ope
remini.hæc voluite mente, & quantum hæc
noſſe veſtra interſit excogitate.agite obliuio
ſi,reuertimini ad cor vecordes,& ſtupidi ani
maduertite:qui ad vos loquitur,Deus deorũ
eſt.is memor eſt veſtri,quẽ vos obliuiſcimini.

rem veſtram agit,tempus viſitationis agnoſ-
cite. adiuuantes autem exortamur vos cum
Paulo,ne in vacuum gratiam Dei accipiatis:
ait enim:tempore accepto exaudiui te,& in
die ſalutis adiuui te.ecce nunc tempus accep
tabile,ecce nunc dies ſalutis. dum ergo tem-
pus habemus,operemur bonũ:quia dies do-
mini ſicut fur in nocte,ita veniet. expergiſci-
mini vos lethargici,ne quando vos rapiat iu
ſtus dominus puniendos:& nõ ſit qui eripiat
Mat. 25. b. de manu potentis.vigilate interim,quia neſ-
citis diem neque horam,in qua filius hominis
veniet.Sequitur.
24. *Sacrificium laudis honorificabit me: & il*
*lic iter,quo oſtendam illi ſalutare Dei.*

Ad intentam commonitionem redit domi
nus,qui hominis ſalutem exoptat.ſacrificium
laudis(ait)honorificabit me.illud immola,ag
noſce gratiam,q̃ ad te venerim, medicus ad
egrotum : vt de percepta ſalute gratias agas.
hoc mihi gratum honorificũque ſacrificium
erit,& tibi proficuum,quãdoquidem eſt iter
quo ad me puenias, in quo ſalus tua ſita eſt:
perueniaſque ad regni mei gloriam.hanc no-
bis pręſta(præcamur)pientiſsime Ieſu:qui cũ
patre & ſpiritu ſancto per infinita ſeculorum
ſecula regnas Amen.

## EPILOGVS PSALM. 49.

*DEus deorum dominus loquutus eſt,& uocauit terram,à ſolis ortu uſq; ad occaſum.nempe qui*
*ſiluit in infirmitate,quum ab homine iudicatus eſt:quiq; ſpecioſus forma præ filijs hominum,*
*apparuerit primo in carne factus homo,legiſlator atq; redemptor,& ſpecioſam ſibi delegit*
*eccleſiam:is in maieſtate Deus deorum omnium,qui dij participatione uocantur, loquutus eſt ueniens*
*iudicaturus orbẽ,omni ex parte uocans mortuos ad iudicium.huius autem ſpecies,hoc eſt uita,mors,re*
*ſurrectio,lex,prædicatio,& cætera quæ prioris aduentus ornatum concernunt atq; decorem:ex Sion e*
*greſſa eſt,ac dein prædicatione apoſtolica:diffuſa eſt tota per orbem.eccce iam ſecũdo Deus noſter ma*
*nifeſtè ueniet,Deus noſter,& non ſilebit,qui hos ad ſe lenitate ducet:illos uerò diſcedere, atq; aſpero*
*& acri uerbo in ignem æternum abire iubebit.ignis conflagrationis,in conſpectu eius exardeſcet:& in*
*circuitu eius tempeſtas ualida erit,magnuſq; rugitus & fragor hominum,animalium,atque elemento*
*rum.aduocauit cælum de ſurſum,& terram diſcernere populum ſuum:qui angelos in miniſterium,& in*
*aſſeſſores apoſtolos ſecum habebit,quum oues à dextris atq; hædos à ſiniſtris ponet.eia nunc in primis*
*uos angeli,congregate illi ſanctos eius:qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia.ij etenim uerè ſan*
*cti ſunt:qui diuinam rebus omnibus præferunt uoluntatem.gratus eſt quidem Deo debitus ordo. hinc*
1. Cor. 14. g. *eſt q, apoſtolus Chorinthijs ait:omnia honeſtè & ſecundum ordinem fiant in uobis:et in euãgelio Chri*
Mat. 6. a *ſtus:quærite primum regnum Dei & iuſtitiam eius &c.nec fruſtra in canticis gloriatur ſponſa, q, ip-*
Can. 2. a *ſam introduxerit rex in cellam uinariam,& in ea ordinauerit charitatem.& annunciabunt cæli iuſti-*
*tiam eius,& rectum iudicium ſancti perinde atq; cæleſtes pronunciabunt,quoniam Deus iudex eſt,cu-*
*ius iuſtitia & iudicia uera,iuſtificata in ſemetipſa.audiſtis iam(ni fallor)uniuerſalis iudicij apparatum:*
*audite nunc(ſi uacat)cõmonitionem,quam primo ueniens Chriſtus,pecculiari populo fecerit iudeorum:*
*ne quum ad iudicium uenerit,ulla ſit(quam prætendere poßit)ignorantia.audi populus meus (inquit)*
*& loquar:Iſrael,& teſtificabor tibi,nã Deus Deus tuus ego ſum, is ipſe qui per Moſem & prophetas*
*loquebar ante,nõ in ſacrificijs tuis arguam te,ſi non feceris ea:nec holocauſta tua in cõſpectu meo ſunt*
*ſemper,quaſi accepta habeam & grata.non enim illa ſtatui perpetuo duratura.abieci quidem illa,et tu*
*eĩ ſuperuenientibus nouis,uetera proijcias operæprecium eſt.nimirum non accipiam de domo tua uitu*
*los,neq; de gregibus tuis hircos,quia meæ ſunt feræ omnes,& boues, animalia immitia & manſueta,*
*cognouiq; oĩa uolatilia quæ ipſe creaui.oĩs deniq; pulchritudo agri nutui meo ſubeſt.q, ſi eſurirem, (id*
*quidem de me ſuſpicari nefas eſt)non tibi eſuriem ſignificarem:meus eſt enim orbis terræ & plenitu-*
*do eius,qua ſtatim mihi ipſi proſpicere poſſem.ſed quid in re peruia tot uerbis abundo?nunquid mãdu*
*cabo carnes taurorũ,aut ſanguinem hircorum potabo?abſit à me:imò à te,q, ueſſaniam huiuſmodi cre-*
*das. Immola Deo ſacrificium laudis.me ipſum ſcilicet ſub ſpecie panis & uini:& te ipſum charitatis ig*
*ne ſuccenſum.& inuoca me in die tribulationis,& eruam te,& honorificabis me.id ſi feceris, cõmodo*
*tibi erit,& mihi honori.hæc de ſacrificiorum abrogatione dixiſſe ſit ſatis.peccatori autem dixit Deus:*
*quare tu enarras iuſtitias meas : & aſſumis teſtamentum per os tuum?quin prius defæcaueris illud,ne*
*aquæ ſalutaris doctrinæ:cœnoſi conducti uidearis immiſcere ſaporem odoremq;.et eris fortè audienti-*
*bus deriſioni:ſi alijs præſtiteris,quod tibi ipſi impiè denegaſti.tu uerò odiſti diſciplinam, & proiecisti*
*ſermones meos retrorſum.ſi uidebas furem:currebas cum eo,ad malum properans,et non minora(quæ*
*dicere pudet)agebas.hæc feciſti & tacui.exiſtimaſti iniquè,me tibi ſimilem.ecce arguam te , & te ip-*
*ſum ante faciem tuam ponam,ut à te fugias,uideaſq; quàm aberres à uero.intelligite hæc qui obliuiſci*
*mini Deum,nequando rapiat,& nõ ſit qui eripiat.declinate à malo,& facite bonum.nec legalibus illis*
*ſacrificijs me ipſum placare arbitremini:ſunt enim iam omnia abſorta.ſacrificium laudis honorificabit*
*me:& illic iter rectum,quo erranti homini oſtendam ſalutare Dei.inuocet me peccator in miſeriam*
*lapſus.*



*lapſus.offerat ſacrificium laudis,& ſe ipſum ac meipſum agnoſcens:propriam miſeriam pandat,& mi*
*ſericordiam imploret:& illic iter ad ueniam.*

## PSALM. 50.

*MIſerere mei Deus,ſecundum mag-*
*nam miſericordiam tuam.*

Cui talis præponitur titulus:in finem pſ.
Dauid,quum venit ad eum Natham prophe-
ta,quando intrauit ad Berſabee.huius rei hi-
ſtoria,omnibus iam adeò innotuit: vt ſuper-
uacaneum ſit titulum elucidare.tu geſtum le
1. Reg. 12. ge in libris regum.conditus eſt ergo hic pſal
mus à Dauid rege,poſt adulterium perpetra-
tum cum Berſabee , & homicidium viri eius
Vriæ: nos dirigens in finem qui Chriſtus eſt,
Rom. 10. a. ad iuſtitiam omni credenti,cuius magna mi-
ſericordia ac miſerationum multitudine,nos
qui quotidie labimur,& in quos fines ſeculo
rum deuenerunt, atque reliqui omnes futuri
vsque ad finem ſeculi peccatores,nãciſci ſpe
ramus veniam delictorum.quibus oĩbus is in
prototypum proponitur pſalmus,vt cautio
res ſimus ne cadamus:quum eximiæ virtutis
virum audierimus cadẽtem. prolapſi autem,
nunq̃ Dei miſericordiæ diffidamus:quum ad
ulterum ſimul & homicidam,Dei miſericor-
dia audierimus reſurgentem.vbi primum an
notare licebit,non fruſtra aut caſu,ſed ſancto
diſponente ſpiritu,hunc quinquageſimo lo-
co poſitum eſſe pſalmum:quo miſtica ac latẽ
te ſignificatione,ille nobis inſinuet : congruã
orationem eſſe ad miſericordiam Dei implo
randam,& cuiuſuis peccati remiſsionem q̃ ce
lerrimè obtinẽdam,aptiſsimumq; catharticũ,
ad omnium peccatorum maculas diluendas.
quinquagenarius enim numerus , remiſsionẽ
ſignificat peccatorum.in cuius rei typũ:quin
Leui. 25. b. quageſsimum annum in leuitico ſanctificari,
ac remiſsionem & iubileum vocari, procla-
Ad Damaſum, part. 2 trac. 1, epiſtola. 2. q. 1. mariquc libertatem:cũctis habitatoribus ter
ræ præcipit dñs.lege ſuper his beatum Hiero
nimum,illud verbum dñi ad Cayn explanan-
tẽ:omnis qui occiderit Cayn,ſeptuplũ punie
Gen. 4. c. Can. 3. b. tur.ſit hęc igiť miſeri & in peccati miſeriã ꝓ
lapſi hoĩs,vox prima,miſerere.vox quidẽ hu
milis,vox vtilis,quę ab imo & à fimo ꝓcedẽs:
aſcendit per deſerum ſicut virgula fumi,ex a
romatibus mirrhæ & thuris & vniuerſi pul-
ueris pigmentarij.cælos enim penetrat,obte
rebrat aures Dei, eiuſque viſcera rumpit. eſt
vtiq; vox illuminatæ fidei,verę cognitionis,
& pij affectus.vox deniq; exauditione digna:
quæ non excuſatione,ſed accuſatione ſui cõ-
mitata incedit,dum propriã miſeriam confi-
teť. et crebris ſuſpirijs à corde progreſsis:ad
miſericordię fontem anhela & ſitibunda ru-
it,bibitq; ad ſacietatem.dicat igitur pœnitẽs,
miſerere mei Deus,qui diues es in miſericor
Eph. 2: a. dia.et qui miſericors es natura,cui proprium
eſt miſereri ſemper & parcere : miſerere. at
quoniam magnus es tu,& faciens mirabilia, Pſ. 85. v. 9.
tu es Deus ſolus: vt magnus,miſerere ſecun-
dùm magnam miſericordiam tuam,qua ſem-
per in magnis, magnificè vſus es.ecce magnã
miſericordiam tuam imploro.quæ & ſi ſemp
eadem eſt:ſed circa magna,maior & glorio-
ſior apparet.ego magnam voco: quam vtiq;
infinitam credo.ſed qui in anguſtijs vitam a
go:vel hac vocula clamans,meum cõſolabor
affectum. nimirum dolorum magnitudinem
ſentio,mole magna premor,& cõfundor mul
titudine peccatorum:ob idq; magnam miſeri
cordiam peto.& multitudinem miſerationũ
tuarũ depoſco dicens:miſerere mei Deus:ſe-
cundùm magnam miſericordiam tuam.quæ-
rant paruã paruuli & plebei,quiq; ignorãter,
cõmuni ac ſimplo peccato peccarunt.at ego
rex,oĩum oculis expoſitus,qui ex ꝓpria ma-
litia adulterium commiſi, virumq; innocen-
tem,de te ac de me benemerentem , occidi:
miſericordiam magnam quæro.

*Et ſecundum multitudinem miſerationũ* 2.
*tuarum: dele iniquitatem meam.*

Magnitudinem morbi non ſanat, niſi for-
tis & efficax medicina.ecce ab huius ſeculi ſa
pientibus,quantitatem in cõtinuam & diſcre
tam bipartiri,nõ ſemel audiui.cuius alteri ma
gnitudinem:alteri verò multitudinem aſcri-
bunt.qui ergo magna & multa cõmiſi pecca-
ta:miſericordiam magnã & miſerationũ mul
titudinem peto.vt vbi abundauit delictum, Rom. 5. d.
ſuperabundet & grã.vtrunq; complector:&
mĩam,& mĩæ effectus,qui miſerationes ſunt.
mĩa tua,ſit operatrix meæ ſalutis.et vlcerum
multitudini atque plagarum:multitudo miſe
rationum tuarum ſit medicina,ita vt ſuũ cui-
que vulneri admoueas cathaplaſma. tu noſti
peccatorum meorum magnitudinem & gra-
uitatẽ:noſti eť iniquitatũ mearũ multitudinẽ.
qui ergo quantitatem & qualitatem noſti:mi
ſerationes applica congruẽtes,quo meam de
leas iniquitatem.ſcio miſerationes tuas mul-
tas,quas à primo homine erga patres noſtros
operatus es.quamobrem peto, vt ſecundùm Eſa. 43. d.
multitudinem earũ,deleas iniquitatem meã.
tu quidem miſericors & miſerator es dñe,
qui hoc nomine gaudes dicens:ego ſum,ego
ſum ipſe,qui deleo iniquitates tuas ꝓpter me,
& peccatorum tuorũ non recordabor.reduc

me in memoriam,& iudicemur ſimul.narra ſi
quid habes,vt iuſtificeris &c.dicam igitur ti
bi miſerere.Sequitur.

3. *Amplius laua me ab iniquitate mea:& à peccato meo munda me.*

Lauaſti miſericors qui pepercisti:ſed am-
plius laua,vt deleas iniquitatẽ. cognitio pec
cati,miſeriæ & propriȩ fragilitatis,(quæ om
nia humiliationem inducunt ) ſit cinis. adſit
compunctionis aqua,ſcaturiens à corde tan-
quam à fonte,& per meatus oculorum de
fluens diſtillanſq́;,nam quodie lachrimis me
Pſ.6. ve. 6. is ſtratũ meum rigabo.aqua cineri admixta,
lixiuium fiet:ſi ſpũs ſancti à te immiſſo effer
buerit igne. appone etiã ſaponis acrimoniã,
vt ſit mea cõtritio vera:& amplius laua me,
iterumq́; atq; iterũ laua. nam quo me ab ini
quitate mea omnino purges:fellis amaritudi
ne opus eſt.pœnitẽtia enim,dolor eſt volũta
riè aſſumptus pro peccato,qui ſimbolum ha
bet cum ſapone & felle hiſq́; ſimilibus. qui-
bus omnibus ſic admotis,ex miſericordia &
miſerationũ tuarũ multitudine:amplius laua
me.ꝙ ſi etiã atq; etiã laueris:iniquitatẽ ~~meã~~
meam delebis,& ab homicidij iniquitate at-
que adulterij peccato mundabis,dicesque:de
Eſa. 44. d. leui vt nubem iniquitates tuas,& quaſi nebu
lam peccata tua.laua igitur,& ſic laua:vt nec
peccati veſtigiũ remiſerit vllũ.analogiã ſume,
in mappæ macula: ad cius inſtar, ſic deleas
(precor)iniquitatẽ meã,vt nec ſit reatus,nec
peccati(vt illud imputes)recorderis ampli⁹.

4. *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco:& peccatum meũ contra me eſt ſemp.*

Nullũ nõ mouet lapidẽ,vt mĩam Dei ĩmplo-
rãs naſciſcat̃.nõ eſt(ait)ꝙ iuſtitia tua(quæ e
iuſdẽ magnitudinis & maieſtatis eſt) de mĩa
conqueratur , eò ꝙ commiſſa maneant im-
i.Cor.11. g. punita.nam qui audiui apoſtolum tuum di-
centem:ſi nos metipſos dijudicaremus : non
vtique dijudicaremur:mei ipſius iudicẽ me
conſtitui.non quo tuæ derogem dignitati:
ſed vt ꝓ viribus faciã,ne inuenias,quod ocu-
los tuæ maieſtatis offendat. proceſſũ iniqui
tatũ mearũ graphicè deſcriptũ , ſcriptũ & in
tergo,ſæpius volui : & fideli(licet labili) hu
manæ mentis inueſtigatione ſcrutinioq́; diſ-
cuſſi.& ex cauſæ meritis,iniquitatem meam
ego cognoſco:vt tu ignoſcas.nõ excuſſo,ſed
accuſo,doleo,ingemiſco,& peccatum meum
corã me eſt ſemper.non quo delecter,ſed de
teſter.nunc ergo de vultu tuo iudicium meũ
Pſ.16. ve.3. prodeat:oculi tui videant æquitatem. audi
clementiſſime dicat nunc pœnitens homo &
reſiliens à peccato,illud dũtaxat quod pepi-
giſti pactum,in mediũ adducã.ſi ~~im~~ impi⁹ ege
rit pœnitentiã ab omnibus peccatis ſuis quæ Ezech.18.d.
operatus eſt,& cuſtodierit omnia præcepta
mea,& fecerit iudicium & iuſtitiam:vita vi-
uet & nõ morietur.omnium iniquitatũ eius
quas operatus eſt,nõ recordabor.ſi ergo ini
quitatem meam ego cognoſco, facioq́; iudi-
cium & iuſtitiam vt puniam illam:tu illius vt
imputes,ne recorderis. ego peccata mea ob
oculos pono,qm̃ peccatum meum corã me
eſt ſemper:tu proijce poſt tergum omnia pec Eſa.38.d.
cata mea.iam fuit tempus quo ipſe poſt ter-
gum proiecerim ea,qui in anteriore mantica
peccata aliena deferebam,vt plenè agnoſcerẽ
& condẽnarem:in poſteriore verò propria
ne viderem,tametſi pondere ſuo dorſum me
um incuruarent.is tunc eram,qui ad referen
tis Natham verbum,ac de oue pauperis ſimi
litudinem proponentis:in diuitem illum oc-
ciſorem,ò me miſerum & infœlicem? ſenten
tiam iratus protuli.ſeueriſſimam quidem,ſed
iuſtam.at vbi me illum hominem eſſe reſciui:
peccatum meum(quod retrorſum apud me
quaſi obliuioni traditum erat)iã corã me po
ſitum eſt,& iniquitatem meam ego cognoſ-
co.tunc non ignoui,quia meam eſſe non cog
noui.vbi aũt meã agnoſco:toto affectu depoſ
co,miſerearis,deleas,laues,& mundes iniqui
tatẽ meã,& mihi dicas,ignoſco. proh nefas?
rex ipſe à te electus,& de poſt fœtantes am-
bulãte in regẽ aſſumptus, vt populũ tuũ paſ-
cerẽ in iuſtitia & æquitate : tui & mei ipſius
oblitus, cũ homicidis & adulteris portionẽ Pſ.49.v.19.
meam poſui.hęc feci:tacui,& tacuiſti.fateor,
mĩa fuit,ꝙ per annum circiter tacuiſti,& me
ad pœnitentiam expectaſti.ꝙq́; vt perpetra-
ui facinus:non me ſtatim,ſicut angelũ & pri-
mum hominem,morte mulctaſti.ſed maiorẽ
aliam in me habuiſti mĩam,quum me per pro
phetam tuum arguiſti,& quo à me diſcederẽ,
& ad te fugerem me metipſum contra faciẽ
meam ſtatuiſti,dum parabolam declaraſti.ec
ce iam nunc iniquitatem meã ego cognoſco:
& peccatũ meum,quod eſt corã me ſemper,
deteſtor.miſeriam meam horreo , & prædi-
ctis longè maiorem mĩam quæro. ſciens,ꝙ
hæc apud te ſit mĩa,ſitq́; copioſa redemptio: Pſ.129.v.7.
qui non vis mortem peccatoris,ſed vt con-
uertatur & viuat.tu conuertere ad me ignoſ
cens:quia conuertor ad te,mea in te commiſ
ſa cognoſcens,dicenſque:

5. *Tibi ſoli peccaui,& malum coram te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis,& vincas quum iudicaris.*

Tibi ſoli dico. nõ ꝙ nõ peccauerim in aliũ,
vt pote in Vriam & propinquos eius. ſed ꝙ
ad te ſolum ſpectat vindictam ſumere de pec
catis



peccati.tibi(inquam)qui ſcrutator es cordiũ,
cuiq́; omne cor patet,tunc primum peccaui:
quum aĩo occidere atq; adulterari decreui.
Cuius decreti,tu ſolus fuiſti conſcius,nõ an-
gelus,non homo,nõ ſeruus aut miniſter, nec
ipſa Berſabee,commiſſi poſt modum adulte
rij cõſors,particepſq́; delicti.Erat tunc enim
peccatũ,intra latrebas cordis occluſum. nec
erubui aut reueritus ſum , tantæ maieſtatis
præſentiam:dũ apud me id malum agere ſta-
tuiſſem.Ibi quidem aderas cordis inſpector,
qui eſſe poteras vltor.quod me vel maximè
deterrere debuiſſet:ſi hoc(vt par erat)conſi
deraſſem.ò fatuũ & ſtultum hominẽ,qui ma
lũ coram te feci ? porro fugi ſolem quem tu
creaſti:nec te fugere potui creatorẽ , verũq́;
iuſtitiæ ſolem,cui ſoli peccaui.ſed nunc audi
benigne, me ipſum accuſantem,& quod feci
coram te malum,tibi ore proprio cõfitentẽ,
vt ex me noſcas & ignoſcas.Nec enim te re-
cuſo:qui peccatum meum aperio , coram fa
cio,& accuſo.vt qui beatum Iob audiui dicẽ
Iob.31.d tem:ſi abſcondi quaſi homo peccatum meũ,
& celaui in ſinu meo iniquitatem meam?hoc
eſt ſicut Adam prior ille homo. non ita miſe
ricors & iuſte Deus.ſed ꝗ tibi ſoli peccaui,
& malũ coram te feci:nunc iterum illud pã-
do,pudens & verecundus, pœnitens atq; do
Deut.30.a lens,vt ibi ex me ſcias, illius obliuiſcaris , il-
ludq́;dimittas ſicut in deuteronomio pollicit⁹
es dicens:ſi ductus pœnitudine reuerſus fue
ris &c. Et iuſtificeris in ſermonibus tuis, &
vincas quum iudicaris. Nẽpe audierunt mul
ti quot mihi ꝓmiſſeris bona. qui ſi me nunc
viderint fruſtratũ: dum cauſam neſciuerint,
Ioan. 3. d Pſ.118. oct. 18.ver.1. te fortè iniuſtũ ꝓclamabũt.quod abſit.quan
doquidem iuſtus eſt dñe , & rectum iudiciũ
tuum.quamobrem meum aperio malum,vt
iuſtificeris:& quum iudicaris,victor euadas.
Rom.3.a. Nunquid iniquitas mea fidem ac veritatem
tuã euacuabit ? abſit cum ſis Deus verax:oĩs
aũt homo mẽdax.tu ergo dñe miſerere,laua,
& munda:quo me tua gr̃a efficias,cui ꝓmiſ-
ſa tribuas dignum. & iuſtificeris in ſermoni-
bus tuis , & vincas quũ iudicaris apud teme
rarios iudices: qui tibi(ꝙ promiſſa non exhi
beas)fortè detrahent ꝓmittenti.veniet eñ tẽ
pus quo ꝓpter homines factus homo:ab ho
mine iudiceris.obteſtor ergo te pientiſſime,
per viſcera miſericordiæ tuę,vt mei miſerea
ris.Ita tibi contingat,vt iuſtificeris in ſermo
nibus tuis,& vincas quum iudicaris.dicatq́;
Luc. 23. b. Pilatus : nihil inuenio cauſæ in hoc homine.
& ipſe Centurio dicat:verè hic homo iuſtus
erat,Sequitur.

6. *Ecce enim in iniquitatibus cõceptus ſum:& in peccatis concepit me mater mea.*

Quinque potiſſimas & vrgentes rationes
adducit,quibus pœnitens moueat Deum,vt
miſereatur ſui.prima,ꝙ iniquitatem propriã
cognouerit ipſe,habeatq́; ob oculos, vt dete
ſtetur. ſecũda,vt iuſtificetur Deus in ſermo
nibus ſuis,& vincat quũ iudicatur. Nunc ter
tia,ab humana fragilitate ſumpta : ꝙ in ini-
quitatibus à prothoplaſtis deriuatis hoc eſt
in peccato originali, fuerit à matre ipſe con
ceptus.erit quarta,ꝙ veritatẽ dilexerit De⁹,
ac deniũ quinta,ꝙ incerta & occulta ſapiẽtię
ſuæ manifeſtauerit ſibi.iam priores duas di-
ximus:& poſteriores ſtatim dicemus:media
nũc eſt in manibus. Ecce(ait)in iniquitatib⁹
cõceptus ſum,ꝗ tibi ſoli peccaui,vti iniquus
à ſtirpe iniqua originẽ ducens. nam peccato
primi parentis, cõcupiſcentia carnis & rebel
lio aduerſum ſpũm , in hoĩe orta eſt,quã le-
gem membrorũ appellant.hinc pronitas fa- Rom. 7.d.
cilitaſq́; ſuboritur ad malũ & difficultas ad
bonũ. dum aĩa concupiſcentia carnis illecta,
rapitur(ſi dixerim) vt concupiſcat ex carne:
quod ex ſe aliàs cõcupiſcere nolet.Et clamat
dicens: infœlix ego homo,quis me liberabit
de corpore mortis huius?gr̃a Dei per Ieſum
Chrũm. hoc te moueat clemẽtiſſime De⁹,vt
mei miſerearis,qui nr̃i figmẽtũ noſtrũ.nec id Pſ.102.v.13
refero,quaſi ei dixerĩ ꝗ me finxit: ꝗd me fe
ciſti ſic?ſed quo carnis meę ꝓſpicias infirmi- Rom.9. d.
tati. Ecce.n.in iniquitatib⁹ cõceptus ſum &
in peccatis concepit me mater mea. Memen
to quæſo,ꝙ ſicut lutũ feceris me.Memorare Iob.10. b.
quæ mea ſubſtantia,& miſerere. nunquid va
nè conſtituiſti omnes filios hominũ? flecte Pſ.88.v.46
iam humiliter poſtulanti miſericordiam tuã
Deus,nec ex toto mireris, ꝙ iniquè egerim,
qui in iniquitatibus cõceptus ſum. ſit locus
veniæ,fragili homini ad te veniẽti.ꝗ tametſi
ex malitia ſimul & infirmitate peccaui : ſed
illectus ſeductuſq́;, ne dicam à concupiſcen
tia attractus,cui lubens acquieui. non meum
excuſo peccatũ:ſed viã qua illud mihi cõdo
nes,oſtendo.nec miror, ꝙ cadẽti angelo nõ
peperciſti,ꝗ corruit,nõ mole carnis depreſ-
ſus:ſed malitia duntaxat erectus. at verò mi
rarer,ſi homini veniã petẽti,miſericordiã de
negares:nõ ſecus ac ſi te ipſum negares.quã
obrem hoĩs miſerere, tot iniquitatibus inuo
luti. nec moueat quenq̃,ꝙ ꝓpheta primi ho
minis tranſgreſſionem,iniquitates dixerit &
peccata. Eſt ſcripturę mos,vt alterum nume
rum pro altero ponat. quãuis diuus Hierony
mus,in translatione iuxta hębraicam verita-
tẽ:ſingulari numero vſus ſit. ſic enim habet,
ecce enim in iniquitate conceptus ſum, & in

peccato peperit me mater mea. ſit tñ vt libet.
hoc vnũ ſcimus, vtroſq; in Deũ primos pec
caſſe parentes,& hinc oẽs iniquitates, oĩaq;
nr̃a pullulaſſe peccata. Ita, vt meritò, eo ꝙ il
lud primum ſit oĩum radix, virtualiter cõti-
nens peccata multa, ad quæ ex corruptione
fomitis inclinamur, ſintq; illius plures effe-
ctus, ne dicã, derelicti defectus: plurali nume
ro, iniquitates & peccata debeat nuncupari.
Cõcepit me vtiq; in peccatis mater mea: quia
fœdo ſpurco & infecto ſemine cõcepto: tum
primũ extitit in cauſa peccatum, in infuſione
aiæ formaliter cõtrahẽdum. Et peperit eẽ in
peccatis: quæ in cruciatu peperit & dolore.
ij etenim peccati effect⁹, peccata dicunẽ Seq.

7. *Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta et*
*occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.*

Miſericordiam peto. ſciõ tñ ꝙ ſic miſeri-
cordiã tribuas: ꝙ iuſtitiam ſerues. & vtrunq;
horũ mihi innotuit per Nathã ꝓphetã tuũ.
alterũ ſcilicet, ꝙ peperceris & tranſtuleris à
me peccatũ, quod niſi te reuelãte incertũ erat:
alterum verò, ꝙ moriturus eſſet puer adulte
rinus, hoc aũt iudicio occulto. iccirco de his
dixi: incerta & occulta ſapientiæ tuæ, mani
feſtaſti mihi. nunc ergo, ſatisfactioni debitę
me obnoxiũ eſſe duco, cui me ipſum libẽter
offero: ſciẽs: ꝙ iuſtitiã dilexiſti, quæ verita
tis noĩe intelligenda venit. vel aliter, tu q̃ ve
rax es, quiq; veritatem vſq; adeò dilexiſti, vt
nec falli nec fallere noris: ſcis, q̃ verè & ſine
fictione doleã de peccato, ideo miſerere. ꝙ ſi
præmiſſa nõ moueãt: vel hoc vnũ ſaltẽ te ad
miſericordiã flectat, ꝙ dilexeris veritatẽ. at
filius tuus (quẽ diligis) meus eẽ futurus eſt, q̃a
ex meo ſemine naſciturus &c. is via veritas
& vita eſt. ſit ipſe mediator inter me & te. e-
go quidẽ miſericordiã & veniã peto: ſed ꝑ fi-
lium tuũ ipſumque filiũ atq; dñm meum quẽ
diligis peto. ecce. n. veritatẽ dilexiſti. Et ſan
ctus dictat ſpũs idq; impetrãdi ſpem auget:
ꝙ qui eẽ ꝓprio filio ſuo nõ parcit, ſed ꝓ no
Rom. 8. f. his oĩbus tradet illum: quomodo nõ eẽ cũ il-
lo oĩa nobis donauit? ſit poſtrema ratio. ꝙ
me iã ſemel in clientelã tuã admiſiſti, dome-
ſticũ ſtatuiſti, nec ſicut abiectum hoĩem ac
deſpicabilem ad vile miniſterium deſtinaſti,
ſed à ſecretis me eſſe feciſti. Munus vtiq; nõ
ſpernendum, ſed excelſum & ſublime: quan-
tue doquidẽ incerta & occulta ſapientiæ ſuę ma
niſeſtaſti mihi. atqui ꝓfundiſsima & archana
myſteria reuelaſti: vt pote, ꝙ futura ſit re-
miſsio peccatorum per Chrm̃, qui factus eſt
1. Cor. 1. d. nobis ſapientia à Deo, & iuſtitia, & ſanctifi-
catio, & redemptio: & huius farinę alia abdi
ta & occulta, quæ diuino pectore occluſa
ſeruaſti ſacramẽta, tũ neceſſaria, tũ futura cõ
tingentia quæ non ideo incerta appellaui
ꝙ fortè nõ ſint futura, ſed ꝙ ſint cõtingen
ter futura, ſitquè nobis incertum & occul-
tum, quando & quomodo erunt. ꝙ ſi pro-
uerbium eſt, Deus bone, apud homines vul-
gatum: turpius ejcitur, quam non admittitur
hoſpes. non reijcias me domine, quem iam
olim admiſiſti, & cui archana ſapientię tuæ
commiſiſti, niſi fortè veritatis noĩe, integer-
rimam Dauidis fidem, quam integram & in-
concuſſam allegat, ipſumquè prophetiæ do-
num intelligas: quod ferè in eundem recidit
ſenſum. ne autem me cauſeris, immundum
atque indignum, qui conſpectui tuo appa-
ream, & vt cæteri aulici regiã tuam intrem. Iob. 14.
tu qui facere poteſt mundum de immundo
conceptum ſemine, munda & laua, & audi
modũ, tametſi mel vendere videar apiario.

*Asperges me domine hyſſopo, & mun-* 8.
*dabor: lauabis me & ſuper niuem deal-*
*babor.*

Hoc de occultis eſt vnum, quod te reue-
lante noui: & depictum ac figuratum legi.
ꝙ ſi me hyſſopo aſperſeris, mundabor: ſi me
laueris, ſuper niuem dealbabor. attende (in-
quã) q̃ hęc legis ꝙ hyſſop⁹ herba humilis eſt:
ſed pectoris & pulmonis ægritudini condu
cens nimium. quippe quam purgatiuam eſſe
ferunt, qui herbarum nouere virtutes: eam
que petræ hęrentem naſci & radicari, cuique
peruium eſt. cuius herbæ vſus, non ſemel in
lege ad emũdationẽ carnis, ex pręcepto do
mini adaptaẽ, vt in exodo, leuitico, & nu Exo. 12.
merorum libro, perſcrutanti videre licebit. Leui. 14.
Cuius etiam in ea quæ ad Hebreos inſcri- Nume. 19
bitur epiſtola, meminit apoſtolus Paulus: & Heb. 9.
Chriſti humilis qui abſtulit peccata mundi,
neſquè ſui ſanguinis aſperſione mundauit:
apertiſsima figura fuit. de qua ita ſapiens ille
Salomon, ſapientiſsimè diſputauit. ſic enim
ſcriptum legimus: diſputauit ſuper lignis à 3. Reg. 4.
cedro quæ eſt in libano: vſque ad hyſſopum
quæ egreditur de pariete. Nempe Chriſtus
vtrunque fuit: cedrus ſcilicet & hyſſopus,
quia Deus eſt homo, qui non rapinam arbi-
tratus eſt eſſe ſe æqualem Deo: & humiliauit Phi. 2.
ſemetipſum. ait nunc ergo ſanctus prophe-
ta, ſeu pœnitens quiſque, peccati cõmiſsi
ablutionem implorans: aſperges me domine
hiſſopo & mundabor. Aſperſiſti hactenus in
figura: ſed nihil ad perfectum adduxit lex, Heb. 7.
nec ex operibus legis iuſtificabitur oĩs caro. Rom. 3. 6.
Iccirco aſperges me nũc in fide mediatoris,
& aſperges hyſſopo in cruce pendente: vt
iuſti



iuſtificat⁹ ſim gratis ꝑ grãm ipſius, per redẽp
tionem quę eſt in Chr̃o Ieſu, quẽ ꝓpoſuit De⁹
propitiatorẽ ꝑ fidem in ſanguine ipſius, ad o-
ſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſsionẽ
præcedentiũ delictorum. illa nanq; legalis aſ-
perſio, tenuis & mollis erat. aſperge me nũc
dñe, nõ hircorum aut taurorum ſanguine: ſed
1. Pet. 1. precioſo ſanguine, quaſi agni incontaminati
& immaculati Chr̃i: præcogniti quidem ante
mũdi cõſtitutionẽ, manifeſtati aũt nouiſsimis
temporibus. aſperge me (inquam) humilitatis
hyſſopo, & à ſuperba inflatione mundabor.
laua me, ſuꝑ me aquã mundã effundens: & mũ
Ezech. 36. dabor ab oĩbus inquinamentis meis, & ſuꝑ ni
uem dealbabor. effunde demũ gr̃æ tuæ aquã:
qua ſi lotus fuero: mundus ero, ſint q̃libet gra
uia, & enormia cõmiſſa peccata. ſi fuerint pec
Eſa. 1. cata vt coccinũ: quaſi nix dealbabuntur. & ſi
fuerint rubra velut vermiculus, quaſi lana al-
ba erunt. Sequitur.

*Auditui meo dabis gaudium & lætitiã:*
9 *& exultabunt oſſa humiliata.*

Auditus noĩe, aut fidem accipe (quæ ex au-
Rom. 10. ditu eſt) aut obediẽtiã. cũ ergo huic fidei quæ
per dilectionem operatur: augmentũ gr̃æ cor
hominis lætificantis in via, & immarceſibilis
gloriæ corona, reſpondere noſcatur in patria:
iure nunc de peccato dolens, nec hęſitãs de re
miſsione, petit gr̃am adiuuantẽ, dicens: multa
in hac peregrinatione pinternas inſpirationes
audiui futura: audiui & credidi, ꝓpter quod
Pſ. 115. ve. 1. loquutus ſum: ego aũt humiliatus ſum nimis.
at præmiũ fidei, gaudium eſt viſionis rei credi
tæ, & de viſione lætitia: ſicut eẽ humiliationis
merces, eſt exaltatio humiliati. ꝙ ſi mei miſe-
rearis De⁹, & meã deleas iniquitatẽ: certus ſũ,
ꝙ auditui meo dabis gaudiũ & lętitiã, & exul
tabunt oſſa humiliata. lætabar olim, quũ te lo
quentẽ interius audirẽ, dicebãq; gaudẽs: audiã
Pſ. 84. ve. 8. quid loquatur in me dñs Deus, qm̃ loqueẽ pa-
cẽ in plebẽ ſuã. nempe delectabar de ꝓphetia:
ſed multo magis lætificabis me, de ꝓphetię ad
impletione. gaudebã vtiq; de pace futura: ſed
amplius gaudebo, quũ pacificum regẽ & paci
ficãtẽ, in carne videro venientẽ, & in fine mũ
dum iudicantẽ. ſcio. n. dñe ꝙ venturus ſis iu-
dex qui iudices orbẽ, ſiſq; dicturus electis: ve
nite benedicti. reꝓbis aũt ite, à me diſcedite
maledicti. ꝙ ſi mei nũc miſerearis: tũc auditui
Pſ. 90. ve. 3. meo dabis gaudium & lætitiã, liberabis me de
Pſ. 111. ve. 6. laqueo venantium, & à verbo aſpero. nã ab au
ditione mala nõ timebo, quin nunc à peccato
potius, & tunc à mortuis reſurgens gaudebo,
& exultabunt oſſa mea humiliata: iã aĩato &
glorioſo corpori reſtituta. exultabunt eẽ inte
rioris hoĩs oſſa: nimirũ oſſa, aĩæ virtutes ſunt,
quibus ſtabilita ſubſiſtit. hæc in meo caſu de
preſſa ſunt oſſa & humiliata: quę ſi miſerearis, Pſ. 93. v. 19
exultabunt. et ſecundùm multitudinem dolo
rum meorum in corde meo: cõſolationes tuæ
lætificabunt animam meam. tunc enim gaudiũ
meum erit plenum, & auditui meo inenarra
bilis vberrimaq; lætitia erit: ſi qui audiui (tuo
nomine) Natham dicentem: non morieris: te
iam placatum dicentem audiam: veni benedi-
cte, & poſside regnum. tunc quidẽ vere exul-
tabunt oſſa humiliata. Sequitur.

*Auerte faciẽ tuam à peccatis meis et om* 10.
*nes iniquitates meas dele.*

Ego ad peccata conuerti faciem, vt illa de
teſter: cõſequẽs eſt (ex mĩæ pacto) tu faciem a
uertas. et quia deformia ſunt & fœda: proije-
ce poſt tergum, & conuertere ad me propi-
tius peccatorem. auerte faciem à peccatis, ne
recorderis ad vindictam: & reſpicie in me &
miſerere mei. nam ſi ad peccata faciem ver-
tas: iraſceris, quia iuſtus es. quamobrem auer Pſ. 118. octo
te faciem ab eis: & faciem tuam illumina ſu- 17. ve. 7.
per ſeruum tuum, quod eſt dictu: omnes ini-
quitates meas dele. omnes dixi: quia impium
eſt dimidiam à te petere aut ſperare veniam,
qui non vni aut alteri: ſed omni aut nulli pec- Hier. 23
cato parcere decreuiſti. omnes ergo dele, den
tur obliuioni: ne des me in opprobriũ ſempi-
ternum & ignominiam æternam: quæ nun-
quam obliuione delebitur. ò pia verbo-
rum inculcatio, vtiliſque & meritoria re-
petitio, ex pio & vehemente affectu progreſ-
ſa? nonne fuit ſatis, vel ſemel dixiſſe dele, ſe-
mel etiam laua: niſi adderes, amplius laua. mũ
da, aſperge atque iterum laua, & nunc omnes
iniquitates meas dele? porro ſapienter inſtas,
& prudenter omnes deleri petis. ne ſi omes
non deleat ſimul: nec adulterium nec homici
dium deleatur. Sequitur.

*Cor mundum crea in me Deus: & ſpi-* 11.
*ritum rectum innoua in viſceribus me-*
*is.*

Hactenus pœnitens, expelli petijt atque à
ſe remoueri peccatum: eſt enim morbus &
mors animæ. nam ſtipendia peccati mors: gra Rom. 6. d.
tia autem Dei vita æterna, ait apoſtolus, &
gratia dixit: quia non debetur ſtipendium his
quæ rectè agimus, ſed gratia datur à munifi-
centiſsimo Deo: quam vita conſequitur æter
na. iccirco nunc rectè petit, ſibi gratiam ex-
hiberi: qua recto tramite in Deum tendat,
ſuoſque in eum dirigat actus. vbi plura ve-
niunt annotanda. ita eſt ſanè, ꝙ ſimul ſit pec-
cati

cati remiſsio,& gratiæ infuſio.nam primũ in
ſtans nõ eſſe peccati(vt in ſcholis dici ſolet)
primũ eſt inſtans eſſe grę.ſed quia ſecundùm
nr̃m concipiendi modum,prius(natura ſaltẽ
& præſuppoſitione) mundatur peccator, q̃
gratus ſit Deo.ideo,qui vſq; ad dimidiatum
pſalmum poſtulat emũdari:nunc ſibi cor mũ
dum creari depoſcit,& ſpũm rectum in viſ-
ceribus innouari.per cor enim , quæ potior
pars corporis eſt,aĩam intelligit:per ſpũm ve
rò rectum, gratiam gratificantem. nimirum
cor nr̃m,ex admiſsione peccati patitur multa
mala tunc maxime,quũ regnans,diutius inha
bitat illud,& tyrãnidem ſuam exercet. tũc.n.
conſtringitur & obduratur , fitq; ex tenello
Rom.6.b. & carneo cor ſaxeum,imò ferreum adamãti
numq;.ſeneſcit eẽ & veteraſcit,ita vt quaſi vi
ribus deſtitutum,vno aut altero greſſu laba-
tur:fitq; dum cadit ſordidum & ſpurcum , at
q;(vt rem ipſam paucis abſoluã)ex toto cor
rumpitur,tebeſcit,& ad nihilum vſq; redigi
tur.quamobrem,cor mũdum ſibi ab integro
creari,& ſpũm rectũ poſtulat innouari , vt a-
pud Ezechielem promiſſum legimus.effundã
ſuper vos(ait dñs)aquam mundam,& munda
Ezech.36.f bimini ab oĩbus inquinamentis vr̃is,& ab vni
uerſis ydolis vr̃is mũdabo vos,& dabo vobis
nouum cor nouũ,& ſpũm ponã in medio vr̃i.et auferã
cor lapideũ ð carne vr̃a,& dabo vobis cor car
neũ,& ſpũm meũ ponã ĩ medio vr̃i.& faciã vt
in pręceptis meis ambuletis,& iudicia mea cu
ſtodiatis & operemini.aquã dixit mundã: nõ
cineribus vaccæ ruffæ admixtam:ſed mundã,
baptiſmalem aquam ſignificare volens. cor
nr̃m eẽ poſt hominis lapſum,ex ſe immundũ.
eſt.ab ipſo quidem tanq̃ ex ſentina:exeũt ſca
turiuntque peccata. de corde.n. exeunt ( ait
Chr̃s)cogitationes malę,homicidia,adulteria
fornicationes,furta,falſa teſtimonia , & blaſ-
Mat.15.b phemiæ:hæc ſunt quæ coinquinant hominẽ.
quod quum his diu abũdat,quaſi fæcibus pu
treſit. ideo nunc pœnitens dñm deprecatur
dicens:cor mundum crea in me Deus, vt de
ponens ſecundùm priſtinam cõuerſationem
veterem hoĩem qui corrumpitur ſecundùm
Eph.4.c. deſideria erroris:renouetur in ſpũ mẽtis ſuæ,
& induat nouum hoĩem,qui ſecundùm Deũ
creatus eſt,in iuſtitia & ſanctitate veritatis.
ſciens cum eodem apoſtolo,ꝙ in Chr̃o Ieſu,
neq; circunciſio aliquid valet,neq; præputiũ,
Gal.6.d. ſed noua creatura.ait ergo: cor mundũ crea
in me Deus.atqui creaſti olim,ſed tabe con-
ſumptum eſt,nunc denuo crea,illudq; recrea
& fac mundũ,quod de peccati fæce viſcũ nõ
habeat nec odorem:vt tibi deinceps in noui
tate cordis placere & inſeruire poſsim,dice-
req; cum Paulo:ſi qua in Chr̃o noua creatura
vetera tranſierunt,ecce facta ſunt oĩa noua:
oĩa aũt ex Deo,qui nos reconciliauit ſibi per 2.Cor.5.d
Chr̃m.cumq; vas nouum feceris & mũdum,
ſpũm rectum infundendo innoua,& innouan
do infunde.eſt enim ſpiritus rectus,oleũ læ-
titiæ,balſamũq; ſalutis:in vaſe limpidiſsimo
reponendum.qui ideo ſpũs rectus: quia ſpũs
ſanctificationis & ſpũs adoptionis eſt,in quo
Rom.8.c. clamamus abba pater.eſt quidẽ ſpũs adiuuans
infirmitatem nr̃am:& ſemper ad rectè operã
dum inſtigãs ſolicitanſq;.hoc vtiq; recto ſpũ
aguntur,qui filij Dei ſunt:vt recta tendãt ad
pr̃em,non ad terrena curuentur,vel ad deuia
queq; declinent.ſcio(inquam)domine (Hie-
remias ait)ꝙ non eſt hominis via eius , nec
Hier.10.f. viri eſt vt ambulet & dirigat greſſus ſuos.
proinde neceſſariũ eſſe duco , ſpũm rectum
quẽ mihi dederas olim,& per peccatum ex-
tinxi:nunc intra viſcera mihi tribuas innoua
tum.ſpũs.n.tuus bonus deducet me in terram
Pſ.142.v.13 rectã,quippe qui diriget intellectum,ne aber
ret à vero.voluntatẽ,ne diuertat à bono: me
moriã aũt,ne propoſiti finis obliuiſcatur.por
ro hæ tres potentiæ aĩæ viſcera ſunt. preca-
mur nos ergo placeat tibi Deus: ſit ad cordis
ianuam,vt pulſet:gratia præueniens , de qua
Paulus:quum aũt placuit ei qui me ſegrega-
Gal.1.c. uit ex vtero mr̃is meæ , & vocauit per gr̃am
ſuam:continuò non acquieui carni & ſangui
ni.ſit intra cordis hoſpitium,gr̃a ſubſequens
ipſaq; cooperans:quæ diffuſa eſſe perhibetur
Rom.5.a in cordibus nr̃is per ſpũm ſanctum,qui datus
1.Cor.15.b eſt nobis.de qua iſdẽ ait apoſtolus:abundan-
tius oĩbus laboraui:non aũt ego ſed gr̃a Dei
mecũ.ſit deniq; gr̃a ꝑficiens in cordis tricli-
nio ſedens,& de cõſũmato opere,Deo gr̃as a
gens,ipſaq; interno gaudio viſcera replẽs,ſit
ſpẽ erigẽs:& de bono certamine,cõſummato
curſu,ac fide ſeruata.ſibi repoſitam gaudeat
ſperare coronã.hãc igiť gr̃am pręuenientem,
2.Tim.4 cooperãtẽ & ꝑficientem:nũc rex ẽt intra viſ
cera poſtulat innouari:vt his ornamẽtis inte
riora ſtrata,dignũ Deo gratumq; præbeãt ha
bitaculũ.rectè quidẽ rectum ſpũm expoſcis,
qui te rex ſancte regat.nouũq; intra viſcera
petis,vel potius innouatũ:qui tranſactæ vitæ
pœnitẽs,nouã cupis inchoare.ſpũm petis , &
intra viſcera innouari petis.ne ſi huiuſmodi
ſpũs non adſit rectus:ſpiritalis halitus tibi de
ſit,ac ꝑ hoc in via deficias delaſſatus.innoue-
tur igitur ſpũs rectus,quo ſint capatiora viſce
ra tua,& in cęlũ recta ſuſpiria mittas. obtinui
ſti rex.eſt ne quod amplius petas?certè,rei hu
iꝰ ſtabilitatẽ,ꝑmanẽtiã & cõfirmationẽ: certe,
in bono ꝑſeuerantiã,quę adeò neceſſaria eſt,
vt ſcriptum ſit:qui perſeuerauerit vſque in fi
Mat.24.b nem,hic ſaluus erit. ideo ſequitur.

12. *Ne proijcias me* à *facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas* à *me.*



Petij vt auertas faciem tuã à peccatis meis.
ſic tamen à peccatis auertas,vt ad me conuer
tas.nunc identidem precor,proijcias à facie
tua peccata mea:me autem proijcere noli. fa
cies quidem eſt per quã melius quiſque cog-
noſcitur.cum ergo per miſericordiam & iu-
ſtitiam æquè cognoſcatur Deus:conſequitur
ꝙ vtraq; harum,facies illius ſit,hoc ſolo diſ-
crimine : ꝙ altera ſit facies irati , altera verò
placati:vt ſecundùm hominem loquentes , ꝑ
varios effectus,facies diſtinguamus,nunc igi
tur petit,ne proijciatur à facie miſerantis:qui
prius ſceleris perpetrati magnitudinem con-
ſiderans,quaſi exanimis effectus, in deliquio
cordis aiebat:ego autem dixi in exceſſu men
tis meæ:proiectus ſum à facie oculorum tuo
Pſ.30.v.28 rum.atqui vt facinoroſus homo, à facie fuge
re ante quærebam , & de fuga ſolicitus dice-
bam:quò ibo à ſpiritu tuo,& quò à facie tua
fugiam?horrebam miſer iuſtitiam offenſi iu
dicis & vltoris. vbi autem ex miſericordia
me attraxiſti fugientem,& ob oculos digna-
tionis tuæ ſtatuiſti:veritus ne infortunium
aliud ſimile mihi contingat:haud inſipienter
depoſco,ne proijcias me à facie tua,& ſpiri-
tum ſanctum tuum ne auferas à me.quod eſt
dictu:illuſtra ſemꝑ faciem tuam ſuper ſeruũ
Pſ.30.v.20 tuum:ſaluum me fac in miſericordia tua do-
mine,non confundar,qm̃ inuocaui te.eos po
ijce à facie tua, & imple facies eorum igno-
Pſ.82.v.15 minia:qui deſperantes,vel virtuti proprię in
nitentes, miſericordiæ tuæ faciem non quæ
ſiuerunt:quin potius vertentes terga & nõ fa
ciem,te ſpreuerunt.at non ſic ego: ſed exqui
ſiuit te facies mea:faciem tuã domine requi-
ram.ne auertas ergo faciem tuam à me:& ne
Pſ.26.v.13 declines in ira à ſeruo tuo.ecce præueni faciẽ
tuam in confeſsione:quia tu in miſericordia
Pſ.94.ve.2. præueniſti me.non ergo proijcias me à facie
tua.eieciſti Cayn(meritò quidem)à facie tua:
Gen.4.b. qui de miſericordia tua diffidit.ego autem in
te confido:non proijcias me à facie tua,& ſpi
ritum ſanctum tuum,quem mihi donaſti,quũ
condonaſti peccata, non auferas à me. id fa-
cies, ſi quam ſemel contuliſti gratiam , in me
ſtabilire digneris.ſunt tamen qui annotãt pręſente,antecedente,& ſubſequente verſu, ter-
tio ſpiritum nominatum,hoc eſt, ſpiritum re
ctum, ſpiritum ſanctum , ſpiritum principa-
lem:ꝙ his nominibus arbitrentur,diuinarum
perſonarum trinitatem ſignificari. nec illis
diſſentimus,abundent ſuo ſenſu:cum à fidei
regula non aberrent , & beatus Hieronymus
Part.3.trac 1.epiſtola.3 de tribus virtutibus agẽs. ſenſerit ita,doctor illuſtris:nam pater & fili-
us & ſpiritus ſanctus,vnus Deus: Deus autẽ
ſpiritus eſt.dicunt ergo,patrem ſpiritum prin
cipalem,eò ꝙ principiũ ſit ſine ꝑincipio , at
que fons & totius emanationis origo, quan-
doquidem pater à nullo,filius à patre , & ſpi-
ritus ſanctus ab vtroque procedit.filium ap-
pellant ſpiritum rectum,cui attributa eſt ſa-
pientia,quique via,veritas eſt & vita. ſpiritũ
verò ſanctum,hoc ipſo quo ſolet vocari no-
mine ſignant.niſi fortè his tribus nominibus,
rectitudinem,ſanctitatem & fortitudinem,
propheta petere velit.et qui proprio ſpũ in
curuatus eſt iniquè agens,& fragiliter lapſus:
ſpũm rectũ,ſanctũ,poſtulet: magnificũ ac po
tentem.eum ſcilicet,quem ante caſum in ſe
fuerat expertus.tunc.n.rectè & ſanctè,magni
ficè & potenter agebat.nempe vt vir, vt rex,
vt doctus,& motus à ſpiritu ſancto , quẽ nũc
reſurgens & præcauens in futurum,à ſe poſtu
lat non auferri.et qui recto & veraci ſpiritu,
ſancta & magnifica de Chriſto prophetaue-
rat ſacramenta: hoc donum tam manificè ſi-
bi collatum,non ſolùm non auferri:verum eẽ
in viſceribus innouari,atque denuo ſibi reddi
petit & confirmari.de quo ſequitur.

13. *Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.*

Non ſatis dolere ait ac triſtari queo , quũ
amiſſam illã recolo,quã olim habui de ſaluta
ri tuo lætitiã.ò fœlicia tempora illa, & omni
ſuauitate plena:qñ mecũ iugiter loquebaris:
& in aurem meã pectoris tui archana dice-
bas?promittebas Chriſtum tuum, mea ex ꝓ-
genie eſſe venturum:qui toti humano gene-
ri ſalutẽ afferret.delectabar audiens,& exul-
tabam,iam diem illum in ſpiritu videns.infœ
lix ego homo adulter & homicida , qui has
ſpirituales delitias,pro momentanea volup-
tate,infœlici cõmertio cõmutaui.verſa eſt in
luctum cithara mea,& organum meum in vo
cem flentium.tu ſolus domine me hilarem ef
ficies:ſi mihi reſtituas priſtinã illam ſalutaris Iob.30.d.
tui lætitiam,à quo emanat vera ſalus:ita , vt
in dono , me ſpiritu principali confirmes.
principali dixi , quia principem decente,
vel ſpiritu potente , vt beatus Hieronymus
ex hebreo vertit:vel munifico & liberali, vt
alij tranſtulerunt:qui me illuminet,purget,ꝑ
ficiatq;,ditet muneribus,lætificet atq; ſole-
tur:fixũ perinde ac ſtabilem in te,meũ faciat
ſpũm permanere.nam & ſi meũ ſpũm liberum
feceris:eſt tr̃ vadens & nõ rediẽs,niſi ſpũ prin Pſ.77.v.44
cipali deductore.ꝑ ſe quidem cadere & à te
recedere poteſt:reſurgere aũt atq; ad te redi-
re niſi ꝑ te,& niſi ſpũs tuus bonus deduxerit Pſ.142.v.11
eũ:nõ vtiq; poteſt.hoc igitur ſpũ, quo carni
principari poſsim,qui ad ſalutem per omnẽ
modũ principalis eſt,cõfirma me,ne à te vſq̃
diuelli aut ſeparari poſsim.nec enim tanto in
me beneficio ingratus ero.

*Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te*
*conuertentur.*

Deus bone? noui q̃ ſit tibi proprium, ex malo
elicere bonum. facies ergo nunc ex elingui,
prædicatorem: ex ſcelerato, euangeliſtam: tu
umq; de rege præconem. docebo iniquos vi-
as tuas, quas in cõpendium redigam: nam vni
Pſ.24.v.11. uerſæ viæ domini mĩa & veritas. dicam igi-
Pſ.74.ve.4 tur iniquis: nolite iniquè agere, & delinquen
tibus: nolite exaltare cornu, nolite extolere
in altũ cornu veſtrum, nolite loqui aduerſus
Deum iniquitatem. audite iniqui omnes &
delinquentes: ſiue ab oriente & occidente, ſi
ue à meridie & ſeptẽtrione. audite omnes q
habitatis orbem, nam ideò quater oĩo nolite.
nolite inique agere vti ego. me ipſum exper-
tum audite, iniqui iniquum auſcultate docen
tem iniquos vias domini? & propriæ infœli-
citatis hiſtoriam referentem. ego delicatus
rex Iſrael, quum pomeridiana hora, in ſolario
domus meæ ambularem: vidi mulierem pul-
chram, Vriæ vxorem Ethei, viſcariũ quidem
diaboli, qui pulchritudine illius meum aĩum
incitauit, atq; ad illicitos pellexit amplexus:
vt ipſam ſordes ſuas aqua diluere volentẽ: fœ
diore adulterij macula la ſordidarem. ò fera li
bido, quæ etiam ferreas mentes domas? quid
tandem? vxorem rapui, & virum occidi. cuius
rei cauſa crudelis ipſe, de manu Dei feralem
excepi ſententiam. audite (obſecro) nam vera
dicam, ita nuſq̃ mihi contingat, talem miſeriã
incidere. admonitus igitur per ꝓphetam Dei
Natham, peccatum meum agnoui, & ad cor
reuerſus ingemui. cumq; ad dñm clamarem,
eius miſericordiam implorans, exaudiuit pre
ces meas, miſericors ipſe & miſerator domi-
nus, cuius miſericordias in æternum cãtabo.
et eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fæ-
cis. audiſtis hæc omnia qui cecidiſtis? imitato
res mei eſtote, hæc via adipiſcendæ ſalutis,
& is curationis modus. perbelle quidem, per
cuſſus gladio: chirurgus euaſi doctus. agite
Eſa. 45. c vos ita, redite prçuaricatores ad cor. audite
Hier. 9. a. dominum veſtrum, conquerentem: omnes a-
dulteri ſunt, & cœtus præuaricatorum: & ex
tenderunt linguam ſuam quaſi arcum menda
cij, & non veritatis. confortati ſunt in terra:
quia de malo ad malum egreſsi ſunt, & me
non cognouerunt dicit dominus. quamobrẽ
peccatum agnoſcite veſtrum: ingemiſcite, &
ad dominum conuerſi, miſericordiam mag-
nam & miſerationum multitudinem implo-
Gal.6.d. rate. et quicunque hanc regulam ſequuti fue
rint: pax ſuper illos, & miſericordia. agnoſci
te iam iniqui (vel me docente) vias domini,
quandoquidem veſtra intereſt noſſe, ne con-
queſtus dominus, iureiurando conteſtetur,
dixi: ſemper ij errant corde, & iſti non cog- Pſ.94.ve.11
nouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea, ſi in
troibunt in requiem meam, non ſunt viç dñi
ſicut viæ veſtræ. nam viæ eius, viæ pulchræ,
planæ, ſuaues, & impollutæ. at contra, viæ ve Pro.3.b.
ſtrç, iniquç, difficiles & petroſæ. hoc vtique
domine magiſterio fungar: ſi me recto & ſan
cto ac principali ſpiritu fulciueris atque po-
tente: quo rectos, ſanctos perinde ac ſtabiles
auditores reddam. Sequitur.

*Libera me de ſanguinibus, Deus, Deus,* 15.
*ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iu-*
*ſtitiam tuam.*

Ydioma latinum, & ſi ſanguinem dicat: nõ
tamen recipit pluralem numerum, quod ſciẽ
ti peruium eſt. at verò interpres, quod ſic re
perit in hebreo atque greco, ita tranſtulit: ma
luit enim latino ſermoni, quàm ſpiritui pro-
phetico in aliquo derogare, qui peccata ſan-
guines vocat: eò ꝙ à carne & ſanguine ſcatu-
riant, velut ab origine & fonte. vnde Paulus 1.Cor.15.f.
ait, ꝙ caro & ſanguis regnũ Dei poſsidere
non poſſunt. quod ſtatim exponit, quia neq;
corruptio incortuptelam poſsidebit. horret
igitur ꝓpheta ſanctus carnis & ſanguinis cor
ruptionem, vnde mala ſua proceſſerunt: atq;
ab his infeſtantibus, meritò liberari petit.
ſic etiam Paulus ait: infœlix ego homo, quis Rom.7.d.
me liberabit de corpore mortis huius? nimi-
rũ cupit radicitus extirpare peccata, eaq; re-
digere in fauillam. diſce tu etiam, ſaltem oc-
caſiones & incentiua vitare. libera me (ait)
ab appetitu carnis, à fomite & propenſione
qua in malum tendit, ab illo deniq; ſtimulo
incitabuloq; vrgente ac me collaphizante. eſt
enim improbus ſtimulus ille, qui ſi à Dei gra
tia non minuatur: infeſtat nimium. non vt au
feras peto. nam & ſi liceat, forte non expedit:
quo in certamine valeam exerceri. ſed vt li-
beres ab importunis illecebris (deprecor) ne
ſuccumbam. id à te peto Deo meo, meæque
ſalutis autore, qui das ſalutem regibus: non à Pſ.143.v.11.
filijs hominum, in quibus non eſt ſalus. tu e- Pſ.145.v.2.
tenim ſolus es, qui factus es mihi in ſalutem. Pſ.117.v.14
non ſaluatur rex per multam virtutem: & gi- Pſ.32.v.16.
gas nõ ſaluabitur in multitudine virtutis ſuç.
nec virtute propria quis poteſt (q̃tumuis for
tis ſit) peccata vincere aut vitare: niſi te ha-
beat adiutorem, qui Deus omnium es & De
us meus. ideoque meus, ꝙ ex meo ſanguine
futurus homo ſis. quem etiam pro homini-
bus fundens, te hominum ſaluatorem, ſerua-
torem ac redemptorem comprobabis. eia er
go Deus, Deus ſalutis meæ, libera me
de ſanguinibus. nam tunc verè liber ero.
ſi tu Deus Dei & hominis filius me de Ioan.8.c.



ſanguinibus, tuo effuſo ſanguine liberaueris,
ab his maximè quibus iram merui: innoxium
ſanguinem effundens. et exultabit lingua mea
iuſtitiã tuam. vel (vt beatus Hieronymus ex
hebreo vertit) laudabit linguã mea iuſtitiam
tuam. laudans enim exultabit: & exultans lau
dabit iuſtitiam, non meam ſed tuam, qua iuſti
ficas impium, & me ipſum iuſtificaſti. qua et
vt ſeruum redimeres, te ipſum morti dediſti,
hæc quidem erga hominem miſericordia &
iuſtitia magna fuit. et huius tuæ iuſtitiæ me-
Pſ.70.v.17. morabor: vt toto cordis tripudio exultãs: lin
gua laudem pariter & affectu. ò mira iuſtitia
Dei, quam mihi etiam in proprio facto præ-
ſignaſti? nam vt mihi parceres meum filium
occidiſti. quo tunc prænoui, demeritam ho-
minis mortem: in tuum atq; meum filium trãſ
ferendam. quamobrem non detraham iuſti-
tiæ tuæ, ꝙ ademeris tuleriſque de medio par
uulum meum: quin laudabo potius exultãs,
ꝙ miſericordia iuſtitiam temperaueris: ac
per hoc præuiſam laudabo iuſtitiam illam,
quam in filium tuum exercuiſti: quæ vtique
hoſbus miſericordia magna fuit, moriens qui
Tit.3.b. dem vnigenitus filius tuus: non ex operibus
iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundùm miſe
ricordiam ſuam ſaluos nos fecit. Sequitur.

16. *Domine labia mea aperies: & os meum*
*annunciabit laudem tuam.*

Obſtructum eſt os, & obturata labia pecca
toris, ad laudem Dei. nam ſolet quædam eſſe
Mat.12.c. oris cum corde connexio: vt ex abundantia
cordis os loquatur, idq; vox ſonet, ꝙ ſuppedi
tauerit conceptio cordis. cum ergo vacuum
ſit Deo cor peccantis, qui nec ſi Deus ſit, vel
tenui labimento deguſtat: hinc eſt, ꝙ vix eum
audies (niſi vt offendat) de Deo loquentem.
at ſi dolore aut metu, aliavè impellente cau-
ſa, ſilentium rumpat, vt nominet Deum vel ip
ſo vocis ſono perpendes, ꝙ labia eius aperue
rit, nõ amor ſed timor, aut quoduis aliud ma
lum vrgens. et iuſto iudicio clauſa ſunt labia
Eccl.15.c. eius: quia non eſt ſpecioſa laus in ore pecca-
toris. dedignatur enim Deus, ab homine ini-
quo laudari: ſicut è diuerſo placita eſt laus ab
exploratæ virtutis viro. cum autem domine
ſolus hominem iuſtificare poſsis, tu ſolus etiã
illius labia (vt rectè loquatur) poteris aperire.
ecce ego aperiam vtcunque labia in lectulo
infirmitatis meæ iacens: quo meum dolorem
tibi aperiam medicanti. at verò tunc in tui
laudes erumpam: quum à morbo liberans, la-
bia mea aperueris Deus, vt os meum te an-
nunciet ſapientem. fateor ingenue, tu Deus,
Sap.10.d. Deus meus ſapiens es, imò ſapientia ipſa quç
aperuit os mutorum, & linguas infantium fe
cit diſertas. tu ergo libera me primum de ſan
guinibus. cumque exultauerit lingua mea iu-
ſtitiam tuam: labia mea aperies, & os meum
annunciabit laudem tuam. ecce tria hæc: os,
labia, lingua: tibi trino & vni, concentu iucun
do, laudem vnam concrepabunt. tu ſiquidem
es, qui habes clauem Dauid, qui aperis & ne- Apo.3.b.
mo claudit, claudis & nemo aperit. aperi
nunc ergo labia mea, & iam audi canticum
hoc laudis, quod tibi dicere diſpoſueram. quo
niam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: Pſ.62.v.4.
labia mea laudabunt te. ſic benedicam te in vi
ta mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.
ſicut adipe & pinguedine repleatur anima
mea: & labijs exultationis laudabit os meum.
ſic memor fui tui ſuper ſtratum meum, in ma
tutinis meditabor in te: quia fuiſti adiutor me
ũs dixi.

*Quoniam ſi voluiſſes, ſacrificium de-* 17.
*diſſem: vtique holocauſtis non delectabe-*
*ris.*

Non ſum adeò inops, tenax, aut auarus:
qui pro in me collato beneficio, ſolo linguæ
miniſterio, tibi facere ſatis velim. ſum etenim
rex dignatione tua, diues opum & peccore
abundans. quippe qui vitulos, hircos & agnos,
libentiſsimè tibi mactarem: ſi hæc fore tibi
placita ſcirem. at hæc legalia ſacrificia, ex ſe
nuſquam tibi grata fuerunt. noui et quàm ſis
huiuſmodi ſacrificijs faſtiditus & holocau-
ſtis: quaſi iam te audiam intonantem: quo mi
hi multitudinem victimarum veſtrarum? ple- Eſa.1.d.
nus ſum. holocauſta arietum, & adipem pin-
guium, & ſanguinem vitulorum & agnorum
& hircorum nolui. cum veniretis ante conſ-
pectum meum: quis qçſiuit hæc de manibus
veſtris? vt ambularetis in atrijs meis? ne affe-
ratis vltra ſacrificium fruſtra. dies me defi-
ciet: ſi teſtimonia huic ſimilia recenſere vel-
lem. Sequitur.

*Sacrificium Deo, ſpiritus contribulatus:* 18.
*cor contritum & humiliatum, Deus non*
*deſpicies.*

Sacrificium acceptabile Deo, ſpiritus con
tribulatus eſt. eſt enim, (de ea quæ verè cu-
iuſque propria ſubſtantia eſt) in Deum colla-
tus honor, iuxta illud ſapientis conſilium di-
centis: honora Deum ex tua ſubſtantia. nihil Pro.3.c.
autem æquè hominis dici poteſt, quam pro-
prius ſpiritus: cui cætera, ſi ei comparentur,
externa alienaque dicuntur. iure etiam ille
mactatur ſpiritus qui deliquit: ob idque Deo
gratius & acceptius eſt ſacrificium, ſem-
perque fuit eritque gratiſsimum. ſic tamen

vt precioſi atque inextimabilis ſacrificij,hoc
eſt vnigeniti filij ſui ſanguine perinde atque
meritis ſit intinctum.quod ſibi euſq; placuit:
ꝙ niſi huic vni innitatur:nullo prorſus oble=
ctetur.ait ergo propheta:ſacrificiũ Deo,ſpiri
ritus contribulatus.ideſt qui verè pœnitens
eſt & contritus:& ſimul de commiſsis omni=
bus articulatè dolens,quaſi infixis tribulis eſt
compunctus:nimirum hoc ſacrificium(tamet
ſi legalia omnia vt pote inutilia refellantur)
nunquam tu domine deſpicies. immutentur
lautiſsimæ menſæ tuæ fercula,nunc hæc nũc
illa ſuccedant:cor cõtritum & humiliatum,
tibi cibarius panis eſt,quo delectaris, nec ti-
bi quicquam poterit eſſe ſatis,niſi còr homi-
nis,mola interni doloris tritum,& confeſsio
ne humiliatum,tibi apponatur,quod vtique
Deus non deſpicies.quamobrem hoc tibi(o=
miſsis alijs)iuge & gratum ſacrificium offer-
re decreui.Sequitur.

9. *Benignè fac domine in bona volũtate tua Sion:vt ædificentur muri Ieruſalem.*

Non noceat(inquit)tuæ ſanctę ciuitati hu
ius mei patrati ſceleris contagium.id quidem
veræ charitatis nexus habet: vt qui pro ſe o-
rat,aliorum etiam ſit memor.iccirco ait:be-
nignè fac,quod eſt dictu:exhibe te ipſum be
nignum eccleſiæ tuę ſanctæ,quæ per Siõ(vel
ex nominis interpretatione )ſignificatur: &
te quaſi è ſpecula contemplatur,atq; inde tuæ
proſpicit plebi.te illi munificum oſtende,tra
ctabilem & benignum,ac ſecum miſericordi
ter agentem,hoc autẽ in bona voluntate tua.
eſt enim locus,vbi tribulationum excuſſorio
lapides illi dedolant:qui ſtructuræ eius, quæ
ſurſum eſt Ieruſalem, ſunt perpetuò coaptan
di.in hac vtique eccleſia inferiore , homines
poliuntur quaſi lapides in lapidicina:vt ex il
lis,ſupernæ Ieruſalẽ muri,qui(angelis peccã-
tibus olim)corruerũt , ꝑ te ſummũ artificẽ
ędificẽt.ſed quæ lapidũ dignitas in Sion,quę
tã magnifico congruat ædificio poterit repe
riri? profectò omnes quantumlibet expoliti
lapides indigni erunt:niſi tu cum hac benig-
nè egeris Sion,magna miſericordia abundãs,
interius mouens per inſtinctum voluntatem,
ipſamque præueniens & adiuuãs ad bene o
perãdum.omnia enim opera noſtra operatus
Eſa.26.c es in nobis,Eſaias ait.et Paulus ad Philipen=
Phi.2.b. ſes:Deus eſt qui operatur in nobis & velle &
perficere,pro bona voluntate.hæc autem vo
Rom.12.a. luntas tua bona eſt, beneplacens & perfecta:
vt ædificentur muri Ieruſalem.nec enim fru-
Eſa.49.d. ſtra per prophetam tuũ illi dixeras olim:ecce
in manibus meis deſcripſi te:muri tui coram
Eſa.54.c. occulis meis ſemper.rurſuſque:ecce ego ſter
nam per ordinem lapides tuos,& fundabo te
in ſapphiris,& ponãm iaſpidem propugnacu
la tua,& portas tuas in lapides ſculptos,& om
nes terminos tuos in lapides deſiderabiles.Se
quitur:

*Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ,oblationes & holocauſta:tunc imponent ſup altare tuum vitulos.*

Tunc(ait)quum muros illos ædificare cœ
peris:acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, ſpiritũ
ſcilicet contribulatum,& cor contritũ in Siõ
atq; humiliatum.q̃nquidem hoc vnum ſacri-
ficium,rationabilẽ & omni iuſtitiæ conſonũ
eſt:vbi non ouis innocẽs,aut quoduis animal
peccati neſcium , immolatur:ſed qui peccatũ
commiſit homo.verum de hoc ſacrificio iu-
ſtitiæ,alij aliter loquuntur.nempe illud ſacri
ficium iuſtitiæ verum fuit:quo agnus imma-
culatus Chriſtus,in ara crucis immolatus eſt.
in cuius virtute,ſacrificia noſtrum omniũ ac-
ceptantur.quum primum igitur illud ſacrifi-
cium iuſtitiæ fuit exhibitum: tum expolitis
lapidibus, illi muri ſuperni ædificari cœpe=
runt:& quoad apertionem regni,noſtrum cœ
pit ſacrificium acceptari.nam in Sion fit ſacri
ficium:& in Ieruſalem(quæ ædificatur vt ci-
uitas)ſacrificium acceptatur.vel ſi manis:ſa-
crificium iuſtitiæ,ſacrificium laudis erit:quo
beati qui habitant in domo tua domine,in ſe Pſ.83.ve.5.
cula ſeculorum laudabunt te.quod ideo iuſti
tiæ nuncupatur:quia tunc non pro iniquitate
commiſſa fiet,quæ omnino abolita erit : ſed
quia iuſtiſsimum erit,vt creatura ſuũ laudet
ſine intermiſsione creatorẽ.idq; tunc ſumme
Deus tibi gratum erit & acceptum ſacrificiũ,
& oblationes quas interim tibi offerent aĩæ
ſanctorũ : donec reaſſumptis corporibus,ele
cti ſeſe totos tibi anima & corpore ſimul,de
dant in holocauſtum.nam holocauſtum , pe-
nes hoc ab oblatione & ſacrificio diſtat:ꝙ to
tum incenditur,nulla prorſus offerenti vel al
teri reſeruata parte.tunc etiam imponent ſu-
per altare tuum,ideſt in cõſpectu tuo, vel ſu
per Chrũm dominum,qui altare noſtrum eſt,
hoſtia & ſacerdos,altare(inq̃)de virgine illa
& ſuper benedicta terra,iuxta legis præcep-
tum, ſpiritu ſancto autore cõſtructũ,impo= Exo.20.d.
nent vitulos labiorum: de quibus ꝓpheta O-
ſeas loquit̃ dicens:oẽm aufer iniquitatẽ & ac Oſeæ.14.a.
cipe bonũ:& reddemꝰ vitulos labio rũ.nr̃orũ
ſane tũc ſancti,omni iniquitate ſemota, reie-
ctoq; legis atq; huius ſeculi iugo:vt vituli ple
na libertate gaudebunt,& ſe ipſos vt vitulos
ſuper altare tuum imponent,te inceſſanter in
Chr̃o & per Chriſtum laudantes : qui tecum
viuit & regnat Deus in ſeculorum ſecula. A
men.

Miſerere



EPILOGVS PSALM. 50.

*Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam &c. Et hæc inuocationis uerba.*
*iam audi ſacrificium peccatoris,ſe ipſum & quam commiſit offenſam cognoſcentis, dum ait:*
*quoniam iniquitatem meam ego cognoſco,qui tibi ſoli peccaui.ecce enim in iniquitatibus cõcep*
*tus ſum:ab iniquis parentibus,iniquus ipſe originem ducens.cognoſco etiam cuius ſis ingenij.ecce enim*
*ueritatem dilexiſti.noui miſericordiam tuam,nec te ipſum miſericors negare poteris unquam. aſper-*
*ges me domine hyſſopo & mũdabor.auditui meo dabis gaudium & lætitiam,& exultabunt oſſa humi*
*liata,quum meæ(ut ſpero)annueris petitioni,tibi quidem proprium eſt miſereri ſemper & parcere.*
*et is miſerendi modus,quo te inuocanti ſuccurrere ſoles:quippe qui condonas errata,poſt tergum (qua*
*ſi non uideas)proijciens ipſa:& confers gratiam iuſtificantem,qua olim exoſum,iam tibi efficias gra=*
*tum.Auerte ergo faciem tuam à peccatis meis:& omnes iniquitates meas dele.cor mundum crea in me*
*Deus,& ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis.et ſic innoua,q; nec deturpari,nec à te uſquam me*
*ſeparari permittas,quin uultui tuo potius(uti acceptus)ſemper aſsiſtam:nihil enim grauius quam uiſio*
*ne Dei priuari.ne proijcias me ergo à facie tua,& ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. redde mi*
*hi lætitiam ſalutaris tui:& ſpiritu principali confirma me.nec enim id beneficij conferes in ingratum,*
*ſed accepti memor,docebo iniquos uias tuas,iterq; illud quo oſtendis ſalutare Dei: et impij ad te conuer=*
*tentur,quum me uideant impium & iniquum ad te conuerſum,atq; uias tuas(ductrice gratia)gradien*
*tem.iam nunc laudis & labiorum ſacrificium offerre libet.tu prius libera me de ſanguinibus Deus De*
*us ſalutis meæ:& exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.ac dein domine labia mea aperies : & os meum*
*annunciabit laudem tuam.tuum quidem eſt,os meum in hoc munus aperire.quoniam ſi uoluiſſes ſacrifi*
*cium aliud legale,dediſſem utique.at holocauſtis non delectaberis,quanto minus ſacrificijs legalibus,iam*
*(te ueniente & abrogante)deſpectis atque reiectis?ſacrificium Deo,ſpiritus contribulatus,cor contri*
*tum & humiliatum Deus non diſpicies.benignè fac ergo in bona uoluntate tua Sion. nam meritorum*
Rom.12.c. *radix:benignitas ac liberalitas tua eſt,ipſaq; uoluntas beneplacens & perfecta. eccleſiam tuam De=*
*us,etiam propitius reſpice,& benigno fauore proſequere:ut ædificentur muri Ieruſalem.illius ſcilicet*
Galat.4.d *quæ ſurſum eſt:quæ & libera eſt,& eſt mater noſtra. de cuius filijs unum(ſpe fixa)me futurum ſpe-*
*ro.tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ,oblationes & holocauſta.uaria quidem hæc:ſed ſpiritualia,iux=*
*ta diuerſorum ſtatuum qualitatem & meritorum.tunc etiam imponent ſuper altare tuum(qui Chri=*
*ſtus eſt)uitulos rationales,ſcriptum eſt enim:altare de terra facietis mihi,& offeretis ſuper eo holocau*
Exo.20.d. *ſta & pacifica ueſtra,oues ueſtras & boues:in omni loco,in quo memoria fuerit nominis mei.quæ om*
*nia innitentur uitulo libani unicè dilecto,atque in ara crucis oblato in ſacrificium iuſtitiæ,oblationem*
Pſ.28.ve.6 Pſ.68.ve.39 *q; Deo placentem & holocauſtum:ut te inuocantes,ac per hoc te laudantes & glorificantes , perinde*
*ac de uictoria & fœlici curſu gaudentes,tibiq; gratias agentes,æterna gloria corones:qui uiuis & reg*
*nas Deus per infinita ſeculorum ſecula Amen.*

# Finis primæ quinquagenæ.

*QVid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?*

Titulus eſt: in finẽ intellectus,
Dauid, quum venit ad eum Doech Idumeus,
& nunciauit Sauli, venit Dauid in domum A-
bimelech: huius rei hiſtoria, in libro reg. 1. deſ-
1.Reg.22.b cripta eſt, nec eſt ꝙ nos mouere debeat: ꝙ i-
bi nõ Abimelech, ſed Achimelech vocetur. fa-
cilis enim literæ aut ſyllabæ potuit fieri va-
riatio: propter harum vocum ſimilitudinem.
lege hiſtoriam, nam huius rei gratia Dauid ꝓ
motus: pſalmum compoſuit, quaſi inuectiuã
piam in Saulem impium crudeliſsimumque
homicidam, atque in Doech Idumeum præ-
fectum mulorum iniquum & ſacrilegum de-
latorem, cæterosque his ſimiles: vt confundã
tur qui huiuſmodi ſunt & reuereantur. ait er
go: quid gloriaris in iniquitate: tu qui potens
es in malitia? quid te iactas ꝙ potẽs ſis, vt ma
lum opereris? non ideo tibi ipſi quaſi homini
potenti cõgratuleris: ꝙ poſsis fratrem tuum
perdere, ꝙque poſsis iniquè agere. hoc ſiqui
dem non eſt poſſe, nec potentiæ effectus: ſed
defectus. ſi gloriari non licet ſapienti in ſapiẽ
Hier.9.f tia, forti in fortitudine, nec in diuitijs diuiti:
quanto minus in malitia gloriari licebit? ſcri
1.Cor.1.d. ptum eſt enim: qui gloriatur, in dño glorieť.
non igitur glorieris in ea quam perpetraue-
ris iniquitate: qui ad malũ potens es. horret
2.Cor.10.c quippe dñs gloriationem eorũ, qui lætantur
Pro.2.c. quum malefecerint, & exultant in rebus peſ-
ſimis. ij porro gloriantur quaſi de triumpho
victi, & de præda captiui. Sequitur.

2. *Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolum.*

Cor tuum iugiter cogitationes ad iniuſti
tiam linguæ tuæ ſubminiſtrabat, quæ ideo in
iuſtæ dicuntur: ꝙ ad iniuſtitiam tendant, &
voluntate deliberante iniuſtititiam cõflent.
fabricaſti interius, quod lingua depromeres,
in alterius pernitiem. et ita leui animo fabri
caſti: vt quaſi inconſultè & præcipitanter, dũ
loqueris, fabricaſſe videaris, & lingua leuiore
Eccl. 21. c. cogitaſſe. in ore fatuorum (inquit ſapiens)
cor illorum: & in corde ſapientium os illorũ.
tota ergo die iniuſta cogitatione acuiſti lin-
guam: quo eam celerrimè abrraſioni efficias
aptiorem. nam ea: ſicut nouacula acuta feci-
ſti dolum. ad aliud quidem munus fuit condi
ta, & ori tuo inſerta: vt ſcilicet Deum lauda-
res, verum diceres, fratri conſuleres, delinires
iratum, placares furioſum, vultum denique ꝓ
ximi tui componeres. tu autem ſicut nouacu
la acuta, feciſti dolum. quippequi Deum in
honoraſti, mendacium confinxiſti, dicens, ꝙ
Abimelech pro me conſuluiſſet dominum,
damnaſti inſontem, concitaſti furentem, auxi
ſti rabiem, ac demum fratris tui vultum de-
turpaſti. commodius enim erat ꝙ pilos abra
deres: non carnem finderes, funderes & inno
xium ſanguinem. certè feciſti dolum, vulnera
ſti, fœdaſti, deformaſti, dehoneſtaſti, doloſè
egiſti. ꝙ ſi ſacerdos Abimelech quicquam ma
li egiſſet: tu illud aut reticere, aut cõmi[illegible]ere,
& quaſi pio aſtu, factum infectũ reddere de
buiſſes: vt vel ſic furibundum emolires regẽ.
at ſicut raſorium acutum feciſti dolum. vi-
tam, honorem, omnemque raſiſti ſubſtantiã:
nihil omnino pilorum relinquens. hæc enim
omnia pili ſunt, ſi ad animi bona conferas. ſed
ecce nolens decoraſti, quem decorticare vo-
luiſti: et candidior comptiorque effectus eſt
apud Deum Abimelech innocens, totaq; eius
progenies, quam abſorbere procuraſti. quip-
pequi formoſum ornatumq; feciſti: quem lin
gua tua acuta conatus es deturpare. non ne
dolum tibi feciſti, cum doloſa intentione fru
ſtraris? innouaſti profectò apud Deum: quem
de terra delere feciſti. Sequitur.

*Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem: iniquitatem, magis quam loqui æquitatẽ.* 3.

Deus ab initio (ait ſapiens) cõſtituit hoĩem Eccl.15.d.
& reliquit illum in manu conſilij ſui, paucis
que interiectis adiungit: appoſuit tibi aquam
& ignem: ad quod volueris porrige manum
tuam. ante hominem vita & mors, bonum &
malum, elige nunc ergo, caue tñ ne frauderis,
aut ſpecie recti decipiaris. profectò elegiſti
malum: tibi forte apparens bonum. malitia &
bonitas, æquitas & iniquitas, ſub oculos tuos
erant. quare ergo (rogo) reiecta bonitate, ma
litiam amplexatus es? quare iniquitatẽ æqui-
tati eatenus prætuliſti: vt tunc magis delecte
ris, quum iniquè loquaris? quid in malitia di-
lectione dignum reperiſti? vel nomen ipſum
fugere debuiſſes. an non malitia, diligentem
ſe, conſtituit malum, & iniquitas facit iniquũ?
tu verò peruerſione magna peruerſus, dile-
xiſti malitiam ſuper benignitatem. et infecto
tuo palato, amarulentia iniquitatis, magis pla
cuit quam æquitatis dulcedo.

*Dilexiſti omnia verba præcipitationis: lin-
gua doloſa.* 4.

Sit lingua caſus vocantis, ſiue effectiuus,
aut ablatiuus adiecta præpoſitione, in, vel trã
ſitiuus vt Hieronimus & Auguſtinus legunt:
ferè iſdem eſt ſenſus. dilexiſti (ait) omnia ver
ba præcipitationis, quibus præcipitare & ſub
uertere poſſes hominem, tu lingua doloſa, in





conſiderata, atque præceps, quæ Deum te
videntem non conſideraſti. dilexiſti verba
quibus te & regem præcipitaſti, totamque
domum ſacerdotis euertiſti. tu etiam rex,
cui vel id maximè præſtandum erat, ne quid
inconſultè & præcipitanter ageres, quique
omnia tecum habitans, recto primum exa-
mine diſcutere debuiſſes: audito verbo, in
lingua doloſa teipſum dediſti præcipitem,
dum furore arreptus, re ipſa indiſcuſſa, im-
maniſsimum ac ſacrilegum facinus perpe-
traſti.

5. *Propterea Deus deſtruet te in finem, euellet te & emigrabit te de tabernaculo tuo: & radicem tuam de terra viuentium.*

Non erit ſcelus tuum impunitum, nem-
Deut.25.a. pe is Deum tangit honos, vt pro menſura
peccati, ſit & plagarum modus. nam pro-
terea Deus deſtruet te funditus, radicitusq;
de terra viuentium euellet, ne iterum ger-
minet, pullulet, & inſurgat quis de poſteri-
tate tua iniquus, iniquitatis amans, ſemen
nequam, filius ſceleratus. faciet itaque te
ſic emigrare de tabernaculo tuo tuãque pro
geniem, ſubſtantiam atque ſuppellectilem
omnem diripiet & ſubuertet: vt quaſi nuſ-
quam vixeris, pereat memoria tua cum
ſonitu. Et qui duplici honore dignus fue-
ras, ſi benignus extiteras: eò quòd mali-
tiam ſuper benignitatem, & verba præci-
pitationis dilexeris: ignominia duplici
confunderis, & duplici contritione te
conteret Deus. eritque tibi nouacula acu-
ta, non doloſè, ſed iuſtè puniens, quum
te fecerit emigrare de tabernaculo, & de
ſolio deiecerit tuo, abraſeritquè de terra
viuentium, & ad perpetuam deſtinauerit dã-
nationem.

6. *Videbunt iuſti & timebunt, & ſuper eum ridebunt, & dicent: ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum.*

Videbunt vtique in hoc ſeculo, & time-
1.Cor.10.c bunt ne fortè & ipſi cadant, qui ſe exiſti-
mant ſtare. ſunt enim adhuc in ſtadio cur-
Phil.2..b rentes, & cum metu & tremore propriam
ſalutem operantur. ſed cum brauium adep
ti fuerint: tunc diuinę voluntati confor-
mes, ridebunt ſuper eum, & dicent: ecce
vanitati innixus homo, qui ſibi ipſi fi-
dens, & ſuopte ingenio vitam ſuam egit,
nec Deum in adiutorem interpellauit vn- Pſ.61.ve.5.
quam: ſed parieti inclinato & maceriæ de-
pulſſæ adhæſit. Sequitur.

*Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum: & præualuit in vanitate ſua.* 7.

Atqui præualuit vt vapor, vt fumus,
vt ventus, ſed ecce euanuit: quia
in vanitate ſua præualuit. ſperauit enim in
multitudine diuitiarum ſuarum. at diuitiæ
falſę, & ſpes ipſa falſa: ideo falſæ præua-
luit, nam ecce corruit. quid (rogo) profuit
ſuperbia aut diuitiarum iactantia quid con-
tulit? tranſierunt omnia illa (ait ſapiens) tan Sap.5.b
quàm vmbra, & tanquàm nuntius præcur-
rens, & tanquàm nauis quæ pertranſit flu-
ctuantem aquam, cuius cum præterierit,
non eſt veſtigium inuenire. Sequitur.

*Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei, ſperaui in miſericordia Dei, in æternum & in ſeculum ſeculi.* 8.

Meritò oliuæ fructiferę comparatur iu-
ſtus, qui ſiue æſtate ſiue hieme, ſiue in proſ-
peris ſiue in aduerſis: ſemper in ſpei vi-
riditate manet, & in charitate radicatus:
intra eccleſiam Dei, fructus bonorum ope-
rum germinat, oleo miſericordiæ abundat,
quo dolores mitigat & lenit, ac lumini fomẽ
tum præſtat. Sequitur.

*Confitebor tibi quia feciſti, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum eſt, in conſpectu ſanctorum tuorum.* 9.

Tu quidem feciſti bonum quod in me
eſt, & gratia tua ſum id quod ſum. ideo ſem
per tua laus erit in ore meo. tibi omnia tri-
buam, qui bonorum omnium autor es, &
confitebor tibi quia feciſti, nempe ego olea
ſter eram, tu me inſeruiſti in bonam oliuam, Rom.11.c
non eſt quòd de me gloriari poſsim. tu fe-
ciſti quòd oliua eſſem, viridis, fructifera, &
in domo tua proficu[illegible], tibi igitur cõfitebor,
& à te ſalutem expectabo, nec aliunde mihi
prouenturam ſpero. quandoquidem tu ſal-
uator es (iuxta nominis tui vocem) id nan-
que bonum eſt ex ſe in conſpectu ſanctorum
tuorum, qui nunquam (te expectantes) fru-
ſtrati ſunt: ſic enim tibi ſemper fuit placitũ,
qui viuis & regnas Deus in ſecula ſeculo-
rum Amen.

## EPILOGVS. Pſal. 51.

*QVid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate? fatuum quippe eſt (ne dicam iniquum) de ignominia & re turpi gloriari. tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolum, & gloriaris? quippe qui debueras excuſare fratrem, accuſaſti: comere, & deturpaſti. dilexiſti malitiam ſuper benignitatem: iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem. Certè occæcatus iudicio falſo, mendaci atque doloſa ſtathera deceptus: dilexiſti omnia uerba præcipitationis, lingua doloſa. imperitè & inconſultè egiſti, nimio furore correptus. propterea Deus deſtruet te in finem, euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra uiuentium: time dum hæc audis procax, impudens, & inique: atque uultum tuum rubore ſuffunde, qui Deum & homines non uereris. attende quid ſpiritus propheticus de inſoleſcente dicat. uidebunt (inquit) iuſti & timebunt, & ſuper eum ridebunt & dicent: ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, ſed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum, & præualuit in uanitate ſua. hæc utique ſpes fallax, eluſit animum tuum. Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei, ſemper uirens & proficua: ſperaui in miſericordia Dei in æternum & in ſeculum ſeculi.* [1. Cor. 15. b] *Nec enim mihi tribuo, quòd is ſum: ſed tibi Deus, cuius gratia ſum id quod ſum. quamobrem confitebor tibi quia feciſti, & expectabo nomen tuum: quoniam bonum eſt hoc ex operis ſpecie, in conſpectu ſanctorum tuorum, non quidem aliorum impiorum perinde ac inſipientium, qui adeò gloriantur in malitia: ac ſi Deum non eſſe credant.*

## PSALM. 52.

*DIxit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus.*

Hic pſal. ferè idem eſt cum. 13. paucis exceptis. Cuius titulus eſt: in finem intellectus Dauid, pro Amalech. vbi putant aliqui legendum eſſe Mahalath pro Amalech, vt habetur in hebreo, quod inſtrumenti muſici genus eſt. ſit vt volent, non multum intereſt. vtrunque enim conſonat: vel quòd conditus ſit pſalmus, vt inſtrumento Mahalath cantetur: vel quòd ſit eruditio ſeu intellectus contra impios, qui eccleſiam Dei prauis dogmatibus & ſiniſtris moribus deuaſtare nituntur, quos Amalechitas vocat, eò quòd illos vel in hoc imitentur: quòd populum Dei vt gens illa infeſtare contendant. ait ergo: dixit inſipiens. quia cogitare hominis, Deo dicere eſt, cui ſemper patent aures, vt etiam cogitatus, & ſi quid eſt ſecretius audiat. Deſiderium pauperum exau- [Pſ.9. ve.41] diuit dominus (ait iſdem pſaltes) præparationem cordis eorum audiuit auris tua. [Pſ 37. v. 9] Et iterum: Domine ante te omne deſiderium meum. porro qui vt inſipiens operatus eſt: vt inſipiens etiam dixiſſe videtur, non eſt Deus. atqui tam inſolens eſt inſipientis hominis operatio: vt inſolentiſſimam videatur huiuſmodi in corde habuiſſe præmiſſam, non eſt Deus. ſi enim Deum propoſuiſſet ante conſpectum ſuum: non eſſet in operando adeò ſtudioſè corruptus: vt Deum non credat omnia proſpicientem, ipſumque iudicem & vltorem. Nempe Deum non credit: qui iuſtum non arbitratur. vel ſic ſaltem credidiſſe conuincitur: qui nullo vnquam timore frenatur aut cohibetur. qualis Anthichriſtus erit, & plures fuiſſe legimus, de quibus. ſequitur.

2. *Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus: non eſt qui faciat bonum.*

Omne peccatum, corruptio boni eſt. qui ergo omni peccatorum genere ſunt infecti: vndequaq; corrupti ſunt, & abominabiles effecti. huiuſmodi ſunt, mente & corpore corrupti, infideles ſimul & peccatores, qui nec credũt nec cõtremiſcunt. De quibus iſdẽ [Pſ.72.v.27] propheta ait: quia ecce qui elongant ſe à te peribunt: perdidiſti omnes qui fornicantur abs te. Elongant ſe quidem per peccatum ac diſtortam voluntatem: & fornicantur deuiantes à fide, per deprauati intellectus errorem. nam & ſi omnes peccatores ſint corrupti: ij tamen abominabiles facti ſunt in iniquitatibus, qui extincto fidei lumine excæcantur, & per deuia quęque ambulantes, corrumpunt viam ſuam. fœtent enim vt mortui, de quibus nõ hẽtur ſpes vlla [Mat. 5. b] viuendi. nempe infatuato ſale, ad nihilũ valẽt vltra: niſi vt mittantur foras in ſterquilinium inferni, & conculcentur à demonijs. Caue igitur ò homo ne tuum euaneſcat ſal: & ex peccatore, abominabilis fias. fidem tene, quæ Dei timorem in te nutriet fouebitque. is etenim faciet, ne ex toto ſis putris: quin die vna aut altera reuiuiſcas potius, & ad Deum conuertaris. Sequitur.

3. *Dominus de cælo proſpexit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.*

De excelſo habitaculo ſuo proſpexit dominus, miſericordiam ſuam offerens filijs Adam, qui eam reſpuerunt. nec viſcoſos homines terræ adhærentes, proſpicere dedignatur à ſummo cælo, vt couincat deſides ac ſocordes, perinde atque ingratos: intelligantque, quàm ſine intellectu ſint & affectu, qui cum quotidie Deum ergà ſe beneficum experiantur: Deum non intelligunt per fidem, nec bono opere requirunt.

4. *Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, nõ eſt vſque ad vnum.*

Prolapſi ſunt omnes, & declinauerunt à via rectitudinis & iuſtitiæ. declinauerunt [Pſ.124.v.5] (inquam) in obligationes, aducti cum operantibus iniquitatem, & (quaſi tricis præpediti) inutiles facti ſunt, bono operi exequendo atque rationali, iraſcibili & concupiſcibili potentia læſa adnihilum apti, niſi ad interitum. non eſt qui faciat perfectè bonum, nec vnus quidem, quandoquidem [Pſ.16.v.12] oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. ideoque inutiles facti ſunt, nec eſt qui ex ſe bonum facere queat, cæleſtis præmij meritorium, vſque ad vnum Chriſtum, qui de cælo cæleſtis ad nos venit: vt nos vtiles ad bonum faceret & cæleſtes. is vti- [Act.1.a.] que vnus eſt, vnicuſque Dei & hominis filius, qui cœpit inter homines bonum facere & docere: quo filios hominum ad bo- [Eſa. 48. d.] num inſtrueret. de quo Eſaias ait: hæc dicit dominus Deus redemptor tuus ſanctus Iſrael: ego dominus Deus tuus, docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas. iam igitur niſi ex culpa tua, non inutilis [Tit.3] eris ò homo. fidelis ſermo (ait apoſtolus



diſcipulo ſuo Tito) & de his volo te confirmare. volo (inquam) confirmes in hoc fideles quoſque, vt curent bonis operibus præeſſe, qui credunt Deo. hæc ſunt bona & vtilia hominibus. Sequitur.

*Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam, vt cibum panis?* 5

Dei verba ſunt, de his quos (vt eccleſiæ ſuæ præeſſent) paſtores & doctores poſuit ac primores, conquerentis: nonne ſcient (ait) ij ad quos huiuſmodi onus officij ſpectat, quàm inutiles facti ſint eorum ſubditi? quantumvè à via recta aberrauerint? quòdque nec ſit vnus qui faciat bonum, vt verbo & exemplo eos ad bonum trahant? nonne ſcient, quòd ipſi ſint qui operantur iniquitatem ſubditorum, quique deuorant plebem meam vt cibum panis: cum conuertere poſſint peccatores ab errore, nec tamen fecerint? ideoque de eorundem manibus [Ezech. 3. e.] ſanguinem declinantium exquiram. vel aliter. Nonne ſcient omnes, qui male agunt, quòd ego dominus omnia de cælo proſpiciam? ſcient profectò: quum vel ignis charitatis, iniquum eorum conſumpſerit affectum: vel ignis æternæ damnationis, deuorauerit eos, qui deuorant plebem meam vt cibum panis. Nam ita huic deuorationi aſſueti ſunt: vt æſtiment ſe quotidianum mã ducare panem. Sequitur.

*Deum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore: vbi non fuit timor.* 6

Hæc totius perpetrati mali cauſa. non enim propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum: ſed ſe, non creatorem, ſed creaturam: & hinc tota in iudicando peruerſio. concupierunt reſpuenda, timuerunt non timenda. Cur (quæro) deglutis hominem, dic homo? fortè quòd illum timeas, an quòd illius ſubſtantia ditari cupias, vt egeſtatem fugias? male quidem timorem tuum collocaſti. trepidaſti timore, vbi non erat vera timoris cauſa. ſi Deum perdere, aut gratiam ſuam & gloriam (quæ verè diuitiæ ſunt) amittere timuiſſes: id fortè iure feciſſes, eſt enim ibi iuſta timoris occaſio. At verò vbi falſam timuiſti

incidere paupertatem, in veram incidiſti. perdidiſti Deum, ne perderes nũmum. hinc ſume argumentum ad reliqua, vt noueris recte timere: ne timore paueas, vbi non eſt timoris occaſio vera. Sequitur.

7. *Quoniam Deus diſsipauit oſſa eorum, qui hominibus placent: confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos.*

Malum agis: fortè vt tibi aut alteri complaceas, vel ne diſpliceas: vtrunque damnabile eſt. audi apoſtolum dicentem: an quæro hominibus placere? ſi enim adhuc
Gal. 1. b. hominibus placerem: Chriſti ſeruus non eſſem. Non igitur ſpreto Deo, hominibus placere ſatagas: quoniam Deus diſsipauit oſſa eorum qui hominibus placent. per oſſa autem vires animæ aut virtutes intellige, quæ tunc permiſsione diuina diſsipantur: quum ad capitis ſui miniſterium non tendunt. Nempe tunc hebetatur intellectus, ne intelligat: voluntas, ne recte velit: memoria, ne beneficiorum recordetur. & dum præpoſterè agunt omnia: confringuntur virtutes & euaneſcunt, & ſic confuſus fit deſpicabilis homo, ſpernit quippe Deus ſpernentes ſe. Sequitur.

*Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cũ auerterit dominus captiuitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael.* 8.

Quòd ſi tanta eſt hominum humanarumque rerum peruerſio, ac morum corruptio, vt non ſit qui faciat bonum nec vnus quidem: vnde (rogo) prouenire poterit ſalus? erit ne quis ex Sion, qui præſtiterit ſalutare Iſraeli? erit profectò, quum illud mirabile & propheticum enigma ad impletum fuerit, quum ad Sion dicet homo: homo natus eſt in ea, & ipſe fundauit eam altiſsimus. quod vtique iam verè ſic actũ eſſe dici poterit. Natus eſt quidem ſaluator dominus, atque progreſſa eſt virga virtutis ſuæ ex Sion, & plebs electa redempta eſt. venietque ſecundo vt iudicet, & tunc pleno gaudio exultabit Iacob, illi ſcilicet qui diabolum ſupplantauerunt: & lætabitur Iſrael, id eſt videntes Deum, in illa (quam expectamus) interminabili gloria, p te Ieſu bone, qui cum patre & Spiritu ſancto, per infinita ſecula regnas Amen. Pſ. 86. ve. 5.

EPILOGVS PSALM. LII.

*DIxit inſipiens in corde ſuo: non eſt Deus. ſed nunquid adeò inſipiens eſt ut hoc dixerit, quaſi ita habeat perſuaſum? non arbitror, quenquam rationis compotem ita deſipere: cum Deum eſſe, naturali lumine attingere poſsit. ſed ita homines effrenes (corruptis iã moribus, ac Dei timore poſthabito neglectoquè) ad uitia tendunt: quòd in corde, hoc dicere uideantur & profiteri. Corrupti ſunt enim, & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus: non eſt qui faciat bonum. Nec mihi aſſerenti perinde ac ſcrutanti adhibeas fidem uelim: eſt proſpiciens è cælo Deus qui falli & fallere neſcit. Iſquè de cælo proſpexit ſuper filios hominum: ut uideat, ſi eſt intelligens aut requirens*
Heb. 4. d *Deum. nec in ſcrutinio deficit: cui omnia nuda ſunt & aperta. reperit autem quòd omnes declinauerunt. ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. An non hæc gemere licet? non de his qui uerbo & doctrina præeſſe deberent: conqueri & lamentari, uel obiter mihi dabitur, ait dominus? nonne ſcient omnes qui oparantur iniquitatem: qui deuorant plebem meam*
Phil. 2. c *ut cibum panis? omnes enim quæ ſua ſunt quærunt: non quæ Ieſu Chriſti. Cur ſubditos non docent, quin eos potius per abrupta uitiorum ruere, atque in præceps adire permittunt? cur non ui-*
Eſa. 56. d. *gilant ſuper gregem: canes muti non ualentes latrare, uidentes uana, & amantes ſomnia, deſides ipſi, uel fortè timore nocturno correpti? nempe non me Deum ſuum: ſed homines potius, quibus diſplicere uerentur, ob oculos habent. Deum non inuocauernnt, ſed ſpræuerunt. Illic trepidauerunt timore: ubi non fuit timoris cauſa. nam permittente Deo, timidiculi quaſi effœminato animo, & ipſius uiribus uirtutibusquè confractis: debiles ac per hoc deſpicabiles effecti ſunt. quoniam Deus diſsipauit oſſa eorum qui hominibus placent: confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos. quis huic (obſecro) mederi poterit corruptioni, ubi omne caput lan-*
Eſa. 1. a. *guidum, & omne cor mœrens: à planta pedis uſque ad uerticem non eſt ſanitas &c?*



*quis dabit ex Sion, ſalutare Iſrael? Erit ne homo, qui tantæ perditioni proſpiciat unquam? Erit ſane: quum auerterit dominus captiuitatem plebis ſuæ, factus homo. tunc quidem exultabit Iacob, chriſtianus ſcilicet populus in colluctatione uictor: & lætabitur Iſrael uidens Deum, atque perpetua fruitione gaudens. te igitur inuocabo domine, qui totius ſalutis es autor, ait diuinus uates.*

PSALM. 53.

*DEus in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua iudica me.*

Huic pſal. talis eſt titulus: in finem in carminibus vel hymnis, intellectus Dauid: cum veniſſent Ziphei ad Saul, & nunciaſſent Sauli, nonne Dauid abſconditus eſt apud nos? Cuius rei hiſtoria. 1. reg. 23. capite deſcrip-
1. Reg. 23. d ta eſt. Saul rex perſequebatur Dauid. qui fugiens, abſcondit ſe in monte Ziph, qui erat in tribu Iuda, à quo habitatores dicebantur Ziphei. qui vt Saulis gratiam acquirerent: ipſi nunciauerunt, quòd Dauid apud eos latitaret. Iuit igitur rex Saul, & viri eius, & in modum coronæ cingebant Dauid & viros eius, vt caperent eos. & nuntius venit ad Saul dicens: feſtina, & veni, quoniam infuderunt ſe Philiſtin ſuper terram. Reuerſus eſt ergo Saul, deſiſtens perſequi Dauid. quod cum ex Dei diſpoſitione ſic actum eſſe conſpiceret Dauid ſanctus: ipſe poſtmodum pſalmum huius rei gratia compoſuit, in quo tanquam in anguſtia poſitus, orationem fundit, & pro liberatione gratias agit. ait igitur: Deus in nomine tuo ſaluum me fac. vbi (ſecundùm ſenſum propheticum) nomine bonorum omnium, de manu demonum qui iuſtis aduerſantur, liberari petit. Deus (inquit) cui nomen ſalutiferun eſt, ad quem etiam vel ex ipſo nomine expectat homines ſaluos facere: ſaluum me fac in nomine tuo. Nec
Act. 4. b. enim aliud nomen eſt ſub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. In ipſo igitur & per ipſum ſaluum me fac. Nomen quidem tibi proprium eſt & admirabile, qui ſaluator diceris. ideoque Ieſus vocaberis, quum adueneris in carne, ſalutem operaturus in medio terræ. In hoc ergo nomine ſaluum me fac, & in virtute tua iudica me. Nam ſic legendum eſt, quanuis alij codices habeant, libera me. in virtute (inquam) et fortitudine maieſtatis ac potentiæ tuæ diuinæ, diſcerne me à malis, qui me prodiderunt & circumeunt vndique, cauſamque meam age.

*Deus, exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.* 2.

Ecce orationem meam ad te deſtino, vt legatione fungatur. Illam exaudire digneris precor. auditum gratum præbe, & percipe verba oris, ex intimo cordis affectu progreſſa. huic quidem oratrici aures admoue, cui tecum duntaxat eſt negotium. via recta graditur, nec vllibi quieſcet: donec ad te vnicum refugium meum perueniat, & tribulationem meam depromat.

*Quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum me & fortes quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.* 3.

Alieni demones ſunt, alieni infideles, alieni etiam & iudei, omneſque illi qui vero relicto patre Deo, ſanctaque eccleſia vera matre: in alienam clientelam abierunt. de quibus ſcriptum eſt: alienati ſunt pec- Pſ. 57. v. 13
catores à vulua, errauerunt ab vtero, loquuti ſunt falſa. ij ergo filij alieni inſurrexerunt aduerſum me vnum ex membris, & membrum de corpore: qui & inſurrexe- 1. Cor. 12. e.
runt aduerſum te caput meum. & fortes quæſierunt animam meam vt perderent, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum. nimirum vt filij alieni à te, & à ſe alienati: non propoſuerunt (quum me perſequerentur) quòd ab eodem eſſemus patre plaſmati & procreati. non te denique Deum verum propoſuerunt ante conſpectum ſuum, quem timerent: ſed tanquam alieni ex arbitrio & ſententia inſurrexerunt, malitia occæcante intellectum illorum. inſurrexerunt (inquam) aduerſum me: & in me perſequuti ſunt te. & fortes quæſierunt animam meam: ideo virtute ac potentia tua opus eſt, qua & me ſecernas, & illos confundas. non quidem propoſuerunt quòd adiutor & ſuſceptor meus ſis, & Pſ. 118. octo
in verbum tuum ſuperſperaui. 15. ve. 2.

4. *Ecce enim Deus adiuuat me: & domi-
nus ſuſceptor eſt animæ meæ.*

Audaces ſunt, procaces & impudentiſsi-
mi, qui perſequi adnituntur: quem tu ſub
alas protegendũ ſuſcepiſti. Neſcierunt, neq;
intellexerunt, quòd Deus meus ſis, ꝓq; quũ
venerit plenitudo temporis: filius futurus ſis
meus ſecundùm carnem. nec perſequi ve-
rentur patrem: qui talem ac tantum habitu-
rus ſit filium. ſed quid illis proderit? profe-
ctò caſſo labore conſumentur perſequentes.
non enim eſt conſilium contra dominum.
ecce enim Deus adiuuat me, & dominus ſuſ-
ceptor eſt animæ meæ. ꝙ ſi dominus prote-
ctor eſt vitæ meæ: à quo trepidabo? Sequi-
tur.

*Auerte mala inimicis meis: & in ve-*
5. *ritate tua diſperde illos.*

Vt etiam alibi conqueſtus ſum: Deus ini-
qui inſurrexerunt ſuper me: & ſinagoga po
Pſ.85.v.13. tentium quæſierunt animam meam, & non
propoſuerunt te in conſpectu ſuo: ſed tu do-
mine adiuuiſti me, & conſolatus eſt me.
nunc querulæ voci addo: auerte mala à
me, & redde retributionem ſuperbis.
incidant ipſi in laqueum quem ſtatue-
runt mihi. auerte à me, & in eos conuer-
te mala. nec id hominis eſt optantis aut
imprecantis mala; ſed iudicium tuum pro-
ferentis. vel ſi mauis, ſit ſenſus, vt verba ſint
pro inimicis deprecantis. auerte (inquit) ma
la ab inimicis meis, & tribue illis mentem
ſaniorem, & diſperde illos, diſsipans in eis
deprauatum animum, vt reſipiſcant, & à va-
nitate ad veritatem conuertantur. Sequi-
6. tur.

*Voluntarie ſacrificabo tibi, & confite-
bor nomini tuo domine: quoniam bo-
num eſt.*

Si id feceris (ait) non agnos, boues, aut hir
cos: ſed (quod tu à me poſtulas) tibi offeram
ſacrificiũ laudis. oratio quidem eſt quoddã
Pſ.49.v.15. ſacrificium cordis, iuxta illud: immola Deo
ſacrificium laudis. nec tamen his verbis con
tractum in eo: ſed affectum oſtendo. nam li-
benti animo tibi meipſum offeram in ſacrifi-
cium. Id quidem ſacrum tibi erit & gratum:
quod ex liberrimo & munificentiſsimo cor
de, nulliusque rei intercedente concupiſcen
tia, tibi fuerit oblatum: ita, vt ſpiritalia ſacra
faciens, verè dicere poſſim: quid enim mihi
eſt in cælo, & à te quid volui ſuper terram? Pſ.72.v.24.
voluntariè igitur ſacrificabo tibi, non ex ne-
ceſsitate aut triſtitia: hilarem enim datorem 2.Cor.9.b.
diligis. tu me vtique gratuito amaſti, adiuui
ſti, ſuſcepiſti, & mala ingruẽtia auertiſti: qd
tibi retribuam, niſi animũ ſpontaneum? nem-
pe te diligam propter te: non propter me. ti-
bi me ipſum dedam ꝙ Deus ſis: nõ duntaxat
ꝙ mihi beneficus ſis. id quidem accedit, nõ
præcipuum eſt: vt tibi ſacrificem & inſeruiã,
dicamq; ſtatim ſacrificij genus, quod tibi pla
citum fore cõſpexi. Confitebor nomini tuo
domine: id ſiquidem bonum eſt. nec aliam
quæro cauſam, cum hæc ſola ſufficiat, vt te
in æternum omnis ſpiritus laudet. porro ce
leberrimum eſt nomen tuum, idque bonum:
quia tu ſummè bonus eſt. nolo equidem
beneficia quæ hactenus à te accepi, aut quæ
in futurum ſpero, ſint potiſsima mihi cau-
ſa, vt te laudem: ſed quò te magis agnoſ-
cam, vt magis laudem. ex quibus omnibus
penè innumerabilibus, vel vnum dicam.

*Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti* 7.
*me: & ſuper inimicos meos deſpexit ocu
lus meus.*

Ecce iam noui, cur me toties tribulari
permiſiſti: qui me ex omni tribulatione eri-
puiſti. Certè ad gloriam tuam, & eruditio-
nem meam: vt dum tuam in me bonitatem
ac munificentiam & contra inimicos vltio-
nem oſtenderes: agnoſcerem (pro meo cap-
tu) quantus ſis, quò te laudem. ſum etenim
inimicis vallatus vndique. ſed cum te pro-
tegentem, adiuuantem eripientemque ſuſpe
xi: in virtute tua, ſuper inimicos meos deſ-
pexit oculus meus. dicebam: nempe domi-
nus mihi adiutor, & ego deſpiciam inimi- Pſ.117.v.7
cos meos. ſit tibi gloria Deus, laus, honor,
decus & imperium, in ſeculorum ſecula
Amen.

EPILOGVS. Pſal. 53.

*Deus in nomine tuo ſaluum me fac: & in uirtute tua iudica me. tibi utique hoc redem-
ptionis munus ſequeſtratum eſt: qui re & nomine ſaluator & iudex es conſtitutus à
patre, uolens, ſciens, & potens. nam quis ſimilis tibi, eripiens inopem de manu for*
Pſ.34.v.12 *tiorum eo? Deus exaudi orationem meam, auribus percipe uerba oris mei: & non ſolum
quid petam, ſed quid petere uelim attende. quoniam alieni inſurrexerunt aduerſum
me, & fortes quæſierunt animam meam, & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum. alieni
inſurrexerunt, ut falſi fratres; fortes ut dæmones, & non propoſuerunt Deum, quaſi inſipientes atque
ignorantes Deum. ecce enim Deus adiuuat me: & dominus ſuſceptor eſt animæ meæ: quippe qui gra-
tia ſua, uitam tuetur meam. auerte iam ergo mala inimicis meis bone Deus: & in ueritate tua, uti men
daces diſperde illos. nec tibi benefico ingratus ero: quin uoluntariè ſacrificabo tibi, eritq; ſacrificium
laudis. nam confitebor nomini tuo, quoniam bonum eſt. & hæc potior primaria atque præcipua ratio
laudis, ꝙ ſis ſumme bonus Deus. accedet altera, quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper
inimicos meos deſpexit oculus meus. nec ab oratione deſiſtam: quia oportet ſemper orare, & nun-
quam deficere.*



PSALM. 54.

*Exaudi Deus orationem meam,
& ne deſpexeris deprecationem
meam: intende mihi, & exaudi
me.*

Cui titulus eſt: in finem ſeu vincenti in car
minibus, intellectus Dauid. finis totaque per
Rom.10.a. fectio (vt ſæpe diximus) Chriſtus eſt, ad iuſti
tiam omni credenti. in quem is pſalmus qui
& intellectus Dauid dicitur in carminibus,
nos dirigit. Cum autem Chriſtus dominus
caput ſit in membris, & vtrunque hoc nomẽ
complectatur: non immeritò nunc proprias
quas pro nobis perpeſſus eſt tribulationes ad
patrem referens inducitur, nunc membrorũ
ſuorum perſonam induens, quas eadem mẽ-
bra in hoc ſeculo patiuntur, deflet calamita-
tes. Dicat nunc igitur totus Chriſtus, dicatq;
pro hominibus factus homo, & ſonet noſtra
ſibi vnita infirmitas, atque in tribulatione
poſitus, conuerſus ad patrem clamet: exaudi
Deus orationem meam. Doceat nos ſemper
Heb.5.b. orare: qui ſemper ad votum exauditus eſt p
reuerentia. Aliud tamen eſt orationem exau
diri: aliud non deſpici deprecationem. tunc
nanque oratio exauditur: quum id quod pe-
titur adimpletur. ſed tunc deſpicitur depre
catio: quum id quod petitur, futile, deſpica-
bile atque indignum eſtimatur à dante. velut
ſi ab imperatore aut rege minutum obulum,
vè petas. petitionem quidem exaudiet ſi de-
derit: deſpiciet tamen vti rem tanto princi-
pe indignam, à quo rem magnam expoſcere
debuiſſes. nec ſecus, ſi à Deo opt. max. rem
poſtules temporariam tibi fortè non con-
gruentem, nec ad ſalutem animæ conducen-
tem: exaudiet fortaſſe, tribuens quod petiſti,
ſed quaſi indignam deſpiciet deprecatio-
nem. tu igitur ora, vt orationem tuam poſtu
les exaudiri: ſic tamen in bonum dirigatur,
vt à domino non deſpiciatur oratio. Dic er-
go: intende mihi & exaudi me. intende mi-
hi prius, orationem meam pariter & affectũ
ad finem rectum dirigens, quo tibi mea gra-
ta ſit deprecatio: & tunc exaudi me. hoc
eſt, prius petionem approba: deinde exaudi.
Sequitur.

*Contriſtatus ſum in exercitatione mea:* 2.
*& conturbatus ſum à voce inimici, & à
& à tribulatione peccatoris.*

Quid mirum ſi contriſtetur membrum
in exercitatione; contriſtatur caput vſque
ad mortem in paſsione? turbatur vtique
dux ſtrenuus, carnis veritatem oſtendens,
ſicut ſcriptum eſt: cœpit dominus pauere & Mar.14.d
tedere, contriſtari & mœſtus eſſe, & factus Mat.26.d.
in agonia prolixius orabat. nam factus eſt ſu Luc.22.e.
dor eius, ſicut guttæ ſanguinis decurrentis
in terram: & non contriſtabitur miles à vo-
ce inimici, & à tribulatione peccatoris? niſi
fortè ipſe ideo turbatus eſt: ne tu turberis.
contriſtatus ſum (inquit vir iuſtus in tribu-
latione poſitus) dum exercitationem meam
contemplor. quid enim aliud vita hominis
eſt ſuper terram: niſi quædam qua exerci-
tatur militia? atqui huius exercitationis
meditatio, mihi triſtitiam adfert: dum ini-
micum audio detrahentem, obiurgantem &
conuitiantem, & peccatorem experior tri-
bulantem, atque infernum fabrum maleato-
remque, maleo tribulationis me conteren-
tem, & iniquum hominem inimica voce me
conturbantem ſentio. nempe irritat me v-
nus & alter. nunc infernus ille peccator:
nunc mundus inimicus & fallax, ne tertium
domeſticum & inteſtinum recenſeam inimi-
cum; qui dum noctes atque dies concu-
piſcit aduerſus ſpiritum, & toto niſu me ſtu
det collaphizare, illique pro viribus obſto:
contriſtor nimium in exercitatione mea.
Condelector enim legi Dei ſecundùm in- Rom.7.d.
teriorem hominem. video autem cum apo-
ſtolo aliam legem in membris meis, re-
pugnantem legi mentis meæ, & captiuan-
tem me in lege peccati, quæ eſt in mem-
bris meis. hæc quidem mea exercitiatio eſt?

Cum autem nõ quod volo bonum hoc ago:
ſed quod odi malum illud facio: contriſtor
in exercitatione mea,(porro triſtitia eſt, ex
his quæ nobis nolentibus accidunt) cogorq́;
me cum Paulo infœlicẽ appellare: infœlix
(inquit) ego homo, quis me liberabit de cor
pore mortis huius? Sequitur.

3. *Quoniam declinauerunt in me iniquita*
*tes: & in ira moleſti erant mihi.*

Quam Chriſto domino hæc verba coue-
niant: perſpicuum eſt. quippe qui dum huma
ni generis operatur redemptionem: cõtriſta
tus eſt in exercitatione & meditatione ſua.
nam tota eius vita, iugis quædam meditatio,
& virtutum omnium exercitatio fuit. con-
turbatus eſt etiam à voce inimici populi di-
centis: tolle tolle crucifige eum: & à tribula-
tione & perſecutione eiuſdem populi pecca
toris & ingrati: quoniam declinauerunt ini-
quitates in eum, dum accuſantes & falſa cõ
fingentes, nunc vini potorem & demonium
habentem, nunc peccatorem, malefactorem,
ſubuertentem turbas, & prohibentem tribu-
ta dari Cæſari, alijſque id genus ignominio-
ſis ac diffamatorijs nominibus, eum adap-
pellantes: iniquitates ac ſcelera (quorum cõ
ſcius nõ erat) imponebant illi. nam irati, cõ-
moti & indignabundi: ſemper in eũ cõtume
lioſi extiterunt. Dicat igitur innocẽtiſsimus
agnus: quoniam declinauerunt in me iniqui-
Eſa. 53. b tates. declinauerũt vtiq; in eũ. audi Eſaiam:
ipſe autem vulneratus eſt propter iniquita-
tes nr̃as, attritus eſt ꝑpter ſcelera noſtra, diſ-
ciplina pacis noſtræ ſuper eũ, & liuore eius
ſanati ſumus. oẽs nos quaſi oues errauimus,
vnuſquiſque in viam ſuam declinauit: & po
ſuit dñs in eo iniquitates omnium noſtrum.
ꝙ autem electorum ſuorum cuiq; in hac mi
ſeriæ valle degenti, verba huiuſmodi adapta
ri poſsint & ſequentia: quis non videt? cum
filij huius ſeculi eas quas ipſi perpetrant ini-
quitates: in iuſtos homines retorquere con-
tendant. ipſoſq́; propterea infeſtent: ꝙ ſibi
putent iniurios ſi bene viuant. dicunt enim
quod in libro ſapientiæ ſcriptum eſt: circum
Sap. 2. c. ueniamus iuſtum, quoniã contrarius eſt ope
ribus noſtris: & improperat nobis peccata le
gis. Sequitur.

4. *Cor meum conturbatum eſt in me: & for*
*mido mortis cecidit ſuper me.*

Dicat in Chriſto aſſumptæ carnis infirmi-
Pſ. 21. v. 15. tas, cor meum conturbatum eſt in me: quod
factum eſt tanquã cæra liqueſcens, in medio
ventris mei. Dicatq́; ille ad cuius nutum colũ
Iob. 26. c. næ cæli contremiſcunt & pauent: formido
mortis cecidit ſuper me. & qui ante dilectis
ſuis dixerat: non turbetur cor veſtrum neq; Ioan. 14. d
formidet: nũc (quo ſe verum hominem oſtẽ-
dat) dicat, ꝙ formido mortis cecidit ſuper
ſe. & bene ait cecidit: à diuinitate & ſpiritu
prompto ſuperante, parum infirmę carnis du
ratura formido. cecidit formido morien
te dum cecidit formidata mors: ita vt deui-
ctam mortem deridens apoſtolus dicat: ab- 1. Cor. 15. f
ſorta eſt mors in victoria. vbi eſt mors victo
ria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus? ſtimulus
autem mortis peccatum eſt, virtus vero pec
cati lex. hoc vtiq; ſtimulo ad mortem homi-
nis vſus eſt diabolus. et lex ſubintrauit: vt a-
bundaret delictum, is Paulus ait. nam occa- Rom. 5. d
ſione accepta: peccatum per mandatum ſe-
duxit me, & ꝑ illud occidit: ideo ergo virtus
peccati dicebatur occaſionaliter lex: quia au Rom. 7. b
cta concupiſcencia, augebatur peccatum, nec
tamẽ ex lege conferabatur gratia. Deo autẽ
gratia, qui dedit nobis victoriam, per domi-
num noſtrum Ieſum Chriſtum. Electi etiam
imminente morte cõturbantur vt homines:
ſed à Deo adiuti formidinem ſuperant, & in
dño de morte triumphant. Duplex quidem
eſt mors, animæ ſcilicet & corporis, tempo-
ralis & æterna. conturbatur igitur cor iuſto
rum, quum æternam cõſiderat mortem, ſem-
perq́; eſt pauidum, ne à via recta declinet. &
hic pauor ac timor donum Dei eſt, ex al-
to delapſum. bene ergo ait: formido mortis
cecidit ſuper me. ò fœlix caſus, q̃ præſeruat
à caſu: & formido fœlix, quæ fortiorem effi-
cit animum, ne temporalis mortis formidine
ad finem vſq; concutiatur. Sequitur.

*Timor & tremor venerunt ſuper me: et* 5.
*contexerunt me tenebræ.*

Vltimum terribilium mors, ait quidam.
Ideo quũ imminet: timor intus inuadit & op
pugnat animos, licet degeneres & obſcuros
duntaxat expugnet. atqui membra exterius
tremore quatiuntur, nam deſerit membra ca
lor, tremunt labia, adhæret lingua palato, gu
tur exiccatur, obtenebrãtur oculi, facies pa-
lore ſuffunditur, pectus palpitat, totumq́ue
marceſcit corpus: tunc maximè, quum ex to
to turbatur ratio. at non ſic Chriſtus dñs, qui
licet (ſcriptũ eſt) pauere cœperit & tedere: Mar. 14. d
ſed voluntate deliberata mori voluit, nec in
aliquo ratio turbata fuit aut præpedita. Seq.

*Et dixi, quis dabit mihi pennas ſicut co-* 6.
*lumbæ: & volabo, & requieſcam?*

Inter acerbiſsima tormenta, Chriſtus do-
minus pro reſurrectione ſua & aſſumpti ho-
minis exaltatione patrem orat, atq; agilita-
tem, claritatem, ſubtilitatẽ impaſsibilitatẽq;
(eas ſcilicet quas dotes vocant) ſibi poſtulat
ex



exhiberi. quis dabit (inquit) mihi pennas ſi-
cut columbæ? quod non rogantis vel dubitã
tis verbum eſt, ſed optantis & corporis reſur
rectionem atq; exaltationem petentis. ſurre
xit quidem dñs, nec ſurrexit ſolùm: ſed vola
uit, & ad dexteram patris requieſcit ab vni-
uerſo redemptionis opere quod patrauit. Et
Pſ. 17. v. 12. aſcendit ſuper cherubim: & volauit ſuper pẽ
nas ventorum. nunc autem idipſum expetit
ſanctus quiſque hic exulans, petitq́; columbi
nas & ſpiritales alas, quales inter medios cle
Pſ. 67. v. 14 ros pennæ columbæ deargentatæ, & poſte-
riora dorſi eius in palore auri. atqui gratia &
meritum, duæ alæ ſunt ſpiritualis aĩæ: cuius
poſteriora finiſq́;, ſempiterna erit gloria. has
ergo petit, vt inimicum fugiat conturbantẽ
ac peccatorẽ. quis dabit mihi pennas (ait) ſi-
cut columbæ celerrimè volantis: vt ab aucu
pante accipitre non cõprehendar? quis mihi
(inquam) humilitatem dabit & patientiam,
quibus in altum deuehar? his nanque virtuti
bus velut pennis ſuffultus: iuſtus auolat in cę
lum, tolerantia ſcilicet, & humilitate, ſicut
Iob. 5. b. ſcriptum eſt: ponit dñs humiles in ſublime:
& mœrẽtes erigit ſoſpitate. quis dabit mihi
pennas ſicut columbæ, vtranque ſcilicet vitã
ſimul, actiuam & contemplatiuam: vt ſi fieri
poſsit, interiore animi oblecter quiete: dum
exteriore cõtriſtor exercitatione? hæ quidẽ
geminę charitatis alæ: me lætũ efficient & ge
mebundum. aſcendam ſimul, & cõdeſcendã.
ſunt & alæ duæ, ſpes & amor. his à terrenis,
homo ſubleuatur ad cæleſtia. & dũ ea ſupra
quæ ante reptauerat ſpernit, & cõtemplatur
æterna: volat ſupra ſe erectus, & ab huius ſe
culi curis ſecedẽs, quiſcit. nec quicquam ma
li ſentit, dum quæ diligit & ſperat bona: iam
mente deguſtat. Sequitur.

7. *Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſoli-*
*tudine.*

Rabiem iudeorum fugiens, poſt ſolẽniſsi-
mum illud ſuſcitationis Lazari miraculum,
Ioan. 11. g. vt daret locum irę. Ieſus iam non in palam
ambulabat apud iudeos, (ait ſacer euangeli-
ſta) ſed abijt in regionem iuxta deſertum.
Elongant ſe etiam iuſti à tumultibus huius
ſeculi, in interiorem animi ſolitudinem ſe-
cedentes, ibiq́ue æternorum meditatione &
ſpe ſola gaudentes. ſedebit ſolitarius & tace
Thre. 3. c bit (ait Hieremias) quia eleuauit ſe ſupra ſe.
hoc ſanctis in mundo degentibus, refugium
eſt, hoc aſylum. Nam proprij cordis penetra
lia intrant, & clauſo oſtio, qui ante foris in
anguſto verſabantur: ſpaciantur intus, quaſi
in ſolitudine lata, & reaſsũptis viribus, refo-
cillantur ſpe, intra ſe dicentes: pars mea do-
minus, dixit anima mea, propterea expecta-
bo eum. bonus eſt dominus ſperantibus in
eum: animæ quærenti illum. bonum eſt præ-
ſtolari cum ſilentio, ſalutare Dei. Sequitur.

*Expectabam eum, qui ſaluum me fecit:* 8.
*à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate.*

Deus in Chriſto habitans, is eſt, qui eum
præueniens in benedictionibus dulcedinis: à
puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate, fecit
immunem. timor mortis illum inuaſit: ſed
nec timidum fecit, nec inuenit. ingruebat tẽ-
peſtas valida: ſed magnaminus ille erat, cuius
ſpiritus aderat promptus, licet infirma caro.
hunc igitur expectent iuſti, hunc inuocent
& præſtolentur animoſum ducem, milites
præliantes, qui ſaluos fecit à puſillanimitate
ſpiritus & tempeſtate. in te quidem domine
Ieſu, ſperauerunt patres noſtri: ſperauerunt, Pſ. 21. ve. 4.
& liberaſti eos. ad te clamauerunt, & ſalui fa
cti ſunt, in te ſperauerunt: & non ſunt confu
ſi. ſperauerunt enim incarnandum: & homo
factus es, ac liberaſti eos. ad te clamauerunt
inter anguſtias: et auxiſti ſpiritum. iuſte igi
tur te expectant in tribulatione: qui ſaluos
eos feciſti, à puſillanimitate ſpiritus & tem-
peſtate, à deiectione etiam in aduerſis: vti à
ſuperbia in proſperis. hæc nanque duo, no-
ctes atque dies hominem oppugnant: vt ad-
uerſis puſillanimis effectus frangatur, et in
proſperis tempeſtuoſa inflatione tumeſcat.
vtrunque extremum, vtrunque malum. & ni
ſi tu adiuueris domine: de homine actum e-
rit. in tuto ergo is fixit ſpei ſuæ anchoram,
qui ait: expectabam eum qui ſaluum me fe-
cit à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate.
ſunt tamen qui legant elongarem, manerem,
& expectarem eum, qui ſaluum me faceret
à vehementia ſpiritus, & tunc apertiſsimus
eſt ſenſus. Sequitur.

*Præcipita domine, & diuide linguas eo-* 9.
*rum: quoniam vidi iniquitatem, & con*
*tradictionem in ciuitate.*

Quam bonum eſt & quam iucundum, ha- Pſ. 132. v. 1.
bitare fratres in vnum. tamen vt ad bonum,
bonum eſt ꝙ ſit omnium cor vnum & ani-
ma vna: ſic malum eſt & pernitioſum, ſi
iſdem ſit omnium conſenſus ad malum.
videns igitur ſanctus propheta, imò in ſpiritu
præuidens: ciuitatem ſuam Ieruſalem, iam mo
ribus Babilonem effectam, & iudeorum po-
pulum (cui notus Deus) ex fideli perfidum, &
Chr̃m dñm non ſemel illi promiſſum abnegan
tem, eiuſq; veraci doctrinæ contradicentem:
pio quidem affectu, vt conſilium eorum diſsi
pet

pet,dñm deprecatur dicens:præcipita dñe &
Gen.11.b. diuide linguas,(quaſi alludens ad illud, quod
ciuitatē & turrē Babel ędificantibus contigiſ
ſe legimus)qm vidi iniquitatem,perfidiā ſci=
licet & ſuperbiam,atq; apertiſsimæ veritatis
contradictionem in ciuitate.iam quidem pro
phetias legerant,& tempus prænunciatum cō
putauerāt,miracula conſpexerant, angelos,pa
ſtores,Magos,Simeonem , Anam,baptiſtāque
Ioannem,ac cæteros aduentus Chriſti præco
nes veridicos audierant,ipſumq; ſe eſſe teſtā
tem & ſignis efficacibus comprobantem vide
rant:nec tñ his oībus credere voluerunt,quin
potius venenata lingua & ſathanica conſpira-
tione:regem gloriæ ligno affigi petierunt,vbi
Luc.2.e. iuxta annoſi Simeonis verbum, poſitus eſt in
ſignum cui contradicetur,ſicut ipſe longè an-
te per prophetam ſuum prædixerat Eſaiam
Eſa.65.a. dicens:expandi manus meas tota die ad popu
lum incredulum,qui graditur in via nō bona,
poſt cogitationes ſuas.quod verbum poſtea
vas ipſe electionis Paulus ad Romanos ſcri=
Rom.10.d. bens,ſic tranſtulit,ad populum(inquit)nō cre
dentem, ſed contradicentem mihi. iure ergo
hæc præuidens propheta ait:præcipita dñe &
diuide linguas eorum,ne hoc ſcelus in Chrm
& ſanctos ſuos perpetrare queant, veritati cō
tradicentes.Sequitur.

*Die ac nocte circundabit eam ſuper mu-*
10. *ros eius iniquitas:et labor in medio eius,*
*& iniuſtitia.*

Huius iniquitatis magnitudinē Hieremias
Thre.4.a. propheta deflet dicens:et maior effecta eſt ini
quitas filiæ populi mei,peccato ſodomorum.
fuit enim muris eius altior:quia contra vnige
nitum Dei altiſsimi filium , poſt tot oracula
prophetarum miſſum,propter veritatem Dei
Rom.15.b (vt Pauli verbis vtar)ad cōfirmandas promiſ
ſiones patrum, & contra patrem mittentem,
atq; contra ſpiritum ſanctum vtriusq; nexum:
quia ex malitia & inuidia.cinxitq; eam iniqui
tas pro muro:quia ſpūi ſancto omni tempore,
illius ciues reſtiterunt, ponentes obicem: ne
ad illos gratiæ ipſius pateret ingreſſus. ſic. n.
beatus Stephanus in actis apoſtolorū , iudeos
carpit.dura ceruice & incircunciſi cordibus
Act.7.f. & auribus,vos ſemper ſpūi ſancto reſtitiſtis,
ſicut pr̄s veſtri,ita & vos. benè ergo ait:die
ac nocte circundabit eam iniquitas,quæ ma=
ior eſt his quibus vallatur muris. eſt quidē ex
terior in ore & opere,& interior in corde.de
qua ſubiungit:& labor in medio eius, & iniu
ſtitia.vel ſuper muros eius:ideſt ſuper princi
pes ſacerdotum, ſcribas & phariſeos cæteros
q; proceres,præcipuos ac primates.tunc nan-
q; iniquior eſt ciuitas:quum iniquiores recto
res illius ſunt.ſicuti è cōtrario dixit Plato,be Plato in thimæo.
atas fore reſpublicas:ſi earum rectores ſapiē
tiæ ſtudere contigerit,adeò ſiquidem tunc vi
gebat iniquitas:vt in medio eius,in propatu-
lo & manifeſto,rei abſoluerentur,& innocen
tes punirentur.dimittitur ſeditioſus Barrabas
atque homicida:& autor vitæ ac totius boni
& pacis ꝓpagator Chrs,cruci affigitur. is qui
dem de quo iudex dixerat,nihil inuenio cau= Luc.23.a.
ſæ in hoc hoīe, ſciebat enim ꝙ ꝓpter inuidiā Mat.28.b.
tradidiſſent eum:is ipſe ab eodem iudice ini=
quo,iniquè damnatur.nam Pilatus adiudica=
uit fieri petitionē eorū:& Ieſum tradidit vo-
luntati eorum.certè iudicium iniquum,& ini
quior executio. atqui labor & iniuſtitia in
medio eius:quia aperto marte, ciuitas in ca=
put ſeuiebat & membra,Sequitur.

*Et nō defecit de plateis eius: vſura & dol9.* 11.

Nempe refrigebat charitas : ideo abūda=
bat iniquitas.publicitus in plateis vſura fiebat
& dolus,nec vllus pudor, vlla frons aut eru-
beſcentia.adeò enim mala tunc temporis cre-
breſcebant,vigebatq; in hoībus auaritia,& vin
dictæ appetitus effrenis:vt hiſce nr̄is(proh do
lor)nunc viget temporibus.nam laceſsitus in
iuria:non ſibi prorſus retaliatione ſatisfactū
putat , quin reddat cum fœnore, & pro leui
verbulo vulnus,inferatq; pro vulnere mortē.
nec ſecus iudei,qui ſe læſos arbitrabantur, ꝙ
Chriſtus ſalubri doctrina,mores eorundē ta-
xaret atq; vitia:cum vſura & dolo, illi vicem
rependere quotidie procurabant,illius ſemp
in mortem machinantes.nam conſilium fece-
runt , vt Ieſum dolo tenerent & occiderent. Mat.26.a.
deteſtabilis quippe vſura, atq; execrabilis do
lus , quibus ignominioſa morte mulctarunt:
quem honeſtum ac benignum ipſi habuerant
reprehenſorem.Sequitur.

*Quoniā ſi inimicus meus maledixiſſet mi*
*hi. ſuſtinuiſſem vtique.* 12.

Tunc minus inimicus cenſendus eſt homo:
quum apertum ſeſe oſtendit inimicum . tunc
verò nocentior eſt,quum ſe ſimulat & fingit
amicū.qui(nūc rogo)acrius Chrm & eccleſiā
ſuam perſequuntur, q̄ hypocritæ & falſi fr̄es,
ſolo nomine chriſtiani?ſi ethnicus aut paga=
nus,cum quo nulla mihi in fide, ſacramentis,
ſcriptura,aut doctrina,cōmunio eſt , maledi-
dixiſſet mihi:ſuſtinuiſſem vtique & patienter
tolerarem, vti cęcum hominem,qui eū quem
impetit ignorat. Sequitur.

*Et ſi is qui oderat me,ſup me magna loquu* 13.
*tus fuiſſet: abſcondiſſem me forſitā ab eo.*

Hoc eſt,ſi is qui oderat me,in me excandeſ
cens aīo debacharetur,atque erecto collo de
me



me loqueretur indigna:nō quaſi meticuloſus,
ſed vti prudens, veſaniæ locum darem:

14. *Tu vero homo vnanimis: dux meus et no*
*tus meus.*

In hac ſuſpenſa oratione:aut ſingularis nu
merus pro plurali ponitur,(quod ſępius apud
rhetores vſu venit) aut de proditore iuda te=
xitur propheticus ſermo,quem triplici digni
tatis titulo decorat dicens:tu vero homo vna
nimis,dux,& notus, quia de ſchola & colle-
gio apoſtolico, & Chro dño confabulatione
familiaris,ipſeq; diſpenſator erat qui loculos
hēbat,eiuſdem eſt(cum cæteris coapoſtolis)
ordinis & inſtituti,de duodecim enim vocatis
ducibus vnus,Chro tñ intus & in cute notus,
cui non eſt occultatum os eius,quod ipſe fe-
cerat in occulto. adeoq; notus: vt quanuis
vocatus nō tñ electus & in euangeliū (vti Pau
lus,Barnabas & reliqui ) fuerit ſegregatus. de
quo ſubdit rem ipſam exagerans:

15. *Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos:*
*in domo Dei ambulauimus cū conſenſu.*

Is etenim,cum eiuſdem menſæ fuiſſet parti
ceps:dulces ſimul,tum cōmunes tum ſacramē
tales,perinde ac ſuauiſsimæ doctrinæ caperet
cibos,atque in vinculo charitatis & pacis, in
Tractatu d̄ paſtoris eccleſię. domo Dei eſſet cōuerſatus vt ſodales,qui Au
guſtino ſic dicti ſūt quaſi ſimul edales,eò ꝙ ſi
mul edant: reſilijt tandem ingratus retroceſ-
ſitque,& omnium beneficiorum oblitus:oſcu
lo filium hoīs tradidit,agno infigens baſia lu-
pus.Sequitur.

16. *Veniat mors ſuper illos: & deſcendant in*
*infernum viuentes.*

AEquum eſt enim vt iudas alijq; ſchiſmati
ci,qui à domo Dei & cōmunione ſanctorum
Num.16.c. receſſerunt:pari pœna cum Datham & Aby-
ron ſchiſmaticis puniantur,qui hiatu terræ ab
ſorti ſunt,& viui deſcenderunt in infernū. qñ
quidem digni ſunt qui huiuſmodi ſunt:vt hoc
genus mortis veniat ſuper eos.ſed abſit vt ma
lum hoc vir ſanctus imprecetur:quin ex cha-
ritate potius orat,vt mortis meditatio veniat
ſuper eos,&(ſi fieri poſsit)in infernum deſcē
dant cogitatione viuentes:ne perpetua dam=
natione deſcendant morientes . videant ante
meritum:ne poſtea experiantur cruciatum.ve
niat mors ſuper eos,quaſi moles magna , quæ
minatur ruinam:vt eos à malo deterreat,deſ-
cendantq; ad infernum viuentes qui ſcientes
& ſentientes peccarunt:vt intelligant acerbiſ
ſimas pœnas,& conuertātur.cuius rei cauſam
reddit dum ait:

*Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum:*
17. *in medio eorum.*

Porro nequitiæ , peruerſæ machinationes
& fraudes,in eorum cordibus,præcordijs &
pectore,ſemper inhabitant:vbi indurati , ſeſe
in clientelam diaboli addixerūt.Sequitur.

*Ego autem ad dominum clamaui:et domi* 18.
*minus ſaluauit me.*

Clamauit Chrs in menſa,clamauit in horto,
clamauit in cruce,clamauit pro ſe,clamauit ꝓ
membris vt caput,clamauit pro ſui corporis
& nominis exaltatione,atque eccleſiæ ſuæ di
latatione.et ſequitur.

*Veſpere & mane & meridie,narrabo et*
*annunciabo : & exaudiet vocem meam.* 19

Nempe clamauit veſpere in paſsione,mane
in reſurrectione,& meridie in aſcenſione:veſ
pere moriens,reſurgens,meridie verò in cælū mane
aſcendens atque ad dexteram pr̄is ſedens.om
ni quidem tempore aduocatus nr̄ interpellat
pro nobis:narrat patientiam morientis,annun 1.Io.2.c.
ciat vitam reſurgentis,gloriam deniq; ac triū
phum ad cælum in iubilo & voce tubæ aſcen
dentis,& exauditus eſt pro reuerentia. quip=
pe qui narrat præterita,pronunciat preſentia,
pro futuris exauditur,ſic et de profundis mē
bra clamant,veſpere & mane & meridie. cla-
mantium aūt voces exaudit dn̄s per meritum
paſsionis Chri,per gloriam reſurrectionis , &
triumphum aſcenſsionis,Sequitur.

*Redimet in pace animam meā , ab his qui*
*appropinquant mihi: quoniam inter mul* 20.
*tos erant mecum.*

Multi ſunt vocati(ait Chrs)pauci verò ele
cti.multi appropinquāt Chro ſolo noīe,nō rē. Mat.20.b.
Chrm ſiquidem confitentur:ſed Chrm perſe
quuntur.confitentur ſe noſſe Deum(ait Pau- Tit.1.d.
lus)factis aūt negant,cum ſint abominati &
incredibiles,& ad omne opus bonum repro-
bi.porro ij paleæ ſunt,non grana.in combu=
ſtionem deſtinantur,non in horreū.ab his igiſ
vitam meam redimet dn̄s in pace : qui pacis
vinculum neſcierunt,ab his ſcilicet qui in fi= Pſ.119.ve.6
nali meſſe,à paucis de terra,iudicij vētilabro
diuidentur in vita eorum.ab his deniq; qui in
ter multos,non quidem intima & peculiari, Pſ.16.v.15.
ſed vulgari ac ſuperficiali(ſi dixerim)adhęſio
ne,erant mecum,vel contra me potius.qui &
ſi mihi adhærere videbantur:longè tñ aberāt
mente & affectu.miris quidem(coniuncti pſa
llentibus)me efferunt laudibus honoribusq;:
cor aūt eorū longè eſt à me.maledicunt vtiq;
corde & opere: quem ſummis labijs interdū
benedicere viſi ſunt.ab his et redimet in pace
animam meam,eccleſiam ſcilicet mihi vnicè
dilectam,qui falſo mihi appropinquant,bellū
tñ gerunt,atq; factionem multam in eam ſtru
ere

ere in dies non deſiſtunt.Sequitur.
21. *Exaudiet Deus et humiliabit illos: qui eſt
ante ſecula.*
Audi iam modum exauditionis.dixerat.n.
ante,exaudiet vocem meam,cum ſe narratu=
rum annunciaturumq; veſpere & mane & me
ridie proteſtaretur. nempe exaudiet qui eſt
ante ſecula electos ſuos.exaudiet vtiq; quos
prædeſtinauit æternus. ſed quomodo exau=
diet? humiliabit illos(ait)ſuperbos ſcilicet,
deprimet deijcietq;.deponet potentes de ſe-
de:confringet illorum vires,& ligatis mani-
bus ac pedibus, in tenebras mittet exterio-
res,æternis ignibus cruciandos.cauſa eſt hæc.
22. *Non enim eſt illis commutatio, & non ti
muerunt Deum:extendit manum ſuã in
tribuendo,*
Dixerat ante:deſcendant in infernum vi-
uentes:vt timore perterriti conuertantur,&
à malo commutentur in bonum. ſed quia nõ
timuerunt Deum:non eſt illis huiuſmodi cõ
mutatio.deſcenderunt forſam timore infer-
num conſiderantes:ſed non profuit illis ſer-
uilis timor,vt commutarentur.non enim eſt
illis nunc commutatio:quia nõ eſt timor Dei
ante oculos eorum.et in finali die,quãdo iux
1.Cor.15.f. ta verbum apoſtoli,oẽs quidem reſurgemus,
ſed non omnes immutabimur:non et erit il=
lis commutatio:quia nec timor dñi ſanctus
Pſ.18.v.10. permanens in ſeculum ſeculi.ſunt nanq; ob-
ſtinaſti & obdurati,ideoq; tametſi manũ Dei
extenſam videãt,vt illis iuxta nequitiam ſuã
retribuat:non tñ eſt illis commutatio. cum
ergo eos dñs adeò obduratos videat, vt nec
commutari velint nec pœnitere: extẽdit ma
num ſuam in retribuendo,æternã ſcilicet eis
pœnam infligendo.Sequitur.
*Contaminauerunt teſtamentum eius, &*
23. *diuiſi ſunt ab ira vultus eius:et appropin
quauit cor illius.*
Taxat in primis carpitq; huiuſmodi vere pa
cis oſores:quaſi fœdifragos fœdus infringen
tes.qui & polluerunt legem Dei falſis inter-
pretationibus:polluerũtq; ſacramenta, ma-
lè de ipſis ſentientes.ſicut dñs per Malachiam
Mala.1.b. queritur dicens:offertis ſuper altare meum
panem pollutum,& dicitis:in quo polluimus
te?in eo ꝙ dicitis menſa dñi deſpecta eſt.pol
luerunt etiam teſtamẽtũ,qui paſsionẽ Chri
ſpreuerunt, et diuiſi ſunt ab ira vultus eius.
hoc aũt duplicem habet ſenſum. primus ſo-
nat culpam:ſecundus vero pœnã. diuiſi ſunt
(ait)ab ira vultus eius:id eſt Deum nõ timue
runt vindicẽ.vel ira iudicis in ſede maieſtatis
Mat.25.c. ſuæ ſedentis:diuiſit eos vti hædos ab ouibus
ſtatuitq; à ſiniſtris et appropinquauit cor il
lius,vt ipſos puniat in æternum, quandoqui-
dem ipſi appropinquauerunt ei(vt diximus)
ſolo nomine:qui receſſerant corde.quamob
rem tunc iudex extendit manũ vt retribuat:
& corde appropinquat vt dãnet,eosq; faciat
ex toto diuiſos ab ira vultus eius,eritq; cha- Luc.16.g
os magnum,firmatum inter hos & illos. ipſi
etiam appropinquauerunt,vt in multitudine
occiderent:cor aũt iudicantis appropinqua-
bit,(id quidem illi tũc erit cordi)vt occidat
in ore gladij,eosque in fruſtra diuiſos, conci
ſosque,tortoribus tradat perpetuò punien-
dos.ſic enim ſcriptum eſt:introibunt in infe- Pſ.62.v.9
riora terræ,tradentur in manus gladij:& par
tes vulpium erunt.qui aũt horum verborum
loco diuiſi ſunt ab ira &c;ita verterunt:blan-
dius erat os eius butyro, & bellum habebat
cor illius:ſenſum reddiderunt apertiorem,&
ſequentibus nimium cohærentem. Sequitur.
*Molliti ſunt ſermones eius ſup oleum, &* 24.
*ipſi ſunt iacula.*
Sunt qui de diuinis ſermonibus hunc ver-
ſum exponant in bonam partem,ꝙ mollio-
res ac leniores ſint oleo, & niſi opponatur
obex,etiam ſaxea & adamantina pectora le-
niant penetrentque ſuauiter. vti oleum pene-
trat oſſa.ipſique ſunt iacula,iuxta illud Pau- Heb.4.c
li:viuus eſt ſermo Dei & efficax, & penetra-
bilior omni gladio ancipiti,pertingens vſque
ad diuiſionem aĩę ac ſpiritus,compagum quo
que ac medullarum. ſed iudicio nr̃o, aptius
ſermonibus impij,& maximè ꝓditoris Iudæ,
(iuxta quem ceperat ſenſum)ꝓpheticus ſer-
mo adaptatur,qui accedens ad Ieſum (vt ſa-
cer ait euangeliſta)dixit:aue rabi,& oſculatꝰ Mat.26.c
eſt eum.molliores quidem videbantur eſſe ij
ſermones ſup oleum:ſed iacula erãt,quæ cor
dominicum transfigebant, perinde ac vene-
nata oſcula,quæ rabidus ille lupus,agni inno
centiſsimi infigebat ori.ſic etiam molliti erãt
ſermones,& blandi ſuper oleum eorum qui
diſcebant:magiſter ſcimus quia verax es, & Mat.22.b
viam Dei in veritate doces,& non eſt tibi cu
ra de aliquo:non enim reſpicis perſonam ho
minum.ſed audi euãgeliſtã,cuius rei gr̃a hoc
procemium fecerint blandiquentulo ſermo
ne fuccatum:et comperies, ſermones huiuſ-
modi molles,fuiſſe iacula tincta veratro. vt
caperent(inquit)eum in ſermone.atqui vẽde
bant adulterinum oleum:ſed emptori proui
do Chriſto ſcrutanti renes & cor. Sequitur.
*Iacta ſuper dominum curam tuam:et ipſe
te enutriet, & non dabit in æternum flu* 25.
*ctuationem iuſto.*

Hæc



Hæc audi quiſquis es,qui contriſtaris in
exercitatione, & conturbaris: quoniam de=
clinauerunt in te iniquitates ac formido mor
tis,timor & tremor ipſæq; tenebræ contexe
runt.quiq; dixiſti:quis dabit mihi pennas ſi-
cut columbæ,& volabo & requieſcam? & ia
cta ſuper dñm curam tuam.ſic tñ curam abij
cias:vt te illi ſubijcias,illi ſit imperandi cura,
tibi obſequendi. aſpice iam Paulum curã ſuã
ſuper dominum iactantem,quum cadens in
Act.9.a. terram tremens ac ſtupens dixit:dñe quid me
vis facere?et dñs ad eum,enutriens ipſum:ſur
ge & ingredere ciuitatem,& ibi dicetur ti-
bi,quid te oporteat facere.audi etiam vel fœ
minam quæ ſattagebat circa frequens mini=
ſterium,curam ſuam ſuper dominum iactare
Luc.10.g volentem.domine(inquit)non eſt tibi curæ
ꝙ ſoror mea reliquit me ſolam miniſtrare?
dic ergo illi vt me adiuuet. & apoſtolorum
vertex,vbi paſtores ſimul atque chriſtianum
gregem alloquitur: rei huius etiam admo=
1.Pet.5.b. net dicens: omnem veſtram ſolicitudinem
proijcientes in Deum,quoniam ipſi cura eſt
de vobis.eſt quidem ipſe pater familias crea
Ioan.10.c. turarum omnium,& paſtor ad quem perti-
net cura de ouibus,iacta igitur curã tuã,iacta
onus,iacta & cogitatum,animum tuum cru-
Heb.1.a. ciantem,ſuper eum qui portat omnia verbo
virtutis ſuæ:& ipſe te enutriet.ſcit enim pa=
ter tuus indigentiam tuam,qui te finxit, fig-
mẽtumque nouit & vires:& ipſe te enutriet,
vt in virum perfectum euadas.enutriet qui-
dem prius lacte,deinde oluſculo, ac demum
ſolido cibo.ꝙ ſi inter huius ſeculi vndas, te
fluctuantem videas:hoc tibi vnum ſit perſua
ſum,ꝙ non dabit in æternum fluactionem iu
ſto. quamobrem iacta in eum curam tuam,
qui extendet manum ſuam,vt te ſubleuet ſub
ducatque:ſicut extendet ad impios in retri-
tribuendo,vt ipſos ad profundum inferni de
mergat.de quibus diuinus pſaltes dominum
alloquutus ait:
*Tu verò Deus,deduces eos in puteum in-*
26. *teritus.*
Tibi quidem potenti, omniſcio,& omnia
iuſtè diſponenti Deo,erit curę:vt deducas im
pios bonorum oppreſſores,in puteum interi
tus,in lacum illum ſcilicet ſulphureum, puti=
dum ac fœtidum abyſsi magnæ,vbi degentes
infœliciter,ſine interitu interibunt.Sequitur.
*Viri ſanguinum & doloſi, non dimidia* 27.
*bunt dies ſuos:ego autẽ ſperabo in te dñe.*
Ne arbitrentur impij humanum ſangui-
nem ſemper ſitientes, ꝙ ſibi non inſtet vitæ
peryodus:ſed futura ſit illis vita longeua.nõ
ſibi tribuant aut promittant(vt ſolent)anno=
rum myriades.contingit enim ſæpius, vt iu-
ſto Dei iudicio,dimidium dierum non attin-
gant:quos ſecundùm naturæ curſum viuere
poſſe videbantur.ſitq; Deus illis parcus, qui
ſibi ipſis vel in hoc adeò liberales atque pro
digi extiterunt:vt hanc vitam ſibi effinxerint
præſtituerintque interminam:& ſint culices,
qui ſe phœnices ſomniarunt, ſicut ſtulto illi
contigit euangelico, animæ ſuæ dicenti:ani Luc.12.c
ma,habes multa bona poſita in annos pluri-
mos, requieſce, comede,bibe,epulare.dixit
autem illi Deus:ſtulte,hac nocte animam tuã
repetent à te:quæ autem paraſti, cuius erũt?
certè de huiuſmodi apud beatũ Iob ſcriptum
legimus,ꝙ videbunt oculi eius interfectionẽ Iob.21.c.
ſuam.& de furore omnipotentis bibet. quid
enim ad eum pertinet de domo ſua poſt ſe:&
ſi numerus menſium eius dimidietur?vel ali=
ter.ij non dimidiãt dies ſuos:qui nunq̃ ad pœ
nitentię lamenta conuertuntur,ſed ſine inter
ruptione ducunt in bonis dies ſuos:nec illud
regis Ezechiæ(cum egrotaſſet & conualuiſ- Eſa.38.b.
ſet)dixerunt vnquã.ego dixi in dimidio die
rum meorum,vadam ad portas inferi.cũ er=
go in finali impœnitentia decedunt:nõ dimi
diant dies ſuos.[cæterum dies illi computan-
di ſunt:quibus benè vtimur.qui aũt nunq̃ nõ
malè operãtur:ij non ſolùm dies nõ dimidiaſ
ſe:ſed nec vixiſſe dicendi ſunt.humanum di=
co(ait apoſtolus)propter infirmitatem car- Rom.6.d.
nis veſtrę.ſicut enim exhibuiſtis membra vr̃a
ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquita
tem:ita nunc exhibete membra veſtra ſerui-
re iuſtitiæ,in ſanctificationẽ.ac ſi diceret, ſal
tem diuidite tẽpus,dimidiate dies. nõ ſitis vt
viri ſanguinũ & doloſi,qui nõ dimidiabũt di
es ſuos.quiq; ideo fruſtrati ſunt ſpe:ꝙ in ſe &
vanitate ſua ſpem ſuam fixerunt.ego autem
(ait pſaltes)ſperabo in te dñe.et hæc ſit pſal
*mi ac theſauri mei in corde recõditi, clauis.*
in te quidem ſperaui domine,qui ſaluos facis
ſperantes in te, à puſillanimitate ſpiritus &
tempeſtate.tibi ſit gloria in ſeculorum ſecu-
la Amen.

## EPILOGVS PSAL. 54

*EXaudi Deus orationem meam: & ne deſpexeris deprecationem meam:intende mihi, & ex-
audi me. pſaltes inducit Chriſtum, ex aſſumptæ carnis infirmitate ad patrem orantem, &
nunc quas in proprio corpore, nunc verò quas in membris paſsiones patitur, enarrantem.*

Con-

*Contriſtatus ſum (inquit) in exercitatione mea, & cōturbatus ſum à uoce inimici, et à tribulatione peccatoris. quoniam declinauerunt in me iniquitates, et in ira moleſti erāt mihi. certè perſequutorum nefāda rabies, inteſtinaq; odia, in me uelut in ſcopum tendere uiſa ſunt: qui iniquitates omniū & peccata pertuli in corpore meo. nam quæ non rapui: tunc exoluēbam. declinauerunt itidem in membra mea uſq; adeo: ut cor meum conturbatum ſit in me; & formido mortis cecidit ſuper me. cœpi quidem pauere & tedere. diſpenſatoriè tū, quo me uerum hominem oſtenderem, qui ſpiritu prōpto, liberaq; ratione: libēs pro homine mori decreui. atq; (ut dixi modo) timor & tremor (quaſi uocati) uenerunt ſuper me, et contexerūt me tenebræ mortis, nam uerè mortuus in ſepulchro iacui. ſimiliter membra quibus cōpatiebar: me relicto aufugerunt, mortis timore concuſſa. et dixi: quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & uolabo & requieſcam, reſurgens à mortuis, in cælum aſcendens, atq; ad dexteram patris ſedens? ecce elongauī fugiens, abijq; iuxta deſertum: ut uel abſens, perſequentium iram mitigarem. expectabam eum ipſiq; ſidebam, qui ſemper mihi affuit, & ſemper in me manens: me ducem animoſum effecit. nec his Ieruſalem deſtitit à furore: quin inſoleſcens potius, & in me Deum ſuum, (quaſi Babylon facta) cōſurgēs: peruerſè agere cœpit, & impiam proſequi ſimultatem. præcipita dn̄e & diuide linguas ciuium eorum, ut feciſti olim: quia uidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate, & eius iniquitas, magnitudine ſuperat muros quibus uallatur. nam apertè & publicè fit iniuſtitia: in loco deputato ad iuſtitiam miniſtrandam, & non defecit de plateis eius uſura & dolus. nempe omni ſecluſo pudore: iuſtum & inſontem, ut morti traderet, precio comparauit, atq; doloſè pauco argento emit (quod diſperderet) aurum, ſufficiēs ad hominum redemptionem. an non his uiſis, tot mala egreferam? quoniam ſi inimicus populus aduerſaretur: patienter ferrem. id ipſum etiam, ſi à me utcunq; læſus homo, proditor eſſet. at dum cōſidero, ꝙ peculiaris populus, ipſeq; ex diſcipulis unus iudas, in mortem meam conſpirauerint, iure doleo. non utiq; demirarer, ſi id extranei feciſſent: tu uerò iuda homo unanimis, dux meus & notus meus, tu etiam popule ingrate, hoc perpetrare facinus non erubuiſtis, domeſtici quidem mei & cōmenſales? proh perfidos & ſceleratos! ueniet mors ſuper illos, & deſcendēt in infernum uiuentes, quoniam nequitiæ in habitaculis eorum in medio eorum. & ecce propoſito fine fruſtrati ſunt. ego autem ad dn̄m clamaui: & dn̄s ſaluauit me. nec ueſpere, mane & meridie: ab horum narratione deſiſtam, & exaudiet uocem meam. redimet utiq; in pace uitam meam, ab his qui fictis ſalutationibus, & uulgari quadam (ſi dixerim) neceſſitudine, quæ multorum eſt: mihi adhærere ſimulant, cum cor eorum lōgè ſit à me. porro exaudiet Deus, & humiliabit illos, nō enim eſt illis commutatio, quia nō pœnitet eos præteritæ uitæ, eam in nouā cōmutantes ac meliorem. ideoq; extendet manum ſuam ut retribuat, et iuxta menſuram delicti: ſit & plagarum modus. contaminauerunt quidem teſtamentum eius præuaricantes, & falſo legem Dei interpretantes, uel potius corrumpentes. et diuiſi ſunt ab ira uultus eius, uti hædi ab ouibus ſegregati: eò ꝙ ante receſſerint à paſtore, nec uocem eius audire uoluerint commonentis. et appropinquabit cor illius: ut ipſos debitæ ultioni tradat. hoc de perfidis iudeis dictum pūta. quid de Iuda proditore: qui dn̄m ſuum tradēs dixit: aue rabi & oſculatus eſt eum? molliti ſunt utiq; ſermones eius ſuper oleum: & ipſi ſunt iacula. non ſic tu (qui hæc legis) iaculeris Chriſtum: ſed proijce te in eum. iacta ſuper dominum curam tuam: & ipſe te enutriet. id (precor) ſemper habeas perſuaſum: ꝙ non dabit dn̄s in æternum fluctuationem iuſto, quin emerget tandem inter huius ſeculi fluctus. at contra ſummergentur iniuſti, niſi pœnitentiæ tabula eos enatare contingat. tu uerò Deus, deduces eos in puteum interitus, profundumq; inferni lacum, ubi perpetua morte morientur: qui uiuentes in mundo, oblongos ſibi ipſis annos promiſiſſe uiſi ſunt, quos nec dimidios uixiſſe conſtat. nam uiri ſanguinum et doloſi: non dimidiabunt dies ſuos, quos ſi-*
Exo.23.d. *bi inſcitè præfixerunt. ego aūt ſperabo in te dn̄e, qui mihi in te proiecto dixiſti olim: numerum dierum tuorum implebo: & tandem uitam da nobis æternam. interim tamen eandem rem proſequutus: ad te clamabo.*

## PSALM. 55.

*MIſerere mei Deus quoniam cōculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.*

Huic pſalmo titulus eſt: in finem pro populo qui à ſanctis lōgè factus eſt, in tituli inſcriptione, ipſi Dauid, cum teneret eum Allophili in Geth. huius aūt rei hiſtoria deſcripta eſt
1.reg.21. in primo regnorum libro. cap. 21. ſuper qua etiam pſalmus 33. fundatur, hoc ſolo diſcrimine: ꝙ ille pſalmus conditus fuit poſt liberationem, ad gr̄arū actionē: is verò, quū apud regem Geth, Dauid rex detineretur, mortisq; immineret periculum, in quo poſitus, adiutorium poſtulauit. ſed quia ſpūs propheticus ſub huius hiſtoriȩ cortice, paſsionem Chr̄i capitis, atq; membrorum preſſuras, breui compendío enarrare intendit: addidit pro populo qui à ſanctis longè, factus eſt, in tituli inſcriptione. tametſi quidam horum verborum loco pro columba muta quæ procul auolauerat trāſtulerint ex hebreo. in quo ſignat̄ Chr̄s: qui ad mortem ductus, quaſi agnus coram tō- Eſa.53.c.
den



dente ſe obmutuit, quiq; (vt refert ſacer e-
Ioan.11.g. uangeliſta Ioannes) iam in palam non ambulabat apud iudeos: ſed abijt in regionem iuxta deſertum in ciuitatem quæ dicitur Ephrē, & ibi morabatur cum diſcipulis ſuis. vel (ꝙ verius opinamur) qui procul auolauerat longeq; aberat à cogitationibus iudeorum. populus etiam qui à ſanctis triumphantibus in cælo, longè factus eſt: ipſa eſt eccleſia adhuc militans ſub rege ac duce Chr̄o, cui in cruce talis ſuperpoſitus fuit titulus, hebraicè, grecè, & latinè ſcriptus: Ieſus Nazarenus rex iudeorum. niſi hoc nomine iudeos accipias, qui in omnibus erga Chr̄m, & maximè in tituli inſcriptione, iniquum animum oſtenderunt, dicentes Pilato: noli ſcribere, rex iudeorū &c. ij etenim alienati erant à ſanctis: qui ſancto ſic diſponenti ſpūi, aduerſari nitebantur. in
Pſ.118. oct. 20.ve.3. hos ergo peccatores, à quibus longe erat ſa-
Pſ.57.v.3. lus, quique alienati à vulua, errauerunt ab vtero, loquuti ſunt falſa: inuehitur pſaltes. et perſonam Chr̄i ac membrorum agens: in Deum conuertitur, & voce querula auxilium expoſcit dicens: miſerere mei Deus, quoniam conculcauit me homo. diabolus ſcilicet, qui ini-
Mat.13.d. micus homo appellatus eſt, ꝙ primum hominem diuicit ac debellauit. ſemperq; illi inimicatur, quemadmodum & Scipio ille, Affricanus dictus eſt. eò ꝙ debellauerit Aphros. cōculcauit me homo (ait) ſimul & mēbra mea, & tota die, hoc eſt omni tempore impugnās: tribulauit me. atqui conculcare potuit inimicus in terra vitam tuam dn̄e Ieſu, quia volui-
Pſ.7.ve.5. ſti: ſed gloriam tuam in puluerem deducere nequiuit, ſurrexiſti nanq; à mortuis triūphator & victor. conculcauit homo vitam tuā: & vitæ nr̄æ conſultum eſt. cōculcauit, & qua-
Ioan.19.f. ſi prælo paſsionis compreſsit: & cōtinuo exiuit ſanguis & aqua, atque tunc homo ſtolam
Gen.49.a. ſuam lauit in vino: paliumq; in ſanguine vuæ. ſic etiam in dies membra tua cōculcat, & tribulare cōtendit: ſed hoc tribulatis eſt lucrū. nam quum iuſti conculcantur: tunc ipſi con-
Pſ.90.ve.13 culcant leonem & drachonem, dum humilitate ſuperbum, & patiētia ſuperant ſeuientem, atque in fide & ſimplicitate deuincūt callidum, & occultè inſidiantem. Sequitur.

*Conculcauerunt me inimici mei tota die:*
2. *quoniam multi bellantes aduerſùm me.*

Dixi me ab inimico homine tota die conculcari & tribulari: nunc aūt denuò repetēs, ad te miſericordem clamo, ne mihi opem ferre differas & auxiliari. ſunt etenim inimici multi bellantes aduerſùm me: nec vires ſuppetent, niſi tu adiuueris Deus: nam vndique circumeunt, iamq; quaſi botrum calcibus, ad uinatia vſque protriuerunt, diabolus, mundus, & caro. de primo dixi, de reliquis dicam ſtatim.

*Ab altitudine diei timebo: ego verò in te* 3.
*ſperabo.*

Mundum timeo (ait vir ſanctus) quum tumentem illum video & ſuperbientem, meridiemq; claritatis ſuæ conſpicio. vereor tunc enim, ne proſperitatis & potentiæ ſuæ faſtu opprimat me. vel hoc per interrogationem lege. nunquid ab altitudine diei timebo? profectò non eſt ꝙ timeam: qui in te ſpem meā figam. atqui paruipendā illius altitudinē: qui te habeā altiorē ac potētiorē cui fidā. ſis tū mihi adiutor: & ego deſpiciā inimicos meos, Pſ.117.v.7
ſiue hos ſiue illos. mihi aūt (ait apoſtolus) ꝓ minimo eſt, vt à vobis iudicer, aut ab humano die. ꝙ ſi minetur tertius, graſſeturq; cōtra me domeſticus ille, ſtimulus ſcilicet carnis meæ, qui me quotidie collaphizat.

*In Deo laudabo ſermones meos, in Deo*
*ſperaui: nō timebo quid faciat mihi caro.* 4

Nēpe ſcio quid faciam, orabo iugiter, omneſq; ſermones meos in Dei laudem componam, in quo fixi ſpem: nec timebo quid faciat mihi homo. conculcet vt volet, adeòq; conculcans tota die inualeſcat: vt timorem incutiat amittendæ vitæ. ſcio modum, quo timorem abijciam infeſtātem. ſermones meos laudatorios efficiam, tum ex animo & affectu: tum ex ore prodeuntes, eoſdemq; in Deum referam, cui ſoli me totum committam. quid tum efficiet homo qui caro eſt? dico autem vobis amicis meis ait ſeruator noſter Chr̄s: ne Luc 12.a.
terreamini ab eis qui occidūt corpus, & poſt hoc non habent amplius quid faciant. ij vtique ſermones Dei ſunt, cui credidi & in quo ſperaui. hos meos efficiam, recōdamq; pectore imo. hos ruminabo, hos recogitabo, hos in Deo laudabo ſermones, qui ſpirituales ſunt, & ſpūm viuificantes: & non timebo quid faciat mihi caro. carnales quidē ſunt perſequutores, & nihil ſpiritus habentes, ideoq; ſpernendi. nec illos aduerſum me bellantes timebo: quippequi tuum excelſum lumen videbo. Sequitur.

*Tota die verba mea execrabantur aduer-*
*ſùm me: oēs cogitationes eorum in malū.* 5.

Ecce tota die tribulauit homo, tota die cōculcauerunt inimici, tota die calūniantes verba execrabantur. quibus verbis obſtinationē perſequentium innuit, qui cogitatione, conſilio, verbo, opere, machinationibus & inſidijs, ſine quiete vlla aut intermiſsione, perſequunt̄ iuſtū. tota die (inquit) verba mea execra-
ban-

bantur.abominantur hęretici nũc verba Chr̃i,
& ſanctorum eius:ſicut olim iudei oĩa in per
Sap 2.b. uerſum detorquentes.dicentes illud ſapiẽtię
circumueniamus iuſtum quoniã inutilis eſt
nobis,& contrarius eſt operibus noſtris &c.
omnis denique eorum actus & cogitatio, in
malum tendit:vt ſi qua poſsint via nocere.id
quidem illis vel maximè cordi eſt.Sequiť.
*Inhabitabunt, & abſcondent: ipſi calca-*
6. *neum meum obſeruabunt.*
Hic mos perditis eſt hominibus,quem à pa
tre diabolo traxerunt,vt bonorum calcaneo
inſidientur,vitam illorum finire cupientes.
ob idq́; ſimul inhabitant,conuerſantur,collo
quũtur & viuunt,atque intra ſe latitant ſimu
lantes,& iniquum animum abſcondẽtes:quo
vel ſemel volantia poſsint aucupari verba, ſi
quæ fortè minus caſtè & inconſultè ex ſim-
plici ore labantur.hos etenim verſipelles ho-
mines(ſi homines,& non potius cacodemo-
nes conditione atque ingenio dicendi ſunt)
Gal.2.b. falſos fr̃es vocat apoſtolus. qui ſubintroie-
runt(inquit)explorare libertatem noſtram,
quam habemus in Chr̃o Ieſu:vt nos in ſeruitu
2.Cor. 11 f. tem redigit.quos pati:nõ inter exigua ſed in
ter pericula cõnumerat grauiora.Sequitur.
*Sicut ſuſtinuerunt animam meam : pro*
7. *nihilo ſaluos facies illos,in ira populos cõ*
*fringes.*
Horum verborum duplex poterit eſſe ſen
ſus.alter aſſertorius, & ironicus alter. ſit pri
or.ſicut ipſi calcaneum meum obſeruauerũt,
& vitæ meæ inſidiati ſunt,opportunum tem
pus expectantes,quo me perderent,licet gra
tis nullaq́; mea ex parte occaſione præbita,
ſed pro nihilo omnino & ſine cauſa,quod cu
mulatioris malitiæ fuit:ſic tu Deus qui ſũmè
bonus es, (quo diuitias bonitatis tuæ oſten
das)pro nihilo & gratis nulliſq́; præcedenti-
bus meritis,quæ à te prius non emanarint:ſal
uos facies illos.ex gratia quidẽ reduces quũ
in ira populos cõfringes.porro iraſcitur dñs
malis perpetratis:& ex ſua gratuita liberali-
tate,perpetrantium corda confringit vt con
uertantur,& in melius commutẽtur. ꝙ ſi iro
nicè legas,erit ſenſus:eos qui adeò obdurato
& pertinaci animo me perſequuti ſunt , cum
tñ nulla ſubeſſet cauſa:tu ſaluos facies, quaſi
nihil aduerſum te fecerint. id forſam facies
vti deſes aut ignauus, cui proprij honoris &
fouendæ iuſtitiæ non ſit cura.abſit. nõ ita de
te ſentiunt qui te norunt,quin in ira potius,
(vt iuſtus iudex)populos confringes , atque
ad æternam adiges damnationem. vel nihili
nomine,peccatum intellige, cum peccatum,

carentiam iuſtitiæ ac rectitudinis dicat, debi
tæ ineſſe actui,vel habenti actum. ait ergo:
nũquid adhæret tibi ſedes iniquitatis,vt pro Pſ.93.v.20
iniqua operatione,præmium tribuas ſalutis
æternæ,& non magis iratus offenſuſq́;,in ira
quam irritarũt,populos qui iſtiuſmodi ſunt:
pro huiuſmodi nihilo ad nihilum vſque con
fringas?et ita in hunc ſenſum quidam tranſtu
lerunt,dum expectant animam meam:ab hac
iniquitate ſaluos ne facies illos?in ira popu-
los confringes.Sequitur.
*Deus vitam meam annunciaui tibi:poſui* 8.
*ſti lachrimas meas in conſpectu tuo.*
Eam quam dego vitam:anguſtijs obſitus,
& in cõtinuo bello cõculcatus,annunciaui ti
bi.tu Deus,nec ſpreuiſti narratiunculã meã,
nec lachrimas illi comites deſpexiſti : quia
eas ſtatuiſti potius ante conſpectum tuum,
veluti gratas & acceptas,fide atq; ſpe plenas.
vitam etiam meam traſactam:pœnitens & la
chrimatus tibi expoſui.nõ vt cognoſcas, qui
ſine me noſti:ſed vt ex me,me accuſante &
te ipſum inuocante cognoſcas , & ſic ignoſ-
cas.vitam præterea & miſericordiam quá de Iob.10.
nuo tribuiſti mihi,quum viſitatio tua cuſto-
diuit ſpiritum meum:hanc tibi aſcripſi eam-
q́; ex animo nuncupaui.tibi quidem attribui:
quod à te accepi.ſic enim(fateor)mea eſt:ꝙ
tu mihi eam dederis dono.nempe mors erat
in humani generis olla.tu autem eam,mortis 4.Reg.4.
ac reſurrectionis tuæ farinula dulcoraſti.pro
omnibus mortuus eſt Chr̃s(ait apoſtolus) vt 2.Cor.5.
qui viuunt,iam non ſibi viuant,ſed ei,qui ꝓ 1.Cor.15.
ipſis mortuus eſt & reſurrexit.priorem ergo
vitam,lachrimis annunciaui tibi,tibiq́; poſte 1.Cor.15.
riorẽ tribuo:cuius gratia ſum id quod ſum.
non enim meam,ſed tuam quæro gloriã. &
hoc tibi decorũ glorioſũq́;:ꝙ lachrimas me-
as poſueris in conſpectu tuo,& erueris aĩam
meam vt non periret,proieceriſq́; poſt tergũ
tuum peccata mea.
*Sicut & in promiſsione tua:tunc conuer* 9
*tentur inimici mei retrorſum.*
Si benè memini(dicat nunc fidelis quiſque
eiulans in hac lachrimarum valle)promiſeras
olim per prophetam tuum,ꝙ conſiderans,& Ezech.18.
auertens ſe ab oĩbus iniquitatibus ſuis quas
perpetratus eſt:vita viuet & nõ morietur.ſic
mecũ probè actũ eſt:ſicut in ꝓmiſsione tua.
nam per te & ex te & in te viuo: ideo vitam
meam annunciaui & aſcripſi tibi.tibi(inquã)
tribui,quod tuum eſt.promiſiſti etiam ( nec
enim fallor)ꝙ pijs afflictorum teq́; inuocan-
tium lachrimis condeſcendes,poneſq́; eas ob
oculos,vt abſtergas.ecce ego poſui lacrimas
meas



Pſ.114.v.8. meas in conſpectu tuo:& ſicut in promiſsio
ne tua,eripuiſti aĩam meam de morte,oculos
meos à lachrimis , pedes meos à lapſu. quid
tunc?tunc conuertentur inimici mei retror-
ſum,& erubeſcentes deſiſtent ab incœpto:cũ
me videant tibi gratum acceptumq́;.ò q̃ mag
nus fructus ſubſequutus eſt hinc,ꝙ vitã meã
tibi annunciauerim,& tu poſueris lachrimas
meas in conſpectu tuo,quo illis faueas, vt an
te promiſeras?tunc quidem euirati eneruati
q́; demones fugiunt.et qui præire videban-
tur elati hoĩes ac ſuperbientes:conuertuntur
retrorſum cõpuncti humileſq́; effecti,quo te
ducem ſuum atq; meum ſequantur.illi quidẽ
territi ſeueritate,ſicut & in promiſsione tua,
cum filiũ tuum quẽ ante promiſeras , vindicẽ
ſentiant venientem:hi verò bonitate tua at-
tracti atq; illecti : cum te erga me videant
munificentiſsimum, perinde atque vberrima
dona fundentem.eſt enim hoc tibi innatum:
ꝙ ſemper reſpondeas inuocatus,& piè inuo-
cantibus annuas,atq; petita concedas in ſuꝑ
q́; te ipſum dedas.ſunt tamen qui duos proxi
mos ſuperiores verſus ita legant.fugas meas
tu numeratas habens,lachrimas meas repone
in vtrem tuũ. nõne in libro tuo hæc ſcripta
ſunt? quod vtique pſalmi titulo, pro colum-
ba muta quæ procul auolauerat, reſpondere
videtur . tu noſti cauſam cur fugerim ait. tu
repoſitam illam habe in ampliſsimo vtre ſa-
piẽtiæ tuę:& in libro præſciẽtiæ ſcriptã.Seq.
10. *In quacunque die inuocauero te:ecce cog*
*noui,quoniã Deus meus es.*
Hoc iam nõ ſemel experimento didici, ꝙ
quoties me tibi fidelem exhibui precatorẽ:
Pſ.70.v.3 toties ſenſi,ꝙ ſis mihi in Deum protectorẽ,
& in locum munitum,vt ſaluũ me facias.por
ro in quacunque die,ętate,& ſtatu,te ſemper
inueni paratum,vt opere oſtendas:ꝙ ſis mi-
hi Deus ſciens,potens,atque me adiuuare vo
lens.ecce(inquam)id ego cognoui. nam mul
titudine collatorum in me hactenus benefi-
ciorum,cognoſcere me feciſti:quoniam De
Rom.10.c us meus es,diues,diues in omnes qui te inuo
Ephe.2.a. cãt.diues(vt iſdẽ Paulus ait)in mĩa, propter
nimiã charitatẽ tuã,qua dilexiſti nos.Sequiť.
11. *In Deo laudabo verbum,in dño laudabo*
*ſermonem:in Deo ſperaui,nõ timebo quid*
*faciat mihi homo.*
Licet oĩa in Deo tum verba tum facta lau
dabilia ſint: in primis tñ laudabo verbum ꝙ
ſit verum in promiſsis,purũ & caſtum, & nil
falſi admixtum habens ſuperiori verſu.4.hæc
verba elucidata ſunt,quæ aliquanto cæteris
huius pſalmi obſcuriora eſſe videntur.at ſunt
aliqui,qui tres perſonas diuinas,his tribus no

minibus,Dei,verbi,& dñi, intelligere velint:
& poſtremo Dei nomine,earundem in eſſen
tia vnitatẽ.vt ſit ſenſus,in patre Deo qui ſic
dilexit mundum,vt filium ſuum vnigenitum Io.3.b.
daret,ſuũ laudabo verbũ,fateborq́; illud eſſe
in principio apud Deum,& Deum eſſe ver- Io.1.a.
bum.laudabo etiã hoc verbum æternũ,in ſpũ
ſancto Deo ac dño viuificante,qui ex pr̃e fi-
lioq́; procedit,& cum pr̃e & filio ſimul ado
ratur & cõglorificatur.eſt enim nexus am-
borum.tres quidẽ hypoſtaſes , pater, verbũ,
& ſpũs ſanctus,qui iuxta eiuſdem Ioannis ꝓ
loquium,teſtimonium dãt in cælo: & hi tres 1.Ioan.5.b.
vnum ſunt,vnus ſcilicet Deus , in quo ſpera-
ui:ideoque non timebo quid faciat mihi ho
mo.laudabo quidem verbum in patre , & eũ
dem in ſpũ ſancto laudabo ſermonem : quia
pater in filio,& filius in pr̃e , & ſpũs ſanctus
in vtroq; eſt.eritq́; tribus honor vnus vnaq́;
laus:quia vnus Deus,in quo ſperãs:non time
bo quid faciat mihi homo,nũc maximè, quũ
ꝓpter hominẽ Deus fact⁹ eſt homo. Sequiť.
*In me ſunt Deus vota tua:quæ reddam,* 12.
*laudationes tibi.*
Deus ſpiritus eſt,& vota ſpiritualia quæ-
rit.non igitur ab exterioribus mẽdicabo quę
tibi reddam:cum ſuppetant interiora. in me
quidem ſunt,quæ tibi grata exiſtunt & accep
ta.non eſt ꝙ ea magnis ſumptibus exquiram:
in prõptu ſunt.nec mora, quin ex prõptario
cordis,extraham tibi laudes, quibus oblecta
ris.nam ſacrificiũ laudis honorificabit te,hoc Pſ.49.v.24
enim,poſt illud vnigeniti tui admirabile ſua-
uiſsimũq́; ſacrificium:primas ſedes obtinet:
cætera quidẽ oĩa,ab hoc pendent,vt ſint ac-
cepta.tibi igitur offerã laudes ex aĩo & affe-
ctu.qñquidẽ hæc ſunt vota mea,quæ iã parta
& parata ſunt tibi Deo meo viuo & vero:ex
quo tu ea meo in corde repoſuiſti.et hæc ti-
bi reddam,à quo vt reddere poſsim accepi:
ne ſim ingratus & beneficiorũ oblitus.Seq.
*Quoniam eripuiſti animam meã de mor-* 13.
*te,et pedes meos de lapſu: vt placeam corã*
*Deo,in lumine viuentium.*
Tria hic enumerat bona,quæ nobis Deus
cõfert.primum,condonat culpã:ſecundũ, tol
lit vel remittit pœnã:tertium, gratiã tribuit,
qua promeremur gloriam.gratias igitur tibi
agã immortales Deus bone,ꝙ eripueris aĩam
meã de morte peccati:quũ deleſti culpã.erat
quippe ſine te,ob idq́; ſine vita,et pedes me-
ceptor meus ſis, cuius miſericordia pręue- Pſ.20.v.3.
nit me in benedictionibus dulcedinis,vt tibi
dilectũ: præuenietque mẽbra mea, quo mi-
hi velut capiti,fide vniant & charitate. Seq.

*Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos* 11.
*ne occidas eos: ne quando obliuiſcãtur po*
*puli mei.*

Noui quidem in verbo cui humana eſt vni
ta natura,noui etiam ſcientia,quam à princi-
pio cõceptionis pleniſsimam habui: quid de
perſequentibus me iudeis ſit agendum,& ad
quid vita eorum conducat.quamobrem pe-
to,ne occidas eos:ne ipſis occiſis,populi mei
(quos meo ſanguine acquiſiui)quãdoq; paſ-
ſionis meæ obliuiſcantur. atqui propter mul
ta orat Chriſtus, ne iudei funditus pereant.
futuri ſunt enim teſtes legis & ꝓphetarum,
qui de Chriſto myſteria prædixerunt. apud
illos quidem ſunt codices veteris inſtrumen
ti:apud nos autem ſpiritus & eorum intelli-
gentia. fuit etiam olim electus Dei populus
pecu-

peculiariſq́;,licet ingratus : cui de Chr̃o fuit
facta promiſsio. dico enim Chriſtum Ieſum
Rom. 15.b (apoſtolus ait Paulus) miniſtrum fuiſſe cir-
cuncisionis, propter veritatem Dei,ad con-
firmandas promiſsiones patrum : gentes aũt
ſuper miſericordia honorare Deum. vt ergo
ſciant gẽtes me non eſſe miſſum niſi ad oues
Mat. 15. c quę perierunt domus Iſrael : memineríntq́;,
exuberantis miſericordiæ Dei fuiſſe, ꝙ gen-
tes ad ſe vocauerit, nec rei huius obliuiſcant̃
vſquã:ne occidas eos. hac etiã occaſione ꝓſi
cui erunt: vt boni per eos exerceantur. & cũ
gentes hos viderint (ſuis exigentibus meri-
tis) repulſos: timeant gaudeantq́; ſimul intel
ligentes: ꝙ alienigenæ, filiorum loco fuerint
ſurrogati. in finem tamen cõuertentur: ideo,
ne occidas eos præcor. Sequitur.

12. *Diſperge illos in virtute tua: & depone
eos, protector meus domine.*

Erunt vel in hoc proficui: dum vagi atq;
diſperſi inter gentes, veluti capſarij noſtri, ſe
cũ deferent teſtimonia legis & prophetarũ
ad chriſtianę fidei cõfirmationẽ. faciat igit̃
ſatis iuſtitiæ tuæ: ſi inſuperabilibus potentię
tuæ viribus, per orbem diſpergas eos, depo-
nasq́; ab ea qua illos ante donaueras dignita
te. orbentur filijs, pr̃ia, regno, templo, ſacer
dotio, ipſa denique libertate. depone poten
tes de ſede, & hac illac vagi diſcurrant. hoc
ſic ꝓtector meus dñe, vt norint ꝙ ꝓtector
meus ſis, ſciantque.

13. *Delictum oris eorum ſermonem labiorũ
ipſorum: & comprehendantur in ſuper
bia ſua.*

Aliqui codices habent, ob delictum, ob ſer
monem. nouerint (obſecro) nationes, delictũ
oris eorum, & ſermonem labiorum ipſorũ,
Mat. 27. c qui dixerunt: ſanguis eius ſuper nos & ſuper
filios noſtros. depone dñe eos, & compreh̃e
dantur in ſuperbia ſua: vt vel ſic depoſiti, cõ
prehenſi, atque diſperſi, paſsionis myſteriũ
narrẽt, atq; ad exteras nationes (licet inuiti)
deferãt teſtimonium, ac per hoc attracti cõ
uertãtur. depone eos etiam à ſuperbia, & fac
humiles. depone itidem ſermonem labiorũ
ipſorum atque delictum oris, vt te laudent
qui à laudibus deſtiterunt: ꝓficiantque, pec
catum ſuum accuſantes: qui defecerunt olim
dicentes : crucifigatur. & ſuperbiam, qua in
me fortiter irruerunt, fœliciter agnoſcant de
teſtenturque: vt cedat illis in bonum, & com
prehendantur in ſuperbia ſua, ſi conuertãtur:
veniatque ſuper illos ſanguis redemptionis:
quo à peccatorũ ſordibus abluãtur. quemad
Gen. vlt. c. modũ venditi Ioſeph fratribus contigiſſe le
gimus. qui in perpetrato facinore compreh̃e
ſi ſunt: dum hoc illis ceſſit in bonum. & quæ
ad mortem fecerant: ſuccesſit illis ad vitam,
pariter & honorem. nõ ergo eos occidas do
mine: ſed delictum oris eorum & ſermonem
labiorum ipſorum, ita vt comprehendantur
in ſuperbia ſua. hoc autem fiet ſi reſurrexero
victor & fortis : qui velut infirmus in carne
iacui, & videntes conuertantur. Sequitur.

*Et de execratione & mendacio annun-* 14.
*tiabuntur in conſummatione: & in ira
conſummationis, & non erunt.*

Hic etiã verſus ſubobſcurus eſt: ſed iuxta
duplicem (quem ſuperius propoſuimus) ſen
ſum, elucidabimus. dixerat, non occidas eos:
ſed diſperge & depone illos. depone etiã de
lictum oris eorum & ſermonem labiorum:
ne iuxta intentum prauum eorũdem adim-
pleatur, quin in ſuperbia ſua comprehendan
tur potius. & de execratione ac maledictiõe
in me viuentem congeſtis, atque mendacio
meracisſimo, de exãgui ſublato corpore fur Mat. vlt. c
tim, in me iam rediuiuum conficto: redarguẽ
tur in conſummatione ſeculi, in ipſaque con
ſummationis ira, perpetuis tradẽtur ignibus,
& non erunt vltra potẽtes. tunc etenim ſciẽt
& experimẽto diſcent : ꝙ monarcha ſit do
minus, cuius ditionem fugere nequibunt. re
mittantur ipſi vt volent, dicentes: noli ſcribe
re, rex iudeorum: profectò titulus regius nõ
corrumpetur. rex quidem iudeorum & gen
tium erit, velint nolint, quem ipſi occiderũt.
& tunc ſcient, atque videbunt in quem trans Ioan. 19. f
fixerunt. & hoc eſt quod, Sequitur.

*Et ſcient quia Deus dominabitur Iacob,
& finium terræ.* 15.

Futuram tamen iudeorum conuerſionem
proſequentes: ita hæc ſubnectemus verba. ſi
delictum oris eorum, & ſermonem labiorũ
ipſorum deponas Deus, atque ex gratuita bo
nitate tua conuerſis huiuſmodi, errata dimit
tas: miſericordia tua exaltabitur apud homi
nes, quibus, in euangelij prędicatione de hu-
iuſmodi execratione & mẽdacio dimisſis
annũciabit̃, in cõſummatiõe & fine mũdi: cũ
tibi volũtariè ſubijcient̃, nunc proteruientes.
nec in ira huius cõſummationis, hæc illis im
putabuntur ad noxam: quia non erunt impij,
iuxta illud prouerbiorum : verte impios, & Pro. 12. a
non erunt. ſciẽt enim, atque ingenuè & fide-
liter fatebuntur : Chriſtum tuum regem eſſe
iudeorum & gentium, omniumque monar-
cham. Sequitur.

*Conuertentur ad veſperam, & famen* 16.
*patiẽtur vt canes: & circuibunt ciuitatẽ.*

Itaquidem erit. conuertentur qui reſidui
fuerint iudei, ad veſperam, hoc eſt ad finem
mun-



mundi, atque vitæ huius occaſum. nam ſicut
Rom. 11. d. Paulus ait, cæcitas ex parte contigit in Iſrã-
el: donec plenitudo gentium intraret, & ſic
õĩs Iſrael ſaluus fieret. ait etiam dñs per Ma
Mala. vlt. c. lachiam prophetam: ecce ego mittam vobis
Heliam prophetam, ante quã veniat dies dñi
magnus & horribilis: et conuertet cor patrũ
ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne
fortè veniam & percutiam terram anathema
te. conuertet (inquit) cor patrum ad filios: iu-
deis prædicans, & legẽ ſpiritualiter exponẽs.
vt eã ſic intelligãt: quemadmodũ Moſes & ꝓ
phetę cæteriq́; pr̃s ſpũ Dei ducti atq; afflati:
ipſam intellexerunt. cum enim ita ſenſerint fi
lij: eorum corda conuertentur ad patres. et
hæc eſt reſtitutio per Heliam tunc facienda.
Mat. 17. c. de quo ſeruator noſter ait Chr̃s: Helias qui-
dem venturus eſt, & reſtituet oĩa. conuerten
tur igitur ad veſperam, & famen patientur
vti gentes (quos canes appellat) & eccleſiam
circuibunt vt introeant, & intra gremiũ eius
collocentur. Sequitur.

17. *Ipſi diſpergentur ad manducandum, ſi ve
rò non fuerint ſaturati: et murmurabũt.*

Tu nunc domine diſperge eos, vt eſuriant
veram doctrinam atque ſalutem: & tunc diſ-
pergentur ad manducandum. nẽpe tunc erũt
auidi non ſolùm propriæ ſalutis, verum etiã
aliorum: qui nunc ipſam faſtidiunt, ſeſe falsò
diuites æſtimantes. ideoque diſpergentur: vt
conuerſi alios conuertant, ſibique vniant in
fide, idipſum ſentientes. nam hoc eſt ipſos
manducare & quaſi in ſthomacum traijcere:
vt vnum corpus efficiant cum capite Chr̃o.
ſic enim apoſtolorum vertici Petro de cõuer
Acto. 10. b. ſione gentium dictum legimus: occide & mã
duca. diſpergentur igitur ad manducandum.
adeoq́; tunc (huiuſcemodi conuertendi alios,
fame ac deſiderio) diſcruciabuntur : vt ſi illi
pro voto ſatiſfacere nequiuerint : vti canes
murmurabunt, carpentes pigros deſideſq́; in
crepantes. niſi fortè de ſerotina & infructuo
ſa impiorum conuerſione, hoc verbum pro-
pheticum intelligere velis, qui iuxta illud ſa-
pientiæ, præ anguſtia ſpiritus dicent intra ſe Sap. 5. a.
pœnitentiam agentes: hi ſunt quos aliquãdo
habuimus in deriſum &c. Sequitur.

*Ego autem cantabo fortitudinem tuam:* 18.
*& exultabo mane miſericordiam tuã.*

Vbi ſuperius recenſita narrauit: reſiduum
pſalmi in Dei laude atque gratiarum actione
conſumit. cantabo (inquit) fortitudinem tuã,
qua eos viciſti, qui irruerunt in me fortes. et
tranſacta huius ſeculi nocte, paſsioniſq́; meæ
doloribus expeditis: exultabo mane miſeri-
cordiam tuam, qua diluculo ſurrexi, fortior
illis effectus, ſicut ante iſdem prędixerat pſal Pſ. 29. ve. 6.
tes. ad veſperum (ait) demorabitur fletus: &
ad matutinum lætitia. exultabo (inquam) re-
demptionis conſummato myſterio, iamque
corporis & nominis mei illuceſcente gloria.
Sequitur.

*Quia factus es ſuſceptor meus, et refugiũ* 19.
*meũ: in die tribulationis meæ.*

Porro duplicẽ innuuit ſuſceptionem. qua
ſcilicet verbum ſibi (in vnitatem ſuppoſiti)
hominis naturam vniuit, quum verbum caro
factum eſt: alteram verò qua reſurgentis aĩam
rediuiuo corpori vniuit. vtrunque enim ex
gratuita bonitate Dei miſericordiaque pro-
ceſsit. factus eſt etiam Deus homini Chr̃o re
fugiũ in die tribulationis, totoque paſsionis
tempore: atque adiutor & mĩa, in glorioſa re
ſurrectione. ideo ſubdit.

*Adiutor meus tibi pſallam, quia Deus* 20.
*ſuſceptor meus es: Deus meus miſericor-
dia mea.*

Tibi pſallam (ait) cui (vt ante dixi) fortitu
dinem meam cuſtodiam. pſallam vti homo,
pſallam vt caput eccleſię: qui pro corpore &
membris pſallam tibi, in ſecula ſeculorum. vi
uenti Amen.

EPILOGVS. PSALM. 58:

E*Ripe me de inimicis meis* Deus *meus: & ab inſurgentibus in me, libera me. eripe me ab ho-
minibus iniquis & ſanguinarijs, qui me occidere uolunt. quia ecce ceperunt animam meam, ir
ruerunt in me fortes, cum tamen nihil mali fecerim, qui totius peccati ſum expers. neque ini-
quitas mea, neque peccatum meum domine, id promeruere, quia ſine iniquitate, huius uitæ uiam cucur-
ri, meoſq́; ſemper in bonum direxi greſſus. exurge tu domine in mei currentis occurſum, & uide, qui
Pſ. 18. ve. 6. iudicio iudicas recto, dum ab alijs uideri feceris, an ceſpitauerim unquam qui exultaui ut gigas ad cur
rendam uiam? & tu domine* Deus *angelorum* Deus *Iſrael, notuſq́; in iudea* Deus*: intende ad uiſitan-
das oẽs gentes, ut ab ipſis etiam cognoſcaris. nec miſereberis perfidis & obſtinatis: qui mihi in lege ꝓ
miſſo reſtiterunt, nec receperunt in propria uenientem panem de cælo uerum, quem ſuis ſacrificijs et
cæremonijs ſaturi, (quaſi diſtento aqualiculo) faſtidire uiſi ſunt. at ueniet mundi ueſpera atq; huius ſe
culi finis: & tunc reliquæ Iſrael ſaluæ fient. nam conuertentur ad ueſperam, & famen patientur ut ca
nes, & circuibunt ciuitatem, ſanctam ſcilicet eccleſiã intraturi: qui ſacræ et apoſtolicæ doctrinæ uerba*
in-

*in ſalutarem refectionem animæ accipientes: ex perſecutoribus defenſores fient, & euangelici uerbi aſſertores ac prædicatores erunt. Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labijs eorum, quoniam quis audiuit, hoc utiq; mirabile opus excelſi? Et tu domine deridebis proteruientes, forteſq; ipſos ad nihilũ rediges. Nam etſi ego idipſum agere poſſem diuina (qua tibi æqualis ſum) potentia functus: ſed ubi exinaniui memetipſum formam ſerui accipiens: fortitudinẽ meam ad te cuſtodiam tibiq; referam, quia Deus ſuſceptor meus es, cuius miſericordia præueniet me, ut ſemper uictor euadam. Deus oſtendit mihi ſuper inimicos meos (qui me perſequuti ſunt) Iudeos. Noui utiq; quòd (uel occaſione) non exiguo futuri ſint commodo. Ideo pater mi ne occidas eos. Nequando ipſis occiſis obliuiſcantur populi mei, illius eximij beneficij accepti, mei ſcilicet ſanguinis in redẽptionem eorũ effuſi. Diſperge tamen illos in uirtute tua, ut per orbem uagi diſcurrant. Et depone eos protector meus domine à dignitate & ſede, ut quæ hoc uiderint nationes, ſciant delictum oris eorum, & ſermonem labiorum ipſorum dicentium: tolle tolle. Et ſic humiliati comprehendãtur in ſuperbia ſua, uel hac temporali pœna, quam ſubſequetur æterna. Et de execratione & mendacio annũtiabuntur in conſummatione ſeculi. Tunc quidẽ de conuicijs & maledictis in me coniectis redarguti, in ira conſummationis peribunt, & ipſi coniecti in ignem æternũ. Et ſcient quia deus dominabitur Iacob, & finium terræ: quem ipſi humilem in carne deſpexerunt. Nũc igitur diſperde illos, nam reliquiæ (ut dixi) conuertentur ad ueſperam, ipſiq; conuerſi diſpergentur, ſalutem etiã aliorũ eſurientes, illoſq; ſibijpſis & Chriſto incorporantes: ut iam ſint unum corpus qui erant ante diſperſi & ſegregati. Si uerò non fuerint ſaturati, iuxta pium quem patiẽtur affectum, murmurabunt deſides increpantes. Ego autem cantabo fortitudinem tuam, qua attraxiſti humiles, & debellaſti ſuperbos. Et exultabo ſummo mane reſurgens, fortitudinem ſimul & miſericordiam laudans: quia factus es ſuſceptor meus, &c. cui pſallam. Et nos etiam fideles in unum congregati, pro tantis myſterijs ac beneficijs in nos collatis: pſallemus tibi gratias agentes immortales.*

## PSALM. 59.

*DEus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos: iratus es, & miſertus es nobis.*

Huius pſalm. oblongus eſt titulus. In finẽ pro his qui commutabuntur in tituli inſcriptione: ipſi Dauid, in doctrinam cum ſuccendit Meſopotamiam Syriæ, & Syriam Sobal, & conuertit Ioab, & percuſsit Aedon in valle Salinarum duodecim millia. Cuius rei hiſtoria. 2. reg. 8. cap. deſcripta eſt. (2. reg. 8.) Habitis enim pluribus & adeptis de hoſte triumphis (nam ſicut ibi dicitur: Seruauit dominus Dauid in omnibus ad quæcunq; profectus eſt) cecinit Dauid hunc pſalmum pro toties parta victoria Deo gratias agens: ac per hoc in ſpiritu futura præuidens eccleſiæ bella, de quibus omnibus eſſet etiam ipſa reportatura triumphũ, in manu Chriſti fortis, qui Dauid à prophetis (vt iã oſtẽdimus) non ſemel eſt appellatus. Pro ſuis igitur fidelibus qui à malo in bonum, ab impietate ad fidem: ab idolatria, ad verum dei cultum, & poſt huius vitæ curſum, ad gloriam commutabuntur: vt ſit illis in doctrinam, hunc pſalmum compoſuit, eos in Chriſtum dirigentem: qui totius boni finis eſt culmen atq; perfectio. Dicat ergo eccleſia ſancta: Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos. Repuliſti, vt ad te adduceres, deſtruxiſti vt ędificares. Sicut mulieri contigit Chananeæ, (math. 15. b.) quam cùm repellere videbaris, tunc adducebas. Nec ſecus deus repuliſti nos, quandoquidem audiui te apoſtolis præcipientem in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: (mat. 10. a) qui tę (vt gẽtes adducas quas repuliſſe videbaris) iterum dicentem audio: Euntes docete omnes gentes. (mat. vlt. d) Atqui repuliſti nos, qui longè diſceſſeramus a te peccantes, iuxta Eſaiæ verbum dicẽtis: (Eſa. 59. a) Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos & deum veſtrum. Sed ecce Ieremias ait: (Hier. 31. a) longe dominus apparuit mihi, & in charitate perpetua dilexi te. Ideo attraxi te miſerans. Nempe repuliſti, ſed attraxiſti: deſtruxiſti, ſed innouaſti nos: iratus es, & miſertus es nobis. Concluſit enim Deus omnia in incredulitate (ait apoſtolis) vt omnium miſereatur. (Rom. 11. d) Certè omne hominum concludi permiſiſti genus: vt miſericordia tua tam in Iudæis quàm in gẽtibus locũ haberet. Iratus es in vetuſtatẽ, ſed miſert⁹ ad nouitatẽ: iratus in incredulitatem, miſertus ad fidem. quæ vtiq; doctrina eſt, pro his qui commutabuntur à falſitate in veritatem: à vana ſuperſtitione in veri Dei cultum: à tenebris in lucem, piam ſanctamq; doctrinam, quibus iſdem ait Paulus: (Ephe. 5. a) Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Hoc autem in tituli inſcriptione, vt ſub crucis vexillo, tibi militẽt Ieſu bone, qui in cruce pependiſti. Probe quidem de te ſenſerat Abacuch dicens: (Abacu. 3. a) Cùm iratus fueris: miſericordię recordaberis. Ideo iratus, noſtram repuliſti iniquitatem, deſtruxiſti vetuſtatem maleq; erectum in ruinã dediſti: vt cõſtruas ab integro, ipſo ſummo angulari lapide chriſto Ieſu in quo omnis ædificatio conſtructa, creſcit in templum ſanctum in domino. (Eph. 2. d) Apoſtoli Pauli verba ſunt ad Epheſios ſcribentis. Sequitur.



2\. *Cõmouiſti terram, & conturbaſti eam: ſana contritiones eius, quia cõmota eſt.*

Eius eſt ſanare, cui⁹ & percutere. dicat Iob: (Iob. 5. c) Beatus homo qui corripitur a dño. Increpationem ergo domini ne reprobes: quia ipſe vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius ſanabunt. q̃ ſi ita res habet, tu dñe qui cõmouiſti terram: ſeda tumultuantem. tu qui conturbaſti, tranquilla, & qui contriuiſti, ſana cõtritiones eius, quia commota eſt. Ecce commota eſt terra noſtra à bono in malum pœnę propter peccatum. & noſtra quæ immortalis fuerat natura, mortalis, paſsibilis, & corruptioni obnoxia facta eſt. Tu domine ſana in reſurrectione contritiones eius, vt commutetur à corruptione in incorruptionẽ, à morte in vitam, ab ignominia in gloriam. Tu etiã commouiſti terrenum hominem peccantem vt peccatum deſerat, deteſteturq;. Nam primùm in conuerſione peccatoris, (3. reg. 19. b) gratia tua eſt præueniens, ſpirituſq; tuus animam commouens, & poſt ſpiritum commotio, & poſt commotionem ignis; & poſt ignem ſibilus aure tenuis: (pſal. 32. v. 8) quod pſalmo. 32. elucidauimus. Commouiſti igitur terram & conturbaſti eã flagellis, terroribus, & comminationibus pulſans peccatorem terrenis deditum. tu commouiſti terram: nec ipſa renuit, ecce cõmota eſt. tu præueniſti in commotione, illam excitans, docens, & exercẽs: quę tremẽs ſtatim obſequuta eſt. gratia tua præueniente commouiſti rationem, & conturbaſti voluntatẽ, quæ liberi arbitrij partes ſunt: hoc autem ad contritionem. Huius quidem commotionis modum paucis complectitur Eſaias dicens: (Eſai. 50. b) Erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam quaſi magiſtrum: dñs deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorſum non abij. Si ergo commouiſti terram, & commota eſt: ſana contritiones eius quia cõmota eſt: ſana (inquam) & gratiæ tuæ infuſione, & peccati expulſione. Id benignitatis tuæ erit atq; clementiæ deus: ſi contritam ſanes, & medearis commotæ. ecce commotione commota eſt, priſtinæ vitę abrenuntiauit, & in nouam alteram commutatur: ſana igitur contritiones eius quia cõmota eſt. Sequitur.

3\. *Oſtendiſti populo tuo dura: potaſti nos vino compunctionis.*

Aduerſantia huius ſeculi mala dura videntur: quæ nobis oſtẽdit pius & miſericors de⁹: vt per hæc timorem incutiat, quo caueamus ne duriora gehẽnæ incidamus tormẽta. Mutatus es mihi in crudelem (ait Iob) & in duritia manus tuæ aduerſaris mihi. (Iob. 30. d) Sed paucis interiectis ſubiungit: veruntamen non ad cõſumptionem eorum emittis manum tuam: & ſi corruerint, ipſe ſaluabis. Mutatus videris domine in crudelem diſtricte feriẽs: vt nos commutemur. cum in hoc etiã ſis benignus, potans nos vino compunctionis: ne cum dãnatis peccatoribus, illud mixtum fęce nuſquã exinanita, bibamus. (pſal. 74. v. 8) Sequitur.

4\. *Dediſti metuentibus te ſignificationem: Vt fugiant à facie arcus.*

Non ineptè tranſtulerunt quidam: dediſti vexillum, per hoc crucem intelligentes, ad quam Chriſtiani milites confugiant oportet vt liberentur: cuius ſigni etiam meminit Eſaias dicens: (Eſa. 11. cap.) Et leuabit ſignum in nationes, & congregabit profugos iſrael, & diſperſos iuda colliget. &c. Nos tamẽ verſionem noſtrã ſequamur. Quid (obſecro) temporis huius afflictio? quid labor? quid dolor? quid ipſa deniq; mors eſt, niſi quoddã afflictionis, laboris, doloris, ac mortis æternæ ſignum? Si tam grauia videntur quæ hic patiuntur electi: qualia & quãta erunt illa reprobis apud inferos parata, ac perpetuo deſtinata tormenta? qualis afflictio? qualis illa deniq; ſine morte mors? Non eſt ergo q̃ ignorãtiã prætẽdas o homo, nec aliud efficax ſignum petas: quo earũ quæ iniquos manent, pœnarum noueris acerbitatem. Reuelatur enim ira Dei de cœlo (ait Paulus) (Rom. 1. ca.) ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum, eorum qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent. quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius, à creatura mundi per ea quę facta ſunt, intellecta conſpiciũtur. &c. Et hoc eſt quod nunc pſaltes innuit dicens: Dediſti metuentibus te ſignificationẽ. & bene ait metuentibus: nam alijs aduerſitas non ſignificatio, ſed potius obduratio eſſe ſolet. væ illis qui huiuſmodi ſunt. Gratias igitur immortales agamus Deo opt. max. vel in hoc erga nos pijſsimo: qui nobis hiſce afflictionibus conſulit: dum ſignificationem confert, vt fugiamus à facie arcus, ne nos confodiat ſubitaneus ictus, interimatq; incautos calamitas repentina. Ecce dñs (vt alibi pſalmographus ipſe ait) (pſal. 7. v. 13) arcum ſuum tetendit, & parauit illum, & in eo parauit vaſa mortis. Sis ergo pientiſsime Deus benedictus in ſecula, qui dediſti metuentibus te ſignificationem, vt fugiant à facie arcus, diuinamq; vltionem euadant. is quidem eſt ſcopus benignæ volũtatis tuę: qua vis omnes homines ſaluos fieri. (1. Tim. 2. b)

5\. *Et liberentur dilecti tui: ſaluum fac dextera tua, & exaudi me.*

Fac igitur dilectis cedant in bonum, quæ
hic tẽporaliter patiũtur (ait Dauid ſanctus.)
ſint male actorum purgatio: non (vti repro
bis) futuræ initiũ damnationis, ſicut ſcriptũ
Hebr.12.b eſt: Quẽ enim diligit dñs, caſtigat: flagellat
autem omnem filium quem recipit. Prouer
Prou.3.b bium etiam ſapientis eſt: Quem diligit domi
nus corripit: & quaſi pater in filio cõplacet
ſibi. Siniſtra ad dextram refertur, & flagella
ad dilectionem. Sit ſiniſtra cædens, dum ta-
men ſit dextera amplexans. Saluum me fac
dextera tua, nec curo quid faciat ſiniſtra. Ad
dexteram me cum ouibus ſtatue: nam dele-
Pſa.15.v.1 ctationes in dextera tua vſque in finem. vtq;
hoc facias, saluum me fac dextera tua. Nec e-
nim aptior ſaluandi modus: quod ſi per filiũ
tuum incarnatum, qui & dextera tua eſt: ſalu
tem præſtiteris mihi, & exaudi me. Exaudi-
ſti vtiq;. Sequitur.

6. *Deus loquutus eſt in ſancto ſuo, lætabor & partibor Sichimam: & conuallem tabernaculorum metibor.*

Hoc idem verbum audio cùm apoſtolum
(in eius quæ ad Hebreos eſt epiſtolæ primo
limine) ſcribentem lego: Nouiſsime diebus
Heb.1.a iſtis loquutus eſt nobis in filio. is quidem eſt
ſanctorum ſanctus, ſanctos efficiens, ſanctifi-
cansq;. Sicuti deiparæ virgini ab angelo nun
Luc.1.d ciatum eſt dicente: Quod enim naſcetur ex
te ſanctum: vocabitur filius Dei. In hoc igi-
tur ſancto ſuo: deus loquutus eſt. Lętabor (ait
pſaltes) ſicut Abraham, cui etiam vti mihi, rei
huius promiſsio facta eſt. qui exultauit vt hu
Ioan.8.g ius videret diem: vidit ſpiritu, & gauiſus eſt.
lætabor item dicat eccleſia fœlici ſucceſſu.
nam partibor Sichimam, & conuallem taber
naculorum metibor. quippe quę dilatabor in
gentibus & Iudæis: dum ex vtraq; ſorte nõ
exiguos mihi populos acquiram. ſic tamẽ ꝙ
ex eis aliquot aſſumam: aliquot verò relin-
quam. partibor etiam in præputium & circũ
ciſionem, euangelium prædicãs: haſq; primũ
Gal.2.b ſortes Petro & Paulo ducibus ac princpibus
creditas eſſe lætabor. metiborq;: quum ditio
ni meæ atq; imperio, conuallem tabernacu-
lorum & caulas ouium ſubiugabo. In ſichi-
gen.37.c mis enim legimus filios Iacob pauiſſe oues
patris ſui, quæ terra erat Chanaam & idola-
trarum gentium: vbi tabernacula fixere pa-
ſtores. Nunc ergo ſibijpſi in dño congratula
tur Dauid ſanctus, ꝙ hæc & alia (de quibus
meminit infra) poſsideret, multa quidem bel
lo paſſus dum conderet regnum. Nec id vi-
ribus aut meritis ſuis tribuit: ſed dei benepla
cito, ꝙ ſic deus ſcilicet loquutus ſit in ſancto
ſuo futurum. per quæ omnia ſacroſanctæ ec-
cleſię Chriſti prævidet dilatationẽ. Sequitur.

*Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes: & Ephrain fortitudo capitis mei.* 7.

Scio quidem ſanctorum plures: & ſignifi-
cationes, & horum nominum interpretatio-
nes pluris fecisse, atq; ad ſpiritualem traxiſſe
ſenſum. Nec diſplicet, cùm pium ſit: moribus
q; conducat. nobis tamẽ (vt diximus) per hæc
intellexiſſe ſit ſatis: eccleſiam Dei per totum
orbem fore diffundendam: quod his ce paucis
nominibus, Galaad videlicet, Manaſſe, Ephra
in, Iuda, Moab, Idumæa, & alienigenis deſig-
natur. at hoc vnum credimus altiore quàm
prima frõte apparet ſpiritu, prophetam hæc
omnia ſuperiùs recenſita cõnumeraſſe. Nem
pe. Galaad mons ille eſt, vbi Laban perſequẽs gen.31.f
Iacob generum ſuum ac de ſorore nepotem;
comprehendit eum, & ineuntes fœdus pacis
comederunt ſimul ſuper tumulum lapidum;
qui vocatus eſt Galaad; id eſt tumulus teſtis,
vel aceruus teſtimonij. ibi Iacob in monte
extendit tabernaculum, fixitq; tentorium, ſe
cum habens quos duæ illæ ſorores, videlicet
lyppis oculis Lya, & Rachel formoſa: illi in
Meſopotamia pepererant filios; oues etiam
ac cætera quæ iuris ſui erant. vbi & Rachel
ipſa quæ formoſæ eccleſiæ typum geſsit: ea
(quæ furata fuerat) ſubter ſtramenta camelli
abſcondit ydola, deſuperq; in confuſionẽ &
abiectionem illorum ſedit. non quidem exi-
gua, aut vulgaria hic latent ſacramenta. Hu-
ius etiam montis ſpiritus ſanctus meminit, in
laudem ſponſæ dicens: Capilli tui ſicut gre- can.4.a
ges caprarum quæ aſcenderunt de monte Ga
laad: greges tui ſicut oues tonſarũ quæ aſcen
derunt de lauachro, omnes gemellis fœtibus
& ſterilis non eſt inter eas. quid vltra de Ga-
laad referam? Nonne ibi filij Ruben & Gad,
& dimidia tribus Manaſſe: dei maximi fidẽ Ioſ.22.e
profeſsi ſunt, ipſiq; ſe ſub anathemate obſtrin
xerunt, vocaueruntq; altare quod ibi ſtruxe
rant: teſtimonium noſtrum, ꝙ dominus ipſe
ſit Deus? Profectò hæc omnia ſpiritualibus
ac myſticis ſenſibus grauida ſunt: quos cuiq;
auidè ſcilicet fideliter ac pie ſcrutanti, repe-
rire licebit. non igitur abs re ait: meus eſt Ga
laad, & aceruus teſtimonij meus eſt, ipſaq;
martyrum multitudo, chriſto & chriſtianę fi
dei teſtimonium perhibentium, mea eſt: Mei
ſunt & apoſtolici greges illi: qui apparuerunt Can.6.a
de Galaad, & tanquam capilli chriſto meo ca
piti adhæſerunt. mea ſimiliter confeſſorum
fides, & (vt verbo concludam) meus eſt Ga-
laad, & meus eſt Manaſſes. Atqui Manaſſes:
primogenitus illius venditi Ioſeph fuit: qui gen.41.
præ cęteris re & nomine chriſti typum geſ-
ſit.



ſit. Ephrain verò ſecundus. Manaſſes ideo ſic
dictus: quod oblitum ſonat. Ephrain au-
tem auctum, vel creſcentem, Iuda confitentẽ,
& Idumæa, rufam, ſanguinariam vel terrenã:
Moab verò abutentem. Dicat igitur eccleſia
Chriſti illi gratias agens, qui tanto eam mune
re ditauit. dicat & in dño glorietur: Diues fa
cta ſum & abundans. Mei ſunt fideles omnes,
eorum agones atque triumphi: mei ſunt. iam
q; priorum oblita laborum: aucta ſum & ex-
pſ.44.v.18 creui. nam pro patribus nati ſunt mihi filij,
gen.30.c ita vt meritò dicere poſsim, et potiore
iure quàm Lia: Dotauit me Deus dote bona.
meus eſt enim Galaad, meus eſt Manaſſes, &
Ephrain, fidelium ſcilicet augmentum: Chri-
ſti mei capitis, eſt inuincibilis fortitudo. quẽ
admodum illa tribus inter alias fortior &
numeroſior fuit. Sequitur.

*Iuda rex meus: Moab olla ſpei meæ.*

Iuda (inquit) rex me⁹ eſt. nã catholicæ fidei
cõfeſsio: regni mei prĩcipiũ eſt. fides enim eſt
prima virt⁹: ſecũdũ obtinet locũ ſpes: charitas
verò ſuppmũ. Aduerſetur igitur Moab, & di
uina lege ac vero patre deo abutẽtes: ĩſurgãt
in me omnes, excandeſcant quantùm volent,
Hier.1.c & à facie aquilonis omnium tribulationum
ſuccendatur olla: ibi refectio, ibi ſpes mea fir-
ma ſuccreſcet, ipſaq; mortificatio: rubeam il-
lam: & ex omni parte flagrantem in me chari
tatem augebit. Gloriamur in tribulationibus
Ro.5.a (ait apoſtolus) ſcientes quòd tribulatio patiẽ
tiam operatur, patiẽtia autem probationem,
probatio verò ſpem, hoc eſt ſpei certitudinẽ:
ſpes autem non confundit. quia charitas Dei
diffuſa eſt in cordibus noſtris: per ſpiritũ ſan
ctum qui datus eſt nobis. hæc vtiq; feruẽs tri
bulationum olla propter Chriſtum, cibus eſt
chriſtiani militis, qui magiſtrum audit dicen
tem: meus cibus eſt, vt faciam voluntatem e-
ius qui miſit me. Sequitur.

9. *In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ ſubditi ſunt.*

Extendã dixi: quippe quæ omnia poſſum
Io.4.c in eo qui me confortat ſponſus meus Chriſt⁹:
phi.4.c calceamentum meum extendam in filios Ae-
don, cæteraſq; gentes: ſuperba earũ colla, pe-
de meo cõculcans. mihi enim alienigenæ ſub
diti ſunt. ſicut etiam de me alibi his prænun-
pſ.86.v.2 tiatum eſt verbis: Glorioſa dicta ſunt de te ci
uitas Dei. memor ero Raab & Babylonis ſciẽ
tium me, ecce alienigenæ & Tyrus & popu-
lus Ethiopum: ij fuerunt illic. per calceamen-
tum autem, euangelicam prædicationem ac-
cipe, iuxta illud Pauli, ſic Epheſios ſpirituali
Ephe.6.c bus armis muniẽtis: State inquit ſuccincti lũ-
bos veſtros in veritate, & induti loricã fidei,
& calceati pedes in prępatationem euangelij
pacis, vt ſint cogitatus veſtri adeò quadam
mortificatione muniti: vt nulla huius ſeculi
cura, veluti ſpina pungantur, nihil humanum
affectent, nec vitiorum lutum, aut quiuis pul
uiſculus iactantiæ & popularis auræ reſper-
gat: quin mirentur potius auditores Chriſtia
num candorem, illud Eſaiæ dicentes: Quàm Eſa.52.b
pulchri ſuper montes pedes annuntiantis & Rom.10.c.
prædicantis pacem, annuntiantis bonum, præ
dicantis ſalutem? Calceamenta enim, ex mor
tuorum animalium pellibus conficiũtur. Quũ
ergo ad gẽtes pio ac vero matris affectu, cal
ceamentum ſuum (vt euangelium prædicet)
ſacroſancta extendit eccleſia: tunc greſſus il-
lius ſuo maxime ſponſo commẽdantur, dum cant.7.a
ait: Quam pulchri ſunt greſſus tui in calcea-
mentis filia principis. laudo greſſus: ſed in cal
ceamentis. tum quòd ſuper terram, terrenaq;
adeo leuiter incedas: vt vix ea tangere videa
ris, aurea illa Pauli verba aſsiduè mente ver- thim.6.b
ſans: Eſt quæſtus magnus, pietas cùm ſufficiẽ-
tia: nihil enim intulimus in mundum: haud du
bium quòd nec auferre quid poſſumus. habẽ
tes autem alimenta & quibus tegamur, his cõ
tenti ſimus. tum etiam, ꝙ calceamentum meũ
prædices: quod vtiq; tuum eſt. an non Chri-
ſti calceamentum, eius incarnatio, de qua prę
curſor ait: Non ſum dignus vt ſoluã eius cor- Ioa.1.d
rigiam. calceamenti? an non itidem ad calcea
mentum pertinet mirifica illa legitimaq; cõ-
iunctio, qua Moſe mortuo (iuxta Oſeæ vatici Oſee.2.
nium) Chriſtus in fide ſibi deſponſauit eccle-
ſiam? Nec enim alius (ſecundum legis ędictũ)
huic negotio par erat, nec dignus: vt ſibi eam
in coniugium copularet, ac per hoc non voca
retur nomen illius domus diſcalciati: præter Deut.25.c
vnum Chriſtum. cuius rei pſalm. 28. etiam mẽ Pſ.28.ve.1.
tionem fecimus. Hæc igitur myſteria prædi-
cãs eccleſia ſancta: calceamentum ſuum extẽ
dit in omnem terram (per Idumæam quæ ter
renam ſonat ſignificatam) atq; alienigenas di
tioni ſuæ ſubegit. Sequitur.

*Quis deducet me in ciuitatem munitam: quis deducet me vſq; in Idumæam.* 10.

Nondum his omnibus ſatisfactum eſt mi- Pſ.16.v.17.
hi (ait) tũc enim ſatiabor: quũ apparuerit glo
ria tua. nunc autem à prima exulo. ſecurum
aut tranquillum nihil, vndiq; bellum inſtat &
mala premunt. quis ergo deducet me in cæle
ſtẽ illã Ieruſalẽ, quæ ædificatur vt ciuitas, cu- Pſ.121.ve.3.
ius participatio: ei⁹ in idipſum? in illã (inquã)
ciuitatẽ munitã, cuius cõfortauit de⁹ ſeras por
tarũ: benedixit filijs ciuib⁹q; habitantibus in Pſ.147.v.2

ea: poſuit fines ſuos pacem: & adipe frumen-
ti ſaturam eam facit. quando hoc (ait) mihi
experiri licebit? quis deducet me totam in il-
lam ciuitatē munitam, vbi ſecuritas plena, al-
Apo.6.d ta & iucunda quies: ꝙ ſi ad huc tempus mo-
dicum ſpectare oportet, donec compleatur
numerus conſeruorum: quis interim deducet
me vſq; in Idumęam? quandoquidem ad gen
tium populos me adire conuenit: vt conuocē
Matt.vlt.d omnes electos, vtq; euāgelium prædicem o-
mni creaturæ. hoc tamen onus meis eſt hume
ris impar: niſi tu adiuueris Deus qui dixiſti:
Ioan.15.a Sine me, nihil poteſtis facere. fiduciam autem
2.Cor.3.b talem habemus per Chriſtum ad Deum (Co-
rinthijs ait Paulus) non ꝙ ſufficientes ſimus
cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis: ſed
ſufficientia noſtra ex Deo eſt, qui & idoneos
nos fecit miniſtros noui teſtamenti, non lite
ra, ſed ſpiritu. quis ergo deducet me in ciuita
tem munitam? quis etiam deducet me vſq; in
Idumæam quæro? non quòd de ductore du-
bitem, quę vel hoc vnum ſcio, ꝙ ſolus ſis: qui
vt dediſti gratiam, largiaris gloriam. nam gra
tiam & gloriam dabit dominus (ait iſdē pſal
Pſa.83.v.12 tes) & qui operatus es in nobis velle: opere-
Phi.2.b ris & efficere, ſeu perficere pro bona volunta
te. inquiro tamen: vt hæc rogans & exquirēs
magnitudinem tuam pro humano captu lau-
dem. ſcio equidē ſcio quòd deduces tu Deus
qui repuliſti nos. quod nunc aſtruens pſalmo
graphus ait:

*Nonne tu Deus qui repuliſti nos: & nō* 11.
*egredieris Deus in virtutibus noſtris?*

An non tu quos ante deijcere videbaris,
iam laſſos tua ſuſtētabis manu? nec enim ſi pu
gnaturi egrediamur: ope tua vnquam erimus
deſtituti. quin egredieris potius vt faueas: ta
metſi viſibiliſ[illegible] (vt olim patribus) non appa
reas propugnator. Sequitur.

*Da nobis auxilium de tribulatione: quia* 12.
*vana ſalus hominis.*

Qui in te vno omnem ſpem noſtram fixi-
mus: profectò iure à te petimus adiuuari, at-
que ab ea qua premimur anguſtia educi pror
ſus & liberari. Non enim hominem quantum
libet fortem ſed te Deum interpellamus: quia
vana ſalus hominis. quamobrem.

*In Deo faciemus virtutem: & ipſe ad ni-* 13.
*hilum deducet tribulantes nos.*

In Deo opt. max. ſuiſq; viribus innixi, qui
rex atq; dominus virtutum eſt: fortia & præ-
clara geremus: & ipſe potentiſsimus ad nihi-
lum rediget tribulantes nos, qui viuit & reg-
nat Deus per infinita ſeculorum ſecula. A-
men.

## EPILOGVS PSALM. 59.

*Deus repuliſti nos & deſtruxiſti nos: iratus es, & miſertus es nobis. A te utiq; prouene-*
*re omnia, plaga ſimul & medicina: qui miſericors & iuſtus es. Commouiſti terram, terre*
*num q; hominem à te auerſum commouiſti totum, atq; totum ſimul compunctionis dolore*
*turbaſti & contriuiſti: ſana contritiones eius: quia commotus, à malo tranſiuit in bonum.*
*Oſtendiſti populo tuo dura, ac per hoc quæ manent impios tormenta ſignificaſti. potaſti*
*nos uino compunctionis, amaro quidem, ac felle mixto: quo reſipiſcamus à malo retrocedentes, ne du-*
*riora acerbiora perinde atq; æternum alia duratura, pati cogamur. Dediſti utiq; metuentibus te ſigni*
*ficationem, hiſce afflictionibus temporalibus immiſsis: ut fugiant à facie arcus: ne pereant confoſſi ex-*
*tremæ ultionis ſagitta: ut liberentur deniq; dilecti tui de morte ęterna, in die illa tremenda, quando cæli*
*mouendi ſunt & terra. tu igitur ſaluum me fac Deus dextera tua, quæ filius tuus eſt, & exaudi me. ſcio*
Eſa.52.b *q. ueniens in carne me exaudiueris Deus, qui per Eſaiam id ita futurum prænuntiaueras dicens: Qui*
Heb.1.a *loquebar: ecce adſum. Deus loquutus eſt in ſancto ſuo. nam multifariè multiſq; modis olim Deus loquēs*
*patribus in prophetis: nouiſsimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio ſancto ſuo. Lætabor ego (ait eccle*
*ſia Chriſti) & ex præputio & circuncisione: fidelium partes aſſumam. partibor quidem Sichimam &*
*conuallem tabernaculorum metibor. meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes, & cætera quæ ſequuntur,*
*quorum nomina haud myſterio uacant. Ephrain ſcilicet, Iuda, Moab, Idumæa, quas mihi omnes ſubdere*
*opto. Sed his omnibus obtentis: adhuc explere mentem nequeo. quippe quæ ad altiora tendo, & ſuſpirās*
*clamo: Quis deducet me in ciuitatem munitam? in cæleſtem illam ſcilicet Ieruſalem, quæ ædificatur ut ci*
*uitas, cuius participatio, eius in idipſum, cuiuſq; portarum ſeræ nimium confortatæ ſunt. Sed euangeliū*
*ante gentibus prædicari neceſſe eſt: ut impleatur numerus electorum. quis ergo deducet me prius in I-*
*dumæam? nonne tu qui nos repuliſſe uidebaris Deus, quiq; ut dominus uirtutum, dabis uerbum euange*
pſ.67.v.12 *lizantibus uirtute multa? Non quidem egredieris Deus in uirtutibus noſtris: ſed in uirtute tua. da igi-*
*tur nobis auxilium de tribulatione: quia uana ſalus hominis. obidq; in Deo faciemus uirtutem: & ipſe*
*fortiſsimus gigas ad nihilum deducet tribulantes nos: quamobrem ubi ubi gentium fuero: clamabo ad te*
*orans, ſimulq; gratias agens.*

## PSALM. 60.





*Exaudi Deus deprecationem meam:*
*intende orationi meæ.*

Huius pſalmi titulus eſt: in finem in
hymnis pſalmus Dauid. vt ſit hic pſ. laus quæ
dam Dei cum cātico: in Chriſtum (qui totius
perfectionis eſt finis) nos dirigens. Eſt igitur
cuiuſuis iuſti vel eccleſiæ, cum laude & cātu
deprecantis oratio. Clamat eccleſia in tribu-
latione poſita: & ad caput ſuum membra cō-
uerſa clamant. Exaudi deprecationem remo
uens mala: intende orationi tribuens bona. Se
quitur.

2. *A finibus terræ ad te clamaui: dū anxia-*
*retur cor meum, in petra exaltaſti me.*

Pſal.18.v.4 Audiui vocem tuam in finibus terrę con-
Rom.10.d ſtituta: cum in omnem terram apoſtolorum
tuorū ſonus prædicationis exiret: & in fines
orbis terræ verba eorum. Obaudiui (inquam)
& credidi: tu (vice verſa) deprecationem meā
exaudi: ecce à finibus terræ ad te clamaui. e-
go quidem illa quæ nunc clamo: hęreditas &
Pſal.2.v.8 poſſeſsio tua ſum, quam tibi à patre dari po-
ſtulaſti. quippe quæ te vnicū quem pater con
ſtituit hæredem vniuerſorum, meiq; poſſeſſo
pſ.79.v.13. rem agnoui. nunc autem anxiatur cor meum:
quòd cùm vinea tua ſim, me vindemiant om
nes qui prætergrediuntur viam: exterminā-
uit aper de ſylua: & ſingularis ferus depaſtus
eſt. quamobrem clamo, Deus virtutum cōuer
tere, reſpice de cęlo & vide: & viſita vineam
iſtam, & perfice eam quam plantauit dextera
tua. clamaui à finibus terræ: & tu à ſummo cę
lo exaudiſti me. nam dū anxiaretur cor meū:
Rom.10.a in petra exaltaſti me: in Chriſto ſcilicet, fir-
Matth.10.c miſsimaq; ac ſolida Chriſti fide. fundaſti vti-
que & exaltaſti. fundaſti fide: exaltaſti meri-
tis & gratia: & cùm me anxiam vidiſti: ſupra
petram collocaſti. Sequitur.

3. *Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea: tur*
*ris fortitudinis à facie inimici.*

Tu deduxiſti me per te ad te: qui ductor
atque doctor, via & vię terminus es. Deduxi
ſti volentem, feciſtiq; non renitentem, qui de
Pſa.64.v.6 diſti velle. & factus es ſpes mea: qui ſpes etiā
es omnium finium terrę, & in mari longè. De
duxiſti me pro me moriēs, factus es ſpes mea
reſurgens, & turris fortitudinis in cælum a-
ſcendens, atq; ad dexteram patris ſedens. & vt
rem ipſam paucis abſoluam, factus es mihi in
Pſ.93.v.22 refugium, & Deus meus in adiutorium ſpei
Pſ.76.v.20 meæ. deduxiſti ergo paſcens ſicut oues po-
pulum tuum, qui factus es ſpes mea peruenie
di ad te: eo ꝙ tu iam perueneris ad me. factus
Io.16.g. es (inquam) ſpes mea: dum audio te dicentē:
In mundo preſſuram habebitis: ſed confidite,
ego vici mūdum. quid eſt igitur quòd timeā
inimicum: cùm te habeam defenſorem? huius
rei gratia clamaui dum anxiarer: ſuccurriſti
ſtatim & in petra exaltaſti me. an non homi-
nem in petra exaltaſti: cùm Chriſto humanā
vniſti naturam. Sis ipſe benedictus in ſecula:
qui deduxiſti me inſuper ad te, factus ſpes
mea, & turris fortitudinis à facie inimici. Se-
quitur.

*Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſecula:* 4.
*protegar in velamento alarum tuarum.*

Inhabitabo interim (ait) vſq; ad huius ſeculi fi
nem in tabernaculo militans: ſed de victoria
ſecura, quia ſub alas potentiæ tuæ protecta.
Sequitur.

*Quoniam tu Deus exaudiſti orationem* 5.
*meam: dediſti hæreditatem timentibus no*
*men tuum.*

Duo hęc, ſupplex ipſa petieram ante. ꝙ ſci
licet exaudires deprecationem: & meæ inten
deres orationi. tu autem Deus rerum omniū
moderator optime, feciſti alterum, qui exau
diſti orationem meam. nam timētibus te, pro
miſſam conferes hæreditatem, alterum verò
abnuiſti, qui non interim amouiſti mala, vt
prætenderat deprecatio: tametſi æterna iam
in ſpe contuleris bona. id quidem moris tui
eſt, vt non ſemper ad votum, electorum tuo
rum exaudias deprecationem: quam ſemper
exaudis ad vtilitatem. nec enim omnia mala
remoues: quinimo aliqua interdū infers, qui-
bus exerceantur electi, ad virtutum cuſtodiā
& cumulum meritorum. Dediſti (dixi) hære-
ditatem. non quòd hanc vitam viuētibus prę
ſtiteris illam: ſed ꝙ fide & ſpe certa, repoſitā
illis habeas hæreditatem, incorruptibilem, &
incontaminatam, & immarceſsibilem, conſer
uatam in cælis, paratam reuelari in tempore
ſuo, vt vertex apoſtolorū Petrus ait. vbi ma- 1.Pet.1.a
gna eſt dulcedinis multitudo: quam abſcondi Pſ.30.v.23
ſti timentibus te. hac igitur ſpe fulta: dediſti
dixi. Scio enim cui credidi, & cum Paulo a-
poſtolo certa ſum, quòd potēs es depoſitum 2.thim.1.c.
meum ſeruare in illum diem. Ecce Chriſtus
mortuus eſt, & cohæredes illius facti ſumus.
Cùm ergo dederit dilectis ſuis ſomnum, ſta-
tim hæreditas apparebit. nam (vti Paulus ait) Heb.9.d
ideo noui teſtamenti mediator eſt, vt morte
intercedente in redemptionem earum præua
ricationum quæ erant ſub priore teſtamento
repromiſsionem accipiant, qui vocati ſunt
æternę hæreditatis, qua hæres ipſe Chriſtus,
qui & à mortuis reſurrexit, cum militibus
cohæredibuſq; ſuis potietur in æternum. Se-
quitur.

*Dies ſuper dies regis adijcies: annos eius
vſq; in diẽ generationis & generationis.*
Pſ.126.v.4 Hæc eſt hæreditas dñi,filij merces,fructus
ventris:in qua dierum annorumq; æternitas
erit,imò vnius Diei infinitas. de qua iſdem
Pſ.84.v.10 pſaltes ait:melior eſt dies vna in attrijs tuis,
Rom.6.b. ſuper millia.ſcientes(ait apoſtolus) ꝙ Chr̃s
reſurgens ex mortuis:iam nõ moritur, mors
illi vltra nõ dominabiť.ꝙ.ñ.mortu'eſt pecca
to,mortu'eſt ſemel:ꝙ aũt viuit,viuit Deo.ſã
cti igiť nũc timẽtes nomẽ eius:tũc exultabũt
& conuiuent æternum viuenti, velut capiti
ſuo iam glorioſe vnita membra.et qui vſque
in vltimum huius generationis diem,cũ ſpõ-
ſa ſua eccleſia permanebit:in alterius genera
tionis æterna die,cum ea etiam ſine fine reg
nabit.Sequitur.

7. *Permanet in æternum in conſpectu Dei: miam & veritatem eius quis requiret?*
Sedet quidem ad dexteram patris æterni: co
æternus filius Deus & homo Chr̃s,qui ſalutẽ
operatus eſt in medio terræ.quis nunc(obſe
cro)miſericordiæ & veritatis eius magnitu-
dinem poterit inueſtigare?quis miſericordiã
eius qua nos redemit atque aſciuit in regnũ:
& qua ꝓmiſſa adimpleuit dignoſcere queat,
ipſamq; dignis laudibus efferat veritatẽ.Seq.

8. *Sic pſalmum dicam nomini tuo in ſeculũ
ſeculi: vt reddam vota mea de die in diẽ.*
Ex præmiſsis omnibns infert, ſe tunc grãs
inexhauſtas diuino nomini acturam: quum
promiſſam adepta fuerit hæreditatem. nem-
pe tũc ſine intermiſsione,omni conatu vota
ſua reddet illi, à quo nouit ſe miſericorditer
accepiſſe.qui viuit & regnat Deus in ſeculo
rum ſecula Amen.

## EPILOGVS PSALM. 60.

*Exaudi Deus deprecationem meam:intende orationi meæ.à finibus terræ ad te clamaui(ſanctorũ ait eccleſia)dum anxiaretur cor meum,& hinc inde uarios pateretur incurſſus.tu autem,ut cor ſtabile permaneret,in petra exaltaſti me. ſtatuiſti quidem ſupra fidei firmitatem, deduxiſti me, quia factus es ſpes mea,turris fortitudinis,& arx inexpugnabilis,à facie inimici.deduxiſti paſcens atq; gubernans,factus es ſpes mea promittens,& turris fortitudinis:robur præſtans,atq; defendens.inhabitabo igitur in tabernaculo tuo,ſub te militans,protegar in uelamento alarum tuarũ ab omni malo,eroq; de promſsione regni ſecura:quoniam tu Deus meus exaudiſti orationem meam. dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum,rege meo & capite in cruce expirante Chriſto:cui à mortuis reſurgenti iamq; non morituro,dies ſuper dies adijcies,annosq; eius uſq; in diem generationis et generationis:nam permanet in æternum in conſpectu Dei,ad dexteram eius ſedens.at miſericordiam & ueritatem eius,quas erga nos habuit:quis requiret?quis illas(obſecro)poterit enarrare? quamobrem, ſic pſalmum dicam nomini tuo in ſeculum ſeculi:ut reddam uota mea ſine intermiſsione tibi Deo meo uiuo & uero,ad quem unum mei omnes diriguntur affectus.nec alteri quam tibi dilectiſsimo ſponſo meo ſubijciar unquam.*

## PSALM. 61.

*Nonne Deo ſubiecta erit anima
mea:ab ipſo enim ſalutare meũ.*
Cuius titulus eſt: in finem pro Idithum
pſalmus Dauid. quem,pſalmuo.38.elucidaui
mus. vbi hoc nomen Idithum,quod vnius ex
cãtoribus prępoſitis à Dauid rege cõſtitutis,
proprium nomen eſt:tranſilientem interpre-
tari diximus.vox ergo eccleſiæ eſt.illius ſcili
cet quæ terrena tranſiliens:ad cæleſtia per-
uenire ſatagit cõtenditq;.nec de ſubiectione
ſua dubitãs,quin affirmãs potius,& ſeſe Deo
deuouens:in aduerſantes inuehitur, & quaſi
ſatyrã agens,in hãc vocẽ ꝓrumpit:nõne Deo
ſubiecta erit aĩa mea?erit profectò dũ vixe-
ro,cui me totã debeo,ab ipſo enim ſalutare
meũ. induit igiť eccleſia vt pia mater filiorũ
ſuorum,noſtrum videlicet cuiusque perſo-
nam,atque vt nos inſtruat:hæc verba compo
nit,quę in corda noſtra & ora traſfundat: vt
ſint nobis clipeo defenſaculoque contra te-
la nequiſsimi ignea.dicat igiť is qui in primo
homine cecidit homo,& à ſtatu illo innocen
tiæ in quo creatus eſt:infœliciſsimo commo
tus eſt lapſu.dicat qui deſcendens ab Ieruſa- Luc.10.g
lem in Hierico:incidit in latrones,& qui deſ-
poliatus plagisque impoſitis:ſemiuiuus reli-
ctus eſt,& per miſericordem illum Samarita
nũ adhibita cura & curatione,reſtitutus fuit
ſanitati:nonne Deo ſubiecta erit anima mea?
ab ipſo enim ſalutare meum. nec ſum tam in
ſolens & ingratus inſipiens vẽ:qui me nõ no
uerim creaturam,alijs huiuſmodi à creatore
ipſo præ poſitam:ſic tamen vt illi ſubdar.tran
ſiliam ergo omnia,ſpernẽs creata omnia: ſed
non omnium conditorem.ab ipſo enim meũ
eſt eſſe,viuere & intelligere, ab ipſo eſſe &
bene eſſe,animæ & corporis ſalus,cũctaq; mi
hi prouenient bona.Sequitur.





2. *Nã & ipſe deus meus & ſalutaris meus
ſuſceptor meus:non mouebor amplius.*
Chriſtus dñs qui & ſalutare meum:vnige-
nitus Dei filius eſt.Ab ipſo etenim eſt: vti fi-
lius à patre, deus de Deo, coæternus illi &
coæqualis.& ipſe Deus meus. non qui crea-
uit ſolùm:verùm etiam qui humanam(quam
redemit) vniuit ſibi naturam.nam & ipſe de'
meus eſt & ſalutaris meus,ſimulq; ſuſceptor
meus, creauit vtiq; redemit & ſuſcepit me.
ipſe eſt vitæ,gratiæ,glorięq; largitor. quam
obrem nõ mouebor amplius. ecce deliqui ſe
mel,& ſummum dereliqui bonum.in lubri-
co pedem poſui,& commotus corrui. At Sa
maritanus ille miſericordia motus: ſeſe meũ
exhibuit ſuſceptorẽ, erexit ac reparauit me.
Ergo pro viribus eiusq; gratia fultus:nõ mo
uebor amplius,ne recidens, illi ingratior: &
mihi pernitioſior fiã. Abite igitur infœlices
dæmones ſæuiſsima turba Satanæ, vosq; ſu-
perbi & elati homines membra eius abite.
Abſcede tu etiam munde immunde,tuq; im-
portuna impudens & procax caro quieſce.
faceſſat inuidia ſæuientium, & mundanus fa-
ſtus arridẽs,nec iam ipſa laſciua,petulãsq; ſo-
liciter caro, fugiant deniq; cæteri blandien-
Rom.10.a tes: qui iuxta apoſtolum ignorantes iuſtitiã
dei,& ſuam quęrentes ſtabilire: iuſtitiæ Dei
non ſunt ſubiecti. Non veniat mihi pes ſuper
Pſ.35.v.12. biæ,& manus peccatoris non moueat me.ibi
ceciderunt qui operãtur iniquitatem: expul
ſi ſunt,nec potuerũt ſtare.Non ergo moueat
me,& non mouebor amplius. non veniat mi
hi pes ſuperbiæ, quæ & ſapientia carnis, ſeu
Rom.8.b. affectus eſt:& iuxta apoſtolum inimica deo.
Iob.15.d. legi enim Dei non eſt ſubiecta,nec enim po-
teſt. eſt enim vitium hominis quia auerſio à
Deo ſeu lege Dei. Nec vt talis cõuerti po-
teſt:vt legi Dei ſubdatur.eſſet quidem ſimul
auerſio & conuerſio.quod vtiq; vitium dum
carnẽ afficit:ipſam inſtigat, vt currat aduer-
ſus Deum erecto collo(ſicut ait Eliphaz the
manites apud Iob) & pingui ceruice arma-
ta:laſciuiens atq; rebellis inſurgat quaſi indo
mita: niſi diuinæ gratiæ freno cohibeatur à
malo, & legi Dei ſubdatur. nonne tunc Deo
ſubiecta erit anima mea.Sequitur.

3. *Quouſq; irruitis in hominem:interficitis
vniuerſi vos, tanquam parieti inclinato,
& maceriæ depulſæ?*
An non fuit ſatis in primum illum irruiſſe
hominem,ipſumq; ſpoliaſſe: dicite latrones?
quouſq; vobis peruerſus ille irruendi in ho-
minem erit animus & damnata libido?interfi
citis vniuerſi vos:vt interficiatis eum.in eum
quidem impetum facitis tanquam in parietẽ
inclinatum minantemq; ruinam. Fateor,ho-
mo ipſe terrenus eſt:vt qui de limo terrę fue-
rit conditus. Solùmmodo hoc inueni etiam
eccleſiaſte dicente, quòd fecerit Deus ho- Eccl.7.d
minem rectum: & ipſe ſe infinitis miſcuerit
quæſtionibus. Profectò ſeductus & male cõ
ſentiens incuruatus eſt,pronïorq; & propen
ſior atq; ad malũ procliuior effectus: paries
ipſe remanſit curuus,ſimilisq; maceriæ à Sa-
tana depulſæ. diſcedite iam ergo maligni ſpi
ritus. quouſq; irruitis in hominem,vniuerſiq;
vos interempti: cũ veſtris impulſibus(ꝙ cũ
noueritis incuruatum) iterum deijcere niti-
mini: vt denuo interficiatis?An ignoratis ho-
minis dignitatem, ꝙ ſit opus artificis ſummi,
atq; excelſi, ad imaginem Dei conditus, Dei
capax,&(quod his omnibus maius eſt)Deo
hypotaſtice vnitus,eiusq; gratia atq; proprij
ſui cruoris inextimabili prætio redemptus?
quòd ſi talem eum noſtis: quouſq; irruere in
hominẽ nõ veremini,qui eſtis ab hoĩe victi?
nempe caſſo labore cõſumemini. quippe qui
interficitis vniuerſi vos: æſtimantes ꝙ non
ſit homini adiutor.eſt vtiq; Deus, qui vt in-
clinato ſuccurreret parieti:inclinauit ſe fact'
homo, & inclinato capite tradidit ſpiritum,
& ſanguinem ſuum dedit in pretium redem-
ptionis humanæ.& ipſe ſtat etiam poſt parie
tem noſtrum,reſpiciens per feneſtras,proſpi Cant.2.b.
ciens per cancellos.ꝙ ſi legas interficiemini
vniuerſi vos tãquam paries inclinatus & ma
ceria depulſa:in promptu ſenſus eſt,ꝙ huiuſ-
modi irruentes in hominem damnatio ſeque
tur æterna.Sequitur.

4. *Veruntamen pretium meum cogitauerũt
repellere,cucurri in ſiti: ore ſuo benedice
bant, & corde ſuo maledicebant.*
Quidã tamen legunt:vtiq; honorem meũ
cogitauerunt repellere,diligunt mẽdacium.
&c.Vidit enim Lucifer ille ſuperbus, homi-
nem(vt diximus)adeò dignificandum: vt ad
ſummum dignitatis apicẽ proueheretur, dũ
verbo diuino humana eſſet hypoſtaticè vni
ta natura.Vidit igitur & inuidit. ipſeq; inui-
dus& qui de eiuſdẽ cliẽtela atq; factione cor
ruerunt angeli:pretium hominis repellere, il
liusq; honorẽ atque dignitatem deturpare
obſcurare,ac denigrare cogitarunt.vt(ſi qua
fieri poſſet)deo eusq; diſpliceret homo:vt il
lius non aſſumeret, quin velut indignam po
tius reſpueret naturam. id quidem ante ho-
minis lapſum ſceleratiſsimi illi excogita-
runt. At verò lapſo homine: quòd verbum
fuerit incarnatum, factusq; homo deus:illis
inuidiæ fomitẽ auxit. Nẽpe cogitauerũt pre

tium redemptionis eius repellere. Cuius rei
vel illud ſit teſtimonium: ꝙ Pilato præſidi di
Mat.27.b. xerit vxor: Nihil tibi & iuſto illi, multa enim
paſſa ſum hodie per viſum propter eum. hoc
etiam & Iudæi eiuſdem diaboli membra re-
pellere cogitarunt: Chriſtum dñm occidētes:
ſed longè aliter euenit. nam moritur chriſtus
& reſurgens honoratur, redimitur eccleſia,
electi credunt, & prædeſtinati demum mag-
nificantur: dum ad cæleſtium conſortium aſ-
ſumuntur. dicat igitur Chriſtus, dicat eccle-
ſia, atq; electus quiſq; dicat: Pretium meum
1.Cor.6.d. cogitauerunt repellere. de quo apoſtolus Co
rinthijs ait: Empti enim eſtis pretio magno.
Quodq; alter apoſtolorum princeps expri-
1.Pet.1.d. mit dicens: Scientes quòd non corruptibili-
bus auro vel argento redempti eſtis de vana
veſtra conuerſatione paternæ traditionis:
ſed pretioſo ſanguine quaſi agni incontami-
nati & immaculati Chriſti. Cucurri in ſiti ait.
cucurrit vtiq; in ſiti Chriſtus: qui fatigatus ex
itinere hora quaſi ſexta ſupra fontem ſedens,
Ioan. 4. a. mulieri Samaritidi dixit: Da mihi bibere, qui
q; in cruce pendens dixit: Sitio: ꝙ ſalutē ge-
neris ſitiret humani. Sitibunda etiam ad vi-
tæ fontem de latere Chriſti manātem fœlix
ipſa cucurrit eccleſia, cucurrit in ſiti, vti amo
re languēs, inhiansq; ſalutem. & ſic cucurrit,
vt comprehenderet. at contra Iudæi, quorū
pedes veloces ad effundendum ſanguinem,
qui ore ſuo benedicebant quandoq; adulan-
tes, ſed maledicebant corde peruerſe cogitā
Mat. 15. b. tes. quibus eundem dñm dixiſſe legimus: Hy
pocritæ, bene prophetauit de vobis Eſaias di
Eſa. 29. c. cēs: Appropinquat mihi populus hic ore ſuo
& labijs me honorat: cor autem eorum lon-
gè eſt à me. Sequitur.

5. *Veruntamen Deo ſubiecta eſto anima*
*mea: quoniam ab ipſo patientia mea.*

Vtcunq; res habeat: tu eſto fortis & con-
P.36.ve.6 ſtās anima mea. Subdita eſto domino, & ora
eum: quoniā ab ipſo patiētia mea: ipſe enim
animum, vires & tolerantiam præſtat. Non
eſt ꝙ ab eius pedibus dimouearis vnquā, ſic
apud me ſtatui. Sequitur.

*Quia ipſe Deus meus, & ſaluator meus:*
*6 *adiutor meus, non emigrabo.*

Creauit redemit & quotidie me adiuuat
Deus: non ab eo diſcedam. ipſe potens ſciēs
& volens: ad quem pro tuēda vita migrabo?
Eſt ne qui iure tibi dixerit: ò anima mea trāſ
Pſ.10.. ve.1 migra in montes ſicut paſſer? ne commouea
ris obſecro, aut latum vnguem ab incommu
tabili bono recedas. quinimo tranſiliens o-
mnia ipſum agnoſce, per quem & ad quem
omnia. Illi affectu quaſi glutino adhære; tibi
enim adhærere Deo bonum eſt. dices igi- Pſ.72.v.27
tur: Non emigrabo ab eius fide cui me perpe
tuo conſecraui: nec me transferam ad infide-
litatē, quaſi ab Ieruſalem in Babylonem. Seq.

*In Deo ſalutare meum, & gloria mea:*
*Deus auxilij mei, & ſpes mea in deo eſt.* 7.

Si ſalutem ò anima mea, ſi iuſtificationē, ſi
vitam, ſi poſtremò gloriam quæras & hono
rem, vt ad eum in quem creata es tendere ve
lis ſcopum: ecce in deo ſalutare meum & glo
ria me: ideoq; vera & conſtans, permanens
& fixa: perinde ac poſita tuto loco. Non hęc
alibi aut aliunde requiras, ne operam ſimul
perdas & impenſam. ipſe enim meus eſt auxi
liator ad ſalutem, & ſpes certa ad honorem
& gloriam capeſſendam. Audi iam apoſto-
lum dicētem: Quos prædeſtinauit: hos & vo Rom.8.f.
cauit. & quos vocauit, hos & iuſtificauit.
quos autē iuſtificauit, illos & magnificauit.
Et ſubinfert: Quis ergo nos ſeparabit à chari
tate chri? noli igiť aīa mea ab eo diuelli. Seq.

*Sperate in eo omnis congregatio populi,* 8.
*effundite coram illo corda veſtra: quia*
*Deus adiutor noſter in æternum.*

Toties meum dixi Deum: ꝙ fortè alicui
viſus ſim, ſic illum mihi vendicaſſe: quaſi no-
lim vllum admittere in huiuſmodi poſſeſsio
ne conſortem. quod abſit. Nihil enim magis
à vera charitate alienum. quamobrem atten-
dite vos nunc omnis congregatio populi. in
eo ſperate primùm: nec diffidentes accedite,
aut hæſitantes: quin illi potiùs fidite iuſto &
miſericordi. Fūdite coram illo corda veſtra,
in confeſsione plena peccatorū. Scitote quo
niam (is quem meum hactenus deum dixi)
noſtrum omnium adiutor eſt, eritq; auxilia-
tor. vos tamen ſperate in eo, effundite & de-
fęcate corda veſtra per pœnitentiam, effun-
dite (inquam) coram illo. Nec vereamini, eò
quòd ſpurca ſint omni fæce plena, putridum
q; exhalantia putorem. Is etenim odor vt oc
cluſus fœtet: ſic per hominis confeſsionem
& ſuiipſius accuſationē effuſus: ſuauiſsim' eſt
odor pientiſsimo Deo adiutori nr̄o. Sequiť.

*Veruntamen vani filij hominum, menda*
*ces filij hominum in ſtateris: vt decipiant* 9.
*ipſi de vanitate in idipſum.*

Verterūt quidā. in ſtateris ſi aſcendāt: ipſi
pariter leuiores ſunt vanitate. proſequitur di-
uinus vates vberrima charitate ſatyrā ſuā. et
currens in ſiti, carpit filios Adā, ſalutē illorū
ſitiens: quos vanos, mēdaces, ac inuicē decep
tores appellat. ad quos alibi: filij hoīum vsq; Pſ.4.ve.3
quo graui corde, vt quid diligitis vanitatē &
quæritis mendacium? vani ſunt quidem filij
hoīum



hominum & vanitate leuiores. Nam omni-
bus in altera bilance poſitis: vanitas ipſa præ
ponderat, ſi appendantur ſimul, mendaces e-
tiam in ſtateris: quia falſi & fallaces, decepti
& deceptores, quorum iniuſta ſtatera cordis
qua aliter propria iudicant: & aliter aliena.
vnde ait ſapiens: Quis poteſt dicere, mundū
pro.20. eſt cor meum, purus ſum à peccato? pondus
& pondus, menſura & menſura: vtrunq; abo-
minabile eſt apud Deum. atqui de proximo
cogitant & confingunt: quę de ſe ab alijs con
fingi nolent, mendaces vtiq; in ſtateris. at ve
rò de exteriore manuum operumq; ſtatera:
& altera labiorum non minùs doloſa quid re
feram? cùm iam ferè nulla ſit apud homines
iuſtitiæ libra. mēdaces enim ſunt in ſtateris:
qui temporalia æternis, & tranſitoria præfe
rūt nuſquam perituris, quodq; peius eſt hor-
rēdum ac deteſtabile: ſtateram illam rectiſsi
mam, Chriſtum ſcilicet, dei & hominum me
Iob.6.a diatorem, (de quo Iob: Vtinam appenderen-
tur peccata mea quibus iram merui, & cala-
mitas quam patior in ſtatera) mendacem ar-
bitrantur, mendaces ipſi in ſtateris: dum tan-
tùm Dei miſericordiæ tribuunt: quòd iniuſtū
reddant, aut iuſtitię tantùm: quòd miſericor
diæ diffidant, cum Cayn dicentes ſed mentiē
Gen.4.c tes: maior eſt iniquitas mea: quàm vt veniam
merear. quanuis hoc loco Iob (apud quoſdā)
non peccata, ſed indignationem animiq; ſui
commotionem, ſimulq; quam patiebatur ca-
lamitatem, in ſtatera iudicij recti exoptet ap
pendi: quò cōſtet maiores eſſe cruciatus, quā
querulis vocibus exprimat clamoribusvè.
tunc quidem quaſi arena maris hæc calamitas
grauior appareret. vnde non dura increpatio
ne, ſed commiſeratione, erga illū vſuri eſſent
amici: ſi amicè, humanè & rectè iudicaſſent.
at non ſic: quia mēdaces filij hominum in ſta
teris. mendaces vtiq; à ſe, & mendaces cōtra
ſe: innocentem amicum & proximum perſe-
quebantur. Sequitur.

*Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas*
*nolite concupiſcere: diuitiæ ſi affluant, no*
*lite cor apponere.*

Spes falſa eſt atq; deludens: in iniquitate
ſperantium: deteſtabiliſq; per fas nefasq; ra-
pientium concupiſcentia. Diuitiæ quidem ſi
iuſto calle veniant, & ſi quaſi torrentes inun
dēt: nō ipſe, ſed diuitū deordinat' dānatur af
fectus. diuitibus hui' ſeculi pręcipe nō ſupnè
1.thim.6.d ſapere (Thimoteo ſuo ait Paulus) neq; ſpera-
re in incerto diuitiarū: ſed in deo viuo, qui p̄
ſtat nobis omnia abundè, &c. quis non his ſa-
lutiferis conſilijs acquieſcat, ſi non inſanit?
Claudamus igitur pſalmum, nec huius com-
monitionis concluſio è pectore noſtro laba-
tur: Nolite (inquit) ſperare in iniquitate, &
rapinas nolite concupiſcere: diuitiæ ſi affluāt
nolite cor apponere: non aio, nolite ſuſcipe-
re, ſed nolite cor apponere. non damno cen-
ſum, ſed nimium ac deordinatum affectum.
Ecce prædixi vobis. Sequitur.

*Semel loquutus eſt Deus, duo hæc audi-*
*ui: quia poteſtas Dei eſt, & tibi domine*
*miſericordia: quia tu reddes vnicuiq; iux*
*ta opera ſua.*

Ita eſt ſane: nam vti Deus vnus eſt & æter
nus: ita eius interior exteriorq; loquutio vna
eſt. Nimirùm interior quę eſt vnici ac diuini
verbi generatio: vna eſt & æterna, de qua trā
ſiliens omnia bene ait: Semel loquutus eſt
Deus. tranſiliens (dixi) omnia: immo ſe ſupra
ſe eleuans, & vſque ad contemplandam diui-
nam naturam conſcendens: Fidelis hic igitur
(quoad licuit) diuinæ maieſtatis ſcrutator
pius: ſemel loquutum Deum dicit, verè qui-
dem ſemel loquutus eſt, ſemperq; loquitur
nec idipſum repetit. qui verbum ſuum ſuum
q; vnicum filium, ex ſua ſubſtantia genuit ge-
neratquè Deum, conſubſtantialem ſibi, coæ-
ternum & coæqualem. At vbi verbum caro
factum eſt, & habitauit in nobis: ſemel etiam
loquutus eſt Deus. Ad eundem ergo conuer
ſus filium, ipſumquè Deum ſimul & hominē
contemplatus ait: Duo hæc audiui. primum,
quod poteſtas Dei eſt tibi vnigenite fili Dei,
quia tu in patre & à patre filius, atq; in ęter-
nitatis principio ſine principio verbum: ver-
bumquè apud Deum, & Deus verbum. per
quod, in quo & à quo, cum patre ſimul & ſpi
ritu ſancto, ab vno ſcilicet omnipotente Deo
creata ſunt omnia. Secundum verò quòd tibi
dominę miſericordia. adeò enim miſericors
es: vt propter hominem ſis factus homo. Nē-
pe vt reficeres ꝙ feceras: & (quod ante plaſ-
maueras) vas fictile & fractum reparares. quę
ſimul audiſſe dixi: quia hæc fide percepi, & Rom.10.d
fides ex auditu eſt. Audiui (inquam) idq; fide
teneo: quòd Deus & homo, potēs & bonus,
iuſtus & miſericors ſis, quòdque tu qui vt
homo in humilitate carnis ab homine iudica
tus es: in regeneratione quum veneris in ma
ieſtate: futurus ſis iudex viuorum & mortuo
rum, cui omne iudiciū dedit pater. Et tu red-
des vnicuique iuxta opera ſua. In quo maxi
me opere (vti in reliquis) iuſtitia ſimul cum
miſericordia lucet. nā ꝙ reddas iuſtis miſeri
cordia eſt: iuſtitia verò: quòd iuxta opa ſua,
eò quòd ita pepigeris Deus. Erubeſcāt igitur
inſaniētes qui dixerūt: Nō videbit dñs nec in Pſa 93.v 9
telliget Deus Iacob. audiant ipſum per pphē Sophon.1.c
tā ſuū illos carpentē atque dicētē: Scrutabor

Ieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros
defixos in fæcibus ſuis, qui dicunt in cordi-
bus ſuis: Non faciet bene dñs, & nõ faciet ma
le. Fallũtur profectò, quia tu reddes vnicuiq;
iuxta opera ſua. Semel itidem loquutus eſt
deus legem ſuam euangelicam condens, pro
mulgansq;, cui altera non ſuccedet, iuxta il-
Iob.33.b lud Iob: Semel loquitur deus: & ſecundò id-
ipſum non repetit. Sed quid ego ex hac vni-
ca poſtremaq; loquutione audiuerim (ꝙ ad
meam eruditionem attinet) duo hæc dunta
xat compendiaria enarratione perſtringam.
ꝙ poteſtas dei eſt, qua delicta punit: & tibi
domine miſericordia, qua pœnitentibus cõ-
donas errata. eſt etiã poteſtas in reſurrectio-
ne, ſicut miſericordia in morte. & hæc mihi
audiſſe, eaq; ſciuiſſe ſit ſatis. Hûc etenim om-
nia dicta & ſcripta tendunt: quibus mihi ad
omnia & per omnia abundè ſatisfactum eſſe
reor. quòd ſi aliud non intercedat quàm dei
loquutio ſimpla: verbum eius non erit irri-
tum. Nam vna illius, nec iterata, aut quouis
iuramento firmata, ſed ſimpliciſsima aſſertio
firmiſsima eſt, irrefragabiliſq;. Ego tamen ex
hoc vno euangelicæ legis (quod protuliſti)
verbo, dub hæc concepi, nec ſemel, immo ſæ
pius audiui (id enim ſonat hoc verbum duo).
quòd iuſt⁹ & miſericors ſis. Et hinc eſt, quòd
amo ſimul, & timeo, audeo nec præſumo, fi-
do nec contemno, quia tibi poteſtas dei eſt:
& tibi domine miſericordia. ſit etiã tibi glo-
ria in ſeculorum ſecula, Amen.

EPILOGVS PSALM. 61.

*NONNE Deo ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum. Eſt ne cui po-
tiore ratione ſubijciar: quàm autori deo ac redemptori? Nam et ipſe deus meus & ſalu
taris meus, ſuſceptor meus non mouebor amplius. Iam non à quouis (ut olim) me ſeduci
permittam: quòd ſi me impulerint aduerſarij: dei gratia obſiſtam. Nec ſum adeò ignarus
qui non nouerim, quòd dæmones à primo caſu indies graſſantur in hominem, ut ipſum
iam ſemel concuſſum deijciant, interficiantq; deiectum. proh? quouſq; irruitis in hominem, dicite inuidi
perinde ac infœlices, qui de cælo cecidiſtis? interficitis uniuerſi uos: caſſo labore conſumpti. Auſpicami
ni quòd curuus remanſerit homo: ob idq; ſit illi tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ (uel faci
li impulſu) ruina. Fallimini tamen. Eſt quidem hominis adiutor, qui & hominis reparator fuit. Scio cum*
Eſa 25.b *Eſaia, quòd ſpiritus robuſtorum ſit quaſi turbo impellens parietem ſed quid? dominus mihi adiutor, &
ego deſpiciam inimicos meos. ò gens inimica, cui à principio liuor ineſt inteſtinus? & quidem pretium
meum cogitauerunt repellere. at ego cucurri in ſiti: bibi aquam egrediẽtem à latere chriſti dextro:
& refectus manſi atq; redemptus. Nec deerant qui hoc ipſum ore probarent, & exprobrarent corde.
nam ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant. dicant, ſentiantq; ut uolent, ueruntamen deo ſub-
iecta eſto anima mea: quoniam ab ipſo patientia mea. Deus ſaluator & adiutor meus non emigrabo,
ut ſpem meam in alium figam. in deo enim ſalutare meum & gloria mea: deus auxilij mei, & ſpes mea*
Eph.5.b *in deo eſt: idipſum uos agite filij hominum. nemo uos ſeducat inanibus uerbis. ſperate in eo omnis con-
gregatio populi, effundite coram illo corda ueſtra: quia deus adiutor noſter in æternum. uerũtamen ua
ni filij hominum, mendaces utiq; in ſtateris: neſcientes eligere quod præponderat bonum. ſunt utiq; ſi-
mili uanitate, in eundem uanitatis ſcopum tendentes, decepti ſimul iudicio falſo, & deceptores. Nolite
igitur ſperare in iniquitate: & rapinas nolite cõcupiſcere. diuitiæ ſi affluãt: nolite cor apponere, ita*
Eſa.57.b *ut obliuiſcamini Deum uti illa ad quam deus per prophetam ſuum ait: uitam manus tuæ inueniſti, hoc
eſt, omnia neceſſaria ad uitam, etiam cum culmo ad manum habuiſti: propterea non rogaſti me, &c.
Huiuſmodi ergo examine caſtigato, atq; proba & æqua bilance omnia penſate, & in nullũ incidetis er-
rorem: idq; uobis noſſe ſit ſatis: quòd ſemel loquutus eſt Deus: & erit irrefragabile uerbum quod lege
ſtatuit. Non eſt quòd quis amplius quærat, ſi diuinæ legi qualem decet præbeat auditũ. Ego autem duo
hæc audiui, & eodem compendio intellexi duo, id eſt, non ſemel ea percepi. ꝙ poteſtas dei eſt: & tibi do
mine miſericordia. utraq; ſimul, ut rectè iudices orbem: quia tu reddes unicuiq; iuxta opera ſua. quam
obrem in te unum iuſtum ac miſericordem mentis oculos defigam uigilãs: ut qui ad te cupio peruenire.*

PSALMVS. 62.

*DEus, Deus meus: ad te de
luce vigilo.*

Huius titulus eſt: pſalmus
Dauid cùm eſſet in deſerto
Idumeæ (ſic enim habet vul
gati codices latini) ſiue Iu-
deæ: vt hebraica & græca lingua legendum
eſſe docent, quod verius arbitramur. vtcun-
q; ſit: id noſſe ſit ſatis, Dauid regem ſimulq;
prophetam hunc ceciniſſe pſalmum: quum
exularet à populo Iſrael, propter Saulis in eũ 1.reg 23.
ſæuiſsimam perſequutionem, & in deſerto
Ziph, aut quouis alio profugus latitaret. Cla
mat igitur in ſpiritu Dauid ſanctus, qui Chri-
ſti typum geſsit. Et nunc eccleſiæ ipſius in
hac lachrimarum valle exulantis perſonam
agens: in hanc vocem prorumpit: Deus
deus meus, ad te de lùce vigilo. Nam vbi me
(miſericordia præueniens) excitaſti, illudq;
apoſtoli



Ephes.5.d apoſtoli tui, dormiẽti mihi dixiſti: ſurge quæ
dormis & exurge à mortuis, & illuminabit
te Chrs: experrecta commodum, abieci ope-
ra tenebrarum: et arma lucis induta, ad te de
luce vigilo, qui Deus es, & peculiari quodam
modo iã meus: quia homo factus es, qui es et
lux vera mundum illuminans corporali præ
ſentia tua. ſcio equidem, ꝙ vigilantibus: non
dormientibus iura ſubeniunt. et audio te ſa-
pientis ore dicentem: ego diligentes me dili
Pro.8.b. go: & qui mane vigilauerint ad me, inueniẽt
Sap.6.c. me. ſcriptum eſt etiam in libro ſapientiæ: qui
de luce vigilauerit ad illam: non laborabit. aſ
ſidentem enim illam foribus ſuis inueniet. co
gitare ergo de illa, ſenſus eſt cõſummatus: &
qui vigilauerit propter illã, citò ſecurus erit.
quamobrem Deus, Deus (inquã) meus, in quẽ
toto ipſe feror affectu: ad te de luce vigilo.
ꝙ matutinum tempus ſit curis vacuum, ob id
que aptius & commodius orationi. dicam er
Eſa.26.b. go cum Eſaia: anima mea deſiderauit te no-
cte: ſed in ſpũ meo in præcordis meis, de ma-
ne vigilabo ad te. tametſi dormiat interdum
caro (quandoquidem quod caret alterna re-
quie, durabile non eſt) diluculo tamen ad te
inuigilat anima: cui ſomnus eſt, ꝙ tui obliuiſ
catur. Sequitur.
2. *Sitiuit in te anima mea: quàm multipli
citer tibi caro mea.*
Non ſolum intellectu vigilo, verum & af-
fectu. ecce te ſitit anima mea, & ſimul cũ car
ne collega iam multimodis domita & attra-
cta: ad te vitę fontem (quàm multipliciter ex
æſtuans & ardens) peruenire cupit. ꝓmiſſam
ſitit beatitudinẽ: & promiſſam ſitit caro mea
reſurrectionem. ſitit enim, & quàm multipli-
citer ſitit incorruptionem: quæ multiplicem
patitur defectionem. quam vtique experiri
(heu miſeram) non tamen articulatè recenſe-
re datur. Sequitur.
3. *In terra deſerta, inuia & inaquoſa, ſic in
ſancto apparui tibi: vt viderem virtutem
tuam, & gloriam tuam.*
Quid aptius (rogo) per terram deſertam, in
uiam & inaquoſam: quam vaſtam huius ſecu
li ſolitudinem, bonis omnibus ex ſe caren-
tem, indiguamque intelligere licebit: vbi &
rarus qui faciat bonum inuenitur homo: &
nulli præ nimia ſcabredine ac denſsitate ma-
lorum (niſi ex Dei gratia) via patet ad ~~verſum~~
bonum? eſt quidem ſquallens tota, tribulis &
ſpinis obſita: vbi ſapientiæ, aut nulla aut cœ
noſa eſt aqua. in hac igitur terra, ſic in ſan-
cto apparui tibi, dum in ſancto propoſi-
to, voto, ac deſiderio, me ipſam exhibui con
templantem: vt viderem virtutem tuã & glo
riam tuam, ideſt potentiam tuam qua afflictũ
hominem liberas: quæ etiam non exigua glo
ria tua eſt. ac ſi dicat apertius: apparui tibi
miſera: quo te ad miſericordiam prouocarẽ,
et dum te potentem ſimul & glorioſum oſtẽ
deres: ſummæ potentiæ tuæ ac maieſtatis pe
riculum facerem. ecce ergo præuenta veni,
& apparui vt appareres, teque viderẽ in infir
mitate potentem: & opportunẽ ſubuenien-
tem. atqui bone Deus, qui me à præueniente
luce vigilantem, atque ad te hiantem, anhelã
& ſitibundam, & omni ope deſtitutam, atque
errantem inueniſti: dextera tua ſuſtentaſti laſ
ſam, & per te (qui via, veritas & vita es) ad te
duxiſti. deduxiſti quidem ſuper ſemitas iu- Pſ.22.ve.3
ſtitiæ propter nomen tuum, & aqua doctri-
næ ac ſapientiæ ſalutaris potaſti me ſitientẽ.
nam in ſancto ſanctorũ vnigenito filio tuo,
carnem meã aſſumente: apparui tibi, vt eſſem
grata: quę ante exoſa videbar. apparui quidẽ,
vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam,
ipſe etenim Chrs, virtus eſt & gloria tua: per
arcam teſtamenti apertiſsime figuratus. ideo 1.reg.4.d.
que apparui in fide & cogitatione ſanctas vt
per eum quem miſiſti Ieſum Chrm: potentiã
tuam viderem ſimul & gloriam eius. gloriã,
quaſi vnigeniti à patre plenum grã & verita Io.1.b
tis. Sequitur.
*Quoniam melior eſt miſericordia tua ſup 4.
vitas: labia mea laudabunt te.*
Varia quidem ſunt viuendi hominum in-
ſtituta. in quibus neſcio quam quiſque ꝓ ſuo
arbitrio præſtituit ac ſibi (licet falſo) pollici
tus eſt fœlicitatem. at verò miſericordia tua,
qua noſtri miſeratus, iam perditæ ſuccurriſti
vitæ, quaq; illam (quam pollicitus es) daturus
es nobis æternam: alijs omnibus longè me-
lior eſt. ecce qui non nouerunt, ꝙ miſericor-
diæ tuæ ſit percutere vt ſanes, occidere vt
viuere facias: ij fortè pro huiuſmodi miſeri- Deut.32.f.
cordia, nullas tibi gratias agent, quin ſegnem
iſtam potius huius peregrinationis iacẽtem,
ſtupidam, vilem, (ſi dixerim) & abiectam: me
liorem arbitrabuntur vitam, dicentque cum
ingratis, quos Deus honorifica libertate do- Exo.16.a.
narat: vtinam mortui eſſemus per manũ dñi
in terra Egipti, quãdo ſedebamus ſuper ollas
carnium, & comedebamus panem in ſaturita
te. et iterum: recordamur piſciũ, quos come Nume.11.b
debamus in Egipto gratis, in mentem nobis
veniunt cucumeres & pepones, porrique &
cepe & alia. anima noſtra arida eſt, nihil aliud alha
reſpiciunt oculi noſtri niſi mã. at non ſic ego,
qui legem tuam noui, quique, virtutem tuam
gloriam

gloriam & miſericordiam experta ſum.ſed
quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper
vitas:propterea labia mea,noctes atque dies
laudabunt te.nunquid autem labia mea lauda
rè potuerunt te,ſine te:aut poterit ſubſiſtere
vita mea ſine miſericordia tua, quæ melior
eſt ſuper vitas?minime profectò.nam miſeri
cordiæ tuæ erit ꝙ viuam,& ſic viuam: vt te
dignè laudare queam.nec enim ſolo ſonitu la
biorum, ipſoq; moli orationis ſuſurro dele-
ctaberis dñe:qui macilentam oblationē hor-
rēs,debilem & claudicantem.Sequitur.

5. *Sic benedicam te in vita mea: & in nomi*
*ne tuo leuabo manus meas.*

In primis(dū vita comes fuerit)vt te Deū
meum benedicam:in nomine tuo leuabo ma
1. Tim.2.b. nus meas,puras(iuxta Pauli conſiliū) ſine ira
& diſceptatione,ipſasque(vt par eſt)inter in
nocentes lauabo,declinans à malo,& faciens
bonum. leuabo inſuper ad te ſpiritum meum
orans & dicens:

6. *Sicut adipe & pinguedine repleatur ani*
*ma mea: & labijs exultationis laudabit*
*os meum.*

Spiritus pinguedinem à te petā Deus me-
us,quam ſi dederis:pingueſcent ſpecioſa de
Pſ.64.ve.13 ſerti,& exultatione colles accingentur. pin-
guedo enim animæ:deuotio eſt,qua vehemē
ter fertur in Deum ex inteſtino diuinæ ſapiē
tiæ adipe procedēs:ſine qua marceſcit ac de
bilitatur in operando:quod experti nouerūt
optime.Deus bone, q̄ fortiter & conſtāter,
q̄q; delectabiliter bonum operatur aīa: quū
deuotione pingueſcit?at contra,quam debili
ter gnauiterq; agit indeuota? vtique non ſe-
cus ac ſi comedat, qui guſtu caret.ſic igitur
benedicā te in vita mea:ſi tibi & gr̄æ tuæ tri
buam ꝙ ſum,petamq; tendens ſupplices ad ſi
dera palmas,& in nomine tuo petam,vt acci
piam,ſed quid ante omnia petam: niſi ꝙ adi-
pe & pinguedine charitatis tuę repleatur ani
ma mea:quo hilarior effecta:labijs exultatio
nis te laudet cor meum?Sequitur.

7. *Sic memor fui tui ſuper ſtratum meum,*
*in matutinis meditabor in te: quia fuiſti*
*adiutor meus.*

Sic etenim per omne tempus,me habui er
Can.3.a ga te:ꝙ in lectulo infirmitatis meæ iacens,
memor fui tui.per noctes enim te quæſiui,
quem diligit anima mea.eram vtique in ſtra
Pſal.40.v.3 tu quem tu verſaſti in infirmitate: & tui ar-
debam deſiderio,crebriſq; ſuſpirijs aiebam:
quando veniet lux illa, & tādiu optata matu
tina apparebit hora quando ſanctificatus ille
illuceſcet dies,quo ad Siō dicet homo:homo
natus eſt in ea,& ipſe fundauit eā altiſsimus? Pſ.86.v.5.
veniſti tandem pientiſsime Ieſu,& de virgi-
ne matre quaſi de aurora progreſſus es ſol iu
ſtitiæ Chr̄e.nunc ergo te iam mundo corruſ
cāte, meditabor in te:quia fuiſti adiutor me
us.hic etenim contemplari libet.non expone
re,nec meditationem per partes explicare.ſit
nobis ſatis, ꝙ ſub carnis velamine omnibus
expoſitus ſis factus homo, hominis adiutor.
crucifixus es,& expandiſti alas:vt pullos tu
os in vnum cōgregares protegereſq;.Sequit.
*Et in velamento alarum tuarum exulta* 8.
*bo, adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit*
*dextera tua.*

Iure igitur cōglutinata eſt tibi anima mea:
qui vt redemptor me protexiſti alis,& ſuſce
piſti fouendam,ſuſcipieſq; dextra vt glorifi-
cator.quamobrem adhæſit anima mea poſt
te:charitate perpetua tibi vnita.nec tu adhæ
rētem abiecisti,quin dextera tua ſuſcepit po
tius ex miſericordia:& delectationes in dex Pſ.15.ve.11
tera tua vſque in finem.Sequitur.
*Ipſi vero in vanum quæſierunt animam* 9.
*meam, introibunt in inferiora terræ: tra*
*dentur in manus gladij, & partes vul-*
*pium erunt.*

Qui ſunt ipſi(rogo)niſi hæretici peruerſi
& perſequutores iniqui?ipſi in vanum quæ-
ſierunt animam meam,non vt mecum crede
rent:ſed vt perderent,quaſi Deū non habeā
adiutorem.ſeuiant igitur quantum volent:
in vanum ſeuient in animam,quam non poſ-
ſunt perdere in gehēnam.vrant,ſeccent,lace
rent,vitam meam(quę abſcondita eſt cū Chri Colo.3.a.
ſto in Deo)auferre nequibunt.ipſi nullū non
mouebunt lapidem,tentabunt omnia,quo vi
vel fraude me perdere poſsint.nempe foueas
ac latibula ſua(vti vulpes callidæ) introibūt
hæretici,deteſtandaq; ſua conuenticula con-
gregabunt,vt inſidias parent,atque dolos ma
chinentur,quibus me decerpant: ꝙ me quaſi
vineam florentem videant, ac dilecto meo
fructificantem.at ſponſum meum ſuper his
miniſtros ſuos alloquentem audite:capite(in
quit)nobis vulpes paruulas quæ demoliūtur Can.2.c.
vineas:nā vinea noſtra floruit.capientur igit̃
captioſæ vulpes,comprehendentur in aſtutia 1.Cor.3.d
ſua,& iuſto Dei iudicio introibunt in inferio
ra terræ,dum morientes ad inferna deſcēdēt
qui viuentes,terræ terreniſq; toto animo ad
hæſerunt:qua promiſsionum bona,non ſpiri
tali ſed terrena intelligentia excipientes: nō
quæ ſurſum ſunt quæſierunt, ſed quæ ſuper Col.3.a.
terrā, quæ ſunt omnia(vt iſdē apoſtolus ait) Colo.2.d.
in interitū ſeu corruptionē,ipſo vſu. & tradē
tur



tur in manus gladij:cum diuinæ ſubijcientur
vltioni.nam ab electis diuiſi,atque in æternū
ſeparati,qui de ſorte dñi eſſe noluerunt:erūt
demoniorum portio,& infernarum vulpium
partes,damnatumq; pecculium,quarum vene
natis cōſilijs acquieuerunt.quid tum poſtea?
Sequitur.

10. *Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur*
*omnes qui iurant in eo: quia obſtructum*
*eſt os loquentium iniqua.*

Id quidem obueniet membris:quod & ca
piti reſurgenti.atqui à mortuis reſurgēs Chri
ſtus rex noſter,atque ad dexteram patris ſe-
dens,lætatur in Deo,qui Deus eſt. & laudan
tur omnes qui iurant in eo viuente, vti ange Apo.10.c
lus qui in apocalipſi iurauit per viuentem in
ſecula ſeculorum:quia obſtructum eſt os lo-
quentium iniqua.atqui mos erat antiquis per
ſalutem regis iurare.ſic etiam qui ſe benè re-
xerit nunc:lætabitur in Deo tunc,à quo lau-
dabuntur omnes qui ſe illi ſtrictiſsima & in-
uiolata fide addixerunt.viuentq; in ſecurita-
te & amœnitate pacis ac plena quiete: quia
dñs pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit,& im- 1.Reg.2.b.
pij in tenebris conticeſcent.non enim (vt an-
te)erecta criſta loquētur:ſed cōfuſione indu
ti ſicut diploide,& ore obſtructo vlulabunt.
ſit tibi iudici ac vindici Chriſto,gloria,decus
& imperium in ſeculorum ſecula Amē.

EPILOGVS PSALM. 62.

*DEus Deus meus,ad te de luce uigilo:ait eccleſia.ad te enim uigilo intellectu contemplans,*
*ut agnoſcam: & affectu ſitiens,ardens atque anhelans,ſi quomodo ad te perueniam & cō*
*prehendam,ita ut dicere poßim:tenui eum,nec dimittam.ſitiuit non ſolum anima: uerum*
Can.3.a. *etiam caro mea,iam plenam optans incorruptionē.ecce in terra deſerta inuia & inaquo*
*ſa,(quale hoc ſeculum eſt,bonis uacuum & malis abundans)ſic in ſancto huiuſmodi pro-*
*poſito,deſiderio ac uoto,apparui tibi:ut uiderem uirtutem tuam & gloriam tuam. apparui dixi,ſuſpi*
*rans & orans:atq; miſericordiam tuam implorans.quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper uitas:la*
*bia mea laudabunt te.eſt quidem miſericordia tua,omni dulcior & commodior uita:quæ uerā præſtat*
*aīæ et corpori ſine fine uitam.quamobrem ſic benedicam te in uita mea,& in nomine tuo leuabo in pri*
*mis manus meas:ſuppliciter petens,largiaris tuam.dicamq;:ſicut adipe & pinguedine repleatur ani-*
*ma mea,ut ſpiritu creſcat ac feruentior fiat,perinde atq; hilarior in te: & labijs exultationis laudabit*
pſ.70.ve.9 *os meum.repleatur anima,et repleatur os meum laude:ut cantem gloriam tuam,tota die magnitudinē*
*tuam.nempe ſic memor fui tui ſuper ſtratum meum,& quaſi philocapta,in matutinis meditabor in te:*
*quia fuiſti adiutor meus,moriens in cruce expanſis manibus,quaſi me protegeres ſub alas. & in uela*
*mento alarum tuarum exultabo,uti ſponſa quæ ſponſi ſui amplexibus fruitur. & iure exultabo: de re*
*ciproca dilectione ſecura.adhæſit quidem anima mea poſt te,me ſuſcepit dextera tua.non eſt q̄ ampli⁹*
*affectum meum & charitatem tuam explicem:cum etiam ipſis innotuerint inimicis,qui me indies per*
*ſequuntur.ipſi uero in uanum quæſierunt animam meam,pagani utiq; hæretici & ſchiſmatici, quibus*
*eſt nomen tuum infēſum. ij profectò introibunt ininferiora terræ:quum ad inferna deſcendent:tradē*
*turq; in manus gladij,ultioni diuinæ ſubacti. & partes uulpium erunt uerſipelles iſti,demonumq; infœ*
*liciſſima præda. rex uerò Chriſtus lætabitur in Deo. laudabuntur omnes qui iurant in eo,ſeſe illi fide*
*aſtringentes deuouenteſq;:quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.tunc enim non loquentur ut ho-*
*mines.ſed ueluti canes ululabunt perpetuis ignibus cruciati.horum tamen impiorum & maximè iu-*
*deorum Chriſto aduerſantium:iterum atq; iterum chronicū retexere uolo:Chr̄m dn̄m iā paßioni pro*
*ximum ad patrem orantem inducens,et pro membris deprecantem.*

PSALM. 63.

*EXaudi Deus orationem meam cū*
*deprecor: à timore inimici eripe*
*animam meam.*

Huius titulus eſt: in finem pſalmus Dauid,
toties iam elucidatus.vbi de Chriſti acerbiſsi
ma paſsione,& glorioſa agitur reſurrectio-
ne. ait igitur ad patrem Chriſtus,nunc vt ca-
put membrorum cauſam agens:nūc verò de
ſe ipſo, in aſſumptæ carnis infirmitate lo-
quens. exaudi Deus orationem meam cum
deprecor.exaudiri petit,non vt ab inimico,
ſed ab inimici timore eripiatur electus.iş qui
dem timendus eſt timor,ne quis illi cedat &
pereat:non autem inimicus,de quo conſtans
in exercitatione triumphat.eripe(ait) animā
meam ne conſentiam inimicis,& timore illo
rum perterritus, illi ſuccūbam.id enim ages:
ſi metuo prorſus timori ſubdas:vt non aliū,
ſed te ſolùm timeam ita ex euangelio cōmo-
nentem:nolite timere eos qui occidunt cor- Mat. 10.c
pus,animam autem nō poſſunt occidere. ſed
eum timete:qui animam & corpus poteſt p
dere ingehēnam.præueni me ergo dñe timo
re tuo: & eripiar à timore inimici. vtque
ſeuientis illius minas acerrimaq; tormēta cō
temnam.

Pſ.118.octo 15.ve.9. temnam:confige timore tuo carnes meas , à
iudicijs enim tuis timui. præocupet domum
diuinus timor, caſtus & filialis:ne ſit locus
ſeruili ſathanico aut humano timori.Sequiť.

2. *Protexiſti me à conuentu malignantium: à multitudine operantium iniquitatem.*

Exauditus ſum in carne propria: pro eius
reſurrectione orans. et à conuentu iudeorũ
malignantium & iniquitatem operantium:ꝓ
tectus ſum in paſsione.nunc ergo qui me pro
thotypum exemplar & ſpecimen protectio-
nis tuæ feciſti:pro martyrum meorum prote
ctione deprecantem exaudi.protexiſti me(in
quam)diuinitate,à multitudine operantium
iniquitatẽ,protector ipſe Deus,qui me mar
tyrum caput à mortuis ſuſcitaſti , protege iã
membra mihi nexu charitatis vnita.Sequiť.

3. *Quia exacuerunt vt gladiũ linguas ſuas, intenderunt arcum rem amaram: vt ſagittent in occultis immaculatum.*

Linguas ſuas exacuerunt vti gladium:quo
Luc.23.a. facilius occiderent innocentem.nã verba cõ-
ponentes dixerunt præſidi:hunc inuenimus
ſubuertentem gentem noſtram &c.et inten-
derunt arcum,amariſsima verba in Chriſtum
quaſi iacula iacientes:cum ſucclamabant dicẽ
tes:crucifige crucifige eum,& inualeſcebant
Mat.26.g. voces eorum.rurſusq; dixerunt:reus eſt mor
tis,& tunc expuerunt in faciem eius,& cola-
phis eum cederunt.an non hæc omnia ſagit-
tæ erant accutæ tranſfigentes immaculatum?
Sequitur.

4. *Subito ſagittabunt eum,et non timebũt: firmauerunt ſibi ſermonem nequam.*

O iniquorum obſtinata rabies? inſidioſe
& præcipitanter , linguis ſuis velut ſagittis,
Chriſtum dñi immaculatũ,totius ſcilicet ma
culæ expertem,tranſfigerunt: nec timuerunt
Heb.4 c. Deum,cuius oculis omnia nuda ſunt & aper-
Luc 23.f ta.quód latro ſimul crucifixus(latronem al-
terum increpans)ſignificaſſe videtur dũ ait:
neque tu times Deum,qui in eadem damna-
tione es.ac ſi addidiſſet:vti illi non timuerũt
qui medium noſtrum crucifixerunt immacu
latum.id quidem innuit aduerbium illud ne-
que.mirares.nec viſis ſignis,nec vllis miracu
lis commoti:à malo propoſito deſtiterunt.
quippequi firmauerũt ſibi ſermonẽ nequã.di
xerũt .n.intra ſe:hic eſt hęres,venite occida-
Mat.21.d. m9eũ,& habebimus hęreditatẽ eius.hunc ſer
monem nequam,perfidi illi & obſtinati, ve-
luti immutabili decreto firmauerunt ſibi au-
di iam quod inierunt conſilium.Sequitur.

5. *Narrauerunt vt abſconderent laqueos: dixerunt,quis videbit eos?*

Collegerunt pontifices & phariſei conſi-
Ioan.11.f. lium(ait ſacer Ioannes euangeliſta ) & dice-
bant.quid facimus quia hic homo multa ſig-
na facit &c?ibiq; tractauerunt , vt abſconde-
rent laqueos,quaſi Deus laqueos non vide-
at:cum ipſi Deum videntem non videant. ò
demẽtia ſingularis?dixerũt:quis videbit eos?
is profectò videbit:quem nihil fugit,cui om
ne cor patet,& quantumlibet abdita atque
ſecreta panduntur.ad quem iſdem pſaltes ali
Pſ.138.v.14 bi ait: non eſt occultũ os meũ à te,quod feci
ſti in occulto: & ſubſtantia mea in inferiori
bus terræ.imperfectum meum viderunt ocu
li tui.Sequitur.

6. *Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.*

Pſ.37.v.13. Dolos tota die meditabantur:ſed fruſtra-
ti ſunt effectu.erat quippe intentum vltimũ
iudeorum:nomen Chři delere de terra:quod
vt facerent:nihil non iniquè excogitarunt.at
longè aliter euenit.nam defecerunt ſcrutan-
tes in ſcrutino:dum Chriſti nomẽ magis exal
tatũ eſt:quod ſuis machinationibus denigra-
re & abſcurare nitebantur.defecerunt igitur,
Pro.21.d. quia non eſt ſapientia,non eſt prudentia non
eſt conſilium contra dominũ.defecerunt vti-
que iniqui,inuidi & ſuperbi,qui ſibi ipſis fide
bant:& proprijs viribus ac prudentiæ ſuæ in
nitebantur.Sequitur,

7. *Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus.*

Accedet homo ad cor altum,cor prauum,
cor tumẽs atque elatum : & in tali corde de
primitur atque deſpicitur Deus.at cõtra, ac
cedet ad cor altũ,cor humile & fidele quod
profunda conſideratione diuina ſcrutatur ſa
cramenta:& quum timore & tremore occlu
ſa myſteria contemplatur:& exaltatur in hu
iuſmodi corde Deus.ait enim apud ſe.mira-
bilis facta eſt ſcientia tua ex me: confortata
Pſ.138.ve.5 eſt,& non potero ad eam.et iterum:quã mag
Pſ.91.vo.5. nificata ſunt opera tua dñe, nimis profundæ
factæ ſunt cogitationes tuæ.vir inſipiens nõ
cognoſcet:& ſtultus non intelliget hæc. niſi
fortè ſacratiorem alium ſenſum velis.nempe
accedet homo Chriſtus,homo propter homi
nes factus,ad cor altum:illud ſcilicet inſcru
tabile diuinitatis conſilium,quo decretũ fue
rat,vt Deus homo ꝓ hominibus moreretur,
& exaltabitur Deus. nam mors Chři diuinę
gloriæ exaltatio fuit.ſed quid inde?

8. *Sagittæ paruulorũ factæ ſunt plagæ eorum : & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum.*

Ecce



Ecce dum accedit homo ad cor altũ:exal-
tur Deus.porro ſi Chriſtum duntaxat in ſu-
perficie comtempleris,ipſumq; in cruce pen
dentem ac palleſcentẽ videas,& ſacramentũ
non agnoſcas:non eſt quod mireris aut mirã
dum prędices.ſi tamen acceſſeris ad cor altũ:
1.Cor.1.d. exaltabitur Deus,& cum apoſtolo dices:nos
autem prædicamus Chriſtum crucifixum. iu
deis quidem ſcandalum,gentibus autem ſtul
titiam,ipſis autem vocatis iudeis atque gre-
cis:Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiã.
quia quod ſtultum eſt Dei,ſapientius eſt ho-
minibus.& quod infirmũ eſt Dei: fortius eſt
hominibus.prædicationes etiam apoſtolicæ,
ſagittæ fuerunt paruulorum atque humiliũ,
lenes vtique & benignæ.has tu quidẽ iudeis
rependiſti domine Ieſu : pro ſagittis quibus
te crudeliter confixerunt. intenderunt arcũ
rem amaram,vt ſagittent in occultis immacu
latum.conuicia in te iniecerunt:vulnera intu
lerũt & plagas.ita vt meritò rogantibus,quę
ſunt plagæ iſtæ in medio manuũ tuarũ? illud
Zach.13.c. Zachariæ reſponderis dicens : plagatus ſum
in domo eorũ qui diligebant me,hoc eſt, me
diligere debuiſſent.pro his ergo plagis: alijs
longè mitioribus eos retaliaſti. nam ſagittæ
paruulorum factæ ſunt plagæ eorum.ipſi te
plagis affecerunt:& ſaucij remanſerunt.quos
vt ſanares:verbis ſalutiferis interius vulnera
ſti,percuſsiſti,cõfodiſti,atque ad te traxiſti.
nec ſecus,ac fieri ſolet,cũ materialis ſcalpelli
ſcarificatione , brachijs cruribusvè plagis il
latis,aliæ ſanantur plagæ:ſic apoſtolorũ ſim
plicium atque humilium miniſterio ac præ-
dicatione , veluti iaculo mitiore percuſsi: à
plagis mortiferæ infidelitatis curati ſunt. et
qui ante exacuerunt vt gladium linguas ſuas
dicentes : tolle tolle crucifige eum : vach,
qui deſtruis templum Dei : & cætera huius
farinæ verba:quique ſibi firmauerunt ſermo
nem nequam,iam vt ſagittæ paruulorum fa-
ctæ ſunt plagæ corum , infirmatæ ſunt con-
tra eos linguæ eorum.nam ſicut in actis apo
Act.2.e. ſtolorũ legimus:dicente Petro, certiſsimè ſciat
ergo omnis domus Iſrael, quia & dñm eum
& Chřm fecit Deus hunc Ieſum,quẽ vos cru
cifixiſtis: his auditis cõpuncti ſunt corde,et
dixerũt ad Petrum,& ad reliquos apoſtolos:
quid faciemus viri fřes?Petrus autẽ ad illos,
pœnitentiam agite &c.et huic ſenſui cohæ-
rent reliqui verſus qui ſequuntur.compuncti
enim & conuerſi:conturbati ſunt & timue-
rũt,& ex perſecutoribus prædicatores Chři
facti ſunt,& annuntiauerunt opera Dei,& fa
cta eius intellexerunt.vel ſi mauis,alium acci
pe ſenſum:quem magis literalem arbitramur,
ſi acceſſerit homo ad cor altum,vt mirabilia
Dei fideli perſcrutatione meditetur:apud ip
ſum exaltabitur Deus,dum viderit,ꝙ ſagittę
paruulorum factæ ſunt plagę eorum:fragiles
ſcilicet,debiles,futiles & vanæ.potuerunt.n.
occidere corpus ꝙ ita permiſſum: nõ autem
diuinitatem,non animam,nec nominis Chři
gloriam perdere potuerunt. ſurrexit quidẽ:
& obſtructũ eſt os loquentium iniqua.et in
Mat.27.e. firmatæ ſunt contra eos linguæ eorum.dixe
runt enim:ſi rex Iſrael eſt,deſcendat nunc de
cruce & credimus ei : & ecce aliud maius.
ſurrexit quidẽ à mortuis:& rediuiu9exijt à ſe
pulchro.obmuteſcũt garruli crucifigẽtes,cõ
tabeſcũtq;,dũ ſepultũ audiũt reſurgentẽ.Seq.

9. *Conturbati ſunt omnes qui videbant eos: & timuit omnis homo.*

Hic diſtributio accõmoda accipienda eſt.
omnes quidem qui rem ipſam attentius con
ſiderabant:conturbati atque commoti ſunt,
& animo cõpũcti. ꝙ viderent iudeos confu
ſos,elingues,& ad metam redargutionis reda
ctos.& timuit omnis homo, vtens ratione.
mira conuerſio?verè digitus Dei eſt hic.dixe
rat ante,ſubitò ſagittabunt eum & non time
bunt.et ecce quum prædicatione apoſtolica
ſagittantur ait:& timuit oĩs homo.Sequitur.

10. *Et annuntiauerunt opera Dei: & facta eius intellexerunt.*

Annuntiauerunt , & nõ immeritò intelle
xerũt:qui non homines ſed Deum timuerũt.
Pſ.110.ve.6 ſcriptum eſt enim:initium ſapiẽtiæ timor do
mini:intellectus bonus omnibus facientibus
eum.intellexerunt(inquam)quàm mirabili ſa
pientia Deus hominem redemerit,factus ho
mo.et libera voce annunciauerũt Chři incar
nationem,mortem,reſurrectionem,& ad cæ
los aſcẽſionem,ac cætera quæ inter homines
& ꝓpter homines mirabiliter operatus eſt.
nam ſciſo templi velo , & ſcripturæ ſublato
cortice:myſterium introcluſum apparuit,ei9
que nucleus deguſtatur.viderunt ergo & ti-
muerunt,timuerunt & crediderunt,credide-
runt & intellexerunt,intellexerũt denique &
annuntiauerunt Sequitur.

11. *Lætabitur iuſtus in domino, & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.*

Hic totius negotij fructus atque ꝓuentus.
lætabitur nunc iuſtus in ſpe: poſtea verò in
re,lætitia inenarrabili:ꝙ videat regem ſuum
per inde ac ducem(cui credidit)triumphãtẽ.
gaudebitq; ꝙ victor euaſerit,diabolũ vicerit
& ꝓſtrauerit,mũdũq; ſubdiderit ſibi.et lauda
bũtur ſiue gloriabũtur oẽs recti corde.ij ete
nim iuſti,qui & recti corde.et ij recti corde:
q accesſerũt ad cor altũ,vt exaltaret De9,cui
ſit honor & gloria in ſeculorũ ſecula amẽ.

Exaud

EPILOGVS PSALM. 63.

EXaudi Deus orationem meam, quum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. exaudiſti utiq; & protexiſti me à conuentu malignantium, qui exacuerunt ut gladium linguas ſuas, intenderunt arcum amarulentum, & ſubito ſagittis me inſontem appetierunt. nec timuerunt aut reueriti ſunt procaces ipſi: quinimo obdurati ac pertinaces firmauerunt ſibi ſermonem nequam, intra ſe dicentes: hic eſt hæres, uenite & occidamus eum. falſa inſuper narrauerunt, conſilium primo ineuntes iniquum. dicentes: non eſt qui uideat. nempe ſcrutati ſunt iniquitates: ſed defecerũt in ſcrutinio, & fine propoſito fruſtrati ſunt. quandoquidem uolentes deprimere Chriſtum tuum: Chriſtus in homine erectus eſt, & exaltatus. hæc profunde ſcrutabitur homo fideliterq;: & exaltabitur Deus, dum piẽ miratur conſilia eius. ecce ſagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum: & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum: quia non eſt conſilium contra dñm. mirares? conturbati ſunt omnes qui uidebant eos, & timuit omnis homo uidens: q. uti apoſtoli ex perſequutoribus facti: annuntiauerunt opera Dei, & facta eius intellexerunt. quis nõ lætetur his uiſis (obſecro) & quis nõ cõgratulabitur illis? lætabitur utiq; iuſtus in dño, & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde, qui accedentes ad cor altum: non ſcãdalum paſſi ſunt, quin glorificauerunt potius Deum, in magnis adinuentionibus ſuis, et uictricẽ manum laudauerunt pariter dicentes.

PSALMVS. 64.

TE decet hymnus Deus in Siõ: & tibi reddetur votum in Ieruſalem.

Huius pſalm. titulus eſt: in finem pſalmus
Dauid, cãticum Hieremiæ, Aggei & Ezechie
lis, de verbo peregrinationis, vel de populo
tranſmigrationis, cum inciperent proficiſci.
Quod iudeorum populus in Babilonem du-
ctus ſit captiuus, ſub rege Nabuchodonoſor,
ſicut ante prædixerat Hieremias: nouimus
4.reg.24. ex libris regum. hanc etiam captiuitatem paſ
ſi ſunt Hieremias Ezechiel & Aggeus ꝓphe
tæ. Quam & iſdem Hieremias præſentem de
flet in threnis: & cum reliquis prophetis va-
ticinatus eſt populum huius trãſmigrationis,
poſt annos ſeptuaginta completos, reuerſu-
rum Ieruſalem. cum ergo ad propria proficiſ
cens populus reuerteretur: hunc pſalmum (à
Dauid cõditũ) in Dei laudẽ decãtabat. et hic
tituli ſenſus literalis. ſed ſpũs prophetic⁹ ſpiri
talem aliam captiuitatem, liberationem, exi-
tum, & ad patriam reuerſionẽ pretendit. quã
à peccato ad gratiam, à Babilone (quæ confu
ſionem ſonat) ad matrem Ieruſalem quæ vi-
ſio pacis eſt, à iugo denique ac diaboli ſerui-
tute: ad cultum veri Dei, & iugum Chri ſua
ue, reuertitur homo. ait ergo populus qui pe
regrinatur à dño, reſipiſcens, atq; ad dñm ſuũ
proficiſcens: te decet hymnus Deus qui es in
Pſ.32.ve.1. Sion, & rectos ſimul decet collaudatio. nam
quid vtriq; decẽtius, creatori ſcilicet & crea
turæ: q̃ aſſidua laus, qua creatura laudet, eiuſ
que laudetur creator? quod iſdem pſaltes nõ
Pſ.33.ve.1. ſemel conſiderans ait: benedicam dñm in om
ni tempore: ſemper laus eius in ore meo. &
Pſ.145.ve.1. iterum: lauda anima mea dñm, laudabo dñm
in vita mea: pſallam Deo meo quandiu fue-
Pſ.102.ve.1 ro. rurſumq;: benedic anima mea dño, & om-
nia quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius. &
ſic alibi commonet ſanctos: populus eius & Pſ.99.ve.4
oues paſcuæ eius: introite portas eius in con
feſsione: atria eius in hymnis, confitemini illi
&c. Nec rei huius oblitus eſt vas electionis
Paul⁹, ad Coloſſenſes ſcribẽs. pſalmis (inquit)
hymnis & canticis ſpiritualibus in gratia: cã Col.3.c.
tantes in cordibus veſtris domino. quãdoqui
dem ipſum decet hymnus in Sion. eſt enim
hymnus laus Dei, cum exultatione de æter-
nis habita. cum ergo peregrinamur à dño, &
in eccleſiæ huius militantis ſpecula poſiti, ꝑ 2.Cor.5.b.
ſpeculum & in enigmate Deum contempla-
mur, per fidem ambulantes, & ad patriam te- 1.Co.13.d
dentes: Deum laudarẽ decet, quẽ decet hym
nus in Sion, quæ ſpeculam ſonat. nec extra ec
cleſiæ vnitatẽ illum laudare decet. reddetur
autem votum in Ieruſalem illa quæ ſurſum
eſt, quæ libera eſt ab huius ſeculi infeſtantib⁹ Gala.4.d.
curis: & vera denique mater noſtra. vbi Deũ
ſine intermiſsione actu diligere licebit, ex to
to corde, & ex tota anima, & ex omnibus vi Luc.10.e.
ribus, & ex omni mente. ibi etenim reddetur
votum: vbi omnia erunt ad votum, nihilque
erit quod aggrauet, diſtrahat, aut à beatitudi
nis noſtræ ſcopo fœliciſsimo nos dimoueat
aut diuellat prohibeatque tunc: quin nos to-
tos illi reddamus, cui nos ante exules deuo-
ueramus. Sequitur.

*Exaudi orationem meam: ad te omnis ca* 2.
*ro veniet.*

Tu (inquit) exaudi, ad quem ſolum vti ve
rum Deum orationem meam effundo. ad quẽ
etiam omnis homo cuiuſuis ſtatus & condi
tionis veniet (ſi intellectu vigeat) veluti ad
ſalutis autorem. veniet ad te: qui conſtitutus
es à patre iudex viuorum & mortuorum. ve Acto.10.g
niet ad te quidem verbum caro factum, om-
nis caro in reſurrectione carnis: vt eos glori-
fices etiam in carne: quos per eam quã aſſũp
ſiſti carnem, redimere dignatus es. Sequitur.

3. *Verba iniquorũ præualuerunt ſuper nos:*
*& impietatibus noſtris tu propiciaberis.*

Cur ergo à laude quieſcam: cum ſentiens
morbum, iam in ſpũ præuiderim medicinam
diuinus ait pſaltes? præualuit inimicus contra
primum hominem in delitiarũ paradiſo poſi
tum: & ſauciatus, eiectus eſt homo. proh do-
lor! confabulationes illæ peſsimæ iniquorũ
hominis ſcilicet & ſerpentis: præualuerunt
ſuper nos homines, nam totam hominis maſ
ſam corruperunt & poſteritatẽ. at tu qui ſum
me bonus es, & cui propriũ eſt miſereri ſem
per & parcere: propitiaberis impietatibus no
ſtris, per filium tuum vnigenitum: quem pro
poſuit Deus (ait Paulus) propitiatorem per fi
Rom.3.d. dem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſti
tiæ ſuæ, propter remiſsionem præcedentiũ
delictorum. & ipſe eſt propitiatio pro pecca
1.Ioan.2.a tis noſtris (dilectus diſpulus inquit) non pro
noſtris autem tantùm: ſed etiam pro totius
mundi. cuius rei gratia: te decet hymnus De
us in Sion. Sequitur.

4. *Beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti: habi*
*tabit in atrijs tuis.*

Fœlix ipſa in primis à te in vnitatem ſup-
poſiti aſſumpta natura & fœlix homo, qui ta
lem ac tantum habere meruit propitiatorem
& redemptorem. perinde ac beatus quem tu
dñe elegiſti in ipſo ante mundi cõſtitutionẽ:
Ephe.1.a. vt eſſet ſanctus & immaculatus in conſpectu
eius in charitate. hunc enim ex gratia, in glo-
Pſ.83.v.10. riã aſſumpſiſti. et habitabit in atrijs tuis, vbi
melior eſt dies vna ſuper millia: quia ſtantes
Pſ.121.v.2 ibi erunt pedes eius, nec commouebitur vn-
quam. beatus & verè beatus quem elegiſti &
Matt.25.d. ab hœdis ſeparaſti: & aſſumpſiſti, atque à dex
tris inter oues collocaſti. is vtique in atrijs
tuis (quæ ante concupiuerat) habitabit in æ-
ternum. Sequitur.

*Replebimur in bonis domus tuæ: ſanctum*
*eſt templum tuum, mirabile in æquitate.*

Inenarrabilia ſunt bona domus cæleſtis,
de quib⁹ ſcriptũ eſt, ꝙ oculus nõ vidit, nec au
ris audiuit, neque in cor hominis aſcẽdit, quę
præparauit Deus his qui diligunt illum: nobis
autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuũ. hæc
Pſ.26.v.13 iſdem pſaltes credit videre bona, in terra vi-
uentium. de quibus nunc lætabundus ait: re-
plebimur in bonis domus tuę. replebimur (in
quam) quia ad ſacietatem vſq; ſine faſtidio,
Pſ.102.v.5. replet bonis deſiderium noſtrum dominus.
ſanctum eſt enim templũ dñi, mirabile in ęqui
tate: diffundens liquorem, iuxta vaſis diſpoſi
tionem. ecce templum dñi Chrs eſt, quia in
ipſo (vt eius apoſtolus ait Paulus) inhabitat
omnis plenitudo diuinitatis corporaliter, Colo.2.b.
hoc eſt realiter. ſubinfertq;, & eſtis in illo re
pleti: qui eſt caput omnis principatus & po-
teſtatis. erit ergo beatus, in Chriſto omni bo
no interius exteriuſq; repletus, ingredietur
ſiquidem & egredietur, diuinitatem ſimul Io.10.b.
& humanitatem contemplans: & paſcua inue
niet. ideoq; hoc templum ſanctorum ſanctũ,
mirabile dicitur in æquitate: ꝙ iuſtis (prout
æquum eſt) diſtribuit præmia: & animæ &
corpori, ſuam cuique pro meritis ex grã con
fert mirabilem delectationem. Sequitur.

*Exaudi nos Deus ſalutaris noſter: ſpes om* 6
*nium finium terræ, & in mari longè.*

Ad te confugimus Deus, qui nobis propi-
tiator, ſalus & ſaluator nr̃, in aſſumpta carne
factus es. exaudi nos Deus, qui ſpes vnica es
omnium finium terræ, & in mari longè. hoc
eſt eorum qui tametſi terræ terreniſque ad
hæſerunt: ſed pœnitentiæ amaritudine &
vberrimis lachrimis dolent, ꝙ à te longè re-
ceſſerunt. hos quidem exaudies, quandoqui-
dem ſcriptum eſt: ſpes nõ confundit. et in ma Rom.5.a.
ri via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis. ibi Pſ.76.v.19
enim ades: vbi aquæ amaritudinis & veræ cõ
punctionis inundant. Sequitur.

*Præparans montes in virtute tua, accin-*
*ctus potentia: qui conturbas profundum* 7
*maris, ſonũ fluctuũ eius.*

Mirabile dictu, & mirabilius effectu, ꝙ
virtute diuinitatis & potentia maieſtatis, qua
tu Chriſte propitiator in aſſumpta humanita
te eras accinctus: ex humilibus piſcatoribus,
rudibus, ſimplicibus & illiteratis (quaſi præ-
parans montes de conuallibus) illos ydone-
os euangelij prædicatores conſtituiſti. con-
turbaſti profundum maris atque huius ſeculi
tumentes ac tumultuantes fluctus mitigaſti.
ſubdidiſti gentes, atque illorum corda con-
turbans, ad pœnitentiam attraxiſti. tu enim
dominaris poteſtati maris: motum autem flu Pſ.88.ve.6
ctuum eius tu mitigas. vt qui ante ſuperbien
tes, & in te inſonuerant perſequentes: iã cõ-
puncti, apud ſe ꝑpetrata facinora gemãt, nec
aliud quàm ſuſpiria ſonent, ex intimo corde
ꝓgreſſa. certè mirabiles elationes maris: ſed Pſ.92.ve.6.
mirabilis in altis dñs. in quem ſenſum, quidã
loco huius verbi conturbas: traſtulerunt, qui
compeſcis fremitum maris, ſonum fluctuum
eius & tumultum populorum. Sequit.

*Turbabuntur gentes, et timebunt qui ha*
*bitant terminos à ſignis tuis: exitus matu* 8.
*tini & veſpere delectabis.*

l Sic

Sic lege:turbabuntur gentes, & timebunt
à ſignis tuis, qui habitāt terminos exitus ma
tutini:& veſpere delectabis eos. vt ſit myſti
cus ſenſus.viſis miraculis Chriſti & ſanctorū
apoſtolorum:turbabūtur & timebunt hi qui
habitant terminos exitus matutini, hoc eſt
Ieruſalem,eiusq́; cōfinia vbi ortus eſt, primū
q́; ex aurora illa virginea natus prodijt exijt
que in mundū ſol iuſtitiæ Chrs Deus noſter.
Mat.2.a. ſic enim ſcriptum eſt.audiens autē Herodes
rex,turbatus eſt,& omnis Hieroſolima cum
illo.at eodem ſole propter nos veſpere occi
dente:delectati ſumus. nempe odoratus eſt
dñs ſacrificium illud veſpertinum,quo circa
horam nonam vnigenitus Dei & hominis fi-
lius,pro homine oblatus eſt,in odorem ſuaui
tatis:& nobis conſultum eſt.illi vtique quo
rum fuit mane:viſis tot ſignis turbati ſunt,&
timuerunt.nos autem in quos fines ſeculorū
deuenerunt:non viſis,ſed ex auditu creditis:
veſpere delectamur.vel lege aliter vt ſit ſen
ſus.timebunt à ſignis tuis,qui habitant termi
nos terræ, videlicet orientem , occidentem,
ſeptentrionem,& meridiem:ſed eos tandem
habitatores exitus matutini & veſpere,orien
tales ſcilicet atque occidentales: delectabis,
faciesq́; ortu,morte ac reſurrectione tua iu-
Ps.88.v.13. cundos, & in nomine tuo exultabunt tuum
brachium cum potentia.eritq́; à ſolis ortu vſ
Ps.112.ve.3 que ad occaſum:laudabile nomen dñi.huiuſ-
modi enim ſunt opera Dei vt primū terreāt:
poſtremo delectent.Sequitur.

9. *Viſitaſti terram,& inebriaſti eam: mul
tiplicaſti locupletare eam.*

Is beneficiorum omnium fuit cumulus: ꝙ
viſitaſti hominem de terra plaſmatum,cui di
Gen.3.d. ctum eſt,terra es & in terrā ibis , puluis es &
in puluerem reuerteris.hunc enim viſitaſti,
humanitatem aſſumens ad hypoſtaticā vnio
nem.et hanc inebriaſti terram:ſummam infi-
nitamq́ue conferens illi gratiam,plenitudinē
Ioan.3.c. q́; donorum. non enim datus eſt illi ſpiritus
ad menſuram.et quaſi id non fuerit ſatis: mul
Ps 20.ve.3 tiplicaſti locupletare eam.nam præueniſti in
benedictionibus delcedinis,poſuiſti in capi-
te eius coronam de lapide precioſo, gloria
& honore coronaſti,& conſtituiſti ſuper o-
pera manum tuarum.omnia ſubieciſti ſub pe
dibus eius.quid denique Chro homini & ho
minum capiti,non contuliſti,in quo ſunt om
nes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi,
io. 2. a. vt eius apoſtolus ait Paulus?iure igitur pſal-
mographus diuino iam ſpiritu afflatus præui
dens gaudet:ꝙ noſtram(factus homo) viſita
ueris terram,ꝙq́; eam exuberantiſſimis do-
nis veniens inebriaueris, multiplicaueriſque
locupletare eam,tam in capite quàm in mem
bris.Sequitur.

*Flumen Dei repletum eſt aquis,paraſti ci* 10.
*bū illorū:quoniam ita eſt præparatio eius.*

Flumen Dei eccleſia ſancta eſt,in huius ſe
culi vita decurrens:ſoli Deo cōſecrata.cuius
aquæ donorum & gratiarum,à Chro ſuo ca
pite tanquam ab origine & vberrimo atque
perenni emanant fonte.ecce iam fluuius iſte
repletus eſt aquis.vbi paraſti etiam cibum fi
delium te eſurientium in via.de quo alibi iſ-
dem ſibi ipſi congratulatur in eodem ſpiritu Ps.22.ve.6
vates dicens:paraſti in conſpectu meo men-
ſam:aduerſus eos qui tribulant me. ſic enim
decuit,quo magis ſuæ charitatis viſcera in fi-
lios demonſtraret:ꝙ fidelibus ſui corporis
cibum pararet in ſacramento,quoniam ita eſt
præparatio eius.ita quidem oportuit,ita vo
luit:& ita ex miſericordia fecit.profectò nō
humani meriti,ſed diuinæ miſericordiæ fuit:
cibi huiuſmodi præparatio.Sequitur.

*Riuos cuius inebria,multiplica genimina* 11. eij
*eius:in ſtillicidijs eius lætabitur germinās.*

Tres connumerantur ſtatus. perfectorum
ſcilicet,proficientium,& incipientium , qui
riui,genimina,& germinans,hic vocātur. ait
ergo:tu Chre pientiſſime qui viſitaſti terrā
& inebriaſti eam,quiq́; multiplicaſti locuple
tare eā;riuos eius inebria,qui de pfectorū nu
mero,vt apoſtoli & apoſtolici viri ſūt.multi
plica genimina,pficiētiū.nā in ſtillicidijs eius
atq; doctrinæ guttulis:lætabitur germinās inci
piensq́;.inebria eccleſiæ pceres:tui ſpūs vber
tate.multiplica fideliū genimina quæ indies
proficiunt,vt(iuxta verbum apoſtoli)verita Ephe.4.d.
tem facientes in charitate,creſcamus in illo
per omnia qui eſt caput Chrs.ſtillicidia etiam
in paruulos diſtilla : quibus deguſtatis læta-
bitur germinans in fide.ꝙ ſi hæc tibi non ar
riſerit tripartita diuiſio:alium accipe ſenſum.
per riuos(vel vt alij legunt)huius terræ ſul-
cos:eos intellige qui ſeſe pœnitentiæ vome-
re proſciderunt, vt imbre diuinæ gratiæ ca-
paces efficerentur.hos igitur inebria Deus,
& multiplica terrę huius genimina numerūq́;
fidelium augens:fac ſit læta ſeges.initijs deni
que faue,bonisq́; cōſule votis.id quidē ages:
ſi doctrinam & inſpirationem impluas ſaluta
rem.nam in ſtillicidijs congruis vel ſemel ſuſ
ceptis imbibitisq́; lætabitur ſemen germinās,
pululansq́; virgultum.quæ analogia & ſimili
tudo:ab his ſenſibilius pulchre ſumpta eſt, vt
per eam ad ſpiritum aſcendamus.Sequitur.

*Benedices coronæ anni benignitatis tuæ:* 12.
*& campi tui replebuntur vbertate.*

Annus



Annus benignitatis,tempus gratiæ eſt,inci
Tit.3.b. piens ab aduētu Chri quū benignitas & huma
nitas apparuit ſaluatoris noſtri Dei: & ad fi-
nem vſque perueniens,quem apud Eſaiā pla
cabilem legimus vel acceptum.de quo ſcrip
Esa.61.a: tum eſt:ſicut terra profert germen ſuum , &
ſicut hortus ſemen ſuū germinat,ſic dñs De-
us germinabit iuſtitiam & laudem coram vni
uerſis gentibus.vides ne quanta ſit benigni-
Ps.50.v.91. tas huius anni?q̈ benignè nobiſcum egerit in
bona voluntate ſua dñs : vt ædificētur muri
Ieruſalem cæleſtis?tunc etenim eccleſiam ſu
am decorauit bonis,quæ per coronā & mo-
nilia ibi expreſſa deſignantur:quorum alterū
capiti,alterū verò collo ornamēto eſt. dixe-
rat enim:circundedit me quaſi ſponſum deco
Esa.61.d: ratum corona:& quaſi ſponſam ornatam mo
nilibus ſuis.huius igitur anni ac benignitatis
diuinæ,& coronæ & completo circulo, vſq;
adeò benedixit dñs:vt campi iam olim ſteri
les repleantur vbertate.et iuxta eiuſdē pro-
Esa.5.d. phetæ vaticinium:paſcantur agni iuxta ordi
nem ſuum,& deſerta in vbertatem verſa, ad-
uenæ comedant.porro oīs electorum ſtatus
militiæ huius ſeculi,expleto labore:iam abū
dat gratia,& ſpūs vbertate.campi ſcilicet &
conualles,montes & colles,quibus omnibus
por circuitum benedicis domine : vt ex tuæ
benedictionis largitate in laudē tui nominis
fœcundentur.Sequitur.

13. *Pingueſcent ſpecioſa deſerti: & exulta-
tione colles accingentur.*

Deſertus erat populus gentium, qui ante
Chriſti aduentum ambulabat in tenebris ſine
Deo,ſine lege,totus incultus,& peccatorum
ſpinis obſitus,ſquallens & aridus. quo adue-
niente:huius deſerti ſpecioſa pingueſcunt.ſic
Iohe.2.c. ante Iohel ppheta prædixerat dicens: nolite
timere animalia regionis.quia germinauerū
ſpecioſa deſerti:quia lignum attulit fructum
ſuum,ficus & vinea dederunt virtutem ſuam
et filij Sion exultate & lætamini in dño Deo
veſtro:quia dedit vobis doctorē iuſtitiæ &c.
Eminentiores etiam ſicut colles,cum humi-
les quos coluerunt campos iā viderint fructi
ficātes:gaudent in dño,& exultatione noua,
functioni ſibi creditę applaudūt & accingun
tur Deo gratias agentes : ꝙ non perdiderint
operam & impenſam.Sequitur.

*Induti ſunt arietes ouium & valles abū-* 14.
*dabunt frumento: clamabūt,etenim hym
num dicent.*

Ij arietes ouium qui & colles:prælati ſcili
cet,principes,ſacerdotes, doctores atq; du-
ctores gregis, induti ſūt iuſtitiā,fortitudinē, Ps.31.ve 9
ſapiētia,&(vt paucis cōcludā)virtutem ex al Luc.24.g.
to,arma lucis,Chriſtū denique ac nouū homi
nem.et ſicut electi Dei ſancti atq; dilecti: viſ Rom 13.c.
cera miſericordiæ,benignitatem,humilitatē, Gal.3.d.
modeſtiam,patientiam,ac cætera quæ ad col Ephe.4.f.
loſſenſes ſcribens,recenſet apoſtolus.et val- Colo.3.b.
les abundabunt frumento,humiles videlicet,
rudes,& plebei:abundabunt diuinæ gratię at
que doctrinæ frumento.ita vt à fructu frumē
ti vini & olei ſui:multiplicētur,& in bonis o Ps.4.ve.9:
peribus plures & maiores fiant. clamabuntq́;
ad te dñe,à quo omne datum optimū,in gra-
tiarum actione.clamabunt etiā dicentes:abba Iac.1.c
pater,expectātes beatam ſpem & aduentum Rom.8.c.
gloriæ magni Dei.clamabunt igitur hic exu- Tit.2.c.
lantes.& qui in hac lachrimarum valle degē
tes,ad te ſuſpirantes clamabunt:etenim hym
num dicent,in æterna patria tecum domine
regnantes.cui ſit honor & gloria in ſeculorū
ſecula Amen.

## EPILOGVS PSALM. 64.

Apo.4.d. *TE decet hymnus Deus in Sion:& tibi reddetur uotum in Ieruſalem.dignus enim es dñe accipe
re gloriam &c. Nunc interim exaudi orationem meam:ad te omnis caro ueniet,qui diabolum
in carne uiciſti:ueniet(inquam)orans & auxilium poſtulans,dicentq́; homines uenientes:uer
ba iniquorum præualuerunt ſuper nos:& impietatibus noſtris tu propiciaberis.ecce præualuerunt
confabulationes illæ peſſimæ hominis & ſerpentis,unde poſteritas tota euſq; corrupta remanſit:q im
piè egerimus omnes,addentes peccata peccatis.ſed tu miſeratus noſtri:& ſucurriſti perditis,et impie
tatibus noſtris tu deinceps propiciaberis.fœlix homo,quem eiectum de paradiſo:ad domum tuam non
1.Cor.5.a. manu factam reuocaſti:beatus quem elegiſti & aſſumpſiſti,quia habitabit in atrijs tuis,et replebi-
mur in bonis domus tuæ:eſt enim mirabile templum tuum in æquitate.ubi pro exigentia gratiæ & me-
ritorum:cuiq; iuſtè præmia largiuntur.exaudi nos igitur Deus ſalutaris noſter , ſpes omnium finium
terræ,& in mari longè.tu quidem omnium refugium es in te ſperantium. præparans apoſtolicos illos
Epha.2.a. mōtes in uirtute tua,ad euāgelizādū his qui lōgè & his qui propè erāt,ut hos & illos corde cōpūctos
& cōturbatos,ad te trahas.tu.n.ſolus es,qui accinctus potētia cōturbas pfundū maris,et ſonū fluctuū
Mar.16.d. eius,dū p ſuſpiria,lachrimas & ſingultus:ad animi tranquillitatē,pœnitentes ducis atq; gementes.tur
babuntur gentes & timebunt,qui habitant terminos terræ,à ſignis tuis.nam profecti apoſtoli quos*

S montes

*montes in uirtute Dei præparatos dixi)prædicauerunt ubiq;:dño cooperãte & ſermonem cõfirmãte,*
Rom,9.c. *ſequentibus ſignis.Hoc autem:ut(iuxta uerbum apoſtoli)oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſeri*
*cordiæ quæ præparauit in gloriam.quibus uiſis,turbatæ ſunt gentes & timuerunt. at quas primo ſubi*
*tanea nouitate turbaſti gentes,exitus matutini et ueſpere(quod eſt dictu)orientis & occidentis habi-*
*tatores:poſtea iam ipſa euãgelica ueritate cognita,delectabis eos,ut in odorem unguentorũ currãt,*
*te ſequentes,qui uiſitaſti terram & inebriaſti eam,multiplicaſti locupletare eam.quandoquidem dita*
*ſti hominem:naturam illius aſſumens.repleſti bonis ad ſumum usq;,& uarijs chariſmatibus fulciſti,a-*
Io.1.b. *deoq; locupletaſti donis:ut flumen Dei(quæ eſt eccleſia ſancta)replectum ſit aquis,de ſui capitis pleni*
*tudine accipiens gratiam pro gratia.nam quaſi aquarum inundantium:ita & bonorum omnium recep*
*taculum effecta eſt.ibi paraſti cibum fidelium:corporis & ſanguinis tui inſtituens ſacramentum. quo*
*niam ita eſt præparatio eius ut tunc interim militans in uia gaudeat cibo : quo poſtea triũphans frue*
*tur in patria.riuos eius inebria dñe,& ſapientiæ ſalutaris inundante aqua:apoſtolos cæteroſq; & a-*
*poſtolicos & perfectos uiros refice abundanter,quo eandẽ reliquis ualeant impertiri.multiplica etiã*
*genimina eius,qui ſunt proficientes in fide,& in ſtillicidijs eius lætabitur germinans,cum uelſummis la*
*bijs paruulus,& incipiens,doctrinæ ſanctæ guttulam deguſtauerit diſtillantem.benedices coronæ anni*
*benignitatis tuæ circulo uidelicet illi fœliciſsimo,quo egreſſus es à ſummo cælo,& uſq; ad ſummum eius*
*regreſſus es:uel quo à primo tuo aduentu ad ſecundum uſq;,& deinde in ſeculum ſeculi decurrenti.et*
*campi olim ſteriles:replebuntur ubertate,gratia & gloria redundantes.pingueſcent ſpecioſa deſerti:*
*& gentium electæ ſortes iam fructum dabunt.et exultatione colles illi accingentur,quibus prædicatio*
*nis munus creditum erat:cum omnia pululare,creſcere & in altum ſurgere uideant,atq; meritis abun*
*dare.ecce induti ſunt arietes ouium,hoc eſt,principes ipſi,chriſtiani gregis duces iuſtitiæ uellere , atq;*
*immortalitatis ueſte.et ualles quales pauperes ſpiritu & apud ſe humiles,abundabunt frumento , &*
*bonorum operum fructu clamabunt utiq; omnes,in iubilatione gratias agentes tibi:q; uideant incremẽ*
*ta frugum. etenim hymnum dicent in gloria,& in ſecula ſeculorum laudabunt te:quia te decet hymnus*
*Deus,qui habitas in Sion.*

## PSALM. 65.

*IVbilate Deo omnis terra,pſalmũ*
*dicite nomini eius : date gloriam*
*laudi eius.*

Cuius titulus eſt:in finem canticum pſalmi
reſurrectionis.ſicut mors duplex, ciuilis &
naturalis: ità & reſurrectio duplex.reſurgit
quidem reaſſumpto corpore rediuiuus ho-
mo.reſurgit etiam qui captiuus vel exul à pa
tria poſtliminiũ agit,& redit ad propria. po
pulus igitur Iſrael ſurrexiſſe dictus eſt:quum
ab egiptiaca ſeruitute redijt.nec ſecus reſur-
git peccator: quum à diaboli iugo liberatur.
reſurgit denique homo:quũ denuo id quod
ante reliquerat corpus aſſumit.dirigit nos er
go canticum pſalmi huius,in finem qui Chrs
eſt:quique ſurrexit à mortuis,primitiæ dor-
mientium,ſalus,vita & reſurrectio noſtra:per
quem liberati ſumus:per quem etiã ſurrectio
1.cor.15.d. mortuorum erit:vt eidem gr̃as agamus libe-
ratori optimo,ipſique congratulemur reſur
genti.iubilate ait,non hæc aut illa,ſed omnis
terra:quia nõ erit aliquis reſurrectionis ex-
pers. oẽs quidem reſurgemus(iuxta apoſtoli
verbũ)ſed non oẽs immutabimur.quãobrem
iubilate Deo omnis terra,pſalmum dicite no
mini eius,corde,ore & opere pſallẽtes.& mã
data ipſius ex aĩo adimplentes.date gloriam
laudi eius.non proprijs viribus aut meritis
quicq̃ adſcribatis:ſed nomini ſummi Dei tri
buite gloriã,voſque totos in gloriam & lau-
dem eius expendite.ſacrilegium enim eſt: ſi
quid à laude ipſius decerpatis.Sequitur.

*Dicite Deo,quã terribilia ſunt opera tua*
*dñe:in multitudine virtutis tuæ,mentien* 2.
*tur tibi inimici tui.*

Hoc canticum pſalmi dicite Deo,& ſtupo
re atq; admiratione rapti,mente & voce pſal
lite dicentes:q̃ terribilia ſunt opera tua dñe,
quæ quantumuis humanis oculis obijciãt aſ-
ſumptæ carnis infirmitatem:diuinam tñ po-
tentiam redolent & maieſtatẽ.ad præſepe in
ſtabulo naſceris dñe,& pannis inuolutus va-
giens,atque vbera matris ſugens,è cælo edi-
cta proponis,atque angelicos ſpũs,quaſi lega
tos ad paſtores mittis.ſic enim ſcriptum eſt: Luc.2.b.
claritas Dei circumfulſit illos, & ſubito facta
eſt cum angelo multitudo militiæ cæleſtis,
laudantiũ Deũ & dicentium:gloria in altiſsi
mis Deo &c.Regibus eſ timorẽ incutis,ado
raris à Magis,timeris à malis.at quũ cruci affi
geris irriſus:& detractis veſtibus inter latro
nes,oĩum oculis expoſitus es;tũc tenebræ fa Mat.27.c.
ctæ ſunt ſup vniuerſam terrã,à ſexta hora vſ
q; ad horã nonã. & inſup te moriẽte, velũ tẽ
pli ſciſũ eſt,terra mota,petræ ſciſæ,monumẽ
ta aperta,& multa corpora ſanctorũq dormi
erãt ſurrexerũt.iacuiſti in ſepulchro : ſed de
uicta morte ſurrexiſti victor,& ab inferis ex
tracta præda, aſcẽdiſti cęlos triũphator in iu
bilo



bilo & voce tubæ. quid reliqua quæ feciſti
terribilia & miranda opera recenſeam?ſatius
nobis erit,admirari ea, & p modulo noſtro
laudare:cum non ſit numeris noſtri aut inge
nij,dinumerare illa.hoc tñ vnum dicam.q in
multitudine virtutis tuæ:mentientur tibi ini
mici tui.tanta quippe eſt potentiæ tuæ vis:
q ſignorum ac mirabilium tuorum magnitu
dine,multoties inimici tui adeo obſtinati ani
mo,vt tibi parere nolint:compulſi ſint lingua
obedientiam profiteri,ſeſeq; non ſemel obſe
quuturos promiſerint mentiẽtes:ſicut olim
Pharao rex Egipti fecit.Sequitur.

*Omnis terra adoret te,et pſallat tibi:pſal-*
3. *mum dicat nomini tuo.*

AEquum eſt igitur vt homo quiſque terre
nus inhabitans terram:tibi ſubdatur, adoret
corde,& vti vero ac potenti Deo honorem
ſũmum & ſeruitutem(quam latryam vocãt)
tum interiorem tum exteriorem impendat.
pſallat in pſalterio decem cordarum.propter
te,præcepta decem opere ſeruans : pſalmum
deniq; voce dicat,in tui noĩs exaltationem.
et(vt paucis dicam)te agnoſcat,tuamq; diui
nam reuereatur maieſtatẽ,atq; tibi quidquid
boni egerit:tribuat,nuncupet,& aſcribat: po
ſtremoq;,miris præconijs efferat admirabile
nomen tuum.Sequitur.

*Venite & videte opera Dei:terribilis in*
4. *conſilijs,ſuper filios hominum*

Audi conuocationem gentium.ecce nõ ſe
mel inuitat. nũc.n.ait:venite& videte,& pau
cis interiectis, rurſum dicit:venite & audite
& narrabo,omnes qui timetis dñm.nẽpe hos
& illos ad magni Dei ac terribilium operum
ſuorum agnitionem atq; cõſiderationem vo
cat:eos ſcilicet qui tunc aderant & futuros,
qui prope erant & longè,præſentes & abſen
ps 88.v.2. tes,vt in generatione & generationem annũ
Ps.70.v.20 tiet veritatem dñi in ore ſuo: & adijciat ſup
omnem laudem, donec annuntiet brachiũ tu
um,generationi omni quæ ventura eſt, potẽ
tiam tuam & iuſtitiam tuam Deus, vſque in
altiſsima quæ feciſti magnalia.venite ergo
(ait)& videte opera Dei.grandia enim ſunt,
terribilia ſunt,nec de triuiali fæce.eſt etiã ter
ribilis ipſe in conſilijs ſuper filios hominum.
quippequi prudentiſsimus & prouidentiſsim'
eſt Deus,Dei & hominis filius, is de quo no
bis eſt ſermo:quem oportet adorare,cui pſal
lere & pſalmum dicere:verè dignum & iuſtũ
eſt,æquum & ſalutare. ipſe etenim ſolus eſt
cui omnia ſuccedunt ad votum:non caſu ſeu
fortuna,ſed quia ſuo nutu & arbitratu regun
tur diſponunturq;.errant ſæpe hoĩes circa fi
nem,& circa media ad finem.peccant eorum
diſcurſſus,nunc in materia,nunc verò in for-
ma. diſponunt ea interdum quæ propoſito
aduerſantur,& vt quidam ait,decipiũtur ſpe
cie recti.at verò Deus noſter non ſic,qui ter
ribilis eſt in conſilijs,ſuper filios hoĩum. qui Ephe.1.b.
q;(vt eius apoſtolus ait)operatur oĩa ſecun-
dùm conſilium voluntatis ſuæ.atque(vt Iob
dixit)adducit conſiliarios in ſtultum finem: Iob.12.c.
& iudices in ſtuporem.ecce conſilium facie
bant phariſei aduerſus dñm,quomodo perde Mat.12.b.
rent eum:ſed quid illis profuit? ſurrexit pſe
& gloria nominis ſui aucta eſt. vicit vtiq; in
conſilijs filios hominum.et quod ipſi diſpo-
ſuerãt ad malũ:terribilis & admirabilis Deus,
vertit in bonum.Sequitur.

*Qui conuertit mare in aridam , in flumi*
*ne pertranſibunt pede : ibi lætabimur in* 5.
*ipſo.*

Si ad literalem corticem attendas: mirabi
lia illa opera facta in eductione populi Iſrael
de Egipto eiuſq; introductione in terram p
miſſam,inſinuaſſe videtur.tunc quidẽ ingreſ
ſi ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris.erat Exo.14.c.
enim aqua quaſi murus à dextra eorum & le
ua.iterumque oĩs populus per arentem Ior- Ioſu.3.d.
danis alueum pertranſiuit.nos tñ alium quẽ
ſpiritus propheticus prætendit ſenſum : ſub
huius literæ cortice requiramus.maximè cũ 1.Cor.10.d
audierimus apoſtolum dicentem:hæc autem
oĩa in figura contingebãt illis:ſcripta ſunt au
tem ad correctionem noſtram.in quos fines
ſeculorum deuenerunt.quid(rogo)per mare
ſalſum & amarum,niſi pœnitentia? quid per
Iordanis flumen niſi baptiſmi ſacramentum
aptius venit intelligendum? quandoquidem
per hæc duo à diaboli ſeruitute liberamur:at
que in terram introducimur promiſsionis.et Ps.114.ve.8
tunc conuertit dñs mare in aridam,quum eri
pit animam de morte,occulos à lachrimis,
pedes à lapſu.nam conſolatur nos in omni tri
bulatione noſtra:et abſtergit omnem lachri- 2.Cor.1.a.
mam ab oculis pœnitentium.in baptiſmi eẽ Apo.21.a.
flumine iniciati,ſicco pertranſimus pede,om
ni prorſus impedimento ſemoto:vſq; ad p-
miſſam patriam bonis omnibus abundantem
& ibi lætabimur in ipſo lætitia inenarrabili.
vidiſtis(nec fallor)& annotaſtis:quàm terri
bilis ſit dominus in conſilijs, & quàm diues
in miſericordia,munificus in largitate,dulcis
in fruitione:qui conuertit mare in aridam:vt
ibi lætemur in ipſo.lætabimur quidem : qu-
um mare huius ſeculi magnum & ſpacio-
ſum , amarum,tempeſtuoſum, ac fragori
bus plenum : conuerterit in aridam , in

locum ſcilicet delectabilem & tranquillum.
quũq; flumen mortalitatis huius ac fluxibili
Pſ.41.ve.5. tatis tranſierimus:in locum tabernaculi admi
rabilis vsque ad domũ Dei,vbi in voce exul
tationis & confeſsionis ſonus erit epulãtis.
videte nunc quàm potens ſit,q̃ ſedulus & be
nignus inuigilans ſuper gregem.Sequitur.

6. *Qui dominatur in virtute ſua in æternũ,*
*oculi eius ſuper gentes reſpiciunt:qui exaſ*
*perant,non exaltentur in ſemetipſis.*

Dei virtus æterna eſt,infatigabilis & inde
fectibilis potentia eſt:qua in ęternum dñatur
rationali(quam condidit)creaturæ, & ipſam
Pſ.144.v.13 ſtatuit perpetuo duraturam.cuius regnũ ęter
num,regnũ oĩum ſeculorum:& dñatio ſua in
omni generatione & generationẽ.oculi eius
Pſ.85.ve.15. ſupgẽtesreſpiciũt.cuiꝰreſpicere,miſereri eſt,
iuxta illud pſalmi, reſpice in me & miſerere
mei.quid igiť hinc infers ꝓpheta ſanctiſsime?
quid his poſitis præmiſsis:de ſumma Dei po
tentia & miſericordia concludis?qui exaſpe
rant(ais)vel(vt alij legũt)qui in creduli ſũnt:
non exaltentur in ſemetipſis.inuident genti-
bus iudei:ꝙ ex mĩa reſpexerit ſuper gentes,
& ad ſe vocauerit Deꝰ.certè vel in hoc dñm
ad vltionem prouocant,exaſperant & exacer
bant.qui ergo ſic eum exaſperant:non exaltẽ
tur in ſemetipſis.nouerint ꝙ potens ſit , nec
quicquam eum latet.nam oculi eius ſuper gẽ
tes reſpiciunt,ꝙq; potens ſit de lapidibus ſuſ
citare ſemen Abraæ,facereq́; fideles,non ipſi
exaltentur in ſemetipſis,q̃ſi de proprijs meri
1.Cor.4.b. tis gloriantes.audiant apoſtolum dicentem:
quid habes quod non accepiſti?ſi autẽ accepi
ſti quid gloriaris,quaſi non acceperis?exaltẽ
tur igitur ſed in Deo,qui eos primo exalta-
uit.glorientur,non autem in ſemetipſis: ſed
in dño,qui glorioſos olim fecit illos ꝙ ſi glo
1.Cor.10 d riari oportet:quæ infirmitatis ſuæ ſunt cum
2.Co.11.g. apoſtolo glorientur.meminerint oportet,ꝙ
olim ipſi increduli fuerunt.lege(ſi vacat) eiꝰ
quæ eſt ad Romanos epiſtolã , vbi hoc nego
tium diſcutit,& iudeos in ſe ipſis gloriantes
carpit,ꝙ de genere,de ſacerdotio & lege ſi-
bi data,de carnalibus obſeruantijs, de ꝓprijs
denique meritis glorientur.Sequitur.

7 *Benedicite gentes Deum noſtrum: & au*
*ditam facite vocem laudis eius.*

Benedicite eum,in quo benedicuntur oẽs
gentes.benedicite eum,qui es Deus benedi-
ctus in ſecula.non in ſilentio tantum benedi
cite:ſed voce ſonora,quę per totum intonet
orbem:& laudis eius præconia:omnium au-
ribus intimate.

*Qui poſuit animam meam ad vitam: &* 8.
*non dedit in cõmotionem pedes meos.*

Hoc beneficiorũ maximũ, ꝙ me ad vitam
prædeſtinauit æternã.ꝙ vocauit,iuſtificauit Rom.8.f.
magnificauit.ꝙ notas mihi fecerit vias vitę,
fidẽ infundẽs. nã ſicut ſcriptũ eſt:iuſtus ex fi Rom.1.c.
de viuit.ꝙq; gratiam mihi contulerit adiuuã
tem,qua gradiar tramite recto.baſes pedũm
meorum conſolidauit,omniumq́; cogitatuũ
& affectuum greſſus direxit.& quãuis nõ ſe
mel impulerit aduerſarius vt caderẽ:ſed non
dedit in cõmotionem pedes meos,poſuit in
via aĩam meam ad vitam,dedit in bono per-
ſeuerantiam.tenuit me in lubrico:ne decide-
rem à gratia,inciderẽq́; in mortem animæ,
quæ tanto deterior eſt: quanto aĩa corpore
præſtantior, dignior perfectiorque. Sequi-
tur.

*Quoniã probaſti nos Deus,igne nos exa* 9.
*minaſti ſicut examinatur argentum.*

In libro ſapientiæ legimus.ꝙ tanq̃ aurũ in Sap.3.b.
fornace probauerit electos dñs:& quaſi ho-
locauſti hoſtiam acceperit illos.ignis proba-
bationis:aduerſitas eſt huius ſeculi atq; tri-
tribulatio.has oportet pati,vt ſcoria ſubtra
cta:puriores reddamur.oẽs ( ait Paulus ) qui 2.Tim.3.
piè volunt viuere in Chriſto Ieſu:perſecutio
nem patientur.Sequitur.

*Induxiſti nos in laqueum,poſuiſti tribula* 10.
*tiones in dorſo noſtro: impoſuiſti homines*
*ſuper capita noſtra.*

Exagerat labores & erumnas quas in hoc
ſeculo perpeſsi ſunt ſunt ſancti,ſic permitten
te Deo,vt auro & argento ꝓbatiores fierẽt.
vt ergo nihil in homine intentatum relictum
ſit,à planta pedis ad verticem capitis:induxi
ſti nos dñe(aiunt)ſeu induci permiſiſti, in la
queum miſerrimæ ſeruitutis,quem aduerſa-
rii parauerunt pedibus nris,vt cognoſcamus,
ꝙ nec proprijs viribus vitare peccatum:nec
à peccato ſurgere aut reſilire valemus. oẽs
quidem egemus gratia tua.humiliati ſunt igi
tur in cõpedibus pedes noſtri.et dũ vires no-
ſtras agnoſcimus, humilitatẽ amplectimur.
huiꝰ rei gratia poſuiſti tribulationes in dor-
ſo noſtro.nam te permittente ſed adiuuante:
grauia nimis onera dorſo noſtro imponeban
tur.afflixerunt nos impij,& ſupra dorſum no Pſ.128.v.3
ſtrum fabricauerunt peccatores: prolongaue
rũt iniquitatẽ ſuã.fabricauerũt(inquã ) nobis
patiẽtiã,quæ nõ exigua virtus eſt.impoſuiſti
deniq; hoĩes ſuper capita nra.hoĩes dixi,præ
poſitos



poſitos diſcolos,ſceleratos,& crudeles:à qui
bus ſubacti premimur,& ex his quę patimur:
Heb.5.b diſcimus obedientiam.an hæ tres virtutes,
humilitas ſcilicet,patientia,& obedientia:ſp
nendæ tibi videntur?an ignoras ꝙ hæ homi-
nem Deo gratum faciunt, quarum in ferẽdis
aduerſis lucrum facimus?Sequitur.

11. *Tranſiuimus per ignem & aquam: &*
*eduxiſti nos in refrigerium.*

Felix tranſitus:quo nos in refrigeriũ edu-
Pſ.139.v.11. xiſti:non in ignem inextinguibilem atque æ
ternum deieciſti.purgaſti quidem triticum;
& ſegregatum à paleis in horreum tuum mi
Matt.3.c. ſiſti.hoc apud omnes adeò tritum eſt :vt exi
erit in prouerbium.ſunt autem duo, ignis &
aqua,quæ ex diametro pugnant,ſibique inui-
cem contrariantur,nec vllum conuenientiæ
ſymbolum habent.vtrunque tamen nocet,qñ
ignis vrit, & ſuffocat aqua.trãſeunt ergo ele
cti per ignem & aquam & (vt quidam dixit)
per mare,per terras,ꝑ ſaxa,per ignes:qui per
tot diſcrimina rerum tendunt in cæleſtem pa
triam.tu verò miſericors & miſerator Deus,
edducis eos in refrigerium.hic enim refrige
rantur in ſpe,conſolantur,refocillãtur.at quũ
vitæ huius extrema venerit dies:requieſcent
in re.Sequitur.

12. *Introibo in domum tuam in holocauſtis,*
*reddam tibi vota mea: quæ diſtinxerunt*
*labia mea.*

Quo potentiſsima Dei manu ſe è tot malis
eductum profiteatur, & ſe gratum oſtendat
homo:ſeſe domum Dei ingreſſurum prote-
ſtatur in holocauſtis.accedet igitur ad tem-
plum ſanctum dñi,ſiue locum huic rei deſti-
natum in via:ſiue alterum in cæleſtibus non
manu factum intelligas.accedet(inquam)nõ
vacuus:ſed holocauſtomata deferens , nihil
ſibi vel alteri tribuens:ſed totam ſuæ libera-
tionis gloriam tibi aſcribens.introibitq́ue in
incendio charitatis totus abſortus:& ibi red
det vota quæ diſtinxerunt labia ſua.ſiue la-
bia, trãſitiuꝰ caſus ſit,ſiue rectus,nihil refert.
nam ea reddet vota quæ prius vouentis la-
bia diſtinxerunt aperueruntq́ue.non enim ali
ter ab ore exire poterant,ſi per vocalia vota
labia non diſtinguerentur ad loquutionẽ:vel
ea reddet,quæ labia ſua diſtinxerunt diſcre-
ueruntq́ue:te quidem omnipotentem agnoſ-
cens:ſe infirmum,te miſerantem laudãs:ſe mi
ſerum ac peccatorem accuſans.hæc enim cõ-
ueniens & neceſſaria diſtinctio eſt.Sequitur.

13. *Et loquutum eſt os meum: in tribulatio-*
*ne mea.*

Non ſolùm ea reddam quibus me tibi ple
niſsima libertate functus aſtrinxi: verùm et
ea,quæ loquutum eſt os meum,& citra om-
nem promiſsionem,ſimpla duntaxat aſſertio
ne propoſui,dum eſſem in tribulatione.ſi hãc
euaſero(dixi)tibi me totum reddam in holo
cauſtum,hoc eſt peccatis omnibus vale dicã.
hæc vtique & alia conſimilia propoſui , quũ
anxius tribularer.at plenè (vt cupiebam ) ad
implere nequiui:corruptibili obſiſtente car-
ne.nunc autem domum tuã cæleſtem intro-
greſſus,grauãteq́ue mortali corpore exutus,
& immortalitatem indutus:reddam tibi om
nia quæ diſtinxerunt labia, & os meũ loquu
tum eſt in tribulatione.

*Holocauſta medullata offeram tibi , cum* 14.
*incenſo arietum: offeram tibi boues cum*
*hircis.*

Holocauſta medullata , ſacrificia pinguia
ſunt,non tantum apparente ſed interiore cha
ritate repleta.hæc offerũt qui ex intimis prę
cordijs Deum colunt.incenſum verò,oratio
eſt,quæ ex ardente,flagrante & ignito corde
procedit,& ſicut virgula fumi ex aromati- Can.4.c.
bus aſcendit,& ad Deum vſque peruenit , in
odorem ſuauitatis.quam alibi dirigi iſdẽ pſal
tes optat dicens:dirigatur dñe oratio mea: Pſ.140.v.2
ſicut incenſum in conſpectu tuo.ſi ergo apo
ſtoli viriq́; apoſtolici duces chriſtiani gregis,
arietes nuncupãtur,vti pſalmo.28.expreſſum
eſt,tunc holocauſta medullata offeram cũ in
cenſo arietum:quum me totum tibi dedam,
intimi amoris & charitatis igne ſuccẽſum,&
ſanctorum patrum fidem ſimul exhalantem.
offeramq́; tibi boues cum hircis:ideſt animæ
potentias,intellectum,memoriam & volun-
tatẽ,quas deſignat per boues culturæ aptas,
ſicut per laciuientes ſpurcos ac fœtidos hir-
cos,ſenſuum exteriorum motus improbos:
quos oẽs iã olim mactatos,per pœnitentiæ
gladium tibi tunc cõſecrare licebit.vel ſi ma
uis,nõ vnus:ſed vna ſacroſãcta dicat eccleſia:
introibo in domum tuam in holocauſtis,hu-
ius ſeculi peregrinatione trãſacta.quum iam
perſequutionũ hyems tranſierit,abieritq́; ym
ber & receſſerit:reddã vota & offerã holoca Cant.2.c.
uſta medullata, martyres ſcilicet,fidei , ſpei
& charitatis pinguedine obeſos,obidq́; Deo
gratos.cũ incẽſo arietũ apoſtolorũ videlicet
aliorũq́; dñici gregis ducũ,confeſſorũ,ac vir
ginũ.boues et,hoc eſt ſanctos doctores oẽs,
qui fideliũ pectora linguæ ſuæ vomere ꝑſci-
derunt:& ſanctæ doctrinæ ſemina iniecerũt
ſimul.cũ hircis demũ peccatoribus , ſed iam
pœnitentibus,& ꝑ pœnitentiã in oues & ag
nos conuerſis. vt per has ſimilitudinarias &
tranſlatitias loquutiones:omnem electorum

ſtatum,ſeſe dn̄o infœlici patria oblaturã oſtẽdat.Sequitur.

15. *Venite et audite, et narrabo omnes qui timetis Deum:quanta fecit animæ meæ.*

Ecce nũc iterum expertus & in ſchola dn̄i edoctus perinde atque educatus: timoratos omnes ad veram ſapientiam inuitat, beneuoloſq; reddit auditores,dociles,& attẽtos.venite(inquit)& audite,aures arrigite, & ſanæ doctrinæ fidem adhibete,atque experto credite.nam vera dicam, proferamque quanta fecerit Deus animæ meæ: vt hæc vobis ſint exemplo.Sequitur.

16 *Ad ipſum ore meo clamaui: & exaltaui ſub lingua mea.*

Clamaui orans, clamaui laudans, & libera voce prædicans: clamaui & exaltaui. et quod ore protuli:ex mundo & defæcato extraxi corde.Deum ore confeſſus ſum coram Luc.12.b hominibus,nec erubui, ipſumque ſub lingua exaltaui,mecum habitans,& intra cordis archanũ,id quidem eſt ſub lingua exaltare Deum,quæ ſi verax eſt: cordi inſeruire debet. in voce igitur audibili & ſilentio, in abdito & aperto loco:ipſum inuocaui.at ꝙ inuocarem,clamarem & exaltarem: donũ eius fuit, & ex prꝙuenięte gratia proceſsit. videtis ne, quanta fecerit animæ meæ? agnitionem ſui dedit, dedit vocẽ,dedit affectũ,ipſumq; cordis fontem ab omni iniquitate mundauit, ne oratio diſpliceret,quin exaudiretur potius. Sequitur.

17. *Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo, non exaudiet dominus.*

18. *Propterea exaudiuit Deus: et attẽdit voci deprecationis meæ.*

Non poſui exauditioni obicem: quia non dilexi iniquitatem,nec intra cordis hoſpitiũ deliteſcentẽ reliqui:ſed ipſam adiuuãte dn̄o eliminaui.hinc mihi impetrandi fidutia atque effectus accreuit. ſic.n. beatus Ioannes ait:ſi cor nr̃m non reprehenderit nos,fidutiã 1.Ioan.3.d habemus apud Deũ,ꝙ quidquid petierimus, ab eo accipiemus.at contra,iniquis dn̄s per ꝓphetam ait:cum extenderitis manus veſtras, Eſa.1.d. auertam oculos meos à vobis.et cum multiplicaueritis orationem,non exaudiam:manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. quo circa pro beneficijs acceptis immortales Deo gratias agit,atque in ipſius laudem profundit ſe totum dicens.

*Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam: & miſericordiã ſuã à me.* 19.

Non repulit orationem meam à conſpectu ſuo ex miſericordia. nec miſericordiam ſuã à gemitu meo,ex gratia.non amouit orationẽ meã:qui dedit perſeuerantiantiam vt orarem.nec amouit mĩam à me:qui ſe mihi ſemper exoratum exhibuit & benignum. cohibuit eſt in oratione:ea quæ ipſam deſidem ac tepidam faciunt.quales ſunt motus improbi, qui paſsim in nos inſurgunt noſq; diuagari compellũt,et huius ſeculi curę,quæ nos auocant:dum ex vtroque latere pungunt:ita vt ſæpius orationẽ aut intercidant,aut minus deuotam faciant & ſuauem,vti muſcę importunę interuolantes,quæ interdum hominem ab intentione & attentione diuellunt.nam iuxta Salomonis dictum: muſcæ inoriẽtes, per Eccl.10.a dunt ſuauitatem vnguẽti.ſit igitur ipſe benedictus,qui viuit & regnat Deus: per infinita ſeculorum ſecula Amen.

EPILOGVS PSALM. 65.

*IVbilate Deo omnis terra &c.Iubilate reſurgenti,ac de morte triumphanti Chriſto.dicite ipſi Deo,quàm terribilia ſunt opera tua dn̄e.in multitudine uirtutis tuæ,mẽtientur tibi inimici tui:quum diuinitatis tuæ potentia,confractis uiribus,nudati inimicorum capitis : inuiti cogentur iam ipſi deuicti, uel maria & montes(ut aiunt)promittere mentientes.quamobrem, omnis terra* Deut.32.f. *adoret te & pſallat tibi:pſalmum dicat nomini tuo,illi tribuens uictoriæ laudem.uenite igitur & uidete opera Dei,filij hominum:& quàm ſit terribilis in conſilijs ſuper filios hominum,conſiderate. iuuat.n.nũc illa præcipua & potiora recenſere,quũ mare rubrum,& Iordanis fluuiũ, Iſraelitica plebs ſicco pede tranſiuit:ut excellentiori(de qua loquimur)tranſitioni cõferamus,qua tranſiuimus per ignem & aquã,utique ductore Deo,qui conuertit mare in aridam:quo proſpiciat electis,quos ex gratia ducit ad uitam,ibi lætabimur in ipſo,qui nunc triſtamur.ecce oculi eius ſuper gẽtes reſpiciũt. hoc etenim ſummæ mĩæ:illud uerò ſummæ potentiæ fuit.qui ergo Deum exaſperant,ipſumq; ad ultionẽ prouocãt, inuidentes,ꝙ ſuper gentes miſericorditer reſpexerit Deus:non exaltentur in ſemetipſis,gentes deſpicientes,& de genere,circunciſione,lege,ac proprijs meritis gloriantes.uos aũt gẽtes benedicite Deũ noſtrũ uoce ſonora:qui uos direxit ad uitã.dicite illi,probaſti nos Deus,igne nos examinaſti,ſicut examinatur argentũ. in tẽtationis laqueũ induci,dorſoq; nr̃o imponi grauia onera ab hominibus ꝑmiſiſti: quos eſt diſcolos nobis præeſſe uoluiſti.atq; ut uerbo cõcludã:trãſiuimus per ignẽ & aquã.ſed tibi gr̃as agimus ĩmortales:qui eduxiſti nos in refrigiũ.quãobrẽ,pro oĩbus unus,atq; oĩum noĩe,uel in hocme tibi gratum oſtendam.introibo in domum tuam,in holocauſtis.nam me totum offeram, tibiq; ſoli totius negotij*



*negotij gloriam aſcribam:nihil mihi uendicans aut reſeruans.reddam tibi etiam uota mea,prout labijs diſtinxi,& explicui ore:dum in tribulatione poſitus ad te clamarem.holocauſta medullata ac deuotione pinguia,offeram tibi cum incenſo arietum,patrum ſcilicet,fide pia ſuffragijſq; ſuffulta.offeram tibi deniq; boues cum hircis:dum petulantes interiores ſimul atq; exteriores mactauero obtuleroq; animæ uires.uenite igitur & audite me,articulatè enarrantem omnia,omnes qui timetis dñm.ad ipſum utique ore meo clamaui:& exaltaui ſub lingua mea.nam ore & corde pro uiribus defæcatis,diuinas depromſi laudes:ſint Deo gratæ.porro ſi adhuc inficiat cor meum proterua iniquitas,non exaudiet dn̄s: ꝙ à ſpurco corde diſſonans procedat oratio.at exaudiuit Deus:eo ꝙ me ex miſericordia præueniens: meã exauditione dignam fecerit orationem.ſit ipſe benedictus in ſecula Deus : qui non amouit orationem meam à ſe,nec miſericordiam ſuam à me:quam(dum uixero)ſine intermiſsione petam.*

PSALM. 66.

*DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultũ ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.*

Cuius eſt titulus:in finem in hymnis, pſal. Rom.10.a cantici Dauid. eò ꝙ in Chriſtum nos dirigat (qui finis eſt legis ad iuſtitiam omni credenti)aduentum eius in carne petentes:& ꝓ hoc inæſtimabili beneficio cæteriſq; collatis lætãtes,ſimul & gr̃as agẽtes.ait ergo: Deus mi ı reatur nr̃i.eſt quidẽ multiplex Dei erga nos ı nr̃a:ſicut multiplex nr̃a miſeria,multiplex eſt eius benedictio,& vultus ſui illuminatio. miſereatur(ait)condonando culpam & infundendo gr̃am.miſereatur ſimul & benedicat atq; Gen.27.a. vtraq; benedictione ditet,de rore cæli & de pinguedine terræ.illuminet vultum ſuum ſuper nos,ideſt filium ſuum vnigenitum ꝓmiſſum toties:iam nr̃i miſeratus,præbeat incarnatum viſibilemq;.et vultum ſuum quem nobis impreſsit,quum ad imagnem & ſimilitudinem ſuam creauit hominem:nouo aduentus ſui lumine innouatum illuſtret:ne offuſcat ıs,atque indignis operibus nr̃is appareat det ırpatus.humanam igitur dignificet mag- Luc.15.b. nific etq; naturam.accendat lucernam ſuã ſuper ı ıos,domum euertat,& quęrat dragmam perd ítam diligenter:donec inueniat eã.illumine t etiam ſuper nos:vt vultum ſuum in nobis c ognoſcamus.et cognoſcentes:ꝙ de generes fuerimus erubeſcamus.illuminet poſtremo fi Gal.5.a. de quæ per charitatem operatur:vt ipſum v erum Deum ac ſeruatorem nr̃m agnoſcamu s:illique ex animo ſeruiamus.Sequitur.

2 *Vt cognoſcamus in terra viã tuam: in omnibus gentibus ſalutare tuum.*

Id operabitur dn̄e,vultus tui illuminatio: vt que m miſiſti Ieſum Chr̃m cognoſcamus.ꝙ dicen :i diſcipulo:dn̄e neſcimus quo vadis:& Ioan.14.a quomodo poſſumus viam ſcire? ait:ego ſum via,veritas & vita. nemo venit ad pr̃em niſi per me.ꝗſi Chriſtus eſt via recta & ſalutaris, qua itur ad vitam:illuminet dn̄s vultum ſuũ ſuper nos operæ precium eſt,vt cognoſcamus in terra viam ſuam,in omnibus gentibus ſalutare ſuum.cognoſcamus eſt viam mandatorũ ſuorum,ipſamque ſequamur,vt fiat voluntas eius ſicut in cælo,& in terra.Sequitur.

*Confiteantur tibi populi Deus:confiteantur tibi populi omnes.* 3.

Non vnus populus tantum:ſed multi, ſed omnes,confiteantur tibi Deo viuo & vero: qui toti mundo ſuccurriſti perdito non.n.apud Deum eſt diſtinctio iudei & greci (ait Paulus)nam idem dn̄s omnium:diues in om Rom.10.c. nes qui inuocant illum.quamobrem illi laudem gloriam & honorem,omnes impendant populi.confiteantur omnes, & pro acceptis beneficijs immortales gr̃as agant. confeſsionem ingeminent:& corde ſimul & ore confiteantur.Sequitur.

*Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.* 4.

Lętentur gentes ad Chriſtum conuerſæ interiore gaudio:& exteriore corporis tripudio exultẽt,ꝙ æquus iudex aduenerit,de quo prædixerat Eſaias: non ſecundùm viſionem Eſa.11.a. oculorum iudicabit:neque ſecundùm auditum aurium audiet:ſed iudicabit in iuſtitia pauperes:& arguet in æquitate pro manſuetis terræ,& erit iuſtitia cingulum lumborum eius &c. lætentur itidem ꝙ ſapientiſsimus ſit magiſter,& rector ſtrenuus, qui gentes in terra diriget:ne à via veritatis aberrent. cuius rei cauſa iterum atque iterum,ad Dei laudem mortales omnes excitat inuitatque dicens:

*Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes:terra dedit fructũ ſuum.* 5.

Terra illa benedicta,quæ nuſq̃ maledictioni ſubiacuit:germẽ ſuum ꝓtulit.nihil.n.aliud Pſ.84.ve.

terræ nomine conuenientius ſignificari poterit,quàm Dei genitrix Maria vndequaque Luc.1.c. benedicta,cuius fructus ventris benedictus. adeoq; benedictus:vt in eo benedicantur om Gen,22.d. nes gentes terræ. omnes igitur confiteantur illi,quia terra dedit fructum ſuum, & virgo intemerata peperit Chriſtum.atque terra noſtra quæ arida erat:iam verbi cæleſtis imbre ſuſcepto,bonorum operum dedit fructum. nam terrena & arentia corda,adueniẽte Chri Luc.3.b. ſto,fructus dignos pœnitentiæ agere cœperunt.Sequitur.

6. *Benedicat nos Deus Deus noſter,benedicat nos Deus:& metuant eum omnes fines terræ.*

Ecce iam terra dedit fructum ſuum:quum Maria virgo mundo edidit ſaluatorem.terra etiam noſtra:tibi fructum dedit confeſsionis & laudis.tuæ nunc benignitatis erit pientiſsime Deus:ſi nos benedixeris omnes.audi(precamur) quem inueniſti virum ſecundùm cor tuum,audi regem & prophetam,pro nobis orantem,tuamq; benedictionem obnixè petentem.benedicat nos Deus inquit. vbi tertio Deum nominat:quo diuinarum trinitatẽ exprimat perſonarum. ſecundo tamen loco, Deum noſtrum ipſum appellat:eo ꝙ ſecunda in trinitate perſona,noſtram vniuerit ſibi naturam,obidq; pecculiari quodãmodo Deus noſter: qui in ſimilitudinem hominum factus,habitu ſit inuẽtus vt homo,atque in ter Phil.2.a. ra viſus,pelle noſtræ carnis indutus, & cum Baruc.3.e hominibus conuerſatus.at perſonarum trinitatem cõnumerans:non ſiluit vnitatem diuinæ eſſentiæ dicens:metuant eum non eos.benedicat nos igiẽ Deus pater,de quo ait apoſtolus:benedictus Deus & pater domini no Eph.1.a. ſtri Ieſu Chriſti qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto.benedicat ſimul Deus & homo Chriſtus Ieſus,qui à diſcipulis corporali præſentia recedens,atque in cælum aſcendẽs:eleuatis manibus benedixit eis.& factum eſt(inquit euãgeliſta) dum benediceret illis,receſsit ab eis. Luc.vlt.g. benedicat nos etiam Deus ſpiritus ſanctus, qui eſt patris & filij nexus,cui⁹ benedicere,bene facere eſt:& creſcere nos faciat, atque in fide & charitate ipſius multiplicari,trinus & vnus Deus:qui viuit & regnat per infinita ſeculorum ſecula Amen.

## EPILOGVS PSALM. 66.

*Deus miſereatur noſtri & benedicat nobis &c.hæc benedictio,illuminatio uultus,& miſericordia miſericordiarum erit:ſi unigenitum tuum dñe nobis dederis incarnatũ.hunc illumina,hũc clarifica.oſtende(inquam)nobis miſericordiam tuam:& ſalutare tuum da nobis.ſit in terra, qui nos in tui cognitionem ducat:& uiam ſalutis oſtendat.ueniſti tandem pientiſsime Ieſu.confiteantur tibi populi Deus:lætentur & exultent gẽtes,te iudice ac directore.cõfiteantur iterũ atq; iterũ:quia iã terra benedicta:dedit benedictũ fructũ uentris ſui.benedicat igitur nos ipſe qui eſt ſuper omnia Deus: benedictus in ſecula amen.& metuant eum omnes fines terræ,adorantes atq; diuinum honorem illi exhibẽtes:quia non ſolùm de uirgine naſci,ac noſtræ carnis indumento ueſtiri,& cũ hominibus conuerſari dignatus eſt:uerum etiam mori,ut morte ſua,humani generis diſperderet inimicos.quod utiq; redemptionis opus,ipſumq; ſubſecuta geſta præclara:iam nunc longa iuuat deſcribere narratione.*

## PSALMVS. 67.

*Exurgat Deus,& diſsipentur inimici eius:& fugiant qui oderũt eum,à facie eius.*

Titulus huius pſalmi eſt:in finem pſal. cantici Dauid.Cuius expoſitio ex ſuperioribus liquet.eſt quidem hic pſalmus vt quantitate: ita & myſteriorum profunditate magnus.cõplectitur enim multa de triũphali Chri reſurrectione,& iudeorum aliorumq; inimicorũ eius diſsipatione,fuga,& deiectione, ac iuſtorum & fidelium exaltatione. de glorioſa etiam dñi aſcenſione,& beneficiorum elargitione.quæ oĩa & inde ſecuta magnificè narrat,prædicat & exaltat.ait ergo:exurgat Deus &c.hoc eſt potentiã ſuam oſtendat. nẽpe in libro numerorũ ſcriptũ legimus, ꝙ cũ ele Num.10.d. uaret archa fœderis dicebat Moſes,ſurge dñe & diſsipẽt inimici tui,& fugiãt qui oderũt te à facie tua.nec ignoram⁹ huiuſmodi archã: verbi incarnati ac Dei & hoĩum mediatoris apertiſsimi fuiſſe figurã.hinc eſt,ꝙ his verbis eſ Chri reſurrectionẽ predicit diuinus vates: exurgat Deus(inquit)primitiæ dormientiũ, ſuorũq; fideliũ gloria,& cõfuſio inimicorũ. exurgat, & diſsipẽt inimici ei⁹:quod iã factũ nouimus.ſurrexit vtiq; Chrs, & viſibiles atq; inuiſsibiles inimici,quales tũc Iudei & principes ac poteſtates mũdi,rectores tenebrarũ:& eodẽ reſurgẽte diſsipati ſunt: & Ephe.6.b. nũc cõfuſi oẽs qui oderũt eũ,fugere conanẽ à facie eius.nõ quidẽ vt locali intercapedine ſtẽt ab eo quẽ nouerũt vbiq; adeſſe præſentẽ: ſed ꝙ interno mẽtis ac ꝓpriæ cõſciẽtiæ timore cõcuſsi:ab eius optent abeſſe conſpectus & latibula quæque ingredi(heu fruſtra) infœlices ipſi vellent.Sequitur.

2. *Sicut deficit fum⁹,deficiãt,ſicut fluit cera à facie ignis:ſic peẽat peccatores à facie Dei.*



Fumus inſurgit ab igne,& quãtò magis tendit in altum:tantò ampliùs deficit atq; euaneſcit.nec ſecus ſuperbientium Iudæorũ fumus, à concupiſcentiæ igne progreſſus, qui ſeſe in altum attollere videbatur: vbi regem gloriæ Chriſtum cruci affixerunt: euanuit ſtatim defecitq; & in confuſionem illorum conuerſus eſt,Chriſto à mortuis reſurgente. atqui euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratũ Rom.1.c eſt inſipiens cor eorum.ſic etiam alibi ſcrip Pſ.36.v.21. tum eſt:Inimici domini mox vt honorificati fuerint,deficiẽtes quemadmodum fumus deficient. hac etenim in hoc ſeculo mulctantur pœna,in altero vero cõſequetur eos acerbior altera.nã ſicut fluit cera à facie ignis: ſic peccatores à facie Dei peribunt,quũ aſpectu terribili iudex ille ſeuerus in ſede maieſtatis ſuę apparuerit iudicaturus orbem.porro tũc horribili metu liquefient quaſi cera, præ nimio angore animi æſtuantes,nec ſuſtinentes iram à facie Dei iudicantis.Etenim Deus noſter ig deut.4.d nis conſumens eſt.Sequitur. heb.12.g

3 *Et iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei:& delectentur in lætitia.*

Quaſi epulantes erunt,ſpiritus vbertate repleti,dum iuſti diuina fruentur eſſentia. exultabunt quidem in conſpectu & aſpectu Dei, & delectabuntur lætitia ſempiterna.per quæ omnia, exprimitur tum eſſentiale, tum vero accidentale quod beatis cõfertur præmium, ipſaq; delectatio inde reſultans.Huius lautiſ Eſaiæ.25.c ſimi & glorioſi conuiuij meminit Eſaias dicens:Et faciet dominus exercituum omnibus populis in monte hoc conuiuiun pinguium, conuiuium vindemiæ,pinguium medullatorum:vindemiæ defæcate.lege totum hoc vigeſimum quintum prophetiæ caput, vbi iuſtorum gloriam & impiorum pœnam mirabiliter depictam inuenies.Sequitur.

4. *Cantate Deo,pſalmũ dicite nomini eius: iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum, dominus nomen illi.*

Quidam tamen clariùs tranſtulerunt,exaltate eum qui aſcendit ſuper cælos. nempe angelos & homines omnemq; intellectualem inuitat creaturam:vt Chriſto reſurgenti ipſiq; victori de morte triumphanti, atq; ſuper omnes cælos glorioſe aſcendenti:ſolenni cõcurſu aſsiſtant,congratulentur,miniſterium præbeant,& vti domino famulentur:quia dominus nomen illi. Cantate(inquit)Deo:ſit omnium vox vna:Viuat rex regum,& dñs dominãtium : fortis leo de tribu Iuda, victor & triumphator.Iter etiam facite ei qui aſcendit ſuper occaſum.Viam ſternite mortales,& virtutibus ornate.parate viam domino,reſurgenti & aſcendenti in cordibus veſtris,per fidem,ſpem,& charitatẽ.Nõ ſit quod maieſtatis eius oculos offendat.ecce victor aſcẽdit, qui torcular calcauit ſolus,qui ſubegit mortem,ipſamq; moriendo deſtruxit:& vitam reſurgendo reparauit.Sol quidẽ ipſe : occidẽs, aſcendit ſuper occaſum:dominus nomen illi. atqui mirabile nomen illud tetragamaton:nomen illius eſt.Ieſus vocatur,ſaluator eſt,redẽptor,ſeruator & reparator. Admirabilis conſiliarius,Deus fortis,pater futuri ſeculi,princeps pacis.Cantate igitur Deo,plaudite ma Eſa.9.c nibus, & pſalmum dicite nomini eius conſona voce dicentes: dignus eſt agnus qui occi Apo.5.d ſus eſt:accipere virtutem & diuinitatem & ſapientiam & fortitudinem & honorem & gloriam & benedictionem:qui aſcendit ſuper occaſum,ꝙ ſi quis peregrinus in Ieruſalem,nomen eius ignorat: ſciat oportet, ꝙ dominus nomen illi, qui redemit nos in ſanguine ſuo: ex omni tribu & lingua & populo & natione.Hoc enim abſoluto nomine gaudet:Scrutamini ſcripturas de Chriſto loquentes.& cũ aſinam Ieroſolymis alligatam & pullum ſibi afferri iubet,ecce ait:Si quis vobis aliquid dixerit:dicite,quia dñs his opus habet. Huic ergo domino iter facite,qui omnia fecit,& omnibus dominatur.parate viam aſcendenti ſuper occaſum: vel(vt alij legunt ) in ſupremũ cælum.quandoquidem vadit parare nobis locum: qui propter nos etiam ad ima deſcẽdit: & exinaniuit ſemetipſum formam ſerui acci Phi.2.a. piens.propter quod: & Deus pater exaltauit illum, & donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen,nam dominus nomen illi. Sequitur.

5. *Exultate in conſpectu eius, turbabuntur à facie eius: patris orphanorum,& iudicis viduarum.*

Sunt tamen nonnulli qui in hebræo non reperiri contendunt, turbabuntur à facie eius. nos autem verſionem noſtram ſequamur.Nõ immerito domini ſortitus eſt nomen,clemẽtiſsimus ipſe orphanorũ pater, & iuſtiſsimus iudex viduarum:quãdoquidem hæc duo,clementia & iuſtitia : verum dominum decent, ipſumq; apud omnes commendabilẽ reddũt. quamobrem,vos iuſti & electi, vos amici exultate in conſpectu eius:cuius aſpectus vobis placidus eſt,& delectabilis vultus. At contra inimici turbabuntur timore horribili videtes dominum,qui vt pater pupillos fouet:atq; vt potentiſsimus iudex fert opem viduis ac derelictis:cauſam earum agens. ſicut iſdem alibi propheta dicit:Dominus(inquit)cuſtodit Ps.145.v.8. aduenas,pupillum & viduã ſuſcipiet : & vias peccatorum

peccatorum diſperdet.nam ante Chriſti ad-
uentum orbi erant homines qui Deũ verum
act.17.f patrem ſuum non agnoſcebant:cuiuſmodi e-
rant Athenienſes extruentes arã ignoto Deo.
Gloriabantur vtique Iudæi,quòd ipſis dunta
pſa.75.v.1. xat eſſet notus ſicut ſcriptũ eſt: Notus in Iu-
dæa Deus:in Iſrael magnum nomen eius. E-
rant etiam familiæ & congregationes gentiũ
quaſi viduæ deſtitutæ, & tanquam fornica-
riæ abierant poſt Sathanam colentes idola
muta. Venit Chriſtus, illuxit orbi, aſciuit ad
ſe gentes,conſtituit eccleſiam non habentem
maculam neq; rugam: & factus eſt pater or-
phanorum, protector & ſponſus viduarum.
& tanquam iuſtiſsimus iudex,debitũ ſoluẽs:
earũdem cauſam iuſtè egit. vel aliter,licet in
eundem recidat ſenſum. per orphanos & vi-
duas,eaſdem accipe gentes olim idolatrię de
ditas.quarum vir & pater diabolus erat, pri-
miq; ab eo ſeducti parentes: quos peccantes
imitabantur ſequebanturq;. At per Chriſtum
ſathanica deſtructa tyrannide,iniquo patre &
viro fœliciter orbatæ:Chriſto domino vero
Deo,viro & patri,per fidem adhæſerunt dicẽ
Pſ.26.v.16 tes illud pſalmi: Pater meus & mater mea
dereliquerunt me:dominus autem aſſumpſit
me. quem dñm videntes patrem orphanorũ
& iudicem viduarum:verebuntur impij, atq;
ab eius facie turbabuntur iniqui oppreſſores
earum.Sequitur.

6. *Deus in loco ſancto ſuo: Deus qui inhabi
tare facit vnius moris in domo.*

Hic Deus eſt,qui in loco ſancto ſuo inha-
bitat.in cælo ſcilicet empireo, vbi fruitione
ſui ſanctos efficit.Hic etiam rex pacificus, pa
cis amator & propagator: ac totius concor-
diæ Deus, qui diſsidentes ad concordiã tra-
pſ.54.v.15 hit,& in eadem eccleſiæ domo:eodem cõſen
ſu,eiſdem moribus,eadem deniq; fide,ſpe &
charitate vnit,& cohabitare facit, idipſũ in
domino ſentientes, ſicut in actis apoſtolorũ
acto.4.g legimus: Multitudiuis credentium,erat cor
vnum & anima vna. Sequitur.

7 *Qui educit vinctos in fortitudine: ſimili-
ter eos qui exaſperant,qui habitant in ſe-
pulchris.*

Audiſti Dei & hominis reſurgentis atq; in
cęlum aſcendentis,clementiam,iuſtitiam,cha
ritatem,& concordiam:audi nunc fortitudi-
nem & potentiam maieſtatis. Nempe is eſt,
qui eduxit vinctos de lacu in quo non erat
Zach.9.c aqua,& ſecum captiuam duxit captiuitatem,
regreſſus ab inferis victor: hoc eſt patres ibi
detentos in fortitudine potentiæ ſuæ:educit
q; quotidie ac ſoluit, quos diabolus peccato
rum vinculis detinet alligatos, ſimiliter incre
dulos rebelles ac procaces Chriſtum perſe-
quentes & blaſphemantes,qui vel in hoc ip-
ſum exaſperant ꝙ euangelio contradicunt &
reſiſtunt veritati,homines corrupti mente,re 2.thim.3.b
probi circa fidem.quodq; his omnibus maius Eſa.61.a
eſt:iam mortuos quatriduanos ac fœtidos,in
ſepulchris prauæ cõſuetudinis habitantes:per
pœnitentiam (in brachio virtutis ſuę) redu-
cit ad vitam.Sequitur.

*Deus cum egredereris in conſpectu populi 8.
tui & cum pertranſires in deſerto.*

Videtur in Dei laudem,antiquum illud at
que inſigne egreſsionis populi de Aegypto
recenſere beneficium: quo liceat illi,nouum
alterum excellentiusq; conferre, ab eodem
legislatore Deo nobis collatum: quum prop
ter homines factus homo,exiuit à patre,& in
mundum venit,atq; in conſpectu electi popu Io.16.f
li ſui præcedens tranſijt,eduxitq; eos de tene
bris ad lucem,atq; à diaboli ſeruitute:ad gra
tiam ſuam & euangelicam libertatem euexit.
Ait ergo:Cum tu Deus qui nũc idem ipſe es:
egredereris olim præcedens ad oſtendendã
viam,in columna nubis per diem,& in colum
na ignis per noctem, egredięti populo de Ae Exo 13.d
gypto:dux itineris fuiſti in deſerto.

*Terra mota eſt, etenim cæli diſtillauerũt 9.
à facie Dei Sinai:à facie Dei Iſrael.*

Commota eſt enim omnis congregatio fi-
liorum Iſrael contra Moyſem & Aaron in ſo
litudine: eo ꝙ fames vrgeret. at verò cœli
iuſſu Dei, qui Moſi apparuerat in Sinay, di-
ſtillauerunt manna.Id quidem mirabiliter fe
ciſti Deus.Sed quanto mirabilius(ſi magna li
cet componere paruis)egreſſus es domine in
ſalutem populo tuo, quem tibi pretioſo ſan-
guine acquiſiſti? egreſſus enim es de virgine
carnem aſſumens,& pertranſiſti deſertum,in
cultamq; ac vaſtã gẽtilitatis heremũ, per a-
poſtolos ac legatos tuos peragraſti. vocaſti
gentes atque ad eorundem apoſtolorum prę
dicationem(qui vti cęlum verbum tuum di-
ſtillabant) terreni homines interius commo
ti ſunt,& deinde cæleſtis doctrinæ edulio ſa-
turati,ad te conuerſi ſunt,& reliquerũt ydo-
la.Sequitur.

*Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus 10.
hæreditati tuæ, & infirmata eſt: tu verò
perfeciſti eam.*

Olim diſtillauerunt cæli, quando per ora
prophetarum populo loquebaris. At vbi no-
uiſsime diebus iſtis loquut⁹ es nobis in filio:
pluuiam ſapientiæ ſalutaris & gratiam profu
diſti abunde,quã eccleſiæ tuę ſegregaſti, hæc
enim hæreditas tua eſt. An non pluuia volun
taria



Iac.1.c taria:ſpiritus ſancti gratia,& omne datum o-
ptimum,omne donũ perfectum quod de ſur-
ſum eſt deſcendens à patre luminum? An non
pluuia voluntaria euangelij prædicatio: quæ
mentes hominum irrigauit, & quaſi emiſſo
de cælo imbre:terræ faciẽ renouauit? de qua
pluuia iſdẽ Iacobus ſubdit: Voluntariè.n. ge-
nuit nos verbo veritatis: vt ſimus initium ali
quod creaturæ eius. voluntarie ait: quia non
ex meritis hæreditatis.illi vtique huiuſmodi
pſ.103.v.31 pluuiam ſegregaſti Deus: & infirmata eſt hæ
reditas tua. nam quæ ſuperbierat ante arro-
gans & inſoleſcẽs: iam irrigata pluuia doctri
nę cæleſtis, infirmata eſt, nõ quidem ad mor
tem,ſed ad vitam. nam dum ſeipſam cogno-
1.Cor.15.b ſcit:humilis efficitur,& ait cũ apoſtolo:Gra-
2.Cor.3.b tia Dei ſum id quod ſum.Et iterum:nõ quòd
ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis,
quaſi ex nobis:ſed ſufficientia noſtra ex Deo
eſt.Sic igitur hæreditas ipſa infirmata eſt: tu
vero perfeciſti eam,cõfortaſti,exaltaſti, ſubli
Phi.4.c maſti: ita vt cum eodem apoſtolo dicere poſ
ſit:Omnia poſſum in eo qui me confortat.nã
2.cor.12.c virtus in infirmitate perficitur, vt Paulo di-
xit dominus.niſi hoc non tam de hæreditate
quàm de pluuia tum materiali tum ſpiritali
intelligere velis. quippe quę infirma erat ex
ſe, & percipienti parum conferens nutrimen
ti:ſi tu manna illud non perficeres & fortifi-
cares, atq; euangelicę prædicationis verbum
in euangelizantibus virtute multa non fulci-
res: diuinæ fortitudinis robur illi præſtans.
Audi iam alium ſenſum: Pluuiam ſegregaſti,
qui peculiari populo Iudæorum dediſti legẽ.
qua lege(quæ nihil ad perfectum duxit)infir
mata: per legem euangelicam adimpleſti &
Heb.7.c perfeciſti eam.nam vt eiuſdem Pauli verbis
vtar:reprobatio quidem fit præcedentis mã-
dati: propter infirmitatem eius & inutilita-
tem.Sequitur.

11. *Animalia tua habitabunt in ea: paraſti
in dulcedine tua pauperi Deus.*

Hic angeli & homines animalia nuncupan
tur.qui vtiq; protectores & protecti ſunt,il-
li ad cuſtodiam, ij verò ad militiam deputa-
ti.& hæc fortè animalia illa ſunt plena oculis
apo.4.c. ante & retro,de quibus in Apocalipſi Ioãnis:
per quæ,euangeliſtæ & verbi dei euangeliza
tores deſignantur.Ii etenim non parum perfe
ctionis eccleſiæ(quæ hæreditas Dei eſt) con
tulerunt,habitantes in ea.Nam per ipſos qui
fuerunt primitię huius hæreditatis: tu bone
Deus,paraſti in dulcedine benignitatis tuę ſa
lutiferos doctrinæ cibos pauperi.Cui(rogo)
niſi gentili populo eſurienti?is enim erat pau
Pſa.9.v.38 per, tibi derelictus:& orphanus, cui tu futu-
rus eras adiutor:ſicut ante Iſraelitico paraue
ras in figura. Audi iam præparationis modũ.

*Dominus dabit verbum euãgelizantibus: 12.
virtute multa.*

Ille cui nomen dñs:dabit verbum euangeli
zantibus,verbum efficax quod audientiũ pe-
netret corda,& miracula operetur.Dabit(in
quam)verbum in virtute multa: quandoqui-
dem rẽs ſua agitur. Erit quidem ad gloriam
vnigeniti perinde ac dilectiſsimi filij ſui pro
palandam,atq; eccleſiam ſuam conſtruendã,
ornandam,& decorandam.quod ſic actum le
gimus. nam virtute magna reddebant apoſto
li teſtimonium reſurrectionis IeſuChriſti.& Act.4.g
vas ipſe electionis Paulus: nõ in perſuaſibili 1.cor 2.a
bus humanæ ſapientiæ verbis: ſed in oſtenſio
ne ſpiritus & virtutis,ſermonem ac prædica
tionem ſuam eſſe dicit.vt fides veſtra(Corin
thijs ſcribẽs ait) non ſit in ſapientia hominũ:
ſed in virtute Dei.In virtute igitur,non pro-
pria,ſed à Deo ſibi collata:& loquuti & opa
ti ſunt ſancti apoſtoli,verbum Dei euangeli-
zantes.omni quidem ſublato timore per ip-
ſum qui eos induit virtute ex alto dixeratq; Luc.vlt.g
olim:Cum autem tradent vos:nolite cogita- mat 10.b
re quomodo,aut quid loquamini: dabitur e-
nim vobis in illa hora quid loquamini.vbi nõ
diſcendi ſtudium prohibet:ſed omnem ab eo
rum animis pellit timorem.Sequitur.

*Rex virtutum dilecti dilecti: & ſpeciei do 13.
mus,diuidere ſpolia.*

vbi primùm annotare licebit,hęc verba di
lecti dilecti (quę ſic geminata ſunt genitiui
caſus)pro eo quod eſt dilectiſsimi,eſſe poſi-
ta. Speciei autem caſus datiui eſſe, vt ſit ſen-
ſus:dominus rex virtutum, in virtute multa,
dabit verbum euangelizantibus: vt diuidant
ſpolia dilectiſsimi filij ſui vnigeniti,in quo ſi mat.3.d
bi bene complacuit. Hoc autem, ad ſpeciem
& decorem domus ſuæ.eorum ſcilicet quos
(vt ſuperius dixerat) inhabitare facit vnius
moris in domo,quæ(vt diximus)eccleſia at-
que hæreditas Chriſti eſt.His vtique euange
licæ prędicationis verbo, in virtute multa:
apoſtoli diuiſerunt ſpolia. ſic dicta:ꝙ à Chri
ſto capite in cęlum aſcendente:membris ſuis
diſtribuenda relicta ſunt Cuiuſmodi ſunt,lac
doctrinæ moralis paruulis & incipientibus. 1.cor.3.a
oluſculum,infirmis & valetudinarijs ſed pro Rom.4.a
ficientibus.Solidus verò cibus:adultis in chri Heb.5.c
ſto & perfectis, qui pro cõſuetudine(vt apo
ſtolus ait)exercitatos habẽt ſenſus, ad diſcre
tionem boni ac mali.De quibus omnibus iſdẽ
propheta dicit: Lætabor ego ſuper eloquia pſal.118.
tua:ſicut qui inuenit ſpolia multa. Huius etiã cto.21.v.2
generis

generis ſunt,pax cæteraq́;bona,quæ ſuę chri
ſtus reliquit eccleſię.diuiſerunt ſimiliter vaſa
Mat.12.b à diabolo ante poſſeſſa:quæ fortiſsimus chri
Luc.11.c ſtus de manu eius abſtulit, diripuit, & quaſi
Ephe.4.c ſpolia detraxit victor.Ecce Paulus diuiden-
tium vnus ait: Et ipſe dedit, quoſdam quidẽ
apoſtolos,quoſdam autem prophetas, alios
verò euangeliſtas,*alios* autem paſtores & do
ctores,ad cõſummationem ſanctorum in o-
pus miniſterij,in ædificationẽ corporis Chri
ſti.quid diuiſiones etiam gratiarum referam?
quas in ea epiſtola quæ ad Corinthios inſcri-
bitur prima:apoſtolus connumerat ſubdens:
1.Cor.12.b Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem
ſpiritus:diuidens ſingulis provt vult.& hæc
eſt ſpecies domus,cui ſpolia diuiduntur.non
nulli autem longè aliter interpretati ſunt. ſic
enim legunt: Reges exercituum fugient.fu
gient:& fideles,domus diuident ſpolia. qui-
bus verbis: tunc ſpiritus propheticus prædi-
xit:Quæ ad prædicationem apoſtolorum vir
tute multa etiam virtutem multam prædicã
tium,nouimus ſubſequuta. tunc enim reges,
principes & poteſtates ac mundi rectores &
tenebrarum huius ſeculi (aduerſus quos erat
illis colluctatio) fugerunt: & ſpolia domus
Dei hoc eſt eccleſiæ ſanctæ fideles diuiſerũt,
quæ fœlici victoria ſortiti ſunt.Sequitur.

14. *Si dormiatis inter medios cleros: pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri.*

Dormire:mori vel quieſcere eſt.cleros ve
rò græce:latine ſortes ſonat. quæ vel regio-
nes apoſtolis ſortè ad prædicationem obue-
nientes:vel duo teſtamenta, vel vitas duas cõ
templatiuam ſcilicet & actiuam, vel duas de
niq; militantem & triumphantem ſignificare
videntur eccleſias.At pennæ columbæ dear-
gentatæ(ſi caſus ſit vocantis) dicuntur apo-
ſtoli & apoſtolorũ ſucceſſores,prælati, præ-
poſiti,alijq́; eccleſiæ ſanctæ catholicæ vnicæ
q́; columbæ rectores & doctores, quorũ mi-
niſterio ad alta conſcendit: & quaſi alis euo-
lat in cælum.ideoq́; deargentatę dicũtur hu-
iuſmodi pennę columbæ:quia lucidi, terſi,&
exemplares,vtq́; inter cætera metalla argen-
tum:fuerint prędicationis voce ſonori.poſte
riora demum dorſi huius colũbæ, id eſt præ-
ſentis vitæ finis:in pallore auri quod vera ſa-
pientia eſt & gloria. vt ſit ſenſus.Si vos ô ver
bi prædicatores ſpirituales,qui & pennæ co-
lumbæ eſtis: in ea quæ obtigerit ſorte mori
cõtingat:ſtatim euolabitis in cælum, vt æter
na conſequẽte vita fruamini.ꝙ ſi hæc dictio
pennæ,rectus ſit,vt quidam legere conantur:
tunc euangelizantibus (quos propheta allo-
quitur) ſi eos inter medios cleros dormire
quieſcere & contemplari contingat: per has
deargentatæ columbæ pennas, & poſteriora
dorſi in pallore auri: diuini, ſpiritales, atq;
pretioſi ſcripturæ ſenſus promittũtur.qui vti
que ſignantur in auro, ſicut excelſi ac ſubli-
mes ſermones auribusq́; bene ſonãtes, & pul
chri dicendi modi in argento deſignãtur.Ait
ergo diuinus vates:Vobis qui ad ſpeciem do
mus ſuę euangelizantes ac prædicatores con
ſtituti eſtis à dño, quiq́; eſtis in miniſterium
prędicationis aſſumpti:pennæ columbæ dear
gentatæ erunt. quippe qui varijs linguis eri-
tis prædotati:vt eloquia domini caſta, argen
tum igne examinatum:ad eccleſiæ vtilitatem Pſa.11.v.7.
& decorem(vti decet)proferre poſsitis.erũt
q́; etiam apti ſimplices, ſpiritales,& columbi
ni ſenſus:non quidem ſerpentini, adulterini,
& inepti:quales hæreticis eſſe ſolent.Scitote
etiam volucres contemplatione & vita cæte-
ris altiores:ꝙ ſi inter has(quas diximus)ſor-
tes dormiatis, otioq́; vacetis vtriq; teſtamen
to:& relictis ſeculi curis(quę hominem qua-
ſi trice præpediunt)vos ipſos euangelica præ
dicatione exerceatis:fructus columbæ ſpiri-
talis ſequetur. Erunt enim poſteriora dorſi
eius in pallore auri.nam vt Paulus ad Roma Rom.6.d
nos ſcribens ait:nunc liberati à peccato,ſerui
autem facti Deo: habetis fructum veſtrũ in
ſanctificationem,finem verò vitam ęternam,
quæ auro pulchrior,delectabilior, & precio
ſior eſt. & hæc ſunt poſteriora columbæ in
pallore auri. Eſtote vos ergo eccleſiæ prępo
ſiti; medij inter ſortes: vt ſic Mariam ample-
ctamini:ꝙ non deſeratis Martham.& cõtem
plationi deditri,aſcendentes ad tempus: deſcẽ
dite viciſsim ad actionem, quo poſsitis con-
ſulere neceſsitati ſubditorum.atque vice ver
ſa,terrenis excubantes, cęleſtia meditamini.
ſint gladij ancipites in manibus,ſed exultatio
nes Dei in gutture veſtro.id quidem eſt *inter*
*medias* dormire aut quieſcere ſortes: nã me-
dium tenuere beati.ꝙ ſi ita egeritis, vt cum
apoſtolo dicere poſsitis:Siue enim mente ex 2.Cor.5.d
cedimus,Deo:ſiue ſobrij ſumus, vobis: chari
tas.n.Chriſti vrget nos:tũc ſuppetet eruditio
nis aurũ,& congruę eloquutionis argentum.
nec deerit in hac vita ſolatium: nec in futura
premium. Vtantur quidem homines hoc mũ
do neceſſe eſt: ſed tanquam non vtantur, vt 1.Cor.7.e
fruantur æterno.Is vtiq; inter medias ſortes,
terrenam.ſ. & æternam dormit atq; quieſcit:
qui terrenam hæreditatem iam non ardenter
appetit,& cæleſtem patiẽter expectat.At ver
terunt quidam: Si dormiatis inter nigras ol-
las,pro inter medios cleros: eò ꝙ in Hebręo
ita



ita reperiri contendant.abundẽt vt volent ſuo
ſenſu. certe nos concordiã in his maxime ver
ſionibus,& communem atque vſitatiorẽ ver
ſionem amplectimur: quanuis hæc verſio nõ
inepta ſit ad ſequentia, nam ſtatim loquutu-
rus pſaltes, de futura dealbatione: contractã
priorem nigredinem exagerat dicens:Si dor
miatis inter nigras ollas. Ac ſi dicat apertius:
Etiamſi quantumlibet nigri ſitis & fuligino
ſi,quales illi qui dormiunt inter nigras ollas,
illarum obducti cõtactu,& vndique infecti:
huic pluſquam coruino colori, ſuccedet colũ
binus perinde ac ſpiritalis candor.Sequitur.

15. *Dum diſcernit cæleſtis reges ſuper eam, niue dealbabuntur in Selmon: mons Dei mons pinguis.*

Obſcuriſsimus eſt horum verborũ ſenſus:
& verſiones variæ ex Hebræo, obſcuriorem
illum faciunt.nos autem amplexamur verſio
nem noſtram vti vulgatiorẽ & myſtico ſen-
1.Cor.15.f ſui aptiorem. Rex ille,ſecundus homo de cæ-
Hæb.4.d lo cæleſtis,qui aſcendit ſuper occaſum, & pe
netrauit cęlos,& dominus nomen illi, atque
rex ipſe virtutum: dum diſcernit reges ſuper
columbam vel hęreditatem ſuam,qui eam re
gũt,apoſtolos ſcilicet cæterosq́; apoſtolicos
viros,quos illi præeſſe voluit: ſane dealban-
tur per eorundem miniſterium, qui habitant
in Selmon.Selmon quippe vmbram ſonat.po
pulus autem qui ambulabat in tenebris (ait
Eſa.9.a Eſaias) vidit lucem magnam: habitantibus in
Thre.4.b regione vmbræ mortis lux orta eſt eis.deal-
bantur igitur,& niue cãdidiores fiũt per gra-
tiam & remiſsionem peccatorum(ad vocem
prędicantium)gentes: quarum olim facies de
nigratæ erant ſuper carbones.aſpergũtur qui
Pſ.50.v.8 dem hyſſopo(id eſt merito paſsionis chriſti)
& mundantur.Lauantur baptiſmi aqua: & ſu
per niuem dealbantur in Selmon, quæ eccle-
ſia Dei eſt ipſum in vmbra fidei contemplãs.
dealbantur(inquam) & pingueſcũt: albedine
ac pinguedine deriuata. ibi etenim eſt mons
Dei,mons pinguis,à quo in planitiem ~~per~~ bo
na decurrunt.per montem:Chriſtum & Chri
ſti eccleſiam accipe,quandoquidem Chriſtus
Eſa.2.a mons domus domini eſt,præparatus in verti
ce montium. qui à Deo ſpiritus pinguedine
Pſ.44.v.9. præ conſortibus vnctus eſt:vt odor vnguen-
Can.4.c torum ſuorũ ſit ſuper omnia aromata. adeò
fertilis & abundans: vt de plenitudine eius
Io.3.c nos omnes accepimus. non eſt enim illi da
tus ſpiritus ad menſuram.Vnguentum igitur
& gratiæ pinguedo redundans à monte & ca
Pſ.132.v.2 pite chriſto:deſcendit in barbam, atq; ad orã
vſq; veſtimenti eius & eccleſiæ proceres hu-
milesq́; dealbantur & pinguefiunt.& qui an-
te ſterilis erat pinguis effectus eſt,omniumq́;
chariſmatum pinguedine abundans.nam cre-
uit eccleſia,& ſacris ditata muneribus,fertilis
effecta eſt. Eſt etiam euſq; in altitudinem ele
uata:ꝙ mõs pinguis nominetur.Et de vtriſq;
ſequitur.

*Mons coagulatus,mons pinguis:Vt quid ſuſpicamini montes coagulatos?* 16.

Mons ille altiſsimus & totius excellentiæ
ac perfectionis primatum tenẽs Chriſtus: coa
gulatus eſt in vtero virginali, ibiq́; ſolus ille
conceptus & vnctus nam ſecunda duntaxat
in trinitate perſona humanam ſibi vniuit na-
turam:& ita Deus & homo vnus eſt chriſtus,
vnumq́; ſuppoſitum diuinum in duabus natu
ris.vt quid ergo vos impij & increduli,ortho
doxę fidei derogantes: neſcio quos montes
alios aſtruitis coagulatos? quales illi qui a-
pud Mattheum illum ſuſpicabantur eſſe Ioan Mat.16.b
nem Baptiſtã Heliam Hieremiam aut vnum
ex prophetis ceſpitantes.
Mons etiam eccleſię pinguis:mons coagula-
tus eſt, vbi vnius fidei& charitatis coagulum
extat,& extra quam non eſt ſalus. ibi enim fi
deles coagulantur fide,quę per charitatem o- Gal 5.
peratur:& ita fiunt vnum. ibi etiam paruuli,
tenerioris doctrinæ lacte, & prouectiores,
ſolido cibo nutriũtur.quare vos ergo menda
ces,cauernulas quaſdam & vulpium manſiũ-
culas montes coagulatos,& in pacis vinculo
coadunatos eſſe confingitis, cùm malignan-
tium hæreticorum conuenticula ſint? nempe
vnica eſt eccleſia,vnica columba, & mons v-
nus,vbi eſt coagulum ſpiritus,quo fideles ſpi
ritali nexu inuicem, & chriſto capiti adgluti
nantur.Sequitur.

*Mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.* 17.

Mons omnium montium vertex & caput,
mons pinguis & mirifica vnctione vnctus,
mons coagulatus,fertilis & abundans (vt ſæ-
pe diximus)Chriſtus eſt.Et ipſe eſt caput cor
poris eccleſiæ (ait Paulus) qui eſt principiũ, Colo.1.
primogenitus ex mortuis, vt ſit in omnibus
ipſe primatum tenens: quia in ipſo compla-
cuit omnem plenitudinem diuinitatis inhabi
tare.non quidem ad tempus:ſed in æternum.
Nam quod ſemel aſſumpſit non dimittet vn-
quam.Sacroſancta etiam eius eccleſia, quam
ſibi ſapientia ædificauit in domũ, ipſamq́; fir-
miſsimam fundauit ſupra petram: mons do-
mini eſt,& locus ſanctus eius,in quo habita-
re placitum eſt illi.etenim dominus in ea ha-
bitabit ſemper,vti promiſit dicens:Ecce ego mat.vlt.d
vobiſcum

vobiſcum ſum omnibus diebus vſq; ad conſummationem ſeculi. Sequitur.

18. *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: dominus in eis in Sina in ſancto.*

Priorem (vt cœperat pſalmographus ipſe) magnitudinis Dei, ac beneficiorum ſuorum proſequitur enarrationem: quo mortales omnes ad diuinam excitet laudem. porro dixerat Deum diſsipatorem eſſe inimicorũ ſuorum: amicorum vero delitias, exultationem, & lętitiam: patrem orphanorum, & iudicem viduarum, Deum concordiæ & pacis, fortiſsimum qui vinctos educat, atq; exaſperantes & habitantes in ſepulchris: benignum etiam & prouidentiſsimum, qui pluuiam voluntariam ſegregauerit hęreditati ſuę, ipſamq; perfecerit infirmantem: in qua dulces doctrinę & gratię parauerit pauperi cibos, dederitq; verbum euangelizantibus virtute multa, rex ipſe virtutũ & dilectiſsimi vnigeniti filij pater: quo ad ſpeciem domus illius diuidãt ſpolia. nec enim tanto dono otioſè licet vti. nempe vt columba vnica (quæ eius eccleſia eſt) tota ſit pulchra, ſpecioſa & ſuauis, atque vndequaq; formoſa. in qua dealbentur habitatores eius, fiatq; ex omnibus fide coadunatis, mons vnus Deo pinguis & coagulatus, extra quem non ſit ſalus: ſitq; mõs ipſe illi in eo habitanti: æternum habitaculum. eſt ne quod magnitudini eius, aut beneficentiæ addere poſsis? cui antiquo dierum ſuper thronis ſedẽ-
Dan. 7.b ti, Daniel viderat, ꝙ millia millium miniſtrabant: & decies millies centena millia aſsiſtebant ei. Certè innumerabiles angelorum myriades inſeruientes, pro curru vehiculoq; fuerunt deſcendenti domino ad montem Sinay, vt legem populo ſuo daret: quo diuinam ſuã (pro captu hominum) Deus oſtenderet maieſtatem. quod his verbis propheta inſinuare voluit dicens: Currus Dei ex myriadibus angelorum multiplicatis conſtitutus eſt, & tantæ maieſtati adaptatus: quæ omnia millia millium lætantium erant. ſupra quæ potentiſsimus ille ſedens, & potentiam ſuam exercens: in montem Synai legem laturus venit. Sic ali-
Ps. 103.v.4 bi ſedere dicitur ſuper cherubin: atque aſcen-
17.v.11. dere & volare ſuper pennas ventorum. myriadem enim Græci: decem millium numerũ appellãt. quę ſi protrahatur & multiplicetur: innumerabilem multitudinem reddet efficietq;. nec ſecus etiam, immo longe magnificentius, angelorum magna ſtipante caterua, & vi-
1.b dentibus diſcipulis aſcendit, & ſuper omnes
Eph. 4.c cælos eleuatus eſt: & nubes ſuſcepit eum ab oculis eorum. quamobrem ad Deum conuerſus ait:

*Aſcẽdiſti in altum, cepiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus.* 19.

Præteritum, poſuit propheta pro futuro, vt moris ſui eſt: quo certitudinẽ innuat prophetiæ. Aſcendiſti domine Ieſu in altum: & quod alijs omnibus prominet cælum. aſcendiſti triumphator deuicta morte, & ſuperato mortis autore: tecum ducẽs antiquos patres, quos confractis Satanæ viribus, captiuos ibiq; Zac. 9.e
detentos, ab inferis extraxiſti. nam iuxta ora- mich. 2.d
cula prophetarum in ſanguine teſtamẽti tui, emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua: & aſcendiſti, pãdens iter ante eos. deinde ad dexteram patris ſedẽs: fidelibus tuis ſanctum miſiſti ſpiritum, variaq; chariſmata & ſpiritus ſancti dona. miſiſti (inquam) qui cum patre & eodem ſpiritu ſancto vnus es Deus. ſed quod mitteres aut dare poſſes: ab eodem patre per emanationem æternam ſicut & reliqua omnia accepiſti. tu etiam è cælo miſiſti: & in hominibus membris tuis (quos in terra reliqueras) dona accepiſti. dediſti vtique & accediſti: vtrunque verum. ideo doctor gentium Paulus, magiſterio & apoſtolica autoritate functus: in ea quæ ad Epheſios inſcribitur epiſtola, citans hunc pſalmi locum dixit: *Vnicuique noſtrum data eſt gratia ſecundũ* Ephe. 4.b
menſuram donationis Chriſti. propter quod dicit: Aſcendens in altum: captiuã duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. vt ex diuina vtriuſque Dauitici & apoſtolici ſermonis autoritate: pleniſsimus & indubitatus ſenſus redderetur. Sequitur.

*Etenim non credentes inhabitare dominũ Deum.* 22.

Hæc donorũ ratio eſt, vt increduli qui nõ crediderant quod verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis: iam credentes fiant, & in eis Chriſtus inhabitet per fidem. Huius rei gratia (Epheſijs Paulus ait) flecto genua mea Ephe. 3.c
ad patrem domini noſtri Ieſu chriſti, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur: vt det vobis ſecundũ diuitias gratiæ ſuæ, virtutem corroborari per ſpiritum eius in interiore homine, Chriſtum habitare per fidem Colo. 3.c
in cordibus veſtris. charitate formatam intellige, quæ eſt vinculum perfectionis: vt ſit perfecta habitatio. at ſi non etenim: ſed inſuper non credentes legas, vt beatus Hieronymus ex Hebræo vertit: erit ſenſus, Accepiſti inſuper, vt in hominibus dominum Deum inhabitare iam credant, non credentes olim. Nã tuo munere ad fidem conuerſi: te Deum verum, verum etiam hominem in hominibus habitãtem credent. vt ſint ipſi tibi Deo viuo & vero templum & habitaculum: ipſeq; ſis eorum Deus



Deꝰ. qui enim manet in charitate in Deo manet, & Deus in eo. Sequitur.

*Benedictus dominus die quotidie: proſpe-*
21. *rum iter faciet nobis, Deus ſalutarium noſtrorum.*

Certè loquutus eſt clarius qui vertit, benedictus dominus, quotidie onerat nos donis, Deus ſalutis noſtræ. nos autem communem (vt ſolemus) verſionem) proſequamur. Ecce quaſi de Apocalypſi Ioannis, benefico domino vſurpet benedictionem: paucis, ſed prægnantibus verbis, prorupit in Dei laudem. ac ſi dicat: Benedictio & claritas & ſapientia &
Apo. 7.c. c gratiarum actio, honor & virtus & fortitudo Deo noſtro, in ſecula ſeculorum amen. id enim conatus eſt exprimere Latinꝰ interpres, per hęc verba: benedictus dominus die quotidie. id eſt diebus omnibus ſingulisq;, ſine ſtatu, & intermiſsione. vel (vt alij legunt) de die in diem. iugiter & ſemper. faciet vtiq; proſperum iter nobis, qui præiuit, qui prior penetrauit cælos. & qui media protriuit aera, & dimenſus eſt viam: proſperum nobis parabit iter, & incommodum noſtrum proſperitas itineris eius cedet. eſt ergo quòd illi fidamus, qui propter nos deſcendit, & propter nos aſcendit, captiuitatem ſecum tulit, accepit dona in hominibus, & hominum corda ſibi fecit habitacula: vt nobis recta ad eum via, & proſpera cũcta ſuccedant. Vado (dixit) parare vo-
Io. 14.a bis locum. & ſi abiero & parauero vobis locum: iterum venio, & accipiam vos ad meipſum, vt vbi ſum ego: & vos ſitis. Proſperum igitur fecit & faciet. nobis iter: Deus ſalutarium noſtrorum. nam qui in hac peregrinatione fauit, & de tot eripuit malis: non deſeret nos reduces ad patriam. eſt enim Deus venię largitor, & totius noſtrę ſalutis autor: cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere, & ſalutem hominibꝰ impertiri, cuiq; ſaluatoris proprium nomen eſt: ſic interpretante angelo &
mat. 1.d ad Ioſeph dicente: vocabis nomẽ eius Ieſum, ipſe enim ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. De quo ſequitur.

22. *Deus noſter, Deus ſaluos faciendi: & domini dñi exitus mortis.*

Deus eſt ad ſaluandũ potentiſsimus, Deus
ps. 85.v.7 noſter: cui non eſt ſimilis in dijs, quia ego co-
ps. 134.v.5. gnoui ꝙ magnus eſt dominus: & Deus noſter præ omnibus dijs. in manu eius vita & mors,
Deut. 32.f percutit, & ſanat: occidit & viuere facit. Et
Io. 10 d. ſolius domini ſunt exitus mortis, qui poteſtatem habuit ponendi animam ſuam: & poteſtatem habuit iterum ſumendi eam. voluntariè ingreſſus eſt mortis vincula: nec inuitus potuit retineri: quin ruptis vinculis rediuiuus exiret. domini igitur domini ſolius, ſunt exitus mortis. nullus ſibi vendicet: quod ſolius domini Dei & hominis eſſe conſtat. illudant, & inſultent illi in cruce pendenti ac morienti, principes ſacerdotum cum ſcribis & ſenioribus, (ſicut ſcriptum eſt) dicentes: Alios ſal- Mat. 27.e
uos fecit: ſeipſum non poteſt ſaluum facere. Ingenuè fatentur primum: ſed victi licet inuiti, fatebuntur ſecundum, ꝙ domini dñi ſunt exitus mortis: cùm videant reſurgentem, & ſibi infenſos punientem. Sequitur.

*Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum: verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.* 23

Id in primis annotandum eſt, ꝙ hanc dictionem veruntamen, pro & quidem, interpres non ſemel vſurpat. nẽpe dixerat nõ crẽdẽtes inhabitare dominum Deum: ꝙq; Deus noſter, Deus ſit ſaluos faciẽdi. vt ergo id noueris cum temperamento accipiendum eſſe: dummodo ſcilicet obſtinati non ſint: nec tanquam ceruicoſi & pertinaces homines obicẽponant: audi ꝙ horum capita qui ſic illi inimicantur, cõfringet Deus. ſicut de Iudæorum principibus, ſacerdotibus, ſcribis, & phariſęis, alijsq; proceribus actum nouimus. Ioſephum lege hiſtoriographum, & ſtragem miraberis. Criſtam etiam hæreticorum procacium aliorumq; ſuperbientium, & euãgelio atq; Chriſtiano nomini aduerſantium reſiſtentiumq;: in dies confringit dñs: æternaq; damnatione eorum capita conquaſſabit. deprimet itidem extollentiam ſapientiamq; eorum qui (iuxta apoſtolum) ſublime ſapiunt: per verticem ca- 1. Tim 6.d
pilli ſignatam. hoc eſt proteruientium in falſa doctrina: atque in delictorum perpetratione perambulantium permanentiumq;. vtrunq; igitur Dauid ſanctus in ſpiritu præuidens, conuerſionem videlicet gentium, & obſtinatorum Iudæorum punitionem, ſubiungit:

*Dixit dominus ex Baſam conuertam: conuertam in profundum maris.* 24

Conuertam (ait dominus) ex Baſam. &c. Id eſt eandem ſtragem in Iudæos cæterosq; Deut. 3.a
obduratos inferam: quam olim intuli in Baſam, deuaſtans cunctas ciuitates illius: atq; in Aegyptios, ſubmergens illos in profundum maris. non quidem exigua eſt hęc & quæ ſequitur, in proteruos comminatio. vel aliter. Propoſuit Deus, & ſecundum ęternæ electionis ſuæ propoſitum dixit, ex Baſam conuertam. id eſt ex ſiccitate & confuſione gentiũ: aliquot ad fidem traham. Baſam vtiq; ſiccitatem, ignominiam vel confuſionem ſonat. Cõuertam in profundum maris: & ad pœnitentiæ amaritudinem conuertam: qui ex ſiccitate &

te & ignominia peccatorum gentes ducã ad
profluuium lachrimarum.nec mirum.Eſt ete
nim Deus noſter:Deus ſaluos faciendi.ſed au
dĩ ſimul ipſam horribilem quam de perfidis
inimicis perambulantibus in delictis ſuis vl-
tor ipſe vindictam ſumet . ſanguinaria quidẽ
de ſanguinarijs erit vltio.Sequitur.

*Vt intingatur pes tuus in ſanguine : lin-
gua canum tuorum ex inimicis ab ipſo.*

Quo Deum contra inimicos vehementer
iratum oſtendat:dimidiata verba diſſutamq́;
orationem profert.vt ſolent ij,qui ſtomacho
& indignatione nimia commouentur . plura
quidem deſunt huic ſententiæ verba , quę &
præceſsiſſe:&ſubſequi neceſſe eſt,vt perfectũ
ſenſum faciant.cuiuſmodi ſunt hæc:tanta erit
*inimicorum* ſtrages:*vt intingatur pes tuus in
ſanguine*,quiſquis es homo:qui huic adſis in-
ternitioni. & lingua canum tuorum intinga-
tur etiam abundè,ab ipſo ſanguine ex inimi-
cis defluente,ita vt lambere poſsit ad ſacieta
tem vſque defluxũ ſanguinem atque effuſum
ex inimicis,ab ipſo Deo vltore. Sic alibi dñs,
quo futuræ vindictæ exageret magnitudinẽ
Deut. 32.f ait:*Viuo ego in æternum.ſi acuero vt fulgur*
gladium meum , & arripuerit iudiciũ manus
mea:reddam vltionem hoſtibus meis, & his
qui oderunt me retribuam . inebriabo ſagit-
tas meas ſanguine:& gladius meus deuorabit
carnes,de cruore occiſorum,& de captiuita-
te nudati inimicorum capitis.Sequitur.

*Viderunt ingreſſus tuos Deus , ingreſſus*
26. *Dei mei,regis mei,qui eſt in ſancto.*

Ac ſi dicat apertius.Huius acerbiſsimę pu-
nitionis ratio & cauſa eſt:ꝙ cum Deum vide
rant incarnatum,mundum ingredientem,atq;
Io 1.b in propria venientem:ſui eum non receperũt,
quin ſpreuerunt potiùs,& acerbiſsimę morti
addixerunt de quibus iſdem ſeruator ait : *Si*
Io.15.d non veniſſem,& loquutus fuiſſem eis:pecca-
tum non haberent . nunc autem excuſationẽ
non habent de peccato ſuo.& de ingreſsibus
& greſsibus atq; operibus ſuis , de ipſo teſti-
monium perhibentibus ſubdit:Si opera nõ fe
ciſſem in eis,quę nemo alius fecit:peccatum
non haberent.nunc autem & viderũt & ode-
runt & me & patrem meum.porro viderunt
ingreſſus tuos Deus, ingreſſus (inquam) Dei
mei regis mei , quem pater conſtituit regem
ſuper Sion mõtem ſanctum eius:cuiq; in cru-
ce pendenti regis titulus ſuperpoſitus eſt. il-
lius ſcilicet,qui eſt in ſancto,eò ꝙ iam cælum
inhabitet ad dexterã patris ſedens:vel ꝙ no-
biſcum degens , in ſancto aſſumpto corpore
delitеſcebat . niſi fortè hos quatuor (quos
*trãſegimus verſus*) *de conuerſione gentium*
à malo in bonum velis accipere, vt ſit ſenſus:
Deus noſter potẽtiſsimus eſt ad ſaluandum.
qui mori voluit: ne de cætero miles mori ti-
meat , cùm ducem videat pro eo voluntarie
morientem. veruntamen hoc vnum ſcitote:
ꝙ Deus confringet capita inimicorum ſuo-
rum,hoc eſt Sathanam & angelos eius,qui gẽ
tium tunc Deo inimicãtium capita, primarij
q́; duces erant : nam illis tyrannico domina-
bantur iure.& illorum verticem (cui non ſe-
cus atque capilli adhæſerant obſequentes, &
perambulantes in delictis ſuis) confringet e-
tiam dñs,deprimet atq; confundet : ſic enim
ab æterno facere diſpoſuit atque decreuit.di
xitq́; dominus, ex Baſam conuertam , adeoq́;
conuertam: vt ad profundum maris traham.
ſiue ad amaræ pœnitẽtiæ luctum,ſiue profũ-
di cordis archanum , ſiue ſanctæ humilitatis
profundam deiectionem, ſiue ( vt alij autu-
mant) ad ardẽtiſsimę charitatis vltimũ:quod
martyrium eſt.nempe ad mundi huius anfra-
ctus,paſsiones, tormenta , & perſecutiones,
pro Dei amore pariter & honore ſubeundas
tolerandaſq́;, vſque ad ſanguinis effuſionem,
mortemq́; oppetẽdam:conuertit gẽtes. adeò
(inquit) vt intingatur pes tuus in martyrum
ſanguine affatim & vberrimè defluẽte:qui ex
inimicis quondam *idolatris* & blaſphemis: fa
cti ſunt ab ipſo ſponſo tuo,eccleſia ſancta:ve
lut lingua canum tuorum laudãtium Deum,
prædicantium,atque in *Dei* cuſtodiã per cir-
cuitum oblatrantium. Ij vtique viderunt in-
greſſus tuos Deus, & greſſus tuos cognoue-
runt. de quibus ( vti veri,idonei ac primarij
teſtes) loquuti ſunt , veſtigia tua ſequentes:
quos cæteri fideles, vti proceres ac maiores
ſuos ſubſequuti ſunt. De quibus ſequitur.

*Præuenerunt principes coniuncti pſallen-* 27.
*tibus , in medio iuuencularum tympani-
ſtriarum.*

Apoſtoli & diſcipuli primùm vocati , tan-
quam eccleſiæ primitiæ pręuenerunt,miſeri-
cordia domini & ipſi præuenti:qui in eccle-
ſia Dei principes conſtituti ſunt.vbi meminiſ
ſe oportet: patriarcham Iacob duodecim ha
buiſſe filios,quorum Beniamin vltimus cæte
riſq́; iunior & adoleſcentior fuit . Et hi om-
nes principes fuerunt,à quibus tota Iudæorũ
progenies,& ſinagoga extitit propagata.nec
ſecus,Chriſtus dominus,verus Iacob,qui dia
bolum ſupplantauit, duodecim etiam filios
in ſpiritu regenerauit,elegit,& apoſtolos,at-
que principes fecit: per quos ſuam propaga-
uit eccleſiam. fuerũt etiam horum aptiſsima
figura , duodecim illi principes , quos Ioſue Ioſue.4.a
dux ille ſtrenuus,velut anteſignanos (promiſ





ſam terram gentium ingreſſurus) elegiſſe fer-
tur.oĩa nãq; in figura cõtingebãt illis,ait Pau
1.Cor. 10.c lus.atqui pręcedebant illi,deinde leuitę in tu
bis & organis pſallẽtes. his cõiũcti erãt ſacer
dotes arcã fœderis portãtes,quos ſequebãtur
puellæ tympanizãtes,& victorias, triũphos,
ac magnalia Dei cantantes.poſtremoq́; plebs
tota exercituſq́; trãſibat, & terrã ingredieba
tur.præceſsit figura: quando hos viderũt in
greſſus tuos Deus.at nõ diſsimili gradu vide
rũt poſtea ingreſſus Dei mei in terrã gẽtium:
regis (*inquam*) *mei qui eſt in ſancto*. ingreſsi
ſunt enim præeuntes principes: apoſtoli ſcili
cet qui præuenerũt : & plures vtriuſq; ſexus
ad Chri fidẽ verbo ſuo adduxerũt.quibus de
cõuerſione ꝓpria gaudẽtib᷒,& ſpũali exulta-
tione pſallẽtibus cõiũcti ſunt : vnà Deo grãs
agẽtes in medio particulariũ eccleſiarũ.quas
meritò iuuẽculas tympaniſtrias,diuin᷒ pſaltes
appellat: quia nouiter cõuerſas & in xp̃o re-
generatas:ac tũ primũ in veri dei laudes,& piũ
cultũ erũpẽtes.hæ ſunt vtiq; colũbæ illius vni
cæ & ſpecioſæ Chriſti ſpõſæ, eccleſiæq́; ca-
tholicæ,adoleſcẽtulæ & pediſequæ:currẽtes
Cant.1.a. in odorẽ ſpõſi,ipſumq́; diligẽtes.cõiũcti ergo
pſallẽtibus & in medio iuuẽcularũ eccleſiarũ
deũ laudãtiũ:præuenerũt principes.vtinã nũc
ſic prælati in cõfeſsione nominis xp̃i,in p̃dica
tione verbi,in exhibitione miniſterij,in laudi
bus dño decãtãdis, in totius deniq; boni ope
ratione:cõiuncti pſallẽtibus, ſubditos præue
nirẽt.ſed hæc hactenus.ecce iã hinc noua ite
rũ atque iterum benedicẽdi deum inſurgit ra
tio:ꝙ eccleſias cõſtruxerit,& fontes ſuæ gra
tiæ ſitientibus aperuerit.Sequitur.

28. *In eccleſijs bñdicite dño: de fõtibus Iſrael.*

Apoſtoli,& eccleſiarũ fõtes nũcupant̃, per
duodecim illos ſignificati:quos cũ inueniſsẽt
Exo.15.d. filij Iſrael in Helim,caſtrametati ſunt iuxta il-
lorũ aquas.hos etenim dñs (nr̃i miſeratus) fõ-
tes aperuit,ſicut p Eſaiã ꝓphetã ſuũ ante pro
Eſa.41.c. miſerat dicens: Egeni & pauperes quærũt a-
quas,& nõ ſunt.lingua eorũ ſiti aruit:ego dñs
exaudiam eos,deus Iſrael nõ derelinquã eos.
aperiã in ſup̃mis collib᷒ flumina,& in medio
Eſa.12.a. camporũ fontes.& iterum:haurietis aquas in
gaudio de fontibus ſaluatoris: & dicetis in il
la die,confitemini dño & inuocate nomẽ ei᷒.
eia ergo fideles in eccleſijs bñedicite dño,de
Eccle.15.a. fontibus Iſrael: quos ſpũ ſapientiæ & intelle-
ctus,& aqua ſapientiæ ſalutaris impleuit dñs,
vt terrã ſitientẽ irrigarẽt.ſed quia duodecim
ſignati ſunt fontes:ne fortè animũ tuũ ſubeat,
ꝙ vberrimus ille fons qui & vas electionis ac
doctor gentiũ Paulus nõ fuerit ibi, cũ duode
cĩ illis fõtib᷒ nõ cõnumeretur: ideo ſubiũgit.

29. *Ibi Bẽiamin adoleſcẽtul᷒: in mẽtis exceſſu.*

Quod apoſtolus Paulus de paruula illa tri-
bu Bẽiamin originẽ duxerit:ipſemet (in ea quã
ad Romanos ſcripſit epiſtola ) ingenue fate
dicens:Nũquid Deus repulit populũ ſuũ? ab
ſit.nã & ego Iſraelita ſum,ex ſemine Abrahã, Ro.
de tribu Beniamin.Iterumque ad Philipen-
ſes:ſi quis alius videtur cõfidere in carne,ego Phi.3.a
magis,circũciſſus octauo die,ex genere Iſra-
el,de tribu Bẽiamin,Hebræ᷒ ex Hebræis,ſecũ
dum legẽ phariſęus:ſecundum æmulationẽ p
ſequẽs eccleſiã dei,ſecundum iuſtitiã (quę ex
lege eſt) cõuerſatus ſine querela. aderat ergo
ibi in eccleſijs.ſ.inter proceres duces & prin
cipes,qui præuenerunt, cõiuncti pſallẽtibus:
aderatq́; inter fontes, fons ille apud deũ mag
nus meritis & gratia:apud ſe humilis,& pro
pria ſuiipſius æſtimatione paruulus,& (ꝙ ei᷒
nomen ſonare videtur) Paulus. qui ſeſe tãquã
abortiuũ & apoſtolorũ minimũ putat: qui di 1.Cor.15.b
gnus nõ ſit vocari apoſtolus, qm̃ perſecutus
ſit eccleſiã dei.iunior quidem coapoſtolis,&
vocatione adoleſcentior *fuit*,atq; in apoſto-
latu cum Barnaba collega poſterior recẽtior
q́;.qui etiam ſynagogę matris interfector, le
galiũ cęremoniarũ acerrimus propugnator,
atq; euangelicæ & chriſtianæ libertatis aſſer
tor fuit:dilectus ſimiliter à pr̃e Chr̃o:quaſi fi
lius in ſenectute natus,hoc eſt miniſterio &
huius ſeculi iã p acto curſu.nã à Chr̃o iam ad Gen.44.c.
dexteram pr̃is ſedente vocatus eſt,& in euan
geliũ ſegregatus,factuſq́; filius dextræ,quod
Beniamini interpretat̃.per quem vel maximè
Chr̃s in prædicatione operatus eſt,ipſo de ſe
dicente abundantius oĩbus laboraui.erat aũt
ibi in mẽtis exceſſu, qui de ſe ait:ſcio hoĩem 1.Cor.15.b.
in Chr̃o , ante annos quatuor decim ( ſiue in 2.Cor.12.a
corpore ſiue extra corpus neſcio, Deus ſcit)
raptũ huiuſmodi vſq; ad tertiũ cęlũ &c.vnde
fons ille hauſit:quam poſt effunderet aquam.
vidit vtique didicitque archana Dei , in illo
mentis exceſſu:quæ poſtea diſtribuit ſapien-
ter. is etenim eſt is quem Iacob patriarcha
in ſpiritu longè ante benedixerat dicens: Ben
iamin lupus rapax, mane comedet prædam, Gen. 49.d
& veſpere diuidet ſpolia.nam is Bẽiamin ado
leſcẽtulus,& ipſe lupus rapax:mane illius clã
re viſionis,rapuit & comedit prædã,& veſpe
re diuiſit ſpolia.vidit quidẽ viſione matutina
in verbo myſteria,quæ poſt modũ et cogni-
tione veſptina nouit:& nos docuit (in quos
fines ſeculorum deuenerunt,eaq́; p captu nr̃o 1.Cor.10.c
nobis diuiſit oĩbus.non.n.ab hoĩe adoleſcẽtu
lus accepit ille,quod nobis tradidit,et futuris
ſeculis ſcriptum reliquit.audite illũ (in ea quæ
ad Galatas inſcribit epiſtola) id ipſum cõte-
ſtãtẽ.notum (inquit) *vobis facio* fr̃es, euãge- Galt.1.c.
lium quod euãgelizatum eſt à me. quia non
eſt ſecundùm hoĩem, neq;.n. ego ab homine
accepi illud,neq; didici:ſed p reuelationẽ Ie-
ſu Chr̃i.is ergo adoleſcẽtul᷒ ibi erat.ſic forte
dict᷒:ꝙ adhuc adoleſcẽs cõuerſ᷒ eſt ad Chr̃m,

act.7.g vt apoſtolorum acta innuere videtur. qui æ-
tatis ſuæ primo mane, vti lupus rapax, minas
act.9.a ſpirabat & cędes in diſcipulos dñi, eorũq; ſan
guinẽ ſitiebat. at cõuerſus: quaſi veſpe diuiſit
propria: qui ante rapuit aliena. is ex duro fer
reo pinde ac perſecutore crudeli: fact' eſt e-
Iob.28.a uangelij pdicator eximius. ita ꝙ illud Iob in
eius cõuerſione myſticè videtur impletum.
ferrũ de terra tollitur: & lapis calore ſolutus
in æs vertitur. quandoquidẽ ferreus & ferus
ille in terrã cadẽs, à terrenis abſtrahitur ad cæ
leſtia: & quaſi lapis ante indurat', iã diuini a-
moris calore tactus: in æs vertitur benè ſonãs
& pdicationis per orbẽ verba diffundẽs. Seq.

30. *Principes Iuda, duces eorũ: principes Za-
bulon, principes Nephtalim.*

Honorificũ eſt patriæ cuipiã & ſtirpi: ſtre
nuũ & inuictũ genuiſſe ducẽ. quãobrẽ in ho-
norẽ non modicũ illius nõ ſpnende tribus, ꝙ
Paulũ apoſtolũ doctorẽ eximiũ gẽtiũ ac prin
cipẽ pcreauit: nũc pſaltes meminit dicẽs: Ibi
Beniamin adoleſcẽtulus, vel (vt alij legũt) par
uulus. tribus enim hæc paruula facta eſt ac pe
nè delecta bello: propter leuitæ vxorẽ à Ga-
Judich.20. baonitis turpi libidine oppreſſam interfectã
q; in hoc tamen nèquaquã dignitate, minima
eſt in principibus Iſrael: ꝙ ex ea exijt qui po
pulũ Dei rexit, atq; pdicatione auxit. alij ve-
rò apoſtoli de tribu Iuda fuerũt. vt Iacobus
maior & minor, Ioãnes, Simõ, & Iudas. alij de
Ioſue.19.b tribu Zabulon & Nephtalim, quæ tribus: pro
uinciã Galilelæ in habitationẽ ſortitæ ſunt. vt
Petrus, Andreas, & alij nonnulli. vbi Chriſtus
primùm pdicauit & miracula fecit. Quia er-
go ex his tribubus apoſtoli eccleſiæ duces, ma
xima ex parte fuerunt: ideo in earum hono-
rem, ibi extitiſſe ait: principes Iuda, principes
Zabulon, principes Nephtalim, quorũ noĩum
interpretatio: haud myſterio vacat. Iudas e-
nim cõfeſsionẽ ſonat. Zabulõ fortitudinẽ. &
Nephtalim dilatationẽ. atqui tria hæc, videli-
cet confeſsio fidei, perſecutionũ tolerãtia, &
cordis per charitatẽ dilatatio: excreſcere fa-
ciũt eccleſiam Dei ſanctam. Sequitur.

31. *Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc
Deus, quod operatus es in nobis.*

Quia perſeuerantia in bono, eſt quæ coro
nã pmeretur: ideo cõfirmari petit in bonis à
Deo acceptis. id enim diuinæ virtutis ac po-
tẽtiæ munus eſt. Quamobrẽ Deus bone, man-
da potentiæ tuæ, illiq; cõmitte, confirmatio-
nẽ donorũ ac beneficiorum quæ enumeraui:
quæq; nobis benignitate tua elargiri dignatus
es. eius quippe eſt cõfirmare: cuius præcipuè
fuit operari. Ecce tu Deus, quæ ſupradixim'
Pſ.79.v.9 magnificè & potẽter operatus es in nobis: tu
cõfirma. plãtaſti vineã Deus virtutũ: cõuerte
re, reſpice d̃ cælo, & viſita vineã iſtã, & pfice
eã quã plãtauit dextera tua. nã velle adiacet
mihi: pficere autẽ bonũ, nõ inuenio, tuus ait Ro.7.d
apoſtolus. id quidem Dei eſt: qui operatur in
nobis velle & pficere p bona volũtate. cõfir Phi.2.b
ma igitur & corrobora de' virtute tua; quod
ex mĩa opatus es in nobis, vt ſtabile ſit & fir-
mum. Sequitur.

*A tẽplo tuo ĩ Ieruſalẽ: tibi offerẽt reges munera.* 32.

Cõfirma (ait) potẽtiſsime Deus, à tẽplo ſan
cto tuo, ꝙ in ea quæ ſurſum eſt Ieruſalẽ inha
bitas. id quidẽ facies: ſi ſpũm ſanctũ tuũ à pa
tre miſeris: ipmq; in nos effuderis paracletũ.
cuius rei grã fideles tui, qui reges meritò nũ-
cupãtur: non exigua tibi offerent munera gra
tiarũ. perge vlterius.

*Increpa feras arũdinis, cõgregatio taurorũ in uac
cis populorũ: ut excludãt eos, q pbati ſunt argẽto.* 33.

Hũc literalẽ ſenſum quidã hallucinãtur. abi
ge dñe feras in arũdineto deliteſcẽtes. quæ cõ
gregatio taurorũ eſt inter vaccas populorũ:
vt vel ſic à ſe proijciãt ydola, atq; ad opificia
argẽtea currẽtes. mirũ, quã is obſcurus ſit ſer
mo. nã etſi myſticus totius hui' pſalmi ſenſus
pfundiſsimus ſit: verſiones tamẽ variæ, ipſiq;
interpretes (ſalua eorũ pace) obſcuriorẽ illũ
reddũt vt ſuperiùs diximus. vide iã (obſecro)
quãtũ hæc verſio diſtet ab eo, ꝙ ſic alij trãſtu
lerũt: increpa cetũ lãceæ ſiue turbã lãceis ar-
matã, cõgregationẽ taurorũ in vitulis populo
rũ: vt humiliẽt ſe cũ fragmẽtis argenti. ecce ij
lãcearios vocãt: quos verſio nr̃a feras arũdinis
appellat, ſimilitudine ſumpta ab arũdinũ lõgi
tudine. nã ꝙ lõgiſsimis haſtis vtebantur ij de
quibus loquitur, ac per hoc ferociſsimi vide
bantur: meritò feræ arũdinis nũcupãtur. hos
ergo nũc abigi petit: & taurorũ laſciuiẽtium,
hoc eſt principũ & belli ductorũ, qui cæteris
infirmiorib' quaſi vaccis ac vitulis dñantur:
iure poſtulat exercitus deterreri. vt ſic humi
liati deponãt criſtã, ſubdãtur Deo, illiq; offe-
rẽtes munera in ſubiectionis ſignũ: fragmẽta
argẽti deferãt pro tributo. atqui myſticũ ſen
ſum, & cõmunẽ ac vulgatã trãſlationẽ proſe-
quutus: per feras arũdinis, ſęuos & inquietos
dæmones, aut crudeles huius ſeculi principes
accipe. vel ſi mauis: hæreticos atq; hypocriſi
infectos intellige: qui exterius tractabiles, blã
di, lenes, & mãſueti vidẽtur, ſolidi eẽ ſciẽtia &
charitate pleni: cũ nihil minus. nodoſi enim
ſunt vt arũdines, auſteri, immites, ac furibũdi
adeò: vt ſi eos vel leuiter tetigeris: cruẽtatus
euadas. infirmi ſunt fide, q omni vẽto doctri Ephe.4.c
næ circũferũtur. imbecilles eẽ & fragiles, atq;
ſciẽtia & charitate perinde ac omni interiore
bono vacui. quippe qui vt vani, mundi huius
gloriola & populari aura mouent: ſed incau
tis errorũ vulnera infligũt. Has igit̃ feras arũ-
dinis increpa de', q̃ (ſicut d̃ vehemoth prĩcipe
tenebrarũ ſcriptũ eſt) dormiũt ſub vmbra & in
ſecreto calami, ĩ locis humẽtibus. id eſt ſub cę Iob.40.c
citate & obſcuritate mẽtis, & in abſcõdita diſ
ſimu-



ſimulata & palliata ſuperbi cordis vanitate
atq; nequitia, verſanturq; in his quę luxum la
ſciuientis corporis augent, ibiq; delectantur,
& maxime quieſcunt. nam immũdus ſpiritus,
Mat.12.d vti Chriſtus ait, cùm exierit ab homine: am-
bulat per loca arida quærens requiem, & non
inuenit. has (iterum atque iterum precor) tu
Deus increpa & abige feras, fuga & proijce
ab eccleſia tua: ne infeſtent illam & perſequã
tur. increpa hæreticos, vt reſipiſcant. & caco-
dæmones illuſores, atque hominum venato-
res: in æternos ignes abire iubeto. quandoqui
dem ij circumeunt quęrentes quem deuorẽt:
vt immanes beſtiæ, ac feræ ſyluarum. ſunt e-
nim quidam in huius ſeculi arundineto, hoc
eſt inter ſimplices, mobiles, & inconſtantes:
qui vel modico flatu agitantur. ij autem, in-
ter eos qui huiuſmodi ſunt, degere & conuer-
ſari contendunt, & dum hac illac diſcurrunt
ac diuagantur vt ferę: deſtruunt arundines &
deuaſtant. ſtrepunt quidem, & tranſeuntes di
lacerant, decerpuntq; animas auditorum. fre-
munt, ſibilant, & virus denique ſpumant fal-
ſæ doctrinæ, ſuaq; venena diffundũt: quo ſim
plicium & infirmorum animas prauo dogma
te infectas perdant. phariſæos quoq; cæteros
q; Iudaici populi doctores, Chriſtianæ fidei
perſecutores, per feras arundinis intellige. nã
vti doctori Hieronymo placet, is populus a-
Eſa.42.a pud Eſaiam, & illius teſtimonium citantem
Mat.12.b euangeliſtam Matthæum: arundo caſſata &
calamus fractus (qui fuit antea vocalis & in
laudes domini concinebat) appellandus eſt:
qui & quodam impegit in angularem lapidẽ,
& cecidit ſuper eum, fractuſq; in illo eſt. ſunt
Mat.21.d etiam ij, qui tanquam tauri laſciuiẽtes, & in-
domiti, inter vaccas populorum, inter matro
nas ſcilicet, atq; inſignes fœminas aſsiduè ver
ſantur: cùm ſint omnium (ſi dixerim) ſentina
Mat.12.d malorum. ij vtiq; (vt Chriſtus de ſcribis ait)
deuorant domos viduarum, ſub obtentu pro
lixę orationis: hi accipient prolixius iudiciũ.
2.Tim.3.a quos eẽ apoſtol' (diſcipulo ſuo Timotheo ſcri
bens) commonet deuitandos, ij ſunt (inquit)
homines ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuper-
bi, blaſphemi, parentibus non obedientes, in-
grati, ſceleſti, ſine affectione, ſine pace, crimi-
natores, incontinentes, immites, ſine benigni-
tate, proditores, proterui, tumidi, cæci, & vo
luptatum amatores, magis quàm Dei. haben-
tes ſpeciem quidem pietatis: virtutem autẽ
eius abnegãtes. & hos deuita. ex his enim ſunt
qui penetrant domos, & captiuas ducũt mu
lierculas oneratas peccatis: quæ ducuntur va
rijs deſiderijs, ſemper diſcentes: & nũquã ad
ſcientiam veritatis peruenientes. hunc diffu
ſe citauimus locum: vt per hæc deſcripta ſig
na, tauros illos inter vaccas populorum cog-
noſcamus, quos nũc increpari, atq; à dño pro
pulſari, diuinus petit vates: ne doctoribus or
thodoxis & caſti eloquij diſſeminatoribus,
qui in huius rei miniſterio ſunt argento pro-
batiores; quoquo pacto ſint impedimento,
excludentes illos ſanamq; doctrinam de cor
dibus fidelium, hęc enim peruerſorum inten
tio eſt. Sequitur.

*Diſsipa gentes, quæ bella volunt, venient
legati ex Aegypto: Aethiopia præueniet
manus eius Deo.*

Quid bello cũ chriſtiana pace? rex ipſe paci
ficus & pax noſtra, qui fecit vtraq; vnũ, eccle Ephe.2.c
ſiam ſuam conſtruxit, plantauit hæreditatẽ,
quę & vinea fuit pacifico in ea quæ habet po Cant.8.d
pulos. cuius mille pacifici & ducenti, his qui
cuſtodiũt fructus eius. diſsipa ergo dñe gẽtes
quæ bella volunt, & fidei vnitatem dirumpe-
re, & pro viribus veſtem tuam inconſutilem
ſcindere in partes adnituntur, hos diſsipa &
diſperge, atq; fœdum illorum fœdus concilia
bulumq; dirumpe: & ſic diſperſos, fac denuò
congregari, vt vnum fiant in vinculo veræ pa
cis, ecce fiet ita, nam venient legati ex Aegy-
pto, vt cum eccleſia catholica fœdus compo
nant, & fidẽ eius teneant. Aethiopia itidem
celeri feſtinatione præueniet: vt quaſi victa
& in hoc victrix gẽtilitas, ꝙ Iudæam præue-
nerit, Deo ſupplices tendat manus, petentes
vtriq; ad lumen fidei & Chriſti gratiam cle-
menter educi: de ignorantiæ tenebris, ac ni-
gredine peccatorum. cuius rei gratia alij cla-
riùs tranſtulerunt, Aethiopia celeriter porri
get manus ſuas Deo. Sequitur.

*Regna terræ cantate Deo: pſallite dño.* 35.

Eia vos terrigenę, agite quod veſtrum eſt:
quandoquidem quod ſuum erat abundantiſ-
ſime fecerit deus, vos omnes ſine diſcrimine
pro communi oblata ſalute, pro tot collatis
beneficijs, cantate voce & corde ſimulq; pſal
lite opere, munificentiſsimo dño, bonorũ o-
mniũ & ſui ipſius largitori: & gratias immor
tales agite illi.

*Pſallite Deo, qui aſcendit ſuper cælum cæ
li: ad orientem.* 35.

Pſallite (inquam) Deo à morte reſurgenti,
& in altũ aſcendenti, penetranti cælos, ſeden
tiq; ad dexterã patris. ipſe quidem eſt oriẽs à
patre, lumen de lumine, Deus verus de Deo
vero, æterna emanatione procedẽs. ſit cauſa
primaria: quoniã ipſe eſt Deus. ſit ſecundaria,
quoniã propter nos aſcẽdit, vt viã doceat, no
ſtrum ad ſe dirigat animum, trahat deſideriũ,
ſpem erigat fulciatq;, & inflammet affectũ:
ſanctũ denique nobis à patre mittat ſpiritũ, a-
liaq; charisſmatum dona. qui etiã propter nos
homines & propter noſtram ſalutem deſcen-
dit de cælis, & incarnatus eſt de ſpiritu ſan-
cto ex Maria virgine, & homo factus eſt.

deſcenditq; ad inferos, deſcenderetq; ad nos & propter nos ſecundo, vt iudicet in carne: & electos ſecum ducat vt glorificet in æternitate. Eidem igitur ipſiſsimo Deo deſcendenti & aſcendenti pſallite. Audite Paulum (in ea quæ ad Epheſios inſcribitur epiſtola) dicentẽ: quod autẽ aſcendit, quid eſt niſi quia & deſcendit primum in inferiores partes terræ? qui deſcendit ipſe eſt & qui aſcẽdit ſuper omnes cælos, vt adimpleret omnia. Sequitur. [Ephe.4.c]

*Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis, date gloriam Deo ſuper Iſrael: magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.*

Hic Deus noſter, qui in aſſumpta carne cælos aſcendit: potens eſt in opere & ſermone. omnia quæcunque voluit fecit in cælo & in terra, in mari & in omnibus abyſsis, facietq;. nam quum iudicaturus deſcendet, qui deſcẽdit ante iudicandus, & ſuper omnes cælos in virtute propria exaltatus aſcendit: dabit veniens, voci ſuæ vocem virtutis. vt ad vocem eius venientis in nubibus cæli, mortui reſurgant. nec enim eunti in nubibus & redeunti: virtus deerit & maieſtas. ideo date gloriam Deo ſuper Iſrael, id eſt ſuper eos qui ſunt hic per fidem & in patria facie ad faciem Deum videntes, iuxta huius nominis interpretationem: Eſt etiam magnificentia & virtus eius in nubibus, hoc eſt prophetis & apoſtolis, cęteriſq; viris ſanctis. quibus cùm imperatum eſt à Deo perambulare in vniuerſum orbem (vt ait Baruch propheta) perficiunt quod imperatũ eſt eis. His etenim olim ſermones Dei ſtillantibus, vocem virtutis dedit Deus: cooperans eorum prædicationi, & miraculis verba confirmans. ſic enim Marcus in ſui euangelij calce ait: Illi autem profecti prædicauerũt vbique: domino cooperante, & ſermonẽ cõfirmante, ſequentibus ſignis. & iuxta Apoſtolum, euangelium: virtus Dei eſt in ſalutem omni credenti. Aequum eſt igitur iam pſalmũ huiuſmodi benedictione claudamus. [Luc.vlt.c] [Pſ.113.v.2.] [Mat.26.] [Baruc.6.] [Mar.vlt.d] [Ro.1.c]

*Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſ-*
38. *rael ipſe dabit virtutem, & fortitudinẽ*
*plebi ſuæ: benedictus Deus.*

Hic verſus, præcedentis expoſitorius eſt. vt noueris eoſdem ſanctos eſſe, quos ante vocauerat nubes, Deumq; glorifices eos iuſtificantem, mittentem, in eis habitantem, & cum eis venientem. nempe veniet mirabilis in ſanctis ſuis, Deus Iſrael, veniet vt coronet eccleſiam ſuam. nobilis in portis vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terrę, iudicaturus orbẽ. tunc quidem virtutem dabit ſupernaturalem plebi ſuæ electæ: qua eleuetur anima vt videat Deum. dabit etiam fortitudinem, qua corpus incorruptionẽ induat & immortalitatem. ſit benedictus Deus pro tanto munere. & ipſi regi ſeculorũ, immortali, inuiſibili, ſoli deo honor & gloria ĩ ſecula ſeculorũ amẽ. [Pro.vlt.] [1. Tim.1.]

EPILOGVS PSALM. 67.

EXVRGAT *Deus & diſsipentur inimici eius. omnes quidem corruerunt ſurgente dño de ſepulchro, & quaſi fumus euanuerunt, atque ut cera ad præſentiam ignis: ſic liquefacti & confuſi defecerunt. At contra iuſti, uictori dño congratulãtes, quaſi magnis delitijs delectati ſunt dicentes: Cantate deo triumphanti, qui conculcauit mortem & mortis autorem, dñs nomen illi. exultate in conſpectu eius quem fugiunt inimici uerenturq;: uti patrem orphanorum ac iudicem uiduarũ. is etenim qui aſcendit in cęlũ deus, ibiq; habitat: & unanimes eiſdem moribus uiuẽtes inhabitare facit electos: is ipſe eduxit de limbo patres: & peccatores deum exaſperantes, iamq; fœtentes conſuetudine praua peccandi, educit de manu Sathanæ: non ſecus, ac ſi mortuos iamq; ſepultos reducat ad uitam. ſcimus deus bone, quòd mirabiliter egiſti olim, cùm egredereris in conſpectu populi tui de Aegypto: & cùm pertranſires in deſerto. etenim tunc cœli diſtillauerunt manna ad populi corporalem refectionẽ: ſed longe mirabilius, quum pluuiam uoluntariam, hoc eſt ipſam prædicationis euangelicæ doctrinam abundanter eccleſiæ tuæ ſegregaſti. ipſa quidem humilis erat: tu uerò perfeciſti eam, exaltaſti, & ſublimaſti. nam animalia tua non efferа ſed manſueta: habitabunt in ea. ubi etiam gentili populo pauperi & egeno, in dulcedine tua paraſti cibum. ſane dedit dominus uerbum euangelizantibus uirtute multa: quia rex ipſe uirtutum eſt, hoc autem ad diuidendum ſpolia dilectiſsimi filij dei: in ſpeciem atq; decorẽ electiſsimæ domus ſuæ. uos ergo qui ſpiritualibus bonis ditari cupitis: ſcitote q. ſi dormiatis inter medios ſortes (quę ſunt duo teſtamenta, pluuiam illam uoluntariam atq; abundantem continentia) & relictis ſeculi curis, uos illis (ut par eſt) uacare cõtingat: erũt uobis pēnæ colũbæ deargẽtatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. quia nec deerit aptus, efficax, & expeditus ſermo: nec ſpiritalis ſenſus: quin ſuppetẽt potius diuini theſauri, atq; diuitiæ, ſimplex loq̃la & prudẽs, ac pretioſus ſenſus & pudicus gr̃a deniq; & gloria, quæ p̃ argẽtũ & aurũ dſignãtur. Scitote inſup, q. dñ rex ille cæleſtis ad huius p̃dicationis munus diſcernit reges, qui uicaria poteſtate fũgãtur ſup̃ eccleſiã ſuã: gentes nigredine obductæ. ambulãtes in tenebris atq; habitãtes ĩ regione umbræ mortis: dealbãtur batipſmo ſuſcepto, & niue cãdidiores fiunt, gr̃a infuſa baptiſmali à Chr̃o pingui diuinoq; mõte in adoptionis filios deſcẽdẽte.*

*Etenim*



*Etenim mons ipſe ſolus, in uirginis utero coagulatus eſt, & factus homo, qui & Chriſtus, pinguis, & unctus: de cuius plenitudine nos omnes accepimus. ut quid uos inſenſati hæretici, alios ſuſpicamini montes coagulatos, in ueſtra (quam fingitis) eccleſia, nec eo nomine digna? ecce mons in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo, apud nos eſt. etenim dominus habitabit in finem: nec deſeret unquam. an non hæc omnia maieſtatis plena ſunt: quæ diuinam potentiam, ſapientiam & bonitatem redolent, immò oſtendunt? memini te Deum ueniſſe olim ad montem Synai, in miriadibus angelorum, qui tibi pro curru & uehiculo erant. ſed quid, ſi illud conferas glorię Chriſti tui in cælum aſcendentis? quæ tanto maior apparet: quanto melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus. cepiſti quidem captiuitatem, & ab inferis detracta præda, atque angelorum maxima ſtipante caterua: glorioſus in altum aſcendiſti dñe Ieſu: ſicut longe ante prænuntiauerat Eſaias dicens: Nunquid tolletur à forti præda: aut quod capti fuerit à robuſto, ſaluum eſſe poterit? quia hæc dicit dñs, equidem & captiuitas à forti tolletur: & quod ablatum fuerit à robuſto, ſaluabitur. deinde paracletum à patre miſiſti ſpiritum, multiplicia q; hominibus dediſti dona: ut ex incredulis facti fideles, totq; ditati muneribus: ipſi domino dignum habitaculum fiant. ſit ſemper benedictus dñs noſtræ ſalutis autor: qui aſcendens in cælum: nobis proſperum iter fecit, uiam docuit, noſtroſq; ad ſe direxit oculos, & illuc ſpem firmam præbuit adeundi. eſt enim Deus noſter, Deus ſaluos faciendi: & in manibus eius uita & mors. hoc unum tamen credenti peruium ſit, q. inimicorum obſtinatorum capita confringet dñs, proſternetq; ſuperbiam. porrò aliquot qui de numero electorum ſunt exceptis: de cæteris uindictam ſumet. dixit utique dominus, ex Baſan conuertam, & ex gentibus aliquot ad pœnitentiæ amaritudinem ſpontaneos traham. nẽpe dixit, & fecit, facietq;. nam quos præſciuit (ait Paulus) & prædeſtinauit, conformes fieri imaginis filij ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. reliquos uerò quid? profectò æternæ damnationis gladio iugulabit. eritq; interfectorum ſtrages adeò magna & copioſa: (ait diuinus uates) ut intingatur pes tuus in ſanguine defluente, & lingua canum tuorum abundanter lambere poſsit illum. ij utiq; dñici gregis doctores ſunt, qui prædicationis latratu eccleſiam cuſtodiunt. nec eſt quod ullam excuſationem obſtinati Iudæi prætendere queant. quandoquidem uiderunt ingreſſus tuos Deus. ingreſſus Dei mei, regis mei qui eſt in ſancto. nam læſæ maieſtatis rei: regem ſuum in propria uenientem non receperunt, quin occiderunt potiùs: gentes autem illius uerbum receperunt. at præuenerunt principes quos (uti dixi) rex ipſe cæleſtis ſuper eccleſiam ſuam reges eſſe decreuit. qui diuiſi per orbem, & angelis coniuncti pſallentibus in medio particularium eccleſiarum, quæ illis forte obuenerunt: in hanc uocem pariter erumpebant: In eccleſijs bñdicite domino, de fontibus Iſrael. gratias inexhauſtas agite illi, pro tot fontibus ſcaturientibus euangelici uerbi doctrinam, ad ſiccitatem ur̃am irrigandam. aderat ibi Beniamin adoleſcentulus: is in extaſi Paulus, ſiue in corpore ſiue extra corpus raptus, ac cæteri coapoſtoli orantes dicenteſq;: manda Deus uirtuti tuæ, confirma hoc Deus quod operatus es in nobis, à templo tuo quod eſt in Ieruſalem. quod ſi feceris: tibi offerent apoſtoli tui (quos conſtituiſti reges) munera rationalia, quæ tibi Deo ſuo acquirent lucrabunturq;. tu interim abige feras arundinis, hoc eſt hæreticos ſeductores, qui diſcurrunt inter mobiles quoſdam & inconſtantes, crudeles etiam cornupetas, quorum communio & conuerſatio pernicioſa eſſe ſolet. Eſt quidem huiuſmodi malignantium congregatio: quaſi taurorum inter uaccas populorum, qui ſemper in hunc ſcopũ tendunt: ut excludant eos ab eccleſia, quos probato argento nouerint eſſe probatiores. hos igitur increpa & fuga, ne nobis tuiſq; fidelibus ſint impedimẽto. Diſsipa gentes quæ bella uolunt. ij quidẽ hæretici ac ſchiſmatici ſunt, Chriſtianæ pacis oſores. hos ſperne. ſunt enim alij, hoc eſt populi gentium, peccatorum fuligine denigrati: qui orthodoxam fidem amplectentur, & à longinquis partibus legatos ſuos mittent, ut cum eccleſia tua fœdus componant. cuius rei gratia, regna terræ cantate Deo, pſallite domino, qui aſcẽdit cælum cæli, id eſt ſuper omnẽ corpoream etiã cæleſtem & ſpiritualem creaturam ad patrẽ uſque: à quo (per æternã generationẽ ſemp̃ oriẽs) emanat Chriſtus. nec eius abſentia corporalis prædicantibus euangelium erit nocumento: quia ecce dabit uoci ſuæ uocem uirtutis. uos igitur uice uerſa date gloriã Deo &c. mirabilis eſt enim Deus in ſanctis ſuis, qui & uirtutem & fortitudinem præſtat plebi ſuæ. ſit benedictus ipſe: nec uerbum amplius addam. Dulce canit uates reſurrectionem Chriſti, atq; ad cælos aſcenſionem, cæteraq; miranda: ſed nõ arbitramur plenè ſatisfactum eſſe palato: niſi paſsionẽ eius ſanctam nobiſq; dulciſsimam perinde atque proficuã: is ipſe quaſi euãgeliſtæ functus officio narret: Chriſtũ dñm (ut ſolet) inducẽs ad patrẽ orãtẽ.* [Hebr.7.c] [Eſa.49.g] [Roma.8.f.] [Io.1.b]

PSALM. 68.

*SALVVM me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vſque ad animam meam.*

Huius titulus eſt: in finem pro his qui commutabuntur. pſalmus ipſi Dauid. nempe in finem qui Chriſtus eſt ad iuſtitiam omni credẽti, hic pſalmus à Dauid ſancto rege & propheta æditus, dirigit electos, qui commutatione bona, viuentes commutabuntur à malo in bonum, à peccato ad gratiam, & poſt huius vitæ curſum à morte ad vitam, & ab ignominia in gloriam reſurgentes. nam ij duntaxat tunc in melius commutabuntur adulti: qui (vt di- [Rom.10.a]

ximus) à malo in bonū, dū in ergaſtulo car-
nis viuerent, per pœnitentiam ac Dei gratiā
1.Cor.15.g commutati ſunt. dicente apoſtolo: Ecce my-
ſterium vobis dico. omnes quidem reſurge-
mus: ſed nō omnes immutabimur. Agit igitur
hic pſalmus, de acerbiſsima Chriſti paſsione.
vt ij qui commutabuntur: cauſam præcipuam
ſuę commutationis agnoſcant, ipſiq; ſe totos
dedant, à quo acceperunt vt commutentur.
Dicat ergo Chriſtus in paſsione poſitus, dicat
in aſſumptę carnis infirmitate, eorum qui cō
mutabuntur caput, & pro ſe & pro membris
ad patrem oret. Saluum me fac Deus &c. nec
enim fas eſt alium quempiam quàm Chriſtū
hic inducere clamantem: cum ab eodem Chri
ſto domino eiusq; apoſtolis, pleraq; de hoc
pſalmo excerpta ſint; ipſi teſtimonium perhi
bentia. vt eſt illud apud Ioannem: Odio ha-
Io.15.d buerunt me gratis. illudq;. Zelus domus tuæ
Io.2.d comedit me. &. Dederunt in eſcam meā fel:
& in ſiti mea potauerunt me aceto. nam vt
cōſummaretur ſcriptura: Ieſus ipſe in cruce pē
Io.19.e dens, dixit: Sitio. vas igitur erat poſitum ace-
to plenum (ait iſdem ſanctus euangeliſta Ioā
nes), cùm ergo accepiſſet Ieſus acetū, dixit:
Mat.27.f Conſummatum eſt. & dederunt ei bibere vi-
num cum felle mixtum: & cùm guſtaſſet no-
luit bibere, Matthæus ait. & de aceto (paucis
interiectis) ſubiungit: Et continuò currens
vnus ex eis, acceptam ſpongiam impleuit ace
to, & impoſuit arundini, & dabat ei bibere.
Hæc de aceto & felle: atque alia plura (quæ
ſcrutanti videre licebit) per os Dauidis hic
prænūtiata fuere d Chriſto teſtimonia. Dicat
igitur in agone Chriſtus, dicat inter anguſtias,
& patris auxilium infirmitas petat humana,
eorum more, qui periclitantur vndis: Saluum
me fac Deus, quoniam intrauerunt aquę vſq;
ad animam meam. ecce querelam ſuam pro-
ponit agnus innocens: & reſurrectionem ſuā
poſtulat non differri. quoniam perſequutorū
turbæ in modum aquarum inundantium con
citatæ, inſurrexerunt in eum dicentes: Tolle
tolle crucifige, cęteraq; id genus verba & op
probria, quæ Chriſti animam diſcruciabant,
ac penè à corpore diuidebant. Adde q Iudæi
perfidi, principes ſacerdotum, ſcribæ & pha-
riſei: peruerſo & damnato animo, ac cœno a-
uaritiæ pleno, odioq; inteſtino, intra cordis la
tebras quaſi in lutoſo lacu latére, creatorem
ſuum occidere procurabant. De quibus tur-
bis conqueſtus ait.

2. *Infixus ſum in limo profundi: & non eſt
ſubſtantia.*

Non immeritò limum profundi Iudæorū
vulgus appellat. nempe ſicut ſcriptum legi-
Gen. 2.b mus: fons vel vt alij legunt, vapor ſeu nubes
aſcendebat è terra, irrigans vniuerſam ſuper-
ficiem terrę. formauit igitur Deus hominem
de limo terræ. at vbi peccauit: deſcendit à ſu
perficie limus. peccauerūt inſup plebei, prin
cipibus obſequentes, qui illos concitabant: &
ſic facti ſunt limus profundi. iure igitur Chri
ſtus ait: Infixus ſum in limo profundi: & non
eſt ſubſtantia. nulla enim huic limo fides, quę
Heb.11.a (iuxta apoſtolorum) ſperandarum eſt ſubſtā-
tia rerum. Nulla charitas, miſericordia, beni-
gnitas, manſuetudo, iuſtitia, veritas. nulla de-
nique ſubſiſtit virtus, cui fidam. Sequitur.

*Veni in altitudinem maris: & tempeſtas
demerſit me.* 3.

veni, & lubens veni in huius ſeculi mare
magnum & ſpatioſum manibus, in quo repti- Pſ.103.v.24
lia peccatorum, quorum non eſt numerus, &
cuius mirabiles elationes ſunt. veni, & in ama
ræ mortis amaritudinem veni, illiusq; altitu- Eſa.53.c
dinem ſubij oblatus: quia ipſe volui. & tribu-
lationū vndis ipſisq; tormentorum fluctibus
ictibusq;, ac tempeſtuoſis perſequutorū flati
bus demerſus ſum ad profūdū vſq; ſepulchri:
i quo triduo iacui, vti Ionas in vētre ceti. ſed Io. 2.a
tādē quod tempeſtas demerſerat in profun-
dū: emerſit: illudq; ſepulchrum in lucem euo-
muit rediuiuū. an nō in altitudinem maris ve Mat. 12.c
nit innocēs: qui cum iniquis deputatus, pro
impijs etiā mortuus eſt? quid profundius ro-
go? vix enim pro iuſto quis moritur, (ait Pau Rom. 5.b
lus) nam pro bono forſitan quis audeat mo-
ri. Sequitur.

*Laborauı clamans, raucæ factæ ſunt fau-
ces meæ: defecerunt oculı mei, dum ſpero* 4.
*in Deum meum.*

Laborauit in cruce clamans Chriſtus dn̄s, mat.27.f
& voce magna dicēs: Eli eli, lamazabathani,
hoc eſt, Deus meus deus meus, vt quid dere-
liquiſti me? nec ipſum aſtātes intellexerūt, q
raucū audiētibus euenire ſolet. dicebāt enim:
Heliam vocat iſte. non intellexerunt (inquā)
quia intelligere noluerunt. ô quoties clama-
uit dominus, qui & quotidie clamat? & fru-
ſtra clamat is, qui nimio charitatis affectu,
ipſis penè ruptis fibris, clamat per diem no-
cteq; clamat, nec exauditur, quin vti raucus Pſ.21. v.1.
ſpernitur potiꝰ & irridetur, eiꝰq; nolumꝰ ac
quieſcere voci. dicat millies, fiāt raucę fau-
ces eiꝰ, qui verbi ſui prędicatores ſunt: profe
ctò verba perdit, & (vti prouerbio dicit ſo
iet) ſurdis narrat fabulā. Iuſte igitur queri-
tur Chriſtus, qui verba vitæ æternæ habet: q Io.6.g.
vſque ad raucedinem clamet, nec ſit qui au-
diat. Defecerunt etiam (ait) oculi mei circun
ſpicientes, ſit ne auxiliator? & ecce tribulatio
proxima eſt: & non eſt qui adiuuet. nec enim Pſa.21.v.11





ea vtor poteſtate, quę mihi cum patre & ſpi-
ritu ſancto communis eſt: dū infirmus in car-
ne ſpero in Deum meum: vt me verum homi
nem oſtendam, ſuamq; tribuam diuinitati glo
riam, & miniſterium humanæ compleam re-
demptionis. languerunt quidem prę anguſtia
oculi carnis: & myſtici corporis oculi lāgue
runt. aufugerunt diſcipuli me relicto: & capil
li (qui & apoſtoli) à me ſuo capite defluxe-
Eſa.53.a runt: quum me viderent deſpectum & nouiſ-
ſimum virorum, virum dolorum & ſcientem
infirmitatem, quaſi languidum & leproſum,
ac percuſſum à Deo & humiliatum: qui om-
nium langores ferebam. an non tibi languiſſe
videntur qui dicebant: Nos autem ſperaba-
Luc.24.d mus q ipſe redempturus eſſet Iſrael: & nunc
ſuper hæc omnia, tertia dies eſt hodie, q hæc
facta ſunt. Sequitur.

5. *Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis
mei: qui oderunt me gratis.*

Optimè per os ſancti regis & prophetæ
Dauid, paſsionem Chriſti ſanctus depinxit
ſpiritus in hoc pſalmo. ita vt ſicut euāgeliſta,
viſus ſit potius chronicū texuiſſe: quàm pro-
phetiam. induxerat priùs Chriſtū turbida vul
gi, & inſtantium dolorum veluti aquarū ve-
hementium vexatum multitudine, infixum
in limo profundi, ipſumq; in altitudinem ma
ris venientem & tēpeſtate demerſum & qua
ſi omni deſtitutum ope, voce iam rauca cla-
mātem, (quodq; nimium dolorem auxit) de-
feciſſe oculos, quos diſcipulos eſſe diximus.
nunc autem q multiplicati ſint ſuper capil-
los capitis tum numero, tum etiam virtute ac
viribus, qui eum gratis oderant inimici: dolē
tem & conquerentem inducit. porrò vti ca-
pilli ſuo capiti: ſic apoſtoli Chriſto (in eo ra-
dicati) adhæſerūt. at paſsionis tempore adeò
excreuit numerus Chriſto aduerſantium ſine
cauſa, ſed ſola concitatione maiorum: vt ho-
rum vicerit numerum capillorum. immò ſi-
cut capilli capitis, nō facilè iam diſcerni qui-
uerunt atque dinumerari. Sequitur.

6. *Cōfortati ſunt, qui perſequuti ſunt me ini
mici mei iniuſte: quæ non rapui, tūc exol
uebam.*

Multiplicati & confortati ſunt. ſed quo-
modo confortati, niſi quia permiſsi? ſic enim
dixit dominus cùm à principibus & ſeniori-
bus comprehenderetur. Quaſi ad latronē (in-
Luc 22. f quit) exiſtis cum gladijs & fuſtibus. cum quo
tidie vobiſcum fuerim in templo: non exten
diſtis manus in me. ſed hæc eſt hora veſtra, &
poteſtas tenebrarum. vel in hoc ergo multi-
plicati ſunt perſequutores: q vnum ex capil-
lis proditorem Iudam ſibi addiderunt, & in-
ſtigante diabolo confortati ſunt eusque: vt
iniuſte, nulla præbita occaſione me perſeque
rentur inſontem. nempe non alius (quo diui-
næ iuſtitiæ fieret ſatis) conuenientior debuit
eſſe modus: quàm q vnigenitus Dei & homi
nis filius, ac per hoc iuſtus, innocens, & maxi
me dilectus, in quo ſibi cōplacuit: ſit in Deū
commiſsi ſatisfactor: qui nullius eſt debitor.
& exoluat raptoris pœnam: qui nullam cōmi
ſit nec contraxit culpam. ſicut ipſe alibi ad
patrem ait: Domine Deus meus ſi feci iſtud? Pſ.7.v.3
ſi eſt iniquitas in manibus meis? non eſt quip
pe quòd furti aut rapinæ quis arguere poſsit
eum: qui cùm in forma Dei eſſet, ac per hoc
natura Deus: non rapinam arbitratus eſt eſſe Phi.2. a
ſe æqualē Deo, vti angelus & homo: ſed exi-
naniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens.
Raptor Adam fuit, deprehenſus in fragāti fur
ti delicto, & ipſe commiſsi reus, & patrati ſce
leris autor. At Chriſtus pientiſsimus, ex miſe
ricordia ſoluit pro homine: quę perpetrauit
homo. & qui peccatum non fecit, nec inuen- 1.Pe 2.d
tus eſt dolus in ore eius: tradidit iudicanti ſe
iniuſte, & peccata noſtra (ait apoſtolorum
princeps) ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper
lignum: vt peccatis mortui iuſtitię viuamus:
cuius liuore ſanati ſumus. tunc igitur quæ nō
rapuit exoluebat: cùm Chriſtus innocens, pa-
tri reconciliauit peccatores: ſoluens inimici- Ephe.2.d
tias in carne ſua. Sequitur.

*Deus, tu ſcis inſipientiam meam: & deli
cta mea à te non ſunt abſcondita.* 7

Sapientia patris: ſuam eſſe dicit inſipientiā
noſtram, noſtraq; delicta. atqui vt caput, ſuis
compatitur membris, & debitum ſuum eſſe
fatetur: eò q ſibi ex miſericordia onus ſolu-
tionis incūbat. ait ergo: Tu pater qui oīa no-
ſti, ſcis an inſipiēter egerim & in te deliqrim
vnquam, vel ne. ſcis vtique, me filium tuū to-
tius ignorantiæ & peccati expertem eſſe. ſed
ideo hæc mea dixerim: quòd quaſi inſipiens
& peccati reus, apud homines habitus, & cū
ſceleratis reputatus ſim. tu autem ſcis: q ſa- Eſa.53.d
pientiſsimo altiſsimoq; conſilio cuncta fece
rim, qq; innocens, ex miſericordia & viſce-
ribus charitatis, (non proprij delicti cauſa)
mortem ipſam pertulerim atque ignominiā
crucis. Sequitur.

*Non erubeſcant in me qui expectant te do
mine domine virtutum.* 8.

Profectò erubeſcent & confundentur pro
phetę qui reſurrectionem meam prædixerūt:
ſi me non viderint reſurgentem. confunden-
tur inſuper in limbo exiſtentes, erubeſcent de

nique diſcipuli mei cęteriq́; in me: quos per
me attraxiſti ad te fideles. fac igitur non eru
beſcant in me: qui de te crediderunt mihi an-
nuntianti. Hi etenim omnes in te expectant: ꝙ
per me ſis redempturus Iſrael. futuram qui-
dem expectant reſurrectionem: & vitam ven
turi ſeculi. atqui erubeſcent & confundétur
1.Cor.15.d ſi non reſurgam, & cum Paulo dicent: Si Chri
ſtus non reſurrexit: inanis eſt prædicatio no-
ſtra, inanis eſt & fides veſtra. at nō erubeſcét:
ſi ij qui me inglorium viderunt, colaphis &
ſputis irriſum, quiq́; audierunt crucis patibu-
lo affixum, mortuū atque ſepultum: audiant
etiam & prædicent glorioſum, ac de morte
triumphantem. tunc enim non erubeſcent in
me, ſi eis opprobrio detur, ꝙ Chriſtum tuum
1.Cor.1.d prædicent crucifixum, Iudæis quidem ſcan-
dalum, gētibus autem ſtultitiam: ſed audacter
dicent, ipſis vocatis Iudæis atq; Gręcis, Chri-
ſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam. quia
quod ſtultum eſt Dei: ſapientius eſt homini-
bus. & quod infirmum eſt Dei: fortius eſt ho
minibus. ſtatimq́; libera voce cum eodem a-
poſtolo proclamabunt: Nunc autem Chriſtus
reſurrexit à mortuis, primitiæ dormiētium.
1.Cor.15.d quoniā quidem per hominē mors: & per ho-
minem reſurrectio mortuorum. & ſicut in A
dam omnes moriuntur: ita & in Chriſto om-
nes viuificabuntur. Vnusquiſq; autem in ſuo
ordine, primitię Chriſtus. Haud dubium, po-
tens es domine vt hoc facias, qui infinita vir
tute polles, cui omnia, & virtutes ipſæ angeli
cæ ſubſunt, quippe qui dominus virtutum es.
Sis ipſe benedictus in ſecula: qui credentibus
dediſti, quo apud improperantes iuſtificen-
Rom. 4.d tur. ecce iſdem apoſtolus ait: Qui traditus eſt
propter delicta noſtra: reſurrexit propter iu-
ſtificationē nr̄am. ideoq́; non pudefient. Seq.

9. *Non confundantur ſuper me qui quærūt*
*te Deus Iſrael.*

Non peruenient ad deſtinatum locum: qui
rectam viam non ingredientur, vel qui ingreſ
ſi defecerint in via. Ego autem ſum via & ve
Io.14.a ritas & vita, ait Chriſt⁹. & nemo venit ad pa-
trē: niſi per me. His ergo qui te quærūt Deus
(vt te videntes vitam habeant, & abundan-
Io.10.b tius habeant) notum fac: ꝙ mors mortua tūc
eſt: quādo in ligno mortua vita fuit: quodq́;
ad te eundi adhuc extat via. Et non confun-
dentur ſuper me ſi nouerint: ꝙ dux vitæ, reg
nat viuus. Sequitur.

10. *Quoniam propter te ſuſtinui opprobriū:*
*opperuit cōfuſio faciem meam.*

Vt tibi obſequerer pater ſanctiſsime: veni
Phi.2.a in mūdū, & me metipſum exinaniui factus o-
bediens vſque ad mortem, mortem autę cru-
cis. nec mei delicti cauſa: ſed tui honoris gra-
tia, tot pertuli conuitia, opprobria, contume
lias: quod verè olim prędixerit Hieremias: Thre.3.d
Dabit percutiēti ſe maxillam: ſaturabitur op
probrijs. nam inter latrones omni plebi expo
ſitus: pependi medius. alijs inſultantibus & ca
pita ſua mouentibus, dicētibusq́;: Vah qui de
ſtruis templum Dei: alijs verò: Heliam vocat
iſte. Hæc & ſimilia probra inter homines ig-
nominioſa: non ſemel perpeſſus ſum. ita ꝙ
myſterium neſcientibus confuſus viderer. &
aliqui ipſorum qui aderant, & me ante cogno
uerant: his auditis confunderentur erubeſcen
tes. Sequitur.

11. *Extraneus factus ſum fratribus meis: &*
*peregrinus filijs matris meæ.*

Fratres Chriſti, Iudæi fuerunt. quorum pa
tres (ait Apoſtolus) ex quibus eſt Chriſtus ſe- Rom.9.a
cundū carnem, qui eſt ſuper omnia Deus be-
nedictus in ſecula amen. fuerunt etiam ex eis
quidam peculiari vocabulo appellati fratres:
ꝙ ei propinquiores eſſent, ſanguine & cogna
tione coniuncti. quales fuerunt illi quos ad
Chriſtum veniſſe ſacer ait Euangeliſta, quan Luc.8
do nuntiatum eſt illi à quibuſdam dicētibus:
Mater tua & fratres tui ſtant foris, volentes
te videre, & apud Ioannem: Neque enim fra- Io.7.a
tres eius credebant in eum. quo etiam nomi-
ne Iacobus & Apoſtolorum aliqui gaudent:
in ea quæ ad Galathas inſcribitur epiſtola, di Gal.1
cente Paulo: Alium autem apoſtolorum vidi
neminem: niſi Iacobum fratrem domini. & in
ea quæ eſt ad Corinthios prior: Nunquid nō 1.cor.9
habemus poteſtatem ſororem mulierem cir-
cunducēdi: ſicut & cęteri apoſtoli & fratres
domini & Cephas? quid plura? Apoſtoli om-
nes, ante & poſt glorioſam Chriſti reſurre-
ctionem, vocati ſunt fratres: vt ſcrutanti vide Mat.12
re licebit. quin & fideles omnes, fratres appel mat.28
lat Paulus: Chriſtumq́; primogenitum in mul Heb.2
tis fratribus. quod Hieronymus doctor illu-
ſtris diffuſi⁹ tractat part.1.tra.2. epi.9. aduer
ſus errores Heluidij. His ergo oībus extrane⁹
factus ſum (ait) ipſis in me erubeſcentibus, Roma.8
& opprobrium fugiētibus. Atqui apud filios
ſinagogæ matris meæ, pro alienigena & pere
grino habitus ſum: qui me quaſi exterum &
ignotum hominem reputabant dicentes: nos
ſcimus ꝙ Moyſi loquutus eſt dominus: hūc Io.9.f
autem neſcimus vnde ſit. Cùm tamen indige-
na concivis & conuicaneus eſſem carne: licet
fide peregrinus & longè diſtans à cordibus
eorum. nunc ergo pater, horum omnium cau
ſam attende: tua quidem intereſt, teq́; omni
ex parte hoc negotium tangit.

Quo



12. *Quoniam zelus domus tuæ comedit me:*
*& opprobria exprobrātium tibi, cecide*
*runt ſuper me.*

Quòd me ſint perſequuti, hoc dūtaxat fuit
in cauſa: nihil enim in culpa, quoniam zelus
domus tuæ comedit me. is vtique mihi cauſa
mortis fuit. nam comedit me zelus animum
q́; corroſit: ꝙ viderem domum tuam oratio-
ni ac diuino cultui deputatam, latronum ſpe-
lūcam fieri, atque abuſu illicito prophanari,
obidq́; honorem tibi debitum non leuiter læ
di. quapropter zelo permotus non ira cōmo
tus, ingreſſus materiale templū, quaſi flagel-
Ioan.2.c. lum ex funiculis feci, eieci de templo vendē
tes oues, boues & columbas, & numularios
quos inueni ſedentes, menſaſque eorum euer
ti, & effudi æs, dicens: auferte iſta hinc. et hu
ius prophetici ſermonis opportunè tunc re-
cordati ſunt diſcipuli mei. quo facto, interio
rem illam iudeorum (quam noueram) conſ-
cientię domum, in qua debueras habitare: vel
maximè conuici auaritiæ ſtercore fœtidam,
ſpurcam, & ſordidantem. hinc illis odij & rā
coris fomes, hinc dira vindictæ cupido ſu-
bortaque fames, quæ comedit ac deuorauit
me: & opprobria te inhonorantium, cecide-
runt ſuper me: quandoquidem tibi honorem
& mihi vitam detraxerunt: vel ſit ſenſus. ze-
lus domus, quæ eccleſia tua eſt: ipſe comedit
me. nam euſque in amorem eius exarſi, ꝙ ve
Ephe.5.e. ni in mundum & me ipſum tradidi pro ea, vt
illam ſanctificarem, mundans eam lauachro
aquæ in verbo vitæ, vt exiberem ipſe glorio
ſam eccleſiam non habentem maculā aut ru
gam aut aliquid huiuſmodi: ſed vt ſit ſancta
& immaculata: atque vt ſcirent homines (iux
1.Tim.3.d. ta eiuſdem Pauli edictum) quomodo opor-
teat eos in domo Dei conuerſari, quæ eſt ec
cleſia Dei viui, columna & firmamentum ve
Eph.2.d ritatis: fiantq́; habitaculum Dei in ſpiritu ſan
cto. hic zelus comedit me: & peccata quibus
tibi in dies exprobrabant homines, cecide-
runt ſuper me: dum ea deflenda & propria
morte expianda ſuſcepi. etenim Chr̄s nō ſibi
Rom.15.a. placuit (ait iſdem Paulus) ſed ſicut ſcriptum
eſt, improperia improperantiū tibi ceciderūt
ſuper me. Sequitur.

13. *Et opperui in ieiunio animam meam: &*
*factum eſt in opprobrium mihi.*

Per ieiunium, luctum innuit. luxit quippe
dn̄s quaſi in ſacco & cinere, & omniū noſtrū
delicta fleuit. vel ideo ſuam opperuiſſe aīam
1.Pet.2.d. in ieiunio dicit: q cum malediceretur nō ma
ledicebat, cum pateretur non comminabatur.
quinimò animā ſuam à retaliatione cohibuit:
quod non exiguum abſtinentiæ genus eſt. vel
ideo opperuit animam ſuam in ieiunio: ꝙ in-
iuriæ immemor, adhuc noſtram eſuriebat iu-
ſtitiā, ſalutem ſiciebat & fidem, quod totum
ab iniquis illi dabatur opprobrio. opperuit et
in ieiunio vitam ſuā, dum carnem ſuam ma-
cerans ſeſeque humilians, adimpleuit omnem
iuſtitiam, vt nobis præberet exēplum, & quis
nam eſſet diabolo celaretur. cum tamen nul-
la eſſet in eo rebellio carnis, nullus peccati fo
mes: cui huiuſmodi antidotum adhiberet. ſed
hoc in opprobrium verſum eſt illi. dicebant Mat.11.c.
enim. ecce homo vorax & potator vini, publi
canorū & peccatorū amicus. Sequitur.

*Et poſui veſtimentum meum cilicium: et* 14.
*factus ſum illis in parabolam.*

Quaſi dixerit: non tenui veſtimento, deli-
cato & molli: ſed aſpero ac rudi, indutus in-
ceſsi. nam qui mollibus veſtiuntur: in domi- Mat.11.b.
bus regum ſunt. hoc igitur craſſum poſui ve-
ſtimentum: & nudus crucem aſcendi. vel per
cilicinum veſtimentum, myſtico ſenſu, accipe
carnem quā de Adam mortalem Chr̄s aſſum-
pſit, in ſimilitudinem hominum factus: habi-
tu inuentus vt homo. hāc ſeuientibus iudeis Phi.2.a.
oppoſuit: dum obiecit carnem (iuxta Pauli
ſenſum) in ſimilitudinē carnis peccati, & de Rom.8.a.
peccato damnauit peccatum, ideſt per effectū
deſtruxit cauſam. atqui noſtræ mortalitatis
cauſa peccatum extitit, dicente apoſtolo: per Rom.5.c.
vnum hominem peccatum in hunc mundum
intrauit, & per peccatum mors. eū igitur qui
non nouerat peccatum: pro nobis peccatum 2.Cor.5.d.
fecit, (mortalem ſcilicet) vt nos efficeremur
iuſtitia Dei in ipſo: dum in carne mortali mo
riēs Chr̄s: ipſum (quod cauſa fuit mortis) pec
catum, damnauit perinde atque deleuit. hæc
fecit, & factus eſt illis in parabolam. eadē fe-
rè fraſi de deriſoribus cōqueſtus eſt olim Iob
dicens: nunc in eorum canticum verſus ſum, Iob. 30.b
& factus ſum eis in prouerbium. ò gens ini-
mica, crudelis & ingrata, quæ beneficum in
parabolam, hoc eſt in irriſionem & maledicti
ſimilitudinem, adducit Chr̄m: maleficis illum
conferens aut ſiccarijs. adde aliam ingratitu
dinis notam dn̄e Ieſu. Sequitur.

*Aduerſum me loquebantur, qui ſedebāt*
*in porta: & in me pſallebant, qui bibe-*
*bant vinum.*

Idipſum in threnis deflet Hieremias dicēs: Thre.3.b
factus ſum in deriſum omni populo meo: can
ticum eorum tota die. nempe qui ſedebāt in
porta: aut ſeniores & iudices contentionis ci
uium dirimentes (vti mos antiquis erat) aut
deſides, ignaui & inertes, rumuſculis ſolùm
& curioſis ac vagis confabulationibus inten
dentes: intelligēdi ſunt. his enim ſimilibusq́;

iam

iam fabula erat Chrſ. nec aliud plateę & fori,
cæteraq; publica ciuitatis loca: q̃ Ieſum Naza
renum veneficum, ſeductorem, trãſgreſſorẽ
legis, & plebis ſubuerſſorem, aliaq; id genus
diffamatoria conuitia reſonabant, potores
etiam vini, qui aſsiduè (bibendi gratia) taber-
nas cauponarias terebant, quaq; diei hora mu
ſto madentes: inter fœcundos calices, rei hu-
ius cantilenam inuectiuam, (proh nefas?) in
Chriſtum dñi decantabant, ſeu potius euome
bant. ſed quid tu pientiſsime Ieſu? Sequitur.

*Ego verò orationem meam ad te dñe: tem
pus beneplaciti Deus.*

Illi ſedentes quaſi graues, detrahebant, alij
verò quaſi mimi & hiſtriones pſallebãt ebrij:
ego verò orationem meam ad te dñe dirige
bam. ſonet igiť vox tua in auribus nřis Ieſu
bone, ecce peccatores precamur, qui quoti-
die labimur, quotidie offendimus: vox enim
Luc. 23. e. tua dulcis. př (inquit) dimitte illis, non enim
ſciunt quid faciunt. eia vos qui Chřm diligi-
tis, auſcultate verba eximia charitate plena,
exemplum ſumite, ſequimini veſtigia eius, &
Rom. 12. c. pro vřis perſequutoribus orate: vincentes in
bono malum. ſed quæ orãdi ratio? profecto
ꝙ tempus ſit beneplaciti tui Deus. tẽpus (in-
quam) reconciliationis humanæ. cuius Eſaias
Eſa. 49. c. meminit dicens: in tempore placito exaudi-
ui te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui. quẽ
ſcripturæ locum adducens Paulus Corinthijs
2. Cor. 6. a. ait: ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc
dies ſalutis. tempus quidem gratiæ, miſeri-
cordiarum & miſerationum multarum fuit:
tempus paſsionis Chriſti, quum ſibi placuit
redimere genus humanũ. iure igiť & oppor
tunè nunc mediator Dei & hominum Chri-
ſtus Ieſus, pro ſui corporis reſurrectione &
nominis exaltatione atque eccleſiæ redẽptio
ne ac dilatatione orat. quia tempus diuini be
neplaciti eſt. ſic. n. ipſe filius vnà cũ pře & ſpũ
ſancto, vnus ab æterno decreuerat Deus. Seq.

*In multitudine miſericordiæ exaudi me:
in veritate ſalutis tuæ.*

Miſericordiam expoſcit & veritatem: quia
vtraque neceſſaria, hominis redemptioni. ve-
Ephe. 2. d. nerat quippe Chrſ, his qui lõgè, & his qui
ꝓpe, ſalutẽ & pacẽ allaturus: gentibus ſcilicet
& iudeis, præputio & circuncıſioni, futurus
q; vtriſque miniſter. iudeis quidem ex ꝓmiſ-
ſione miſſus: gentibus aũt ex miſericordia da
Rom. 15. b. tus. dicente apoſtolo, dico enim Chřm Ieſũ
miniſtrum fuiſſe circuncisſionis propter veri
tatem Dei, ad confirmandas promiſsiones pa
trum: gentes aũt ſuper miſericordia honora-
re Deum. ideo in multitudine miſericordiæ
& in veritate promiſſę ſalutis exaudiri petit'

vt duos condat in ſemetipſo, in vno nouo ho
mine faciens pacem (ait Paulus) vt reconci- Ephe. 2. d.
liet ambos in vno corpore, Deo per crucẽ, in
terficiens inimicitias in ſemetipſo. miſericor
dia igitur & veritas, quæ & vniuerſæ viæ do pſ. 84. v. 11
mini, quæq; & obuiauerũt ſibi, copioſæ inter
fuerunt redemptioni. nam promiſsionis ſuæ
verbum adimplens Deus: & proprio ſatisfe-
cit honori, & perditũ hoĩem ex mĩæ largita-
te redemit. Sequitur.

*Eripe me de luto vt non infigar, libera* 18.
*me ab his qui oderunt me: & de profun-
dis aquarum.*

Ecce infixus in limo profundi, eripi poſtu
lat de viſcoſo luto ac fœculento, animoq; ꝑ-
uerſo & obſtinato principum iudeorum: ſui
ipſius ac membrorum totus Chriſtus cauſam
agens. nunc denuo quod ante petierat: gemi-
nata poſtulat petitione, quo magis erga nos
affectum oſtendat. eripe me (inquit) de luto,
vt non infigar. Sequitur.

*Non me demergat tempeſtas aquæ, neque
abſorbeat me profundũ: neque vrgeat ſu-* 19.
*per me puteus os ſuum.*

Nempe huiuſmodi oratione precatur Chri
ſtus, ꝙ & ſi carne interdum membra ſua in lu
to infigi contigat: ne eidem luto hæreant, &
ſpũ infigantur. nec ſic demergantur electi ꝑ
ſequutionum tempeſtate, vt illi cedant. neq;
abſorbeat eos profundum malorum, vt pro-
priam ſalutem contemnant: aut barathrum in
fidelitatis incidant. nec denique obſtinatio-
nis, & finalis impœnitẽtiæ puteus: os ſuũ ob
ſtruat ſuper eos. tu qui hæc legis, non obſtru
as tuum, ſed per confeſsionem aperi: & de
puteo profundæ iniquitatis exibis. Sequiť.

*Exaudi me domine, quoniam benigna eſt* 20.
*miſericordia tua ſecundùm multitudinẽ
miſerationum tuarum reſpice in me.*

Dulcis eſt panis eſurienti, & ſitienti aqua,
lux cęco, atq; laſſo quies. nec ſec', dulcis eſt
& ſuauis miſericordia: in miſerijs exiſtenti.
diſtuliſti dñe miſero homini, plenꝰ huius (de
qua ſermo) miſericordiæ tuæ benignitatem
atque miſerationum multitudinẽ: quo illius
deguſtantis palato, ſuauior appareret. qui ti-
metis dñm ſperate in illum (ait ſapiens) & in Eccl. 2. b.
oblectationem veniet vobis miſericordia. et
iterum: ſpecioſa miſericordia Dei, in tempo Eccl. 35. d.
re tribulationis, quaſi nubes pluuiæ in tempo
ra ſiccitatis. et ſubinfert: miſerere noſtri De'
oium, & reſpice nos: oſtende nobis lucem mi Eccl. 36. a.
ſerationum tuarum. quod nunc etiam caput
noſtrũ orat, eccleſiæ ſuæ cauſã agens. exaudi
iam (ait) qm̃ diu deſiderata, & in miſerationũ
mag-



magnitudine opportunè veniẽs & ſucurrẽs:
benigna eſt & ſuauis miſericordia tua, tuusq;
delectabilis aſpectus. tu ergo, exurgens dñe
pſ. 101. v. 14 miſereberis Sion: quia tempus miſerẽdi eius,
quia venit tempus. tuum enim reſpicere, mi-
ſereri eſt. Sequitur.

21. *Et ne auertas faciem tuam à puero tuo:
quoniã tribulor, velociter exaudi me.*

Propter capitis & membrorum colligãtiã:
nunc propriam in carne, nunc verò perſonam
induit electorum. prõ ſe quidem orat, ne diui
nitas corpus deſertat in ſepulchro, nec ad in-
feros animam deſcendentem: ſed quantotius
totus rediuiuus ſurgat inter mortuos liber.
nec iniuria ſeſe puerum nominat à puritate:
quem Deus & prophetæ non ſemel puerum
vocauerunt. non etiam auertas (ait) faciem
mĩæ tuæ ab eccleſia tua naſcente: quæ adhuc
Cant. 8. c. paruula eſt & vbera non habet. ipſam intuere
vultu ſereno, ipſam foue atque cuſtodi, vigi-
lans ſuper eam. in adiutorium illius intende,
atque vt illi conſulas, celeri ſubuentione feſti
na. Sequitur.

*Intende animæ meæ, & libera eam: prop*
22. *ter inimicos meos, eripe me.*

Intende animæ meæ eunti ad inferos, & re
deunti. et propter inimicos meos (vt confun
dantur, & confuſi conuertantur) eripe me to
tum, educ de ſepulchro reſurgentem. intende
inſuper animæ meæ hoc eſt eccleſiæ, quam
veluti propriam animam diligo, & libera eã:
interius conſolando. et ꝓpter inimicos, aper
te etiam proſpice illi, ne videntes ipſam tri-
bulari nec ſubueniri: de victoria glorientur,
& in malitia ſua permaneant obdurati. Seq.

*Tu ſcis im properium meum, & confuſio*
23 *nem meam: & reuerentiam meam.*

In properium eſt, obiecta ab alio cum re-
prehenſione dehoneſtatio. confuſio aũt eſt,
cõſciẽtiæ remorſus: de alicuius mali ꝑpetra-
tione. reuerentia verò eſt, quædam cum dig-
nitate illatæ ignominiæ erubeſcentia. ait igi-
tur Chrſ: optimè ſcis pater, quod pertuli op-
probria: cũ nihil improperio, confuſsione aut
verecundia dignum fecerim vnquam. ſed nõ
deſunt qui mihi improperent, meiſq; fideli-
bus: vt confundantur & erubeſcant, tu illis fa
ue, vt forti & inuicto animo ipſaq; perfricata
(vt aiunt) fronte: ſuſtineant improperia ꝓp
ter me. non confundantur aut erubeſcat, quin
Acto. 5. potius glorientur & gaudeant: ꝙ digni habi
ti ſint pro nomine meo cõtumelij pati. Seq.

24 *In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulãt
me: improperium expectauit cor meum,
& miſeriam.*

Non te latet pater, qui, quot & quales ſint
qui me perſecuntur, & quo animo qua vè cau
ſa id faciant, non ignoras. quippe qui omniſ-
cius es, in cuius cõſpectu nulla creatura eſt in
uiſibilis: quinimo oculis tuis oĩa nuda ſunt
& aperta, & ſub tua ſunt poteſtate. non tibi o Heb. 4. c.
pus eſt, hominum atteſtatione: vt rei verita-
tem inquiras. noſti etiam obedientiam & pa
tientiam meam, & q̃ libenti animo feram im
properia, pro tui nominis gloria, afflictiones
cæteraq; illata tormenta. non quidem inopi-
nata aut quæ mihi fortuita euenerint ſorte:
ſed quæ longè ante præuidi, prædixi futura,
& promptiſsimo corde ac ſpiritu (licet infir
ma carne) expectaui & acceptaui. nempe ſpõ
te me ipſum tibi offero in holocauſtum pin-
gue & ſacrificium veſpertinum: ꝓ totius mũ
di ſalute. accipe igitur pater meum affectum
pariter & effectum: & tribulantibus me, retri
bue his malum pœnæ. vterque enim iuſtitiæ a
ctus eſt. Sequitur.

*Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur, &* 25.
*nõ fuit: et qui conſolaretur, et non inueni.*

Accerbitatem paſsionis ſuę, vel ex hoc exa
gerat Chrſ: ꝙ illi cõpateretur nemo, vel adeò
pauci, & ipſi quorum dolor & triſtitia, dolo
rem eius augebat: cuiuſmodi erant benedicta
mater, diſcipuliq; dilecti. de tortoribus igiť
& perſequentibus ait, ſe ſimul contriſtatum,
& conſolatorem inueniſſe neminem: tãta erat
eorũ rabies. ò viſcera viperina, ferrea, adaman
tina prorſus & inhumana, quæ tenereſcere ac
flecti neſciunt ad pietatem? porro genus ho-
minum, quod iure natura horret. Sequitur.

*Dederunt in eſcam meam fel: & in ſiti* 26.
*mea potauerunt me aceto.*

Audi ſolatium. mos iudeis fuit, ex ſeniorũ
ac ſapientium traditione: vt morte damnatis,
cyphus vino forti plenus daretur in potum:
quo exhauſto, min' ſupplicia ſentiret. quod
vtique ſpeciem quãdam pietatis præferebat.
innitebantur enim huic Salomonis dicto: da- Pro. 3. a.
te ſiceram mœrẽtibus, & vinum his qui ama
ro ſunt animo: bibant, & obluiſcantur egeſta
tis ſuæ, & doloris non recordentur amplius.
iudei aũt crudeliſsimi vinum biberunt, quod
Chriſto & latronibus allatum erat: & in Chři
potum vinum felle mixtum, mirrhamq; para Mat. 27. d
uerunt & dederunt primo deridentes. quod Mar. 15. d
cum guſtaſſet, noluit bibere. deinde dño iam
crucifixo & vt conſummaretur ſcriptura, ipſi
dicenti: ſitio, ſpongiam plenam aceto hyſſo- Ioh. 19. d.
po circumponentes, obtulerunt ori eius, vt
ait euangeliſta Ioannes. huius igitur rei con-
queſtus meminit dicens: dederunt in eſcam
meã fel: & in ſiti mea potauerunt me aceto.
nec.

nec moueat animum, ꝙ eſcam dixerit. erat
forte potus illæ ex admixtione fellis & mir-
rhæ, adeo ſpiſſus, dẽſus, & craſſus: vt eſca me
ritò poſſet appellari. vel ſi is tibi non arridet
ſenſus: aliũ accipe myſticũ. parauerat Deus
olim populo ſuo menſam in deſerto: & mana
illud ſuauiſsimum præbuit in figura. cuius rei
in epiſtola quæ ad Corinthios inſcribitur pri
1.Cor.10.a. ma, apoſtolus meminit dicens: nolo vos igno
rare fratres. quoniam patres noſtri omnes
ſub nube fuerunt et omnes mare tranſierunt,
& omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube &
in mari, & omnes eãdem ſpiritualem eſcã mã
ducauerunt, & omnes eundem potum ſpirita
lem biberunt &c. Venit etiam Chr̄s ſapientia
Pro.9.a. patris, qui vt ipſam adimpleret figuram: ædi-
ficauit ſibi domum, excidit columnas ſeptẽ,
immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum, &
Pſ.22.ve.6. poſuit menſam, eãq; parauit in conſpectu om
nium populorum, aduerſus omnes qui tribu
lant eos. corpus ſuum tãdem dedit in eſcam:
& proprium ſanguinem effudit in potũ. quo
edulio non dulcius, nec poculo ſuauius vllũ.
In quo Chr̄s ſumitur, recolitur memoria paſ
ſionis eius, mens impletur gratia, & futuræ
gloriæ nobis pignus datur. in quo etiam exi-
mia erga nos Chr̄i charitas, fidei & charitatis
vnio, ac rei veritas cõmendatur. quoniã vnus
panis & vnum corpus multi ſumus: oẽs qui
de vno pane & de vno calice participam⁹. ait
1.Cor.10.a. Paulus. pro hac igitur eſca dulci ac ſuaui: im-
pij iudei perinde atq; ingrati, fel infidelitatis,
& mortem omni felle amariorem eidem re-
pendentes parauerunt, et illorum ſalutem ſi-
tientem: aceto deprauatæ & obſtinatæ volũ
tatis, inteſtinoq; odio ſupra modum acido,
potauerunt. hæc profectò iniqua repenſio
Eſa.54.a. eſt, & ingrata vinea digna, quæ apud Eſaiam,
expectata vt faceret vuas, fecit labruſcas. et
Hier.2.c. apud Hieremiam, conuerſa eſt ei in prauum.
ecce ait, dederunt in eſcam meam fel: amarũ
pro dulci, & mortiferum pro largiente vitã.
& quaſi vlla ſit cũ ſaccaro conuentio felli: de
derunt in eſcam meam (ideſt, ſuper mei cor-
Deut.32.e poris eſcam) fel drachonum, & venenum aſpi
dum inſanabile. atqui non benè conueniunt,
nec in vna ſede morantur, mel & aloes, vita
& mors, euchariſtia & lethale peccatũ. Seq.

*Fiat menſa eorum corã ipſis in laqueum:*
27. *& in retributiones & in ſcandalum.*

Huius loci meminit apoſtolus ad Roma-
Rom.11. nos ſcribens, vbi hæ imprecationes videntur
eſſe & quæ ſequunt̃. ſed abſit à charitate Chri
ſti & ſanctorum eius, tantum facinus. certè
qui ꝓ perſecutoribus orauit in cruce dicens:
pater ignoſce illis &c. nõ mala illis optat: ſed
futuræ vindictæ præſcius, iuſtè ſententiam ꝓ
fert. fiet (inquit) menſa eorum coram ipſis in
laqueum. nempe ea quæ iudeorum menſæ ap
poſita fuerunt (ſi legis corticem, non nucleũ
attendas) temporalia fuerunt, vt eſt illud Eſa
Eſa.1.c. iæ, ſi volueritis & audieritis me: bona terræ
comedetis. penthateucum lege, leuiticum ma
ximè & deuteronomium: & ita inuenies hæc
tamen rerum temporalium abundantia, facta
eſt illis in laqueum, quo detenti, non eſuriũt
altiora, neque ſitiunt æterna. & in retributio
nem: quippe qui iam acceperũt mercedẽ ſuã.
et in ſcandalum: in quod impingentes, labun
tur vſque ad profundum inferni. fuit aũt epu
larum huius menſæ, id eſt promiſsionum om
nium ea potiſsima: quæ illis de rege meſſia fa
cta eſt. quæ, & alia in lege promiſſa: ipſis abu
Abutentibus, in laqueum prouenerunt. quando
quidem ſic temporalibus mordicus adhæſe-
runt: ꝙ defraudantur æternis. & Chriſtũ quẽ
venientem in carne benignum ſuſcipere no-
luerunt, ſed adhuc venturũ expectant: ipſum
ſecundo venientem, experientur iudicem ira
tum atque ſeuerum. fiet igitur menſa eorum
coram ipſis in laqueum. & quæ illis huius ſe-
culi dulcia videntur bona: in æternam fellis
ac fletus amaritudinem cõuertentur. et ſicut
ſcriptum eſt: riſus dolore miſcebitur, atq; ex-
Pro.14.b. trema gaudij: luctus occupabit. hic laqueus,
hæc illis retributio, hoc ſcandalum offendicu
lumq;. fuit etiam eorũ menſa lautiſsima perin
de ac latiſsima, ſcriptura veteris inſtrumenti
hoc eſt legis, pſalmorum, & ꝓphetarum. vbi
plurimorum ſenſuum fercula ſunt quæ intel-
lectũ cibant, ipſaq; varietate faſtidiũ tollunt,
& ad inquirendum rationalem irritant appe-
titum. nõ enim in ſolo pane viuit homo: ſed
Deut.8.a. in omni verbo quod egreditur de ore dñi. at
Mat.4.a. verò iudei, dum ad menſam huiuſmodi accũ-
bentes, occidenti literæ duntaxat inhærent,
& nihil ſpiritus viuificantis, vel ſummis (vt a
iunt) labijs deguſtare volũt: fit ſæpius, ꝙ mẽ
Pſ.19.ve.5. ſa eorum ſit ipſis laqueus, quo irretiti, cadũt
Io.11.f. in errorem ac reprobum ſenſum: ſitq; ꝓpriæ
damnationis retributio iuſta, & ipſorum met
ſcandalum atque aliorum: dum hinc ſibi ipſis
ſumunt, & aliis præbent occaſionem ruinæ.
Quòd ſi per menſam eorum intelligas ꝓpriã
iudeorum malitiam, quam ſemper ob oculos
habentes, hoc quaſi veneno ita reficiebãtur ꝙ
ex certa malitia peccabant: non id ſentiẽs ab
errabis à recto. nam hac vti laqueo irretiti,
Chr̄m occiderunt. atqui ipſi obligati ſunt &
ceciderunt: nos aũt ſurreximus & erecti ſu-
mus. an non laqueus propria malitia fuit illis
dicentibus, quid facimus? quia hic homo mul
ta



ta ſigna facit. ſi dimittimus eũ ſic: omnes cre-
dent in eum. & venient Romani: & tollent
noſtrum locum & gentem. quem laqueum
(iuſto Dei iudicio) retributiones multę (quas
in dies experiuntur) ſecutæ ſunt, & ſcandalũ
1.Cor.1.d. de quo apoſtolus meminit. et impingentes:
Eſa.59.b. de peccato in peccatũ ruũt: ita vt illud Eſaię
merito dicere poſint: impegimus meridie
quaſi in tenebris: in caliginoſis, quaſi mortui.
lege huius prophetæ, 59. caput. Sequitur.

*Obſcurẽtur oculi eorum ne videant: et dor*
28. *ſum eorum ſemper incurua.*

Quaſi ebrij ſint, obſcurantur adeò oculi
eorum: vt videntes non videant, & intelligen
tes non intelligant. muſcipulam vident quæ
coram ipſis eſt: nec tamen cauent. quippequi
1.Tim.6.b. dum iuxta apoſtolum cupiunt diuites fieri:
incidunt in tentationem & laqueum diaboli
& deſideria multa & inutilia & nociua, quæ
mergunt homines in interitũ & perditionẽ.
radix enim (inquit) omnium malorum eſt cu
piditas, quam quidam appetentes errauerunt
à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. vi-
dent inſuper ſcripturã & apertiſsima de Chri
ſto Ieſu teſtimonia, ꝙ ſit ipſe rex Meſsias in
lege promiſſus: ſed occæcantur, ne hæc vidẽ
tes, videant vt credant ꝙ iam venerit expe-
ctatus cunctis gentibus. atqui quotidię legũt
famatiſsimum illud à Iacob patriarcha præ-
Gen.49.d. nuntiatum: non auferetur ſceptrum de iuda,
& dux de fœmore eius, donec veniat qui mit
tendus eſt, & ipſe erit expectatio gentiũ. nec
tamen conſiderant, ꝙ à Chriſto Ieſu nato: de
tribu iuda ex ſemine Dauid ſecundùm carnẽ,
ablatum ſit ſceptrum, & ius illud regium, di-
uinaq; ſit iam abdicata poteſtas producendi
Meſsiam regem regum, ex illa tribu naſcitu-
rum, eò ꝙ iam venerit ab ea in carne ꝓgreſ-
ſus. nec eſt amplius ꝙ ſic promiſſus, (ac ſi nõ
dum venerit) expectetur prout ipſi mendaci
ter perinde ac infœliciter in dies, (heu fru-
ſtra?) expectant, quaſi fame pereũtes: & ecce
menſa eorũ præ oculis eſt, ſed in laquũ, ſed in
retributiones, ſed in ſcãdalũ ipſis, quĩ hęc nõ
cõſiderãt occæcati. hinc eſt ꝙ obtenebratis,
oculis errant per deuia quæque, ſuis cęremo
nijs & figuris onuſti, nec requiẽ inueniũt vl
lam. quin incuruato dorſo, mamonæ ſeruiẽ
tes incedunt ſemper terram atq; terrena reſ-
piciẽtes & anhelantes: cæleſte verò nihil. ſunt
etiam qui non dorſum, ſed lumbos legant vt
per lumbos, progeniem eorum ac poſteritatẽ
ad malum ſemper propenſam intelligant. et
oculi eorum qui & principes, ſcribæ, & pha-
riſei, ita obſcurati ſunt: ꝙ impudenter adhuc
alligant onera grauia & importabilia, & im-
ponunt in humeros hominum: digito aũt ſuo
nolunt ea mouere, vt Chr̄s ait. gaudeant ergo Mat.23.a.
miſeri cæcucientes, & freneſi ſua laborantes.
Sequitur.

*Efunde ſuper eos iram tuam: et furor iræ*
*tuæ comprehendat eos.* 29.

Grauiſsimum fuit peccatum, quod in occi
ſione innocentiſsimi dñi Ieſu commiſerunt
iudei. hoc apertiſsimè docente multiplici
ſubſecuta pœna, interiore & exteriore, cor-
porali & ſpirituali, temporali & æterna. pu-
niuntur quidem in victu, & viſu ſeu intelle-
ctu pariter & affectu, atque in propriæ liber
tatis domicilij, & patriæ amiſsione, & in cor
dis obduratione, ac finali denique de libro vi
uentium deletione, nempe de victu, ſenten-
tiam protuleras pacientiſsime Ieſu dicens: fi
at menſa eorum coram ipſis in laqueum. dixe
rant enim apud ſe viri tabernaculi tui: quis Iob.31.d.
det de carnibus eius vt ſaturemur? tu illis in
menſa altaris carnem propriam ſub ſpecie pa
nis tribuiſti, ad ſpiritalem animæ refectionẽ.
at verò ipſis indignè ſumentibus: menſa in la
queum conuerſa eſt. qui enim manducat &
bibit indigne (ait apoſtolus) iudiciũ ſibi man 1.cor.11.g.
ducat & bibit hoc eſt condẽnationem, non di
iudicans corpus dñi. iuxta illud apud Ioan-
nem, procedent qui mala egerunt: in reſurre Ioan.5.e.
ctionẽ iudicij. de interiore viſu & intellectus
hebetudine dixeras: obſcurẽtur oculi eorum
ne videãt. at de affectus tortuoſa deprauatio
ne: dorſum eorum ſemper incurua. nũc verò
de temporali (in quã ducti ſunt) captiuitate
ſubiungis: effunde ſuper eos iram tuã, de æter
na aũt qua apud inferos detenti pœna torque
buntur, ſubdis: & furor iræ tuæ comprehen-
dat eos. non ꝙ iræ vel furoris conſimilium-
q; paſsionum, quæ animos diſturbare ſolent,
vel mica Deo infuerit vnquã, qui ſemper cũ
tranquillitate iudicat & diſponit omnia: ſed Sap.12.d.
ꝙ effectu videatur iratus ac furibundus. ira-
tus quidem: dum peculium ſuum ab alieni-
genis deuorari, & filios in ſeruitutem redigi
permiſit Deus, quæ iræ effuſio eſt: vt ad ve-
rum dñm & patrem ſuum conuertantur. ſed
tunc furibundus apparebit: quũ finalis impœ
nitentiæ atque æternæ damnationis compe-
dibus comprehendentur iniqui, nec vllus re-
trocedendi aut miſerendi locus erit. Sequit̃.

*Fiat habitatio eorum deſerta: et in taber* 30.
*naculis eorum non ſit qui inhabitet.*

E proprijs ſedibus iudei tranſmigrãtes, do
micilium perdiderunt: quia venit Chriſtus in
propria, & ſui eum non receperunt, quinimò Ioan.1.
eiectum illum extra vineam occiderunt. nam
prope ciuitatem erat locus: vbi crucifixus Luc.20.c.
eſt Ieſus. iuſto igitur Dei iudicio, propriam Ioan.19.c.
ha-

Ephe.3.c. vhabitationem ammiſerunt:atq; eorum corda in quibus per viuam fidem habitare poterat Chriſtus,deſolata facta ſunt,& euſq; deſerta: q̧ in eis nõ ſit qui habitet,niſi drachones,& ſtructiones,atque terrima turba ſathanæ.ſed quæ horũ cauſa? Sequitur.

31. *Quoniã quem percuſiſti perſequuti ſunt: & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.*

Eſa.53.c. Tu quidem pater pientiſsimè,me filiũ tuũ vnigenitum(iuxta Eſaiæ vaticinium)propter ſcelus populi tui:pcuſsiſti:,nõ perſecutus es. huiuſmodi enim percuſsio: diſciplina pacis humanæ fuit ſuper me.at contra ipſi peruerſo & inimico animo,odioq; crudeli,percuſſerũt me ſimul & perſequuti ſunt,doloremq; alterum ſuper alterum addiderũt.nam ſuper vulnerati corporis dolorem addiderunt alterum triſtantis animi de perſequentium incredulitate cruciatum.addiderunt etiam ad perſequutionem capitis perſecutionem membrorum,quibus iſdem compatitur Chriſtus: atq; addiderunt(nos indies propter Chriſtum perſequentes)ſuper pœnalitates ac dolores quos per peccatum contraximus:dolores alios violentos,quos omnes ſibi Chriſtus putat inflictos dicens:ſuper dolorem vulnerum meorũ addiderunt.Sequitur.

32. *Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum.et non intrent in iuſtitiã tuã.*

Si per iniquitatem intelligas pœnam iniquis debitam.vt eſt illud Eſaiæ:dñs poſuit in (Eſa.53.b.) ipſo iniquitates omnium noſtrum:profectò Dei effectus eſt peccato iniquorum pœnam apponere reſpondentem.iuxta illud deuteronomij:pro menſura peccati erit & plagarum (Deut.25.a) modus.ſi aũt iniquitatis nomine culpam & atrocem noxam accipias:tunc iniquitatẽ ſuper iniquitatem apponere:Dei permiſsio nõ imiſsio,aut ad malũ culpæ incitatio eſt.quid ergo eſt dictu appone iniquitatem &c.niſi q̧ tu iuſtus iudex,eos ab altero in alterum dillabi peccatum permittes:mercedem quã oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes.vt ſicut ſcriptum eſt:qui nocet,noceat adhuc: & qui in ſordibus eſt,ſordeſcat adhuc. & quaſi (Rom.1.d. Apo.22.c.) ædificantes ad gehẽnam:ſemper dum peccãt, ad aliud peccatum connexionem relinquũt, quo & grauentur ſcelera.& numero multiplicentur:eorum ſic exigentibus meritis:qui ſuper dolorem vulnerum addiderunt. appones igitur(ait)id eſt imputabis adnumerabis q̧ iniquitatem hanc,imò iniquitatum omniũ cumulum,quo me filium tuum morti tradiderunt:ſuper iniquitatem, qua ſeruos quos ante miſeras occiderunt.vnde iuxta Oſeæ (Oſeæ.4.a.) proloquium:ſanguis ſanguinem tetigit.ideſt peccatis peccatum cũculmo additum eſt.quamobrem,æquum eſt non intrent in iuſtitiam tuam,vt iuſtorum numero computentur ſerui nequam:non intraturi poſtea in gaudium dñi ſui, et merito non intrẽt in iuſtitiam; nec portæ iuſtitiæ aperiantur illis: qui ſpreuerunt iuſtum,& vitæ oſtium ſibi ipſis propria obſtinatione clauſerunt.Sequitur. (Pſal.117.v.19)

33. *Deleantur de libro viuentium: & cum iuſtis non ſcribantur.*

Duplex ſolet aſsignari liber vitæ,in quo deſcriptus eſt homo.alter ſecundùm prædeſtinationem æternam,& hic indelebilis eſt, quinimò ſanctus vocabitur omnis qui ſcriptus eſt in vita in Ieruſalẽ,eritq; perpetuo ſanctus.alter verò ſecundùm præſentem iuſtitiã: (Eſa.4.b.) à quo ſcriptus interdum deleri contingit,ſi à ſtatu gratiæ in lethale peccatum cadat, & de filio regni,fiat filius perditionis.delentur igitur de hoc libro,qui prolabuntur in culpam, nec vlterius cum iuſtis ſcribentur:ſi in ea permanſerint,& finali impœnitentia decedant. vel ſi mauis hoc per tropum accipe, alludens ad illud quod in domibus regũ aut magnatũ fieri ſolet.vbi in rationũ libro,domeſtici deſcribuntur,& hi qui regi & regno inſeruiunt vel inſeruierunt, quibuſq; regalia ſtipendia dantur,& remuneratoria merces ac præmia tribuuntur.qui ſi naturæ conceſſerint,aut maieſtatis fuerint rei:delentur de libro,& deinceps cum alijs de principe ac republica bene merentibus nõ ſcribuntur.nec ſecus iudei quaſi domeſtici olim deſcripti erant:quibus lex, et prophetæ,templum,ſacerdotium,ſacrificia,præcepta,& cæremoniæ,cæteraq; id genus dabantur ſtipendia.at poſtq̃ infidelitate mortui ſunt,& proditores effecti, maieſtatẽ ipſam(vt diximus)offenderũt:de libro regio deleti ſunt. non enim iam peculiaris populus eſt,ac Deo gratus,cui præmia largiatur Deus:quin potius ablatum eſt ab illis regnum Dei:& datum genti facienti fructus eius. et (Mat.21.d.) cum vocatis atque electis gentibus non ſcribentur:quia nõ qui filij carnis,hi filij Dei(ait apoſtolus)ſed qui filij ſunt promiſsionis eſtimantur in ſemine.Sequitur. (Rom.9.b.)

*Ego ſum pauper & dolens : ſalus tua Deus ſuſcepit me,* 34

Si ad carnis infirmitatem & paſsionis acerbitatem reſpicias pater: ego ſum pauper & dolẽs.pauper(inquã)ſpiritu,quia mitis & humilis corde,& huius etiã ſeculi ſubſtantia pauper.nam vulpes foueas habent, & volucres (Mat.8.c) cæli



cæli nidos:filius aũt hominis non habet vbi reclinet caput ſuum.dolens quidem:qui omnium langores tuli,& dolores ipſe portaui. ſed ſalus tua,verbum tuum ſcilicet tibi coæternum,quod de ventre matris per carnis aſſumptionem ſuſcepit me: ſuſcipiet etiam rediuiuum,de ſepulchro cum gloria reſurgentem.Sequitur.

35. *Laudabo nomen Dei cum cantico:et magnificabo eum in laude.*

Quòd ſuſcitaueris filium ac per hoc electis ſpem erexeris reſurgendi:in gloriam tuã cedit pater ſanctiſsime, ideo nomini tuo in humanitate aſſumpta iamq; immortali,laudẽ tribuam.nõ quidem voce tenui & ſuppreſſa: ſed cum cantico ac mentis iubilo. illudq; magnificabo,tibi ſoli magnificentiam aſcribens mirabilium operum quæ feciſti Sequitur.

36. *Et placebit Deo ſuper vitulum nouellũ: cornua producentem & vngulas.*

Non erit ingrata laus,ſed omni ſuauitate plena,quæ aures benignitatis tuę demulceat, tibiq; ſit placita magis q̃ vitulus nouellus ſaginatus tenerrimus & optimus,aut quoduis (Gen.18.a.) aliud antiquæ legis ſacrificium,quod tibi cõſueuit offerri.quippe q̧ hoc vnum ſacrificiũ laudis, vincat omnia. ideoq; tibi placitum: quod ex cordis affectu pcedat.quòdq; nõ figura:ſed figurato rationali & vero delecteris ſacrificio.et me vitulum tuum agnoſcas, contra diabolum in cruce cornua producentem & vngulas,Sequitur.

37. *Videant pauperes & lætentur : quærite dñm, & viuet anima veſtra.*

Prothotypum videant egeni,videant Chriſtum humiles,Deum laudantem, & complacentem.videant,contemplentur, immitẽtur, & in paupere pauperes lætentur.nõ eſt q̧ doleant eò,q̧ vitulum non habeant:cum habeant Chriſtum.ſuppetit ſacrificij materia:ſi adſit ex corde laus nempe huic offerendo ſacrificio: quilibet diues eſt.lætentur igitur pauperes in Chriſto:q̧ in ipſo diuites facti ſint, quòdq; habeãt in pectore quo placeant Deo. videant etiam fide ipſum reſurgentem:& ſpe lætentur.eia vos pauperes , quos tanti fecit dñs:quærite dñm,& inuenietis viuẽtem in ſecula ſeculorum,viuetq; anima veſtra.nam vita veſtra(vt Paulus ait)abſcõdita eſt cũ Chriſto in Deo,hoc eſt in tuto poſita eſt.cum aũt (Colo.3.a.) Chriſtus apparuerit vita veſtra:tũc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.Sequitur,

38. *Quoniam exaudiuit pauperes dñs : & vinctos ſuos non deſpexit.*

Hoc diuinæ dignationis gloria fuit,in principum ac diuitum huius ſeculi cõfuſionem: q̧ tanta maieſtas pauperes nõ dedignata eſt, ſed de ſummo cælo exaudiuit Deus,clamantes ad ſe de finium mundi huius.ecce ſaluatorem miſit & ſalutem.atqui non deſpexit peccatores,ſub diaboli tyrãnide oppreſſos. non deſpexit patres,in limbo detentos: quin extraxit potius.nec deſpicit vnq̃ infixos quantumuis in limo profundi:& huic mortali atq; infirmæ carni alligatos,ſi tñ diſolui cupiãt & eſſe cum Chro.Sequitur.

39. *Laudent illum cæli & terra:mare et omnia reptilia in eis.*

Tripartita regio.cæli ſcilicet, & terra, & mare,omniaq; in eis contenta citãtur in Dei laudem.omnia quidem aut laudant vt intellectualis natura:aut materiam laudis,vti reliqua ſubminiſtrãt.ſed quæ laudis ratio ſit prior,q̧ Deus ſit.ſint aliæ,q̧ condita ſint ab eo, atq; de non eſſe ad eſſe progreſſa:q̧q; ordinãtur & conſeruantur,q̧ deniq; benè ſit homini cui famulantur.Sequitur.

40. *Quoniam Deus ſaluam faciet Sion : & ædificabuntur ciuitates iudæ.*

Quòd eccleſia ſancta Dei quæ adhuc militat in carne,Sion meritò vocetur nouimus: idq; ſibi conuenire,vel ex eius nominis interpretatione ( vt ſæpe diximus) apparet. Sion quippe ſpeculam ſonat.iure igitur Siõ appellatur:quæ ſe erigens ſupra ſe,& quaſi in altum conſcendens:ſponſum ſuum Chriſtũ per ſpeculum fidei & in enigmate contemplatur. ciuitas etiam nominatur: q̧ in ea ſit ciuium vnitas. quæ licet in plures orbis particulares diſpertiatur eccleſias:omnes tamen in vnam coeunt,vnáq; conſtituunt catholicam eccleſiam.cuius caput Chriſtus,qui & leo de tribu (Ephe 5.f.) iuda dictus eſt.vnde non abs re eccleſiæ omnes diffuſè per orbem ciuitates iudæ nuncupantur, q̧ ibi confeſsio ſit nominis Chri, Iudas enim confeſsionẽ interpretãtur. legimus etiam q̧ Chriſtus extructor & fundator earũ, ex progenie Dauid,de tribu iuda originem duxerit ſecundùm carnem, qui etiam alibi catulus leonis iuda,hac de cauſa cognominatus (Gen.49.c) eſt.duplicẽ igitur diuinæ laudis aſsignat cauſam dicens:quoniam Deus ſaluam faciet Siõ: & ædificabuntur ciuitates iudę.ſaluam enim faciet eccleſiam ſuam dñs in præſenti & futuro ſeculo à malo præſeruans, atque in bono confirmans:& dilatatione magna ædificabuntur in dies particulares eccleſiæ Chriſti,quæ vnam(vt diximus)ciuitatem efficiunt, cuius fundamenta in montibus ſanctis.Sequitur.

*Et inhabitabũt ibi:et hæreditate acquirẽt eam.* 41.

Grandis

Grãdis promiſsio.inhabitabũt(inquit) ibi, per fidem charitate formatam,dum militant: & poſt huius vitæ curſum adepto brauio:hæreditate,ideſt ſtabili permanẽtia & poſſeſsione perpetua acquirent eam.quod clarius ex=plicans,ita concludit pſalmum.

42. *Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam: & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.*

Immitatores patrũ,qui Deo in ſeruierunt: ij ſemen ſeruorum Dei ſunt.nõ enim fide aut opere degenerarunt,qui & crediderũt, & nomen dñi dilexerunt.poſsidebunt igitur eam, & perpetuo habitabunt in ea,Deum facie ad faciem videntes,ipſumq; amãtes,& plena pace ac ſecuritate gaudẽtes.præſtet hoc nobis munificentiſsimus ipſe Ieſus,qui cum patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat Deus,in ſeculorum ſecula Amen.

## EPILOGVS. PSALM. 68.

*SAluum me fac Deus,quoniam intrauerunt aquæ uſq; ad animam meam. Nam turbæ in modum aquarum concitatæ,uitam meam finire procurant.fixum etenim quaſi infixus limo,& non eſt uirtus humana qua emergere poßim.nec ſubſtantia cui innitar,niſi diuina.ueni in altitudinem maris,& amaræ morti oblatus ſum: quia ipſe uolui. excreuit autem tormentorum euſq; ualida tempeſtas:q uſq; ad mortem deduxit me.laboraui clamans,& in carne infirma auxilium petens,uociferatus ſum ad raucedinem uſq;.defecerunt oculi mei circumſpicientes: dum ſpero diuinam opem.at inimici multiplicati ſunt, & iniuſti perſequutores confortati.tandem quæ non rapui:tunc exoluebam.rapuit quidem homo:& ipſe innocens exolui debitum, ut diuinæ iuſtitiæ fiat ſatis. Deus tu ſcis,an inſipienter egerim,uel in aliquo deliquerim unquam.nõ ergo erubeſcant in me(de peccato arguentes)qui tibi fidentes,adhæſerunt mihi: neq; erubeſcant in me, dum crucifixum uiderint morientem.non etiam confundantur ſuper me,q cum iniquis aſpiciant deputatum:quoniam propter te ſubſtinui opprobrium,operuit confuſio faciem meam.nempe his omnibus facile medebuntur plagis:ſi me uiderint reſurgentem.ecce extraneus factus ſum fratribus meis diſcipulis,ipſisq; iudeis,filijs utiq; ſinagogæ matris meæ:uti peregrinus & alienigena uiſus ſum ac reputatus.quoniã zelus domus tuæ comedit me:& opprobria tibi illata,uelut propria æſtimaui.hinc illis odij fomes,non q mali quicquam egerim,quin operui potius in ieiunio animam meã,maledicta dißimulans, & ſalutem eſuriens eorumdem:quod utiq; mihi opprobrio datur.nec id ſolum poſui etiam ueſtimentũ meũ ciliciũ:& corpus meum quaſi cilicium ſagum,& in ſimilitudinem carnis peccati,illis dilaniandum obieci.& factus ſum illis in parabolam.nam aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta, iudices uel deſides & ignaui, & in me canciunculas diffamatorias cõponebant:tabernas cauponarias frequẽtantes,& ſemper uino madentes.ego uerò orationem meam ad te dñe dirigebam:q iam tempus beneplaciti tui aduenerit Deus quo humano generi proſpicere decreuiſti. quamobrem in multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me,& in ueritate ſalutis tuæ promiſſæ patribus olim:ut utriq; populo(iudeo atq; gentili)pariter ſuccurram.eripe me etiam de luto,ut non infigar.ecce iam infixus ſum in limo profundi,qui concitato populo iudeorum traditus ſum morte damnatus,conditusq; ſepulchro.ſit tamẽ infixus: q in limo.nõ dum.n.imperitũ illud uulgus,ad luteã principũ, fœculentã ac fœtidam deuenerat prauitatem.nam ſeducti:& à ſenioribus attracti plebei:me ipſum crucifigi petierunt. eripe me nunc igitur ab his maioribus adeo obſtinatis:ut exangui corpori iamq; ſepulto,adhuc tentarent indicere bellum. ab his libera:qui malitioſo profundo ac putrido corde.odioq; inteſtino me proſequuntur. exaudi me dñe quoniam benigna eſt mĩa tua,ne infixus in limo:infigar in luto.quin triumphans potius,(uel ipſis mẽtientibus & inuitis)rediuiuus exeam de ſepulchro.ſecundùm multitudinem miſerationum tuarũ reſpice in me & ne auertas diuinitatis faciem à puero tuo:ſed uelociter proſpice tribulato.intẽde animæ meæ & libera eam,ne de uictoria glorientur inimici.tu ſcis improperium meum, & improperij cauſam.ſcis obedientiam meam,& oẽs qui tribulant me noſti,atq; inflicta tormenta,quæ ipſemet etiã ante noui,quum mori decreui.acerbiſsima quidem:nam ſubſtinui qui ſimul contriſtaretur & nõ fuit, & qui conſolaretur,& non inueni.et dederunt in eſcam meam fel:& in ſiti mea potauerunt me aceto.uti à uino patri archarum degenerantes,ac per hoc ipſi acidi & cõſummata malitia corrupti.erat enim potus adeo ſpiſſus,perinde ac felle & mirrha commixtus:ut eſca iure poſſet appellari.fiet menſa eorum coram ipſis in laqueum,& in retributiones,& in ſcandalum:ut pœna uel in hoc ſimili & retributione plectantur.eritq; illa dulcis de rege Meßia,atq; tandiu expectata promiſsio:iudeis cæcis et ingratis,amarulenta potio,& propriæ perditionis occaſio atq; ruinæ.obſcurabuntur enim oculi eorum:ne uideant & cognoſcant uenientem in carne Meſsiam.incedentq; interioris hominis dorſo curuo,oculos ſuos declinantes in terram : nec cæleſtia cogitabunt. tu autem effundes ſuper eos iram tuam:& furor iræ tuæ comprehendet eos.nam fiet habitatio eorum deſerta,deſtructæ domus,& ciui-*

Eſa.53.c. *tas deſolata.quo niam quem tu percuſsiſti propter ſcelus populi tui,perſecuti ſunt ipſi,& ſuper dolorem uulnerum meorum,addiderunt obſtinationem:in incredulitate permanentes,tot uiſis ſignis & ſcripturis*



*ſcripturis apertißimis.appones inſuper iniquitatem ſuper iniquitatem eorum.eosq; ab uno in alterum peccatum cadere permittes:& ſicut culpa culpam,ita pœna pœnam conſequetur.poſtremoq;,tanquã leſæ maieſtatis rei:delebuntur de libro uiuentiũ,ſecundùm præſentem iuſtitiã,& cũ iuſtis non ſcribentur amplius.ſed quid ego,qui pauper & humilis,in carne infirma,dolores omnium ipſe portaui, & ſubij deniq; mortem:ſurrexi utiq; impaſsibilis & glorioſus.atqui Deus ſimul & homo,ſuppoſitũ unũ idq; diuinũ in duabus naturis,etenim ſalus tua ſuſcepit me.porro dormiui & ſoporatus ſum:& exurrexi*

Ps.3.v.5. *quia dñs ſuſcepit me.cuius rei gratia laudabo nomẽ Dei cũ cantico,magnificans illud:et placebit Deo laus de ore meo progreſſa,& quod in ara crucis obtuli ſacrificiũ:magis quàm uitulus ille legalis, qui præceſsit in figura.uideant hoc pauperes,qui per fidẽ mihi pauperi adhæſerũt, uosq; humiles quærite dñm ueſtrũ, iã uiuentẽ in ſecula ſeculorũ:& cum uiuente uiuet anima ueſtra.eſt quidẽ quo lætemini. quoniã exaudiuit pauperes dñs,& uinctos ſuos non deſpexit,imò extraxit à limbo, & ſecũ detulit in cælũ.laudent illum igitur cælum,& terra,mare,& omnia in eis contenta,quoniã Deus ſaluam fecit eccleſiã ſuã: & plures indies particulares ædificabuntur,quæ nomen Chriſti ſeruatoris cõfitebuntur.et habitabunt ibi militantes Chriſto fideles:& hæreditate perpetua acquirent eã regnãtes cũ eo,in ſuperna communione ſanctorũ.quorũ etiam ſucceſſores,& illorum fidei imitatores:cõſimili hæreditario iure ipſam poſſidebunt,et habitabũt in ea.tu interim dñe adiutoriũ præſta:et garriãt impij quãtũ uolũt.*

## PSALM. 69.

***DEus in adiutoriũ meũ intẽde: dñe adiuuandum me feſtina.***

Huius pſalmi titulus eſt: in finem pſal. Dauid in rememoratione,eò q ſaluũ fecit eũ dñs. hoĩs in tribulatione poſiti,& virtuti propriæ diffidentis eſt oratio.ecce in finẽ noſtrũ vnicumq; præſidiũ Chrm,nos dirigit hic pſalmus à Dauid rege & ppheta cõdit':quo & fragilitatẽ nrãm,& pſequentiũ rabiẽ,ante cõſpectum Dei pponamus,ipſum miſericordẽ ac potentiſsimũ adiutorẽ,toto mẽtis conatu puocemus: ne noſtri qui in agone certamus,ſeſe ſimulet obliuiſci, quin infirmitatis nræ recordet potius,& nobis colluctãtib' celeri ſubuẽtione ſuccurrat. huius igit orõnis verbũ,ſemp nro verſet in ore:quo & Dauid ipſe vſus eſt,nec illud dixiſſe pœnituit vnquã:ñ(vt quidã dixit)galeatũ ſero duelli pœnitet;& huiuſmodi orõ p galea eſt defenſaculoq; totius nræ ſalutis. dicat nũc Dauid nr,dicat manu fortis, rufus,& pulcher aſpectu Chrs:& p mẽbris ſuis oret vt caput,doceatq; nos ita ſemp orare.Deus potẽs & fortis:in adiutoriũ meũ intende.deſeris ad tẽpus,vt pbes:& vires meas agnoſcã. fingiſq; te lõgius ire,& quaſi me clamantẽ nõ audias: nec reſpõdes mihi verbũ,vt me amplius inflãmes.at periculũ eſt ĩ mora.q ſiq totius nõ ſuccurras:de me actũ eſt.quo circa intẽde in adiutoriũ meũ affectu & effectu:feſtina vt me

Ps.30.ve.2. adiuues,qui me feſtinare facis,vt à te auxiliũ petã.inclina ad me aurẽ tuã: acelera vt eruas me.ſit hoc principiũ exordiũq; orõnis tuæ ò homo:quod perſonã tuã induẽs,teq; orare docẽs:ſeruator tu' p os Dauid pponit Chrs,vnde & ſancta eius eccleſia quaſi in præambulum quotidianarum precũ illud ſumpſit. Sequit.

2. *Confundantur & reuereantur, qui quærant animam meam.*

EſT cõfuſio adducẽs peccatũ, & eſt confuſio adducens gloriã,ait ſapiens. primã perſequutoribus futurã ſcio:ſed illis opto ex charitate ſecundã. qñquidẽ quærunt illi vitã meã vt perdant,itu fac dñe cõuertant, vt conuerſi imitentur.atqui cõfundent,& (ſicut alibi prænuntiaui)operient cõfuſione & pudore, qui quærũt mala mihi.fœlici quidẽ cõfuſione, pficua et vtili cõfundent: vt cõfuſi cõuertãtur, & reuereantur ad te conuerſi,ne pereãt.Seq. Ecel.4.c. Ps.70.v.14.

3. *Auertantur retrorſum & erubeſcant: qui volunt mihi mala.*

Sũt maleuoli aperti:ſunt & occulti.illi verbo & opere maleuolentiã detegunt, & aperto marte pſequuntur quaſi leones:ij vero blãdi quẽtulo ſermone,vti ſerpẽtes ſibilãtes, tegũt diſſimulãtq; virus.illi mali: ſed hi periculoſiores ſunt,qui maiorẽ pernitiẽ adferunt.vtriſq; igit bonũ optat,dũ ait: auertãtur retrorſum, retrocedãt & reſipiſcãt ac de malis ppetratis erubeſcant,doleant,& conterantur.

4. *Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi euge euge.*

Auertant ab adulatione erubeſcẽtes,q mera cõfinxerint mendacia:quia væ illis qui dicũt malũ bonũ,& bonũ malũ, ponentes tenebras lucẽ & lucẽ tenebras,ponentes amarũ in dulce:& dulce in amarum. auertantur ab hac peſsima via,aĩas hoĩum dulci gladio ferientes interimẽteſq;,auertant et bonũ exprobrãtes, & malum approbantes, viciſsimque dicentes: vah vah,euge euge.Sequitur. Eſa.5.d.

5. *Exultent & lætẽtur in te omnes qui quærant te & dicant ſemper magnificetur dñs,qui diligunt ſalutare tuum.*

Qui ſunt ij(rogo)qui quærunt dñm in præmiũ profecto,qui in ſimplicitate cordis quærunt illũ.quoniam inuenitur ab his qui nõ tentant illum(ait ſapiens)apparet aũt eis qui fidem habent in illum.q ad adhuc qui ſint illi quæris:cum eodẽ propheta dic:innocẽs manibus Sap.1.a. Psal.2.v.14.

nibus & mũdo corde,qui nõ accepit in vano aĩam ſuam,nec iurauit in dolo proximo ſuo. & ſubinfert,hæc eſt generatio quærẽtiũ dñm: quærentium faciem Dei Iacob.exultent igĩ & lætentur,non in ſe ſed in te:oẽs qui piè viuentes quærunt te.tibi tribuant ꝙ ſint, ꝙ viuant,ꝙ cogitent,ꝙ quærant,ꝙ inueniãt,ꝙ te inuentum agnoſcant diligantq́;. exultent & lætentur in te de te:ꝙ quærẽtes te, per te inuenerint te.et dicãt qui diligũt ſalutare tuũ, hoc eſt Chr̃m tuum qui ſalutem attulit mundo:ſemp magnificet dñs,q̃ hoĩem magnificauit fact᷒ homo:& magnificet ſemp ſiue die ſiue nocte:ſiue in pſperis ſiue in aduerſis.Seq.

6. *Ego vero egen᷒ et paup ſũ:De᷒ adiuua me.*

Si non quæſiuiſſem te(dicat homo)nõ cognouiſſem me,tunc quidẽ cognoui me : quum inueni te.et experior cognoſcẽs me:ꝙ ego egenus ſum & pauper,ſine te.qui (vt apoſtolus tu᷒ ait) diues es in mĩa,in oẽs qui inuocãt te. [Rom.10.c] quãobrem tu miſericors& miſerator De᷒, adiutor in tribulationibus:adiuua me.

*Adiutor meus & liberator meus es tu: dñe ne moreris.*

Non differas opem ferre illi, qui non fidit ſibi:ſed ſoli tibi.et qui noſti clamãtis affectũ, noſtiq́; defectũ:tui præſta fauoris effectũ,qui viuis & regnas Deus in ſeculorũ ſecula Amẽ.

EPILOGVS PSALM. 69.

*DEus in adiutorium meum intende,auxilium ſpeciale tribue,quo & reſiſtere malo:& aggredi ac perficere bonum poſſim.confundantur aduerſi, & retrocedant conuerſi:qui uitæ meæ inſidiantur.reuertantur ad ſe:qui malo ſunt animo erga me.declinent à me & erubeſcant irriſores:qui me palpantes,molli uerbo ſatagunt iugulare.at contra exultent & lætentur in te,adiuti à te:qui te quærunt per fidem,& inuentum:in charitate non ficta diligunt te.& dicant,(tibi gloriam tribuẽtes)magnificet oĩ tẽpore dñs,quia tu rex magnus ſup oẽs Deos.cuius diuitiæ multæ:ego uero egenus & paup ſum.quãobrẽ Deus adiuua me:qui adiutor meus es in opportunitatib᷒ in tribulatione.ecce tribulor:ſuccurras ſtatim neceſſe eſt,dñe ne moreris, quia in te uno totius ſalutis autore, ſpẽ meam fixi.*

PSALM. 70.

*IN te domine ſperaui,non cõfundar in æternũ:in iuſtitia tua libera me,& eripe me.*

Huius titulus ( vt in latinis codicibus reperitur,)talis eſt. pſalmus Dauid filiorum Ionadab & priorum captiuorũ. filios Ionadab denominat iuſtos. qui ſemp Deo, & præceptis eius obedientes fuerũt:priores aũt captiuos vocat rebelles,q hac de cauſa ſub diaboli poteſtate detinebantur ante captiui,ſed iã Dei grã redẽpti ac per hoc iuſtificati,ad obedientiam Chr̃i adducti ſunt.Ionadab quippe,dño obediẽs interpretatur,eò ꝙ filij Ionadab prĩ ſuo adeò obediẽtes fuerint: vt vinũ bibere nõ uerint,ne iuſsioni prĩs cõtrairẽt,ſicut apud Hieremiã ſcriptũ inuenies. [Hier. 35. a.] vocat myſticè Ionadab:Chr̃s factus obediẽs prĩ vſq; ad mortẽ,mortẽ aũt crucis.et [Phil.2.a.] qui imitatores eius ſunt,ſicut filij chariſsimi meritò filij Ionadab dicunt. atqui à peccato reſilierũt:priores captiui nũcupant; & iã ſub Chr̃o liberi:qua libertate eos Chr̃s liberauit. [Gal 4.d] monet igĩ hic pſalmus iuſtos ad perſeuerantiã,in obediẽtes ac rebelles ad obedientiã: & captiuos peccatores ad Chr̃ianã libertatẽ.et hæc tituli ratio.ait ergo iuſtus & obediens, ad Chr̃i clientelã adductus:in te dñe ſperaui &c,maxima præcipua& potiſsima cauſa,quæ orõnem exaudibil᷒ facit,eſt orãtis cõfidẽtia. ſicut nõ parũ cõfert ęgrotanti ad ſalutẽ adipiſcendã: ꝙ medici peritiæ fidat,qua ppter cõfiſus ait,in te dñe ſperaui,qui ſapiẽs,potẽs & miſericors es:nõ in dijs alienis,nõ in principibus,in filijs hoĩum,in quibus nõ eſt ſalus, [pſ.145.ve.2 Eſa. 42.c.] hæc vtiq; expectãtis certitudo:nõ ab humana vel naturali,ſed diuina cauſa pcedit: & ideo nõ cõfundet.cõfundãtur cõfuſiõne qui confidũt in ſculptili:qui dicũt cõflatili;vos dij nr̃i, dicit Eſaias.& maledictus homo qui cõfidit in hoĩe,Hieremias inquit.benedictus aũt vir, [Hier. 17] qui cõfidit in dño:& erit dñs fiducia eius.nõ ergo cõfundar in æternũ,qui in te ſperaui.nẽpe id mihi ſemp habui pſuaſum: qui te iuſtũ & veracẽ agnoui,benignũ atq; piũ.age dũ piẽtiſsimè,in iuſtitia tua nõ mea:vel ſic mea,ꝙ à te pceſſerit q iuſtificas impiũ:libera me à culpa,& eripe me à debita pœna. aliquot huius pſalmi verſus(q. & pſal.30.cõtinent)iã ſuperi᷒ elucidati ſũt:ideo leuiter trãſcurrem᷒.Seq.

2. *Inclina ad me aurẽ tuã:& ſalua me.*

Iacet ęgrotus homo,quiaũ ẽ dei ad ſe inclinari petit.auris Dei,quę vt humilẽ exaudiat inclinat & cõdeſcẽdit:benignitas dei eſt,mĩa & clemẽtia,quæ tũc maxime inclinata eſt: quũ miſit De᷒ filiũ ſuũ factũ ex muliere,factũ ſub [Galat.4.a] lege,vt eos qui ſub lege erant redimeret : vt adoptionẽ filiorũ reciperem᷒. venit.n.ad nos Chr̃s,auris illa diuina benigniſsimaq́;,pquã exaudimur. venit ſaluator & ſalus,qui & inclinato capite emiſit ſpũm: & deus vltionũ dñs, [Ioan.19.e Pſ.93.v.1] Deus vltionũ tunc liberè egit.Sequitur.

3. *Eſto mihi in Deum protectorem,et in locum munitum:vt ſaluum me facias.*

Vnigenit᷒ Dei filius indutus humana carne datus eſt nobis in Deũ ptectorẽ & in locum munitũ:qui exaltatus in cruce, extenſis brachijs,quaſi expanſis alis crucifixus eſt:quo ſe humani generis oſtẽderet protectorẽ,& noſtræ ſalutis aſylum,ad quem locũ nõ accedet [Pſ.90.v.10] malum.nec flagellum appropinquabit.

Quoniam



4 *Quoniam firmamentum meum:& refugium meum es tu.*

Firmamentum dixi , quia inexpugnabilis arx,ad quam imbellis ipſe confugiã atq; inermis.et qui ante per peccatum à te fugeram: ad te verum vnicumq; refugiũ ſecurus reddibo,tametſi vndiq; mala premant,inſurgãt hoſtes,ingruãt tempeſtates: quoniam firmamẽtum meum,& refugiũ meũ es tu.Sequitur.

5. *Deus meus eripe me de manu peccatoris: & de manu cõtra legẽ agentis,et iniqui.*

Aduerſarij quidem inſtãt,& aduerſum me pugnant.tu qui fortis & potens es Deus, eripe me de manu & poteſtate peccatoris , hoc eſt mundi ſuperbientis,fallacis atq; in maligno poſiti:& de manu carnis cõcupiſcentis cõtra ſpũm,& contra legem mentis agentis,illiq́; repugnantis:& de manu iniqui diaboli decipientis.ſunt etiã alij peccatores,qui & falſi fratres:nam & ſi legem Dei acceperunt: in legẽ peccãt,ideoq́; plegẽ iudicabũtur.alij verò exleges ſũt,vt iniqui pagani:q ſine lege pibũt. [Galat.5.d. Rom.7.d. Rom.2.b.] et de horum omniũ manu, De᷒ me᷒ eripe me.

6. *Quoniã tu es patientia mea dñe:dñe ſpes mea,à iuuentute mea.*

Audi,quale ſit quod dixerat firmamentũ. tu es(inquit)patientia mea in aduerſis. et audi quale refugium : tu ſpes mea à iuuentute mea.hoc eſt,poſtquã(peccati antiqua & rugoſa vetuſtate reiecta) reiuueneſcere ac nouus homò per gratiam eſſe cœpi:tu & patiẽtiã præſtas,qua ferre poſsim aduerſa, & ſpẽ erigis adipiſcendi coronam , qua extendens me ipſum ad deſtinatũ:perſequor ad brabium [Phi.3.c.] ſupernæ vocationis Dei,in Chr̃o Ieſu.ſequor aũt:ſi quomodo(vt Paulus ait ) comprehendam,in quo & comprehenſus ſum à Chr̃o Ieſu. à te vtraq;,patientiæ & ſpei procedit virtus.quarum altera,pro ſcuto mihi eſt : altera verò,ſpũm,halitũ, & vires,ſubminiſtrat.Seq.

7. *In te confirmatus ſum ex vtero:de ventre matris meæ tu es protector meus.*

Hic in primis annotare libet,ꝙ nõnulli codices habent, tu es eductor meus. ecce alibi [Pſal.21.ve.9.] dixerat iſdem pſaltes:tu es qui extraxiſti me de ventre,ſpes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus ſum ex vtero:& nunc ait : in te confirmatus ſum ex vtero &c. ꝙ ſi verba hæc & illa,Chr̃o dño adaptare velis : non ineptè facies.quandoquidem ab inſtãti ſuæ cõceptionis fuit verè beatus,in gratia cõfirmatus,& impeccabilis, atq; de vtero matris mirabiliter eductus. ſi autem intellectu myſtico(iuxta propoſitum ſenſum)hæc tribuas renato homini ex aqua & ſpiritu ſancto: certè non incongruè ait:dñe qui ſpes mea es à iuuẽtute mea:in te confirmatus ſum ex vtero. ex tunc enim primum votis omnibus, in te totã ſpem fixi:quum in vtero eccleſiæ matris meę cõceptus,& quaſi de illius vtero progreſſus, in virium coaleſcere cœpi.quia ex tunc apertiore experimento didici,perinde atq; fideli: ꝙ protector meus ſis.ſentio tandem quan dã in bono firmitudinem ac perſeuerãtiam: quã etiam ex vtero illo ampliſsimo fœcũdiſsimoq; prædeſtinationis tuæ ( in quo ante ſecula conceptus ſum)non leui coniectura ſuſpicor prouenire.Sequiturr

8. *In te cantatio mea ſemper, tãquam prodigiũ factus ſum multis et tu adiutor fortis.*

Siquando pſalmum cantici, ſiue canticum pſalmi cõpoſui,aut quiuis cantiunculã in cithara cecini vel pſalterio:in te illã direxi.ſemper. in te cantatio mea , nec alium q̃ te vnum vox mea ſonat Deus.ſit quærula vox , ſitue lætabunda:aut tibi meã exponit miſeriã , aut tuã implorat mĩam.tibi deniq; vel canit laudes:vel pro acceptis beneficijs grãs agit.quid plura?ſum adeò in te ipſe totus effuſus:vt tanq̃ prodigiũ factus ſim multis,qui me ſtupidũ arbitrant:eò ꝙ oĩa flocipendã arbitratus ſtercora vt te ſolũm lucri faciã.mirãtur et ꝙ tot [Phi.3.b.] euaſerim pericula, vicerimq́; portenta : ac ſi meæ virtuti id aſcribendũ putent.quia bella, cruces & tormenta vident victoriã atq; triũphũ:ſed te nõ vident qui es adiutor fortis, à quo cuncta pcedunt.quę ſi viderent:mecũ decantarent dñe nomen ſanctũ tuũ , & victricẽ [Sap.10.p.] manũ tuam laudarent pariter. nec deſunt qui me derideãt, & hoĩem prodigioſum vocent, vt me deterreãt ab incepto,& ori meo ſilẽtiũ imponant:ſed tu adiutor fortis.quare,oĩa ſurda aure tranſire decreui,quippe qui iam vellẽ huic moli corporeæ renunciare:quo liberius ac plenius corde voce & opere , tuas laudes decãtare poſſem.corpus enim quod corrumpitur aggrauat animã: & terrena inhabitatio [Sap.9.e.] deprimit ſenſum multa cogitantem.Sequit.

9 *Repleatur os meũ laude,vt cantem gloriã tuam:tota die magnitudinem tuam.*

Semoueantur & abdicentur impedimẽta, abigant importunæ huius ſeculi curæ, ipſiſq; detractoribus interdictũ ſit aqua & igni, obmuteſcat deniq; oĩa aduerſantia: vt toto mẽtis affectu,toto virium cõnatu,pleniſq́;(vt aiũt)buccis:tuã efferã bonitatẽ, et ſit os mei cordis plenũ:vt in tui laudẽ eructet. ſint etiã exultationes Dei in gutture meo,plauſ᷒ in manib᷒,oĩaq́; corporis mẽbra fari geſtiãt,& quaſi tripudio exultẽt.inſurgat hinc iubilus mentis,et quod mẽte conceptum eſt: vel nutibus, geſtibus & ſignis,in tui laudem erumpat : vt cantem gloriam tuam,& qui ſis omnibus innoteſcat,ſciantq́;,q te laudent ſimul aſtra matutina,& iubilent omnes filij Dei.et ſic , no- [Iob. 38. a.]



tam

Pſ.144.v.12 tam faciam filijs hominum potentiã tuam: &
gloriam magnificentię regni tui.porro nunq̃
à tui laude ceſſabo,qui ſine intermiſsione lau
dari dignus es:& magnificè ſemper agis.Seq.

10. *Ne proijcias me in tempore ſenectutis: cũ*
*defecerit virtus mea,ne derelinquas me.*

Formidabilis eſt quippe infirma & cito
ruitura ſenectus:q̃quidem plures ac penè in
numerabiles ſunt defectus illius. noueris tñ,
ꝙ ſicut duplex eſt noſter homo,interior ſcili
cet & exterior:ita & ſenectus duplex cuius
rei meminit(eo quo ſolet ingẽti ſpũ)Paulus:
2.Cor.4.d. in ea quam Corintihijs ſecũdo ſcripſit epiſto
la.oĩa enim(inquit)propter vos: vt grã abun
dans per multos in gratiarum actione: abun-
det in gloriam Dei.propter quod non defici
m⁹: ſed licet is qui foris eſt noſter homo,cor
rũpatur:tñ is qui intus eſt , renouatur de die
in diem.contingit quidem ſæpius , ꝙ prioris
carioſa vetuſtas:ſit alterius ĩnouata iuuẽtus.
et alterius infirmitas , fortitudo alterius ſit.
2.Cor.12.c in quem ſenſum,iſdem Paulus de ſe ait:cum in
firmor:tunc potens ſum.pro vtraq; igitur ſe-
nectute,diuinus deprecatur pſaltes dicẽs:ne
proijcias me in tempore ſenectutis.quod ex
ponens ſubiungit: cum defecerit virtus mea,
ne derelinquas me. id enim ꝑijcere Dei eſt:
quod proprijs viribus derelinquere quẽquã.
non ergo proijcias me(ait)in tempore ſene-
ctutis:qui ſpes mea es à iuuentute mea. ecce
Pro.17.c. oĩ tẽpore diligit qui amicus eſt.eſt.n.amicus
ſecundùm tẽpus ſuũ: & nõ permanebit in die
Eccl.6.b. tribulationis;ait ſapiens.tu verò qui adiutor
es in opportunitatibus:nõ me proijcias ſeneſ
centem,quẽ ad te traxiſti renaſcẽtem: nec de
relinquas deficiẽtem.ſed quẽ ex grã feciſti in
Phi.2.b. cipientẽ,& iuuiſti ꝓficientem:fac(obſecro)
ꝑficientem.et qui operatus es in me velle:da
& perficere,ꝓ bona volũtate.fateor ingenue,
deficit in me virtus.ſuccumbã penitus tribu
lationũ oneri:niſi tu adiuueris,adiutor fortis.
atqui nõ ꝓpriã erubeſco infirmitatẽ.quinpo-
2.Co.12.c. tius cũ apoſtolo gloriabor in infirmitatibus
meis: vt inhabitet in me virtus Chri. Sequit.

*Quia dixerunt inimici mei mihi:et qui cu*
*ſtodiebãt aĩam meã,cõſiliũ fecerũt in vnũ.*

O fatuum cõſiliũ impiorũ,aduerſus iuſtũ
malignantiũ,& cuſtodientium aĩam, non qui
dem ad vitam:ſed per inſidias obſeruantium,
ſi qua ſit via proxima morti,qua ducere poſ
ſint innocentem.Sequitur.

12. *Dicẽtes,Deus dereliquit eũ,perſequimini*
*et cõprehẽdite eũ:quia nõ eſt qui eripiat.*

Conſilium fecerunt in vnũ,qui vnionẽ cha
ritatis & pacis abhorrent:dicentes,Deus de-
reliquit eum.certè hoc iudicium,præceps &
temerarium eſt.vnde ſcitis(rogo)ꝙ Deus de
reliquerit eũ,hoĩes inſenſati? an ignoratis ꝙ
tũ maximè iuſtorum recordetur Deus:quum
eos dereliquiſſe videt?attendite quid per Eſa.
iam dicat:ad punctũ in modico dereliqui te: Eſa.54.b.
& in miſerationib⁹ magnis cõgregabo te. in
momento indignationis abſcondi faciẽ meã
parumper à te:& in mĩa ſempiterna miſertus
ſum tui. derelinquit quippe dñs ad eruditio
nẽ interdũ,atq; derelicti profectum.erudiſſe
igitur,nõ dereliquiſſe dicendus eſt Deus:qui
adhuc derelictus,nõ ex toto derelinquit,eos
maximè quos elegit.ij tñ rei huius ignari : ꝑ
ſequimini(aiunt)& cõprehendite eũ.ecce in
firmatur,debilis eſt & claudus, atq; omni de
ſtitutus ope:cõprehendite , quia non eſt qui
eripiat.atqui neſcierunt neque intellegerunt 2.pet.2.b.
hæc dicentes,ꝙ nouit Deus pios de tentatio
ne eripere.Sequit.

*Deus,ne elongeris à me:Deus meus,in au* 13.
*xilium meum reſpice.*

Qui eſſe poteſt,vt elõgetur Deus, qui ſem
per adeſt vbiq; tot⁹ ꝑ præſentiã (ſi dixerim)
potentiã,& eſſentiã? abeſſe tñ & elõgari dici
tur:quũ auxilium ſuum aliquantulũ ſubtrahit
ex cauſa,& nr̃is exigentibus meritis recedit
ab aĩa,quã ante ꝑ grãm inhabitabat.benè ergo
ait:ne elongeris à me.quod exponens addit,
in auxilium meum reſpice.Sequitur.

*Confundantur & deficiant detrahentes* 14.
*animæ meæ : operiantur confuſione et pu*
*dore,qui quærunt mala mihi.*

Confundantur confuſione bona, quæ ad-
ducit grãm:et deficiant peccatores à terra &
iniqui:ita vt nõ ſint peccatores.deficiant(in- Pſ.103.v.36
quam)à peccatis,detrahẽtes aĩæ meæ : ita vt
detractores nõ ſint.operiant cõfuſione inte-
riore,& pudore exteriore,cũ te viderint mi
hi opportunè ſuccurriſſe. ſeſeq; falſa loquu-
tos:et ipſa pudenti facie,à maledicto & pra-
ua ſuaſione deſiſtant. vel in hoc ſibi bona quę
rant:qui quærunt mala mihi.Sequitur.

*Ego autem ſemper ſperabo: & adijciam* 15.
*ſuper omnem laudem tuam.*

Magna perſeuerãtiæ virtus eſt:cui corona
debet.dicãt vt volẽt,garriãt,& exquiſitis co
loribus rhetoricis ſuadãt,detrahẽtes aĩę meę,
& quærãt ꝓ viribus mala mihi; ego refigã in
te ſpẽ meã,& æquo aĩo tuis inſiſtã laudibus,
imò feruẽtiore ſpũ ꝓuocatus inſurgã:vt adij
ciã ſup oẽm laudẽ tuã,ꝙ teipſum dono dede
ris hoĩbus,& vt ſeruũ redimeres:filiũ tradidi
ſti.hoc.n.oẽm ſupat laudẽ,quod iuſtitiæ fuit
nouũ & ĩauditũ à ſeculo gen⁹, quo punit ĩno
cens:vt abſoluatur reus. quid ergo dicemus Rom.8.f.
ad



ad hæc?ait Paulus,ſi Deus pro nobis:quis cõ-
tra nos?qui etiã proprio filio ſuo non peper-
cit,ſed pro nobis omnibus tradidit illũ:quo-
modo non etiã cum illo oĩa nobis donauit?
quis accuſabit aduerſus electos dei? Deus qui
iuſtificat?quis eſt qui condemnet:Chr̃s Ieſus
qui mortu⁹ eſt?imò qui & reſurrexit , qui eſt
ad dexteram pr̃is,qui etiam interpellat ꝓ no
bis?quamobrem ſequitur.

16. *Os meum annunciabit iuſtitiam tuã: to-*
*ta die ſalutare tuum.*

Dixerat ante diuinus vates , repleatur os
meum laude, promiſitq; denuo ſe adijcere ſu
per oẽm laudem,et(cumulum excellens)nũc
ſuper oẽm laudem apponit dicens: os meum
annunciabit iuſtitiam tuam,quæ quidem iu-
ſtitia:mĩarum mĩa fuit. nempe ꝓmiſiſti olim
pr̃ibus filium tuũ Deus:& vti verax & iuſtus
adimpleſti promiſſum.miſiſti illum qui iux-
ta Eſaiæ vaticinium, verè langores nr̃os ipſe
Eſa.53.b. tulit:& dolores nr̃os ipſe portauit.vulnerat⁹
eſt propter iniquitates nr̃as:attritus eſt prop
ter ſcelera noſtra.diſciplina pacis nr̃æ ſup eũ:
& liuore eius ſanati ſumus. et poſuiſti in eo
iniquitatem oĩum noſtrũ.oblatus eſt,quia ip
ſe voluit:& non aperuit os ſuum. nunc ergo
ad aperiam ego meũ,nec.n. illud in tui laudẽ
continere valeo : quin annunciet iuſtitiã tuã,
tota die ſalutare tuum.is quidẽ ipſe(vt Pau-
1.Cor.1.p li verbis vtar)factus eſt nobis ſapiẽtia à Deo,
& iuſtitia,& ſanctificatio,& redẽptio:qui eſt
ſalutare tuũ, à Simeone annoſo,iuſto timora
Luc 2.e. to,& à ſpũ ſancto edocto, appellatus eſt. nec
miretur vllus,ꝙ ommiſsis alijs hæc duntaxat
in Dei gloriã annunciare ac recenſere velim:
2.Cor.2.a. nõ.n.(cũ Paulo)iudicaui me ſcire aliquid in-
ter vos,niſi Ieſũ Chr̃m:& hũc crucifixũ. Seq.

17. *Quoniam nõ cognoui literaturam,introi*
*bo in potentias dñi:domine memorabor iu*
*ſtitiæ tuæ ſolius.*

Humanas diſciplinas non didici ſub homi
ne præceptore:nec manũ ferulæ ſubduxi vn
quam.non adij Athenas,nec gimnaſia philoſo
phorũ,aliorũue paleſtras literarias triui. nec
pudet:q̃quidem à Deo optimo maximo cu-
Pſ.93.ve.12 pio edoceri ſolùm,qui docet hominẽ ſcien-
tiã:quiq; ſtulta mundi elegit: vt cõfundat ſa-
pientes & infirma:vt cõfundat fortia,et igno
bilia & contemptibilia,atq; ea quæ non ſunt:
vt ea quæ ſunt deſtruat, & nõ glorietur oĩs
1.Cor.1.d. caro in conſpectu eius,Chorintijs ait Paulus.
quãobrem, introibo in potentias dñi,& bibã
ad ſacietatẽ : quę poſtea depromere poſsim,
ſunt æquidem potentiarũ Dei ac mirabiliũ ſu
orũ ꝓmptaria plena,eructãtia ex hoc in illud.
ibi potẽtia qua ex nihilo cuncta creauit, qua
cælum terramq; regit,mare & oĩa quæ in eis
ſunt.qua conſeruat,qua gubernat,qua diſpo-
nit oĩa:& facit cætera quæ enarrare longum
eſt.varij ſunt enim diuinæ potẽtiæ effectus:
quos nunc potentias plurali numero placuit
appellare.at ſi ad cõpendiũ duxero:eſt ꝙ nũc
mĩam.nunc viciſsim iuſtitiam tuam laudem,
qui ſcriptum noui:ꝙ vniuerſæ vię dñi mĩa & pſ.24.ve.11
veritas,quæ & iuſtitia nuncupatur. ſi autem
redegero ad vnum:adijtiam ſuper omnẽ lau-
dem tuam. etenim memorabor iuſtitiæ tuæ
ſolius illius ſcilicet heroicæ atque ſuppremę,
quæ vnica eſt & ſola : eò ꝙ ſit iuſtitia & mĩa
ſimul atqui ſic iuſtitiam exercuiſti : ꝙ ꝓ ſer-
uo filium tradidiſti,quo mĩam in perditũ ho
minem profudiſti:dum per mortem innocen
tis,impium hominem iuſtificaſti.huius igitur
memorabor:quę dulcis eſt gutturi meo homĩ
numq; palato,& pro hac ſemper os meum re
plebitur laude.vel ſi mauis:alium accipe ſen
ſum.qm̃ non cognoui approbans literaturam
legis,vt ſequar literã occidentem,abſq; ſpũ vi
uificante:ideo introibo in potentias dñi (qui
ſpirituales introcluſi ſunt ſenſus) & memora
bor iuſtitiæ tuæ ſolius iuſtificantis. arbitra-
mur enim(vt Paulus ait)iuſtificari hominẽ ꝑ Rom.3.d.
fidem,ſine operibus legis.an Iudęorum Deus
tantum? nonne & gentium?imò & gentiũ.q̃m
quidem vnus eſt Deus,qui iuſtificat circũci-
ſionẽ ex fide:& præputiũ per fidẽ. legẽ ergo
deſtruim⁹ ꝑ fidẽ?abſit,ſed legẽ ſtatuim⁹.hic ma
gnificat fidẽ,eã.ſ.quę ꝑ charitatẽ operat̃.ſunt
tñ qui nõ literaturã,ſed numerũ aut negotia-
tionẽ legãt.cui et lectioni nõ diſſẽtimur:ꝙ in
eãdẽ ſentẽtiã recidat.ac ſi dicat, nõ cognoui
literaturã,nec ſupputãdi negotiatorũ nodos:
hæc quidẽ ars in cõputatione mercium,emp
tionis,& lucri conſiſtit, quæ crebris ad hæc
vtitur literaturæ notis,et ea vtentes: nõ Dei
laudẽ,ſed blaſphemiã interdum adijciunt. nõ
igitur cognoui(ait)literaturã,aut negotiatio
nis peritiam habui:quæ literulis & notis ſup-
putare nouit : quo potentias tuas omneis,
hoc eſt potentiæ tuæ effectus, qui innumera
biles ſunt,& ea quę in dies beneficia confers,
dinumerare queã:vt tu dñe,qui numeras mul
titudinem ſtellarum,& omnibus eis nomina Pſ.146.v.4
vocas.introibo tñ in potentias dñi (te ducto
re)eaſq; redigã ad iuſtitiæ ſummam.memora
bor quidẽ iuſtitiæ tuæ ſolius,q̃ oĩa in mẽſura Sap.11.d.
& numero & põdere diſpoſuiſti:& ſũma cũ æ
quitate atq; ratione.ĩ hac.n.eminẽter creatio,
& recreatio,cõſeruatio,reparatio, redẽptio,
iuſtificatio,& id gen⁹ cætera cõtinentur.Seq.

*Deus,docuiſti me à iuuentute mea.& vſ* 18.
*q; nunc:pronunciabo mirabilia tua.*

Pſ.93.ve.12 Beatus homo quē tu erudieris dn̄e : & de
lege tua docueris eum.tu Deus docuiſti me
à principio conuerſionis meæ:qui me ad ca-
thedrā vocaſti.aures fide perfeciſti , & intus
aīam illuminaſti,me diſcipulū feciſti beñuolū
Eſa.50.b docilē & attētū, ſicut Eſaias ait:erigit mane:
mane erigit mihi aurē,vt audiā quaſi magi-
ſtrū.dn̄s De⁹aperuit mihi aurē: ego aūt nō cō
tradico,retrorſum nō abij.hoc.n.docere Dei
eſt,q̄ ver⁹magiſter eſt nō ſic docēt hoīes.qui
& ſi ex p̄gula vel ſuggeſto, ſuaſoria verba fa-
ciāt:nequeūt tn̄ verbis parare viā,vt ea in ani
mos auditorū infundāt imprimantq́;. p̄pter
Colo.4.a. quod apoſtolus cōmonet Coloſſenſes dicēs:o
rationi inſtate vigilātes in ea ī grārū actione,
orantes ſimul & pro nobis:vt Deus aperiat
nobis oſtium ſermonis ad loquendum myſte
rium Chr̄i.iterumq́; Theſalonicenſibus ſecun
2.Theſ.3.a do ſcribens ait:de cætero fratres orate p̄ no
bis,vt ſermo Dei currat,& glorificetur,ſicut
& apud vos.docere ergo,vt docentes profi-
ciant in doctrina:ſolius Dei eſt. quem nunc
pſaltes iactat habuiſſe doctorem dicens : tu
Deus docuiſti me à iuuentute mea.& vſque
nunc.quaſi parum eſſet docuiſſe : niſi ad finē
Ioan.6.e vſq; doceres , qm̄ iuxta verbum Chr̄i:omnes
Eſa.54.d. erunt docibiles Dei.et ſubdit:omnis qui au-
diuit à patre & didicit:venit ad me. ſed quæ
(obſecro dn̄e)docuiſti me à iuuentute mea
& vſq; nunc?profectò mirabilia tua:quæ à te
edoctus pronunciabo.cuiuſmodi ſunt,q̄ cre
aueris hominem ad imaginem & ſimilitudi-
nem tuam, rationis participem, & tui ipſi-
us capacem.q̄ ſui cauſa veneris in mūdum,
& de virgine matre(ſaluis pudicitiæ ſigillis)
egreſſus ſis factus homo. quòdq; morte tua
peremeris mortem,& mortuum hominē ſuſ-
citaueris:ſurrexerisq́; deuicta morte trium-
phans.deficiet me tempus,ſi nunc ea recenſe
re conarer.Sequitur.

19. *Et vſque in ſenectam & ſenium,Deus ne
derelinquas me.*

Is videtur verborū ſenſus.docuiſti me(ait)
à iuuentute mea & vſque nunc:docebiſq́; vſ
que ad ſenectā & ſenium, quāobrem pronun
ciabo mirabilia tua,tu interim Deus,ne de-
relinquas me:donec annunciem brachiū tuū
&c.niſi hoc de ſenecta & ſenio:referas ad mi
rabilium pronunciationem,vt qui fuerit à iu
uentute edoctus perfidem & internam reue
lationem:pollicitus ſit,& vſque nunc,& vſq;
in ſenectam & ſenium,mirabilia Dei pronun
ciaturū.quod aūt ſequitur:ad uerſum ſequen
tem ſpectat.ſanè oīa fert ętas animum quoq;,
dixit quidā.at ſi ſuppetat charitas : circa Dei
laudem nō grauat ętas, ſed iuuat potius & vi
res acquirit eundo.ait ergo:doctus à iuuen-
tute,non deficiam à laude,vſq; ad ſenectam
& extremos canos,qn̄ vires corporis cōfrin
gi ſolent.quin adijciā tunc ſuper oēm laudē:
tantum,ne tu Deus derelinquas me.

*Donec annunciem brachium tuum: gene* 20.
*rationi omni,quæ ventura eſt.*

Non me derelinquas, vt arbitrati ſunt qui Supra eo)
dicebant:Deus dereliquit eum,comprehen- dem.ve.11,
dite &c.adeſto fautor,protector,& auxilia-
tor fortis:donec præſenti & futuræ genera-
tioni annunciem veniſſe in carne Chr̄m tuū,
qui & brachium tuū cognominatus eſt,apud
Eſaiam dicentē: parauit ſeu nudauit dn̄s bra Eſa.52.c.
chium ſuum in oculis omniū gentium:& vi-
debunt omnes fines terræ , ſalutare Dei nr̄i.
et iterū:quis credidit auditui nr̄o:& brachiū Eſa.53.a,
dn̄i cui reuelatum eſt?cuius etiam teſtimonij Ioam.12.f.
meminit ſacer euangeliſta Ioannes.nūc.n.ge
nerationi huius ſeculi:reuelatio & fides bra-
chij tui,neceſſaria eſt ad ſalutem.cum autem
venerit quod perfectū eſt:euacuabitur quod 1.Co.13.c.
ex parte eſt. veniet huius brachij clara viſio:
& ceſſabit fides.nec me tunc etiam derelin-
ques, generationi omni iam annunciato bra
chio.vnde illa dictio,donec, nō importat ex
cluſionem , quaſi re ipſa peracta, derelinqui
petat:ſed ſempiternam dicit cōtinuationem.
quod vtiq; in multis ſcripturæ locis,hoc ſen
ſu reperire contingit.vt eſt illud pſalmi: do-
nec ponā inimicos tuos ſcabellū pedū tuorū. Pſ.109.v.1
et de Ioſep & Maria virgine apud Matheū: Mat.1.d.
et nō cognoſcebat eā:donec peperit filiū ſuū
primogenitum atq; illud pſalmi:ita oculi nr̄i Pſa.122.v.3
ad dn̄m Deū nr̄m,donec misereaẗ nr̄i.Seq.

*Potentiam tuā et iuſtitiam tuam Deus,*
*vſque in altiſsima,quæ feciſti magnalia:* 21.
*Deus quis ſimilis tibi?*

Nō me derelinquas Deus,donec annunciē
brachiū tuū,donec annūciē potentiā tuā. tua
eſt.n.mīa & iuſtitia.et brachiū tuū potenter
operatur vtrāq;. ſed quāuis æquè potens ſis
Deus,in puniēdo ſicut in miſerendo:quia tn̄
potētior appares,dū ex mīa iuſtificas impiū,
& iuſtificatū præmias:ideo mīa(quaſi analo
gū abſolutè ſumptū)potentiæ nunc ſibi ven-
dicat nomen:& iuſtitia qua iniquos punis &
obſtinatos,p̄priū retinet,hāc ergo et illā ge-
nerationi venturæ annunciabo.nec ea dunta-
xat quæ ingētiſsima inter hoīes operatus es:
verum etiā magnalia illa altiſsima quæ in cæ
lo et de cęlo feciſti.ad cælū vſq; ſūmis pręco
nijs efferā.vt eſt illud,q̄ apoſtatas angelos de
orſum deieciſti:et hominem euexiſti ſurſum,
dum hominis,quam brachium tuum aſſump
ſit naturam,ad dexteram tuam collocaſti,&
iſthinc ſanctum ac paracletum miſiſti ſpūm,
& in dies nobis dona diffundis.Deus quis ſi-
milis



milis tui:qui ſumme bonus , ſumme potens,
ſumme miſericors & iuſtus es?Sequitur.

22. *Quantas oſtēdiſti mihi tribulationes mul
tas & malas , & conuerſus viuificaſti
me et de abyſsis terræ iterū reduxiſti me.*

Dulcis ſopor feſsis,& ſiti laborātibus aqua.
ſic ſolatium miſeris : & releuatio tribulatis.
iure igitur gaudet hic filius Ionadab,iam red
ditus libertati,qui captiuus extiterat ante di
cens.ò quantas & quales oſtendiſti mihi tri-
bulationes pientiſsime Deus? nempe multas
& malas,has quidem oſtendiſti: vt miſeriam
meam agnoſcerem,& miſericordem inuoca-
Pſ.4.v.1. rem.cumq́; inuocarem,exaudiſti me Deus iu
ſtitię meę:in tribulatione dilataſti mihi.exau
diſti.& qui ab auerſo diceſsiſſe videbaris:cō
uerſus es effectu,quia me conuertens viuifi-
caſti morte tua:& contuliſti gratiā,quæ ani-
mæ vita eſt,& de abyſsis terræ iterum reduxi
ſti me.eduxiſti tūc condonans peccata ; & re
Rom.4.d. ſurgens iterum reduxiſti me: qui traditus es
propter delicta noſtra ; & ſurrexiſti propter
iuſtificationem noſtram. eduxiſti me deniq;
primum reſurgentem in ſpe:& tranſacto cur
ſu,reduxiſti iterum reſurgentem in re.ſuſcita
ſti animam: & corpus iterum ſuſcitabis. nec
vacat myſterio,q̄ prętęritum pro futuro po
nam:vt certitudinem īnuam prophetiæ. oſtē
diſti tribulationes multas & malas, dolorum
ſcilicet inflictiuas:quæ in bonum meum ceſſe
runt.nam cum me ad mortē ferè adduxiſſent,
et quaſi ad terræ profundū deſolatum deieciſ
ſent:ecce ſubitò aduéniſti dn̄e , & conuerſus
viuificaſti me:& de abyſsis terræ iterum re-
duxiſti me.atqui ſecūdùm multitudinem do
pſ.93.ve.19 lorum meorum in corde meo:conſolationes
tuæ lætificauerunt animam meam.

23. *Multiplicaſti magnificentiam tuam: &
conuerſus conſolatus es me.*

Iure adijciam ſuper omnem laudem tuā,
& laudationis modos multiplicabo : quia tu
etiam multiplicaſti magnificentiam tuā. quā
doquidem nō ſemel hominis magnificaſti na
turam:qui magnificaſti aſſumens , à mortuis
reſurgens,in cælum aſcendens,atque Deus &
homo ad dexteram Dei ſedens.Sequitur.

*Nam & ego confitebor tibi in vaſis pſal-*
24. *mi,veritatem tuam Deus:pſallam tibi in
cithara ſanctus Iſrael.*

Tot acceptis beneficijs iam recenſitis , ita
concludit.cōfitebor tibi in muſicis inſtrumē
tis.nam corpore & ſpiritu tibi pſallam , quo
me tibi gratum oſtendam. confitebor ope
re, proprijs manibus pulſans pſalterium & ci
tharam:quod ſignificatione myſtica non ca-
ret:quandoquidem te verum Deum & homi
nem confitebor:per pſalterium ex ſuperiore
parte,& citharam ex inferiore ſonātem : qui
reſurgens à mortuis:velut pſalterium & ci-
thara, concordi concentu inſonuiſti auribus
hominum & angelorum. de te quidem tuus
apoſtolus ait:ipſe eſt caput corporis eccle- Colo.1
ſiæ,qui eſt principium primogenitus ex mor
tuis:vt ſit in omnibus ipſe primatum tenens,
quia in ipſo complacuit omnem plenitudinē
diuinitatis inhabitare,& per eum reconcilia
ri omnia in ipſum,pacificans per ſanguinem
crucis eius,ſiue quæ in cælis, ſiue quę in ter
ris ſunt.confitebor igitur veritatem tuam, q̄
verus Deus,& verus homo ſis,verè mortuus,
& ſurrexeris verè;ſis quoque ſanctorum ſan-
ctus,Deus Iſrael.Sequitur.

*Exultabunt labia mea cum cantauero ti-*
*bi: & anima mea quam redemiſti.* 25.

Fœlix illud tempus inducit reſurrectionis
& glorificationis iuſtorum:atque ſibi ipſi re
ſurgenti congratulatur.exultabunt(inquit)la
bia mea cum cantauero tibi;hoc vtique mu-
nus ſanctorum erit;de quibus alibi dixi:bea- Pſ.83.ve.5
ti qui habitant in domo tua dn̄e:in ſecula ſe-
culorum laudabunt te.quippe qui exultabunt
voce & corde pſallentes. corpore & anima,
ſpiritu ſimul & carne.ſcio enim q̄ in nouiſſi-
mo die de terra ſurrecturus ſum. et rurſum Iob.19.c
circundabor pelle mea:& in carne mea vide
bo Deum. tunc quidem totus ipſe exultabo
lætitia inenarrabili & glorificata. 1.pet.1.b

*Sed & lingua mea tota die meditabitur*
*iuſtitiam tuam: cum confuſi & reueriti* 26.
*fuerint qui quærunt mala mihi.*

Meditabitur tunc lingua coniuncta cordi:
quum omni carnis corruptione ſemota,medi
tabitur & modulabitur contemplatione &
guſtu.hoc enim meditationis genus eſt:con-
templari quod laudes, & interius exteriuſq́;
delectari:atque corporis & animæ ſimul mo
dulata harmonia:in die laudem ſine intermiſ
ſione aut pauſatione ferri : ipſiq́; Deo pror-
ſus in volito & modo volendi conformari.
tunc igitur cum vitam beatam adeptus fue-
ro : lingua mea tota die meditabitur ſine in-
termiſsione iuſtitiā.et iuxta id quod in libro
ſapiētiæ ſcriptū eſt:tūc aperientur labia mea, Sap.8.a.
vt recta prædicēt, veritatē meditabitur gut̄
meū:& labia mea deteſtabūtur impiū. lingua
mea et̄ meditabit̄ iuſtitiā tuā:quū impios vi-
derim duplici cōtritione cōtritos, indutoſq́; Hier.17.c
ſicut diploide cōfuſione ſua.meditabitur ( in
quā)lingua iuſtitiam tuam:& in meditatione Pſ.108.v.28
mea exardeſcet ignis zeli & charitatis , quā Pſ.74.ve.4
tibi perpetuò deuinctus ero,viuenti in ſecu-
lorum ſecula Amen.

## EPILOGVS PSALM. 70.

IN te domine ſperaui non confundar in æternum:in iuſtitia tua(qua iuſtificas impium) libera me.tu quidem es firmamentum & refugium meum,Deus meus,eripe me de poteſtate diaboli, qui peccati extitit caput, & de manu carnis concupiſcentis aduerſus ſpiritum.atq; mundi fallacis,qui me ſuis pompis aut uerius umbris:in dies debellare cõtendit.quoniam tu es patientia mea & ſpes mea, à die conuerſionis,qua primum iuueneſcere cœpi.in te confirmatus ſum ex utero eccleſiæ:quæ me tibi peperit uiro ſuo.in quem uti in patrem,omnes meos affectus direxi ſemper:tibiq; eas quas cecini laudes nuncupaui,nec uellem unquam à laude ceſſare.repleatur(obſecro)os meum laude:ut cantem gloriam tuam,tota die magnitudinem tuam.ecce iam ſenui.nec illum quem olim habui:nunc ſentio charitatis feruorem, tu adiuua Deus. ne proijcias me in tempore ſenectutis:& quum defecerit uirtus mea,ne derelinquas me. quia dixerunt inimici mei:nunc tempus opportunum adeſt, perſequimini & comprehendite eum: quia non eſt qui eripiat,quandoquidem Deus dereliquit eum.ideo non elongeris dñe,quin reſpice potius in auxilium meum,ut aduerſarij de conficto mendacio cõfundantur & pudefiant.ego autem(q̧ meæ partes ſunt) ſemper in te ſperabo, & adijciam ſuper omnem laudem tuam,mirabilem illam iuſtitiam prædicans quam feciſti.quum ut ſeruum redimeres:filium tradidiſti,nam qui nõ noui literaturam:introibo in potentias dñi,& diuina ſcrutatus opera:illius duntaxat quo impium iuſtificaſti hominem mentionem faciam,eò q̧ hoc unum omnia mirabilia uincit.eaq; continet eminenter.quod utiq; didici te doctore: quũ primum ad te conuerſus,ſcholam tuam ingreſſus ſum.ob idq; pronunciabo nũc illud.& uſq; in ſenectã & ſenium.tu autem Deus ne derelinquas me:donec annũciem filium tuum generationi futuræ,ſimulq; potentiam & iuſtitiam tuam,uſq; in altiſsima quæ feciſti magnalia:quando in cælum aſcendens,promiſſum ſpiritũ effudiſti in filios adoptionis.quis ſimilis tibi Deus?ò quantas oſtendiſti mihi tribulationes, à quibus omnibus liberaſti,& me quaſi ab inferis reduxiſti?multiplicaſti magnificentiã: qui non ſemel condonaſti culpam,& infudiſti gratiam. quamobrem confitebor tibi q̧ uerus Deus & homo ſis,humanæ ſalutis autor:ueniæq; largitor.& exultabunt labia mea,animaq; redempta, quum hæc cantauero tibi.exultauit etiam lingua iuſtitiam narrans,quam feciſti moriens:ut ad uitam occiſum hominem reuocares,& perderes occiſores.dixi ſatis de primo Chriſti aduentu,iam de ſecundo dicam.

## PSALM. 71.

*DEus iudicium tuum regi da:et iuſtitiam tuam filio regis.*

Huic pſalmo titulus eſt: pſalmus Dauid in Salomonem. Fuit quidem à Dauid conditus: & in Salomonem filium ſuum directus. non q̧ illi competant
1.Par.2.trac.epiſtola.8 ad rufinũ. 3.Reg 3.c. quę in eo continentur vt Hieronimus aſtruit doctor illuſtris,tractans de iudicio Salomonis in ſectione paruuli:ſed eò q̧ re & nomine typum geſſerit & figuram Ieſu Chr̃i filij Dauid,qui de ſe ait:ecce plus quàm Salomõ hic.
Luc.11.e. Salomon etiam pacificum ſonat.nec alteri aptius congruit nominis interpretatio: quàm
Ephe. 2. d illi,de quo apoſtolus ait:ipſe enim eſt pax noſtra,qui fecit vtraq; vnum.et medium parietem maceriæ ſoluẽs inimicitias in carne ſua: legem mandatorum decretis euacuans.vt duos condat in ſemetipſo,in vno nouo homine faciens pacem,vt reconciliet ambos in vno corpore Deo:per crucem interficiens inimicitias in ſemetipſo.et veniens, euangelizauit pacem vobis qui longè fuiſtis: & pacem his qui propè.nec plura huius rei teſtimonia recenſere libet. ſuperfluum arbitratus fulcire: quod conſtans & peruium eſt cuique credenti.petit ergo iudiciũ vniuerſale homini Chr̃o regi,ac Dei regis filio dari:qui habet in veſti
Apo.19.d mẽto & in fœmore ſuo ſcriptum: rex regum & dñs damnantium.poteſtatem (inquit) illi iudiciariam tribue:quia Dei & hominis filius eſt.atqui nunc poſtulat:quod pręuidet eſſe futurum.ſic vtique Chriſtus ait:neque enim pr̃
Ioan.5.d. iudicat quenquam,vt ab omnibus ſcilicet videatur:ſed omne iudicium dedit filio: vt omnes honorificent filium,ſicut honorificãt patrem.et poteſtatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis eſt.Sequitur.

2. *Iudicare populum tuum in iuſtitia: & pauperes tuos in iudicio.*

Da iudicium ad iudicãdum,hoc eſt vt diſcernat electos,ciues regni futuros,qui populum tuum efficient:ab alijs reprobis de babilonica & ſathanica plebe, ipſosque pauperes ſpiritu,perinde atque verè humiles: ab inflatis & ſuperbis.ſegreget hos ab illis meritò &
Mat.5.d. loco:ſtatuẽs oues à dextris,hedos autem à ſiniſtris in iudicio,feratq; ſententiam in iuſtitia,qua iuſtos ad ſe vocet dicens:venite benedicti:malos verò reijciat ac repellat ſubdẽs: diſcedite à me maledicti in ignem æternum hæ



quidẽ cõſimilesq; ſcripturæ,repetitiones, quales ſunt,regis & filij regis:iudicij & iuſtitiæ,populi Dei & pauperum,quę idem ſignificare videntur:non inutiles cenſendæ ſunt: quia innuunt precantis affectum,& ſimul affectum excitant audientis.Sequitur.

3. *Suſcipiant montes pacem populo:et colles iuſtitiam.*

Venit rex pacificus,mediator Dei & hominum Chr̃s Ieſus,& ipſe pax noſtra: qui &
1.Cor.1.d factus eſt nobis ſapientia à Deo & iuſtitia.venit pacem afferens & iuſtitiam,pacificus ipſe & iuſtus:vnigenitus Dei filius,æterniq; gloria patris. nam vt inhabitet gloria in terra no
Pſ.84.ve.11 ſtra:miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt,& veritas de terra orta eſt:& iuſtitia de cælo proſpexit.accedant nunc ergo euangelicæ pacis atque iuſtitiæ diſtributores,calciati pedes in præpara
Ephe. 6, c. tione euangelij pacis:& montes(quaſi altiores)ſuſcipiant pacem populo,& colles iuſtitiam.annuncient angeli plenis(vt aiunt)buc
Luc.2.c. cis,q̧ in terra pax hominibus datur,pacis nomine reconciliationem ſignificantes.& apoſtoli prædicent euangelium,quod virtus Dei
Rom.1.c. eſt in ſalutem omni credenti.iudeo primum & greco.iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem vt Paulus ait. ſuſcipiant etiam eminentiores & eccleſiæ principes pacẽ populo cui maximè inuigilare debent, ſoliciti
Ephe.4.a. ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.et ſuſcipiant colles iuſtitiam:vt ſciãt altioribus maioribusq; deferre,& inferioribus principari,audiant filium Dei dicentem:ſic enim de
Mat.3.d. cet nos implere omnem iuſtitiam. ſuſcipiant itidem qui ſuperiorem locum tenent, miſericordiam,qua miſereri diſcant:& ſuſcipiãt colles,iuſtitiæ diſciplinam,quia vtraque neceſſaria eſt.ſuſcipiant vtrique demum, & reconciliationis pacem:& iuſtitiam iuſtificantem.di
Rom. 5. d. cantq; cum Paulo:gloriamur in deo per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum,per quem nunc reconciliationem accepimus.et paucis interiectis ait:ſi enim vnius delicto, mors regnauit per vnum:multo magis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes: in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtũ. rurſusq;
2.Cor.5.d. Corinthijs ſecundò ſcribens: ſi quis ergo in Chr̃o noua creatura eſt, vetera tranſierunt:ecce facta ſunt omnia noua. omnia aũt ex Deo qui nos reconciliauit ſibi per Ieſum Chr̃m,et dedit nobis myſterium reconciliationis &c. obſecramus ergo pro Chriſto: recõciliamini Deo.eum enim qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit,hoſtiam ſcilicet pro peccato:vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo, hoc eſt per ipſum iuſtificati.pacem igitur ſuſcipiant montes primi,(vti lumẽ à ſole mõtes)& colles iuſtitiam:vt vtranq; in planitiẽ refundant,atq; populo impertiatur.Sequit.

*Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum: & humiliabit calũniatorem.* 4.

Primum vocauit dñs effecitq; ſpiritualiũ pauperum ſcholam:deinde pauperum filios, quos per euangelium ipſi genuerunt:in ſalutem aſciuit & aggregauit.quos vas electionis Paulus alloquitur dicens:in Chriſto Ieſu 1.Cor.4.d.
per euangeliũ ego uos genui.rogo ergo vos, immitatores mei eſtote:ſicut & ego Chriſti. ideo miſi ad vos Thimotheum qui eſt filius meus chariſsimus.iterumque Theſſalonicen 1.Theſ.2.c
ſibus ait:tanquam pater filios ſuos,deprecantes vos & cõſolantes teſtificati ſumus:vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in ſuũ regnum & gloriam.ipſe etiam apoſtolorum vertex.ſperate(inquit) in eam quæ offertur 1.Pet.1.c.
vobis gratiam:in reuelatione Ieſu Chriſti,filij obedientiæ. ſed quid in re nota immoramur?fideles delicate tractãs,dilectus ipſe diſcipulus:per oẽm fere ſuã priorem epiſtolã filiolos vocat,ſicut & Galatas Paulus dicens, Gal. 4.c.
filioli mei quos iterum parturio,donec formetur Chr̃s in vobis.iudicabit igitur rex ipſe veniens,quos ſpiritu pauperes diximus:& horum pauperum doctrina & immitatione filios,ſaluos faciet,et humiliabit calumniatorem ſuperbumq; ſathanam,nouiſsimè autem inimica deſtruetur mors.certe diabolum de 1.cor.15.d
uicit moriens,deiecit,excuſsit: ac reſurgens humiliauit proſtrauitq;,quod Eſaias etiam vaticinatus eſt dicens:iudicabit in iuſtitia pau Eſa.11.d.
peres:& arguet in æquitate pro mãſuetis terræ,et percutiet terram virga oris ſui:& ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium.Seq.

*Et permanebit cum ſole, & ante lunam: in generatione & generationem.*

Quippe qui coæternus & conſubſtantialis eſt patri Deo:permanebit cum æterno iuſtitiæ ſole,ſol ipſe coæternus,lux de luce,lumẽ de lumine,Deus verus,de Deo vero Chriſtus:& ante lunam,vel(vt quidam legunt)coram luna,per quã eccleſia ſancta deſignatur cum qua permanebit ipſam illuſtrans, & ad plenitudinem per incrementa ducens, demũque beans atque coronans,in generatione & generationem.permanebit(inquam) nam vt Paulus ait:Ieſus Chriſtus heri & hodie, ipſe Heb. 13. b
& in ſecula. eritque regnum eius æternum, regnum omnium ſeculorum,ac perpetuo duraturũ.cuius gloriæ fulgor: nulli mutationi ſubiacebit

ſubiacebit vnquã.quod vtiq; Salomoni Daui
dis & Berſabeæ filio,ac iudæorum regno mi
nime conuenire perſpicuum eſt.at ſi illa præ
poſitio ante,in trãslatione noſtra præ exiſtẽ
tiam dicat,ſenſus erit:non eò ꝙ ex tempore
factus eſt homo, ideò deſijt eſſe quod erat:
ſed permanſit ab æterno Deus.ecce ſacro ſan
cta de Chriſti incarnatione canit eccleſia.mi
rabile myſterium declaratur hodie,innouan
tur naturæ,Deus homo factus eſt: id quod
erat permãſit:& quod non erat aſſumpſit, &
permanebit etiam lux illa æterna,qualis erat
ante lunam,& omnem mutabilem creaturã.
permanebitq; cum ſole,ad dexteram Dei ꝑ-
1.Cor.15.c. petuo ſedens,rex ipſe Chriſtus,primitiæ dor
mientium:ante lunam omnemq; eccleſiam re
Colo.1.c. ſurgens,& ipſam excellens atque præcedens,
qui eſt primogenitus ex mortuis.reſurrectio
enim quædam generatio,vel potius ad nouã
vitam regeneratio eſt & immortalẽ. ad quã
reſurgentium caput.principium cauſa,primi
tiæ primogenitusq; vocatur Chriſtus : vt ſit
in omnibus primatum tenens.Sequit.

6. *Deſcendet ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.*

1 Iudi.6.e.g. Alludit ad illud Gedeonis : qui cum eſſet
electus à dño vt ſaluum faceret Iſrael de ma
nu Madiam,perterritusq; quòd vidiſſet ange
lum:& audiſſet dñm dicentem:pax tecum,ne
timeas,nõ morieris,obidq; ædificaſſet ibi al-
tare dño,quod vocauit dñi pax, obtuliſſetq;
holocauſtum : hoc primum à dño petiuit ſi-
gnum,ponã(inquit)hoc vellus lanæ in area.
ſi ros in ſolo vellere fuerit, & in omni terra
ſiccitas:ſciam ꝙ per manum meam (ſicut lo-
quutus es)liberabis Iſrael.factumq; eſt ita.&
de nocte conſurgens,expreſſo vellere, cõchã
rore impleuit.qui rurſus,oro ait, vt ſolũ vel-
lus ſiccum ſit:& omnis terra rore madens.fe
citq; dñs nocte illa, vt poſtulauerat. et fuit
ſiccitas in ſolo vellere:& ros in omni terra.
ſic igitur verbum illud æternum,illapſu mira
bili : è ſinu patris,deſcẽdit in vterum matris.
nec vllo ſacri vteri dolore aut detrimento:
ſed ꝓrſus illius illibato pudore,ingreſſus eſt,
ex ea carnẽ aſſumẽs, egreſſusq; eſt factus ho
mo.ſuaui quidem & imperceptibili irroratio
ne deſcendit in vellus illud aureum virgineũ
q;,rex ipſe Meſsias,Dei regis filius. & leni ac
molli inſtillatione abſque ſtrepitu, & benedi
ctę terræ illius irruptione:ſicut ſtillicidia ſtil
lantia ſuper terram deſcendit.quo mirabili ſi
gno,imò ſigni mirabiliore adimpletione : de
manu diaboli liberamur.ſunt qui hoc ipſum
myſtice exponant de diuinæ gratiæ atq; do-
ctrinæ pluuia,in iudęorũ popolum prius deſ-
cendente,tanquam in ouium ſuarum vellus,
ad quas fuit miſſus Chriſtus, gentibus ipſis Mat.15.c.
areſcẽtibus,in ſua ſiccitate relictis.cuius plu
uiæ iſdem pſaltes meminit dicens:cæli diſtil Pſ.67.v.9.
lauerunt à facie Dei ſinai, à facie Dei Iſrael,
pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hære-
ditati tuæ,& infirmata eſt.ſed deſcendit po-
ſtea ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram,&
irrigauit gẽtes,gratiam illis & benignitatem
offerens atque irrorans: ſicco relicto vellere
iudęorum.quibus apoſtoli(qui & nubes plu
uiam deferentes)dixerunt : vobis oportebat
primum loqui uerbum Dei:ſed quoniam re- act.13.g.
pellitis illud,& indignos vos iudicatis æter-
næ vitæ:ecce conuertimur ad gentes.Sequit.

*Orietur in diebus eius iuſtitia, et abundãtia pacis:donec auferatur luna.* 7.

Veniente dño,veræ iuſtitiæ ac veræ pacis
autore:iuſtitia redundauit & pax,iuſti multi
& pacifici pullularũt & floruerunt:tunc fuit
quidem fertilitas & abundãtia magna: eritq;
ſemper ſub rege Chriſto.nec de ea loquimur
quę corporis penuriam & indigentiã aufert,
confertq; abunde victui neceſſaria,non enim
eſt regnũ Dei eſca & potus(vt apoſtolus ait) Rom.14.c
ſed iuſtitia & pax & gaudium in ſpũ ſancto.
vbi regnum Dei appellat id per quod Deus
regnat in nobis, & per quod ad regnũ ipſius
peruenimus, dequo in oratione dominica. Mat.6.b.
pręuiderat hoc etiam Eſaias futurum:præui- Eſa.45.b.
derant & patres de limbo clamantes, rorate
cæli deſuper,& nubes pluant iuſtum: aperia-
tur terra & germinet ſaluatorem, & iuſtitia
oriatur ſimul,quare obſecro?dicat iſdem Eſa Eſa.32.d.
ias.quia erit opus iuſtitiæ pax,& cultus iuſti
tiæ ſilentium ſeu tranquillitas:& ſecuritas vſ
que in ſempiternum.& ſedebit(inquit) popu
lus meus in pulchritudine pacis,& in taberna
culis fidutiæ,& in requie opulenta. & de iu-
ſtiæ & pacis abundãtia, per eundem prophe
tam ait dñs:vtinam attendiſſes mãdata mea, Eſa.48.d
facta fuiſſet ſicut flumen pax tua:& iuſtitia
tua ſicut gurgites maris &c.ſed q̊d eſt quod
dicit donec auferatur luna?erit ne tẽpus quo
hæc viſibilis & humanis oculis expoſita aufe
ratur : aut perpetuo abſcondatur & obtene-
breſcat ecclipſi? non profectò auferetur vſq;
ſecundum ſubſtantiam:licet in conſummatio
ne ſeculi à crementi & decrementi inſtabili-
tate:ad plenitudinem luminis perpetuo per-
manſuram,immutabitur.erit ergo piè viuen-
tibus in Chriſto,veræ iuſtitiæ & internæ abũ
dantia pacis,quæ iuſtificans eorum corda pa
cabit:vſque ad finem ſeculi.quando(vt dixi-
mus)à continuo motu auferetur luna, & ad
lucidiorem ac perfectiorem ſtatum rediget.
niſi



niſi hoc per abnegationem accipias, vt ſi di-
cas,hoc permanebit:donec cælum terrę com
miſceatur,quod neutiq̃ commiſcebitur vnq̃,
ſicut nec ſecũdùm ſubſtantiã auferetur luna.
vel ſi per lunam(acceptione myſtica) eccle-
ſiam intelligas:erit ſanè eccleſiæ ſanctæ,iuſti
tiæ,fidei:& pacis Chri abundantia : donec ab
hac vita mortali ad alterius immortalem (iã
electorum numero plena & cũ ſole ſuo Chri
ſto æternum viuitura & regnatura)auferatur
eccleſia.Sequitur.

8. *Et dominabitur à mari vſque ad mare: & à flumine, vſque ad terminos orbis terrarum.*

Siue per hæc maria,mare oceanum, & me
diterraneum.indicum,& gaditanum,ſiue quę
uis alia extrema,& ex diametro poſita : & ꝑ
flumen,magnũ illud euphratis,quod ab oriẽ-
te fluit, ſiue aliud quod ab oppoſito extre-
mo terræ diſtet,intelligas:hoc tibi ſit ſatis,la-
tiſsimum ſignari dominium, & monarchiam
vniuerſalẽ Chr̃o futurã.ſicut et Zacharias pro
Zach.9.c. pheta de rege ipſo Meſsia vaticinatus eſt di-
cens:& loquetur pacem gẽtibus, & poteſtas
eius à mari vſque ad mare:& à fluminibus vſ-
que ad fines terræ.id enim minime Salomo-
ni poterit adaptari Dauidis ex Berſabeæ fi-
lio,cuius regnum atque dominium ſtrictum
fuit:ſed Chriſto domino,cuius ipſe typũ geſ
ſit.de quo Hieronimus ad dardanum parte.1.
tract.1.epiſtola.10.nec forte vacat ꝙ ab aquis
dominium Chriſti dicatur eſſe:cum à baptiſ-
mo ſit quiſque in Chriſti cliẽtelam addictus,
iam pharaone,ſummerſo,& ſathanę tyranide
diſsipata.Sequitur.

9 *Coram illo procident ethiopes: & inimici eius terram lingent.*

Mos ſcripturæ eſt, vt partem ponat pro
toto,quale illud,ecce alieniginæ,& tyrus,&
pſ.86.v.4 populus ethiopum ij fuerũt illic.quemadmo
dum & nunc ethiopes nominat : quo omnes
ſignificet gentes,quæ procident coram rege
Meſsia,vt adorent eum. et qui olim inimici
erant:ſeſe adeò in veſtigia pedũ eius deijciẽt
proni,ad deoſculandum ea:vt terram lingere
videãtur.ſic enim futurũ prædixerat Eſaias,
Eſa.49.b.f inducens patrem Chriſto ſuo dicentem: parũ
eſt vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tribus Ia
cob, & fœces Iſrael conuertendas. dedi te
in lucem gentium:vt ſis ſalus mea vſq; ad ex-
tremum terræ.et(paucis interiectis) ſubiun-
git:ecce iſti de longè venient, et ecce illi ab
aquilone & mari,& iſti de terra auſtrali.ſub-
nectitq; demum de eccleſia ſua: vultu in ter-
ra demiſſo adorabunt te, & puluerem pedum
Eſa.60.c. tuorum lingent,et iterum: venient ad te cur
ui filij eorum qui humiliauerunt te:& adora-
bunt veſtigia pedum tuorum, omnes qui de-
trahebãt tibi.corã illo igitur procident ethio-
pes, iam per baptiſmi gratiam dealbati. et
qui ante inimici,quia ydolatræ atque ſuper-
bi:iam orthodoxi & humiles facti,terram lin
gent vbi ſteterunt pedes eius.coram illo etiã
procident ethiopes illi tetri & fuliginoſi infe
rorum,de quibus Paulus:in nomine Ieſu om Phi.2.b.
ne genu flectatur cæleſtium,terreſtrium & in
fernorum,procident (inquã) nam demones Iacobi.2.d
credunt & cõtremiſcunt.et inimici eius,æter
norum bonorum(uti auari)in ædia conſump
ti:terram terrenaq; lingent, & ſicut ſerpẽtes
ſupra pectus ſuum reptantes gradiẽtur: nihil
eorum quæ ſurſum ſunt quærentes, ſed quæ Colo.3.a.
ſuper terram.veluti illi quibus non eſt iuſti-
tia nec abundãtia pacis lingent vtique, molli
verbo terrena aucupantes : quæ per vim au-
ferre nequiuerũt.ſane impij(Eſaias ait) quaſi Eſa.57.d.
mare feruens,quod quieſcere non poteſt: &
redundant fluctus eius in conculcationem &
lutum.nõ eſt pax impijs dicit dñs Deus.nõ.n.
eſt pax hominibus male voluntatis,qui Chri
ſto ſemper inimicantur.Sequitur.

*Reges tarſis & inſulæ munera offerent: reges arabum & ſabba dona adducent.* 10.

Sic actum fuiſſe legimus.nempe magi ab o
riente venerunt dicẽtes:vbi eſt qui natus eſt Mat.2.a.
rex iudęorum?et intrantes domũ inuenerunt
puerum cum Maria matre eius,& procidẽtes
adorauerunt eum:et apertis theſauris ſuis,ob
tulerunt ei munera, aurum,thus,& mirrham,
ij etenim primitiæ gentium fuerunt, qui per
hæc myſtica dona(quaſi tributa ſoluẽtes ve
rò regi Meſsiæ)fidem ſuam proteſtati ſunt,ip
ſiq; Deo viuenti in ſecula ſeculorum atq; ho-
mini pro omnibus morituro colla ſubdide-
runt,fidelium nomine,de quibus.Sequitur.

*Et adorabunt eũ omnes reges: omnes gentes ſeruient ei.* 11.

Sit hìc diſtributio quam accommodã vo-
cant,nam de omnĩ gente fuerunt & erunt ali
qui, qui Chriſtum dñm vti veri adoratores,
verũ Deũ & hoĩem in ſpiritu et veritate ado Ioan.4.c.
rauerunt & adorabunt,latryam illi impendẽ
tes,ac Deo debitã ſeruitutẽ.hæc vtique ado
ratio,in Ioſeph vẽdito,ſomniũ & figura fuit. Gen.37.c
in Dauid rege,prophetia:veritas in Chr̃o.

*Quia liberauit pauperem à potẽte:et pauperem cui non erat adiutor.* 12.

Si liberatori patriæ inſeruiendum eſt: quã
to potiore iure totius orbis atq; humani ge-
neris redẽptori? deſcẽdẽs quippe homo ille Luc.10.c.
omniũ parens,à Ieruſalem in hiericum,inci-
dit in latrones.qui etiam deſpoliauerunt eũ:
&

& plagis impoſitis abierũt ſemiuiuo relicto-
hinc pauper effectus omniq́; deſtitutus ope:
ſub diaboli tyranide captiuus homo, totaq́;
Rom.3.c. in eo progenies palpitabat. omnes enim pec-
cauerunt(ait apoſtolus)& egent gloria Dei.
hoc eſt iuſtificatione quæ in gloriam Dei ce
dit. at venit ſamaritanus noſter,ſeruator &
cuſtos,venit Dei filius:et ipſe miſericors po
Mat.12.c. tentiſsimusq́;. et forti ac potenter deuincto
ſathana:miſericorditer approprians ſauciato
homini: alligauit vulnera eius,et hic huius
pauperis cui nõ erat adiutor,liberationis mo
dus.adde inſuper quod ſequitur.

13. *Parcet pauperi & inopi: & animas pau
perum ſaluas faciet.*

Nempe condonat culpam: ſimulq́; gratiã
præſtat.liberat à malo & ad bonum iuuat: in
firmitatem eliminat,tribuit & ſalutem.quod
ſibi vel ex nomine congruit, dicente angelo
Mat.1.d. ad Ioſeph:vocabis nomen eius Ieſum,ipſe.n.
ſaluum faciet populum ſuũ à peccatis eorũ.
eſt ne quod amplius dictis addas?Sepuitur.

14. *Ex vſuris & iniquitate redimet animas
eorum: & honorabile nomen eorum co-
ram illo.*

Nonnulli verterũt, & honorabilis ſanguis
eorum coram illo,ꝙ precioſa ſit in cõſpectu
dñi mors ſanctorũ eius,& martyrum effuſio
ſanguinis glorioſa.ex vſuris(ait) & iniquita-
te redimet animas eorum.porro peccata pu-
blica grauiora ſunt,vt quæ infamem hominẽ
reddũt.cuiuſmodi ſunt vſuræ,ſimoniacæ pa-
ctiones,illiciti contractus,periuria in præiu-
dicium proximi,cæteraq́; id genus atrociſsi-
ma delicta,quæ nimium lædũt, & meritò ini
quitates denominantur.à quibus omnibus re
dimet electos dñs, vt habitent in tabernacu-
lo ſuo:& requieſcant in mõte ſancto ſuo.ro-
gatus enim dñs,quiſnã dignus eſſet huiuſmo-
di habitatione?per eundem ſpiritum prophe
Pſ.14.z. ticum ipſe reſpondit:qui ingredietur ſine ma
cula. paucisq́; enumeratis adiecit, qui iurat
proximo ſuo & non decipit, qui pecuniã ſuã
non dedit ad vſuram,& munera ſuper innocẽ
tem non accepit.redimet hos ergo ex vſuris
& iniquitate,nec apud Deum vlla manebit
infamiæ nota,cum iam ſibi amicos fecerit il-
los:quin erit potius honorabile nomen eoru
coram illo,quorum nomina ſcripta ſunt in li
Phi.4.a. bro vitæ hoc eſt,in firma Dei de prædeſtina-
tis notitia:& omnium iniquitatum eorũ quas
Ezec.18.d. operati ſunt,non recordabitur amplius.ſicut
Galt.2.b. etiam apoſtolus eius Paulus,eos qui videban
tur eſſe aliquid:quales aliquando fuerint, ſua
non intereſſe dicit.vel per vſuras(vt quibuſdã
placet)accipe pœnas,quas pro temporali cul
pa peccatores(niſi pœnituerint) luent æter-
nas,et iniquitatis nomine,mortales intellige
noxas:vt ſit ſenſus,ꝙ electorum animas redi
met à pœnis ſimul & culpa,ne ſint vltra debi
tores. nec eò ꝙ ante fuerit peccatores:iã re-
dempti,minori precio erunt apud eũ,ſed ma
iori, ꝙ pœnitentiam egerint de cõmiſsis. ſit
nobis exemplo paulus ex perſequutore vas
electionis.ſit ex theloneario vnus,apoſtolus
factus & euãgeliſta.ſit ex negatore,princeps
eccleſiæ alter:et ex peccatrice in ciuitate fa-
moſa:ea quæ ſibi optimam partem elegit, cõ
pluresq́; alij,quos enumerare longũ eſt.quo-
rum omnium nomen: honorabile coram illo
eſt,& nomen ipſius illis omnibus obſeruan-
dum.Sequitur.

*Et viuet, & dabitur ei de auro arabiæ:* 15.
*& adorabunt de ipſo ſemper,tota die be
nedicent ei.*

viuere abſolutũ & inde pẽdens:ſolius Dei
eſt.ſicut enim pater habet vitam in ſemetip- Ioan.5.e.
ſo ait Chrs:ſic dedit & filio habere vitam in
ſemetipſo.hinc illud ſcripturæ verbũ ſæpius
repetitum:viuit dñs viuit dñs,quo æternitas
ſignificatur viuentis in ſecula ſeculorum.vi-
uet igitur,et ęternum viuet,rex ipſe Meſsias.
et dabitur ei de auro arabiæ ſiue per aurum
precioſiſsima dona quæ in eccleſiæ miniſte- Ioan.3.e.
rium à regibus & principibus alijsq́; diuiti-
bus data ſunt intelligas:ſiue ſpiritum(qui nõ
eſt ei datus ad menſuram)aut ſapientiam cæ
terasq́; virtutes:hoc vtiq; verum eſt.et adora
bũt de ipſo ſemper.vel ab ipſo inſtructi,quo
modo oporteat orare, ipſumq́; adorare:uel
ꝙ de ipſo auro myſtico offerenres adorabũt,
vel de Deo cogitantes ac loquentes,et quæ
petierint ipſius nomine poſtulantes orabũt,
atque omni tempore benedicent ei.Sequit.

*Erit firmamentũ in terra in ſummis mõ* 16.
*tium,ſuper extolletur ſuper libanum fru
ctus eius: & florebunt de ciuitate, ſicut
fœnum terræ.*

Nouimus apud interpretes varias fuiſſe
verſiones.ſunt qui ꝓ firmamento pugilũ fru
menti dixerint,alij memorabile triticum,alij
verò placentulam frumenti. quas omnes (ſi
vacat)perſcrutari et reperire licebit: easque
pie et fideliter ſanctiſsimo euchariſtiæ adap-
tare ſacramento,quod firmamentũ eſt in ter
ra,et panis ſuper ſubſtantialis cor hominis cõ Pſ.103.c.17
firmans.cuius apertiſsima figura fuit ſubcine
ricius ille panis,repertus ad caput: in cuius
cibi fortitudine vſque ad mõtem Dei perue
nit



nit Helias,hoc etiam eſt memorabile triticũ,
Pſ.110.v.4. quod vt memoriam faceret mirabilium ſuo
rum miſericors & miſerator dñs: eſcã dedit
timentibus ſe,illudq́; præcepit fieri in paſsio
nis ſuæ commemorationem. hæc itidem eſt
placentula frumenti quæ de menſa dñi ſupra
montium vertices, hoc eſt ipſa capita ſacer-
dotum:eleuat quotidie à fideli populo ado-
randa.non ſicut placentulæ illæ ſiue tortulæ
Num.11.b. quę olim pribus ex manna è cælo cadente cõ
fectę ſunt,ſaporis quaſi panis oleati.has enim
omnes hæc noſtra placentula excellit ſubſtã-
tia,perinde atq; gratia,dulcedine,ac dignita-
te.illę quidem ad os tantum aſcendentes ſoli
corpori nutrimẽtũ præſtiterũt:hęc verò ſum
mitates montium trãſcendens ac merita vin-
cens,credentium mẽtes reficit atque ſaginat.
cuius fructus, aĩæ incorruptionem præſtat,
euehit in cælum, vitamq́; largitur æternam.
ſuper extollitur enim,ſuperatq́; altiſsimas ce
dros libani fructus eius. nam qui manducaue
rint hunc panem qui de cælo deſcendit, verũ
ſcilicet Chri corpus,ſub placentulæ ſpeciebus
contentum: viuet in æternum. et florebunt,
illum dignè ſumẽtes:ſicut fœnũ terræ, quod
breui tempore floret, ſint tamen oportet de
ciuitate dñi,atque eccleſiæ teneant fidem &
vnitatem. nã qui ad huiuſmodi ciuitatẽ Dei
non pertinent,quales ſunt hęretici & chiſma
tici:dum placentulam deglutiunt, iudicium
ſibi manducant, non diiudicãtes corpus dñi,
nec à cibis communibus diſcernentes.ij vtiq;
non florebunt ſicut fœnum terrę:ſed decidẽt
potius & areſcent.et hic ſenſus mirabilis eſt:
et quem arbitramur propheticũ ſpiritum prę
tendiſſe.vel per firmamentum:euangelium in
tellige,apoſtolicamq́; doctrinam.nempe apo
ſtoli qui & montium ſummi: primi fuerunt
huius firmamenti propagatores,ipſique(poſt
Chriſtum)primos fidei lapides iecerunt in ec
cleſiæ fundamentum, quæ fundata eſt ſupra
Pſa.86.v.1. firmam petram,& fundamenta eius in monti
bus ſanctis.at euangelij fructus ſuper extol-
letur ſuper altas cedros libani:ſiue per has ce
dros huius ſeculi ſapientes accipias,vti Socra
tem,Platonem,Ariſtotelem, cæterosq́; quos
græcia iactat & orbis, viros quidem diſci-
plinis excellentes:ſiue patriarchas & prophe
tas,aut ſi mauis angelos, qui in corruptibilis
Pſ.103.v.18 & ſuperioris libani cedri ſunt, quas altas &
ſublimes gratia atq; natura,plantauit dñs.pri
ma quidem lex à Deo propter trãſgreſsionẽ
poſita eſt, (apoſtolus ait) donec veniret ſe-
Gala.3 c. men cui promiſerat,ordinata per angelos, in
manu mediatores,hoc eſt Moſsis.at nouiſsi-
Heb.1 a. mè diebus iſtis loquut' eſt nobis in filio, qui
Epha.2.d. ſanctum euangelium protulit:legem illã man
datorum hoc eſt ſanctorũ decretis euacuans:
ipſamq́; per euãgelium adimplens. quo vdio
mate vſus alibi idẽ apoſtolus ait:vbi eſt glo Rom.3.e.
riatio tua?excluſa eſt.per quam legem? facto
rum?non,ſed per legem fidei.erat quippe an-
tiqua illa imperfecta,quæ oſtẽdebat vulnus:
ſed medicinam non afferebat,quæ nec gratiã
conferebat.nihil enim ad perfectum adduxit Heb.7.c.
lex.nam munera & hoſtiæ per eam offerunt,
quæ(vt apoſtolus ait)non poſſunt iuxta cõſ- Heb.9.c
cientiam perfectum facere ſeruientem: ſicut
lex dñi immaculata conuertens animas,teſti- Pſ.18.ve.8.
monium dñi fidele,ſapientiam præſtans par-
uulis, iuſtitiæ dñi rectæ lætificantes corda,
præceptũ dñi lucidum illuminans oculos,illa
quidẽ lex mutabilis & euacuanda: hæc autẽ
immutabilis,firma & in æternum permãſura
erat;firmamentum denique in ſummis mon-
tium eſt:cuius fructus ſuper extolletur ſuper
libanum,legem illam priorem ſuperans & ex
cellens;vt mediator excuſit mediatorẽ. vnus
ſiquidem ille mediator Dei & hominum ho 1.Tim.2.b
mo Chriſtus Ieſus: qui dedit redemptionem
ſemetipſum pro omnibus,cuius teſtimonium
temporibus ſuis cõfirmatum eſt. de quo idẽ
Paulus,tãto(inquit) melior angelis effectus: Heb.1.b.
quanto differẽtius præ illis nomen hæredita
uit.et rurſus:nunc autem melius ſortitus eſt
miniſterium: quanto & melioris teſtamenti
mediator eſt, quod in melioribus repromiſ-
ſionibus ſancitum eſt.nam ſi illud prius, cul-
pa vacaſſet: non vtique ſecundi locus inqui-
reretur.eſt igitur hoc precioſius firmamentũ
in ſummis montium eleuatum: cuius fructus
libano eminentior eſt.cuius etiã participatio
ne:ij qui de ciuitate dñi ſunt,quiq́; ad eam ꝑ-
tinent ita creſcent in dies:vt ex paucis granis
læta ſolet ſeges conſurgere in meſſem mag-
nam:florebuntq́;,vt florere ſolent grati homi
nes apud Deum.qui florenti fœno ideo com
parantur:quia ex ſe omnis caro fœnũ, & om Eſa.40.b
nis gloria eius quaſi flos agri. exicatum eſt
fœnum,& cecidit flos:verbum autẽ dñi ma-
net in æternum.Sequitur.

*Sit nomen eius benedictum in ſecula: an*
*te ſolem permanet nomen eius.* 17.

Nomẽ illud tetragramaton, ſanctũ terribi
le, laudabile.nomen illud mirabile & admira
bile in vniuerſa terra:ſit benedictũ ꝑ oĩa ſecu
la ab oĩ creatura:eò ꝙ creatoris nomen eſt.
nomen quidem æternum permanens ante ſo
lem,ante omnem motum, ante omne deniq;
tempus,illius qui eſt & ſemper eſt: omnipo-
tens nomen eius.

*Et benedicentur in ipſo omnes tribus ter* 18.
*ræ omnes gentes magnificabunt eum.*

Bene-

Benedicentur in ipſo tanquam in ſemine;ſi
Exo.15.a cut olim Abrahæ promiſſum eſt.quod anno-
Gala.3.c. tans apoſtolus ait:non dicit in ſeminibus qua
ſi in multis: ſed quaſi in vno, & ſemine tuo
qui eſt Chriſtus.ſed non qui filij carnis ij filij
Dei: ſed qui filij ſunt promiſsionis æſtiman
tur in ſemine.non tantū tribus Iſrael: ſed oēs
tribus terræ. pro qua benedictione: omnes
gentes maxima cum gratiarum actione mag
nificabunt eum.et ſequitur.

*Benedictus dn̄s Deus Iſrael:qui facit mi-*
19 *rabilia ſolus.*

Illi ſoli ſit benedictio & claritas & ſapien-
Apo.7.c. tia & gratiarū actio:qui eſt ſuper oīa Deus
Rom.9.b. benedictus in ſecula amē,quiq; mirabilia ope
ratur ſolus. de quibus ſapiens ait: mirabilia
Eccl.11.a. opera altiſsimi ſolius:& glorioſa & abſconſa
atq; inuiſa opera illius, quæ licet efficiat me
diante cauſa ſecunda: ipſe tn̄ primaria cauſa
eſt. qui ſolus poterit (omni cooperatione ſe
cluſa) quum libuerit operari.Sequitur.

*Et benedictum nomen maieſtatis eius in*
*æternū: & replebitur maieſtate eius om* 20.
*nis terra,fiat fiat.*

Sitque iterum atque iterum, ſitque omni
loco & tēpore,imo in ęternū benedictū nomē
maieſtatis ei⁹ cuius poteſtas,poteſtas ęterna,
quæ non auferetur:& regnum eius, quod nō Dani.7.c.
corrumpetur.et replebitur magnitudine po-
tentiæ ſuæ,omnis terra: vt ſemper & vbique
terrarum adoretur rex noſter Deus, Dei re-
gis filius,ita ſit& fiat vt optamus,regnetq; in
nobis Amen.

## EPILOGVS PSALM. 71.

*DEus iudicium tuum regi da &c. Ad iudicandum populum tuum in æquilibrio iuſtitiæ: & humiles corde in iudicio.æquum eſt enim ſit iudex hominum homo,qui hominis ingenium nouit,figmentum pariter,fragilemq; naturam.is etiam unigenitus eſt: quem iam ſpiritu intueor in carne uenientem,atq; pacem omnibus afferētem,unde ſortietur pacifici regis nomen.ſuſcipiant ergo proceres ipſiq; angelicæ atq; humanæ naturæ primores princi peſq; pacem,quam populo annuncient emiſſam de cælo.ſuſcipiant miſericordiam olim promiſſam:& iuſtitiam,qua impij iuſtificentur.ueniet utiq; miſericors & iuſtus dn̄s,qui iuſtificabit humiles apoſtolos ſuos,eorumq; immitatores:quos uti filios per euangelium generabunt:humiliabitq; diabolum ſuperbum atq; calumniatorem.& permanebit cum ſole & coram luna,in generatione & generationem:eò q, ſuppoſitum diuinum ſit in duabus naturis,diuina ſcilicet & humana:quarum altera per ſolem, alte*
Sap.18.c. *ra uerò per lunam ſignificatur.deſcendetq; omnipotens ille ſermo exiliēs de cælo,à regalibus ſedibus (omni cum ſilentio)in uirginis uterum.non ſecus ac pluuia in uellus,& ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram:ſi tamen magna licet componere paruis.orietur in diebus eius iuſtitia,et abundātia pacis,quæ perpetuò durabunt,donec auferatur luna.quæ utiq; nuſquam quo ad ſubſtantiam auferetur. & dominabitur à mari uſq; ad mare &c.Erit quidem monarcha,& in nomine Ieſu omne genu flectetur.coram illo procident ethiopes &c.quandoquidem gentes fidei iugo colla ſummitent:& demones ſub pedibus eius contremiſcent.Reges Tarſsis & inſulæ munera offerent,in regem illum agnoſcentes et ſeruatorem:quia liberauit pauperem à ſathana feroci:parcetq; pauperi & inopi populo gentium,& ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum,qui à pœna ſimul & culpa liberabit: & erit honorabile nomen eorum coram illo,quo chriſtiani denominabuntur.et uiuet,eò q, ipſe uita ſit. & dabitur ei de auro arabiæ,eritq; in donis & gratia ditiſsimus omnium,& per ipſum orantes obtinebunt,& benedi*
Ioan.4.c. *cent ei:qui adorabunt patrem in ſpū & ueritate.erit etiam firmamentum in terra in ſummis montiū. nam panis ille cæleſtis & ſuperſubſtantialis,erit hominum ſpiritualis cibus:qui ſuper capita ſacerdotum eleuabitur adorandus,uti excellens omnia,& animæ in corruptionem præſtans.ecce qui hunc panem ſumpſerint dignè:florebunt in eccleſia Dei ſicut fœnum,& in carne uiuentes non marceſcēt, quin potius florebunt ſpiritu,in Deum tendentes.ſit nomen eius benedictum in ſecula,cui nomen æternum & ante omnem creaturam,in quo benedicentur omnes.eſt enim ipſe Deus creator omnium,cuius maieſtate replebitur omnis terra.nonnulla dixi,quæ erga homines operatus eſt Deus: nec bonitatem illius ſatis demirari queo.ſed neſcio qua indignatione commotus diſcrutior nimium:q, peccatores & ingratos,bonis uideam abundare.*

## PSALM. 72.

***QVAM bonus Iſrael Deus: his qui recto ſunt corde.***

Huic pſalmo talis eſt titulus:defecerunt hymni Dauid filij Ieſſe,pſalmus Aſaph.ſunt tamen qui priorem huius tituli partem, ad præteriti pſalmi finem ſpectare contendant: poſteriorem verò(hoc eſt)pſalmuus Aſaph, ptitulo huic pſalmo præponi.induxerat quippe pſaltes Chrm̄ venientem, iamq; regnare incipientem: qui totiu



totius eſt prophetiæ ſcopus.cum autem reg-
ni eius exordia fœliceſq; ſucceſus, (quos in
ſpiritu viderat)enarraſſet: quaſi iam ſit votis
ſuis ſatisfactum abunde, nec ſit quod ampli-
us optet aut quærat: toto mētis iubilo re-
pletus ait: *defecerunt pſalmi vel hymni* Da-
uid filij Ieſſe:et qui in Meſsiam regem deſi-
deratum cunctis gentibus; velut in finem vl-
timum tendebant hymni: completi ſunt, nec
Ioan.8.g. fine ſuo fruſtrati:nempe exultauit Dauid fi-
lius Ieſſe,ſicut olim Abraā progenitor eius,
Eſa.11.a. vt Chriſti incarnati videret diem.vidit in ſpi
ritu: & gauiſus eſt.vidit quippe florem de ra
dice Ieſſe,aſcendētem:Dauid ipſe filius Ieſſe.
vidit,cecinitq; de eo miſteria plura.nō eſt igi
tur ſenſus,q alios poſtea non condiderit pſal
mos:ſed q is(quem trāſegimus)pſalmus,pſal
morum omnium materiam contineat atque
hymnorum: perinde atque eundem ſcopum
habeat & finem,q ſi illa verba ad huius pſal-
mi titulum pertineant:non ocioſe,ſed ſignan
ter dictum arbitramur,defeciſſe hymnos Da
uid filij Ieſſe. hactenus quidem loquutus eſt
ſapienter(vt diuinum vatem decet)nihil hu-
manæ inſipientiæ ſtolidum ſtultumue hym-
nis admiſcens:nunc autem vt homo hominis
filius,& inſipientium ac cæcutientium homi
num perſonam induens, atque errorem illo-
rum exagerans,quo demum rē ipſam efficiat
clariorem: nonnulla adfert, quæ ab impe-
ritis & impijs filijs huius ſeculi, excogitari,
tractari,& opponi ſolent,quæ vtique à vero
deficere,& à recto tramite deuiare,in fine cō
monſtrat. hos igitur humanos defectus ſigni
ficans ait:defecerunt hymni Dauid filij Ieſſe,
ne quis illos diuino ac prophetico ſpiritui,
quo loquutus eſt hactenus,aſcribere velit:cū
fragilitatis ſint,& imperitiæ humanæ.propo
nit ergo primum pro themathe irrefragabi-
li,q valde bonus ſit Deus Iſraeli, his ſcilicet
qui candido puro & recto ſunt corde:nec ſit
q de bonitate Dei poſsit quis cōqueri iure.
quæ prophetica aſſertio,totius diſputationis
atq; diſcurſus eſt baſis.quàbonus(inquit)Iſra
el Deus hoc eſt credentibus& diligētibus ſe.
Ioan.1.d. q̄quidē ij recti ſunt corde, & verè Iſraelitæ,
in quibus dolus nō eſt.nō enim omnes qui ex
Rom.9.b. circunciſione ſunt Iſrael:hi ſunt Iſraelitæ, ait
Paulus. nec ij continuò recti cenſendi ſunt:
quibus recta videtur ea qua gradiuntur via.
Pro.16.d. eſt enim via quæ videtur homini recta ait Sa
lomō:& nouiſsima eius ducunt ad mortem.
ſed ij dūtaxat qui abſque vllo diuerticulo, p
batiſsimo & directo calle,per fidem,ſpem &
charitatem,in deum tēdunt, cuius rei gratia
hæ virtutes theologicæ nūcupantur:quia vl
timum finem habent pro obiecto, qui Deus
Cant.1.a. eſt,de quibus ait ſponſa:recti diligunt te.his
profectò bonus eſt Deus,qui diligentes ſe di
ligit:hiſq; benignus eſt & manſuetus,hæc cō
cluſio(citra omnem contentionis aleam)pro
batiſsima eſt & vera.ſed ecce(ſubdit prophe
ta)obiectiuncula ex aduerſo pugnat, ab hu-
mana cōſideratione pgreſſa, quæ vehemēti
impulſu, eouſq; animū impetiuit meum: vt
propemodum ad lapſum declinarim,non ſe-
cus ac ſi capitis vertigine laboraſſem.

*Mei autem penè moti ſunt pedes: penè* 2.
*effuſi ſunt greſſus mei.*

Pedes animę: affectiones ſunt & cogitatio
nes,quibus fertur & hac illac dilagatur. affe
ctus igitur mei,diſtorta(qua dixi) & obliqua
cogitatione penè moti ſunt:atque iudicio fal
ſo deluſi.nam carnalis ego homo à primi pa
rētis lapſu(vt Miphiboſeth) Ionathæ filius)
debilis pedibus effectus,atque in concupiſci 2.Reg.4.b &9.a.
bili læſus: ad malum pronus vacillare cœpi,
& penè effuſi ſunt greſſus mei operationes
meæ ſcilicet extra viam virtutum:vt à recti-
tudine declinarem. et cum Hieremia & Iob
viris quidem iuſtis atque rectis: neſcio quo
iuſtitiæ zelo commotus,(licet non ſecūdum
ſcientiam)ſuſpirans & gemens animo:quare Hier.12.a aio
via impiorum proſperatur,bene eſt omnibus
qui præuaricantur & iniquè agunt?&c.quare
impij viuunt, ſubleuati ſunt, confortatique Iob.21.a
diuitijs?&c.

*Quia zelaui ſuper iniqos:pacem peccato-*
*rum videns.*

Corroſus animo,ac zelo tabeſcēs,ingemui 3.
primum,& vicem meam dolui: qui bellis vn
dique premor.deinde iniquis temporali pa
ce fruentibus inuidi, & falſa dulcedine ille-
ctus,ipſam adeò concupiui:vt penè ad immi
tandum eos iam eſſem attractus: quos tanto
potiri bono viderem. quippe quos impunè
peccantes conſpicerem,atque omni pace ſe-
curos.et hoc vnde?Sequitur.

*Quia non eſt reſpectus morti eorum: &*
*firmamentum in plaga eorum.* 4.

Si negatio in fronte poſita,totum quod ſe
quitur deſtruat,eiuſq; oppoſitum ponat:erit
ſenſus,ideo iniqui in pacis amœnitate viuūt,
& tranquillam vitam ducunt:q nulla ſit illis
de vētura morte cogitatio,quæ illorum ani-
mos diſturbare queat.q, ſi egritudo aut quæ
uis alia venerit plaga:hæc nec permanens eſt
nec firma ſed obiter & raptim tranſit, nec ar
bitrantur q maneat eos finalis illa ſine fine &
æternum permanſura tormentorum plaga.ſi
autem priorē duntaxat verſus inſpicitur par
tem:ſenſus erit,ideo iniqui pacato ſunt aīo:
quia non reſpiciunt q mortales ſint, neq vi-
tæ huius ſit firmitas vlla,quòdq; firmamentū
futurum ſit in plaga eorum apud inferos per
petuò

petuò duratura.quod tñ nec leui deguſtatio
ne conſiderare libuit vnquam :cum ſeſe fir-
mos ſentiant,ſtabiles,fortes,atque potentes,
vt cæteros inuadant homines,illisq́; reſiſtãt.
et quaſi vallati ſint vndique:nihil timent,ha-
bentes diuitiarum firmamentum pro repagu
lo & pro murali. pro quo alij tranſtulerunt,
quia non eſt anxietas morti eorum, & firmũ
eſt robur eorum. non eſt illis vllus vtique in
morte dolor aut cruciatus.Sequitur.

5. *In labore hominum non ſunt: & cum ho
minibus non flagellabuntur.*

Iob.5.b. Cum homo ad laborem ſit natus quem (à
primęua ſui cõditione & ante lapſum)poſuit
Gen.2.b. Deus in paradiſo voluptatis vt operaretur et
cuſtodiret illam:cur torpet ocioſus? nempe
ocioſi & in delitijs poſiti: iuſtorum hominũ
labores fugiunt.hinc eſt ꝙ cum his (quaſi nõ
Pſal.8.octo ſint de numero filiorum)non flagellabuntur,
ve.2. nec ſubiacebũt diſciplinæ,quæ bonitatem &
veram ſcientiam docet: vt ad bonum exerce
Heb.12.b. antur. flagellat enim Deus omnem filiũ quẽ
Eccl.30.a. recipit.nam iuxta ſapientis dictum : qui dili-
git filium ſuum:aſsiduat illi flagella, vt lætetũ
in nouiſsimo ſuo.atqui flagellabuntur iniqui:
ſed cum demonijs,æterno cruciatu atque la-
bore morientes flagellabuntur : qui in labore
hominum noluerunt eſſe viuentes.ſicut ſcrip
tum eſt in libro ſapientiæ. negantes enim te
Sap.16.c. noſſe impij:per fortitudinem brachij tui fla-
gellati ſunt,nouis aquis & grandinibus & plu
uijs perſequutionem paſsi ſunt, & per ignem
1.Cor.15.b. conſumpti.nõ ſic Paulus, qui abundãtius om
nibus laborauit.ſed in laboribus plurimis,in
carceribus abundantius,in plagis ſupramodũ,
2.Cor.11.c. in mortibus frequenter:& à iudeis quinquies
quadragenas(vnam minus) accepit.cui tamẽ
2.Tim.4.b conſummato curſu, repoſita erat corona iu-
ſtitiæ.Sequitur.

6. *Ideo tenuit eos ſuperbia : operti ſunt ini-
quitate, & impietate ſua.*

Hinc ſuperbia creuit: ꝙ non ſint flagellati
ſuperbi. aucta eſt viribusq́; ſuffulta.facta eſt
gigantea,& tenuit poſſeditq́; homines, à qui
bus tenebatur ante:dum praua conſuetudi-
ne ducti , quaſi vndequaq; irretiti vel circũ
amicti obolutiq́; pallio : operti ſunt propria
iniquitate , cæteros homines faſtu ac ferina
immanitate calcantes,& impietate ſua , Deũ
contemnẽtes.atqui meritò operti dicuntur:
qui nec Deum,nec ſe,nec proximum intuen-
tur:nec ipſi à Deo miſericordiæ oculis reſpi
ci promerentur.operti ſunt enim,qui nõ faci
lè ſeſe poſſunt explicare.ipſi etiã voluptuoſè
viuentes replentur adipe & pinguedine; ipſa
q́; licentioſa laſciuiunt libertate: cum ſint vi
lia vitiorum mancipia, à ſuperbia ( malorum
omnium capite)poſſeſſa.hinc obeſi,ac ꝑ hoc
diſtẽti,inflati & elati,operiuntur iniquitate,
non reddentes cuique quod ſuum eſt:& exhi Rom.6.d.
bentes membra ſua ſeruire immunditię & ini
quitati ad iniquitatem:non iuſtitiæ, in ſancti
ficationem.operiuntur etiam impietate ſua:
factiq́; ſunt Deo odibiles.nam(vt ait ſapiens) Sap.14.d.
ſimiliter odio ſunt Deo : impius & impietas
eius.Sequitur.

7. *Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum:
tranſierunt in affectum cordis.*

Prodijt vtiq; (propter adipẽ)oculus eorũ
nequam:dum incraſſati occæcatur,& ſemper
intentione praua operantur. prodijt quidem
iniquorũ iniquitas:quæ ſemel concepta exijt
in actum.et prodijt non ex macie & indigen
tia : ſed ex adipe & abundantia diuitiarum.
quæ vltra modum congeſtæ:affectum cordis
illorum (alioqui inſatiabilem ) iam trãſire &
ſuperare videntur.prodijt etiam non tam ex
ignorantia atque humana infirmitate : quàm
ex adipe malitiæ & nequitię.et hoc eſt quod
ait:tranſierunt in affectum cordis:et ab affe-
ctu ad effectum.à concupiſcẽtia carnis, & ap
petitu ſenſus: trãſierunt ad deliberatam.mali
tiam animorum.attende nunc(obſecro) & ra
dicem conſidera,ex qua hoc tantum pullula
uerit malum, ꝙ tranſierint in affectum cor-
dis.erat quippe illis qualis qualis pax,atq́;(vt
arbitrati ſunt)peccandi impunitas,& (qua de
teriores eſſent)licentia illis erat.& nulla ꝓr-
ſus de ventura morte meditatio , non firma-
mentum in plaga,non labor,non flagellũ,nec
vllum denique(quod ſolet affligere) malum.
ideo tenuit eos ſuperbia:ſibiq́; in poſſeſsionẽ
addixit. non ſecus ac febris & freneſis illa,
quæ dum hominem tenet:à ſe alienatum red
dit. operti ſunt ergo iniquitate & impietate
ſua:nihil in eis penitus,quod iniquitatem non
ſapiat:aut oleat impietatem.nihil charitatis
aut religionis,nihil humani pudoris,aut diui
ni timoris eſt in eis.atqui incraſſati ſunt,im-
pinguati,dilatati:prodijt quaſi ex adipe ini- Deut.32.c.
quitas eorum,& tranſierunt in affectum cor
dis.nam ſoli proprio appetitui ſeruientes:læ
tantur cum maleſecerint, & exultãt in rebus Pro.2.c.
peſsimis.tranſierunt(inquam)dum ad votum
ſuccedunt omnia,ita vt expleant affectum in
fectum, imò ipſum prætergrediantur inter-
dum.præcogitatẽ iniquitati culmum addẽtes
effectu.prodijt etiam & adeò prodijt : vt in
propatulo ſit, nullaq́; poſsit tergiuerſatione
celari, aut excuſatione defendi. quin agnoſ-
cant omnes ꝙ non ex ignorantia aut huma-
no accidente defectu: ſed ex deprauato affe
ctu.nec ex neceſsitate:ſed ex pinguedine , &
malitia prodierit abundante.Sequitur.

*Cogita*



*Cogitauerunt, & loquuti ſunt nequitiã:*
8. *iniquitatem in excelſo loquuti ſunt.*

Quaſi ſuperbis non fuerit ſatis, tranſiſſe in
affectum cordis: iniquitati ſuæ gradum alte-
rum addiderunt.cogitauerunt(inquit)& lo-
quuti ſunt nequitiam. nam quod conceperũt
mente,& damnato conſilio hinc inde voluẽ-
tes apud ſe decreuerunt:id nequius loquuti
ſunt,& ſerpẽtino ſibilo teterrimum euomue
runt virus : maledico quidem ore in excelſo
& elato corde,ac veluti de excelſo & eminẽ
te loco linguaq́ue magniloqua,in proximum
inuehentes loquuti ſunt.&(quod omni malo
deterius eſt , ne dicã malorũ oĩum peſsimũ)
in excelſum loquuti ſunt. de quo ſequitur.

*Poſuerunt in cælum os ſuum: & lingua*
9. *eorum tranſiuit in terra.*

Ecce domine, ſuperbia eorum qui te ode-
Pſ.73.v.24 runt aſcendit ſemper. quippe qui non ſolùm
homines conuitijs impetunt,&(quaſi nõ ſint
ſicut cæteri)proterunt & conculcare nitun-
tur:verum etiam te Deum opt.max. creato-
rem ſuum benignum ac beneficum inhono-
rant: vt ſummum iniquitatis gradum attin-
gant. poſuerunt enim in cælum os ſuum , te
omnemq́ue militiam & ſanctorum cohortẽ
blaſphemantes:atque nomini ſancto tuo & ꝓ
uidentiæ detrahentes. proh nefas hominum
q́; pudor? legiſlatores fiunt:legis tuæ tranſ-
greſſores. pro dijs haberi volunt, nec præ-
cepta ſua contemni patiuntur: qui tuis con-
traire non verentur. & lingua eorum tranſi-
uit in terra.atqui hominum limites arrogan-
ter excedunt,criſtam erigentes , & viperino
flatu parcentes nulli.Sequitur.

*Ideo conuertetur populus meus hic : &*
*dies pleni inuenientur in eis.*

10. Pro quo alius vertit,& aquæ calicis pleni:
exprimentur in eis.quod eſt dictu:huiuſmo-
di peruerſionem conſiderantes : vltra quam
dici poteſt amaro animo erunt.analogia ſum
pta,ab illo tormentorum genere, quo ſolent
homines torqueri,calicibus aqua plenis. vel
(quod verius arbitramur)in huiuſmodi mo-
res impiorum quaſi ad aquas ſitibundi con-
uertenẽ.ait ergo pſaltes.mei ſimiles,qui ideo
populus meus ſunt , ꝙ eiſdem moribus viui-
mus,eademq́ue gradimur via, dum hic per fi
dem ambulans, malorum proſperitatem vi-
1.Co.5.b. det:ceſpitabit hæſitans, atque ad ſe cõuerſus
gradum ſiſtet.& horum omnium diſcuſsioni
vacans:dicit ſe ipſum rogans,dies ne pleni in
uenientur in eis?putas ne ij quibus pax eſt,&
nullus reſpectus morti, non firmamentum in
plaga,non labor,non flagellum,nullus deniq;
dolor,æternum viuent,diesq́; pleni,lucidi &
ꝑfecti,illi ſcilicet quibus nulla ſuccedet nox,
inuenientur in eis?erunt ne etiam dignitates
illæ perpetuæ aut plenę?mos enim ſcripturæ
eſt,dignitatem hominis & claritatem, diem
appellare. quale eſt illud Hieremiæ , & ego Hier. 17.
non ſum turbatus te paſtorem ſequẽs: & diẽ
hominis nõ deſideraui,tu ſcis.profectò ſi ita
futurũ ſit:nihil boni deerit eis.vel aliter.præ
miſſa conſiderans populus meus,hic dum pe
regrinatur à domino:conuertetur ad ſe.& ſe
cum habitans:plura hinc inde mẽte verſabit,
in vtram partem declinet dubius:& dies ple
ni inuenientur in eis,hoc eſt perfecta iudicia
quibus rem ipſam diſcutiant iuſti,iuxta illud
Pauli:mihi autem pro minimo eſt:vt à vobis 1.Cor.4: a
iudicer,aut ab humano die,ſed neque me ip-
ſum iudico. dies igitur pleni inuenientur in
eis:quia non vacua,vana & temeraria iudicia
illis erũt , ſed pleno examine & caſtigata tru
tina,librabunt omnia.prima autem contradi
ctionis & diſcuſsionis pars ſequitur.

*Et dixerunt,quomodo ſcit Deus: & ſi eſt*
*ſcientia in excelſo?* 11.

Abſit, ꝙ aſſertio ſit,vel ex propoſito du-
bitatio:an omniſcius ſit Deus,ſitúe illi huma
narum ſcientia rerum? qñquidem eſt ipſe qui
docet hominem ſcientiam,quique ſcit cogi-
tationes hominũ qm̃ vanæ ſunt.ſed dixerunt, Pſ.93,v.10
veritatis elucidandæ cauſa,& vt ſcandalũ minu
ant puſillorum. ſic hominum peccata diſsi-
mulat Deus:quaſi neſciuerit illa.ſic bona di-
ſtribuit,ac ſi boni & mali eſſet ignarus. certè
prouidentia,ſcientiam arguit.quomodo er-
go ſcit Deus:qui mala bonis , & bona malis
confert?& ſi eſt ſcientia in excelſo : cuius in
hoc loco humili adeò confuſa videtur:ac ſi à
fortuna & caſu depẽderet gubernatio ? eſt ne
ita ſciens,ꝙ iniuſtus? aut ſi iuſtus: quomodo
ſcit Deus, ſi iniuſtis bona iuſtis debita elargi
tur?nã ſi eſt ſcientia in excelſo:quo iure , qua
lege, affligit domeſticos:& donis ac diuitijs
conſtipat alienos?

*Ecce ipſi peccatores & abundantes in*
*ſeculo : obtinuerunt diuitias.* 12.

Quid adhuc egemus teſtibꝰ?ecce(inquiũt)
præ oculis res eſt. nã peccatores , abundãtes
ſunt in ſeculo.& qui ipſum(quo reſpirãt)aerẽ
nõ merentur: ij obtinuerunt diuitias,vſq; ad
fortunæ(ſi dixerim)ebrietatem. armati ſunt
vndiq;,& cincti vndiq; vallo:iuſti aũt egẽtes,
anguſtiati,afflicti:quibus dignus nõ erat mũ Heb.11.g.
dus. quis hæc (obſecro ) æquo animo ferre
queat?hos fugiunt, illos vero bona ſequun-
tur.an non hęc rerum peruerſio eſt?quid iam
illis deeſt:niſi vt hæreditatẽ accipiãt filiorũ?
commotus ſum fateor , & excandeſcens aĩo

X indigna-

indignabundusq́; primum me ipſum carpſi.
*Et dixi, ergo ſine cauſa iuſtificaui cor*
13. *meū:et laui inter innocentes manus meas.*
Præmiſsis ſtantibus:non aliam debui (niſi
me fallit opino) inferre concluſionem.in hūc
enim ſcrupum me pepulit humanus affectus.
& dixi:ſi ita res habet, fruſtra declinaui à ma
lo,& feci bonum. interiora & exteriora mea
adeò pro viribus iuſtificaui & laui: vt cū in=
nocentibus;quaſi innocens manibus & mun-
do corde poſſem adnumerari. quid ſi (vt aiūt)
perdidi operam & impenſam?tremens hoc di
xi,ſed dolens ꝙ fruſtra iuſtificaui & laui: &
ne quid ſordidū ſpurcūúe in me reperiri poſ-
ſit aut coinquinatū:oēm ſolicitudinē adhibui.
14. *Et fui flagellatus tota die: & caſtigatio*
*mea in matutinis.*
Fruſtra (ait) fui afflictus, & toto vitæ de-
curſu,quaſi flagellis ceſus: fuitq́; mea caſtiga
tio præcox hoc eſt ante peccatum, vt præſer
uaret vitaretq́; perpetrādum:vel poſt cōmiſ-
ſum ſtatim,vt purgaret,corrigeret atq; emen
daret.non enim indutię dabantur:quando qui
dem pro foribus erant verbera & caſtigatio
matutina. nec ita deſes aut excors fui hacte-
nus:qui me ſūmo mane & in principio actio
num mearum,de tranſactæ vitæ ratione non
examinauerim,& male acta congrua caſtiga
tione correxerim. ſed quid inde? adhuc ſine
intermiſsione gemo:impij verò qui peccata
peccatis addunt, diuitijs ac delitijs affluunt,
ſemperq́; lætantur & gaudent. hæc videns cō
fundor,& dixi:ergo ſine cauſa iuſtificaui cor
Mala.3.d. meum. huius ingenij erāt, qui apud Malachiā
dixerūt: vanꝰ eſt qui ſeruit Deo. et quod emo
lumētum,quia cuſtodiuimus præcepta eius:
& quia ambulauimus triſtes coram domino
exercituum. ergo nunc, beatos dicimus arro
gātes: ſiquidem ædificati ſunt faciētes impie
tates &c. reſedi ergo anxius,& propriæ ma=
xillæ ſuppoſui manum: vt rei huius cauſam
inueſtigarem.& ecce ex aduerſo ſcrupulus al
ter occurrit: qui me ex toto terruit & cōtur
babit,atque ab ea opinione (cui penè adhæſe
ram ante) me ferè conuictum auulſit.
15. *Si dicebam, narrabo ſic: ecce nationē filio*
*rum tuorum reprobaui.*
Dixerunt illi,quomodo ſcit Deus?& dixi,
ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum. ſed nūc
in oppoſitam partem deflectens dicebam, ſi
narrabo ſic: eccce nationem filiorum tuorū
reprobaui. te alloquor iuſtiſsime Deus:& me
cum diſputo. me ipſum fulcio vacillantē: dū
optimo argumentandi genere vtor, rē ipſam
deducens ad abſurdum hoc, & maximum in
cōueniens. ſi enim ex ſentētia dixero, & huic
fauens fatuæ aſſertioni pronūtiauero docue
roq́;, ꝙ ignorat Deus quales hoīes ſint, quòd
ꝗ; non eſt ſcientia in excelſo, velut impij & Iaco.22.b
ſtolidi qui apud Iob dixerunt: quid nouit
Deus?& quaſi per caliginem iudicat,nubes la
tibulum eius,nec noſtra conſiderat: ecce na=
tionem filiorum tuorum reprobaui,& me ip
ſum (qui de illorum ſum numero) in eadem
damnatione concluſi. quippe qui omnes dam
naſſe viderer, quos tibi aſciuiſti filios à pri-
mo Abel iuſto, vſque ad vltimum electum:il
losq́; confudiſſe, abieciſſe atque regno defrau
daſſe, quos per gratiam in adoptionem filio
rum vocaſti. nonne Deus elegit pauperes in
hoc mundo (ait Iacobus apoſtolus) diuites in Iaco.2.a
fide,& hæredes regni,quod repromiſit Deus
diligentibus ſe? & vas ipſe electionis Paulus
dicit:ipſe enim ſpūs teſtimonium reddit ſpūi
noſtro, ꝙ ſumus filij Dei. ſi aūt filij & hære= Rom.8.c
des,hęredes quidem Dei,cohęredes aūt Chri.
ſi tñ cōpatimur:vt & glorificemur. quis ergo
ſani capitis,hos oēs deluſos dixerit, ꝙ te ve-
rum vnicumq́; Deū, operum ſuorum conſciū
ac remuneratorem ſequuti ſint? quis reproba
bit quos tu approbaſti,eosq́; feciſti dignos vt
pro te tuiq́; noīs gloria tribulationes huius
ſeculi paterentur? hac igitur ratione ductus:
vt rem ad amuſim inueſtigarē ſtatui animo.
at perplexus, quaſi in biuio poſitus, & quà
iter arriperem neſcius.
*Exiſtimabam, vt cognoſcerem: hoc labor*
*eſt ante me.* 17.
Hæc profectò difficilis quæſtio eſt. qualis
illa:rabi,quis peccauit, hic aut parentes eius, Ioan.9.a
vt cęcus naſceretur? cui ſic pulchrè ſatisfactū
eſt,neq; hic peccauit neque parentes eius: ſed
vt manifeſtentur opera Dei in illo. ò mira iu
diciorum tuorum abyſſus dñe? allexiſti Iudā,
& blanditijs atque illecebris demulxiſti. nā
rei familiaris curam loculosq́; cōmiſiſti ei:
quem poſt modum à domo tua eieciſti. Pau- Ioan.12.b
lum verò perſequutorem ad te adduxiſti do
meſticumq́; feciſti: cui tñ propriæ carnis ſti=
mulū angelumq́; ſathanæ collaphizantem de=
diſti, & tribulationibus atq́; vinculis ipſum 2.Cor.12.b
affligiſti. quorum cauſam dignoſcere, labor
eſt ante me. nō quidē ante te,qui noſti cauſas
& effectꝰ: ſed ante me,hos & illas hallucinātē.
*Donec intrem in ſanctuarium Dei: & in*
*telligam in nouiſsimis eorū.*
Ideſt quū introiero in atriū illud interius
ęternæ beatitudinis, vbi Deꝰ beatis abdita ſua
pandit, eruntque omnes docibiles Dei, at- Ioan.6.c
que meridiana luce omnia clariora. in ſanctua
rium (inquam) illud: in quo ſanctus ſanctorū
habitat. tunc qui priora vidi quæ tranſierūt:
intelligam illorū nouiſsima quæ ſuccedent.
aderit tunc enim cognitio clara, ſine enigma
te & ſine labore. ſit interim ſatis, noſſe quod
Sequitur.



18. *Veruntamen propter dolos poſuiſti eis:*
*deieciſti eos, dum alleuarentur.*
Porro in lubrico poſuiſti eos. hoc vnum ta
men ſcio, atque teneo firma fide: ꝙ nihil ſine
cauſa, nihil inſcite, nihilq́; iniuſte feceris vnq̄.
id mihi etiam habeo perſuaſum: ꝙ propter
dolos, mendacia, & fraudes, cæteraque id ge=
nus opera, quæ à te non ſunt abſcondita: po=
ſuiſti ac reſeruaſti eis apud inferos mala, qui-
bus in hac vita viſus es contuliſſe bona. deie=
ciſti quidem eos: dum alleuarentur. nam ipſa
eorum eleuatio (ſi bene intuearis) deiectio
1.Theſ.5.a. eſt: aſcenſioque, ruina. dies dñi (ait Paulus) ſi
cut fur in nocte, ita veniet. cū enim dixerint
pax & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperue-
niet interitus, ſicut dolor in vtero habētis, &
non effugiēt, nec ſatis rei huius mirari queo.
19. *Quomodo facti ſunt in deſolationem, ſu*
*bito defecerunt: perierunt propter iniqui-*
*tatem ſuam?*
Deſolati ſunt, qui ante videbantur erecti,
ſicut in vaſtitate hoſtili. et qui videbātur ſta-
re: quaſi æreæ columnæ ſubito cōfractæ defe
Pſ.9.ve.7. cerunt. perijtq́; memoria eorū cum ſonitu ſta
tim vt ceciderunt ij, quibus nō erat firmamē
tū in plaga. cōtremiſcāt ergo illi, quibus ſem
per hic mundus arridet, caſum timeant: nec
vmbratili & tranſeunti fœlicitati fidant. Seq.
*Velut ſomnium ſurgentium dñe: in ciuita*
20. *te tua imaginē ipſorū ad nihilū rediges.*
Prior huius verſiculi pars, appendix eſt ſu
perioris. dixerat, perierunt propter iniquita=
tem ſuam. & ſequitur comparatio, velut ſom
Pſ.75.ve.15 nium ſurgentium &c. dormierunt quidē ſom
num ſuum: & nihil inuenerunt omnes viri di
uitiarum in manibus ſuis. & qui ſeſe aliorum
iudices ſomniarunt: cōperient vigilantes, tor
toribus traditos eſſe vt cruciētur. at q̄ iuſtiſ-
ſime id feceris domine: non eſt ꝙ diſputem.
æquum enim eſt, vt qui in hoc ſeculo quaſi
in ciuitate ſua inique agentes, imaginem tuā
fœdarunt ac deturparunt: in ciuitate tua, ima
ginem ipſorum ad nihilum redigas. & illis
Pſ.38.ve.9. qui imagine ſola pertranſierunt, nec veram
fœlicitatem (quę apud te eſt) ſed fœlicitatis
ſimulachrum amplexati ſunt: imaginē ipſorū
vere illi conferens & æterne, nihil habēdam
eſſe oſtendas. ſciant ſciant, ꝙ illorum glorio=
la: imaginaria & ſomniata erat, atque vt nihi
lum ab ente diſtans. Sequitur.
*Quia inflāmatū eſt cor meū, et renes mei*
21. *commutati ſunt: et ego ad nihilum reda-*
*tus ſum, & neſciui.*
Deus bone & miſericors: qui viam aperis
neſcienti. videras ꝙ indignatione quadam in
flāmatum eſſet cor meum, & corporei affectꝰ
cōmutati adeò vt ad illud diuitiarum atque
imaginarię gloriolæ nihilū, cōcupiſcentiaſo
redactus eſſem. certe iudiciorū tuorū inſcius.
in quorum ſcrutinio defeci etiam, & ad nihi
lum redactus ſum: dum confuſus ꝓpriam ig= 1.Tim.1.c.
norantiā agnoſco. ſed mīam cōſequutus ſum:
quia ignorās feci. ecce quomodo nūc denuo,
cōuertitur electorū populus hic: & dies ple=
ni, hoc eſt recti ſenſus & affectus inueniuntur
in eis. tunc locuti ſunt timētes Deū vnuſquiſ-
q; cum proximo ſuo, (Malachias ait) & atten Mala.3.d.
dit dñs & audiuit: & ſcriptus eſt liber monu=
menti corā eo, timentibus dñm: & cogitanti
bus nomen eius. nō ergo vltra blaſphemantes
ſi illos audiā qui dixerūt: quomodo ſcit Deꝰ,
& ſi eſt ſcientia in excelſo? quia inflāmatum
eſt (inquit) cor meū, quod friguerat ante. efer
buit quidē charitas, & caſtigatione aſſidua, re
nes mei laſciuientes titillantesq́;: in cōtinen=
tiā cōmutati ſunt. obmutui tandē & humilia=
tus ſum, & ſilui à bonis. hoc enim eſt quod di
xi, ad nihilum redactus ſum, fœlicia illa flagel
la, quibus fui flagellatus tota die, & caſtiga-
tio mea in matutinis, nec fruſtra aut ſine cau
ſa: quę tantū adduxere boni, quoniam caſti-
gatus, me ipſum nihili reputaui, vt aliquid a-
pud te eſſē: & fœliciter neſciui, vt ſcirē. Seq.
*Vt iumentum factus ſum apud te: & ego* 22.
*ſemper tecum.*
Nempe aduerſa tolerans patienter, nec re
quirens cur me ita iudices: dū tuæ pareo vo-
luntati, vt iumentū factus ſum apud te, nō ha Pſ.37.ve.15
bens in ore redargutiones. tū me fuſte ac ver
bere obagita, percute, lacera, vre, & cede: ego
ſemp tecū ero, tuoq́; ſubijciar arbitrio, iniun
ctū ꝑficiam opus, & impoſitū ſine murmure
deuehā onus. ſcio equidē ſcio, ꝙ tuum ſit im
perare, meum verò obtēperare: qui noui ꝙ
iuſtè diſponas oīa, quòdq́; ſpūs tuus bonus Pſ.142.v.12
deducet me in terrā rectā. iſtud quidē eſt ve=
rū ſcire. immortales igitur tibi grās ago cle-
mētiſsime Deus, qui me in lubrico poſitū iā
q; periclitantem adiuuiſti: cū mei pene moti
eſſēt pedes, & pene greſſus effuſi. fateor inge
nue bone Deus, & dolēs fateor: ꝙ præſentia
duntaxat cōſiderans & terrena deſiderās: vt
iumētū factus ſum apud te. ſtatuerā pene ocu Pſ.16.ve.12
los declinare in terram: ſed grā tua, ego ſemp
tecum, qui me fouiſti, nec me à recto decli-
nare permiſiſti. Sequitur.
23. *Tenuiſti manum dexteram meam, & in*

*Voluntate tua deduxiſti me: & cum glo*
*ria ſuſcepiſti me.*

Tenuiſti, deduxiſti, ſuſcepiſti. tenuiſti præ
ueniens, deduxiſti adiuuans, ſuſcepiſti coro-
nans. tenuiſti manum dexteram: ne declinarẽ
ad ſiniſtram. te propoſuiſti in prẹmium: vt te
aſpiciens, deſpiciam reliqua. tenuiſti dexte-
Pſ.15.ve.11. ram meã dextera tua: qua notas mihi feciſti
Sap.5.b. vias vitę &c, ne à via veritatis aberrans, vias
difficiles ambularem. & in voluntate tua be-
Pſ.142.v.11 nigna deduxiſti me, non vim inferens: ſed in-
terna inſpiratione docẹns me facere volunta
tem tuam: & cum gloria, nõ temporanea, ſed
æterna, ſuſcepiſti me. ſuſcepiſti dixi: ꝙ ſpe
certa, futurum quaſi prẹteritum fixũ habeam
atque firmum. quo obtento: nihil eſt iam am
plius quod concupiſcam.

*Quid enim mihi eſt in cælo: & à te quid*
24. *volui ſuper terram?*

Nihil prorſus eſt in cælo quod animũ meũ
ſatiare poſsit præter te vnum, & abſque te: ni
hil rerum omnium exiſtentium ſuper terram
volui. ſum etẹnim euſque magnus à te condi
tus: ꝙ nihil creatum mihi ſit ſatis. quid enim
mihi eſt in cælo (te dempto) quod meum im
pleat deſiderium? eſt vtique proloquiũ iſtud
adeò verum: vt non ſolum quẹrere, verũ etiã
illud aſſerere iuuet. ſane quid meum tu es: &
Pſ.38.ve.11 ſubſtantia mea apud te eſt. porro ens illud
tranſcendẽs, quod vere & indepẽdenter eſt,
quodq; in ſe ſubſiſtit, à quo & in quo ſubſi-
ſtunt omnia: vbique eſt. ſed vt glorificet: mi-
hi in cælo eſt. omni quidẽ loco lucet: ſed ma
gis in cẹlo relucet. & cum ſit ibi meum quid,
in æternũ permanẽs: abſq; te (ò me miſerum
& infœlicẽ ſi in volito permanſiſſem) volui
quid, ſuper terrã. vbi non quid, ſed quale eſt,
& omne accidens trãſienſq;: ſi tibi (qui ſemp
idem es) conferatur. quid enim ſuper terram
eſt, ſi ad te non eſt? nihil ergo à te, præter te,
& quod ſit ad te, deinceps petam, ſiue in cæ-
lo ſiue in terra: vt quid, vel quicq̃ petã. quaſi
iam audiſſe videar te dicentem, amen amen
Ioan.16.e. dico vobis, ſi quid petieritis patrem in noĩe
meo, dabit vobis: vſq; modo nõ petiſtis quic
q̃. vt igitur quid petam: te petã, qui futurus
Gen.15.a. es merces mea magna nimis. Sequitur.

*Defecit caro mea, & cor meum: Deus cor*
25: *dis mei, & pars mea Deus in æternum.*

Omnes mei ſenſus, tum interiores tum ex
teriores, corporiſq; & aĩæ vires defecerunt:
mercedis magnitudinẽ cõtemplãtes. eſt enim
1.Cor.2.b. illud quid, quod ſpero, quodq; mihi ac cæte-
Eſa 64.b. ris te diligẽtibus præparaſti: quod oculus nõ
vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſ
cendit, nobis autem reuelauit Deus per ſpũm
ſuum, ait Paulus. ſpiritus enim omnia ſcruta-
tur, etiam profunda Dei. an nõ admiratione
deficiam, conſiderans ꝙ Deus ſit mei cordis
cor, ipſiq; dilectus vnice? quòdq; ſit mei cor
dis poſſeſſor, & poſſeſsio ſimul? & cum ſim o
pus manuũ eius, & potentiæ limitatę: ſit pars
mea Deus in æternum? ꝙ talis denique mihi
obenerit ſors: vt totum, ſit pars mea, & funi-
culus hæreditatis meæ? nam mihi vermiculo
deſpicabili & abiecto atq; toties flagellato,
funes ceciderunt in præclaris: etenim hæredi Pſ.15.ve.6
tas mea præclara eſt mihi, & portio mea in Pſ.141.v.7.
terra viuentium. Sequitur.

*Quia ecce qui elongant ſe à te peribunt:*
*perdidiſti omnes qui fornicantur abs te.* 25.

Peccatores quidem ſi permanſerint in pec
cato peribunt: ꝙ à te & à ſe diſceſſerunt, & ſe
ſe elongantes abierunt in terram longinquã,
atq; ad locum diſsimilitudinis peruenerunt.
nam grãm tuam ſpernentes: à te receſſerũt &
cõmunione ſanctorũ. à lege aũt tua longè fa- Pſ.118.oct.
cti ſunt: obidq; à ſalute & ſaluatore longius 19.ve.6.
receſſerunt. longe enim à peccatoribus ſalus:
quia iuſtificationes tuas non exquiſierunt. & Pſ.106.v.18
infirmantes, appropinquauerũt vſque ad por
tas mortis. quippequi receſſerũt à vita, & mor
te æterna perierunt: quia vſq; ad vitæ finem,
ꝑ finalẽ impœnitentiã, à te qui via, veritas & Ioan.14.a
vita es, ſe elõgarũt. porro elõgauerũt ſe à te:
qui te ſummo & incõmutabili ſpreto bono,
caduca & tẽporalia dilexerũt: atq; (vt apoſto Rom.1.c.
lꝰ ait) cõmutauerũt veritatẽ Dei in mẽdaciũ,
& coluerũt & ſeruierũt creaturæ, potius quã
creatori, qui eſt benedictus in ſecula amen. ad
hæſerunt enim fornicantes, huius ſeculi diui
tijs & auaritię ſtudentes, quæ eſt ſimulachro Colo.3.a.
rũ ſeruitꝰ: te deſerto vero Deo, veroq; aĩarum Ephe.5.b.
ſuarũ viro. quos oẽs perdes deſtruesq;: eò ꝙ
zelotypus ſis, nec rem huiuſmodi impunitã
patiaris. Sequitur.

*Mihi autẽ adhærere Deo bonũ eſt: &*
*ponere in domino Deo ſpem meam.* 27.

Bonũ eſt nos hic eſſe: & hoc tota mẽte de
guſtare. fœlix adhæſio, quæ tum viæ tũ pſiæ
fruitio eſt. eſt enim frui: amore inhærere ali-
cui propter ſe. adhæret quis in via Deo per
fidem, ſpem & charitatem, legiſque diuinæ
ac mandatorũ obſeruantiã, de quo dñs in euã
gelio ſub typo vitis & palmitũ tractat: qui & Ioan.15.a
in pſĩa adhæret ꝑ clarã Dei viſionẽ, tẽtionẽ,
charitatem & gratiam confirmãtem ac ple-
nam, atque in volito & modo volendi, cũ vo
luntate diuina conformitatem. nam qui ſic ad
hæret Deo, vnus ſpiritus fit cum eo. mihi 1.Cor.6.d
aũt hic adhærere Deo bonũ eſt: & ponere in
domin



domino Deo ſpem meam. certe melius, certe
dignius, certe honorificentius: quam quũ ter
Pſ.118.oct. renis adhęſit, vt olim, quando adhæſit pauimẽ
4.ve.1 to anima mea. ecce iam nunc, vbi q̃ bonus ſis
Iſraeli Deus agnoui, his ſcilicet qui recto ſũt
corde adhæſi teſtimonijs tuis, noli me con-
fundere. quia mihi adhærere Deo ſimplici-
ter bonũ eſt: & ponere in dño Deo ſpẽ meã.
Rom.5.a. ſpes autem non confundit ait apoſtolus: &
ideo bonũ mihi eſt. ſed adhẹrere illi in patria,
iam nõ in ſpe ſed in re, optimũ eſt. quum gau
Pſ.62.ve.8 dio pleno iam que ſecurus dicere poſsim:
Cant.3. adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dex
tera tua. & cum ſponſa tenui eum, nec dimit
28. tam. Sequitur.

*Vt annuntiem omnes prædicationes tuas:*
*in portis filiæ Sion.*

Hic vt dixi, mihi adhærere Deo bonũ eſt,
per gratiam: vt vitam habeam, & abundãtius
habeam, quum tibi indiſſolubili vinculo ad-
hæſero per gloriam, vti ſponſa viro ſuo. dñs 2.Cor.3 b
autem ſponſus eſt, ait apoſtolus: vbi autẽ ſpi
ritus dñi: ibi libertas. nos verò omnes reue-
lata facie gloriam domini ſpeculantes, in eã
dem imaginem trãsformamur, à claritate in
claritatem: tanq̃ à domini ſpiritu. hæc quidẽ
transformatio: glorioſa erit adhæſio. audite
nunc (obſecro) vtriuſque adhæſionis fructũ,
vt annunciem (inquit) omnes prædicationes
tuas, in portis filię Sion: fidem tuam publicæ
prædicans, atque ea quæ feciſti mirabilia: in
hac tua quæ tibi militat & te ſuſpirat eccle-
ſia, laudeſque tibi decantem, tecum habitans
in ea quæ fœlici ac perpetua pace triũphat,
rex regum Deus, qui viuis & regnas in ſecu
la ſeculorum Amen.

EPILOGVS PSALM. 72.

QVam bonus Iſraeli Deus, hoc eſt, his qui recto ſunt corde. Ita eſt ſane. mei autẽ pene mo
tiſunt pedes inferiores ſcilicet infirmi et plebei, fide incõſtantes perinde ac doctrina par
uuli et imꝑfecti. ecce pene effuſi ſunt greſſus. difficile eſt. n. ſatirã nõ ſcribere, nec à re
cto tramite retroire: quia zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum uidens. qui tametſi
cæteris bonis affluant: cur abundant pace, qua certe uidentur indigni? quia non eſt reſ
pectus morti eorum, nec firmamentum in plaga eorum, cum nec mori timeant: ne de infirmitate (obiter
tranſeunte) ſolliciti ſint. in labore hominum nõ ſunt: nec humanis flagellantur erumnis. ideo tenuit eos
ſuperbia: q; omnia pro libito agere uideantur impune. operti ſunt quaſi umbone, & quaſi lorica, impie
tate ſua. & hinc audaciores effecti: prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum, & diuitijs intumeſcentes,
tranſierunt in affectum cordis: ad uotum omnia exequentes. cogitauerunt equidem apud ſe, de ſe mage
na ſentientes. & præcipiti cõſilio arrepti: indigna in Deum loquuti ſunt. poſuerunt in cælum os ſuum,
inſoleſcentes atque criſtam in altum erigentes. & lingua eorum tranſgreſſa eſt terræ limites, ut blaſ-
phema. ideo conuertetur populus meus hic, qui uel in hoc ceſpitabit: q; malos uideat proſperari. & di-
Iob.7.a. cet, num dies pleni inuenientur in eis, aut (quod magis ſuſpicor) menſes uacuos habebũt? erit ne ſic ſem
per, aut uoluet fortuna rotam? & dixerunt, quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo? ecce ipſi
peccatores & abundantes in ſeculo, obtinuerunt diuitias. quis hæc uidens, non excandeſcat? & dixi, er
go ſine cauſa iuſtificaui cor meũ, feciq; opera euſque digna: ut inter innocentes poſsim cõnumerari, &
fui flagellatus tota dĩe, ut errata corrigerem. immo caſtigatione præuia, me ipſum à committẽdo malo
cõhibui. ſi dicebam narrabo ſic: ex ante præmiſsis, huiuſmodi concluſionem inferebam, ecce nationem fi
liorum tuorum dñi reprobaui, de quibus idipſum quod de me iudicium erit. at quis ita inſanit: ut hoc
aſtruere auſit? exiſtimabam ruminans omniaq; diſcutiens, ut cognoſcerem quaſi in biuio poſitus: utra
uerior eſſet pars, meliorq; & ſecurior uia? hoc autem labor eſt ante me: donec intrem in ſanctuarium
Dei, & intelligam in nouiſsimis eorum. tunc utiq; patebunt omnia, eritq; propoſiti omnis aperta ra-
tio. nihil enim ſine cauſa. ueruntamen id interim noſſe ſit ſatis: q; propter dolos poſuiſti eis, atq; apud
inferos reſeruaſti: quæ referre ac meminiſſe horret animus: nam deiciſti eos dum alleuarentur. atqui
apparens illa exaltatio, ſeu uerius exhalatio: ſi bene intuearis, deiectio erat. conſidera nunc (quæſo)
Rom.11.6. quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubito defecerunt, perierunt propter iniquitatem ſuam, uelut ſom-
niũ ſurgentiũ? deſice et tu qui hæc cõſideras, ab huiuſmodi ſcrutinio curioſo: noli altum ſapere, ſed time.
proh infœlices homines, qui in ſola imagine pertranſierunt; immo ipſam in qua ſunt conditi deturpa-
runt? quia non uero ſed imaginario perinde ac fictitio bono adhæſerunt. tu domine uicem rependens, in
ciuitate tua, imaginem ipſorum ad nihilum rediges: & uti rem futilem in ſterquilinium inferni deijcies
iuſtè. fateor bone Deus, apprehenſione prima commotus ſum, qui horum uitam fœlicem arbitrabar.
ſed ubi infœliciſsimũ cognoui finẽ: inflãmatũ eſt cor meum, & renes mei cõmutati ſunt, & ego ad nihilũ
redactus ſum, & neſciui. ecce propriã ignorantiã confeſſus: ut iumentũ factus ſum apud te, & ego ſemp
tecum. iugum tuum domine ſuaue, & onus tuum reputans leue. nec defuiſti uotis benigniſsime Deus,

*qui tenuiſti manum dexteram meam, deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me. nam propoſito bono fauiſti, fouiſtiq; me de te bene & caſte ſentientem. quid enim mihi eſt in cælo? & abſq; te quid uolui ſuper terram? te unum & ſummum bonum appeto Deus. quia ecce qui elongant ſe à te, peribunt: & illos quaſi fornicarios perdes. eligant nunc igitur diſtorto iudicio dominum, cui ſeruiant inſenſati. mihi autem adhærere Deo bonum eſt: qui & (iuxta propoſiti thematis uerbum) ualde bonus eſt his, qui recto ſunt corde. quandoquidem mihi honeſtum, utile, delectabile, ac pulchrum erit ponere in domino Deo ſpem meam. ut autem annunciem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion: diſcam in uia, quæ in tui laudem (peracto curſu) canam in cæleſti patria. abunde ſatisfactum eſt mihi quærenti, cur proſperantur mali? ſed adhuc remanet ſcrupus (inquirendæ ueritatis gratia) cur in dies domine domeſticos tuos flagellas.*

# PSALM. 73.

*VT quid Deus repuliſti in fine: iratus eſt furor tuus, ſuper oues paſcuæ tuæ.*

Huic pſalmo titulus eſt, in fine intellectus Aſaph. nempe in verum finem perficientẽ qui
Rom.10.a. Chriſtus eſt, ad iuſtitiam omni credenti: datur hic pſalmus cãtorum principi Aſaph, vt ſit ipſi intellectus & eruditio, hoc eſt populo iudeorũ in tribulatione poſito. nã Aſaph, ſinagogam ſeu congregationem ſonat. illi ergo ſinagogæ tunc fideli, & laudum Dei cantatrici: is olim fuit datus pſalmus, at nũc proponitur decantãdus Chriſtiano populo, quẽ ſibi elegit dñs, & ꝓprio ſanguine acquiſiuit, vocauit, & congregauit ad ſe Chriſtus. ſit hic illi pſalmus, ſit cantus ſimul & planctus. & quum ſe viderit, perſequutionibus & calamitatibus pene obrutũ, dicat cũ Aſaph: vt quid Deus repuliſti in finem, ita vt gregem tuum ex toto dereliquiſſe videaris, nec athletas tuos in agone vltimo, de manu hoſtium eripueris? iratus eſt furor tuus. nam iraſci & furere in domeſticos viſus es, atque in oues paſcuæ tuæ, tu bone paſtor, qui deducere ſolebas velut ouem Ioſeph. non miramur ꝙ deſpexeris, deieceris, te oſtendas iratum & furibundum, quippe qui noſtra in te cõmiſſa cognoſcimus: ſed ꝙ in finem repuleris, & in proprias oues
Hier.3.d. quaſi furens iraſcaris. nunquid iraſceris in ꝑpetuũ, aut perſeuerabis in finem? vſq; quo do
Ps.78.ve.5 mine iraſceris in finem, accendetur velut ignis zelus tuus? effunde irã tuam in gentes quę te non nouerunt, & in regna quæ nomen tuũ non inuocauerunt: non in filios, non in oues paſcuę tuæ, non in domeſticos fidei, qui legẽ tuam profitentur.

2. *Memor eſto cõgregationis tuæ: quã poſſediſti ab initio.*

Illorum recordare, vt tuam mitiges iram: quos ad te vocaſti primum, quorum vt fidei imitatores: ita & ſucceſſores ſumus, ac meritorum participes eſſe cupimus & hæredes. ſane ij qui nos pręceſſerunt cum ſigno fidei, & dormiunt in ſomno pacis: populum & cõgregationem tibi gratam cõſtituerunt, & hominũ (quos creaſti) primitiæ fuerunt, tuo nomini atq; cultui dedicatæ. huius igit̃ cõgregationis memor eſto: quo nr̃orũ ſcelerũ ſis immemor. atqui parcius in filios excandeſces. ſi memineris patrum, & ꝙ fidem tuam profeſſi ſint, teque in Deum verum ac regem ſuum iurauerint, nõ dederis obliuioni. noli ergo diſgregare: quos ſub te principe cõgregaſti, quos tuos vocaſti ſemel, quos denique in poſſeſſionem tuam ſtatuiſti, Sequitur.

*Redemiſti virgam hæreditatis tuæ: mons*
3. *Sion, in quo habitaſti in eo.*

Per virgam intellige ſceptrum, potẽtiam, & imperium. hanc virgam amiſit olim hæreditas tua, ſub rege ꝑ pharaone captiua. tu vero potentiſſime Deus, redemiſti eam: captiuitatẽ alteram, alteramq; redemptionem præfigurans longe maiorem. captiuum quippe tenebatur ſub tenebrarũ principe genus humanum. vnde inſolens ille tyrãnus, & huius mũdi, atque huius ſęculi princeps appellatus eſt: quippe qui regiã ſibi vſurpauerat poteſtatẽ. & exactor ipſe vires eccleſiæ tuæ deprimẽs: virgam tibi debitam, falſo vendicauerat ſibi, quaſi iuriſdicẽdi haberet autoritatem. at tu fortiſſime Deus redemiſti virgam hæreditatis tuæ, & montem Sion in quo habitaſti. iu-
Esa.9.a. gum enim oneris eius, & virgã humeri eius, & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti: ſicut in die madiã. & mirati ſunt omnes, illud eiuſdẽ
Esa.14.a. prophetę dicẽtes: quomodo ceſſauit exactor: quieuit tributum, contriuit dñs baculum impiorum, virgam dominantium, cedentẽ populos in indignatione, plaga inſanabili, ſubijciẽtẽ in furore gẽtes: perſequentẽ crudeliter? virgã igitur illi abſtuliſti: & hæreditatẽ tuã libertate ac virga donaſti. hæc eſt mons Sion. non
Galat.4.d. ille in ſeruitutem generãs: ſed ſpecula illa, ex qua per fidẽ cõſpiceris Deus: & mõs, in quo beñplacitũ eſt tibi ꝑ gr̃am habitare. ſic. n. alibi ſcriptum



Ps.75.ve.4. ſcriptum eſt: & factus eſt in pace locus eius: & habitatio eius in Sion. Sequitur.

*Leua manus tuas in ſuperbias eorum in fi*
4. *nem: quanta malignatus eſt inimicus in ſancto?*

Sint optantis, ſint ve prænuntiantis verba: vtcũque accepta non diſſonant. ait ergo, nõ opprimas tãdem aut repellas tuos: ſed hoſtiũ ſuperbias reprime, eoſque ad humilitatẽ cõpelle in finem: vt te agnoſcãt, qui vltimus es omnium finis in quẽ vnum homines creaſti: & auerſi à fine, conuertantur in finem. leua altius, & potentiam tuam corã hominibus exalta, quo dum fortius ferias: magnitudinem brachij tui oſtendas. ſiniſtram dextramque leuabis: ſi nec temporalia ſuppetant, nec bona ſint illis æterna. merito quidẽ ages. ò quanta malignatus eſt inimicus in ſancto? malitioſe & ſuperbe omnia machinatus eſt hoſtis. nec loco, nec tempori, nec tẽplo, nec nominini tuo pepercit ſancto. ò quanta? profecto meminiſſe horret animus, atq; enarrare pudet. ꝙ ſi ad literalem ſenſum ſpectes: aut babilonicã aut romanam: ſi vero ad myſticum, alteram deteriorẽ (qua ſub peccatorũ iugo detinebatur) deflere videtur captiuitatem. ſed ſpiritus propheticus qui & multiplex: ſub harum captiuitatũ typo, plures (quas futuras pręuidet) enũciat calamitates. Sequitur.

5. *Et gloriati ſunt qui oderunt te: in medio ſolẽnitatis tuæ.*

Moueat te dñe & prouocet ad vindictam, nõ ꝙ malũ egerint, quod tu fieri aut decreuiſti, aut ꝑmiſiſti: ſed ꝙ male, hoc eſt ꝑuerſo aĩo & zelo vindictæ, ipſaq; dominandi libidine ducti fecerint. ſanè huius peragendi negotij à te acceperant poteſtatem: non enim habe-
Ioan.19.b. rent in nos vllam: niſi eis datum eſſet deſup. at ipſi ſuperbientes gloriantur quaſi non acceperint: cum victoriam propriæ virtuti aſcribant. non conſiderant impij ꝙ permiſeris hæc, vt nos punias, & ad te conuertas: ſed in fortitudine ſua gloriantur, & in huiuſmodi gloriatione tibi detrahunt. dixerunt. n. quod
Esa.10.b. Aſur apud Eſaiã: in fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea intellexi, & abſtuli terminos populorum, & principes eorum deprędatus ſum, & detraxi quaſi potens, in ſublimi reſidentes. nunquid gloriabitur ſecuris cõtra eũ qui ſecat in ea: aut exaltabitur ſerra cõtra eum à quo trahitur? quomodo ſi eleuetur virga cõtra eleuantẽ ſe, & exaltetur baculus, qui vtiq; lignũ eſt. adde aliud: ꝙ ij, qui gloriãtur: oderũt te. ydolatrę ſunt. n. cultores demoniorũ, & nominis tui oſores, perſequutoresq; indeffeſſi. attende inſuper ꝙ in tuę maieſtatis offenſam, id fecerint gloriantes in medio ſolennitatis tuæ, illius pręcipue qua phaſe dñi celebratur, & typicus occiditur agnus. immo (vt verũ fateamur) eo tẽpore quo te verũ agnum occidimus: & ſolenni morte vitam omnibus tribuiſti. in hac. n. ſãctificata die exultationis & ſalutis: quaſi oues occiſionis, internitioni dati ſumus. Sequit̃.

6. *Poſuerũt ſigna ſua ſigna: et non cognouerũt, ſicut in exitu ſuper ſummum.*

Capta vrbe tua, proh nefas, palam aſcenderunt vaſtaturi templum tuum, & in victoriæ ſignum, ſigna ſua vexillaria ſuper ſummum arcis & ſuper alta menia poſuerunt. depinxerũtq; ſchemata in ſupliminaribus ciuitatis, ſicut in exitu ſuper ſummum: vt omnibus introeũtibus exeuntibuſq; paterent ſicut etiã fieri ſolet in exitu feliciſſimo belli. ſuſpenderũt etiã in tẽplo tuo quaſi in phano, arma & inſignia ſua bellica: vti Deo marti, herculi, aut cuiuis alteri deorum ſuorum portento. pendula illa anathemata dedicantes. ſigna dixi, heu heu? quæ ſigna: niſi ea quæ ſacrilegum eſt nominare dracones ſcilicet, ſerpentes, leones, vrſos, tigres, harpias, aquilas, miluos, ne dicam caſtores, polluces, cæteraq; id genus: quorum peregrina & prophana nomina pias auras offendunt. & non cognouerunt. hoc autem vt parentheſim lege. non quidem cognouerunt, ꝙ tibi Deo vero opt. max. eſſent iniurij: qui mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in Roma.1.c.
ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, et volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium. et non cognouerunt etiam, ꝙ noſtræ euerſionis, non ipſi primaria cauſa, ſed inſtrumenta fuerunt. poſuerunt tamen ſigna ſua ſigna: victoriæ gloriam vſurpantes. nimirum non cognouerunt: & ideo ſigna ſua poſuerunt, vbi illud mirabile ſignum exaltatum eſt: in quo Chriſtus deuicta morte triumphauit. ſed audi magnalia Dei. ecce gentes, quæ tunc ſigna ſua ſuper ſummum poſuerunt, & non cognouerunt: vbi regem gloriæ crucifixum intellexerunt: fide illi adhæſerunt, & vti verum Deum ipſum adorauerunt. ſigna ſua receperunt, & crucis vexillum ſuper ſummum cordis poſuerunt. et in propriæ domus frontiſpitio (hoc eſt ſui corporis frõte ac ſuperliminare) ſignum illud, agni immaculati ſanguine depinxerunt, ſicut in figura factum legimus in exitu Iſrael de Egipto. atq; harũ quatuor dictionũ loco, quas vexillaribus ſignis apponere cõſueuerũt, videlicet ſenatꝰ populus, que, Romanus: quatuor alias digniores deſcripſerũt, ſcilicet, Ieſus, Nazarenꝰ, rex,

Eſa.11.c. iudeorum.de quo quidem vaticinatus eſt o-
lim Eſaias dicens: in die illa, radix Ieſſe qui
ſtat in ſignum populorum:ipſum gentes de-
Eſa.19.c. precabũtur.rurſumq; & leuabit ſignum in na
Eſa.49.d. tiones &c.atque iterum: in die illa erit alta-
re dñi in medio terræ egipti:& titulus domi
ni iuxta terminum eius:& erit in ſignum& in
ſignum & in teſtimonium dño exercituum.
ipſeq; dñs per eundẽ prophetam ait.ecce leua
bo ad gentes manum meã:& ad populos exal
tabo ſignum meum.Sequitur.

8. *Quaſi in ſilua lignorum,ſecuribus excide*
*runt ianuas eius in idipſum:in ſecuri &*
*aſcia deiecerunt eam.*

Non ſecus ac ſi in nemore ligna cederent
ad fomentum ignis:ita ſacrarum ædium val-
uas temerario auſu exciderũt.nec veriti ſunt
ianuas incidere ac diſsipare:quas tibi dicaue
ras Deus,vt fidelibus atque colonis tuis hæ-
reditatem tuam colentibus opportuno tem-
pore prȩberent ingreſſum.quin ſecuri potius
& bipeni totam funditus cõmuni conſenſu,
deuaſtarunt hæreditatem:nec aliter ſpiritua-
les nequitiȩ & hoſtes antiqui,bella nobis infe
runt aſſidue, & varijs tentationibus deluſio-
nibusque ſenſuum noſtrorũ ianuas excidunt:
vt morti ad animam pateat ingreſſus. quãdo
quidem intellectum erroribus obſcurant,vo
luntatem alliciamentis deprauant, memoriã
curis huius ſæculi obrutam alienatamq;: Dei
& ſui ipſius immemorem,ac pene letheam fa
ciunt,hoc autem in ſecuri & aſcia.nam omni
aſtu,tum terroribus,tum blanditijs,hæredita
tem tuam deuaſtare cõtendunt.ſuccurre igi-
tur dñe Ieſu.Sequitur,

9. *Incenderunt igni ſanctuarium tuum in*
*terra:polluerũt tabernaculũ nominis tui.*

Incenderunt templum ſanctum tuum,alta
ria,veſtes,vaſa,atque vtenſilia reliqua, cõbuſ
ſerunt in terra:nec enim templum aliud cæle
ſte,vbi cum ſanctis habitas, attingere potue-
runt.polluerunt etiam tabernaculum tuo no
mini cõſecratum:ſimulacris ſuis ſacrificia of-
ferentes ibi, & ſacrilego cultu fœdãtes illud,
atque illicitis actibus prophanantes.ad cuius
inſtar,incẽdunt nunc etiam ſanctuariũ tuum
domine,igne concupiſcentiæ,ideſt animȩ no
ſtræ domicilium,quod tibi in baptiſmate gra
tiam infudens ſanctificaſti:infernæ illæ pote
ſtates,perpetuis ignibus deſtinatæ . et huius
noſtrȩ peregrinationis tabernaculum,ſic tuo
nomini dicatum,ꝙ chriſtiani nominamur: vi
tijs peccatis ac ſceleribus polluere & propha
nare toto conatu nituntur.adiuua nos Deus,
& ipſorum comprime inſolentiam.

*Dixerunt in corde ſuo,cognatio eorum ſi* 10.
*mul: quieſcere faciamus omnes dies feſtos*
*Dei à terra.*

Dixerat peruerſo corde,& apud ſe ſtatue-
rat ydolatrarum illa natio,perinde ac vipera
rum tunc virulenta ꝓgenies, in te verũ Deũ,
populum tuum & legem, vnanimiter conſpi-
rantes: ſeuiamus in eos ſimul,deſtruamus cul
tum,cȩremonias,ſacrificia,omnes deniq; dies
feſtos,in quibus ſolẽniore ritu colitur Deus,
ipſoſque cultores auferamus è medio:quãdo
quidem nihil dijs noſtris euſque poterit eſſe
gratum.dixerũt,ſed nunquid ita fecerunt? nẽ
pe aliquot dies feſtos,ſed non omnes quieſce
re fecerunt.eſt etiam dies feſtus,in quo Deus
humanam induit carnem,eſtq; de virgine na-
tus.eſt & ſanctificatus ille dominicæ reſurre
ctionis dies,qui illuxit nobis: obidque domi
nicum appellamus.eſt aſcẽſionis dies feſtus,
magni triumphi.ſunt & alij dies quos ſanctifi
catos ſacroſancta nũc(anniuerſaria repetitio
ne)obſeruat eccleſia.Quieſcant ergo illa iam
antiquata ſabbata,ac iudeorum feſta:recedãt
vetera,noua ſint omnia.ſic enim lege fuerat
ante pronuntiatum.vetera(inquit) nouis ſu- Leui.26.b.
peruenientibus proijcietis.quieſcat iam ſup-
flua illa(aduenientc figurato)figura. & rece-
dant vmbræ,iam exorto ſole:defunctaq; ſina
goga ſuo gaudeat cum honore ſepulchro. at
vero eccleſia ſancta, ſuo ſponſo Chro feſtos
ſuos celebret dies ( velit nolit mundus ) nec
dies feſti quieſcant,donec ipſa in cæleſti pa-
tria,tota cum Chriſto quieſcat, vbi dies vna
illaque æterna, in qua toto affectu in æternũ
ſoli Deo vacabit.Sequitur.

*Signa noſtra non vidimus, iã non eſt pro*
*pheta: & nos nõ cognoſcet amplius.* 11

Dixerunt perſequutores vtique ſuperbien
tes,quieſcere faciamus &c.Dixerunt & pec-
catores oppreſsi,deiecti,iamque deſperantes
dixerunt. ecce illi poſuerunt ſigna ſua ſuper
ſummum:& nos non vidimus noſtra. ea ſcili
cet aut ſimilia: quæ Deus patribus nr̃is oſten
dit olim.iam nõ eſt propheta, qui Dei nobis
aperiat voluntatem.ex toto deſerti ſumus:&
nos non cognoſcet amplius : & nemo nobiſ
cum eſt,qui agnoſcat finem. audi tamen tunc
popule ſtulte , ſignorum amator. audi gene
ratio praua & adultera. vſq; quo ſigna petes?
vſque quo non intelliges hæc?ecce iam venit
ſignatum:ideo ſignum non dabitur tibi,niſi ſi-
gnum Ionæ prophetȩ.iam non eſt propheta:
vbi nouiſsime diebus iſtis,Deus loquutus eſt Heb.1.a.
nobis in filio,quem conſtituit hæredem vni-
uerſorum,nec vos cognoſcet amplius ſciẽtia
appro-



approbationis:niſi(obduratione relicta) vo-
cem eius audieritis.has ergo querulas iã abij
cite voces.nolite quærere ſigna,non prophe-
tam.ſed cognoſcite ad vos venientem:quem
audiſtis olim per phophetarum ora loquen-
tem.Sequitur.

11. *Vſque quo Deus,improperabit inimicus:*
*irritat aduerſarius nomen tuum?*

Dicit Aſaph,dicit ſinagoga cȩca.Deus bo
ne,vſq; quo mihi improperio dabit inimicus:
ꝙ te adhuc expectem in carne venturum : cũ
iam non ſit mihi templum,ſacerdotium,ſacri
ficium,ſignũ, aut prophetia? certe vel in hoc
magnum illud nomen tuum tetragrãmaton ir
ritare videtur.ſed arrige aures Aſaph, & infi
delis congregatio,tandiu is tibi impropera-
bit,quem inimicum appellas: quandiu te ſpõ
te viderit cæcutientẽ:nec tibi(de quo in pſal
mi titulo)aduenerit intellectus. nõ ſtatim ini
micus dicendus eſt,qui tibi improperat:ꝙ ad
huc fruſtra ſpectes Chr̃m in carne venturum:
quem in propria venientem recipere nolui-
ſti.conſulit enim ex charitate : optatque tibi
ſanam mẽtem,& oculorum apertionem.audi
1.Cor.3.d. iam apoſtolũ de te tuiſq; ſimilibus dicẽtem:
obtuſi ſunt ſenſus eorum. vſque in hodiernũ
diem:velamen in lectione veteris teſtamenti
manet.non reuelatum, quod in Chriſto eua-
cuatur:ſed vſque in hodiernum diem, cũ le-
gitur Moyſes:velamẽ poſitum eſt ſuper cor
eorum.cum autem conuerſus fuerit ad Deũ,
auferetur velamen.quanto nunc(rogo)potio
re iure dicit eccleſia,quam tu ſinagoga exo-
ſam habes:vſq; quo Deus improperabit blaſ-
phemabitque inimicus:ꝙ te verum Deum &
hominem ſequar?ſed hæc hactenus. audi nũc
igitur ſponſa Chriſti,& patienter auſculta.nõ
tibi deerit improperans inimicus:donec con
uertatur cor patrum ad filios,& cor filiorum
Mala. 4. c. ad patres eorũ.quod enigma apud Malachiã
inuenies,illũdque ſic intelligendũ opinamur:
ꝙ tunc priorum patrum fidelium ad filios re
dibit integritas:vt in vnam coeãt fidem , atq;
Rom.9.f. idipſum ſentiant filij,quod patres eorum, &
tunc reliquiæ Iſrael ſaluæ fient.Sequitur.

12. *Vt quid auertis manum tuam: & dexte*
*ram tuam dè medio ſinu tuo in finem?*

Hoc ipſum lamẽtatur in threnis Hieremias
Thre. 2. a. dicens: auertit retrorſum dexteram ſuam,à fa
cie inimici.humanum dico. videris dñe potẽ
tiam tuam contrahere:et quaſi tua non inter
ſit:improperium illatum vindicare : dexterã
tuam intra ſinũ ſecretioris conſilij occluſam
deſers,illorum more,qui otiantur,& nulli a-
ctioni intendunt.vt quid igitur auertis potẽ
tiam tuam, dexteramq; extrahere differs de
medio ſinu tuo vſque in finem, ne me adiu-
ues,& improperantem conteras inimicũ:dex
teram tuam profer dè medio ſinu tuo in ho-
ſtem.ecce nomen tuũ irritat aduerſarius:nec
tamen iraſceris prouocatus.niſi fortè Aſaph,
ille,cui iam fuerat eruditio & intellectus , in
tribulatione poſitus conqueratur: ꝙ vnigeni Io.1.b.
ti filij(qui eſt in ſinu pr̃is, quiq; dextera Dei
eſt)tandiu expectatus differatur aduẽtus.cui
ſenſui ſatis cohȩret is qui ſequitur verſus.

*Deus autem rex noſter ante ſecula: opera*
*tus eſt ſalutem in medio terræ.* 12.

Si quem diximus ſenſum myſticum proſe
quamur:præuidet in ſpiritu pſaltes,regẽ Meſ
ſiam Dei & hoĩs filiũ,pro ſalute mundi cruci
Hieroſolimis affigendum:vbi à quibuſdam ſi
gitur terræ habitabilis medium,atque(vt mo
ris eius eſt)prȩteritum ponit ꝓ futuro , quõ
certitudinem inuat prophetiæ. nempe huius
vere ſalutis,prodigia illa quæ ante operatus
eſt:apertiſsima figura fuerunt , quorum ali-
quot recenſet ſtatim.ſi autem literæ inhære
re velimus,erit ſenſus.ſcimus ꝙ olim rex nõ
ſter qui eſt ante ſecula Deus omnipotens ac
ſumme bonus:operatus eſt ſalutem in medio
terræ,patres noſtros de Egipto educens, &
in manu forti atque brachio extento,in terrã
promiſsionis introducens,quæ ( vt diximus)
terræ habitabilis mediũ eſt & vmbilicus ter-
ræ apud Ezechielem appellatur. nec in vllo Eze.38.d.
armorum iuuamine,vllo ve menium vallo,
ſed ſola dexteræ ſuæ potentia,in medio ſoli
tudinis & terrȩ deſertæ,in conſpectu omniũ,
& vtriuſq; populi medio,feciſſe cõſtat. Seq.

*Tu confirmaſti in virtute tua mare: con*
*tribulaſti capita draconum in aquis.* 14.

Vt ſicco pede tranſiret populus tuus ma
re:diuiſiſti ac diſſecuiſti aquas illius & con Exo.14.
firmaſti.erat enim aqua quaſi murus à dextra
eorum & leua.contriuiſti etiam,ſuffocaſti ac
demerſiſti in profundo maris principes,pro
ceres & capita egiptiorum.ſic enim rex Egip
ti apud Ezechielem dracho magnus nomina
tur.ecce ego(inquit)ad te Pharao rex Egip- Ezech. 29.
ti,dracho magne qui cubas in medio fluminũ
tuorum.ad te etiã lucifer cum ſathanico exer
citu tuo hæc verba dirigi poſſunt. ad te dra-
cho magne,vafer,verſute,& ſagax,ſerpenſq;
callidior cunctis animantibus terræ. ad te cæ Gen.3.
teroſque principes tenebrarum , quos Chri-
ſtus ſummerſsit in mare,mare ( inquam ) ru-
brum quod ſuo ſanguine dedicauit,& diuina
confirmauit potentia dum baptiſmum inſti-
tuit,& contactu ſuæ mundiſsimæ carnis vir
tutem regeneratiuam dedit aquis : Sequi-
tur,

Tu

15. *Tu confregiſti capita draconis : dediſti eum eſcam populis ethiopum.*

Pſ 103. ve. 28. Draco iſte quemformaſti ad illudẽdum
ei : beſtia illa eſt multorum capitum, quam
Apo.13. Ioannes vidit in apocalipſi aſcendentem de
mari: cuius capita confregiſti & capitalia vi-
tia conquaſſaſti.dediſtiq; eum eſcam,non per
baptiſmum dealbatis , nõ gregibus tonſarum
Cant.4. quæ aſcenderunt de lauacro,omnes gemellis
fœtibus,& ſterilis non eſt in eis:ſed populis
Thre.4. ethiopum, quorum facies denigrata eſt ſu-
per carbones.

16. *Tu dirupiſti fontes & torrentes: tu ſiccaſti fluuios Etham.*

Quod ad hiſtoriam pertinet,numeri capi-
te.20. & Ioſue.3.deſcriptum inuenies. quod
autem mirabilius eſt, & ad myſticum intelle
ctum ſpectat:innuit profecto ꝙ tu percuſsi-
ſti petram qui Chriſtus eſt, & plures aperui-
ſti fontes in ea:ex quibus profluxit antidotũ
noſtræ ſalutis,& quaſi torrentes bonis omni
bus innundarũt: è diuerſo autem,ſulphureos
ſathanæ fluuios exiccaſti.etham quippe for-
tem,robuſtum aſcendentem vel ſuperbum ſo
nat.dirupiſti etiam ſacros largifluosq; doctri
næ fontes,per quos apoſtolos & apoſtolicos
viros intelligere licet , ſcatentes aqua ſapien
tiæ ſalutaris,vnde torrentes vberrimos edu-
xiſti:at contra , inanis philoſophiæ atq; hu-
manæ doctrinæ fluuios,ipſaq; fortiorum phi
loſophorum & arrogantium dogmata:tu ſic
caſti & deſtruxiſti.

17. *Tuus eſt dies & tua eſt nox: tu fabricatus es auroram & ſolem.*

Hoc oẽs nouimus:qui te rerũ omniũ viſi-
biliũ & inuiſibiliũ credimus conditorem.ſic
Pſ.138.ve.11 alibi dixerat iſdẽ pſaltes: ſicut tenebræ eius,
ita & lumẽ eius.ſed aliud ꝓpheticꝰ prætẽdit
ſpiritus.ꝙ creationis iure,iuſti & peccatores
tuæ ſubſunt poteſtati.tu etiam auroram pri-
mosq; ad fidem veniẽtes fabricatus es : perin
de atque ſolem,hoc eſt ex omni parte perfe-
ctos:vtroſque enim illuminaſti.

18. *Tu feciſti omnes terminos terræ : æſtatẽ & ver,tu pſalmaſti ea.*

Locis omnibus ac temporibus:tu domina
ris qui omnium es plaſtes. ꝙſi tu idem ipſe
es,rex noſter,Deus ante ſecula,qui operatus
es ſalutem in medio terræ, eademq; nunc eſt
tibi poteſtas(vt nos ipſi fatemur)exaudi nos
Eſa.51.d. clementiſsime & potẽtiſsime Deus cũ Eſaia
propheta tuo ad te clamantes:conſurge con
ſurge,induere fortitudinẽ brachium dñi.con
ſurge ſicut in diebus antiquis, in generationi
bus ſeculorum.nunquid non tu percuſsiſti ſu
perbum,vulneraſti draconem? nunquid non
tu ſiccaſti mare,aquã abyſsi vehementis? qui
poſuiſti profundum maris viã , vt tranſirent
liberati:& nunc qui redempti ſunt à dño re-
uertentur:& venient in Sion laudantes:& lę
titia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudiũ
& lætitiam tenebũt,fugiet dolor & gemitus.
Sequitur.

19. *Memor eſto huius,inimicus improperauit domino: & populus inſipiens incitauit nomen tuum.*

Mirabilibus ac præclaris geſtis Dei cõme
moratis:ipſum ꝓpheta inuocat vindicẽ & ad
iutorem,atq; argumentum ſumit ab illatæ in
iuriæ recordatione, deinde ab afflictione do
meſticorũ. conſequẽter à firma Dei promiſ-
ſione:& perſequentium exhuberante iniqui-
tate.poſtremoque ab humilitate confuſa,di-
ligentium atque laudantium Deum,ſuperbia
q; odientium atque ipſi improperantium, in
dies excreſcente.quamobrẽ ait,memor eſto,
ne obliuiſcaris , reſpice & exurge : memor
eſto(inquit)huius.ſed cuius huius? populi ne
afflicti,an imporperiorũ,vel(ꝙ potius arbi-
tror)vtriuſq;?detrahit quidẽ inimicus poten
tiæ tuæ dicens,nõ poterit opem ferre Deus,
incitat inſipiens ipſe & prouocat nomen tuũ:
quippequi ignorat,ꝙ tui ſis honoris zelator,
zelotesq; ſit tibi nomen.Sequitur. Exo.34.

20. *Ne tradas beſtijs animas confitentes tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem.*

Tu qui ſumme miſericors es Deus, nõ per
mittas fideles tuos qui te agnoſcunt,verẽtur
& colunt,tradi in manus impiorum: qui non
ſecus ac belluæ truculenta rabie faucibusq́ue
cruentis eos deuorare nituntur.intellige etiã
per beſtias,vitia immania,quas apoſtolus paſ Rom.1.d
ſiones ignominiæ .1. ſine nomine appellat.
quæ morſibus animas beſtialiter viuentium
lacerant,atq; ignominioſe cruentãt,tradẽtes
eam in reprobũ ſenſum.quarũ aliquot ad Ro
manos,aliquot verò ad Corinthios ſecundo 2.Co.12.g
ſcribens:iſdem recenſet Paulus. nõ igitur his
tradi permittas,et fac,ne humilium vitã obli
uiſcaris:quin ſerues potius ſeruator optime.

21. *Reſpice in teſtamẽtũ tuũ: quia repleti ſũt qui obſcurati ſũt terræ domibꝰ iniquitatũ.*

Sit tibi menti verax Deus, quod pepigiſti
pactum:& firma ſit pollicitatio tua.de milli-
bus enim vel hanc vnam in medium adducã. Leui.26
ſi in præceptis meis ambulaueritis & manda
ta mea cuſtodieritis & feceritis ea(inquis : )
auferam malas beſtias,& gladius non trãſibit
terminos veſtros.iterumque, reſpiciam vos
& creſcere faciam,multiplicabimini & firma
bo pactum meum vobiſcum.reſpice nunc igi
tur domine,quia repleti ſunt domibus iniqui
tatum,iniquo ſcilicet ac deprauato exuberãt
animo,ij quieꝙ vero lumine carent obſcu
rati ſunt,& terræ ſunt affixi quaſi terræ filij:
nec te vnquam,vel quid cæleſte inhiare vidẽ
tur. niſi forte id referas ad fideles oppreſſos,
ꝙ in obſcuris & ſubterraneis carceribus eſſẽt
occluſi,inquem ſenſum alij trãſtulerunt,quia
repleta ſunt omnia obſcuris terræ carceribus,
& domibus iniquitatum,hoc eſt , iniquis de-
putatis.Sequitur.

22. *Ne auertatur humilis factus confuſus: pauper & inops laudabunt nomen tuũ.*

Non auertas manum tuã:ne auertatur hu-
milis aut humiliatus. exaudi ad te clamantẽ,
ne confundatur aut confundar ego, qui te in
duxerim dicentem: quoniam in me ſperabit
Pſ.90.v.14. liberabo eum,protegam eum, quoniam cog-
nouit nomen meum. clamauit ad me,& ego
exaudiam eum , cum ipſo ſum in tribulatio-
ne:eripiam eum,& glorificabo eum.nec ſub-
uentio huiuſmodi,fructu vacabit:quandoqui
dem paup & inops laudabũt nomen tuũ.Seq.

23. *Exurge Deus iudica cauſam tuam : memor eſto improperiorum tuorum , eorum quæ ab inſipiente ſunt tota die.*

Cauſa tua eſt,teque noſtrum negotium tã
git,qui caput noſtrum es,noſq; membra tua.
exurge igitur Deus,qui dormire ſimulas : &
vindica opprobria tua,pone ob oculos impro
peria, quæ quotidie tibi inferuntur ab inſi- Pſ.13.ve.2.
piente qui dixit in corde ſuo,non eſt Deus.

24. *Ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorũ: ſuperbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper.*

An non voces inimicorum ſunt perſequu-
tiones & immania tormenta,quibus nos affi-
ciunt in dies?an non ipſæ noſtri ſanguinis effu
ſiones , & mors paſsim inflicta: vt olim ſan- Gen.4.b
guis ABel ad te clamant? appone igitur Deꝰ
clamoribus aures.audi,adiuua,protege,vindi
ca:nec enim aliter deſiſtent ab incepto.ecce
ſuperbia eorũ aſcendit ſemper.cœperunt hoc
facere,nec deſiſtent à cogitationibus ſuis,do
nec eas opere compleant:ſicut de ædificanti- Gen.11.a.
bus turrem babilonicam cuius culmen ad cæ
lum vſque pertingeret,ſcriptum eſt.deſcende
igitur domine,confunde,deprime,contere,&
conculca eos,deijciantur,vt non apponat vl Pſ.9.ve.41
tra magnificare ſe homo ſuper terrã. exurge
domine,non confortetur homo : iudicentur
gentes in conſpectu tuo:vt ſciant gẽtes quo-
niam homines ſunt:tu autem Deus omnipo-
tens, cui eſt honor & gloria in ſeculorum ſe-
cula Amen.

## EPILOGVS PSALM. 73.

VT quid Deus repuliſti in finem:iratus eſt furor tuus,ſuper oues paſcuæ tuæ?an non tu
Io.10. paſtor bonus,cui cura de ouibus eſt?cur ergo illas à te proijcis,& quaſi alienas repel-
lis?memor eſto(precamur)congregationis tuæ,quam poſſediſti ab initio.Recordare do
mine patrum,qui tibi ſemper inſeruierunt:quo in filios eorum potius iraſcaris.redemi-
ſti uirgam hæreditatis tuæ.ius quidem utrunq;,ſuper eccleſiam tuam,tibi(proprio effu
ſo ſanguine)acquiſiſti:quum ipſam de diaboli tyrãnica poteſtate liberaſti,& foras expulſo ſathana,
in ea uti poſſeſſor pacificus habitaſti.leua nunc igitur manus tuas in ſuperbias eorum:ut rebelles ipſi re
ſipiſcant.non illos repellas à te iratus:ſed compellas potius ad te redire placatus.ò quanta malignatus
eſt inimicus in ſancto tuo,ut illud funditus euertat demoliaturq;?& gloriati ſunt qui oderunt te,ꝙ mi-
nis & terroribus,quoſdam à chriſtiano cœtu,cruce tua etiam in fronte ſignatos(proh dolor) poſt ſa-
30. thanam fecerint retroire.idque in medio ſolennitatis tuæ:dum tibi Deo uero,ex more ſacra ſiunt.ad-
de inſuper, ꝙ poſuerunt ſigna ſua ſigna,nempe uitiorum omnium portenta impudenter deſignantia:
ꝙ iam in clientelam diaboli ſint addicti,quaſi in exitu extra eccleſiam ſanctam conſtituti.& non cog-
nouerunt occæcati:ꝙ tibi qui zelotypus es:non mediocrem iniuriam fecerint.quid ultra?quaſi in ſilua
lignorum,ſecuribus exciderunt ianuas eius ſimul:qui interiores & exteriores ſenſus diſsiparunt : ut
uitijs omnibus pateſiant.incenderunt deniq; ſanctuarium tuum igne concupiſcentiæ,quæ malorum om
nium radix eſt.dixerunt utiq; in corde ſuo iſti nefarij, qui tibi inimicantur Deus:quieſcere faciamus
omnes dies feſtos Dei à terra.hos ad diuinum cultum maxime diputatos dies,rituſq; & eccleſiaſticas
cæremonias(quæ nõ parum ad pietatem conducunt)auferamus:ut his ſubtractis:quæ de myſterijs præ
teritis memorem hominem reddunt,ipſumq; deuehunt ad altiora:ipſa chriſtiana religio pereat labefa
cta.hæc dixerunt impij eccleſiæ perſequutores:ſed fruſtra dixerunt,quæ facere nequiuerunt.dixerũt
etiam quidam ex perſequutis,inſtabiles & puſillamines effecti:ſigna noſtra non uidimus, iam non eſt
Galat.3.a. propheta,& nos non cognoſcet amplius.ubi ſunt illi ſancti miraculorum patratores?ubi Chriſtus qui
abijt in cælum,nec noſtri curam gerit?ò inſenſati homines:quis uos faſcinauit non obedire euangelio?
ſuccurre his debilibus Deus,uſq; quo improperabit inimicus:irritat aduerſarius nomen tuum?ut quid
auertis

*uertis manum tuam, ipſamq́; quaſi ex ſinu extrahere differs ad ultionem? an non tu Deus ipſe es, qui ſalutem operatus es in medio terræ? tu quidem confirmaſti in uirtute tua rubrum mare: & in figura baptiſmi futuri, cōtribulaſti capita draconum in aquis. nunquid nō tu percuſsiſti ſuperbum: uulneraſti draconem &c. ait Eſaias?* Eſa.51.d. *tu aperuiſti fontes in corpore tuo appenſo cruci, alioſq́; apoſtolicos ſaluiferam doctrinam emanātes: & tu etiam ſiccaſti impiorū dogmatum fluuios feculentos. tuus eſt dies, & tua eſt nox, atq́; (ut paucis dicam) omnia tua ſunt, qui plaſmaſti ea. quamobrem, memor eſto domine rei huius quam enarraui. ne tradas beſtijs animas confitentes tibi. reſpice in teſtamentum, tuo ſanſanguine confirmatum, & illumina obſcuratos in fide, ne auertatur humilis factus confuſus. id ſi feceris, tuam cedet in laudem. exurge Deus, iudica cauſam tuam, memor eſto improperiorum tuorum, quādoquidem clamant offenſæ, tibi ab inimicis illatæ, & ſuperbia eorum qui te oderunt aſcendit ſemper. affectans illum ubi primum nata eſt, impudenter attingere locum. tu ergo deſcende ultor, et eris nobis nō exigua materia laudis.*

## PSALM. 74.

*Confitebimur tibi Deus: confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.*

Huius pſalmi titulus eſt, in finem ne diſperdas vel corrumpas, pſalmus cātici Aſaph. hic pſalmus ſinagogæ proponitur decantandus. Aſaph enim (vt ſuperius diximus) qui fuit de cantorum principibus vnus: ſinagogam aut congregationem ſonat. quam in finem dirigit qui Chriſtus eſt, cōmonefaciens eam, ne fidem ſuam corrumpat, quin illi ſeruet potius illibatam, ſpem etiā integrā, & charitatem. ponatq́; eum vt ſignaculum ſuper cor ſuum, ſignaculum ſuper brachiū ſuū. Cant. 8.a quia fortis eſt vt mors dilectio: dura ſicut infernus æmulatio. attende igitur ſinagoga, ne corrumpas in finem: quoniam ipſe futurus eſt iudex, cuique redditurus iuxta opera ſua. nēpe inducit ꝓpheta primū, Chrm̄ dnm̄ & electos, caput ſcilicet & membra, tūm (ſi dixerim) Chrm̄, deum patrem alloquentem. dicāt primò membra: confitebimur tibi Deus, confitebimur cōfeſsione laudis. nō obiter, ſed ex propoſito. nō labijs tātum aut voce: ſed corde & opere. ſic demum confitebimur: vt nomen tuum inuocemus ſuper nos, teque ad interiora cordis nr̄i inuitabimus. purgabimus tamen pro viribus habitaculum: ne ſit quod maieſtatem tuam offendat. tantummodo inuocetur nomen tuum ſuper nos. nomen (inquam) admirabile in vniuerſa terra, nomē ſalutiferum & glorioſum.

2. *Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo.*

Nunc tempus eſt docendi, euangelizandi, & mirabilia tua annunciandi. id nunc munus noſtrum erit, quia nunc ſeminandi tempus, veniet metendi aliud. interim tamen narrabimus mirabilia tua: euangelium prædicantes. vt omnes qui terram incolūt, ſint inexcuſabiles. iam quæ ſequuntur, Chriſti venturi iudicis verba ſunt. cum accepero tēpus: ego iuſtitias iudicabo. ſum etenim Deus, iudex, iuſtus, fortis, & patiens: ſed nondū iudicandi aduenit tēpus. Pſ.7.ve.12 ſic enim ſcriptū eſt, mea eſt vltio: & ego retribuam in tempore. Deut.32.e accepi quidem à pře tempus miſerendi, quum venit plenitudo tēporis. tempus (inquam) illud acceptabile, & dies ſalutis. quum vero tempus iudicandi venerit, veneritque vltima vniuerſalis iudicij dies: ego iuſtitias iudicabo, diſcutiam tunc enim & à vera iuſtitia diſcernam falſam & ſimulatam, phariſaicā à chriſtiana, atque eam quæ eſt apud hoīes: ab ea quæ eſt apud Deū. tunc iudicabo, & iuſtè, rectè, infallibiliter, & immutabiliter iudicabo. ecce nunc annumeratur temporis curſus & vitæ diſcurſus, fitq́; proceſſus: tunc autē acceptis teſtibus & examinatis: iuſtitias iudicabit dn̄s. nā iuxta Pauli ſenſum (teſte omniū potiſsimo) teſtimonium Rom.2.c reddēte conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium aut etiā defendentium, in die quum iudicabit Deus occulta hominū &c. deinde angelo cuſtode ac pedagogo, poſtremoque accepto tempore, in cuius conſpectu patrata ſunt omnia: iā cauſa concluſa, iuſtitias iudicabit. quod iudiciū timēs ſinagoga, deflet dicens: vocauit aduerſum me tempus: vt cōtereret electos meos. Thre.1.c tunc etiam aſtrorum ceſſabit motus, ac per hoc tempus: nec vllum ad meritum amplius erit, iuxta illud apocalypſis: iurauit angelꝰ per viuentem in ſecula ſeculorum, qui creauit cælū & terram, & mare, & quæ in eis ſunt: ꝙ tempus amplius nō erit. Apo.10.c. cuius rei gratia ſapiēter hortatur Paulus dicens: ergo dum tempus habemus: operemur bonum ad omnes, maximè Galat.6.c autē ad domeſticos fidei. rectè igitur benignè & patienter ait, quum hoc accepero tempus: ego iuſtitias iudicabo. audite iā præuiæ narrrationis atque euāgelicæ prædicationis & commonitionis modum.

3. *Liquefacta eſt terra, & omnes qui habitāt in ea: ego confirmaui columnas eius.*



Liquefacta eſt terra, nihil firmamenti aut ſoliditatis habens, & omnes qui habitant in ea. magis autem ij qui poſt carnem in concupiſcentia immunditiæ ambulant, damnationēque contemnunt, vt apoſtolorū princeps ait. 2.pet.2.c. erat quippe corrupta terra coram domino, atque repleta iniquitate, & (ſicut ſcriptū eſt) omnis caro corruperat viam ſuam. Gen.6.b. declinauerat enim vnuſquiſque in viam ſuam, tentatus à cōcupiſcentia ſua, abſtractus & illectus. Iaco.1.b. ſed quid? ego in primis confirmaui, vel (vt quidā tranſtulerunt) ponderaui columnas eius, apoſtolos ſcilicet. ſic enim illorum quoſdam coapoſtolus Paulus appellat dicens: Galat.2.c. Iacobus & Cephas & Ioannes qui videbantur columnæ eſſe: dextras dederūt mihi. has ergo colūnas ſupra petram & fidei baſim firmaui, & futuros coniudices atque aſſeſſores confirmaui: quos prius in mundum legatos feci, & euangelij prædicatores conſtitui, 1.Cor.1.d. poſuique verba mea in ore ipſorum ait dn̄s. has fidei robore confirmaui, has gratiæ pinguedine vnxi, has denique ſpiritu fortitudinis ſtabiliui. audi iā eundem apoſtolum hæc oīa Corinthijs enarrantem. qui autem (inquit) confirmat nos vobiſcum in Chriſto, & qui vnxit nos Deus: & qui ſignauit nos, & dedit pignus ſpūs in cordibus noſtris &c. Sequitur.

4. *Dixi iniquis, nolite inique agere: & delinquentibus, nolite exaltare cornu.*

Nolite dixi, quia peccatum à voluntate tā quàm à primaria radice prodit, & quater dixi: vt comprehenderem omnes orbis partes. nunquid non audierunt: & quidē (ait Paulus) Rom.10.d. in omnem terram exiuit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. dixi ergo iniquis, nolite inique agere, quod eſt dictu, nolite peccare, peccantes autem, nolite ſaltem ꝑſeuerare, & quaſi de peccato gloriantes, nolite exaltare cornu, aut vos ipſos excuſantes. parum dixi.

5. *Nolite extollere in altum cornu veſtrum: nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem.*

Hoc autem facinora veſtra velut optimè geſta defendentes: & inſuper Deum quaſi veſtræ iniquitatis autorē accuſantes. nolite ergo iniquè agere exteriore opere: nolite exaltare cornu interiore corde, nolite extollere in altum, ſuperbiēte defenſione: nolite loqui aduerſus Deum, impia, blasfema, ac diabolica peruerſione, & breui cōpendio: nolite peccare aut in peccato permanere. nolite excuſare in malo gloriātes. nolite malū quaſi bonū defendere. poſtremo nolite Deo malū veſtū imputare: Pſ.108.v.13 ne in memoriā redeat iniquitas patrum veſtrorum, illius maxime, qui peccatū ſuum domino impingere niſus eſt dicens: Gen.3.b. mulier quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi de ligno & comedi. Sequitur.

impulare

6. *Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à deſertis montibus: quoniam Deus iudex eſt.*

Verba deficere videntur, vt cōpletum ſenſum faciant: quę talia ſuppleri poſſent: ne ſuſpenſa maneat oratio. neque ab oriente, neque ab occidente, neque à deſertis montibus, qui in auſtrali & aquilonari plaga ſunt: vllum vobis erit ad quod confugiatis aſyllum neque exaltatio, vt quidam tranſtulerunt: quoniam Deus ipſe iudex eſt vltor iniquitatis, qui vbique eſt. nec eum quiſpiam latere poteſt, qui omniſcius eſt. ꝙ ſi Deus iudex eſt: non eſt ꝙ manus eius euadere poſsitis, quin quacūque ieritis, inueniatis iudicem, quem reſpuiſtis patronum & aduocatum. attendite iam quæ futuræ ſint iudicis huiꝰ ſeuerisſimi partes, Seq.

7. *Hunc humiliat, & hunc exaltat, quia calix in manu dn̄i vini meri: plenuꝰ mixto.*

Vere tunc reddet iuſtiſsimus ille iudex ꝓ meritis cuique menſuram. elatum quidem atque ſuperbum deprimet humiliabitq́;: humilem autem exaltabit. eſt enim illi in vtrunq́; potentia, & in manu eius vtriuſque retributionis calix, quo vino meraciſsimo & eliquato potabit electos: reprobos vero mixto ac fœculento. Pſ.83.ve.12 nempe gratiam & gloriam dabit dn̄s ſanctis ſuis: 2.Theſ.1.c è diuerſo autem impij pœnas dabunt in interitum æternas, à facie dn̄i. vtriuſque enim & gloriæ & pœnæ largitor, ſolus Deus & diſpenſator eſt. in cuius manu calix vini meri plenus, præclarus & inebriās, isq́ue educens ſanctos extra ſe, eleuans & ſtatuens ſupra ſe, eorumq́; lætificans corda, & pleno gaudio atque inenarrabili lætitia cum ſecuritate complens. plenus etiam mixto, totuſque fæcibus abundans & turbulentus: quē vtiq́; propinabit hædis fœtidis exiſtentibus à ſiniſtris. quippe qui à dextra in ſiniſtrā (iuxta euangelij ordinem) deflet retributionis manum. Mat.25.d Ioan.2.c. at in hoc ſeculo lōge aliter ſe habet dn̄s erga iuſtos & pecatores. qui vtroſque mixto calice potat: dum illos præſeruans admixta conſolatione ferit: hos vero emendans miſericors ipſe non flagello, ſed quaſi flagello punit. Sequitur.

8. *Et inclinauit ex hoc in hoc: verum tamē fæx eius non eſt exinanita, bibent omnes peccatores terræ.*

Inclinabit à benedictis in maledictos, à filijs regni, in filios perditionis. à futuris ciuibꝰ illius fœliciſsimę Ieruſalem, in babilonios. &

de

de manu domini calicem illum iræ & furoris,atque poculum felle & abſintio mixtum: bibent omnes peccatores terræ.obdurati quidem & obſtinati omnes,vſque ad fundum calicis bibent:veruntamen fæx eius,non eſt exinanita.nunq̃ enim erit exhauſta damnatorum pœna,quæ æternum eſt duratura. nã ſic
Eſa vlt.c. de die illa Eſaias ait: cognoſcetur manus dñi ſeruis eius,& indignabitur inimicis ſuis.quia ecce dñs in igne veniet. et nonnullis de igne inculcatis : prophetiã ſuam hoc fine claudit: vermis eorum non morietur,& ignis eorum non extinguetur : & erunt vſque ad ſacietatẽ viſionis omni carni.Sequitur.

9. *Ego autem annunciabo in ſeculum: cantabo Deo Iacob.*

Magna miſericordia Dei,quæ in nos ſemper abundat.ecce nũc in calce ad pſalmi principium ſe conuertit , & quid interim vſq; ad præfinitum iudicij tempus ſit facturus edicit. annunciabo(inquit)in ſeculum per eos quos huic muneri ſtatui ſapiẽtes,fortes,& integerrimos viros:annũciabo(inquam) hominibus mirabilia tua, eoſque commonefaciam ſemper:ſi quomodo tandem conuertantur à via mala. cantabo Deo in carne aſſumpta , & de collatis donis ac beneficijs , pro eis atque in eis gratias agam.at veniet dies, quando docendi,annunciandi & miſerendi ceſſabit tempus ait Chriſtus.

*Et omnia cornua peccatorum confringã: & exaltabuntur cornua iuſti.* 10.

Deponam potẽtes de ſede: & exaltabo humiles. cornibus ſuis illi ventilabant omnia infirma pecora,donec diſpergerentur foras: at ego ſaluabo gregẽ meũ (per ꝓphetã ſuũ dicit dñs ) & non erit vltra in rapinam:& iudicabo inter pecus & pecus.non erit cornu pec- Eze.34.a. catorum quod non confringam : & exaltabũtur cornua iuſti.nempe confringẽtur erecta, & confracta erigentur:deprimentur alta , & depreſſa atque humiliata exaltabuntur: dum ij qui abiecti eſſe videbantur,in ſublime aſcẽdent:qui autem erecto collo & infracta ceruice imperitabant:ſubijciẽtur illis.& horrido carcere detrudentur captiui:illi autem regnabunt cum Chriſto, cui eſt honor & gloria in ſeculorum ſecula Amen.

## EPILOGVS PSALM. 74.

*Confitebimur tibi Deus,confitebimur,& inuocabimus nomen tuum.narrabimus mirabilia tua.atqui laudantes & mirabilia narrantes, te uenturum iudicem inuocamus. tu autem qui miſericors es,ut iuſtus ais:cum accepero tempus ego iuſtitias iudicabo.nunc miſerendi tempus adeſt:ueniet aliud iudicandi, & iudicabo. ueniet enim dies domini ſicut fur in*
1.Theſ.5.a *nocte,& irruet repentina calamitas,quando liquefiet terra & omnes qui habitãt in ea.*
2.per.3.c. *ſed non erit q̃ de me quis conqueri poſsit,tametſi ſubitaneus ſuperueniat interitus.quia ego confirma*
Pro.1.d. *ui columnas eius,& quaſi legatos ac nuncios in omnẽ terram ad prædicationis officiũ apoſtolos meos deſtinaui.dixi iniquis,nolite inique agere peccantes,& delinquentibus,nolite exaltare cornu,excuſantes.nolite extollere in altum cornu ueſtrum,de peccato gloriantes.nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem:ipſi malum ueſtrum imputantes.quia nec ab oriente nec alia quauis parte,uobis diffugium erit, quoniam Deus iudex eſt,qui ubiq; eſt.et is reddet unicuiq; iuxta opera ſua.hunc enim humiliat,et hũc exaltat,ſecũdum exigentiam meritorum.quia calix retributionis in manu dñi eſt, uini meri quo gloria inebriet iuſtos:& plenus mixto, ac uapa & fæce abundans:quo interitum ſine fine propinet iniuſtis. qua ſcilicet poteſtate inclinabit ex hoc in hoc:ueruntamen fæx eius non eſt exinanita. æterna ſiquidẽ erit malorum pœna,ſicut æterna beatorum gloria:& bibent(uelint nolint)potionem amaram , infructuoſam tamẽ,omnes peccatores terræ:qui fructuoſam perinde ac ſalutarem pœnitentiæ amaritudinẽ, in præſenti uita deguſtare noluerunt.attendant igitur homines,& diſcant fugere à uentura ira. ego interim annunciabo ea quæ retuli:& quæ in propriam laudem cedent.futurus ſum enim iudex,diſcuſſurus omnia examine recto:qui tunc omnia cornua peccatorum confringam. ſuperbos utique diſperdã:& exaltabo humiles.dixi,& iã ſanctæ eccleſiæ cõgratulari libet,q̃ ſponſum ſuũ nouerit Chriſtum: ut illi debitã ſeruitutẽ impendat.*

## PSALM. 75.

*Notus in iudæa Deus : in Iſrael magnum nomen eius.*

Huic pſalmo talis præponitur titulus.in finem in carminibus canticũ ad Aſsirios vel cõtra Aſsirios,pſalmus Aſaph.hic pſalmus in finem qui Chriſtus eſt dirigit, & in laudẽ eius decantandus proponitur ſinagogæ.nõ illi cæcutienti:ſed iam per Chriſtũ illuminatæ:quæ verius eccleſia Dei nuncupatur.nam Chriſtũ verum Deum cõfitetur de Maria virgine natum,ipſumque contemplatur nunc in ænigmate fidei,& poſt huius vitæ curſum cognoſcet illum:ſicut modo cognita eſt. ideoq; iudæa (iuxta



(iuxta nominis interpretationem)quia confitens,Iſrael aut quia videns Deum.Sion etiam quia ſpecula, & Ieruſalẽ quia pacifica nominatur: aliaque conſimilia nomina non incongrue ſortitur. dicat igitur eccleſia ſacroſancta,ſibiipſi & ſponſo ſuo congratulata,quòd præclara geſſerit, quòdq; celeberrimum nomen ſuum notum fecerit illi: notus in iudæa Deus,in Iſrael magnũ nomen eius. notus quidem eſt in iudæa:iudæis ignotus,atque ab eis crucifixus. ideoq; facta eſt vt vmbraculũ in vinea,& ſicut tugurium in cucumerario,& ſi
Eſa.1.b. cut ciuitas quæ vaſtatur,notus eſt enim in iudæa Deus,ibiq; à gentibus adoratus: qui à iudæis vti homo purus , irriſus eſt. & in Iſrael magni habitum eſt nomen eius Ieſus , quod
Mat.1.d. eſt nomen ſalutis:eò q̃ ſaluum fecerit populum ſuum à peccatis eorum. quamobrem huic nomini laudem tribuam,non q̃ deuice-
4.reg.19.g. rit Senacherib regem,aſſiriosque populo iudæorum infeſtos , quis id magnum fuerit opus:ſed q̃ luciferum & exercitum eius debellauerit protriuerítq;: atque me vera pace ac libertate donauerit & ſalute. nec enim aliud
Act.4.b. nomẽ eſt ſub cęlo datum hominibus: in quo oporteat nos ſaluos fieri.Sequitur.

2. *Et factus eſt in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.*

Ioan.14.c Qui pacem ſuam nobis contulit:pacificum & munitiſsimum ſibi locum fecit.ego murus
Cant.8.c. (ait ſponſa)& vbera mea ſicut turris: ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens. talis profecto factus eſt ei locus:qualis paci-
Galat.5.b. ficum regem decet.ibiq; habitatio illius: vbi ſpeculatorum fides quæ per dilectionem operatur.vbi etiam ſpes firma,& gratia nõ ocioſa,cæteræque virtutes : quæ Dei habitaculũ ornant in ſpiritu ſancto.ſane habitat hic Deꝰ in fidelibus ſuis,in eccleſiæ huius vnitate cõſtitutis,coadunatiſque per gratiam,in vincu-
1.cor.vlt. d lo pacis,iuxta illud Pauli,pacem habete , & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum : & habitabit etiam in futuro ſeculo per gloriã. propter hoc,hæc dicit dominus exercituum
Eſa.10.d. (ait Eſaias)noli timere populus meus habita-
Eſa.26.a. tor,Sion ab Aſſur. iterumq;,in illa die cantabitur canticum iſtud in terra Iuda , vrbs fortitudinis noſtræ,Sion:ſaluator ponetur in ea, murus & antemurale, aperite portas,& ingredietur gens iuſta,cuſtodiẽs veritatem,vetus error abijt,ſeruabis pacem: pacem , quia
Pſ.86.ve.1. in te ſperauimus &c. fœlix illa Sion ſancta, cuius portas diligit dñs, ſuper omnia tabernacula Iacob:quæ Chriſtum dñm non tãtum hoſpitio:ſed perpetua habitatione ſuſcepit. ſicut in hymno dicitur, quẽ Siõ ſancta ſuſcepit,inquo credens permanet.ipſe quidem eã elegit in habitationẽ ſibi dicens:hæc requies mea in ſeculum ſeculi : hic habitabo quoniã Pſ.131.v.15. elegi eam.porro deficiet dies , ſi laudes tuas & ea quæ per oracula prophetarum de te dicta ſunt,recenſere velimus Sion inclita.nẽpe glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.de te(inquam)Sion myſtica & figurata : non de altera,niſi pro quanto typum tui geſsit, atque figura fuit.quæ(vt omnia taceam)hæc reticere non poſſum,maxima quidem:q̃ homo natus eſt in ea,& ipſe fundauit eam altiſsimus: Pſ.86.ve.5. quòdq; videtur Deus deorum in Sion.Seq. Pſ.83.ve.7.

*Ibi confregit potentias: arcum,ſcutum gladium & bellum.* 3.

Ibi in loco chriſtianæ pacis,in Siõ iſta ſancta(quæ & eccleſia ſanctorũ,in qua Chriſtus Luc.11.c habitat per gratiam)confregit potentias diaboli fortis armati , ſuperueniens ille fortior: qui moriens eum vicit,& vniuerſa eius arma in quibus confidebat abſtulit, & ſpolia diſtribuit.confregit arcum(hoc eſt)doloſas machinas illius; quibus è longinquo quaſi tormetis bellicis impetere ſolebat. & ſcutum illud ſathanicum,quo vtebantur homines declinãtes in verba malitiæ,ad excuſandas excuſationes in peccatis:gladium etiam illum ancipitem originalis culpæ,& exitiale bellum carnalis concupiſcentiæ aduerſus ſpiritum. hæc quidem omnia confregit in Siõ,in ea ſcilicet quæ adhuc peregrinatur à dño , nec facie ad faciem dñm in ſe habitantem videt:ſed quaſi è ſpecula fide contẽplatur.confregit (inquã) quia non ex toto abſtulit,vt militia ſit ad meritum: ſed horum potentiam inſolentiamq;, fauoris ſui iuuamine cohibuit, gratiam conferens,qua fideles reſiſtere poſsint: quod vtique confringere fuit.at eſt altera quæ ſurſum eſt Siõ,vbi pax eſt quæ exuperat omnem ſenſum,quoniam dominus & habitator illius cõfortauit ſeras portarum ſuarum, & poſuit fines ſuos pacem.ibi confregit,comminuit, & ad nihilum redegit,potẽtias ſuperborum, & arcum,ſcutum,gladium & bellum confregit omne. nulla ibi prorſus rebellio, tranquilla oĩa, & in pacis amœnitate quieta.audi nunc tamen confractionis modum.Sequitur.

*Illuminans tu mirabiliter à mõtibus æternis: turbati ſunt omnes inſipientes corde.* 4.

Duplex videtur eſſe in hoc ſeculo potentia.altera dignitatum,diuitiarum altera: quibus maximè innituntur homines:& has confregit dñs,illuminans mirabiliter à montibus æternis.ij montes apoſtoli fuerunt : cæteris omnibus vita,grã,& doctrinæ lumine altiores. ideoque æterni dicti ſunt : q̃ ab æterno illumi-

illuminandis hominibus fuerint præordina-
ti: vel ꝙ vitam æternam promiſerint prædi-
cantes, qui primi à luce vera Chriſto qui illu
nat omnem hominem venientem in hunc mū
dum, lumen fidei acceperunt, quod & cæte-
ris per prædicationis verbum impertirent.
tu ergo dn̄e, qui primarius, immo ſolus illu-
minator es, tu (inquam) illuminans à mōtibus
æternis, & per hos quos alijs omnibus eminē
tiores cōſtituiſti, verū lumē effundēs: cōfregi
ſti potentias, diuitias & honores, oēsq; luxus
ſeculi ſpernere feciſti. mōtes eñ ſunt ſcripturę
ſanctæ quæ ſupremū locū obtinēt. à quibus
tu dn̄e, illuminas mirabiliter. ad quos montes
nouiſsimis diebus, qū abundabit iniquitas, &
refrigeſcet charitas multorum, tu dn̄e confu
gere iubes: vt inde illuminati, nouerint à fal-
ſo diſcernere verum: ſciantque reprobare ma
Mat.24.b lum, & eligere bonum. neque tamen hoc do-
num omnibus datum eſt: ſed his dūtaxat, qui
Eſa.7.c. à te dn̄e illuminati ſunt, & donum ſapientiæ
Pſ.91.ve.6. perceperunt: cæteri vero turbati ſunt, quia in
ſipientes corde. nimirū vir inſipiens nō cog-
Rom.1.d. noſcet: & ſtultus nō intelliget hęc. atqui obſ-
curatū eſt inſipiens cor eorū (ait Paulus) dicē
tes enim ſe eſſe ſapiētes: ſtulti facti ſunt. Seq.

*Dormierunt ſomnū ſuū: & nihil inuene*
5. *runt oēs viri diuitiarum in manibus ſuis.*

Audite diuitijs huius ſeculi potētes. exper
Ephe.5.c. giſcimini & vigilate, ecce apoſtolus clamat:
ſurge qui dormis, & exurge à mortuis: & illu
minabit te Chr̄s. videte itaque fratres quomo
do cautè ambuletis, non quaſi inſipientes: ſed
vt ſapientes, redimentes tempus, quoniā dies
1.Tim.6.d. mali ſunt. iterumq; diſcipulo ſuo Thimoteo
ait: diuitibus huius ſeculi præcipe, non ſubli-
me ſapere, neque ſperare in incerto diuitia-
rum: ſed in Deo viuo, qui præſtat nobis om-
nia abunde ad fruēdum, bene agere &c. nam
vita præſens, his qui pro libito fruuntur ea:
Iob.21.a. quaſi ſomnus quidam eſt. tenent tympanum
& citharam, & guadent ad ſonitum organi.
ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad in-
Iob.27.d. ferna deſcendunt. rurſusq; ait Iob: diues cum
dormierit, nihil ſecum afferet: aperiet oculos
ſuos, & nihil inueniet. ſunt enim quaſi diui-
tiæ ſomniantis: qui vbi à ſomno experrectus
eſt: mendicum inuenit, ſagatum atque panno
ſum: quem ſomniauerat crœſum, gēmis, auro
que ſtipatum. nec ſecus ij qui diuitijs affluūt
auari, non dn̄i ſed diuitiarum ſeruuli, qui ni-
hil in manibus Dei & pauperum ſuorum po-
ſuerunt, bona ſua erogantes & pietatis opera
(per manus ſignata) faciētes: dormierūt ſom
num ſuum atque vitam tranſegerunt: & nihil
inuenerunt in manibus ſuis, totum quidē eua
nuerat. huiuſmodi etiam ſunt (ne dicam dete
riores) nonnulli qui imperio, magiſtratu, aut
quauis alia dignitate pollent. de quibus ſeq.
*Ab increpatione tua Deus Iacob: dor-*
*mitauerunt, qui aſcenderunt æquos.* 6.

Ii ſunt adeò obdurati vt dn̄e increpante &
ſtrepitum faciente: adhuc dormitent, & te au
dire contemnant. aquæ ab increpatione tua
fugient, & à voce tonitrui tui formidabunt. Pſ.103.a
aſcendunt montes & deſcendunt campi, in lo
cū quem fundaſti eis: & ab increpatione tua
dormitant hoīes, qui aſcendunt equos? proh
hominum pudor? aſcenderunt equos, & dig-
nitatum altitudinē conſcenderunt: nec tamen
caſum verentur dormitantes, quod ſtupidita
tis, magnæque dementiæ eſt. hos minatur ſa
pientia dicēs: deſpexiſtis omne conſiliū meū: Pro.1.a
& increpationes meas neglexiſtis: ego quoq;
in interitu veſtro ridebo &c. vel aliter (ſi is
forte magis tibi arrideat ſenſus) vt dormitio
huiuſmodi & dormitatio in bonum ſit: à ſu-
perna illuminatione proueniens. audita ſcili
cet apoſtolica prædicatione: viri diuitiarum
dormierunt ex tota quiete, & nihil inuene-
runt in manibus ſuis. nam ſicut ſcriptum eſt, Act.4.g
quotquot poſſeſſores agrorum aut domorū
erant: vēdentes afferebant precia eorum quę
vendebantur, & ponebant ante pedes apoſto
lorum. & ab eadē increpatione territi, ij qui
ante aſcenderunt equos, & quaſi arrogantes
in omni perpetrato facinore gloriabantur: iā
dormitare cœperunt. non tanquam perfecti
(iam plena animi tranquillitate) ad malū om
ne quod irritare poteſt dormientes: ſed tanq̄
paruuli in Chriſto & incipientes dormitaue
runt quandoque illecti, licet non ex toto at-
tracti: nec enim feruntur vt ante in ſaxa præ
cipites. ꝙ ſi dormitionem adhuc & dormita
tionem ad alium deflectas ſenſum: non erit
indignum (vt expoſitores aliquot feciſſe no
uimus) ita ꝙ de primo aduentu propheta lo
quutus: ſeſe transferat ad ſecundum & dicat.
ibi domine confringes potentias: nec enim
tunc proderūt arcus, ſcutum, gladius, aut bel
lum. nam vt primum adueniēs in nube cœpe
ris corruſcare: turbabuntur huius ſeculi ſapiē
tes, qui & inſipientes corde. & diuites, nihil
diuitiarum inuenient in manibus ſuis, quod
poſſit illis eſſe adiumēto, ſed quaſi ſtupidi ab
ſorpti & dormientes erunt. at fortes ipſi (qui
aſcenderunt equos, in fortitudine ſua gloriā
tes) quaſi ſubitaneo cordis deliquio dormita
bunt: tanta erit vis mirabilis potētiæ tuæ. de
qua ſequitur.
*Tu terribilis es, et quis reſiſtet tibi? ex tūc*
*ira tua.* 7.

Plura



Plura concurrent, quæ te iuſtiſsime iudex
malis omnibus formidabilem reddāt. primū,
ꝙ ipſe Deus deorum ſis, & dn̄s dominantiū.
Deut.10.d. Deus magnus & potens, terribilis: qui perſo-
nam non accipis nec munera. ſecundum, ꝙ nō
Rom.9.d. ſit qui tuæ poſsit reſiſtere volūtati. nec pre-
ces vllæ ſanctorum erunt: quæ vindicem irā
flectant mitigentq;, nam ex tūc ira tua. & dies
ſopho.1.d. illa, dies iræ, calamitatis erit & miſeriæ. ter-
tium erit, apertiſsima damnatorum cōfuſio,
& propriæ conſcientiæ vermis. nulla quidem
erit reprobis excuſatio: ſed iuſta potius accu
Pſ.2.ve.5. ſatio. tunc loqueris ad eos in ira tua: & in fu
rore tuo cōturbabis eos. cū ergo tūc orbē iu-
dicaturus adueneris Deus: veniēt apparitores
tui āgeli, q̄ diē illā toties è lōginquo, à lege, ꝓ
phetis, & euāgelio ꝓclamatā: iā aduenisse dicāt.
8. *De cælo auditum feciſti iudicium: terra*
*tremuit & quieuit.*

Tempus alterum pro altero ponit (vt ſui
moris eſt) quo certitudinē inuat propheticæ.
auditum quidem fecit dn̄s futurum iudiciū,
non ſemel per ſanctam ſcripturam ſuā: & ite-
rum iā imminens, auditum faciet illud. canet
1.Cor.15.f. enim tuba (ait apoſtolus) & mortui reſurgēt
incorrupti, & nos immutabimur. quoniam ip
ſe dn̄s in iuſſu, & in voce archangeli, & in tu-
ba Dei deſcendet de cælo: & mortui qui in
Chriſto ſunt, reſurgent primi, deinde nos qui
viuimus &c. tunc terreni omnes obrigeſcent,
& tremebundi ac latibula (heu fruſtra) quæri
tantes: vix proprium halitum emittere aude
bunt: tantū abeſt, vt quicq̄ loquantur aut mu
ſitent, nimio timore cōcuſsi. nimirum ſtudiū
cuiusque tunc erit: pēdula ſpectatione, obuē
turam ſibi attendere ſortem.
9. *Cum exurgeret in iudicium Deus: vt ſal-*
*uos faceret omnes manſuetos terræ.*

Vtrunque munus Dei iudicantis erit. & re
cto iudicio præmiare bonos, eodemq; puni-
re malos. ſed primarium & primo intentum:
ꝙ bonis bona largiatur. cum ergo exurget in
iudicium Deus, vt ſaluet māſuetos terræ, mit
tes ſcilicet & pedeſtres, qui non aſcenderunt
(quos diximus) equos. quid tunc? Sequitur.
*Quoniā cogitatio hoīs cōfitebitur tibi: &*
10. *reliquiæ cogitationū diē feſtum agēt tibi.*

Clangente tuba in aduentu iudicis, omnes
que conuocante ad ſummum illud tribunal:
totus contremiſcet orbis. ſed variæ tū bonis
tū malis hoībus cogitationes inſurgent. atqui
impijs, triſtes erūt & luctuoſæ: iuſtis vero læ
Sap.5.a. tæ ac feſtiuæ. quæ oēs in libro ſapientiæ pul-
chrè deſcribuntur. cogitatio igitur hoīs iuſti:
vehemens erit, & charitatis igne ſuccenſa ex
creſcet: atque cordis vaſculum dilatabit. euapo
ranſq;, cōfitebitur tibi bone Deus: & pro ac
ceptis beneficijs immortales gr̄as aget. quin
etiā cogitationis huius reliquię, quæ nūnquā
à memoria excident, erunt tibi gratę, ſicut in
balſamo alijsúe odoriferis & precioſis liquo
ribus iā extractis ex vaſe, experiri licet. quo-
rū odor, ſapor, color, & ſi quid reliquū eſt in
receptaculo derelictū: delectare ſolet. nec ſe
cus quod ex hac intenſa & ardēte cogitatio
ne reſultat: totum tibi gratum, ſuaue, precio-
ſum & honorificum erit, atque pari cōcentu
tibi laudē reliquiæ, quæ ſunt opera ſubſecuta,
reſonabunt. ita vt aīa & corpus mirabili quo
dam tripudio exultare, & te frui videātur. re
liquiæ aūt erunt delectatio, quies, pax, ſecuri
ritas, gaudium, lætitia, & cū perpetuo deſide
rio ſatietas: pluresq; alię, quę ſcrutāti & ſpūm
guſtanti, in promptu erunt. nempe tunc oēs
tibi diem feſtum illumq; æternum agent: ab
omni ſeruili opere quieſcentes. ꝙ ſi illud ver
bum confitebitur, non actiuam ſed paſsiuam
vocem ſignet (vti ferunt hebreum Idioma ha
bere) tunc totus huius verſiculi ſenſus, in hūc
videtur ſcopum tendere vt aſtruat, ꝙ exur-
genti in iudicium Deo: etiam minutiſsimę ho
minum cogitationes (quas reliquias vocat) nu
dæ perinde atq; apertiſsimę erunt: vti ea quę
in diebus feſtis (omni vidente plebe) publici
tus fiunt. innoteſcet quidem illi cogitatio ho
minis, quaſi in propatulo confeſſa: nec illius
quicq̄ quātūuis minutum, occultū erit. Seq.
*Vouete, & reddite dn̄o Deo veſtro: oēs*
*qui in circuitu eius affertis munera.* 11.

Conſilium do, tanquā mīam à dn̄o conſe-
quutus, vt ſim fidelis. vouete. eſt enim votū,
actus latriæ. ſanę gratius erit munus, quod ex
voto reddatis. ſi aūt voueritis: reddite, præ-
cipit dn̄s, nō ego. ꝙ ſi nō vouiſti: nō peccaſti.
at ſi vouens nō reddidiſti: iā traſgreſſor effe-
ctus es. ſi quid vouiſti Deo (ait ſapiēs) ne mo Eccl.5.a.
reris reddere &c. vouete ergo, & reddite dn̄o
Deo vr̄o, vos oēs qui in circuitu eiꝰ eſtis vt fa
muli: quiq; illi affertis & offertis munera, in ſi
gnū dn̄ij. vouete illi votū illud magnū, vos met
ipſos. ſ. & reddite illi, à quo accepiſtis quod e
ſtis. nō vtiq; illi tā accepta ſūt vr̄a, q̄ vos. attu
liſtis āmodo oblationes, ſacrificia & holocau
ſta: fidē, ſpē & charitatē, corpus, aīam & ſpūm,
cogitationes, verba, & operationes, atq; arbo
ris folia, flores, & fructus: reddite vos totos
illi, ita ꝙ reliquum ſit nihil, illi (inquam) de
quo ſequitur.
*Terribili, & ei qui aufert ſpiritum prin-*
*cipum: terribili, apud omnes reges terræ.* 12.

Illi vouete & reddite: cui oīa viuūt, & for
midabili eſt regibus, principibꝰ & potētatibus, Mat.5.d.

qui debitum exiget vſque ad nouiſsimũ qua
drantem. in cuius manu ſunt omnes fines ter-
rę: et altitudines montium ipſe conſpicit. ipſe
etenim eſt, qui aufert ſpiritum principium ꝓ
libito: emittetque ſpiritum ſuum & creabun- Pſ.103.v.31.
tur, & renouabit faciem terræ. ſeruite igitur
illi in timore: & exultate ei cum tremore: cui
eſt honor & gloria in ſeculorum ſecula Amẽ.

EPILOGVS PSALM. 75.

*Otus in iudæa Deus, in Iſrael magnum nomen eius. Qui & habitu inuentus ut homo: cognitus
Phili.2. eſt fide in eccleſia ſua, q̃ ſit Deus, ſub carnis uelamine latens. & omnis lingua confitetur, q̃ dñs
Ieſus in gloria eſt Dei patris. & factus eſt in pace locus eius, qui pacem attulit mundo: & ha
bitatio eius in ea quæ in enigmate fidei ſpeculatur ipſum. ibi cõfregit potentias, arcum, ſcutum, gladiũ,
& bellum. nihil denique incompoſitum reliquit: ſed omnia ad tranquillitatem reduxit & pacẽ. ita ſane
fuit. nam illuminans tu dñe à montibus æternis, ipſumq; euangelij uerbum per apoſtolos tuos diffundẽs:
turbati ſunt oẽs inſipientes terræ, ipſiq; philoſophi dicentes: ſe eſſe ſapientes: ſtulti facti ſunt, & uti in
ſipientes obſtupuerunt. dormierunt etiã ſomnum ſuum, & nihil inuenerunt oẽs uiri diuitiarum in ma
nibus ſuis, ab increpatione tua Deus Iacob. uides quantum profuit apoſtolica cõmonitio? q̃ ſapientes,
Phili.3.b. diuites & fortes, quieuerunt oẽs? arbitrati ſunt enim omnia quaſi ſtercora: ut Chriſtum lucrifacerent.
atqui dormitauerunt qui aſcenderunt equos. nec mirum. terribilis es tu Deus, & quis reſiſtet tibi: qui
uiuorum & mortuorum futurus es iudex? certe ex tunc ira tua: ſicuti tunc uſq; mĩa fuit. de cælo quidẽ
auditum facies iudicium, angelicis clangentibus tubis, oẽsq; ad iudicium conuocantibus. tunc terra tre-
met quieſcentq; à malo terreni: cum exurget in iudicium Deus, ut ſaluos faciat omnes manſuetos ter
ræ. nempe gaudium erit iuſtis: reprobis uero triſtitia ſempiterna. quoniam cogitatio hominis pij cõſi
tebitur tibi: ſummasq; reddet pro recto iudicio laudes. & huius bonæ cogitationis reliquiæ, quę delecta
tio, quies, pax, ſecuritas, atq; id genus alię erũt: diẽ feſtũ agẽt tibi, quaſi interiore et exteriore tripudio
gaudentes, & ſeſe tibi referentes. uos igitur ſancti uouete, & reddite uos metipſos dño Deo uro: oẽs
qui in circuitu eius affertis munera. quandoquidem non tam ueſtra: quam uos quærit Deus ueſter.
quamobrem illi corpus ſimul & animam offerte: qui aufert ſpũm principum: & formidabilis eſt om-
nibus regibus terræ. in quem nunc fert animus, me me proijcere totum: ipſum propitium inuocare.*

PSALM. 76.

*VOCE mea ad dñm clamaui: vo-
mea ad Deũ, et intendit mihi.*
Huic pſalmo titulus eſt, in finẽ ꝓ Idi-
thum pſalmus Aſaph. ſi (vt ſuperius diximus)
Idithum tranſilientem ſonat, & Aſaph cõgre
gationẽ: ſenſus tituli erit. hic pſalmus propo-
nitur ſanctæ cõgregationi cantandus pro trã
Rom.10.a. ſilientibus, vſq; ad finẽ qui Chr̃s eſt, ad iuſtitiã
omni credẽti. ait ergo, voce mea ad dñm cla
maui: voce mea ad Deũ & intendit mihi. cla
maui ad dñm cuius ſeruus ſum, clamaui ad
creatorẽ, nõ ad creaturam, clamaui & voce
mea clamaui: ex toto cordis affectu ꝓgreſſa.
clamaui in tribulatione & anguſtia, clamaui
gemẽs in infirmitate: & intẽdit mihi, quia vox
Cant.2.c. illi grata gemẽtis. vox turturis (ait ſpõſus) au
dita eſt in terra nr̃a. ſurge ꝓpera amica mea,
ſpecioſa mea & veni, oſtẽde mihi faciẽ tuã, ſo
net vox tua in aurib' meis, vox. n. tua dulcis,
& facies tua decora. dulcis quippe eſt vox cõ
feſsionis, quæ faciẽ aĩæ Deo ſuo oſtẽdit, cõſ-
ciẽtiã aperit, expurgat atq; lauat, & ipſam de
corã, totamque pulchram reddit. Sequitur.
2. *In die tribulationis meæ, Deum exquiſiui
manib' meis: nocte cõtra eũ, et nõ decept'.*
Honorem dño impendit: qui in die tribu-
lationis dũ peregrinať, ipſum inuocat adiuto
Pſ.49.v.16. rẽ. inuoca me (ait dñs) in die tribulationis: &
eruã te & honorificabis me. quomodo ergo
obliuiſceť Deus honorificantẽ ſe? magna quip
pe eſt humilis oȓonis vis: quæ nuſq̃ patiť re-
pulſã. dicẽte Chr̃o: petite & dabiť vobis, quę Mat.7.b
rite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis.
oĩs. n. qui petit accipit, & qui quærit inuenit, Luc.11.b.
& pulſanti aperieť. vere igiť qui in tribulatio
ne poſitus ſupplices ad Deũ tẽdit manus, ſi ip
ſum toto exquirat corde, & corã eo aĩam ef-
fuderit ſuã, ac ꝓpter eũ operetur bonũ: nõ in-
ueniet ſe deceptũ. quin illi potius ex mĩa ꝓſ-
piciens Deus: nõ quod futurũ ſit detrimento,
ſed cõueniens, quodq; cedat in bonũ, præſta
bit. quod et iniquus ipſe ſathã ſponte fateť di
cens: nũquid fruſtra Iob timet Deũ? nonne tu Iob.1.b.
vallaſti domũ eius vniuerſamq; ſubſtantiã ei'
p circuitũ? operibus manũ eius bẽdixiſti, &
poſſeſsio eius creuit in terra? bene ergo cõſul
tũ eſt exquirenti dñm die atq; nocte. non. n.
ariolos, nõ magicos, veneficos & incãtatores:
ſed Deũ potentiſsimũ, oȓone aſsidua, & man
datorũ ſuorũ obſeruatione, exquirere licet. id
quidẽ eſt manibus Deũ inueſtigare. ſit tribula
tio, anguſtia, fames, nuditas, periculum, perſe
quutio, gladius: ſintúe ꝓſpera cuncta: veniat
dies, ſuccedat nox: Deum meum ſemper ex-
quiram. clamabo per diem, & nocte: & non Pſ.21.v.2.
ad inſipientiam mihi. Sequitur.

*Renuit cõſolari aĩa mea, memor fui Dei, et
delectatus ſum, & exercitatus ſum: &
defecit ſpiritus meus.* 3.

Tran-



Tranſilientium & perfectorum eſt, non o-
blectari tranſitorijs huius ſeculi rebus. cũ eſ-
1.Cor.13.c ſem paruulus (ait apoſtolus) loquebar vt par
uulus, ſapiebã vt paruulus, cogitabam vt par
uulus. qñ autẽ factus ſum vir: euacuaui quæ
erant paruuli. tum quidem equitabam arũdi
ne longa, ludebam trocho, alijsq; conſolabar
iocis. at relictis nucibus, iamq; ad canitiem
tendẽs: renuit his nenijs cõſolari aĩa mea. quis
enim (obſecro) ſibi vtcũq; ſatisfactum putet,
ſi vitrum inuenerit, cum aurum quærat? quæ
rens igitur quem diligit aĩa mea: conſolabor
ſi inuenero quid meum nõ implet affectum?
quæro finẽ: qua conſolatione in medio ſiſtã?
porro melius arbitratus ſum, anhelo peregri
nari ſpũ: quã adhuc famelico quieſcere appe-
titu. ideo renuit conſolari aĩa mea: quouſque
perueniat ad perfectionis ſuæ centrum, qui
Deus eſt. huius quidem memoria: quali quali
me ipſum affecit delectatione. ſed vbi parum
per, vel ſummis labijs dulcedinẽ deguſtaui:
ſtatim curis & actionibus ſeculi excitatus de
primitur ſpũs meus, & à vigore ſuo deficit.
talis eſt enim cotẽplatio diuinorũ: ꝙ nihil de
orſum aggrauans ſecum patitur. deficit igitur
ſpũs meus, ſicut deficit cor meũ & caro mea,
Pſ.72.v.25 deficit in ſalutare tuũ aĩa mea, & defecerũt o
Pſ.118. oct. 11.ve.4. culi mei in eloquũ tuũ dicentes: qñ cõſolabe
ris me? defecit quidẽ potẽtia, præ magnitudi
ne excellentis obiecti. & dum circa hæc infe
riora verſatur & exercetur: minor fit atq; de
creſcit in cõſideratione æternorũ. renuit er-
go cõſolari aĩa mea in huius ſeculi fugientib'
vmbris: & ſola Dei recordatione quaſi ad mo
mentũ delectatus ſum. inſtant vndiq; impor-
tunæ, miſerrimæ vitæ curæ, quæ me pungũt,
vellicant, cõmouent, & exercent: & deficit at
q; attenuatur ſpũs meus. ecce crebreſcũt cogi
tationes torquentes cor meum: iterũq; reaſ-
ſũptis viribus expergiſcor denuo.
4. *Anticipauerunt vigilias oculi mei: tur-
batus ſum, & non ſum loquutus.*
Iob.7.a. Audiſti vnquam, ꝙ militia ſit vita hoĩs ſup
terram? aſpice nunc illam graphice deſcriptã.
nam eodẽ tractu hic tranſiliens, renuit cõſo-
lari: & dilecti ſui recordatione delectať. ſubin
de exercitatur, & in deliquio cordis: quaſi de
ficiens obdormit. immature expergiſcitur,
ſummo mane vigilat, turbatur, & cogitabun-
dus ſilet, atq; in medio ſilentio noctis, cũ alij
ſopori ſeſe dederint: intra cordis archanum
meditatur ipſe, & ſe ipſum exercens, totam
hinc inde euoluit domũ, anteactam diſcutit
vitam, cõuertit ſpũm, peccata deflet, miſeriã
deplorat, mĩam deniq; implorat. anticipaue-
runt (inquit) vigilias oculi mei, ſic enim de vi
ro iuſto ſcriptum eſt, ꝙ ſuum cor tradet ad Eccl.39.a.
vigilandũ diluculo, ad dñm qui fecit illum: &
in conſpectu altiſsimi deprecabitur. quid eſt
(rogo) vigilias anticipare: niſi ſeſe vndiq; vigi
lem & circunſpectum reddere, caute viuere,
oĩa etiã tuta timere? turbatur vtiq; homo &
obmuteſcit, inimicorum & aduerſantiũ cer-
nens multitudinem. conſiderat tempus pręte
ritum, præſens, & futurum. & dum illud æter
nitati confert: obſtupeſcit. ideo ait:
*Cogitaui dies antiquos: & annos æternos
in mente habui.* 5.
Multa mente volui. cogitaui primum pro
thoplaſti tranſgreſsionẽ & quanta à cõditio-
ne mundi beneficia homini contulerit Deus.
cogitaui inſuper, ꝙ interminabilẽ atq; ęternã
promiſerit illi vitã: ſi tñ cum metu & tremo Phi.2.b.
re ſuam ſalutẽ operetur. hæc mecum habitãs,
ruminare cœpi. mirabar Dei maximam boni
tatem, munificentiãq;. mirabar ꝙ tanti apud
Deum eſſet homo: vt eius particeps futurus
ſit per gr̃am. hinc cogitationes volucres &
celerrimæ ſub oculos mẽtis volitabant. ęſtua
bã ſæpius, & in meditatione mea exardeſce-
bat ignis. ſuſpirabam, exultabã, varijsq; affe-
ctibus cõmouebar. videbar enim audiſſe: bea
ti mundo corde, qm̃ ipſi Deum videbunt. tũc Mat.5.a
cœpi mecum agere diſcurrereque lõga atq;
profunda diſputatione.
*Et meditatus ſum nocte cum corde meo:* 6.
*& exercitabar, & ſcopebã ſpũm meũ.*
Fide media meditatus ſum (quã noctẽ ap- Pſ.138.v.6
pello) nec vlla certior in via meditatio eſſe
poteſt. et nox quidẽ illuminatio mea, in deli-
tijs meis. meditatus ſum igitur nocte cũ cor
de meo: atq; latebras eius oẽs ſcrutatus ſum,
ne aũt quicquam remaneret ſpurcũ aut fœdũ:
exercitabar & ſcopebam pœnitentiæ ſcopis
ſpũm meũ: cõtritione ſcilicet, confeſsione, &
ſatisfactione. nihil reliqui immundum: quin
toto illud affectu conatuque deteſtarer. ꝓ-
palaui occultum & pro viribus parato aĩo ſa
tisfeci. expurgaui vt potui: ſed neque me ip-
ſum iudico iudicio abſolutionis: tametſi iu-
dicẽ iudicio diſcuſsionis, nihil enim mihi cõſ
cius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. qui
autem iudicat me: dominus eſt ait Paulus. nõ 1.Cor.4.a.
quidẽ iuſtitiæ propriæ: ſed diuinæ miſericor
diæ fido. cui ſoli innixus: me ipſum rogãs, cõ
ſiderabam quod ſequitur.
*Nunquid in æternum proijciet Deus: aut* 7.
*non apponet, vt complacitior ſit adhuc?*
Poterit ne eſſe vnquam miſericordia Dei
exhauſta, quæ infinita eſt? qui cũ hoĩe ſemper
magnifice egit, & æternam illi vitã promiſit:
 nũquid

nunquid in æternũ à ſe illum proijciet Deus,
ne illius miſereatur? ꝙ ſi ceciderit homo,ita
vt Deũ prouocet reddatque iratum:nunquid
non placabitur Deus,ſi illum à peccato vide
rit reſurgentem,aut non apponet vt compla
citior ſit adhuc?nimirum apponet,& compla
citior erit:ꝙ lapſus ad maiorem gratiam re-
ſurgit,quodq; cautior eſt effectus.nã qui ſem
per miſericors eſt natura,extititq; miſerator
effectu:&ſi ad tẽpus proijciat vt probet,non
in æternum proijciet vt ex toto deſerat.nem
pe complacuit ſibi ſemper in eo quod condi
dit Deus:ſed appoſuit adhuc vt cõplacitior
eſſet in homine,factus homo.& complacet ſi
bi nũc in hoĩe fortiter militante:ſed cõplaci-
tior erit in eo de hoſtibus triumphante.Seq.

8. *Aut in finem miſericordiam ſuam abſci
det: à generatione in generationem?*

Eſt ne hoc credibile,de miſericordiæ fon
te perenni: ꝙ vnquam exiccari poſsit?quid il
li magis proprium innatumq;:quam miſereri
ſemper & parcere? an nõ timpaniſtria noſtra
Luc.1. canit,ꝙ miſericordia eius à progenie in pro
genies,timẽtibus eum? nuſquã ergo abcidet
miſericordiam ſuam à generatione impiorũ,
vſque in generationem iuſtorum: qui iuſtifi-
cat impium.nõ abſcidet à generatione huius
ſeculi miſericordiam ſuam: in generationem
alterius ſeculi futuram. non eſt ꝙ timeas ho
mo.caue ne tu ex duritia cordis, impœnitẽs
abſcindaris: ipſe enim non abſcidet. nam eò
ꝙ Deus eſt:lõganimis & miſericors eſt. Seq.

*Aut obliuiſcetur miſereri Deus: aut cõ*
9. *tinebit in ira miſericordias ſuas?*

Nullum omnino ſubeat intellectum, talis
Eſa.49.c. cogitatio. quin laudate cæli potius cũ Eſaia,
& exulta terra: quia conſolatus eſt dominus
populum ſuum,& pauperum ſuorum miſere
bitur.& dixit Sion,dereliquit me dñs,& dñs
oblitus eſt mei.nunquid obliuiſci poteſt mu
lier infantem ſuum,vt nõ miſereatur filio vte
ri ſui?& ſi illa oblita fuerit:ego tamen non o-
bliuiſcar tui. non ergo obliuiſcetur miſereri
Deus:nec continebit in ira ſua,miſericordias
Abak.3.a ſuas.ſed quum iratus fuerit: miſericordiæ re
cordabitur. tu fac ſis vas ad mĩam aptũ.Seq.

*Et dixi nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ*
10. *excelſi.*

In primis imbecillitatem meam conſidera
ui. & ecce ex cogitatione, meditatione &
diſcuſsione præuia:dixi, apud me ſtatui , &
quaſi ex præmiſsis intuli:nunc cœpi.hæc mu
tatio dexteræ excelſi.nunc vtique ſcire cœ-
pi,cœpi & cognoſcere,ꝙ hanc ſubitaneã mu
tationem qua repente mutatus ſum in virum
alterum:dextera excelſi operata ſit. dextera Pſ.117.v.16
quippe dñi quæ fecit virtutem , dextera dñi
quæ exaltauit me : qui & vnigenitus Dei fi-
lius incarnatus , & potentiſsima dextera pa-
tris eſt. non ergo mihi aſcribendum puto ꝙ
renuerim cõſolari,ꝙ vigilias anticipauerim,
ꝙ cogitauerim & meditatus ſim, ꝙ denique
euerterim ſpũm,&priorem deſeruerim:vt vi
tam nouam inchoarem.ideo dixi,nunc cœpi,
hæc mutatio dexteræ excelſi. Dei eſt hoc
quicquid eſt,& gratia eius ſum id quod ſum. 1.Cor.15.b.
nõ ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos(ait
apoſtolus ) ſed ſecundum mĩam ſuam ſaluos Tit.3.b.
nos fecit.huius rei cauſa,meditatus ſum cum
corde meo atque denuo meditabor: conſide
rans mirabilia, quæ opus illud mirabile incar
nationis tuæ dñe præceſſerunt in figura. de
quibus propheta ſubiũgit.

*Memor fui operũ dñi: quia memor ero*
*ab initio mirabilium tuorum.* 11.

Manu ducunt hominem mirabilia quæ à
mundi primordio fecit Deus : vt cognoſcat
mirabiliora,quæ longe ante pręſignarũt.crea
uit Deus hominem immiſitq; ſoporẽ in Adã: Gen.2.d.
cũque obdormiſſet,tulit vnam de coſtis eius
& repleuit carnem pro ea , & ædificauit dñs
Deus coſtam,quam tulerat de Adam,in mu-
lierem. dum hæc conſideras, aſpice ſecũdum
Adam de cælo cæleſtem,dormientem in cru
ce,& eius apertile latus,atque inde eccleſiam
conſtitutam,eiusque effluentia ſacramẽta.cõſi
deras etiam diluuiũ,quo perierunt homines,
& archam intra quam ſalus dũtaxat facta eſt:
& eccleſiam ipſam vides mirabiliter depictã
in ea. Abraam pater multarum gentiũ offert Gen.22.b
in holocauſtum filium ſuum Iſaac:& Deus fi
lium ſuum vnigenitũ dedit pro totius huma-
ni generis ſalute.educit dñs populum ſuũ de
ægypto,& magnalia operatur.hæc autẽ om-
nia in figura contingebant illis vt Paulus ait:
ſcripta ſunt autem ad correptionem noſtrã, 1.Cor.10.c
in quos fines ſeculorũ deuenerunt.hoc ideo,
ne ſimus ingrati, vti illi de quibus in pſalmo
ſequenti:& obliti ſunt benefactorum eius,& Pſ.77.v.11.
mirabilium eius quæ oſtẽdit eis. tu ergo diſ-
curre ſic per ſingula Dei geſta, & quaſi per
gradus ad mirabiliora conſcendes. Sequitur.

*Et meditabor in omnibus operibus tuis:*
*& in adinuentionibus tuis exercebor.* 12.

Meditatio & exercitatio ſimul interiorẽ
hoĩem reficiũt,& vtrũq; neceſſariũ eſt ad ſalu
tẽ,hoc eſt meditari credẽda:& quę agẽda ſũt,
opere adimplere.quid enim proderit ( rogo)
ꝙ viam ſcias:ſi in ea non exercearis? ecce ad
inuentiones domini: præcepta ſunt & man-
data , quæ etiam teſtimonia ac iuſtificatio-
nes



nes & mille alijs nominibus nuncupantur.de
quibus alibi iſdem propheta dicit: in manda-
Pſ.118. oct. 1.ve.7 tis tuis exercebor,& conſiderabo vias tuas.
in iuſtificationibus tuis meditabor. rurſum
q;,ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtifica
tionibus tuis. nam et teſtimonia tua medita
tio mea eſt. iterumq; , leuaui manus meas ad
mandata tua quæ dilexi:& exercebor in iuſti
ficationibus tuis. & ideo adinuẽtiones dictæ
ſunt:ꝙ per obſeruantiam præceptorum, no-
bis datum ſit inuenire Deum. ſunt enim viæ
rectæ,quæ ducunt ad vitam. tu quidem dñe
has compendiarias inueniſti vias:per quas te
quærentes ducas,& inueniaris ab eis.Sequit.

13. *Deꝰ in ſacto via tua,quis Deꝰ magnꝰ ſicut*
*Deus noſter? tu es Deꝰ qui facis mirabilia.*

Hoc mihi meditatio & exercitatio præſti
terunt:ꝙ noui viam tuam dñe,nempe in ſan-
cto via tua:in Chriſto ſcilicet qui ſanctus ſan
ctorum eſt,& totius ſanctitatis exemplar : p
Ioan.14.a quem ad nos veniſti , & ad te gradimur. ipſe
eſt enim via,veritas & vita:quoniã per ipſum
Ephe. 2. d. (ait Paulus) habemus acceſſum in vno ſpiri-
tu ad patrem.nũquam igitur ad te perueniet:
qui hanc declinauerit viam,& qui Chriſti ve
ſtigia atque exempla nõ ſit ſequutus.quia ſan
ctus es dñe: & in omni ſanctitate via tua.eſt
ne Deus: qui tibi coæquari poſit? quia ego
Pſ.134.v. 5. cognoui ꝙ magnus eſt dñs : & Deus noſter
Pſ.146.ve.5 præ omnibus dijs.magnus dñs noſter,& mag
na virtus eius,& ſapientiæ eius non eſt nume
rus.atqui ſolius Dei eſt miracula facere.hoc
adeò iam notum,& cuique peruiũ eſt: vt nõ
ſit qui ignoret,ſi vigeat intellectu.nunc ergo
illud vnum duntaxat in medium afferam,vul
gatiſsimum ac famatiſsimum, totque mirabi
libus refertum, quo populum tuum eduxiſti
de ægypto, in manu forti & brachio extẽto:
nec verbum amplius addam: vt vel hoc argu
mẽto norit mũdus,ꝙ magnꝰ ſis Deꝰ,mirabiliũ
patrator: vbi nõ exigua latuerũt ſacramenta.

14. *Notam feciſti in populis virtutem tuam:*
*redemiſti in brachio tuo populum tuum,*
*filios Iacob & Ioſeph.*

Pſ.135.v. 2. Audi introcluſum archanum & mirabile
ſacramentum.primum,notum feciſti Chriſtũ
1.Cor.1 d. tuum:ipſis vocatis iudæis atque græcis: Dei
virtutem,& Dei ſapientiam.deinde redemi-
Eſa.52.c. ſti in eo, quaſi in brachio forti populum tibi
electum,ſicut ante prænunciauerat Eſaias di
cens : parauit ſeu nudauit dñs brachium ſan-
ctum ſuum, in oculis omnium gentium & vi
debunt omnes fines terræ ſalutare Dei nři.
redemiſti(inquam)quos tibi ex vtroq; popu-
lo hæbreo & gentili , in ſupplantatoris & ſal
uatoris filios per gratiam adoptaſti,qui pec-
culiari vocabulo & aptiore nomenclatura,
chriſtiani nuncupantur.Sequitur.

*Viderunt te aquæ Deus,viderunt te aquæ* 15.
*& timuerunt: & turbati ſunt abyſsi.*

Non ſolum aquæ illæ maris rubri,oĩs ſen-
ſus expertes, quæ quaſi te ſpectare viſæ ſunt:
vt iuſsioni tuæ parerent, timentes, ne vel ad
næuum vnguis contrairent,ipſęq; profundio
res abyſsi,quæ ante conſpectum tuum turba
tæ ſunt:verũ etiã aliæ rationales aquæ, popu
li ſcilicet inluxum fluxibiles, & proni ad vitia Apo.17. d.
decurrẽtes viderũt te:& retroacti timore cõ
cuſsi,obſtupuerunt.& homines etiam illi ad-
quos Eſaias ait, vę qui profundi eſtis corde, Eſa.29.c.
vt à dño abſcondatis cõſilium: quorum ſunt
in tenebris opera , & dicunt:quis videt nos? Pſ.63 .ve.5
quales illi qui narrauerunt vt abſconderent la
queos:& dixerunt,quis videbit eos?iterũq;, Pſ.93.ve.7.
nõ videbit dñs,nec intelliget Deus Iacob , ij
turbati ſunt:& pœnitentia ducti cõtabuerũt.
aperuerunt ſinus ſuos, & cœnũ euomuerũt:
tanta fuit vis mirabilis præſentiæ tuæ.Seq.

*Multitudo ſonitus aquarum: vocem de-* 16.
*derunt nubes.*

Nubes illæ apoſtolicę & ſpirituales imbrẽ
doctrinæ ſalutiferũ deferentes:vocẽ prædica
tionis ſuæ dederunt. hos quidẽ apoſtolos &
euãgeliſtas miratur Eſaias quum ait,qui ſunt Eſa.60.b.
iſti qui vt nubes volant,& quaſi colũbæ ad fe
neſtras ſuas?porro multi ad vocẽ illorũ con-
uerſi ſunt,quia in oẽm terrã exiuit ſonus eo- Pſ.18.ve.4.
rũ:& in fines orbis terræ verba eorũ.quẽ ſoni
tũ eodem pręuiderat ſpũ ꝓpheta Ezechiel.& Ezech. 1. f.
audiebã(inquit)ſonũ alarũ,quaſi ſonũ aquarũ
multarũ,quaſi ſonũ ſublimis Dei.cũ ambula-
rent,quaſi ſonus erat multitudinis : vt ſonus
caſtrorũ,quippe qui virtute magna & voce li
bera euãgeliũ ꝓclamabant. & colũbini ac ſpi Hier.9.f
ritales ſimulq; cautiores effecti:ad quinq; ſen
ſuum feneſtras vigiles ſtabant , ne mors intra
ret per eas.Sequitur.

*Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt: vox toni*
*trui tui in rota.* 17.

Ipſę ſagittę corda hoĩum penetrãtes & pio
vulnere transfigẽtes ſunt:quæ & nubes aren
tia pectora irrigãtes .de quibus ſcriptũ eſt, ſi
cut ſagittæ in manu potẽtis :ita filij excuſſo- Pſ.126.v.4.
rũ.& ſagittę tuæ accutæ:populi ſub te cadẽt. Pſ.44.ve.7
hæ quidẽ potẽter trãſeunt,ab aure ad interio
ra cordis:de gẽte in gentẽ,& de regno ad po
pulũ alterũ.nẽpe totũ orbẽ repleuerũt:vt eſ-
ſet vox tonitrui tui in rota.euãgeliũ eñ apud
Ezechielẽ,rota dicit.& quibuſdam apoſtolis Ezech. 1.d
noĩa,boanerges(quod eſt filij tonitrui)ĩpoſita Mar.3.c.


fuiſſe

fuiſſe legimus. vox igitur euãgelica vndequa
q; pfectiſsima admodũ rotę:p orbẽ intonuit.
*Illuxerunt corruſcationes tuæ orbi terræ:*
18. *commota eſt, & contremuit terra.*
An non videris euangelicum Marci chroni
Mar.vlt. d. cum audire? illi autem profecti prædicauerũt
vbiq;, dño cooperante & ſermonem cõfirmã
te ſequẽtibus ſignis. quid enim aliud per cor
ruſcationes Dei quæ illuxerunt orbi: niſi ſig-
na & miracula (quæ in doctrinæ approbatio
nem operatus eſt ipſe) conuenientius intelli-
gere licebit? quibus viſis: interiore commo-
tione terreni homines commoti ſunt, & con
tremuerunt: ſicut ſcriptum eſt: cõturbati ſunt
Pſ.63.ve.9. omnes qui videbant eos: & timuit omnis ho
mo, & annuntiauerũt opera Dei: & facta eius
intellexerunt. Sequitur.
*In mari via tua, & ſemittæ tuæ in aquis*
19. Exo.14.c. *multis: & veſtigia tua non cognoſcẽtur.*
Non tantum de mare illo rubro hæc acci-
pienda ſunt, quod pedibus calcabile populo
tuo feciſti dñe, & in quo tot mirabilia opera
tus es. eſt etiam aliud amariſsimum pœniten
tiæ mare: quod tuo ſanguine rubrum factum
eſt. hoc (te ductore) commoti hoĩes ingreſ-
ſi ſunt: quia eſt aptiſsima via ad vitam. ibi vti
que ſemper ades: & ſemittæ tuæ (quæ arctio
res ſunt) in aquis multis: hoc eſt, vbi exube-
rantes lachrimæ ſunt, vbi flectus, ſingultus, &
alta ſuſpiria, vbi dolor voluntariè aſſumptus
pro peccatis. porro vbi præceptorum via, &
conſiliorum ſemittæ: ibi inueniris dñe præ-
ueniens, coadiuuans, cooperansq;, atque opus
ad perfectum ducens. nec enim ſine te, boni
quicq̃ fieri poſſet. quippe donum tuum eſt,
ꝙ quis mare hoc ingrediatur. nam ſicut ſcrip
tum eſt: ſpiritus vbi vult ſpirat, & vocem eius Ioan.3.a.
audis, & neſcis vnde veniat, aut quo vadat. &
hoc eſt quod ait: veſtigia tua non cognoſcen
tur. niſi forte his verbis, ſanctus propheta ſtu
pidos carpat homines: ꝙ apertiſsima Dei ve
ſtigia non cognouerint. libet nunc ergo hæc
pregnãtia verba ad partum diducere. quis (ſi
non cæcutiat) dum hoc mare magnum & ſpa
tioſum manibus videt: vel per hoc veſtigiũ,
in Deum opt. max. maris conditorem non tẽ
dat: dicatque (quod de behemoth ſcriptum le Iob. 40.b
gimus) ꝙ ſit principium viarum dñi? certe in
mare via tua dñe. nam ſi hac non trãſiſſes cre
ans: non eſſet vtique mare. at veſtigia tua nõ
cognoſcẽtur: quod non ſatis lamentari queo.
eſt etiam mare hoc ſeculum, vbi tot in carne
miranda feciſti: & veſtigia tua non cognoſcẽ
tur. mare itidem vaſtum: gẽtilis populus eſt,
cordaque tumentia ſuperborum, & ipſa deni
que mors horrida, quam pro nobis ſubire dig
natus es: ſed væ nobis, qui neq; imaginẽ, neq;
veſtigia cognoſcim⁹ tua, vt te ſequamur. Seq.
*Deduxiſti ſicut oues populum tuũ: in ma*
*nu Moyſi & Aaron.* 20.
Non abs re ſtatim horũ meminit poſt præ
miſſa quæ in figura contigerunt olim: qñqui
dem ij duo principes, ſinagogæ gubernato-
res fuerunt: qui & Chri & apoſtolorum eius
typum geſſerunt. mirabile dictu, ꝙ in manu
piſcatorum eccleſiam tuam deduxeris Deus,
quos et̃ eidẽ cõtuliſti præeſſe paſtores: vt vi
caria tua poteſtate paſcẽtes: ad te Deũ ſuũ pa
ſtorũ oĩum ſummũ, p ſemittas iuſtitiæ, greſ-
ſu fœlici, ducant oues. vbi ingredient̃ & egre
dient̃, & paſcua inuenient glorię: in qua viuis
& regnas De⁹, p infinita ſeculorũ ſecula Amẽ. Ioan.10.b

EPILOGVS PSALM. 76.

*Voce mea ad dominum clamaui: uoce mea ad Deum, & intendit mihi. Clamaui ad Deũ qui me*
*clamare fecit: & intendit, quum bene fecit. in die tribulationis ad Deum preces fudi, & ſup*
*plices tetendi manus, quaſi auxilium poſtulans et expectans: nec me ſpes ipſa fefellit. ecce cre*
*ata omnia mente uolui, nec in aliquo ſolamen inueni. at creatoris, uel ſola memoria delectatus ſum: quã*
*uis non ſemel huius ſeculi curis laceßitus: defecit ſpiritus meus, ceciditq; ab æternorum contemplatio-*
*ne. hæc utiq; mundana adeò importuna ſunt: ut dum me exercent atq; ſollicitant: me etiã uigilem faciant*
*& circũſpectũ. anticipauerunt enim uigilias oculi mei: turbatus ſum & nõ ſum loquutus: quin cogita*
*ui potius dies antiquos: & annos æternos in mente habui atq; (ut uerum fatear) tranſitoria ſimul &*
*æterna ruminans, inuicem conferebam: & penſiculate ſcrutatus, omnia conſiderabam. quibus ſtathera*
*iuſta examinatis: exarſi cupiditate bona, terrena ſpernens, & cæleſtia concupiſcens. & meditatus ſum*
*nocte cũ corde meo: & exercitabar, & ſcopebam ſpũm meum: ne quid obſtaret ad huiuſmodi adipiſcẽ*
*da bona. ipſeq; mecũ habitans dicebam: nunquid in æternum proijciet Deus: aut non apponet ut cõpla*
*citior ſit adhuc, aut in finẽ mĩam ſuam abſcidet à generatione in generationẽ, aut obliuiſcetur miſereri*
*Deus, aut cõtinebit in ira ſua mĩas ſuas? abſit hoc à Deo natura miſericordi. & dixi, nũc cœpi cognoſ-*
*cere et ſcire, q, hæc mutatio qua ſic repente mutatus ſum in uirum alterũ: dexteræ ſit excelſi. id igitur*
*ipſi, nõ mihi aſcribens: memor fui operum dñi: quia memor ero ab initio mirabilium operum tuorum.*
*& meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor domine, eritque mihi*
*hæc meditanti peruium: q, ſimilia ſemper agere conſueuiſti, quaſi præſagia futurorum. tu qui hæc*
*legis (ſi uacat) per ſingula quæque diſcurre: & ita eſſe inuenies. multa ſunt enim quæ te Deus, qui,*
*qualis et quantus ſis, tuasque mirificas uias: uelut indice produnt. Deus in ſancto uia tua.*
*nec*



*nec breuiore cõpendio, quæ de te concepi, poſſum efferre: quam q, in ſancto Chriſto tuo uia tua ſit.*
*quis Deus magnus ſicut Deus noſter? tu es Deus, qui facis mirabilia. in ipſo equidem notam feciſti in*
*populis uirtutem tuam. redemiſti in brachio tuo populum tuum: illos ſcilicet quos tibi in adoptionis fi-*
*lios ex iudaico et gẽtili populo aſciuiſti. nẽpe uiderũt te populi Deus, uiderũt et timuerunt, et turbati*
*et̃ ij, qui ſunt pfundo corde, uidebantur eſſe. magnus erat quidẽ ſonitus aquarũ: ſed magnã etiã uocẽ de*
*derunt nubes illæ apoſtolicæ euãgelicum imbrem deferentes, quum in omnem terram exiuit ſonus eõ-*
Ezech. 1.d *rum, etenim ſagittæ tuæ tranſeunt, corda hominum penetrantes: uox tonitrui tui in rota illa quæ erat*
*in medio rotæ, & ſpiritus dñi erat in rotis. illuxeruntq; ſimul miracula tua, ſermonem confirmãtia or*
*bi terræ: cõmota eſt & contremuit terra. quid hinc (rogo) nunc inferre licebit: niſi q, in mari uia tua,*
*& ſemittæ tuæ in aquis multis? ibi enim aderas Deus, & in apoſtolis tuis peragraſti terram, imò ſem-*
*per ades fautor: ubi cogitatio bona eſt: uel lachrimæ pro commiſsis. adeo tamen obſtupuerunt homi-*
*nes: ut nec his omnibus uiſis cognouerint, q ueſtigia tua ſint, quæ te hac tranſiſſe commoſtrent. cum tu*
*ſis chriſtiani gregis ductor, & inter alios primarius paſtor: qui olim etiam in figura deduxiſti ſicut o-*
*ues populum tuum: in manu Moyſi & Aron. cuius rei narrationem audite: ut noua noſcatis compo-*
*nere antiquis.*

PSALM. 77.

*Attendite popule meus legem meã:*
*inclinate aurem veſtram in verba*
*oris mei.*
Titulus huius pſalmi eſt, intellectus Aſaph.
quẽ pſal. 73. elucidauimus. nunc autẽ id noſ-
ſe ſit ſatis, ꝙ à ſancto propheta proponitur:
vt ſit eccleſiæ eruditio. ne benefactori Deo
ſuo ſit ingrata vti populus ille antiquus quẽ
ſibi dñs in pecculiũ elegit: & poſt tot accep-
ta beneficia, non ſemel Deum dereliquiſſe cõ
ſtat. eſt quippe totus hiſtorialis & diffuſus,
& qui ſolã præteritarum rerum narrationem
texere videtur: cum tamen ſub literæ corti-
ce, aliorũ ſenſuum nucleum, ſpiritus prophe
ticus præſeferat. primum igitur pſaltes, Deũ
loquentem inducit, quo populum ſuum bene
uolum reddat, docilem & attentum. deinde
iſdẽ propheta exordium narrationis ſumit,
& proſequitur dicens: quanta audiuimus &c.
ait igitur: attendite popule meus legem meã.
& quidem ad res magnas: attẽtione opus eſt.
nec enim lex dñi immaculata cõuertens aĩas,
ſegniter aut oſcitanter audienda eſt. ecce pe
riculum imminet animarũ. quãobrem attẽ
dite tota mentis acie & cordis toto conatu:
inclinate aurẽ vr̃am in verba oris mei, quia fi
des ex auditu eſt, auditus aũt per verbũ Chri
Rom.10.d. ait Paulus. interior ergo atque exterior auris,
cõiũctione indiſſolubili adſint. adſit & pia
affectio: quia os dñi loquutum eſt. dicite cũ
Eſa.50.b. Eſaia: erigit mane, mane erigit mihi aurem: vt
audiam quaſi magiſtrum. dñs Deus aperuit
mihi aurẽ: ego aũt nõ contradico, retrorſum
non abij. attendite igitur legem: nam beatus
Pſ.1.ve.2. qui in ea meditatur die ac nocte: & inclinate
aurem per obedientiam.
2. *Aperiam in parabolis os meum: loquar*
*propoſitiones ab initio.*
Enigmata quidẽ dicturus ſum, & ſimilitu
dinarias loquutiones, taliaque problemata iã
olim propoſita: quæ exactiſsimo egeat para
phraſte. quippe nõ omnibus datum eſt noſſe Mat.13.b
myſteria regni Dei. ideo in parabolis aperiã
os meum: vt ſub inuolucro ſit doctrina, quõ
& impij ieiunẽt: & fideles exerceant, ſenſum
inueſtigãtes. vulgaris erit oĩbusq; nota phra
ſis: ſed abſtruſ⁹ ſenſus. audite ergo nũc morta
les oẽs (ait pſaltes) nã vera canã, & quæ nõ pa
rũ cõducẽt, ad recte & pię vitę inſtitutionẽ.
*Quanta audiuimus & cognouimus ea:* 3.
*& patres noſtri narrauerunt nobis.*
Sicut audiuimus: ſic vidimus. audiuimus Pſ.47. v.7
prophetatum: vidimus adimpletum. audiui-
mus in inſtrumento veteri: vidimus innouo.
audiuimus promiſſum, & vidimus exhibitũ,
dicat nũc Ioãnes dilect⁹ Chri diſcipul⁹: quod 1.Ioan.1.a
fuit ab initio, quod audiuim⁹, quod vidimus
oculis nr̃is: quod perſpeximus, & manus nr̃æ
contrectauerunt de verbo vitæ &c. audiui-
mus per reuelationem: cognouimus per expe
rimentum: & patres noſtri prophetæ præceſ-
ſores, & ipſi veraces à Deo inſtructi, narraue
runt nobis. non enim voluntate humana
allata eſt aliquando prophetia (ait apoſtolo- 2.Pet.1.d.
rum vertex) ſed ſpũ ſancto inſpirati, loquuti
ſunt ſancti Dei hoĩes. audiuimus, cognouim⁹,
& patres noſtri narrauerunt præclara Dei ge
ſta: æquum eſt adhibeamus fidem. Sequitur.
*Non ſunt occultata à filijs eorũ, in genera*
*tione altera.* 4.
Ea quæ fidei ſunt, & Dei gloriã atq; aĩarũ
ſalutẽ cõcernunt: cælari nõ debẽt: quia impiũ
eſſet ſilentiũ: vbi tã proficuũ & glorioſum eſt
præconiũ. idcirco libera voce dicãt pr̃es, quę
diſcãt filij, & filijs filiorũ enarrent. decãtet vi
nitor magnalia Dei: & arator ipſe ſtiuã tenẽs,
dicat cũ ſancto rege: mĩas dñi in æternũ cãta Pſ.88.ve.2.
bo: in generatione & generationẽ ãnunciabo
veritatẽ tuã in ore meo: reſonẽt arbuſta: ipſa
q; marmora domus: cõnumerẽt filij digitis,

ne vſuq̃ obliuiſcantur:quæ pendentes ab ore
patrum didicerim mirabilia Dei:eaque poſte
Eſa.38.d. ris enarrent caſte,ſic Ezechias rex,pater (in-
quit) filijs notam faciet veritatem tuam. &
Deut. 6. d. in deuteronomio fieri præceptũ eſt, vt à ge-
neratione in generationem ſermo diſcurrat.
eſt quidem duplex , carnalis ſcilicet & ſpiri-
Ioan.i.b tualis generatio hominũ. illi ex ſanguinibus
& ex voluntate viri & ex voluntate carnis: ij
vero ex Deo nati ſunt.non ergo ſunt occulta
ta quæ narrauerunt patres, quin omnibus no
ta:quum non ſolum ad carnales filios, quales
iudæi fuerunt: verum etiam ad alteram per-
uenerint generationem. hoc eſt ad ſpiritua-
les:ex aqua & ſpiritu ſancto renatos.Sequit.

5. *Narrantes laudes dñi, & virtutes eius:
& mirabilia eius quæ fecit.*

Hic verſus ſic propheticę narrationis prin
cipio continuatur:vt præcedens quaſi per pa
rentheſim interiectus ſit.narrauerũt (inquit)
patres narrantes laudes dñi,virtutes & mira-
bilia.per laudes, gloriam & triumphum acci
pe:per virtutes vero,potẽtias quas exercuit:
per mirabilia autem,miſericordias intellige.
Sap.10.d. de quibus omnibus in libro ſapientiæ ſcriptũ
eſt:iuſti tulerunt ſpolia impiorum,& decan-
tauerunt dñe nomen ſanctum tuum:& victri
cem manum tuam laudauerunt pariter. iuſti
enim,qui & generatio altera quęrentiũ dñm:
tulerunt ſpolia eorum qui dominum in pro-
pria venientem non receperunt:quod vtique
non exiguæ miſericordiæ fuit. & nomen ſan
ctum tuum decantauerunt dñe , qui deuicta
morte triumphaſti:& ſuper omnes cælos aſ-
cendens,ad dexteram Dei ſedes in gloria pa-
tris. victricem etiam manum tuam laudaue-
runt pariter:qua in cruce moriens: principes
tenebrarum omneſque aereas poteſtates de
uiciſti.Sequitur.

*Et ſuſcitauit teſtimonium in Iacob: et le*
6. *gem poſuit in Iſrael.*

Hoc maximum fuit beneficium : ꝙ electo
populo voluntatem ſuam teſtificatus ſit , &
legem tulerit:quia ſibi debitam,non alteri im
penderent ſeruitutem.non fecit taliter omni
Pſ.147.v.9. nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis.
per teſtimonium & legem,idem intellige: ſi
cut per Iacob & Iſrael. niſi forte teſtimoniũ
quod ſuſcitauit: præcepta ſint moralia natu-
raliter indita cordi, vt eſt illud:quod tibi nõ
vis fieri &c.lex vero:cętera cæremonialia at
q; iudicialia.hæc quidẽ poſuit,& illa ſuſcita-
uit iam ſopita ac pene mortua. nam deutero
nomium tulit in figura:ſecundo legem latu-
rus innouaturusque.legem(inquam) immacu
latam,conuertentem animas:& teſtimonium
domini fidele,ſapientiam præſtans paruulis.
per cuius obſeruantiam,homo & ſupplanta-
re poſsit diabolum: & aperte videre Deum.
Iacob agẽs in hac vita, & Iſraelem in futura.
Sequitur.

*Quanta mandauit patribus noſtris,nota* 7.
*facere ea filijs ſuis : Vt cognoſcat genera-
tio altera.*

Hoc ad literam teſtimonium appellat & le
gem,quæ in deuteronomio ſcripta eſt. mãda Deut.4.b.
uit dñs patribus noſtris: vt filijs ſuis nota fa-
cerent præcepta eius.nec enim omnes intelle
xerunt ſpiritum,ſub velamine literæ latitan-
tem:ſed vt cognoſcat generatio altera. vnde
ait Paulus.quæcunque ſcripta ſunt ad noſtrã Rom.15.a
doctrinam ſcripta ſunt: vt per patientiam &
cõſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.
& apoſtolis patribus noſtris præcepit etiam
ſeruator noſter Chriſtus:quę illis dixerat,no
ta facere filijs ſuis, quos per euangelium ge-
nuiſſent dicens:quod dico vobis in tenebris: Mat.10.c.
dicite in lumine.& quod in aure auditis:prę
dicate ſuper tecta.iterumque:docete omnes
gentes,baptizantes eos in nomine patris & fi
lij & ſpiritus ſancti:docẽtes eos ſeruare om
nia quæcunque mandaui vobis. ij etenim ve
ri filij ſunt:qui ſunt aqua & ſpiritu ſancto,ac
verbo doctrinę regenerati,de quibus ſequit.

*Filij qui naſcentur & exurgent: & nar* 8.
*rabunt filijs ſuis.*

Qui naſcuntur & exurgunt:ij vocantur in
ſemine. naſcuntur homines in originalis cul
pæ caſu:ſed exurgunt , dum renaſcuntur de-
nuo per baptiſmum,fiuntque factores verbi, Ioan.3.a.
non auditores tãtum,ſed auditores & docto
res,ac ſanctæ doctrinæ propagatores. qui au Iaco.1.b.
diunt à patribus,& illorum imitatores , nar-
rant filijs,eosque verbo & opere docẽt:quæ
ipſi didicerunt.

*Vt ponant in Deo ſpem ſuam, & nõ obli* 9.
*uiſcantur operum Dei: & mandata eius
exquirant.*

Audi iam cauſam, cur illud ſuſcitauerit te
ſtimonium , & filijs notum fieri mandauerit
Deus. hic funiculus triplex difficile rumpit.
ſpes in Deo fixa, memoria grata diuinorum
beneficiorum,& exactiſsima obſeruantia mã
datorum eius.primum eſt anchora totius no
ſtræ ſalutis,de qua ait apoſtolus: ſpes non cõ Rom.5.a.
fundit.ſecundum inuitat Deum ad conſueta
beneficia elargienda.tertium ad vitam iudu-
cit æternam:dicẽte dño,ſi vis ad vitam ingre Mat.19.c.
di,ſerua mandata.filij ergo qui loco patrum
ſuorum naſcentur, adeò in autoritatis altitu- Pſ.44.v.18.
dinem exurgent & aſcendent : vt ipſi patres
effecti



effecti & principes conſtituti,narrent mirabi
lia Dei , his quos ſibi filios per euangeliũ ge
nuerunt. vt iã non patribus carnalibus à qui
bus originem ducunt, non fallacibus huius ſe
culi rebus,non carni aut ſanguini,non deniq;
ſibi ipſis:ſed ſoli Deo fidãt. ſcriptũ eſt enim:
Hier.17.a. maledictus homo qui confidit in homine. &
non obliuiſcantur operũ Dei:ne ingratitudi-
nis notam incurrant: & mandata eius ſemper
exquirant, vt adimpleant ea.Sequitur.

*Ne fiant ſicut patres eorum: generatio pra*
10. *ua & exaſperans.*

Iudæos vocat patres, quia præceſſores il-
lorum.hæc generatio praua & exaſperans, in
fidelis & retrocedens,alioqui adultera à dño
nuncupatur.et neſcio quam emphaſim in ma
lorum exageratione habet,hoc verbum gene
ratio,non ſemel repetitum.caueant igitur fi-
lij malum culpæ : ne incidant malum pœnæ,
patrum imitatores effecti . conuenientius
eſt enim vtiliusque hac in re : à generatione
ingrata et viperina degenerare.Sequitur.

11. *Generatio ,quæ non direxit cor ſuum: &
non eſt creditus cum Deo ſpũs eius.*

Pſ.4.v.3 Ii ſunt filij hominum,graui corde, diligen
tes vanitatem,& quærentes mendacium.hęc
eſt vtique generatio,quæ nõ direxit cor ſuũ
in Deum. ſed à Deo ſemper auerſa , atque ad
creaturam conuerſa:amat terrena, & reſpuit
cæleſtia.incuruatur vsque in finem:dum ve-
rum negligit finem.ac tẽdit in obliquum: dũ
Colo.3.a. deuiat & declinat à recto. non quæ ſurſum
ſunt quærit,vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſe
dens:ſed quæ ſuper terram.& non eſt credi-
tus cum Deo ſpiritus eius.quippe que adhæ-
ſit carni,non ſpiritui.adhæſit pauimento,non
cælo,adhæſit mundo,non Chriſto:& non eſt
creditus cum Deo is qui & ſi credidit Deũ:
ſed non Deo.non eſt igitur eius ſpiritus cre-
1.Cor.6 a. ditus cum Deo : qui non eſt effectus vnus cũ
eo.adhæſit forte labijs : corde autem lõge ab
eſt,ideo ſpiritus eius nõ eſt creditus cũ Deo:
quia nec Deus illi,nec ille Deo.non Deus illi
generationi per gratiam : nec illa Deo per fi-
dem adhęſit.porro non credidit ſpiritus eius
in Deum,quæ euſque propriæ virtuti innixa
eſt: ꝙ arbitretur ſe bonum ſine Deo operari
Num.14.d poſſe.ij profectò ſtatim deficiunt,vt rebelles
illi,quorum ſpiritus nõ eſt creditus cũ Deo.
quos in numerorũ libro legimus non acquie
uiſſe dño,nec verbis Moyſi ſerui eius. qui &
ſi prohibiti:contenebrati tamen aſcenderunt
in verticem montis,in proprijs viribus confi
dentes, vbi Amalechitarum & Cananeorum
gladio corruerunt.quorum duces & magnã
partem contra pręceptum domini bellantiũ:
de tribu Ephraim fuiſſe fuerunt, de quibus
ſequitur.

*Filij Ephrem intendentes: & mittentes* 12.
*arcum,conuerſi ſunt in die belli.*

Per Ephraim filium Ioſeph iuniorem,(qui
auctum vel accreſcentem ſonat)populum ac
cipe gentilẽ:ſicut per Manaſſem obliuioſum,
populum iudæorum.quos ergo ex his elegit
Chriſtus dñs Ioſeph noſter:hos ſibi filios con
ſtituit adoptionis.at ſenior Manaſſes,ab auo
ſuo Iacob(cancellatis manibus)ſiniſtra bene Gen. 48.c.
dicit:dextra vero, hoc eſt in potioribus bo-
nis,accreſcens iunior Ephraim. cuius populi
vita,militia eſt ſuper terrã:ſub vexillo tamen
& cruce dñi,ſuorumq; obedientia præcepto
rum.horum aliquot(proh dolor)armati,edo
ctiq; à duce Chriſto,diuinæ ſcripturæ geſta-
re pharetram,intendere arcum, emittereque
ſagittas in aduerſarium:conuerſi ſunt ſæpius
retrorſum, in die belli.in præludio quidẽ ac
pugnæ ſimulachro,ſtrenui:in conflictu vero,
timidiculi terga vertẽtes,de quibus Chriſtus
ait:ij radices non habent,quia ad tempus cre Luc.8.b.
dunt:& in tempore tentationis recedunt. di
xerant enim ante prædudentes (vt dux ille fu Mat.26.d
turus)Chriſto domino , etiamſi oportuerit
me mori tecum, non te negabo,& tecum pa
ratus ſum in carcerem & in mortem ire : qui Luc.22.d.
ad vocem ancillulæ perterritus, cõuerſus eſt
in die belli.nec ſecus illi.nos autem iam cau-
ti:non ſic vt filij Ephrem ſimus , qui rebelles
& inobediẽtes effecti,collata ſibi benedictio
ne abuſi ſunt.

*Non cuſtodierunt teſtamentum Dei: &* 13.
*in lege eius noluerunt ambulare.*

Promiſerant illi olim legem Dei ſeruare,
vt in exodo perſpicum eſt,& nos etiã in bap Exo. 24.a
tiſmo,fidem Chriſti profitemur.at illi non ſe
mel in caput ſuum mentiti ſunt: vtinã & nos
non metiamur. ſit operæprecium,eſt in lege
domini voluntas. ſit ſemper noſtro in pecto
re euangelium Chriſti. ſit lex eius nobis via
iuſtificationum:& exquiramus eam ſemper.
quia beati immaculati in via: qui ambulat in Pſ.118.
in lege domini.Sequitur.

*Et obliti ſunt benefactorum eius : & mi* 14.
*rabilium eius,quæ oſtendit eis.*

Quaſi vulgaria eſſent accepta beneficia,ſic
ea obliti ſunt.cum tamen mirabilia oſtende-
rit eis,quæ enarrare longũ eſt.ſed notiſsima
cuique & peruia ſunt,illa potiſsimum quæ fe
cit dominus in terra Egipti,in præſentia Pha
raonis ac principum eius,& coram ſeniori-
bus Iſrael,cum in manu forti educeret popu
lum ſuum.quæ obiter recenſens ait.

Coram

15. *Coram patribus eorũ fecit mirabilia in ter*
*ra Egipti: in campo thaneos.*
Thanis ciuitas regia eſt in Eegipto, vbi
rex Pharao, principes, ſatrapæ, & conſiliarij
Eſa.19.b. eius morabantur. de qua meminit Eſaias di-
cens: ſtulti principes thaneos, ſapientes conſi
liarij Pharaonis. dederunt conſiliũ inſipiens.
Ezech.10.c & ꝓpheta Ezechiel: in thanis ingreſcet dies,
cum cõtriuero ibi ſceptra Egipti. hæc eſt ter
Gen.47.b. ra Ieſſæ, quæ nunc zoan dicitur: quam habita
runt Iacob & filij eius, eò ꝙ eſſet ouium pa
ſtores, illaque vberrima regio. Sequitur.
16. *Interrupit mare, & perduxit eos: et ſta*
*tuit aquas, quaſi in vtre.*
Audiat chriſtianus populus miranda, quæ fe
Exo.14.g. cit dñs in figura: & admirabiliora quæ quo-
tidie illi præſtat, ſuum dirigat obtutum. nimi
rum interrũpit mare his, quos huic ſeculo ab
renuntiare facit, & fluidas concupiſcentiarũ
aquas cohibet atque frenat: vt veſtigio ſicco,
ad terram viuentium per aquas baptiſmi du
cat electos. interrũpit etiã mare, his quibus
inter amaritudines & anguſtias: conſolatio-
nes opportunas immiſcet. Sequitur.
17. *Et eduxit eos in nube diei: & tota nocte*
*in illuminatione ignis.*
Nubes diei myſticæ, humanitas eſt, in qua
Chriſtus apparuit: & diuinitas occulta, ignis.
nubes diei fides: ignis vero charitas. nubes
etiam, enigmaticæ & ſuboſcuræ ſcripturæ
ſanctæ loquutiones: ignis autem earundem
Pſ.116. oct. vera & caſta elucidatio, de qua iſdem pſaltes
17.ve.11. ait: declaratio ſermonum tuorum illuminat,
& intellectum dat paruulis. fœlix dies homi-
nis: ſi nube fidei contegatur. fœlix etiam hu
ius ſeculi nox, ſi ſit in illuminatione ignis, at
que veræ charitatis. hæc enim ſicut dies, in
Pſ 138.v.11. patria illuminabitur: & ſicut tenebræ eius: ita
& lumen eius. Sequitur.
18. *Interrupit petram in eremo: & adaqua*
*uit eos, velut in abyſſo multa.*
Quando hoc in figura actum ſit, noſti: quã
Exo.17.b do vero fuit exhibitũ figuratum intelliges:
ſi aſpexeris Chriſtum in cruce pendentem, &
audieris euangeliſtam dicentem: vnus militũ
Ioan.19.f. lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit
ſanguis & aqua. & qui vidit, teſtimonium per
hibuit, & verum eſt teſtimoniũ eius. illi apud
raphidim, (quod ſanitas fortiũ iterpretatur)
aquam petierunt: nos autem ſacroſancto ſan
guine de latere eius effluxo, & aqua gratiæ
1.Cor.10.a. potamur. ibi ſanitas, antidotum, & medicina:
& de petra (qui Chrs eſt) fortitudo noſtra ꝓ
ceſsit. ſitiebant illi aquam: nos vero ſalutem.
illis interrupit petram in eremo: nobis in cru
ce. & adaquauit eos velut in abyſſo multa:
nos autẽ copioſsiſsima redemptione.
*Et eduxit aquam de petra: & eduxit tã* 19.
*quam flumina aquas.*
Hec eſt aqua cõtradictionis quam de ſili
ce eduxiſſe in numerorum libro legimus: hãc Num.20.b
educit dominus quotidie de ſaxeis & obdu
ratis cordibus: quũ virga crucis (in qua paſ
ſus eſt) percutit ea, aperitque per pœnitentiã:
& oris confeſsionem, vt vberrimæ compun-
ctionis lachrimæ egrediantur, & fluant de vẽ
tre eorum flumina aquæ viuæ, ſalientis in vi Ioan.7.f.
tam æternam. Sequitur. Ioan.4.b.
*Et appoſuerunt adhuc peccare ei: in iram*
*excitauerunt excelſum in inaquoſo.* 20.
Rebelles, increduli, obliuioſi, & ingrati, vi
ſis tot mirabilibus: peccatum addidere pec-
catis, & cumulum infidelitatis & blasfemiæ
appoſuerunt, quo prouocarunt ad vindictam
dominum excelſum, qui omnia proſpicit. nã
periculoſius (poſt agnitam Dei virtutem, tot
que accepta beneficia) in idem peccati genus
recidiuantes: irritauerunt dñm in deſerto ca
rente aqua, & alijs vitæ neceſſarijs. Sequitur.
*Et tentauerunt Deum in cordibus ſuis:* 21.
*Vt peterent eſcas animabus ſuis.*
Non ideo dãnantur, ꝙ petierint eſcas: æquũ Exo.16.a
eſt enim & iuſtum, vt eas à Deo tanq̃ à vero
patre petamus, qui dat eſcam omni carni. & Pſ.135.v.25
præceptis ſalutaribus moniti, quotidie dici-
mus: panem noſtrum quotidianum da nobis Luc.11.a
hodie: tu qui aperis manum tuam, & imples Pſ.144.v.16
omne animal benedictione. ſed ꝙ tẽtãtes Dei
potentiam, & gulæ propriæ inſeruientes: id
quod ipſi arbitrati ſunt impoſsibile, petierũt.
vt peterẽt (inquit) eſcas animabus ſuis, hoc
eſt, iuxta deordinatum appetitũ, gulæ ſatisfa
cere cupientes.
*Et male loquuti ſunt de Deo: dixerũt, nũ*
*quid poterit Deus parare mẽſã in deſerto?* 22.
O verbum nefarium, iniurioſum, & diui-
næ maieſtatis læſiuum? male (inquit) loquuti
ſunt de Deo. quid (rogo) nequius? dixerunt
murmurantes, detrahentes, & diffidentes: nũ
quid poterit Deus pare menſam in deſerto?
dubitãt ratione loci, quod vtique peccatum
grauat. ac ſi dicant: eſto ꝙ manna dederit, de
deritque aquam in deſerto: poterit ne ibi lau
tiorem parare menſam, & omnis generis car
nes, vina, & cætera quę conuiuas decent & in
uitantem? poterit ne etiam Deus in deſerto,
gentili populo, & boni totius experti, fame-
lico, & ſitienti: menſam doctrinæ, donorum,
& gratiarum, omniumque chariſmatum præ
parare? certe male loquuti ſunt de Deo: cuius
ſunt



ſunt omnes ferè ſiluarum, iumenta in monti-
Pſ.49.v.11. bus & boues. qui cognouit omnia volatilia
cæli: & pulchritudo agri ſecum eſt, cuius de-
nique eſt orbis terrarum: & plenitudo eius.
nam qui ex miſericordia poteſt condonare
peccata, poterit ex largitate donare gratiam:
& bonorum omnium abundantiam, quod &
fecit. audi apoſtolum in ea quæ ad Romanos
Rom.8.f. eſt epiſtola dicentem: immo hæc ita argutè
& efficaciter diſſerentem: qui etiam proprio
filio ſuo nõ pepercit, ſed pro nobis omnibus
tradidit illum: quomodo non etiam cum illo
omnia nobis donauit? auſculta nunc aliud ꝓ
phetæ non inefficax argumẽtum.
23. *Quoniam percuſsit petram, & fluxerunt*
*aquæ: & torrentes inundauerunt.*
Tu quidem domine filium tuum vnigeni-
tum percuſsiſti. ſicut per prophetam prote-
Eſa.53.c. ſtatus es dicens: propter ſcelus populi mei ꝑ-
cuſsi eum. & fluxerunt aquæ donorum om-
nium: & torrentes (qui apoſtoli fuerunt atq;
diſcipuli) de plenitudine eius accipientes inu
dauerunt. qui ergo hæc fecit: poterit parare
menſam populo ſuo, quantumuis magno,
poterit & panem dare de cælo verũ: hoc eſt
corpus ſuum in cibum, & ſanguinem in potu.
non eſt ꝙ iam quæras quod ſequitur.
24. *Nunquid & panem poterit dare: aut pa*
*rare menſam populo ſuo?*
Sane poterit parare menſam lautã & ſplen
didam, qui potentiæ infinitæ eſt. ſacrilegum
eſt igitur, ꝙ hoc dubitando quæras: quanto
potius ſi id neges. Sequitur.
25. *Ideo audiuit dominus & diſtulit, & ig*
*nis accenſus eſt in Iacob: & ira Dei aſ-*
*cendit in Iſrael.*
Audiuit dominus muſitantium & detrahẽ
tium verba, audiuit & perfidas cogitationes:
ſed vindictam diſtulit, quo honori proprio
conſuleret. ne cui pręberet vel leuem occaſio
nem dicendi, ideo occidit: quia menſam para
re nequiuit. diſtulit ergo: & illorum palato
ſatisfecit primum, deinde ardentiſsimus ignis
iræ & furoris domini in eos exarſit: dilatio
nẽ ac tarditatem, ſupplicij grauitate compẽſ-
ſans. quis hæc audiens, non tremet? audiuit
(inquit) & diſtulit, & ignis accenſus eſt, aſcẽ
ditque ira.
26. *Quia non crediderunt in Deo: nec ſpera-*
*rauerunt in ſalutari eius.*
Ioan.15.d. Qui viſis tot ſignis, Deo non credide-
Exo.16.b. runt: ſunt omnino inexcuſabiles. ſicut alibi
Chriſtus ait. ſi non veniſſem & loquutus fuiſ-
ſem eis: peccatum non haberent. nunc autem
excuſationem non habent de peccato ſuo.
crede ergo & ſpera, ne confundaris. Sequit.
*Et mãdauit nubibus deſuper: & ianuas* 27.
*cæli aperuit.*
Cælum vocat aerẽ. ibi nubes: & inde man
na illud in eſum populi deſcẽdebat, albũ qui- Num.11.b.
dem, in ſimilitudinem ſeminis coriandri. at
miſticæ nubes fuerunt apoſtoli (vt ſæpe dixi
mus) quibus dominus mandauit dicens: eũtes Mat.vlt.d.
docete omnes gentes &c, & ſcripturæ occul-
ta illis aperuit, quam iure cælum appellat: eò
ꝙ myſteria celet.
*Et pluit illis manna ad manducandum:* 28.
*& panem cæli dedit eis.*
Hæc pluuia voluntaria eſt, quam in figu- Pſ.67.v.10.
ra ſegregaſti Deus hæreditati tuæ, & infirma
ta eſt: tu vero perfeciſti eam, exhibens figura
tum nempe dediſti olim patribus panẽ illũ,
non ab homine ſatum, nec induſtria humana
confectum: ſed de cælo deſcendentem: cuius
ſapor quaſi mellis & ſimile & panis oleati. at
nobis dediſti panem de cælo verum: hoc eſt,
vnigenitum tuum de virgine natum, non ex
virili ſemine, ſed myſtico ſpiramine. hic pilo
paſsionis cõtuſus: factus eſt nobis ſpiritualis
cibus. huius autem ſapor, quaſi mellis & ſimi
le, ideſt Dei & hominis. & quaſi panis oleati:
quia ſuppoſitum diuinum eſt in duabus natu
ris, & ipſe Chriſtus, à patre præ conſortibus Pſ.44.v.9.
ſuis mirifica vnctione litus. dedit igitur no-
bis panem ſubſtantilem & ſuperſubſtantialẽ,
atque lautiſsimam parauit in conſpectu nr̃o Pſ.22.v.6
mẽſam: aduerſus eos qui tribulãt nos. Sequit.
*Panem angelorum manducauit homo: ci* 29.
*baria miſit eis in abundantia.*
Per manna illud è cælo deſcendens, recte fi
guratur panis ille cæleſtis & ſuperſubſtantia
lis, qui & conſubſtantialis patri: angelorum re
fectio eſt. qui iã è ſinu patris demiſſus in vte
rum matris, & factus homo: cibus etiam ho-
minum factus eſt à Deo, qui cibaria miſit il-
lis in abundãtia: & nobis ſpiritus chariſmata,
atque bonorũ omnium affluentiã. Sequitur.
*Tranſtulit auſtrum de cælo: & induxit* 30.
*in virtute ſua aphricum.*
Non in caſſum, hæc nobis articulate deſcri
buntur. certè vt noſcamus, à carne ſpiritũ edu
ducere, & oſſeam literæ duritiem confringẽ
tes: iteriore medulla paſcamur. ij venti meri-
dionales ſunt, & à feruentiore ſolis parte flan
tes. erat quippe in terra fames, iuxta illud ꝓ
phetæ vaticinium, ecce (inquit) dies veniunt Amos.8.d.
dicit dominus: & mittam famẽ in terram. nõ
famen panis neque ſitim aquæ: ſed audiendi
verbum domini. at Auſtro & Aphrico, ipſoq;
diuinæ miſericordiæ fauonio flante, ſalutaris
doctrinæ

doctrinæ ad ſacietatem vſque, nobis contulit
alimenta. Sequitur,

31. *Et pluit ſuper eos ſicut puluerem carnes:*
*& ſicut arenam maris volatilia pẽnata.*

Pluit (inquit) vt per innumerabiles pluuiæ
guttas, diuinæ largitatis abundantiam ſignet.
ſed quid ſuper eos qui carnales erant pluit:
niſi carnes? ſuper nos autem ſpiritum, vti an-
Iohel.2.g. te promiſerat dñs dicẽs: & erit poſt hæc, effũ
dam ſpiritum meum ſuper omnem carnẽ &c.
pluit ergo illis carnales ceremonias & ſacrifi
cia: ſed nobis volatilia pennata, hoc eſt, ſpiri-
tuales ſenſus, & pennata deſideria in altum ad
uolantia.

32. *Et ceciderũt in medio caſtrorum eorum:*
*circa tabernacula eorum.*

Noli vexari, nec à te lõge diſcedas, quęrẽs
animæ tuæ nutrimentum. ecce in medio tui
eſt, agnoſce illud. mandatum hoc quod ego
Deut.30.c. præcipio tibi hodie (ait dominus) non ſupra
te eſt, neque procul poſitum, nec in cælo ſi-
Rom.10.b. tum, vt poſsis dicere: quis noſtrum valet ad
cælum aſcendere, vt deferat illud ad nos, vt
audiamus atque opere compleamus &c? ſed
juxta te eſt ſermo valde in ore tuo, & in cor-
de tuo, vt facias illum. ceciderũt ergo carnes
ſimul & volatilia pennata in medio caſtrorũ,
& circa tabernacula eorũ: vt intelligas, ꝙ ibi
vtraque ſit tibi vita, actiua ſcilicet qua exer-
cearis erga proximum: & contemplatiua qua
euoles in Deum. Sequitur.

*Et manducauerunt, & ſaturati ſunt ni*
33. *mis, & deſiderium eorum attulit eis: non*
*ſunt fraudati à deſiderio ſuo.*

Satisfactum eſt illis abunde. tu autẽ vt my
ſticum proſequaris ſenſum: excogita, ꝙ huius
generis erant rabidi canes illi de quibus ait
Iob.31.d. Iob: ſi non dixerũt viri tabernaculi mei, quis
det de carnibus eius: vt ſaturemur? dediſti eis
domine Ieſu carnem tuam ad ſaturitatẽ, quã
flagellarunt, conſpuerunt, crucis patibulo affi
xerunt, atque vltimo ſupplicio mulctarũt. at
qui deſiderium eorum attuliſti eis, nec illi
ſanguinarij fraudati ſunt à deſiderio ſuo. de-
diſti quidem eis carnem: in quam rabiẽ ſuam
exercuerunt, conceptumque effuderunt vi-
rus: ſed non illis dediſti ſpiritum. nec deſide-
rio fraudati ſunt in eo ꝙ te interfecerũt: frau
dati ſunt tamen, ꝙ victor & glorioſus ſurre-
xeris de ſepulchro. Sequitur.

*Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum:*
34. *& ira Dei aſcendit ſuper eos.*

Grandis ira Dei fuit: ꝙ non ſunt fraudati
ab illicito, laſciuiente, ac petulaute deſiderio
ſuo. & hæc aſcendit ſuper eos: quum eis ſubi-
to vitam abſtulit temporalem, nec donauit
æternam. audiant guloſi, quorum Deus ven-
ter eſt. qui pleno ventre diſtentoque aquali-
culo turgent: & varijs referti cibis, vino ma
dent, nec tamen de morte cogitant: forte ſta
tim vermium præda futuri. eia diuites & ſu-
perbi gulæ inſeruientes, & die noctuque vos
ipſos cibis & potibus ingurgitantes: hæc ad
uertite & timete. Sequitur.

*Et occidit pingues eorum: & electos Iſra* 35.
*el impediuit.*

Per pingues, diuites accipe perinde atque
ſuperbos, ad ingluuiem & murmurationem
aptos, ad bonũ vero ineptos: quos ſtatim oc-
cidit. & quos in principes ac populi duces
elegerat: hos impediuit prohibuitque, ne ter
ram promiſsionis intrarent: quales Moyſes Num.20.b
& Aarõ fuerũt: eò ꝙ Deo nõ crediderint, ſed
dubitauerint. multũ quidẽ diſplicet Deo mur
muratio, & deordinata plebis cõcupiſcẽtia,
ac maiorũ diffidẽtia. ſit igiť oportet, his qui
pręſũt integerrima fides, ſpes firma, & chari
tas ardẽs. ſit etiam ſubditis, cũ ſilentio & ſine
murmure patientia & obediẽtia. ſit parſimo
nia & temperantia. ſit amor, ſit timor. ſit de-
nique erga Deum, proceres, atque patres: cul
tus debitus & reuerẽtia. ne ſi ſecus: celeri ple
ctantur morte, & cæleſtis atque æternæ hæ-
reditatis priuentur ingreſſu. Sequitur.

*In omnibus his peccauerunt adhuc: &*
*non crediderunt in mirabilibus eius.* 36.

O cæcitas, ò pertinax & obdurata nequi-
tia? hanc iure Moſes in deuteronomio carpit. Deut.26.a.
vide ibi, ſunt enim magni ponderis verba. nã
viſis tot ſignis peccauerunt adhuc: nec mira-
bilibus crediderunt: quin denuo murmuraue
runt potius contra Deũ, & ſeruum eius Moy
ſem & contra Ioſue & Caleb, quos ante miſe
rant, vt terram explorarent. nec verbis eorũ
crediderunt: ſed verbo domini diffidentes, di
xerunt alter ad alterum: conſtituamus nobis Num.14.a.
ducem, & reuertamur in ægyptum. pudeat
chriſtianum, cui hæc ſacrilega verba in corde
verſantur. memineritque, ꝙ Chriſtus eum ple
na libertate donauerit. iccirco nõ reſiliat à lu
ce in tenebras, ab ingenuitate ad tyrãnicam
ſeruitutẽ, ab opere honeſto, ad cõficiẽdos la
teres. à filio deniq; Dei, ad ſeruum diaboli:
quod maxime puſillanimitatis, vilis ac deie-
cti & infimi animi eſt. Sequitur.

*Et defecerunt in vanitate dies eorum: &* 37.
*anni eorum cum feſtinatione.*

Qui non ſunt fraudati deſiderio ſuo: ecce
fruſtrati ſunt debito fine. ideoque defecerũt
in vanitate dies eorum. nõ ſic iuſtorum dies: Pſ.78.v.19
ſed



ſed dies pleni inuenientur in eis, & anni eorũ
multiplicabuntur, eò ꝙ caſtè Deum timeãt.
Pro.9.c. ſcriptum eſt enim, principiũ ſapientiæ timor
domini: & ſcientia ſanctorum, prudantia. per
me enim (ait ſapiẽtia iuſto) multiplicabuntur
dies tui: & addẽtur tibi anni vitæ. & iterum:
Pro.10.d timor domini apponet dies: & anni impiorũ
breuiabuntur. Sequitur.

38. *Cum occideret eos, quærebant eum, &*
*reuertebantur: & diluculo veniebant ad*
*eum.*

Timore ſeruili ducti, & formidine pœnę,
non amore iuſtitiæ attracti: quærebant eum.
nam cohibiti quaſi freno reuertebantur, & ſe
duli ac vigiles veniebant: qui ſi verbera non
timuiſſent, non veniſſent. calcar illis erat, oc
ciſorum exemplum, non affectus. timor, non
amor. exterriti excitantur, vt Deum inuocẽt.
qui ſi liceret nec vexatio inſtaret: dies ac no
ctes in peccatis ſuis dormirent, nec ſi Deus
eſt, vel per ſomnium requirerent vnquã. cum
ergo ad tempus verberantur: inſurgunt dilu
culo vt quærant, & precibus placent verbe-
rantem. Sequitur.

39. *Et rememorati ſunt, quia Deus adiutor*
*eſt eorum: & Deus excelſus redemptor*
*eorum eſt.*

Inſtabiles ſunt, qui ad horam duntaxat me
mores ſunt beneficiorum. videas eos nunc ti
bi magna promittere, & ſeſe totos deuouere:
nũc vero paruo tẽporis interuallo trãſacto:
ſe pene extraneos (quaſi te nunquã nouerint)
Pro.11.c. exhibere. de quibus ait ſapiens: impius facit
opus inſtabile: ſeminãti autem iuſtitiam mer
ces fidelis. rememorati ſunt (inquit) ꝙ Deus
adiutor & redemptor eſt eorum: qui ſuapte
miſericordia ſemper adfuit tribulatis, atq; in
uocatus adeſt & præſto eſt. quem ſic afflicti
excelſum, ſanctum, potentem, clementiſsimũ,
miſericordem, idque genus nominibus inuo-
care ſolent. at ſi articulus præſſuræ tranſeat:
ĩmemores facti, nec Deum nominare dignan
tur. quod ſi inter homines hoc innoleuerit
malum vel ne: ipſi viderint. non ſic Thobias
Tob.4.c. filio ſuo ait, ſed omni tempore benedic Deũ,
& pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia
conſilia tua in ipſo permaneant. Sequitur.

40. *Et dilexerunt eum in ore ſuo: & lingua*
*ſua mentiti ſunt ei.*

Certe mentiti ſunt. nam dilectio: non o-
ris, ſed cordis eſt affectio. dicebant ſe dili-
gere: ſed contra mẽtem propriam falſum aſ-
ſerentes, mentiti ſunt ei, cui omne cor patet,
cuique omnia nuda ſunt & aperta. nec recor
Heb.4.c. dati ꝙ ſpirituum ponderator eſt Deus: men-
titi ſunt, ſe ipſos, non Deum fallentes. quales
erãt illi, quos ita increpat dominus, hipocri Pro.16.a.
tę, bene prophetauit de vobis Eſaias dicens:
populus hic labijs me honorat: cor autem eo Mat.15.b.
tum longe eſt à me. porro primum illud man
datum de diligendo Deum, non ſic ſonat. ſed
diliges dominum Deum tuum ex toto corde Deut.6.a.
tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitu-
dine tua. eruntque verba hæc (quæ ego præci
pio tibi hodie) in corde tuo. ideo igitur men
titi ſunt: quia ore protulerunt, quæ in corde
non habuerunt. quandoquidem mendax eſt
lingua: quæ non eſt alligata cordi. Sequitur.

*Cor autem eorum non erat rectum cum*
*eo: nec fideles habiti ſunt in teſtamento* 41.
*eius.*

Qui Deum non quærit, quia Deus eſt, ſed
propter illud temporale quod appetit cõmo
dum: curuum habet cor. in Deum tendit, ſed
per diuerticula. non recto tramite, ſed obli-
quo. nam verius illud quærit: propter quod
Deum quærit. non Deum ſibi proponit in fi
nem: ſed vt medium ad finem, quem ipſi Deo
præponit. cuiuſmodi illi erant, qui nec fide-
les habiti ſunt in teſtamento eius: immo ſæ-
pius tranſgreſſores inuenti ſunt, & conuerſi
ad deos alienos.

*Ipſe autẽ eſt miſericors, & propitius fiet* 42.
*peccatis eorum: & non diſperdet eos.*

Natura miſericors eſt Deus, atque fidelis.
de quo Paulus Thimoteo ſuo ait, ille fidelis 2.Tim.2.b
permanet, negare ſe ipſum non poteſt. & in
euangelio dominus, cum diſcipulos ad perfe
ctionis opera inuitaſſet, dixiſſetque: & eritis Luc.6.e.
filij altiſsimi, quia ipſe benignus eſt ſuper in-
gratos & malos: eos ad miſericordiam pro-
uocat dicens: eſtote ergo miſericordes: ſicut
& pater veſter miſericors eſt. non tantum er
ga bonos: verum etiam erga peruerſos & ini
quos, qui ſolem ſuum ori facit ſuper bonos Mat.5.g.
& malos: & pluuit ſuper iuſtos & iniuſtos.
quibus omnibus ex miſericordia temporalia
largitur bona: bonis autem & electis reſer-
uans impartienſque æterna, ipſe ergo miſeri
cors non ex toto delebit poſteros, hoc exigẽ
te delicto parentum: quin propitius fiet po-
tius peccatis eorum, illa gementibus condo-
nando. & non diſperdet eos dicente Paulo: Rom.9.f.
Eſaias autem clamat pro Iſrael, ſi fuerit nume Eſa.10.b.
rus filiorum Iſrael tanquam arena maris: reli
quiæ ſaluæ fient. Sequitur.

*Et abundauit vt auerteret iram ſuam: et* 43.
*non accendit omnem iram ſuam.*

Abundantis & excellentis miſericordiæ
Dei fuit: ꝙ non eſſent omnes conſumpti,
abraſi,

abraſi,& à terra deleti,rebelles,perfidi,detractores,ingrati.nimirum auertit irá ſuam, ipſamq; ( vt more humano loquar)temperauit cõtinuitque: ne vſque ad omnium internitionem iam ſemel excita,excandeſceret:ſed procederet parcius.non enim oblitus eſt viſcera pietatis ſuę,quin potius,iratus,vel(vt caſtius dixerim)effectus irati agẽs:miſericordiæ ſuę recordatus eſt.Sequitur.

*Et recordatus eſt,quia caro ſunt: ſpiritus*
44. *vadens & non rediens.*

Nouit plaſtes ſuum plaſma,figulusq; figmẽtum.nouit fragilem eſſe humanam quam cõdidit naturam.porro homines,non vt angelici ſpiritus,carnis viſco carent: quandoquidẽ ex carne ſimul & aĩa cõſtant. & nõ qualicũq; carne:ſed ex originali peccato infecta,& corruptioni obnoxia,quæ ſemper cõcupiſcit aduerſus ſpiritum,ipſumque grauat,& ſuo pondere trahit ad ima.at ſpiritus hominis, vadẽs eſt & non rediens:qui diſcedit à carne quum moritur homo:ſed nequit propria virtute redire.redibit tamen in huius ſeculi fine, & virtute diuina:eam quam reliquerat carnem,perpetuo ſibi vinculo colligabit. non vtique redibit ad hãc vitam vt ante mortalem, iterum degendam.erit enim alterius qualitatis & ſtatus poſt reſurrectionem vita. dicẽte Iob:nec
Iob,7.b. reuertetur vltra in domum ſuam:neque cognoſcet amplius locum ſuum.eſt etiam ſpũs hominis vel in hoc iuris ſui: vt in malum declinet diſcedat & auertatur à Deo,vti voluntatis ſuæ arbiter & compos.redire autẽ ad bonum,& à malo ſeu peccato retrocedere, per ſe ipſum non poteſt : niſi gratia Dei adiutus.
Oſeæ.13.c. dicente domino per prophetam:perditio tua Iſrael:tantum modo in me auxilium tuum.recordatus eſt igitur dominus conditionis hominis,ꝙ fragilis ſit & caduca. nec fortitudo lapidũ fortitudo mea(ait Iob) nec caro mea
Iob.6.b. ænea eſt. ecce non eſt auxilium mihi in me. huius ergo rei gratia, dñs miſertus eſt eius.
Iacob. 2.c. atque euſque abũdauit: vt miſericordia eius viſa ſit ſuperexaltaſſe viciſſeq; iudiciũ. Seq.

*Quoties exacerbauerunt eum in deſer-*
45. *to: in iram concitauerũt eũ in inaquoſo.*

Miratur propheta horum hominũ vecordiam : ne malitioſam dixerim procacitatem. obliuiſcuntur ipſi beneficiorum, vti ingrati: dominus aũt non obliuiſcitur miſericordiarum & miſerationum ſuarum.diuinam ipſi ꝓuocant iram, vt abſorbeat eos totamque progeniem:& abundat miſericors Deus,vt mitiget iram,recordatus quia caro ſunt, ſpiritus vadens & non rediens.irritant ipſi Deum, & ex leniſsimo,auſterum,durum, acerbum, & intractabilẽ efficere conantur:ipſe vero precibus ſerui ſui Moyſi mollior effectus,ad miſericordiam flectitur,etiam toties laceſsitus. nec verentur inſani eum in deſerto arido & ſitiente exacerbare:quem non ſemel eo in loco potentiſsimum experti fuerant,& beneficum adiutorem.

*Et conuerſi ſunt, & tentauerunt Deum:* 49.
*& ſanctum Iſrael exacerbauerunt.*

Auerſi ſunt à Deo & præceptis eius,& cõuerſi ſunt ad creaturam atque propriã & deordinatam concupiſcentiam.ad ſe vtique cõuerſi ſunt,ſeipſos amantes: relicto Deo ſummo bono,in cuius verba iurauerant.conuerſi ſunt denique,non faciem Deo,ſed terga vertentes:atque ſimul opere tentauerunt, ipſiq; impij & iniqui, ſanctũ ſanctorũ exacerbauerunt,ſuæ potentiæ derogantes:cui Iacob pater eorum ſeipſum totamque ſuam poſteritatem deuouerat ante.

*Non ſunt recordati manus eius : die qua* 47.
*redemit eos de manu tribulantis.*

Immemores(inquit) facti ſunt rei nuſquã obliuione dignæ: quam imo pectore reconditam habere, & continua repetitione innouare,& quaſi recentem ſub oculos verſare debuiſſent, beneficentiæ illius magnitudinem, opportune & importune narrãtes ac recẽſentes,diemque illum celebrantes, qua ſeſe dñs potentiſsimum oſtendit, educens eos in manu forti,& brachio extento:de tyrãnica manu Pharaonis,qui eos in abiectam & importabilem ſeruitutem adegerat. quæ omnia in Dei gloriam(velut quodam tranſcurſu & breuicula libatione) iam iam deſcribere libet.

*Sicut poſuit in ægypto ſigna ſua: & pro* 48.
*digia ſua in campo thaneos.*

Poſuit quidem,& omniũ oculis expoſuit, omnipotentiæ ſuæ ſigna,& prodigia quibus oppreſsit ægyptios:redemit hebræos.

*Et conuertit in ſanguinem flumina eorũ:*
*& imbres eorum ne biberent.* 46.

Sic actũ eſſe apud ægyptios, diuina ſcriptura teſtante didicimus. ꝙ ſi nobis hæc om- Exo.7.d.
nia parabolæ ſint temporis inſtantis, vt corruptis moribus noſtris finem imponentes,& auxilium à domino poſtulãtes,vitæ propriæ conſulamus: aperiam in parabolis os meum, & quæ ſimilia ( noſtris exigentibus meritis) nobis in dies contingunt,in medium adducã. per flumina & imbres, quid aliud aptius accipimus:quam dona omnia quæ nobis fluunt à Deo op.max.tanq̃ à fonte perenni:hæc ꝓcul dubio (dum male vtimur illis ) vertuntur in ſanguinem & animę noſtræ parnitiem,ita vt





iam non ſint nobis in potum,& huius vitæ ſolatium:ſed in interitũ.

*Miſit in eos cynomiam,& comedit eos:*
50. *ranam,& diſperdidit eos.*

Exo.8.c. Cynomia,muſca canina eſt,venenoſa,& nimis infeſta: per quam,noſtri canini mores,rabidi,& virulenti, qui & cõturbant proximũ & cruentant:optime deſignantur.rana garrula eſt,quæ non inepte loquaces,adulatores ac detractores ſignat,qui improbis ſuis vocib9, aut falſo laudantes,homines in ſuperbiam erigunt : aut falſo vituperantes & improperantes:deijciunt, ne cœptã viam dñi proſequantur.qui quum improbis clamoribus,aut blãdientes aut muſitantes,his qui recte agũt ſint impedimento:merito ranæ cõparantur, quæ diſperdidit eos.

*Et dedit erugini fructus eorum: & labo-*
51. *res eorum locuſtæ.*

Galat.6.a Multum ſibi fidere,& iuxta apoſtolũ,exiſtimare ſe aliquid eſſe,cum nihil ſit : bruchus ſiue erugo animæ eſt,quæ latenter & occulte nocet, quæq; bonorum operũ fructus decoquit,vt euaneſcant.ſicut ſpicis adhuc tenellis,vitibusque contingere ſolet, quum ſuper eas(prius rore aut imbre cadente ) feruidus poſtea incaluerit ęſtus.per locuſtas vero,recte inſolentes accipimus, & auræ popularis cupidos:qui vt in altum volare,& ceteros anteire ac ſuperare credantur: mentitas ſibi alas effingunt.nec molli greſſu ſed ſaltibus euecti : aliorum labores,ſudores, meritaq; corrodunt.

*Et occidit in grandine vineas eorum: &*
52. *moros eorum in pruina.*

Exo.9.d. In multis grãdo diſtat à pruina: in duritie maxime,in deſcenſu,& deſcenſus tempore.ferũt enim qui has metheoricas productiones nouerunt:pruinam ex gelido rore gigni. qui ergo bona proximi,acri impetu, & ſtrepitu inuadit aperto: grando eſt.qui autem latenter, ſubdola malignitate, & quaſi nocturno deſcenſu graſſatur : iure pruina nuncupatur.

*Et tradidit grandini iumenta eorum: &*
53. *poſſeſsiones eorum igni.*

Iumenta,hominum corpora ſunt:poſſeſsiones vero animæ.grandinis impetus, multoties occidit corpora proximorum.at rancoris ignis:& propriã deuaſtat domum,& quos ad iracundiam excitat,eorum animas incẽdit atque comburit.Sequitur.

*Miſit in eos iram indignationis ſuæ,in-*
54. *dignationem & iram & tribulationem:*
*immiſsiones per angelos malos.*

Vtitur interdum Deus bonis, quandoque vero malis angelis: ad miniſteria exercenda: immo & cõſciẽtiæ ſtimulis male operantiũ hominum,eorum ſcilicet qui(iuxta Paulum) Rom.1.c.
veritatem Dei in iniuſtitia detinent. qui ſtimuli vltores ac vindices, animũ aſsidue torquentes:iure appellantur ira. ſed ſemper bene vtitur: vti ſapientiſsimus artifex, atque rectiſsimus iudex. plagas igitur quas ægyptijs intulit,immiſsiones vocat:qui indignantis & irati vidẽtur effectus. mittere ergo Deum in eos iram indignationis ſuæ:eſt,obduratos deſerere poteſtate demonum ſeducẽdos, cui ſe ſponte ſubdiderunt:atque auxilium ſubtrahere ab illis,propter obicem quem ponebant,& peccatorum multiplicationem. timeant hoc peccantes aſsidue:vt peccatis finem,atq; modum imponant:ne ſathanæ carnifici relinquãtur:qui in prouerbijs crudelis angelus appel Pro.17.b.
latur. eſt enim hoc, grauiſsimum vindictæ genus.Sequitur.

*Viam fecit ſemittæ iræ ſuæ,et non peper-*
*cit à morte animabus eorum : & iumen* 55.
*ta eorum in morte concluſit.*

Quid eſt Deum viã facere ſemittæ irę ſuę, niſi ad vlteriora & maiora procedere,illudq; obſtaculum(quod ſeruus Dei Moſes intercedens antepoſuerat) remouere : quo iam illi non arcta ſemitta : ſed amplior atque latior ad vindictam,via pateret? qui non inuſitatus eſt in diuinis ſcripturis exagerandi modus.fecit igitur viam iræ:qui(laxis habenis)nec pepercit homini,neque iumento.

*Et percuſsit omne primogenitum in ter-* 56.
*ra ægypti: primitias omnis laboris eorũ,*
*in tabernaculis cham.*

Si has repetitiones aduertás : non inutiles aut nugatorias, ſed proficuas: & quo magis Dei magnalia memoriæ mandes,conſcriptas eſſe iudicabis.terra ægypti,ipſa eſt quæ & tabernacula cham.ægyptij quidem ſunt de ge- Gen. 10.b.
nere mezrhaim filij cham : & ægyptus apud hebræos, mezrhaim etiam appellatur, eò ꝙ fuerit dominium eius. ibi percuſsit dominus omne primogenitum ægyptiorum,primitiasque omnis laboris eorum.hæc vtique ſunt ea quæ magis ſolent hominibus arridere,quæq; maiore proſequũtur amore,ꝙ primi ſint fructus ſeſe oculis obijcientes: quales ſunt primogeniti.hoc enim titulo Iacob ille patriar- Gen.49.a.
cha Rubẽ primogenitũ ſuum appellat dicẽs: tu fortitudo mea, & principiũ doloris mei, Exo.12.c.
& hæc decima ægyti plaga, quæ magnitudine & amaritudine cæteras ſuperauit. propitius ſit nobis Deus : ne primogenita nr̃a,primitiasque bonorũ operũ,interire permittat.

nõ pereat fides prima virt⁹:alię q; primũ in no
bis exortæ virtutes,nõ occidát:quin excreſ-
cant potius & augeantur,atque perueniãt ad
robuſtam & perfectam ætatem.Sequitur.
*Et abſtulit ſicut oues populum ſuum: & *
57. *perduxit eos,tanquam gregẽ in deſerto.*
Recte iuſti,ſimplices,patiẽtes,& humiles,
veri Dei cultores,ſine querella, lædentes nul
li,omnibus autem benefacientes: ouibus cõ-
parantur. quæ in ſqualente huius ſeculi deſer
to:à vero & optimo paſtore Deo deducunť.
Mat. 10.b. quales erant illi quibus Chriſtus ait:ecce ego
mitto vos ſicut oues in medio luporum.ij vo
cem paſtoris audiunt,& obſequuntur illi.has
ergo oues abſtulit Deus de lupi faucibus, &
poteſtate principis tenebrarum in miſericor
Exo.14.g. dia,pauit in fide,deduxit in ſpe,& ad gloriæ
paſcua:in plena ac perpetua charitate perdu-
xit.Sequitur.
58. *Et deduxit eos in ſpe, & non timuerunt:*
*& inimicos eorum operuit mare.*
In ſpe ſalutis & libertatis eduxit,deduxit,
& perduxit eos: in qua minantes ægyptios
deuicerunt.nec timuerũt efficaci timore,qui
eos à propoſito deterreret:ſed præeũte dño
& eius ſolatio fulti, ſuũ iter proſequuti ſunt.
& inimicos eorũ operuit mare, nec amplius
eos viderunt. ſic etiam & nos omni depulſo
timore:à ſeruitute diaboli liberamur,deduci
murque in ſpe adipiſcendæ ſalutis:quum bap
tiſmi mare tranſimus. ſpe enim ſalui facti ſu
Rom.8.c. mus(ait apoſtolus)ibique vitia quę nobis ini
micantur,obruuntur omnia.Sequitur.
59. *Et induxit eos in montem ſanctificatio-*
*nis ſuæ: montem,quem acquiſiuit dexte-*
*ra eius.*
Ad eccleſiam ſuam ſanctam:ſuos conuoca
uit electos,atque induxit in eam. quæ mons
altus,ſublimis,ſanctus, Deo appropinquans,
& ipſi dicatus eſt.is quippe mons eſt: in quo
Pſ.67.v.17. beneplacitum eſt Deo habitare in eo,quẽ etiã
ſanctificat præſentia ſua, & quem decet ſan-
ctitudo in longitudinem dierum, ipſumque
dextera Dei(qui eſt vnigenitus filius)ſibi ac-
quiſiuit precioſo ſanguine ſuo.
60. Exo.33.a. *Et eiecit à facie eorum gentes: & ſorte di*
*uiſit eis terrã,in funiculo diſtributionis.*
Iosue.18.c. Eiecit tũc dñs à facie ſuorum,gentes ydo
latras,barbaras,efferas,& indomitas:& nunc
etiam quotidie à nobis eijcit motus impro-
bos,corruptosque mores.& ſorte beneplaci
ti ſui,eccleſiæ miniſteria diuidit atque virtu-
tes: & confert illi diuiſiones gratiarum. hæc
1.Cor.12.a. autem omnia(vt paulus ait)operatur vnus at
que idẽ ſpiritus:diuidens ſingulis prout vult.
& iterum, quoſdam quidem poſuit Deus in
eccleſia,primo apoſtolos,ſecũdo prophetas,
tertio doctores,deinde virtutes.exinde gra-
tias curationũ,opitulationes,gubernationes,
genera linguarum,interpretationes ſermonũ:
ſcientiam etiã in funiculo diſtributionis,qui
fides eſt.cuius rei gratia,Romanos iſdem cõ
monet Paulus:non plus ſapere quam oportet Rom.12.a.
ſapere:ſed ſapere ad ſobrietatem, & vnicuiq;
ſicut Deus diuiſit menſuram fidei.& gratiam
identidem vnicuiq; noſtrum datam eſſe ait, Ephe.4.b.
ſecundum menſuram donationis Chriſti.Seq.
*Et habitare fecit in tabernaculis eorũ: tri* 61.
*bus Iſrael.*
Eiecit dominus nationes illas exteras, à
propijs ſedibus.videlicet cananeũ, amorreũ,
etheum,pherezeum,euæum,& hiebuſeum.in
quorum habitationibus:tribus Iſrael ſucceſſo
res fuerunt. & nos etiam poſsidebimus ethe
reas illas mãſiones, Deum facie ad faciem vi
dẽtes,à quibus angeli apoſtatæ eiecti corrue
runt:ſi(iuxta Chriſti verbum)dum hanc vitã Ioan.1.g.
agimus:veri Iſraelitæ fuerimus,in quibus do
lus non ſit.non enim omnes qui ex circunci-
ſione ſunt Iſrael,ij ſunt Iſraelitæ: ſed qui filij
ſunt promiſsionis,æſtimantur in ſemine, ait Rom.9.b.
Paulus.Sequitur.
*Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deũ*
*excelſum: & teſtimonia eius non cuſto-* 62.
*dierunt.*
Id ingratis omnibus eſt commune: ſed no
bis maxime imputandum,qui à Deo plura &
potiora beneficia noſcimur accepiſſe. quibus
etiam præcepta domini cuſtodientibus,præ-
mia promittuntur ęterna.tentauerunt & exa
cerbauerunt illi Deum excelſum,morem ſuũ
ſequuti.& iam terram promiſsionis ingreſsi:
teſtimonia eius non cuſtodierunt.nos autem
Deum propter nos iam hominem factum,&
vsq; ad mortem crucis humiliatum, qui nos
redemit & lauit in ſanguine ſuo, quiq; ſe ip-
ſum nobis contulit in cibum:peccatis noſtris
in dies irritamus, & præcepta ei⁹ ſpernimus
ſalutaria.vę nobis,ſi vitam in melius non mu
tamus.Sequitur.
*Et auerterunt ſe, & non ſeruauerunt pa* 63.
*ctum: quemadmodum patres eorum, con*
*uerſi ſunt in arcum prauum.*
Dixerant ante Ioſuę:omnia quæ pręcipiſti Ioſue.1.d.
nobis faciemus, & quocunq; miſeris ibimus.
ſicut obediuimus in cunctis Moyſi:ita obedie
mus & tibi.ſed ſtatim poſtquam in terram ꝓ
miſsionis ingreſsi ſunt:pactum quod pepige-
rant violarunt.lege Ioſuæ librum, ſcriptũ eſt Ioſue.7.b.
enim:filij Iſrael præuaricati ſunt mandatũ,&
vſurparũt



vſurparũt de anathemate.de quibus recte di
citur, ꝙ quemadmodum patres eorum con-
uerſi ſunt in arcum prauum:vel quia ſemetip
ſos huiuſmodi tranſgreſsionibus vulnerabãt:
vel quia remiſsi & inſtabiles omniq; ſolidita
te carentes, nõ eminus Deum ſuum vota ſua
iaciebant ſed ad propria deſideria converte
bantur.Et qui iuxta præceptum domini in di
rectum tendere debuiſſent: deuiabant à re-
cto. prauus quidem eſt arcus,qui non in ſco
pum intentum ſpicula iacit,vt iſti fœdifragi,
& omnes qui pactũ Dei & fidem non ſeruãt:
quam in baptiſmate promiſerunt.Sequitur.
*In irã concitauerunt eum in collibus ſuis:*
64. *& in ſculptilibus ſuis eum ad æmulatio*
*nem prouocauerunt.*
Magnum eſt ydolatriæ & infidelitatis pec
4.Reg.17.b. catum. & de filijs Iſrael ſcriptum legimus,
ambulauerunt filij Iſrael iuxta ritum gentiũ,
& ædificauerunt ſibi excelſa in cunctis vrbi-
bus ſuis: feceruntq; ſibi ſtatuas & lucos in
omni colle ſublimi, & adolebant incenſum
ſuper aras more gentium:& Achaz rex Iuda
filium ſuum cõſecrauit ydolis &c. Deum in
hoc ad effectus iræ prouocantes,ad vindictã
ſcilicet,quam pſaltes æmulationem appellat.
Et nos etiã in ſuperbiæ colles aſcendentes:vi
tia nobis in deos effingimus, quos colimus,
dum ea perpetramus. ſunt etenim ſculpti-
lia & manuum noſtrarum opera:in quibus
Deum ad iracundiam concitamus,præben-
65. tẽs etiam proximis occaſionẽ ruinæ.Sequiť.
*Audiuit dominus, & ſpreuit: & ad ni*
*hilum redegit valde Iſrael.*
Audit Deus,videt, & aduertit peccata no
ſtra,cum ea punit.Idcirco Deum audiſſe di-
cit:quia ſpreuit populum ſpernetem ſe,& ad
nihilum redegit valde. Subtraxit quippe illi
ſpiritualiter auxilium ſuũ,vt qualis eſſe eſſet
agnoſceret.Nempe iuſto iudicio Deus deſe-
rit deſertores:quo auerſi ad Deum conuer-
tantur, & quã neceſſaria ſit illis diuina prote
ctio,vel experimento diſcant:qui ex fide cre
dere noluerunt. Et(quod prouerbio dici ſo
let) fidem adhibeant iniuſtæ nouercæ: qui
piæ matri credere renuerunt. atq; pœna do-
Iud.4. cente noſcant: quæ ab ore doctoris percipe-
re contempſerunt. Sequitur.
*Et repulit tabernaculum ſylo: tabernacu*
66. *lum ſuum, vbi habitauit in hominibus.*
Repulit:quia eius conhabitatione indig-
nos homines iudicauit. Et qui propter eorũ
ſcelera repulit homines:habitationem etiam
repulit inter homines. quum autem verbum
caro factum eſt:tunc habitauit in nobis,repu
lit ſinagogam,elegit eccleſiam.
*Et tradidit in captiuitatem virtutẽ eorũ:* 67.
*et pulchritudinẽ eorũ in manus inimici.*
Capta quidem fuit arca fœderis, vbi tota
poſita erat Iſraelis virtus & fortitudo,ducta
que eſt ad terram philiſtinorum: & robur ac
pulchra iuuentus hebræorum: in manus allo
philorum tradita eſt. nec ſecus,immo magis
dolẽdum eſt, quum interior noſter homo,ad
imaginem & ſimilitudinẽ Dei factus, anima
ſcilicet quam inhabitat Deus,totaque virtus
eius & pulchritudo: vel vno admiſſo pecca-
to,tranſit ad diaboli ſeruitutem.Sequitur.
*Et concluſit in gladio populum ſuum: &* 68.
*hæreditatem ſuam ſpreuit.*
Quũ capta fuit arca dñi, triginta millia pe 1.Reg.4.c.
ditum gladio ceciderunt perieruntq;, ita vt
eos ſpernere dñs viſus ſit.concluduntur etiã
gladio peccatores ſuperbi:quum ſuis exigen
tibus meritis, eò ꝙ nimium propriæ virtuti 1.Cor.10.
fidant:fidelis ipſe Deus,(qui alias non patere
tur eos tentari ſupra id quod poſſunt, ſed fe
ciſſet etiã cum tẽtatione prouentũ, vt poſſẽt
ſuſtinere)permittit eos tentari vndiq;,& ten
tationibus ſuccumbere ac ſuperari. audiant
igitur qui huiuſmodi ſunt, apoſtolũ dicentẽ:
qui ſe exiſtimat ſtare:videat ne cadat.Sequi. 69.
*Iuuenes eorum comedit ignis: et virgines*
*eorum non ſunt lamentatæ.*
Siue per ignem,Dei iram,ſiue inimicorum
furorem, ſiue deordinatã eorum concupiſcẽ
tiã,aut materialẽ ignẽ accipias: certe vtriuſ-
que ſexus iuuenes, & virgines deuorauit ig-
nis, nec (vt moris erat) exhibita eſt virgini-
bus interfectis funeralis pompa:prę nimia an
guſtia & populi conſternatione. nec etiã vir
gines ipſæ virginitatem ſuam lamẽtatę ſunt: Iud.11.g.
ſicut de filia Ieptæ legimus, quæ duobus mẽ
ſibus cum ſocijs ac ſodalibus ſuis virginitatẽ
ſuam in montibus fleuit: antequã in holocau
ſtũ offerretur à patre. hoc tamẽ occiſione ci
uili factũ opinantur multi. non enim gladio
(aiũt)occiſa fuit à patre,vt vel ſic in holocau
ſtũ, inhumane,ſtulte, irrationabiliter,ac mi-
nus religioſe eſſet oblata.ſed ideo in holocau
ſtũ oblata fertur: quia à patre recluſa,atq; ab
hoĩm cõſortio(cælibem vitã ducens vt autu
mant)fuerit ſeparata.ꝙ ſi hic eẽ quaſi in para
bola myſticũ ſenſum exquiras:iuuenes dicũ-
tur inſolentes & inexperti, quos deuorat ve
nereus ignis,& quæ in eis paſsio dominať. q̃
que nõ adeo in peccatis inſorduerũt,vt meri
to inueterati dicantur. virgines vero:q̃ tunc
primo à gr̃a exciderunt. quibus oĩbus mor-
te pręuẽtis:occulto dei iudicio,nõ licuit fle
tu cõmiſſa delere. pro quibus abolendis iſdẽ Pſ.24.ve.7
pſaltes adhuc ſuperſtes orat dicens: delicta

iuuentutis meæ & ignorantias meas ne me-
mineris.at verterũt quidam, virgines eorum
non ſunt laudatæ. hoc ideo ꝙ interfectæ ac
morte præuētæ: epythalamio & nuptiali car
mine frui nequiuerunt. vtrunque enim,lamē
tum & laudem ablaturum etiam per prophe
tam ſuum Hieremiam non ſemel cōminatur
Hier.16.b. dominus:& morientur(ait) grandes & parui
25.c. in terra iſta:non ſepelientur neq; plangentur.
& rurſus,ecce ego auferam de loco iſto in o
culis veſtris & in diebus vr̃is, vocē gaudij &
vocem lætitiæ: vocē ſpōſi & vocē ſpōſę.Seq.

70. *Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: et*
*viduæ eorum non plorabantur.*

1.Reg.4 Ophni & Phinees ſacerdotes, Heli ſummi
ſacerdotis filios videtur innuere: qui in præ-
lio cuſtodientes arcā dn̄i interfecti ſunt.vxor
etiam Phinees prægnans,nuncio audito fune
ſto,ꝙque iā ſuo eſſet orbata viro:in puerpe-
rio interijt.quod etiam alijs fœminis ita con
ſternatis,contigiſſe veriſimile eſt.quibus etiā
eò ꝙ proſpicere propriæ vitæ, nec rei alteri
vacare liceret:nullus funebris honor impen-
ſus eſt. at ſacerdotes & viduæ myſticæ, ij
ſunt:qui ſeniores,doctiores, & in ſchola do-
mini magis experti ſunt, quiq; ſunt Deo dica
ti, & maxime coniuncti. quibus omnibus id
maxime præſtādum eſt: ne demoniorum ſint
præda,neúe amiſſo Deo (cui ſe deuouerant)
ſacerdotes corruant:& quaſi viduæ, ſuo pe-
reāt deſtitutæ marito, Sequitur.

71. *Et excitatus eſt tanquam dormiens dn̄s:*
*tanquam potens crapulatus à vino.*

Pſ 120.v.4. Non dormitat neque dormit qui cuſtodit
Iſrael:ſed dormire ſe ſimulat.dormit quidem
dormientibus:& vigilat vigilantibus. nimi-
rum impijs & infidelibus dormire videtur:
quum non ſubuenit periclitantibus. qui &
pijs hominibus mala patienter ſuſtinentibus,
inſultare ſolent dicentes: vbi eſt Deus ve-
ſter? ſicut è diuerſo prophetis Baal: Heliam
feciſſe legimus. illudebat enim eis dicens:cla
3.Reg.18.c mate voce maiore, Deus enim veſter eſt, &
forſitam loquitur:aut in diuerſorio eſt, aut
in itinere,aut certe dormit,vt excitetur. vigi
lare etiam dicitur dominus,quum malitia no
ſtra prouocatus, corripit nos. vnde apud Da
Dani.9.c. nielem:& vigilauit dominus ſuper malitiam:
& adduxit eam ſuper nos.inducit nunc ergo
dn̄m propheta ſanctus: quaſi hominem à dor
mitione & crapula excitatum, ipſumque po-
tentem ac ferocem, impetu magno in inimi-
cos inſilientem:cum tamen dormitio & cra-
pula:à Deo ſint aliena. ſic alte dominus dor-
miens in ſepulchro,ſurrexit inter mortuos li
Pſ.3.v.5. ber,qui de ſe ait: ego dormiui & ſoporatus
ſum,& exurrexi: quia dominus ſuſcepit me. 1.Reg.5.b.
nō timebo millia populi circundātis me.Seq.

*Et percuſsit inimicos ſuos in poſteriora:* 72.
*opprobrium ſempiternum dedit illis.*

Capta arca,aggrauata eſt manus domini ſu
per philiſteos habitantes Azotū & fines eius:
& percuſsit eos in poſterioribus.computreſ-
cebant enim prominentes extales eorū: quod
opprobrium ſempiternum erit eis, quando-
quidem hoc(ſcripto veraci)in memoriale ac
monumentū poſteritati relictum eſt.eos etiā
qui teſtamentum domini ſanctumque euan-
gelium, iuxta ea quæ colunt ydola,poſue-
runt, Deum inhonorantes, quaſi ſimul cum
lege currat, & eorum erroribus faueat arbi-
trioque:percutiet dominus virga oris ſui, cū
poſterior illa iudicij dies aduenerit: eruntq;
illorum poſteriora,deteriora prioribus.nam 2.pet.2.d.
multi,de his qui dormiunt in terræ puluere:
(iuxta Danielis edictum)euigilabunt, alij in Dani.12.a.
vitam æternam,alij in opprobrium,vt videāt
ſemper.gaudeant gitur impij & hæretici,nec
vltricem Dei manum vereantur:eò ꝙ ipſum
arbitrentur dormientem. veniet dies veniet,
quum excitatus,poſteriora eorum percutiet
dominus: ad quos apud Hieremiam dicitur: Hier.23.b.
peruertiſtis verba Dei viuētis,domini exerci
tuum Dei noſtri. & quibuſdam interiectis ſe
quitur,dabo vos in opprobrium ſempiternū,
& in ignominiam æternam,quæ nunquā obli
uione delebitur Sequitur.

*Et repulit tabernaculum Ioſeph: & tri-* 73.
*bum Ephraim non elegit.*

Ecce peruentum eſt ad totius pſalmi intē-
tum,quo probare niſus eſt,Deum eſſe verum
dominum,rerum omnium moderatorem,cu
ius arbitrio gerantur omnia,cuius nutu mo
uentur.nam ſicut ſcriptum eſt,meum eſt con
ſiliū & æquitas(ait dominus)mea eſt prudē- Pro.8.b.
tia,mea eſt fortitudo, per me reges regnant,
& legum conditores iuſta decernunt,per me
principes imperant:& potentes decernunt iu
ſtitiam.ait ergo nunc pſaltes, & repulit taber
naculum Ioſeph:quia de ſilo permiſit adduci
arcā fœderis,quę ciuitas cadit in ſorte Ephra
im filij Ioſeph,filij Iacob:nec ibi amplius vo
luit commorari.quam tribum non elegit, ad
regiam dignitatem anhelantem: eò ꝙ noue-
rit eorū corda(vt qui ea finxit)& ſupbiā eorū
exhorruerat. nec populo ſuo vtiles futuros
eſſe prænouit,quod vel maxime cōdecet re-
ges.nō ergo hāc tribū,quaſi meritis paternis
præcellētē elegit:nō alias,quib⁹ forte hæredi
tario iure regia dignitas cōuenire videbatur.

*Sed elegit tribum iuda: montē Sion,quē* 74.
*dilexit.*

Tri-



Tribum illam elegit, de qua rex regum
Chriſtus naſciturus erat ſecundùm carnem,&
catulus ille leonis iuda ortus eſt: quem pa-
triarcha Iacob in ſpiritu benedicens admira-
tur dicens:iuda,te laudabunt fratres tui, ma-
Gen.49.b. nus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum.
adorabunt te filij patris tui.catulus leonis iu-
da:ad prædam fili mi aſcendiſti: requieſcens
accubuiſti vt leo,& quaſi leæna:quis ſuſcita-
bit eum?non auferetur ſceptrum de iuda &c.
benedictionem lege,& contemplare totam.
ecce qui aſcendit,accubuit,& requieuit: do-
minus Ieſus eſt,qui excitatus eſt tanquā dor-
miens,& tanquam potens crapulatus à vino:
& percuſsit humani generis inimicos,quique
elegit ſibi eccleſiam, quam euſque dilexit:
Ephe.5.e. ꝙ ſe ipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctifi-
caret(ait Paulus)mūdans eam lauachro aquę,
in verbo vitæ: vt exhiberet ipſe ſibi glorio-
ſam eccleſiam non habentem maculam aut ru
gam aut aliquid huiuſmodi: ſed vt ſit ſancta
& immaculata. hanc quidem elegit & præ-
Ephe.1.a. elegit ante mundi conſtitutionem, & in cha-
Hier.31.a. ritate perpetua dilexit.diligitq; portas huius
Pſ.86.ve.1. Siō:ſuper omnia tabernacula Iacob. ablatum
eſt igitur ab illis regnum (iuxta verbum Chri
Mat.21.d. ſti)& datū genti faciēti fructus eius.ſit Deus
ipſe benedictus in ſecula amen.Sequitur.

*Et ædificauit ſicut vnicornis ſanctificium*
75. *ſuum: in terra quam fundauit in ſecula.*

Aptiſsime vnicorni ſeu rinocerothi cōpa
ratur Deus,cuius talem ferunt eſſe naturam,
ꝙ in excelſis atque electiſsimis locis ſibi cō
ſtruat habitaculum:nec aliud præter ſe vnū,
ad cohabitandum admittat animal: quodque
ad virginis ſinus inclinetur. ſic vtique Deus
aſciuit ſibi genus electum,regale ſacerdotiū,
gentem ſanctam,populum acquiſitionis: ſuā
que conſtituit vnicam eccleſiā,cuius nō deor
ſum iecit fundamenta:ſed in mōtibus ſanctis,
hoc eſt,in terra illa viuentium:quam funda-
uit in ſecula,ipſe Deus vnicornis, vnus ſcili-
cet,non alium(qui ſecum colatur) Deum ad
mittens.cui ſoli ſacerdotes in hoc munus ſe-
queſtrati:ſacrificiū corporis & ſanguinis ſui,
ſuper altare ſuum, & nō alij offerre poſſunt.
quique ad ſacroſanctam Mariam virginem ſi
num conſenſus aperientem:vt carnem aſſume
ret, ſeſe inclinauit, & à ſinu patris dignatus
eſt in vterum deſcendere matris:& ſic ab ho
1.Reg.16.b. minibus (ſi dixerim) fœliciſsime captus eſt,
inter homines factus homo.Sequitur.

76. *Et elegit Dauid ſeruū ſuū: et ſuſtulit eū de*
*gregibus ouiū: de poſt fœtātes accepit eū.*

Amoto Saule,ſuſcitauit dn̄s Dauid regem,
cui & teſtimonium perhibens(inquit apoſto
lus in actis)dixit, inueni Dauid filium Ieſſæ Act.13.d.
virum ſecundùm cor meum: qui faciet om-
nes voluntates meas, hunc tuli de gregibus:
cum non ſimplo labore paſceret oues fœtas.
qui(haud dubium)dn̄i Ieſu filij ſui ſecundùm
carnem typum geſsit.nam ſicut Dauid rex ex
paſtorali officio peccudum,ad regimen trāſ-
latus eſt hominum: ita & Chriſtus ab ouibus
domus Iſrael(ad quas miſſus fuerat)lege & ꝓ Mat.15.c.
phetis abundantibus: ad regendas gentes cę-
teroſq; fideles homines, ſeſe tranſtulit, quia
oues illæ vocē paſtoris ſui audire noluerunt.
quin repellentes potius verbum eius: indig- Act.13.g.
nos ſe iudicarūt æternæ vitæ.Sequitur.

*Paſcere Iacob ſeruum ſuum: et Iſrael hæ* 77.
*reditatem ſuam.*

Hæc finalis electionis apparens cauſa.non
quidem eliguntur paſtores,vt paſcāt ſemetip
ſos,lac bis mulgentes in hora,& vellera ouiū
detrahentes:ſed magis vt ſpiritali cibo paſcāt
ſibi traditas oues.timeāt igitur ij,quos Deus Ephe.4.c.
in eccleſia ſua dedit paſtores & doctores,ad
conſummationem ſanctorum, in opus mini-
ſterij,in ædificationem corporis Chriſti. au-
diant(obſecro)dn̄m per prophetam ſuū Eze- Eze.34.c.
chielē:illis mala cōminantē.requirā (inquit)
gregē meum de manu eorū:& ceſſare eos fa-
ciā vt vltra non paſcant gregē meū. & ſuſcita
bo ſuper peccora mea paſtorē vnū qui paſcat
ea,ſeruum meum Dauid.ipſe paſcat ea:& ip-
ſe erit eis in paſtorē. & in eiuſdē capituli cal-
ce ait:vos aūt greges mei,greges paſcuę meę:
hoīes eſtis.ruſumq; ꝑ Hieremiā ait:dabo vo Hier.3.c.
bis paſtores iuxta cor meum: & paſcent vos
ſciētia & doctrina. Sequitur.

*Et pauit eos in innocentia cordis ſui: &* 78.
*in intellectibus manuū ſuarū deduxit eos.*

Ecce ego mitto vos(apoſtolis ſuis ait Chri Mat.10.b.
ſtus & eccleſiæ prælatis)ſicut oues in medio
luporum. eſtote ergo prudentes ſicut ſerpen
tes,& ſimplices ſicut colūbæ.quæ duo,præla
tis oībus neceſſaria,hic tangit diuinus pſaltes
dicens: & pauit eos in innocentia cordis ſui,
id eſt corde mundo & ſimplici, ex charitate
& intentione recta:& in operū ſuorū intelle-
ctibus,quæ per manus deſignant̃. nimirū pru
dentia ac debita directione, zelū Dei habēs
dū operat̃,nō vt illi de quibus apoſtolus ait: Rom.10.a.
teſtimoniū perhibeo illis,ꝙ æmulationē Dei
habēt:ſed non ſecundū ſcientiam.ignorantes
enim iuſtitiā Dei,& ſuam quærentes ſtatue-
re:iuſtitiæ Dei nō ſunt ſubiecti. finis enim le
gis Chriſtus,ad iuſtitiam omni credenti. cui
ſit honor & gloria in ſeculorū ſecula Amē.

EPILOGVS PSALM. 77.



Atten-

*ATtendite populo meus legem meam, ecce aperiam in parabolis os meum: unum dicens, ſed aliud ſignans. notiſsima quidem referam, quæ filij etiam didicerunt, pendentes ab ore patrum:* Dei *gloriam, uirtutes, & mirabilia depromentium. ipſe primum legis lator fuit, qui ſuſcitauit teſtimonium in* Iacob, *& legẽ poſuit in* Iſrael, *quam promulgari iuſsit ad poſteros, ut conoſcat generatio altera uẽtura, ad cuius doctrinam ſcripta ſunt omniá. ipſa enim chriſtiana proles, perfectione & uera legis adimpletione, atq; ſpiritali intelligentia gaudebit: ut ponat in* Deo *ſpem ſuam, & non obliuiſcatur operum* Dei, *& mandata eius exquirat. ne fiãt ſicut præceſſores* Iſraclitæ *carnales: quippe quæ generatio praua & exaſperans fuit. generatio (inquam) degenerans, quæ non* Deo, *ſed carni ſemper adhæſit. non utiq; conſtans, & ad bellum apta: ſed retrocedens, nemine perſequente. ſicut filij* Ephraim, *qui intendentes & mittentes arcum: conuerſi ſunt retrorſum, puſillanimes effecti in die belli. non enim cuſtodierunt teſtamentum* Dei: *& in lege eius noluerunt ambulare, beneficiorum obliti, et mirabilium quæ coram oculis patrum fecerat dñs in terra ægypti, quãdo per mare rubrum eduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis. interrupit etiam petrã in eremo: de qua flumina eduxit aquæ uiuæ, qua potauit eoſdem, ad ſacietatẽ uſq;. at ipſi ingrati appoſuerunt adhuc peccare: ipſum irritantes ad iram. petierunt quidem carnes, tentantes dñm: & male loquuti ſunt de* Deo, *blaſphemantes, atq; eiuſdem omnipotentiæ derogantes. ideo audiuit dñs. qui licet uindictam diſtulit, & contulit carnes: puniuit tamen incredulos, ac de ſe male loquentes. nempe ipſe erat qui pluit illis manna, & panem cæli dedit. eademq; potentia contulit carnes coturnicum: ex alto cadentium. horribile dictu. adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum: & ira* Dei *aſcendit ſuper eos, ipſoſq; ſaturos occidit. duces etiam impediuit prohibuitq;, ne promiſſam terram introirent: propter diffidentiam & incredulitatem corũ. in his omnibus peccauerunt adhuc. quamobrem uiolenta ſunt morte destructi. at cũ occideret eos: quęrebant eum, & reuertebantur, ac ſummo mane ſurgebant, miſericordiam petituri, quia uexatio intellectum dabat. & rememorati ſunt: q̃,* Deus *adiutor eorum eſt. & dilexerunt eum, non corde: ſed ore ſuo, & lingua ſua mẽtiti ſunt ei. ipſe autem miſericors eſt, & ſeipſum negare non poteſt. propitiatus eſt enim peccatis eorũ, et ſeſe à uindicta cohibuit, recordatus q̃, caro ſunt, & ſpiritus uadens & nõ rediens. nam diſcedere potuit homo, ſuopte ingenio à* Deo *ſuo: redire tamẽ minime, niſi ducente & adiuuante* Deo. *ò quoties exacerbauerunt eum in deſerto? & conuerſi ſunt ad creaturam: creatore relicto? & beneficij accepti immemores facti ſunt: præcipue illius maximi egreſsionis de ægypto, quando conuertit in ſanguinem flumina, miſit cynomiam & ranas, dedit erugini fructus atq; locuſtis, uineas contriuit grandine pariter & iumenta, poſſeſsionesq; igne ſuccendit: atq; ad ulteriora progreſſus, peſtilentiam immiſit, omnia internitioni tradens: uſq; ad primogenitum regis. & abstulit ſicut oues populum ſuum, & deduxit eos: demergens ægyptios & ſuffocans aquis maris. fugauitq; etiam gentes exteras, à facie eorũ: & ſorte diuiſit eis terram, in tranquillam habitationem. & tentauerunt atq; irritauerunt* Deum *excelſum, iam terram promiſsionis ingreſsi: nec teſtamentum, legem, & pactum illius cuſtodierunt: ſed fœdifragi facti ſunt, quemadmodum patres eorum,* Deum *in ſculptilibus ſuis prouocantes. audiuit dñs ſic ſpretus, et ſpreuit atq; ad nihilũ redegit* Iſraelẽ: *et quã elegit habitationẽ repulit quaſi indignã: tradiditq; populum ſuũ in captiuitatem, quorum plures occiſi ſunt gladio, & eorum iuuenes igne conſumpti: nec uirgines (ut moris erat) lamentatæ ſunt. ſacerdotes etiam gladio perierunt: nec uiduæ plorabãtur, at qui nuſquam obliuiſcitur miſereri* Deus *neq; continet in ira miſericordias ſuas: excitatus eſt tanquam dormiens, tanquam potens crapulatus à uino. nec minus ferox apparuit, quum percuſsit inimicos in poſteriora: opprobrium ſampiternum dedit illis. & repulit tabernaculum quod erat* Deo *dicatum in ſilo, quæ ciuitas eſt in ſorte* Ephraim, *filij* Ioſeph. *nec de illa tribu regẽ elegit, ſed de tribu iuda, in qua templum ſuum ædificauit. conſtituitq;* Dauid *in regem, qui ouium paſtor erat; ut paſcat populũ ſuum: qui & pauit illum in innocentia cordis ſui. hæc autem omnia, in* Chriſtum *dominum uelut in ſcopum tendunt. is etenim eſt, qui eam quam conſtruxit eccleſiam, paſcit, regit atq; gubernat. cuius martyres apud* Deum *ſuum, de perſequutoribus conquerentes iam inducere iuuat.*

## PSALM. 78.

*DEVS venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuũm: poſuerunt Ieruſalem in pomorũ cuſtodiam.*

Vel ſicut alij tranſtulerunt, in aceruos lapidum. titulus eſt, pſalmus Aſaph. cuius expoſitio ex ſuperioribus liquet. agit hic pſalmus, literali ſenſu, de perſequutione facta in populum Iſrael, ſub Nabuchodonoſor Babiloniorum rege, & altera ſub illuſtri Antiocho & poſt mortem Chriſti à Tito, & Veſpaſiano, Romanis principibus. quas



in ſpiritu ipſe præuiderat pſaltes. ſed eodem ſpiritu prophetico perſequutionem eccleſiæ futuram, & martyrum ſtragem deplorat. imploratq; auxilium ne ſuccumbat eccleſia. ait ergo, Deus venerunt gentes barbaræ, & immundæ, venerunt alienigenæ, qui deos habent alienos: in hæreditatem tuam, quam tibi manu forti, & brachio extẽto acquiſiſti: & peculium tuum, vi armorum occuparunt, templum etiam tibi dicatũ, ſuis ſpurciſsimis ydolis repleuerunt, pollueruntq;, & contaminarunt illud ſacrilego cultu. diripuerunt itidẽ ciuitatem tuam Ieruſalem: quæ ſemirupta, ac deſolata, raro habitatore conſtat: vt quaſi tugurium ad pomorum cuſtodiam erectum viſa ſit: ſicut vaticinatus eſt Eſaias dicens, derelinquetur filia Siõ vt vmbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario: & ſicut ciuitas, quæ vaſtatur. illa (inquam) Ieruſalem, quã viuis ex lapidibus conſtruxiſti, & ſupra firmã petram, ac veræ fidei confeſsionem ſtabiliſti & fundaſti: immaniſsima profligatione, ac cęde quam in eam tuosque martyres tyranni exercuerunt, pene funditus (hominum iudicio) euerſa eſt.

2. *Poſuerunt morticina ſeruorum tuorum,*
*eſcas volatilibus cæli: carnes ſanctorũ tuo*
*rum, beſtijs terræ.*

Math. 7. c. Quo videntibus eſſet terrori: expoſuerũt cadauera martyrum tuorum, qui tibi inſeruierunt, immo qui pro tui nominis confeſsione occiſi ſunt: volatilibus cæli & beſtijs terrę dilanianda, diſcerpendaq;: nec ſepulturæ tradi permiſerunt, quod maximæ crudelitatis indicium eſt. Sequitur.

3. *Effuderunt ſanguinem ipſorum tãquam*
*aquam, in circuitu Ieruſalẽ: & non erat*
*qui ſepeliret.*

Effuderunt (inquit) vt martyrum futuram multitudinem oſtendat. nam quaſi aquã funderent: ſic pro nihilo eorum ſanguinem reputabant. iacebant igitur inhumata ſanctorum corpora & ſacer fluebat cruor in circuitu eccleſiæ: in ſignũ efficax, q̃ pro muro & defenſaculo illi ſint, cuius fidem viuentes tenuerunt. quibus pro Chriſto morientibus, tãtum in cælo accreuit lucri: q̃ nihili habenda ſit iactura ſepulchri. Sequitur.

*Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris:*
4. *ſubſanatio, & illuſio his, qui in circuitu*
*noſtro ſunt.*

Nõ domeſticis ſed vicinis, his ſcilicet qui foris ſunt, non intra eccleſiam: facti ſunt opprobrium ſancti martyres Chriſti. quorũ vox illa eſt, aufer à me opprobrium & contemptum: quia martyria tua exquiſiui. datur quippe illis opprobrio dñe, q̃ martyres tui ſint, & libenti animo ſeſe offerant occiſioni, gaudeantq; quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati. cuius rei cauſa, impijs (qui in circuitu ambulãt) facti ſunt irriſionis occaſio. Sequitur.

Pſal. 118. oct. 3. [?] 6.

*Vſquequo domine iraſceris in finem: accẽ* 5.
*detur velut ignis furor tuus?*

Ira & zelus, non ſunt Dei perturbationes, qui cum trãquillitate iudicat. ſed nomine irę, vindicta iniquitatis: & zeli nomine, exactio innuitur caſtitatis. nam iraſci dicitur Deus, quum iniquos punit, & peccatores: qui legis & præceptorum ſuorũ præuaricatores ſunt. at zelus eius, velut ignis incendi dicitur, & inflãmari: quum fertur in perfidos fidei ſuæ deſertores atque adulteros, qui primam fidem irritam fecerunt, & cum dijs alienis fornicantur. ait ergo, quouſque domine tot punitionis effectus ages? quaſi in nos, vſq; ad noſtrũ omnium conſumptionem iraſcaris: ita q̃ vti zelotypus iuſto dolore tact⁹: in fornicarios adulterosque ac tibi iniurios, excãdeſcere, & ſęuire videaris: cum nihil minus ineffabilem, & inexhauſtam miſericordiam tuam deceat: nec à te quicquam magis ſit alienum.

Sap. 12. c.

*Effunde iram tuam in gentes, quæ te non* 6.
*nouerunt: & in regna, quæ nomen tuũ*
*non innocauerunt.*

Effunde iram in eos qui noſtrum ſanguinẽ tanquam aquam effuderunt: vt pro menſura peccati, ſit & plagarũ modus: & per quæ peccat quis, per hęc & torqueatur. crudeles ipſi, & oĩ ferarũ genere ĩmitiores, qui te nõ nouerũt, quia ſcire noluerũt, (noluerũt enim intelligere vt bene agerẽt) nec nomen tuum inuocauerunt vnquam: ij vltricem manum tuã ſentiant grauiorem. nec id malo animo, quin bono potius illis optamus: vt te Deum ſuum verum inuocent & agnoſcant. ſic etiã alibi iſdẽ propheta (poſt multa quæ iniquis imprecari viſus eſt) ait, imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum dñe. nũc autem effunde iram in plebeios & principes, ſeductos & ſeductores, qui te nõ nouerũt: & nos qui te nouimus & nomen tuum inuocamus, hoſtili aĩo perſequutur. ſic. n. ages iuſtiſsime Deus, (vt te reuelãte didicimus) & ideo futurũ ira prænuntiamus.

Hier. 10. Deut. 25. a. Sap. 11. c. Pſ. 35. ve. 3. Pſ. 82. ve. 19.

*Quia comederunt Iacob: & locum eius*
*deſolauerunt.* 7.

Iacob, quem dñs appellauit Iſrael: binomius fuit. ſic etiam & qui legitime certans ſupplantat diabolũ: Iacob merito vocat̃, eritq; Iſrael

Gen. 27. f. Gen. 32. f.

in patria videns Deū. martyres ergo qui pro Chriſto ſanguinem ſuum fuderūt, & mundū, carnem ac diabolum deuicerunt: hos denominat Iacob. comederūt (inquit) Iacob vel quia tyrāni aſsiduis perſequutionibus, quaſi morſibus cōtriuerunt deuorarunt q;: vel quia eorū aliquos (qui minis & terroribus in martyrio defecerūt) deglutire, & in clientelæ ſuæ ſthomacum traijcere viſi ſunt, & perfidiæ ſuæ incorporare, ſiue ſic, ſiue ſic: comederūt Iacob: & eccleſiæ nobilitate comeſſa, locum eius deſolauerunt. Sequitur.

8. *Ne memineris iniquitatū noſtrarum antiquarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes facti ſumus nimis.*

Eſa.64.c.

Thob.3.a. Remiſsionē poſtulat peccatorū. & cū Thobia: ne reminiſcaris (inquit) delicta nr̄a vel parentum noſtrorū. nō viſites iniquitates patrum in filios: quin tua nos potius dn̄e mīa præueniat & ſequatur: quia ſumus omni ope deſtituti. feſtina ergo, noli tardare, relaxa facinora plebi tuæ. cito anticipēt nos mīæ tuæ:
Exo.20.b. ne miſerijs obruamur. ſi iam domus noſtra mīa tua plena: quum tribulatio aduenerit atq; miſeria. præoccupet viam miſericordia, &
Iaco.2.c. ſuperexaltet vincatque iudicium: quia pauperis facti ſumus nimis, ideoque ad te recurri-
Ephe.2.a. mus, qui diues es in miſericordia.

*Adiuua nos Deus ſalutaris noſter, &*
9. *propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propitius eſto peccatis noſtris, propter nomen tuum.*

Tu qui ſalutis noſtræ ſemper autor extitiſti, adiutorq; in tribulationibus quæ inuenerūt nos nimis: adiuua nos, tuere, protege, mitte nobis auxiliū de ſancto. erit quippe in gloriam nominis tui: ſi nos ab hoſtibus liberaueris. nec te aliud moueat, quo ſis propitius peccatis noſtris, teq; nobis exorabilem exhibeas: quam admirabile nomen tuum, honor, gloria, fama, decus. prædicabitur quidē magnificētia tua: & nationibus īnoteſcet. adiuua ergo infirmitatem noſtram: protector in te ſperanti Deus.

*Ne forte dicant in gentibus, vbi eſt Deus*
10. *eorum? vt innoteſcat in nationibus corā occulis noſtris.*

Sit tibi vel maximæ curæ: ꝙ gentes incredulæ maieſtati tuæ ac nobis ſeruulis tuis improperantes dicent, vbi eſt Deus ille omnipotens & ſumme bonus, quem iſti prędicabant? quæ illi potentia, ſi liberare illos velit cū non poſsit? aut quæ bonitas, ſi nolit cum poſsit? ſi igitur non leuiter te tangit honor, fortiſsime & clementiſsime Deus: effunde in eos irā tuam, & noſtra remitte ſcelera. anticipēt nos miſericordiæ tuæ, adiuua, libera, & nobis ꝓpitius eſto. reſiduum autē huius verſus annectendum eſt ſequenti, in hunc ſenſum: vt innoteſcat in nationibus coram occulis noſtris.

*Vltio ſanguinis ſeruorū tuorū, qui effuſus* 11.
*eſt introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum.*

Aperi dn̄e aures clementiæ tuæ, querulis vocibus ſeruorum tuorum. accedant ad te, pateatq; ingreſſus gemitibus & ſingultibus, atque ardentibus ſuſpirijs eorum: qui pro tui nominis gloria vincti ſunt, & obſcuris carceribus mancipati. ſint hæc tanti ponderis apud te: ꝙ vltio ſanguinis ſeruorum tuorum, qui in propatulo effuſus eſt: innoteſcat in gentibus, corā oculis noſtris, vt aperta vindicta in gloriam tuam, & in eorum confuſionem, atque in noſtrum ſolacium cedat. vt ſit tibi gloria, illis cōmodum, nobis autem gaudium de illorum cōuerſione. qui vero obſtinato perierint corde: iuſto iudicio tuo, & concordi videntium conſenſu, ad iuſtitiæ tuæ laudem conuicti, eiulent in æternum. Sequitur.

*Secundum magnitudinē brachij tui: poſ-* 12.
*ſide filios mortificatorum.*

Filij mortificatorum: poſteri ſunt, iuſtorū ſucceſſores. attēdite iam, quam pia & ex charitate progreſſa: ſanctorum martyrum ſit deprecatio. ad eandem (inquiunt) poteſtatem pertinet percutere & ſanare: occidere & viuificare. tu ergo qui velut exteros deprimere videris tuos: illorum imitatores exalta, poſside eos, & oſtende ꝙ de grege tuo ſint, pertineantque ad populum tuum: vt in vtroque videaris magnus, fortis & potens. tu eſto illis in Deum: illi tibi in populum. extende brachium, excita potentiam tuam, protege eos & poſside: quos proprio ſanguine mercatus es. porro tui fuerunt patres: erunt etiam & filij. Sequitur.

*Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu*
*eorum: improperium ipſorū. quod expro-* 13.
*brauerunt tibi domine.*

vicini ſunt forte nobis, non ſolum ydolatræ & pagani, qui in circuitu & confinio noſtro ſunt: verum etiam hæretici & ſchiſmatici, propter idem baptiſma ſuſceptum, & eandē (quā olim habuimus) cōmunionē. qui poſt quā retro poſt ſathanā abierūt: impudēter improperāt Chr̄o. his igitur dn̄e, reddas ſeptuplū





in ſinu eorum, hoc eſt perfectam retributionem, per ſeptenarium numerum deſignatam. ſentient nunc ipſi viuentes vermē intra cōſcientiæ ſinum corrodentem: quam eis infliges pœnam. ſed quum vltionis magnæ aduenerit dies: tormenta eorū & tormentorum cauſam (ad eorūdem ignominiam) ſcient omnes atque videbunt. Sequitur.

*Nos autem populus tuus & oues paſcuæ tuæ: confitebimur tibi in ſeculum.*

Vicini partes ſuas agant, tibi improperantes: nos autem noſtras. & qui te verum regē noſtrum agnouimus: tibi vt fidelis populus obſequemur: & quia oues paſcuæ tuæ: confitebimur tibi optimo paſtori noſtro confeſſione laudis: debitasq; reddemus gratiarum actiones in hoc ſeculo & in futuro.

*In generatione & generationem: annunciabimus laudem tuam.* 13.

vicini, qui aduerſum te aperiūt ora blaſphemantes: electorum ac martyrum tuorum obſtruere ora nitūtur, licet caſſo labore. nos autem (velit nolit mundus) in veteri & noua generatione annuntiabimus laudem tuam dicentes: magnus dn̄s & laudabilis nimis, cui ſit honor & gloria in ſeculorum ſecula Amen.

EPILOGVS PSALM. 78.

*DEus venerunt gentes in hæreditatem tuam &c: illam deuaſtare cupientes: poſuerunt cadauera ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli: & carnes ſanctorum tuorum beſtijs terræ comedendas. effuderunt ſanguinem ipſorum, tanquam aquam: & inhumata corpora remanebāt. proh dolor: facti ſumus opprobrium vicinis: ſubſannatio, & illuſio. vſq; quo dn̄e iraſceris, quaſi in perfidos: cū primam fidem non irritam fecerimus vnquam: effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt: et in regna, quæ nomen tuum non inuocauerunt, eo ꝙ ſit illis infenſum. quia comederunt Chriſtum: et (quā ſibi addixit) martyrum clientelam. ne memineris iniquitatum noſtrarū antiquarum: quin præueni nos potius miſericordia tua. adiuua nos Deus, noſtræ ſalutis autor, propter gloriam nominis tui: ne tibi & nobis pariter inſultent gentes, dicentes: vbi eſt Deus eorum? ut ergo innoteſcat nationibus, martyrij noſtri cauſa: introeat in conſpectu tuo gemitus noſter. nobis faue compeditis, & profundo carcere occluſis: identidemq; faue fidei noſtræ imitatoribus. extende brachium, & protege oēs. & qui poſſediſti patres: poſside filios eorum. & redde vicem impijs: luantq; tibi cum fœnore pœnas. nos autē, qui domeſtici tui ſumus, & oues paſcuæ tuæ: tibi pro acceptis beneficijs confitebimur, & in generatione & generationem annuntiabimus laudē tuam. tu interim benignū auditū præſta optime paſtor.*

PSALM. 79.

*QVI regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem Ioſeph.*

Huius pſalmi titulus eſt, in finem pro his qui commutabuntur, pſalmus pro aſsirijs, teſtimonium Aſaph. eo ꝙ pſalmus in finem legis dirigit qui Chr̄s
Rom.10.a. eſt, ad iuſtitiā omni credēti. proponit Aſaph, hoc eſt, illuminatæ ſinagogæ decantandus in tetimoniū veritatis, ꝓ his qui à vetuſtate in nouitate, à lege ī euāgeliū, ab impfectione ad pfectionē, à corruptione deniq; ad incorruptionē & immortalitatē cōmutabunt, cōtra aduerſarios & inimicos per Aſsirios ſignificatos. quanuis hoc vltimum apud hæbreos non ſit in titulo, ſed à quouis additum æſtimetur, quo magis pſalmi exprimeret continentiam. eſt fere eiuſdem argumenti cū tranſacto pſalmo: in quo Chr̄i aduentum & incarnationem petit, Deique in electorum ſuorum auxilium potentiam excitari, & eccleſiam ſimul perfici, atq; ab hoſtibus poſtulat liberari. ſunt qui titulo addant, pro lilijs quæ commutabūtur: quod in idem recidit. nam per lilia, ſancti veteris teſtamenti ſignantur, inter quos dilectum
Cant.2. ſuum paſci ait ſponſa: donec aſpiret dies gratiæ, & legis inclinentur vmbræ. orationē igitur ſuam exorſus propheta ſanctus ait, qui regis Iſrael intende. paſtorem gregis inuocat, qui Iſraelem eduxit de ægypto, rexit, atq; pauit: & populum ductum gentium, qui ambulabat in tenebris, per Ioſeph ſignificatū, (qui iuxta nominis interpretationem augmentū ſonat) deduxit ad ſe velut ouem, quum vidit lucem magnam: & habitātibus in regione vmbræ mortis, lux orta eſt eis. intende (inquit) Eſa.9.a.
paſtor bone, qui oues tuas regis dirigisq;, vt recto tramite gradiantur: & ad vberrima ſaluriaq; doctrinæ paſcua deducis, quod magnæ miſericordiæ tuæ indicium eſt.

*Qui ſedes ſuper cherubin: manifeſtare* 2.
*corā Ephraim, Beniamin & Manaſſe.*

Propitiatorium & archa teſtamenti inter duo cherubin erat poſita, ipſisq; ſuffulta. & ideo ſuper ea ſedere dominus dicebatur: quia omniſcius, & (ſicut ſcriptum eſt) Deus ſciētia- 3.Reg.8.a.
rū dominus eſt. cherub quippe plenitudo ſciē- 1.Reg.2.a.
tiæ interpretatur. ſedet ergo ſuper cherubin Deus: cui omnis ſcientia & cognitio ſubeſt, oīaq; nuda ſunt & aperta oculis eius, & tunc glorioſus manifeſtat: qn̄ cūcta regi nō fortui- Heb.4.c.
tu, ſed illius ꝓuidentia demōſtrat qui à parte

occidentali, vbi hæ tres tribus Ephraim Ben
iamin & Manaſſes caſtrametabatur, ad archę
fœderis cuſtodiam; ſacerdotibus ſuis reſpon
ſa dabat, ſuamque voluntatem oſtendere dig
nabatur. lege libri numeri ſecundum caput:
& duodecim tribuum quadripartitum ordi-
nem ac poſitioné, in circuitu tabernaculi vi-
debis, ab oriente & occidéte, aquilone & me
ridie. tu igitur (ait diuinus vates) qui vt pa-
ſtor vigilans ſuper gregem, & ſicut Deus qui
noſti omnia, ſedens ſuper cherubin, ab occide
te, profundo myſterio diuina oracula pādis:
manifeſtare coram Ephraim Beniamin & Ma
naſſe: & qui multipharie multiſque modis o-
Heb.1.a. lim patribus loquebaris: loquere iam nobis
in filio. manifeſtare iam qui ſedes in plenitu-
dine ſcientiæ quæ charitas eſt: coram filijs ex
creſcentibus, filijs dextræ, & filijs qui videba
tur obliti. manifeſtare (inquam) tu oriés ex al
to ex virgine carnem aſſumens: his in quos fi
nes ſeculorum deuenerunt.

3. *Excita potentiam tuam & veni: vt ſal-*
*uos facias nos.*

Videris dormire, qui populum tuum ſub
ſathanica tyránide laborantem, per tot ſecu-
la diſtuleris liberare. excita iam potentiam
tuā potentiſsime, & tu ipſe veni in propria,
Ioan.1.b. factus homo. noli mittere puerum giezi, non
Moſem, legem, aut prophetas: ij etenim nihil
4.Reg.4.c. ad perfectum adducent. tu dic, ecce venio, ec
ce adſum, veni pientiſsime Ieſu, noli tardare,
cui vel ex nomine conuenit, vt ſaluos facias
nos. Deus venerunt gentes in hæreditaté tuā
Pſ 39. v.10 vt perdant: tu veni vt ſalues. audi modum.

4. *Deus conuerte nos: & oſtende facié tuā*
*& ſalui erimus.*

Cōuertes nos, ſi cōuertaris ad nos. eia ergo
conuerte nos dn̄e ad te, et cōuertemur: oſté
Thre.5.c. de nobis faciem tuam & ſalui erimus. auerti
potuimus à te ex propria malitia: at vero cō
uerti ad te, non poſſumus ſine te. cōuerte nos
igitur, & oſtende faciem tuam benignam, mi
Pſ. 84. v 7 tem, & placabilem. oſtende nobis domine mi
ſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis.
oſtende imaginem tuam, oſtende filiū incar-
natum, oſtende denique ſaluatorem & ſalui
erimus. p hūc.n. ducimur in cognitioné tui,
Mat.11.d. ipſo dicete: nemo nouit patrem niſi filius: &
cui voluerit filius reuelare. aduerte tamen ꝙ
mirabile huius oſtéſionis perinde ac noſtræ
conuerſionis opus, totius fuit ſuperbenedi-
ctæ trinitatis: tametſi filius dūtaxat fuerit in
carnatus. cuius rei gratia, hunc verſum tripli-
ci repetitione decantat. Sequitur.

5. *Domine Deus virtutū: quouſque iraſce*
*ris ſuper orationem ſerui tui?*

Dic nunc (obſecro) domine Deus angelo-
rum, cui tot agmina aſsiſtunt, totq; miniſtrāt:
quouſque iraſceris in populum tuum te hu-
militer deprecantem, iamq; ad te cōuerſum,
quaſi in aduerſum & inimicum? ecce ſerui tui
& domeſtici eſt oratio, non extranei. cur er-
go repellis orantem, qui requirere ſoles blaſ-
phemantem? non ſic propheta ille tuus de te
ſenſerat, qui dicebat orans: cū iratus fueris,
Abach.3.a. miſericordiæ recordaberis. Sequitur.

6. *Cibabis nos pane lachrimarum: & po-*
*tum dabis nobis in lachrimis in menſura?*

Ne iraſcaris dn̄e: ſi loquar adhuc ſemel.
quouſq; cibabis nos pane lachrimarum? nam
dum cibum ſumimus (præ nimia afflictione
& qua premimur anguſtia) bucellis decurren
tes lachrimas admiſcemus. quouſque etiam
potum dabis nobis in lachrimis in menſura?
vel (ſicut beatus vertit Hieronymus) in lachri
mis tripliciter, vt vberrimas ſignificet lachri
mas poculo admixtas. lachrimarum quidem
riuuli ab oculis in amaritudine animi defluen
tes, ipſamque faciem ſulcantes: pocula noſtra
fœcundant atque coronant: iuxta illud pſal-
Pſ. 41. ve.3 mi, fuerunt mihi lachrimæ meæ panes die ac
Pſ.101. v.10 nocte. & iterum, poculum meum cum fletu
miſcebam, à facie iræ indignationis tuæ. ſunt
tamen qui hoc verbum in menſura, aliter ex-
ponant: ſentientes, vel ꝙ pro qualitate crimi
num, nobis ad menſuram irrogetur afflictio:
1.Cor.10 e vel illud quod ait Corinthijs Paulus: fidelis
autem Deus eſt, qui non patietur vos tentari
ſupra id quod poteſtis. hæc quidem eſt men-
ſura pro viribus, ad eruditionem & probatio
nem: non ad oppreſsionem & ſuccumbentiā.
tuum nunc erit videre, an hic antecedentibus
& conſequentibus cohereat ſenſus. Sequitur.

7. *Poſuiſti nos in contradictioné vicinis no-*
*ſtris: & inimici noſtri ſubſannauerūt nos.*

Vicini inter ſe certant, quis prior noſtri do
minetur? ꝙ nos deſertos, & à te iam pene reli
ctos arbitrentur. legi etiam & ritibus, totiq;
fidei noſtræ contradicere nituntur, & non ſe
mel irriſerunt, quoniam adhuc tibi fidimus,
qui es vnica ſpes nr̄æ ſalutis. ſed audite (obſe
cro) martyres Dei incliti, quid mirum, ſi poſi
ti ſitis in cōtradictionem vicinis: cum & cru
Luc.2 e. cifixus ipſe quem prædicatis, colitis, & adora
Rom.10 c. tis, poſitus ſit in ſignum cui cōtradicetur? qui
Eſa.65.a. de Iſraele ac domeſticis conqueſtus ait: tota
die expandi manus meas ad populum nō cre
dentem, ſed contradicentem mihi. non ergo
vos miremini, ſi exteris in contradictioné po-
Heb.12.b ſiti ſitis. recogitate enim eū qui talé ſuſtinuit
à peccatoribus aduerſus ſemetipſum cōtradi
ctionem: vt non fatigemini, animis veſtris de
Act.13.g. ficientes, ait apoſtolus. ſic etiam legimus ꝙ
iudei repleti ſunt zelo, & contradicebant his
quæ à Paulo dicebantur blaſphemantes, rur-
Act.vlt.f ſumq; eidem apoſtolo dixerunt: rogamus à
te audire quę ſentis: nam de ſecta hac notum
eſt nobis, ꝙ vbique ei contradicitur. ſed quid
milites Chriſti? contradicant quantum volét:
vos immobiles perſeuorate, eſtote fortes in
bello. iam quidem eſt parta victoria per eū
qui vicit mūdum, & hæc eſt victoria quæ vin
1.Ioan.15.a cit mundum, fides noſtra. magiſtrum ac ducē
Eſa.50.c. veſtrum imitamini, & eius verba apud Eſa-
iam vſurpate. corpus (inquit) meum dedi per
cutientibus, & genas meas vellētibus, faciem
meam non auerti ab increpantibus, & conſ-
puentibus in me. dn̄s Deus auxiliator meus,
& ideo non ſum confuſus. ideo poſui faciem
meam vt petram duriſsimam: & ſcio quoniā
nō confundar. iuxta eſt qui iuſtificat me: quis
cōtradicet mihi? ſtemus ſimul. quis eſt aduer
ſarius meus? accedat ad me. legite totū caput,
eſt quidem mirabile. viriliter ergo agite ſan
cti & electi Dei: & confortetur cor veſtrū,
Pſ.30.v.26 omnes qui ſperatis in domino. ipſe enim pro
teget vos in tabernaculo ſuo, à contradictio
ne linguarū. & parcite (precor) imperito mi-
hi audaculoq; mel apiario vendēti. verba igi
tur ſunt martyrum, nunc ſecundum aduentū
expectantium: vt fuerunt ante patrum, aduen
tum primum toto affectu deſiderantiū. quo-
rum etiam iterum atque iterum importuna
& opportuna ingeminatur oratio.

8. *Domine Deus virtutum conuerte nos:*
*& oſtende faciem tuā, & ſalui erimus.*

Domine angelorum Deus, qui illis vultum
tuum ſemper oſtendis: oſtéde etiam nobis fa
ciem tuam ad nos conuerſus. appareat benig
nitas & humanitas tua, appareat gratia Dei &
ſaluatoris noſtri: & ſalui erimus. moueat pie
tatis tuæ viſcera: vel ſtatus ipſe vineæ tuæ,
quam plantaſti.

9. *Vineam de ægypto tranſtuliſti: eieciſti gē*
*tes, & plantaſti eam.*

Vinea domini exercituum: domus Iſrael
Eſa 5.a. eſt, ait Eſaias. hanc de ægypto euulſam, & ab
ydolatris extractam: ad terram fertilem mi-
rabiliter tranſuexiſti. de qua eijciens gentes
ſine fructu: plantaſti eam. repurgaſti ſuperfi-
cié eius, & fixit radices. atque vti bonus agri
cola cultor illius fuiſti: vt vberes tibi fructus
redderet in tempore ſuo. & optime pro his
qui commutabuntur, Aſaph teſtimonium
profert: quippe qui priorem eccleſiæ ſtatum
recenſet. nempe fœlix fuit tranſlatio & com



mutatio illa in figura. nimirum à ſtatu culpæ
ad ſtatum gratiæ: ſeptem illis nationibus, hoc
eſt ſeptem capitalium vitiorum generibus ex
pulſis: ſed fœlicior altera poſt Chriſti aduen-
tum, à lege ad euangelium. poſtremaq; fœli-
ciſsima erit ab huius vitæ peregrinatione, ad
celeſtem patriam tranſmigratio. Sequitur.

*Dux itineris fuiſti in conſpectu eius, &* 10.
*plantaſti radices eius: & impleuit terrā.*

Dux fuiſti in columna nubis per diem: & Exo.13.d.
in colūna ignis per noctem, populum tuum
antecedens: plantaſti radices eius, hoc eſt ve-
teris teſtamenti patres, qui in fide & timore
domini ſemper fixi permanſerunt. at vinea
ipſa creuit, atque vitium multitudine euſque
dilatata eſt: ꝙ impleuit terram. ſimili etiam,
ſed pfectiore ducatu, ſtrenuus ille dux Chri
ſtus, ſuam duxit eccleſiam, per fidem, ſpem, &
charitatem; die noctuq; præcedens: & planta
uit radices eius: quum eos quos per ſpiritum
ſanctum elegit apoſtolos cōfirmauit. quæ im
pleuit terram in dies excreſcens: ſit dux ipſe
benedictus in ſecula. hoc etiam in ſpiritu præ
uidentes, ſic olim præcinere patres, dux fui- Exo.15.b.
ſti in miſericordia tua populo quem redemi
ſti & introduces eos, & plantabis in monte
hæreditatis tuæ, firmiſsimo habitaculo tuo,
quod operatus es domine, ſanctuarium tuū
domine, quod firmauerunt manus tuæ. Seq.

*Opperuit montes vmbra eius: & arbu* 11.
*ſta eius cedros Dei.*

Tantum ſinagoga creuit, quæ tunc typum
gerebat eccleſiæ, ꝙ eius nomen & fama, fini-
timas nationes, reges & regna obſcurabat. ni-
ſi hæc altiore intelligétia accipere velis: vm
bram enim habens lex futurorum bonorum,
non ipſam imaginem rerum (ait apoſtolus) p Heb. 10. a.
ſingulos annos, eiſdem ipſis hoſtijs quas offe
runt indeſinenter: nunquam poteſt acceden-
tes perfectos facere. ſed audi mirabile. ſi illa
imperfectio & vmbra futurorum, montes ſu-
blimes quos mūdus iactabat, hoc eſt philoſo
phos & ſapientes, opperuit confuditq;, & ar-
buſta humilia illus vineæ, ſuperbas & altiſsi-
mas cedros ſuperarunt atque vicerunt: quos
non excellet veritas & eccleſiæ perfectio, cu
ius vmbra fides eſt? hæc profecto, ſua vmbra
tica (ſi dixerim) ſubobſcura & enigmatica
cognitione, omnes ſcientias vincit: certitudi
ne, etiam ſuperat & firmitate. eiuſq; arbuſta
(qui & vitis veræ palmites, propria æſtima-
tione humiles) electiſsimas etiā cedros Dei
quas ſic ſua phraſi vſus appellat pſaltes, ſapié
tia ſuperant & gratia. certe huic negotio non
ocioſe adaptari poteſt: quod iuxta Chriſti pa
rabolam de grano ſinapis ſcriptum eſt: quod Mat.4.d.
cum

cum ſeminatum fuerit, minus eſt omnibus ſeminibus: aſcendit tamen in arborem, & facit ramos magnos, ita vt poſsint ſub vmbra eius aues cæli habitare. Sequitur.

12. *Extendit palmites ſuos vſque ad mare: et vſque ad flumen propagines eius.*

Sic enim in deuteronomio huic vineę promiſſum extitit. ſi cuſtodieritis mandata mea ait dñs: omnis locus, quem calcauerit pes veſter: veſter erit, à deſerto & à libano, & à Deut.11.c. flumine magno euphrate, vſque ad mare occidẽtale, erũt termini veſtri. quæ omnia magis eccleſiæ ſacroſanctæ, & Chriſti vineæ florenti conuenire videntur. hæc enim palmites ſuos per orbem extendit: quum in omnem terram apoſtolicæ prædicationis exiuit ſonus, & in fines orbis terrę verba eorum. at quidquid in hoc ſeculo velut abiectum & vile, ſpernẽs calcat eccleſia: ſuum eſt. & à deſerto gentili populo, atque iudaico per libanum ſignificato, & à magno baptiſmalis innocentiæ flumine, vſq; ad amarum pœnitentiæ mare, in quo velut in occiduo noſtra pereunt flagitia quæq;: termini ſunt eius, & hui⁹ vitæ poſſeſsio. quippe qui ipſam inhabitant: aut de gentiũ ſunt populo, aut iudęorũ; aut innocentes aut pœnitẽtes: ſi ſunt viuentes. Sequitur.

13. *Vt quid deſtruxiſti maceriam eius: et vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam?*

Maceria vineæ: cuſtodia & protectio domini, & angelorum eius eſt. non vtiq; dormitas neque dormit: qui cuſtodit Iſrael. & Ps 120.v.4. eccleſia ſancta de ſe ait: vinea fui pacifico in ea Cant.8.d. quę habet populos. tradidit eam cuſtodibus: vir afferet pro fructu eius mille argenteos. & ipſe dominus, vinea mea coram me eſt. an non ipſe vineę ſuæ maceria eſt? ad quã (vt fructificet) eandem columbam ſuam vocat dicẽs: Cant.2.c. vineæ florentes dederunt odorem ſuum. ſurge propera amica mea, ſpecioſa mea & veni, columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ. nõne vinea electa hæc erat (inquit) quam tu domine plantaſti? vt quid ergo deſtruxiſti maceriam eius, vt omni trãſeunti ſit expoſita: queritur Aſaph? ſubtraxiſti cuſtodiã protectionis tuæ, rupiſti vallum: & ecce vindemiant eam, & fructum eius pro libito decerpunt omnes tranſeuntes: demones ſcilicet & tyranni, ac legis tuæ trãſgreſſores. Sequit.

14. *Exterminauit eam aper de ſilua: & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.*

Videtur per aprum de ſilua, ſignificare ad literam Nabuchodonoſor regem Babilonis, qui ſinagogã extra iudeæ terminos captiuam duxit: & per ſingularem ferum, Titum Romanum principem. miſticę autẽ, tyrãnus quiſq; potens, ſuperbus, crudelis, ac furibundus accipi poteſt: qui barbaris & incultis moribus viuens Deum nõ cognoſcit: & veri Dei cultores, frendens vt aper perſequitur, & quaſi fulminibus percutit illos, omniaq; deuaſtat. qualis Antichriſtus erit, de cuius tempore dictum eſt, ꝙ niſi breuiati fuiſſent dies illi: non Mat.14.b. fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur. iure etiam hęreticus ſingularis dicitur: qui ſuum erroneum, non catholicum & cõmunem ſequitur eccleſiæ ſenſum. expoſui hactenus domine Deus, vineæ tuæ deuaſtationem (ait Aſaph ille, qui iuxta tituli ſenſum pro his qui cõmutabuntur, hoc profert teſtimonium:) tu intende & proſpice illi.

*Deus virtutum conuertere, reſpice de cælo, & vide: & viſita vineam iſtam.* 15.

Eia igitur Deus angelorum potentiſsime: conuertere, nos ad te conuertendo. reſpice, in miſericordia præueniendo. vide gratiã cooperantem infundendo: & viſita vineam iſtã, noſtræ mortalitatis carnem aſſumẽdo, ac nobiſcum cõuerſando. veni tandem.

*Et perfice eam quam plantauit dextera tua: & ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.* 16.

Per filium hominis, Chriſtum in ſpiritu ſig Mat.2.c. nat, iuxta Matthei ſenſum, illud Oſeæ inter- Oſeæ.11.a. pretantis: ex ægypto vocaui filium meũ. tu ergo qui plantaſti: incrementum da Deus, 1.Cor.3.b. pfice opus tuum, non aliam planta. ecce vna & eadem eſt vinea electa, à primo Abel iuſto: & vnica futura eſt. ſed eam perfice, eadem qua plantaſti dextera: & ſic perfice, vt ad imperfectionem nequeat retrocedere. id ages, ſi ſuper regem Meſsiam, quem filium hominis, tibi æterno Deo per vnionem hypoſtaticam confirmaſti: ſtabilieris & fixeris eam. non eſt enim aliud perfectionis fundamentum quod quiſquam poſsit ponere præter id quod poſitum eſt, iamq; ab æterno præuiſum, quod eſt 2.pet.1.d. Chriſtus Ieſus. perfice ergo eam, & ſuper eum perfice & propter eum quem cõfirmaſti: ne quicquam imperfectionis aut infirmitatis habeat. confirmatus eſt vtique apud homines Chriſtus: accipiens à Deo patre honorem & gloriam, voce delapſa ad eum huiuſcemodi, à magnifica gloria. hic eſt filius meus dilect⁹ in quo mihi cõplacui: ipſum audite. hæc principis apoſtolorum verba ſunt. conuertere igitur, reſpice de cælo miſericors & miſerator Deus, vide & viſita factus homo (ait Dauid ſanctus) vineam perfice, conuoca gentes, aduc



aduc alias quas habes oues, ſtatue quod ante promiſeras euangelium, per prophetas tuos in ſcripturis ſanctis. moralia cõfirma præcepta, adde conſilia, iudicialium tempora rigorem, & cæremonialium quæ tantũ figura fuerunt: adimple (in carne veniens) figuratum. ſacramenta inſtitue gratiam conferẽtia, & pluuiam voluntariam (quam ſegregaſti Deus hæreditati tuæ) hoc eſt doctrinam & gratiam illi confer: vt abundãtes vites, eccleſia ſancta tibi germinet & gratas, id quidem vineã perficere eſt. Sequitur.

17. *Incenſa igni, & ſuffoſſa: ab increpatione vultus tui peribunt.*

Sit vnus ſenſus. te adueniente, viſitante, & in carne apparente; iamq; euangelio mundo corruſcãte: nihil prioris imperfectionis erit. ea quidem quæ vel à deordinato & male inflãmante amore ac deuaſtante concupiſcẽtiæ igne incenſa ſunt, adeoq; à mundano timore male deijciente ſuffoſſa, vt iam ſint pene radicitus euulſa: à conſpectu & vultu tuo peribunt. reliqua verò pullulabunt & erigentur: eris nanq; in ruinam & reſurrectionem multorum. ſit ſenſus alter. vt incẽſa igni & ſuffoſſa, ſit rectus numeri ſingularis, veluti nonnulli arbitrãtur, ita vt ſonet: incenſa igni & ſuffoſſa eſt vinea tua domine. ſed Chriſto tuo apparente (qui vultus tuus eſt) illoq; increpãte: incenſores & ſuffoſſores peribunt. prior autẽ ſenſus magis placet. Sequitur.

18. *Fiat manus tua ſuper virũ dexteræ tuæ: et ſuper filiũ hominis, quẽ cõfirmaſti tibi.*

Meritò vir dicitur Chriſtus, ſic à virtute Hier.31.e. appellatus, iuxta illud Hieremiæ teſtimoniũ, creauit dñs nouum ſuper terram: fœmina cir Zach.6.c. cundabit virum. aliudq; Zachariæ, ecce vir oriens nomen eius, qui ab inſtanti conceptionis oĩ fuit virtute prẹditus. iure igit̃ vir, & vir dexteræ Dei denominatur: per quem potentiæ ſuæ mirabilia fecit. ſuper hunc ergo virũ, ideſt ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi, qui (vt Pauli verbis vtar) prædeſtinatus Rom.1.a. ſiue oſtẽſus & declaratus eſt filius Dei in virtute: fiat manus tua. oſtẽde potentiam tuam, qua apud te manens: tibi eſt coęqualis. Sequit.

*Et non diſcedimus à te, viuificabis nos: et nomen tuum inuocabimus.* 19.

Quis nos ſeparabit à charite Chri ait Paulus? ac ſi dixerit, nullus. ecce (inquit) viſita Rom.8.g. nos in ſalutari tuo: & totius eccleſiæ nomine, fidei tuæ ſubſcribo. non enim diſcedemus à te vnquã. tu viuificabis nos, iuxta Oſeæ va- Oſeæ.6.a. ticinium dicentis: viuificabit nos poſt duos dies, in die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in conſpectu eius, ſciemus ſequemurq;, vt cognoſcamus dñm. & nomen tuum (ait) inuocabimus. non quidem nobis: ſed nomini tuo vitã aſcribemus & gloriam, tu vita es, nos autẽ qui perpetuo viuere optamus: tibi per fidem formatam, mira adhæſione connectemur. tu viuificabis nos, gratiam nobis conferens: nos tibi debitum impendemus honorem: nomen ſanctum tuum inuocantes. quia (ſicut ſcriptum eſt) omnis qui inuocauerit nomen dñi, Iohe.2.e. ſaluus erit. Sequitur.

*Domine Deus virtutum conuerte nos: et oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.* 20.

Ecce iã tertio eũdẽ ſermonẽ repetit. Deus (inquit) ſupernarũ virtutũ: nõ dedigneris nos homines à te auerſos. conuerte nos: qui ad te & propter te feciſti nos. & oſtende nobis faciem tuam: vt te ſummo bono cui credimus in via: fruamur in patria. rex regum Deus, qui in trinitate perfecta viuis & regnas, per infinita ſeculorum ſecula Amen.

EPILOGVS PSALM. 79.

*Qui regis Iſrael intende: qui deducis uelut ouem Ioſeph. Intende rex & paſtor: & tu ſapientia patris æterna, quæ ſublimia illa cherubin ſuperas, ubi ſcientiæ eſt plenitudo: ueni, attingens à fine uſq; ad finem fortiter, & diſponens omnia ſuauiter, manifeſtare in homi-* Sap.8.a. *ne factus homo: excita potentiam tuam & ueni, ut ſaluos facias nos. conuerte nos ad te Deus: & conuertemur. atq; oſtende filium tuum incarnatum (qui facies & imago tua eſt) & ſalui erimus. dñe Deus angelorũ, quouſq; ueluti iratus non exaudies ad te clamãtes: et cibabis ac potabis nos pane doloris & anguſtiæ, atq; lachrimis compunctionis? ecce poſuiſti nos inter inimicos, inuicem hoc ſolo certantes: huius ne an illius futuri ſimus præda? exaudi iam ergo orationem noſtram denuo repetitam. dñe Deus uirtutum conuerte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus. tu quidem uineã de ægyto tranſtuliſti, erradicaſti uepres, & plantaſti eam, atq; te cultore adeò in fide radicata creuit: ut impleat terram. & dilatata: operiat montes umbra eius, & altiſsimas ac ſuperbientes ſeculi huius cedros, uel ſola excellat umbra: hoc eſt, fide ipſa humanam ſapientiam ſuperet. extendit palmites ſuos (quos apoſtolos appellare licet) in omnem terram. & quæ ſic piè laſciuiens dixerat: uinea fui pa-* Cant.8.a. *cifico, in ea quæ habet populos: nunc quaſi obliuioni tradita, uiſa eſt. ut quid deſtruxiſti dñe maceriam eius: qui protectionem ſolitam ſubtraxiſſe uideris? & uindemiant eam impij omnes, barbari, atq; tyranni, ſeuusq; ipſe ſathanas, iniquorum omnium caput, ut aper de ſilua: et ſingularis ferus depaſtus eſt eã. Deus uirtutũ conuertere, reſpice, uide, uiſita, et perfice uineam quam plantauit dextera tua. perficies*

illam:

*illam: ſi ipſam radicari feceris ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi: qui Chriſtus Ieſus eſt; Dei & hominis filius. omnia quidem reſarcientur in illo, qui bonorũ omnium fons eſt ac totius uirtutis origo: ſiue ſint incenſa amoris mundani edaciq; concupiſcentiæ igne, quem temperantia excludet: ſiue ſeculari timore ac indigna & puſillanimi deiectione ſuffoſſa: quã fortitudinis uirtus expellet. fiat igitur manus tua ſuper hunc uirum dexteræ tuæ, per quem debellabis ſuperbos: atq; humiles ad te trahes. &* Io. 6. *nõ diſcedemus à te: uiuificabis enim nos. nam ad quem ibimus: quia uerba uitæ æternæ habes? quamobrem te iterum atq; iterum inuocamus. dñe Deus uirtutum conuerte nos: & oſtende faciem tuam et ſalui erimus. ego interim pro tanti muneris elargitione: in tui laudẽ excitans, electos omnes conuocabo.*

## PSALM. 80.

**E***XVLTATE Deo adiutori noſtro: iubilate Deo Iacob.*

Huic pſalmo titulus eſt: in finem pro torcularibus, pſal. ipſi Aſaph, quinta ſabbati. qui ſit finis, quę torculaira & Aſaph: ſatis ſuperioribus locis, & pſalmo præſertim octauo expoſuimus. videtur quidẽ innuere ꝙ hic pſalmus in finem dirigat qui Chriſtus eſt: decantandus ipſi Aſaph, hoc eſt, congregationi fideli, quinta ſabbati, in qua ſacramentum eucharistiæ in memoriam paſsionis Chriſti inſtitutum fuiſſe nouimus. commonet igitur & inuitat eccleſiã propheta ſanctus, vt lætabunda interiore iubilo & exteriore exultatione: ꝓ tanti muneris elargitione, & diuini fructus ꝑceptione, Deo adiutori ſuo immortales gratias agat: nẽ ſit ipſi ingrata, vt ſinagoga, cui in
Leui. 23. d. figura pro torcularibus, pro fructibus ſcilicet abundanter collectis menſe ſeptembri: di
Num. 29. b cendus ad literam propoſitum fuit olim. ait ergo, exultate Deo adiutori noſtro. eia vos fideles: diem feſtum agite Deo, qui nobis infirmátibus, iamq; morti addictis, opem tulit. eius forti potentiæ & pientiſsimæ miſericordię, pro viribus dicite laudem. iubilate etiam Deo, ſicq; ꝓ inextimabili accepto dono, gaudium mente conceptum: quod nec celari, nec ex toto poſsit aperiri. id geſtibus & ſignis pãdite: etiamſi voces non ſuppetant & verba. inſtent huic officio vires corporis & animæ
Pſ. 88. v. 15. ſimul: quia beatus populus qui ſcit iubilationem. vos iubilate Deo: cui votum vouit Ia-
Gen. 28. d. cob dicens: ſi fuerit dñs mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcẽdũ &c: erit mihi dñs in Deum. ecce plenisſimè compleuit vniuerſa: qui panem nobis contulit cæleſtem. quamobrem iubilate Deo in voce exultationis.

2. *Sumite pſalmum, & date tympanum: pſalterium iucundum cum cithara.*

Phili. 4. c. Ac ſi dixerit. vos iuxta ſenſum apoſtoli, communicantes in ratione dati & accepti: ſumite pſalmum gratiarum actionis, qui corporis & ſanguinis Chriſti ſumitis ſacramẽtum: & omni inſtrumento muſico, ac benè ſonante harmonia, date tympanum. per tympanum enim quod exſiccato & extẽſo corio fit; carnis noſtræ pellis, per abſtinẽtiam & macerationem exiccata, & per patientiam ac tolerantiã cruci Chriſti affixa extenſaq;, venit moraliter intelligenda. quæ aduerſitatibus percuſſa, dum Deo pro parta victoria gratias agit: lætũ & gratum ſonitum illi reddit. etenim iucũdum eſt pſalterium cum cithara: & meditatio æternorum, vnà cum mortificatione membrorũ. ſonat quippe (vt ſæpe diximus) à ſuperiore parte pſalterium: & ab inferiore cithara. ꝙ ſi conueniant ſimul: Dei aures oblectant, & diabolum fugant, dicente Chriſto: hoc genus dæ Mat. 17. d
moniorum in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio. at ſi per pſalmum & pſalterium ſpiritualia & æterna: per tympanum vero & citharam, carnanalia noſtra ac temporalia velis accipere, ſenſus erit: ſumite pſalmum, hoc eſt, accipite ſpiritualia de manu dñi: & date tympanum, temporalia veſtra pauperibus erogantes. non quia quæro datum (ſubiũgit iſdem apoſtolus) ſed requiro fructũ abũdantem in ratione veſtra. ſumite ergo in Dei laudem, & gratiarum actionem, pſalterium, & in pſalterio pſalmum, pro beneficijs de ſupernis ad nos deſcendentibus: ſimulq; tympanum cum cithara, pro his, quæ ex Dei gratia de his terrenis in cælum aſcendentibus exhibuiſtis. id quidem gratum eſt & iucũdum in conſpectu dñi, perinde ac demulcens aures eiuſdem, aut quod in idem recidit: vtranque vitam intellige, contemplatiuam ſcilicet quę erga Deum: & actiuam quæ erga proximum propter Deũ, verſatur. vel poſtremo, per pſalterium decacordum & citharam, quæ duo inſtrumenta manu pulſantur, & alterum à pſallendo, alterum vero à percuſsione cita denominatur: bipartitam præceptorum Dei accipe adimpletionem. alia ſunt enim quæ in ſuperiore parte ſonant, quæq; ſunt circa Deum, vt primę tabulæ pręcepta: alia vero circa proximum propter Deum, vt præcepta ſecundę, quæ partem inferiorẽ concernunt. hæc ſimul opera, per pſalterium & citharam ſignificata: Deo ſunt iucunda. nec eſt alia cõſonantia euſq; Deo placita: quam dilectio Dei & proximi. hæc vtique modulatio ad oĩs perfectæ muſicæ reducitur harmoniã. dicẽte domino: Mat. 22. d
in



in his duobus mandatis, vniuerſa lex pendet & prophetæ. Sequitur.

3. *Buccinate in neomenia tuba: in inſigni die ſolennitatis veſtræ.*

Ad militiã & triumphum, mœrorẽ & gaudium, pœnitentiam & gratiarum actionem, exhortari videtur. ecce per tubam, quæ ſolet victoribus ac triumphantibus adhiberi, milites ad prælium cõuocare, quæq; pugnantibus addit animum, & inimicis timorem incutit: euangelij exprimitur prædicatio, iuxta illud
Eſa. 58. a. Eſaiæ: clama ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocẽ tuam, & annuntia populo meo &c. at neomenia & nouilunium noſtrum: noſtra eſt cõuerſio & expiatio, cum ſit deſtructio priſtinæ vitæ, & nouæ initium. nimirum hæc potior ſolẽnitas noſtra eſt, hic inſignis & ſanctificatus qui nobis illuxit dies: certe numerandus meliore lapillo. hanc igitur (ait) obſeruate diem quæ vobis quinta ſabbati eſt, in qua vos de
Gen. 1. c. nuo cõdidit Deus, dum quaſi piſces in aquis baptiſmi regenerauit: & quaſi aues in altum tendere: atque in cælum cogitatione & auiditate fecit aduolare. buccinate igitur tuba in hac neomenia & nouę vitæ inchoatione. miris altiſſoniſq; efferte præconijs miſericordiam Dei: qui nos liberauit, & vocauit vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra: ſed ſecundum propoſitum ſuum, & gratiam quæ data nobis in Chriſto Ieſu. ante tempora
2. Tim. 1. c. ſecularia ait Paulus: manifeſtata eſt aũt nunc
Pſ. 150. v. 3. &c. laudate ergo eum in ſono tubæ: hæ ſiquidem partes veſtræ ſunt. vos autem genus ele
1. Pet. 2. b. ctum (ait apoſtolorum princeps) regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis: vt virtutes annuncietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumẽ ſuum. qui aliquãdo nõ populus Dei: nunc autẽ populus Dei. qui non conſequuti miſericordiam: nunc aũt miſericordiam conſequuti. ꝙ ſi iudeorũ populus carnales illas ſuas neomenias & ſua ſabbata, propter temporalia, mordicus tenebat & obſeruabat: cur vos ſpirituales veſtras, nõ colitis & celebratis? illis noua luna: vobis noua vita. renouamini autem ſpiritu mentis ve
Ephe. 4. f ſtræ (ait Paulus) & induite nouum hominem qui ſecundũm Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. illis temporalis fructus: vobis ſuper benedictus ille ventris intacti, cęleſtis quidem & æternus adeſt. buccinate ergo. inſignis & celeberrima ſit vobis hæc quinta dies.

4. *Quia præceptum in Iſrael eſt: & iudiciũ Deo Iacob.*

Leui. 23. d. Præceptum eſt, iudiciumq; ſimul & teſti-
Num. 29. b monium in Iſrael: Deo Iacob & Ioſeph. præceptum ſinagogæ, iudicium Deo, teſtimoniũ eccleſiæ. præceptũ enim eſt homini, iudicium autem Deo qui de eius obſeruãtia iudicabit: non tantum quoad ſubſtantiam præcepti: ſed quoad intentionem præcipientis. eſt etiam teſtimonium Ioſeph, & eccleſię populo augmẽtato (nam Ioſeph augmentum ſonat) non vt illud in cortice & occidente litera ſeruet: ſed vt per effigiem nouerit effigiatum, diſcatq; ꝑ figuram cognoſcere figuratum. & quum audierit priorem populum clangentẽ tuba mẽſe ſeptimo, & in tabernaculis habitantem: ad beneficia potiora, quæ à Chriſto dño chriſtianus populus accepiſſe cõſtat, fidei obtutum dirigat: & illa prædicet libera voce proclamans. ferunt huius ſolennitatis tubarum multiplicem fuiſſe cauſam. ſcilicet in memoriam ſacrificij fidelis Abrahæ: qui ad pręceptũ dñi, obedientiſsimum perinde ac patientiſsimum filium ſuum quem diligebat Iſaac, voluit im Gen. 22. c.
molare. ſed iam omnibus diſpoſitis prohibitus eſt à dicente angelo: non extendas manũ tuam ſuper puerum, nunc cognoui ꝙ timeas dñm, & nõ pepercisti vnigenito filio tuo ꝓpter me. leuauit Abraam oculos ſuos, viditque poſt tergum arietem inter vepres hærentem cornibus: quem aſſumens: obtulit holocauſtũ pro filio. cuius rei gratia filij Iſrael: corneis buccinis ac tubis concrepabant: quaſi verum futurum Iſaac, iam tunc in figura prænunciarent, qui factus obediẽns vſque ad mortem, & baiulans ſibi crucem, tanquam agnus innocens Deus ipſe impaſsibilis, in carne paſsibili ſpineam coronam deferens: libenter oblatus, & patienter immolatus eſt. dixeras tu Iſrael futurum, qui myſterium depictum videras in Iſaac: ideoq; buccina clangis, quia præceptum in Iſrael eſt. tu iam nunc chriſtiana proles factum prædica, vt ex fide noſti: quia teſtimonium tibi eſt, & iudicium Deo Iacob, qui in cruce moriens: diabolum vicit & ſupplantauit. hoc fac & viues. corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſsio fit ad ſalu- Rom. 10. b.
tem. ecce iudicium eſt Deo Iacob. neq; enim pater iudicat quenquam (intellige inuiſibili Ioan. 5. d.
carne) ſed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem, & poteſtatem dedit ei iudicium facere: quia filius hominis eſt: nolite mirari hoc, eſt etiam & Deus Iacob, cui vt victoriæ debẽt triũphus, ita autoritas cõuenit iudicandi. obſerua igiẽ præceptũ, ĩmo verius præcepti teſtimoniũ: ne iudiciũ ſubeas dãnationis. Seq.

5. *Teſtimonium in Ioſeph poſuit illud, cum exiret de terra ægypti: linguam quam nõ nouerat audiuit.*

Tria (vt diximus) enumerat. præceptum
ſcilicet,iudicium , & teſtimonium. per quæ
(ſi diſtincta ſint)præcepta moralia , iudicia-
lia,& cæremonialia, quæ in lege continẽtur:
accipere licebit. vnde cæremonialia teſtimo
nium vocat in Ioſeph: eò ꝙ tãtum figura fuẽ
rint,aliudq́; teſtificentur & ſignent. cum er-
go populus ab ægypto eductus,quinquageſſi
mo ab egreſſu die,hoc eſt quinta decade:(iux
ta tituli myſterium de quinta ſabbati) legem
accepiſſet : linguam quam ante non nouerat
audiuit.niſi forte Ioſeph nomine(vt par eſt)
auctus gẽtilis iamq́; chriſtianus eccleſiæ po-
pulus veniat intelligendus iuxta illud bene-
Gen. 49.c. dictionis eulogium : filius accreſcens Ioſeph
&c: & tribus illis nominibus euangelium nun
Pſ.18.ve.8. cupetur.quod alibi:legem dñi immaculatam,
præceptum dñi lucidum,iudicia dñi vera, te
ſtimonium dñi fidele,varijsq́; nuncupationi-
nibus iſdem appellat pſaltes.quod vtique euã
gelium qui tunc primum audierant:mirabanẽ
Mar.1.c. dicẽtes: quid nam eſt hoc,quæ doctrina hæc
noua? & Athenienſium quidam( prædicante
Act.17.d. Paulo)dicebant: quid vult ſeminiuerbius hic
dicere?ſic enim ſeminilogos, paruæ æſtima-
tionis homines appellare ſolebãt philoſophi
illi inflati Athenienſes : ſumpto ſymbolo ab
auicula ad nihil aliud apta , quam ꝙ diſperſa
in via ſemina legat,rurſumq́;illi.poſſumus ſci
re quæ eſt hæc noua quæ à te dicitur doctri
na?noua enim quædã infers auribus noſtris.
volumus ergo ſcire , quidnã velint hæc eſſe?
certè linguam etiam quam non nouerant au
Mat.13.c. dierant apoſtoli, qui magiſtro ſuo dicebant:
ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri.
audierant itidem & hi qui non nouerant: qui
qui quum dicentem dñm audiſſent:niſi man-
Ioan.6.f. ducaueritis carnem filij hominis & biberitis
eius ſanguinem,non habebitis vitam in vobis
&c:dixerunt:durus eſt hic ſermo, & quis po
teſt eum audire?abierũtq́; retrorſum. hoc igi
tur fidele euangelij teſtimonium poſuit in Io
ſeph:cum exiret de terra ægypti,hoc eſt , de
tenebris ad lucem:& linguam quam non no-
uerat audiuit. vnigenitus quippe filius , qui
Ioan.1.b. eſt in ſinu patris:ipſe enarrauit (ait euangeli-
Ioan.3.c. ſta Ioannes) de quo & alter baptiſta dicit:
quod vidit & audiuit hoc teſtatur:& teſtimo
nium eius nemo accipit.qui autem acceperit
eius teſtimonium:ſignificauit ꝙ Deus verax
eſt. quẽ.n.miſit Deus: verba Dei loquiẽ. Seq.

*Diuertit ab oneribus dorſum eius: & ma*
6. *nus eius in cophino ſeruierunt.*

Quod ad literalem ſenſum pertinet: ex ge
neſi nouimus. fuit enim patriarcha Ioſeph à
Gen. 41. c. ſeruitute Phutipharis mirabiliter liberatus,
princepsq́; ſuper totam ægyptum conſtitu-
tus:ſimul; & eius progenies cæteraq́; Iſrae-
litica cohors à tyrannide Pharaonis,cui om-
nes in cophinis ſeruiebãt, & terram,lutum at
q; paleas ad conficiendos lateres aſportabãt.
terribiliter educti.at ſi allegoricum ſenſum ꝓ
ſequamur: onera legis grauia & importabilia
dorſo eorum impoſita,& quæ pro tempora-
lib⁹ & terrenis Deo quaſi in cophino aut ſpor
tella populus ille impendebat obſequia,rectè
accipimus.de quibus dñs in euãgelio(ſcribas Mat. 23.a
& phariſeos carpens)ait: alligant onera gra-
uia & importabilia,& imponunt ſuper hume
ros hominum:degito autem ſuo nolũt ea mo
uere.nempe alligabant illi,quibuſdam fabulo
ſis rationibus ea cõmendantes:quæ nec leuis
obſeruantiæ tactu implere volebant. & in a-
ctis apoſtolorũ Petrus: quid tẽtatis Deũ ( in
quit)imponere iugũ ſuper ceruices diſcipulo Act.15.e.
rũ: quod neq; nos neq; patres nr̃i portare po
tuimus? ſed per gratiam dñi noſtri Ieſu Chr̃i
credimus ſaluari:quemadmodum & illi. erat
quippe iugum legis durum:& onus graue.ni-
mirum manus ſub legis iugo exiſtentium: in
cophino duntaxat ſeruierunt, ad colligendas
paleas terramq́; deferendam. vas quidem erat
& anguſtum: & quale obſequium,tale & pre
mium,terrenum ſcilicet & temporale. atqui
gaudeat nunc ipſa(quam Chr̃s redemit)eccle
ſia : ꝙ diuertit ab huiuſmodi oneribus legis,
& ſarcinis peccatorum,dorſum eius:quũ ip-
ſam vocauit & ad ſe traxit dicens : venite ad Mat.11.d.
me omnes qui laboratis & onerati eſtis : &
ego reficiã vos.tollite iugũ meum ſuper vos,
& diſcite à me,quia mitis ſum & humilis cor
de:& inuenietis requiem animabus veſtris.iu
gum enim meum ſuaue eſt, & onus meum le
ue.non ſic electorum manus in cophino ſer-
uiunt,qui non paleas quærunt,ſed grana:non
lutum,ſed aurum:non terram ſed cælum:non
temporalia,ſed æterna:nõ deniq; creaturam,
ſed ſuum cupiunt & quærunt creatorem,qui
ſeſe illis promiſit in præmium.exultẽt igitur
Deo adiutori ſuo,iubilent Deo Iacob , & in
muſicis inſtrumentis cũ ſummis laudibus effe
rant,& libera voce atq; ſonora munificum il
lum prædicent ac potentiſſimum Deum:qui
oblatus eſt pro mũdi ſalute, qui nos vocauit
in adoptionem filiorum,legem poſuit viam
iuſtificationum ſuarum,diuertit noſtrum ab
neribus dorſum, ſeſe nobis cõtulit in cibum,
fouet ad meritum,& reddet in præmium.ip-
ſi gloria,decus,honor & imperiũ. Sequitur.
*In tribulatione inuocaſti me, & libera-*
*uite, in abſcondito tempeſtatis : probaui*
*te apud aquam contradictionis.*

Tu



Tu Iſrael in tribulatione poſitus, ſub du-
Num.20.b ra ægyptiorum ſeruitute inuocaſti me ( ait
dñs)quem propheta loquentem inducit:& li
beraui te.neque enim aliqua mihi ante obtu-
leras ſacrificia:ſed ad ſolam tuam inuocatio-
nem,effectu reſpondi. & cum te anxium vi-
derem,& intra cordis abdita gementem, at-
que nimium æſtuantem:(nec enim tibi in ꝓ
patulo vel mutire licebat)exaudiui te, ſatiſ-
feci abunde,& te libertate donaui. at proba-
ui te apud aquam contradictionis.non vt ſci
rem,qui ante omnia noui:ſed vt ſcires, qua-
lis eſſes.nam qui tunc fueris : vel ex loci no-
mine nunc coniectare poteris.ò quoties ex-
audit nos dñs, quũ interiore animi angimur
tempeſtate? quum multis ac varijs hinc inde
tentationibus vrgemur. quum teſtimonium
Rom.2.d. denique perhibente conſcientia:peccatorum
quatimur procellis inter ſe inuicem cogita-
tionum accuſantium aut etiam defendentiũ?
nec voces nr̃as aut inuocationes expectat:
Pſ.9.ve.41. ſed ſicut ſcriptum eſt: deſiderium pauperum
exaudiuit dñs.ſatis eſſe arbitratus:ꝙ optent
& concupiſcant & iſdem pſaltes Deo & pro
Pſ.102.ve.5 priæ animæ congratulatur dicens:qui replet
in bonis deſiderium tuum.quum autem pro-
Num.20.b bat nos ad aquas cõtradictionis: collati bene
ficij ĩmemores illi diffidimus, labimurq́; qua
ſi infirmi & ingrati. ſcimus vtique de petra
Ioan.19.f lancea percuſſa , largiſſimam fluxiſſe aquam
in noſtrã omniũq́; ſalutem: & adbuc rebelles
& increduli deſperamus.quare ſubiungit.
*Audi populus meus: & conteſtabor te:*
8. *Iſrael,ſi audieris me , non erit in te Deus*
*recens ,neque adorabis Deum alienum.*
Exo.20.a. Popule mi quem elegi,& ab alijs in meum
pecculium ſegregaui:hoc vnum à me audi,&
ſit tibi euſque fixum: vt tuo nũquam labatur
animo.audi(inquã) & voluntatis meæ ac pla
citi:primum,verum,firmum , & ĩmutabile,ti
bi faciã teſtimonũi. ſcito ꝙ ſi mihi obediens
futurus ſis:nõ erit in te Deus recẽs.De⁹ recẽs
eſt:qui non ab æterno Deus eſt.quemq́; intel
lectu vel manu pro libito finxit, & ſibi vel al
teri adorandum colendumq́; iniquus artifex
propoſuit homo, qui etiã ideo Deus alienus
dicitur:ꝙ à vero Deo eiusq́; diuinitate,natu
ra ſit alienus,vt muta ydola gentium.non ſic
Chriſtus Ieſus Deus & homo , Dei & homi-
nis filius . qui & ſi homo factus ex tempore:
Mich.5.a. ſed egreſſus eius ab initio à diebus æternita-
tis.recens natus de Maria virgine matre : ſed
coæternus & conſubſtantialis patri.Deus de
Deo,& in temporis plenitudine propter ho-
mines factus homo.non eſt ergo Deus recẽs:
qui ab æterno Deus.vos igiẽ fideles qui dñm
Ieſum,Deum verum verumq́; hominem cre
ditis:nolite alium vobis recentem , & ab illo
alienum quærere Deum:non ambitionem,lu
xum,auaritiam,ingluuiem,cæteraq́; id genus
vitia,ſic toto proſequamini cultu atque affe
ctu:quaſi hæc vobis in deos effingatis : ſicut
illi quorum Deus vẽter eſt(ait apoſtolus) & Phili.3.d.
gloria in confuſione ipſorum,qui terrena ſa-
piunt.& alibi:hoc enim ſcitote, intelligẽtes, Ephe.5.b.
ꝙ omnis fornicator aut ĩmundus aut auarus,
quod eſt ydolorum ſeruitus:non habet hære
reditatem in regno Chriſti & Dei.Sequitur.
*Ego enim ſum dñs Deus tuus, qui eduxi*
*te de terra ægypti: dilata os tuum & im* 9.
*plebo illud.*

Audite mendaces & ingrati,qui conflatilẽ Exo.32.d.
vitulum adorantes , illiq́; holocauſta & ho-
ſtias pacificas offerentes dixiſtis : hi ſunt dij
tui Iſrael qui te eduxerunt de terra ægypti.
labia veſtra loquuta ſunt mendacium: & lin
gua veſtra iniquitatem fatur.audi Iſrael,ſi au Eſa.59.a.
res audiendi habes: ego ſum dñs Deus tuus
qui eduxi te de terra ægypti:non vitulus ille
opere fuſorio ſimul & ſathanico formatus.
ego ego ſum Deus. videte quòd ego ſim
ſolus: & non ſit alius Deus præter me.Deus
fidelis & abſque vlla iniquitate , iuſtus & re- Deut. 32. a
ctus . generatio praua atque peruerſa , hæc
cine reddis domino , popule ſtulte & inſi-
piens?nõ ſic ego,ſed dilata os tuum & imple
bo illud.aperi,dilata & extende.& qui hacte
nus terrena atque temporalia petijſti : cæle-
ſtia & æterna pete,& ego implebo illud.vos
etiam Chriſticolæ, audite apoſtolum dicen-
tem:os noſtrum patet ad vos ò Corinthij,cor 2.Cor.6.b.
noſtrum dilatatum eſt,nõ anguſtiamini in no
bis:anguſtiamini autem in viſceribus veſtris.
ac ſi dicat , ſi anguſti eſtis & in petendo ſtri-
cti:non eſtis anguſti in nobis:eſtis anguſti in
viſceribus veſtris.eandem autem remunera-
tionem(mihi ſcilicet veſtro rependite patri)
tanquam filijs dico,dilatamini & vos.nolite
iugum ducere cum infidelibus.petite res grã
des:& à Deo petite Deum , à rege regnum.
non à Mercurio(vt ethnici) ſapiẽtiam,à Mar
te vires,à Cerere & Bacho fructus,à fortuna
denique aurum.hæc nanque,portenta ſacrile
ga ſunt.petite à Deo vero: verum & duratu
rum.ſi quis autem veſtrum indiget ſapientia
(Iacobus apoſtolus ait)poſtulet à Deo , qui- Iaco.1.a.
dat omnibus affluenter & non improperat,
& dabitur ei.poſtulet autem in fide,nihil hæ
ſitans. dilatet os ſuum, petat quod dantem
& accipientẽ deceat:quandoquidẽ eſt Deus,
qui abundanter petitionem adimpleat:quiq;
(vt Paulus ait)potens eſt omnia facere ſuper Ephe.3.d.
abun-

abundanter quam petimus aut intelligimus.
Luc.1.d. quia non eſt impoſsibile apud Deum omne
10. verbum. Sequitur.
*Et non audiuit populus meus vocem meã: & Iſrael non intendit mihi.*
Cui ſimiles dicã homines generationis hu
ius? ſimiles ſunt pueris ſedentibus in foro &c,
Luc.7.e. ait Chriſtus. ecce plura cecini, dixi exultate
Deo, ſumite pſalmum, buccinate, audi po-
pulus meus, & huius farinę alia: & non audi-
uit. huius rei non ſemel conqueritur Deus in
ſcripturis ſanctis, & ſignãter per prophetam
Hier.11.b. ſuum Hieremiam dicens: mane cõſurgens cõ
teſtatus ſum & dixi, audite vocem meam, &
non audierunt. nec inclinauerunt aurem ſuã:
ſed abierunt vnuſquiſque in prauitate cordis
Eſa.66.b. ſui mali. & per Eſaiam, vocaui: & nõ erat qui
reſponderet. locutus ſum, & non audierunt.
non ergo ſunt excuſabiles, nec venia aut Dei
Eſa.3. opitulatione digni: qui vocem dñi obdurato
animo audire renuerunt. meritò igitur con-
digna ſic obſtinatis inflicta à domino deſcri-
bitur pœna. Sequitur.
11. *Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus ſuis.*
Hæc dimiſsio, non impunitas: ſed vltio ma
gna eſt. ſubtrahit quidem dñs ab huiuſmodi
induratis gratiæ ſuæ auxilium, eoſq; ſibi ip-
ſis quaſi ſeuis carnificibus cruciandos relin-
Rom.1.c.d. quit. de quibus apoſtolus ait: propter quod
tradidit illos Deus in deſideria cordis eorũ:
in immunditiam. vt contumelijs afficiant cor
pora ſua in ſemetipſis. iterumq; ꝓpterea tra-
didit illos Deus in paſsiones ignominię &c:
mercedẽ quam oportuit erroris ſui in ſemet
ipſis recipientes. & rurſus, tradidit illos Deꝰ
in reprobum ſenſum. vbi etiã tertio hoc ver-
bo tradidit (pro eo quod eſt dimiſit ſubtrahẽ
do gratiam) vſus eſt. æquum eſt enim, Dei iu
ſtitia deſerantur: Dei ſui ex propria malitia
deſertores. vt dum cordis ſui, (proni ad ma-
lũ) effrenes ſequũtur affectus: in abrupta pec
catorum præcipitia damnabiliter cadãt. Seq.
12. *Si populus meus audiſſet me: Iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet.*
Ponitur hoc verſu, antecedens proloquij
conditionalis: cuius conſequens in ſequenti
deſcribitur. multoties enim Deus temporalia
ſubtrahit: vt inquiramus æterna. non auxiliatẽ
vt auxilietur. auertit vt conuertat. deijcit vt
erigat. deſerit tandem: vt quales deſerti ſimus
agnoſcamus, & ipſum inuocemus adiutorẽ,
ne in æternum pereamus. ſi populus (inquit)
meus audiſſet me. vide quãta ſit pietas in De
um: & eius obſeruãtia præceptorum. nam ad

omnia vtilis eſt (ait paulus) promiſsionem ha 1.Tim.4.b
bens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ. audiat nũc
igitur chriſtianus populus: quem hebræus au
dire contempſit. de quo ſcriptum eſt: non di Iudi.2.d.
miſerunt adinuentiones ſuas: & viam duriſsi
mam per quam ambulare conſueuerant. nos
autem non ſic: ſed in vijs dñi ambulemus, mã
data cuſtodiẽtes. quia viæ eius viæ pulchræ:
& oẽs ſemittæ illius pacificę, ait ſapiens. Seq. Pro.3.b
*Pro nihilo forſitam inimicos eorum humi* 13.
*liaſſem: & ſuper tribulãtes eos miſiſſem manum meam.*
Pro nihilo reputarem, ſolo nutu, quaſi fla-
tu deijcere, excutere ac proterere illos: qui
populo meo inimicãtur. facerem vtiq; quod
ante feci nullo labore præuio: & ſuper tribu-
lantes eos potentiam meam oſtenderem, eo-
rundem pedibus ſubdens proſternenſq;, quo
populus conculcaret affligentes ſe. nec id effi
cere magni eſſet negoti, aut momẽti apud me
qui omnia poſſum. illud etiam, forſitam, non
dubitationem infert: ſed diuinæ potentiæ li-
bertatẽ. ſi populus (inquit) meus audiſſet me:
ſum adeò potens, bonus ſimul & liber, cui ne
mo reſiſtere poteſt: vt pro nihilo, nullis ſcili-
cet alijs illorum precibus commotus aut me
ritis, ſed meapte miſericordia, & manu mea
potente: eorum cõprimerem inimicos. at fre
gerunt pactũ, & promiſſa irritarunt. ideò tra
diti ſunt in manus inimicorũ ſuorũ, ipſiq; ini
mici mei facti ſũt. de quibus ꝓpheta ſubiũgit.
*Inimici dñi mentiti ſunt ei: & erit tem-* 14.
*pus eorum in ſecula.*
Mentiuntur in caput ſuum, qui primam fi-
dem irritam faciunt, & ea amplectuntur de-
nuo: quibus ante abrenuntiauerant. Sicut illi
qui dixerant: omnia quę mandauit dominus
faciemus: & erimus obedientes. qui ſtatim vi Exo.32.
tulum conflatilem (pacti immemores) adora
uerunt. quorum tempus erit in ſecula. quia ij
qui in tempore peccauerũt: in perpetuum a-
pud inferos cruciabuntur. infœlix profecto
temporis cõmutatio. ſatius illis fuerat, dete-
ſtandũ ſuum facinus lachrimis diluiſſe, & pœ
nam æternam cui ſeſe per pecatũ addixerãt,
per pœnitentiã in tẽporariã cõmutaſſe. Seq.
*Cibauit eos ex adipe frumenti: & de pe-* 15.
*tra, melle ſaturauit eos.*
Audiſtis priſci populi & quotidie peccan
tium tranſgreſsiones: audite iam munificen
tiſsimi Dei benignitatem. quippe qui cibauit
manna è cælo demiſſo: quos iuſte potuerat
abſinthio & felle cibare. ſic cibat interdum
ſeruos dulciſsimus pater edulio gratiæ ſuæ
precioſiore: vt affectent eſſe filij. Nos etiam



ſuauiſsimo, pingui ac delicato corporis ſui
pane quotidie cibat: & dulciſsimo ſapientię
atque doctrinæ melle nutrit. Confert gra-
tiam, donabit & gloriam: quam dominus Ie
ſus nobis præſtare dignetur, viuens in ſecula
ſeculorum amen.

## EPILOGVS PSALM. 89.

*EXultate Deo adiutori noſtro: iubilate Deo Iacob. Exultate & iubilate pro abundante uineæ fructu. ſumite pſalmum, & in torculari ſolitum celeuma cantate, & date tympanum: eſt quidem pſalterium iucundum cum cithara. buccinate tuba in nouo homine Chriſto, atque uitæ & ſpiritus nouitate. Ecce inſignis eſt hic dies, qui illuxit nobis, dies humanæ redemptionis, ac ueſtræ ſolennitatis. Sic etenim in figura fieri præceptum extitit olim, & teſtimonium in Ioſeph poſuit illud Deus: quum exiret de terra Aegipti: quippe quod ad Chriſtianum populum ex tunc reſpiceret accreſcentem, & de tenebris ad lucem exeuntem. quãdo linguam illam euangelicam, quam ante non nouerat, fœliciter audiuit. diuertitq; ab oneribus legis, dorſum eius: cuius manus in cophino ſeruiebat, dum paleas, terram & lutum cæteraq; carnalia, prior ille populus deferebat. Nũc ergo (ait dñs) in tribulatione poſitus inuocaſti me, & liberaui te. Exaudiui te utiq; intra cordis latebras præ doloris magnitudine gementem. probaui te apud aquam contradictionis: non ut ſcirem, ſed ut ſcires qualis eſſes. At qui te incredulum & contradicentem reprobaui: Nũc ad baptiſmi aquas ſine murmure uenientem & credentem approbabo. Audi populus meus & conteſtabor te. Sit tibi primum hoc elementum popule mi fidelis & Chriſtiane, cui non abs re nomen nouũ impoſui: ſi audieris me, & obaudieris fide: non erit in te Deus recens, neq; adorabis Deum alienum. Ipſe etenim Deus recens eſt: qui non ab æterno Deus. At ego ex tempore in ſimilitudinem hominum factus, habitu inuentus ut homo: ſum ab æterno Deus. Is ipſe dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegipti, potens adimplere omne promiſſum. Aperi igitur os tuum ipſumq; dilata, & non ſolum temporale, uerum etiam æternum, ab æterno pete: & implebo illud. tu aperi ex arbitrio. non enim deeſt gratia præueniens, excitans & mouens mei præcipientis: nec deerit gratia mei donantis & affluenter os tuum implentis: ne in te iraſcar, ſicut in Moyſem ſe excuſantem. Cui ego: perge & ego ero in ore tuo: doceboq; te quid loquaris.* (Exo.4.c.) *Attende iam ſi meipſum tribuens, implebo illud. Et non audiuit populus meus uocem meam. dimiſerunt me: ideò dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, uti filios diffidentiæ, non ſecus ac ſolent medici relinquere ſibiipſis eos, qui abſq; ſpe ſalutis infirmantur ad mortem. q, ſi populus meus audiſſet me, præceptis obtemperans: facile mihi eſſet, mea manu potente, eos eripere, & quàm breuiſsime de inimicorum manibus liberare. Imò ipſis ſubderem inimicos, qui timore concuſsi: ſeſe illis ex animo parituros, (licet mentientes) profiterentur. Eoſdemq; uti domeſticos atq; filios, dulciſsimo ac delicatiſsimo edulio cibauiſſem. Ipſi tamen rebelles, longe aliter ſe habuerunt: quandoquidem mentiti ſunt Deo, tranſgreſſores effecti, pariter & inimici ob idq; apud inferos illi pœnas æternas dabunt, omni felle amariores. Contra uerò, rectiſsimus ipſe iudex adipe frumenti & melle ſuauiſsimo, ſaturabit beneuolos & amicos: ſeſe totum Deum & hominem conferens in cibum: demũq; perpetua fœlicitate donabit eoſdem. Nec mora. Ecce iam ipſum in ſpiritu intueor ad iudicium uenientem: ipſoſq; etiam iudices iudicantem.*

## PSALMVS 81.

*DEus ſtetit in ſinagoga deorũ: in medio autem, deos diiudicat.*

Titulus eſt: pſalmus Aſaph,
qui expoſitione clariore nõ eget. Eſt enim
pſ. à Dauid conditus, & ipſi Aſaph hoc eſt,
ſinagogę propoſitus, in quo Deus omnium
iudicũ ſupremus inducitur iudex, qui malos
& iniquos iudices diſcernit à bonis, eorũq;
diſtorta iudicia carpit, & myſtico ſẽſu quod
futurũ erat præuidens: Iudæorũ proceres
arguit, q Chriſtũ innocentiſsimũ in carne ve
nientẽ, iniuſtè damnẽt. Ait igitur: ſtetit Deus
in cœtu principũ. Et qui ſine circũſcriptio-
ne loci, vbiq; eſt: in congregatione deorũ, id
eſt principũ, ſacerdotũ, phariſeorũ, & ſcriba
rũ, ſtetit factus homo: Et in terris viſus eſt,
Baruch 3.e & cũ hominibus cõuerſatus. ſtetit quippe q
cadere neſcit: & in medio, deos diiudicans
ſtetit, qui librã tenẽs, oĩa recto examine pen
ſat. de quo baptiſta ab huiuſmodi ſacerdoti
bus & Leuitis rogatus: tale protulit teſtimo
niũ. medius (inquit) veſtrũ ſtetit, quẽ vos ne Io.1.d.
ſcitis. Ipſe eſt qui poſt me vẽturus: ante me
factus eſt, cuius ego non ſum dignus vt ſol-
uam eius corrigiã calceamẽti. vel, vt quidã
verterũt, mihi ante poſitus eſt. ſtetit ergo in
medio deorũ Deus: vt iudicũ rectiſsimus iu
dex, eos diiudicãs, nec vllius perſonã acci-
piens, aut odio vel amore declinãs à recto:
ſed in medio ſtans. Nec mirum ſi principes
& iudices, dij aut officio aut participatione
vocentur: qui vices Dei agunt. Non eſt Rom.13.a.
enim poteſtas niſi à Deo ait Paulus. Et in Pro.8.b.
prouerbijs Salomonis ſapientia clamitat:
per me reges regnant, & legum cõditores iu

ita decernunt. Per me principes imperant:
& potentes decernunt iuſtitiam. Ipſeq; dñs
Exo.7.a. ſeruo ſuo Moyſi ait:Ecce conſtitui te Deum
Pharaonis: & Aaron frater tuus erit prophe
ta tuus. Nec ſemel iudices & principes dij
Exo.22.b. appellantur in Exodo: ꝙ à Deo ſibi credita
fungantur poteſtate. Ideò maxime præſtan-
dum eſt illis, ne iniuſte iudicent: quum Deũ
habeant(qui oĩa proſpicit) eos iudicantem.
2.Tim.2.c Et cognouit dñs qui ſunt eius(vt Paulus ait)
& diſcedit ab iniquitate oĩs qui inuocat no-
men dñi. Flere nunc tẽpora noſtra,& aliquo-
rum iudicum corruptionẽ, atq; verba actis
diſſonantia. Illudq; procemium, Chriſti no-
mine inuocato, in ipſo iniquæ ſententiæ pri-
mo limine ponentium in medium adducerẽ:
niſi viderer cum pſalmi elucidatione texere
inuectiuam. hos igitur iniquè iudicantes ſic
alloquitur dominus.

2. *Vſquequo iudicatis iniquitatem: & fa-*
*cies peccatorum ſumitis?*

Audi ſinagoga Deorum. Audi iniquè iudi
cantium peruerſa congregatio: quod audiſti
ſæpius, lege ſancitum. Non facies quod ini-
quum eſt: nec iniuſte iudicabis. Non conſide
Leui.17.c. res perſonam pauperis: nec honores vultum
potentis: Iuſtè iudica proximo tuo. Iterũq;:
nolite facere iniquũ aliquid in iudicio, in re-
gula, in pondere, in menſura &c. Quare vos
ergo legis totiusq; honeſtatis obliti: amore
aut odio, timore, prece, vel precio, alio vè il-
licito intuitu hactenus iniuſte egiſtis & iu-
dicaſtis? Miſi ad vos ſeruos, ꝓphetas & ſapiẽ
tes, quos iniuſte cecidiſtis, occidiſtis, lapida
Mat.26.g. ſtis. Mitto vnigenitũ filiũ: & dignũ morte eſ
ſe dicitis. vſquequo(dicite iniuſti) iniuſtè cõ
tra iuſtum iudicabitis, vt nunc iudicatis, ini-
Io.19.a. què dicentes: reus eſt mortis? Et tu præſes,
Luc.23.d. qui cùm nullam in eo inuenires cauſam: timo
re correptus, adiudicaſti iudæorum fieri pe-
titionẽ, & Ieſum voluntati eorum tradidiſti.
Vſquequo iudices iniqui, iudicia profertis
iniqua? vſq; quo facies peccatorũ ſumitis? di-
uitũ ac potentum perſonas accipitis, & illis
deferentes, eorumq; gratiã & fauorem vobis
conciliantes: in eorundẽ partem flectimini
iniuſtè. & dũ illorum faciem deordinato cul
tu reueremini: damnatis inſontẽ. Cùm in Deu
Deut.1.c. teronomio vobis præceperit Moſſes: ſiue
ciuis ſit ille ſiue peregrinus, nulla erit diſtan
tia perſonarũ: Ita paruũ audietis, vt magnũ,
nec accipietis cuiuſquam perſonã: quia Dei
iudiciũ eſt. Nolite igitur ſic peruersè agere.

3. *Iudicate egeno & pupillo: humilem &*
*pauperem iuſtificate.*

Equè egeni atq; pupilli: ſicut diuitis & po
tentis agite cauſam. Nõ ꝙ humilis ſit, aut di-
gnitate ſublimis: non ꝙ pauper, aut cenſu ſit
alterutra pars abundans, te moueat iudex, vt
in illius fauorem ſententiam feras: ſed ꝙ ex
cauſæ meritis (idq; ſeruato iuris ordine) ſuũ
cuiq; ius tribuas: ſcriptũ eſt enim: iuſte, quod Deut.16.d.
iuſtũ eſt exequeris. Niſi altiore ſenſu, egeni
& pupilli, humilis & pauperis nomine: Chri-
ſtũ dñm velis accipere. de quo in epiſtola
quæ ad Corinthios inſcribitur ſecunda apo-
ſtolus ait: ſcitis gratiã dñi noſtri Ieſu Chri- 2.Cor.8.b
ſti, ꝙ propter vos egenus factus eſt, cùm eſ-
ſet diues: vt illius inopia vos diuites eſſetis.
Et is quidem ſine terreno patre, natus de vir
gine matre: non ineptè pupillus ſicut humi-
lis & pauper(ſecundũ carnis diſpenſationẽ)
dici poterit. qui verus Deus ſemper apud pa
trem manens, & ad nos veniens: deſiderium
pauperũ exaudiuit, venitq; iudicare pupillo Pſ.9.v.41
& humili: quiq; pater orphanorũ, & iudex vi Pſ.67 ve.6.
duarũ appellari dignatus eſt. Cõmonet igitur
diuinus ſermo futuros iudices ſinagogæ: vt
pro Chriſto innocentiſsimo ſentẽtiam ferãt.
Et ipſum iuſtificantes atq; glorificantes, cum
cẽturione dicãt, prædicẽt ac libera voce pro Luc.23.g.
clament: verè hic homo iuſtus erat. Iuſtifice Pſ.50.ve.5.
tur itaq; iuſtus dñs in ſermonibus ſuis: & vin
cat quũ iudicatur. Iuſtificetur verax, ꝙ teſti-
moniũ perhibuerit veritati. Eia ergo, quem
vos morte damnandũ dixiſtis quia filiũ Dei
ſe fecit: iã nunc verũ Deum credentes, & ꝙ
verũ dixerit prædicantes, iuſtificate illum.
vos etiam tum principes tum plebei animad
uertite.

*Eripite pauperem: & egenum de manu* 4.
*peccatoris liberate.*

Vos principes & iudices, Dei vicaria, qua
fungimini poteſtate: eripite de manu oppri-
mentium eos qui ope humana deſtituti ſunt.
Veſtra intereſt hoc negocium, quandoqui-
dem ij qui huiuſmodi ſunt: veſtræ fidei præ-
ſidio ac tutelæ ſunt commiſsi. vos etiam mi
nores & qui de grege eſtis, eum qui propter
vos pauper & egenus factus eſt: de manu ini
qui ac ſcelerati iudicis eripite ac liberate.
Nolite falſis perſuaſionib' principũ ac ſenio
rũ acquieſcere, petẽtes Barrabã dimitti & Ie
ſum crucifigi, dicẽteſq;: ſanguis eius ſup nos, Mat.27.c.
& ſuper filios noſtros. Eripite egenũ illũ, ſed
beneficũ, qui vos quinq; panibus & duobus
piſcibus pauit in deſerto: qui vos à langori-
bus curauit: qui tot ſanitates cõtulit, totq; à
mortuis ſuſcitauit. hunc liberate: cùm id mul
titudine poſsitis. Nec ad innoxij ſanguinis ef
fuſionem (vel ſeducti) præbeatis aſſenſum.
Sed quid diuinus ſermo ſubiungit?

Neſcie-



5. *Neſcierunt neq; intellexerunt, in tenebris*
*ambulant: mouebuntur omnia funda-*
*menta terræ.*

Hoc de plebe rudi dictum ſit oportet. Vel
ſi de principibus ſimul & plebe hoc verũ ſit:
(vti illa duo eccleſiæ luminaria Petrus &
Paulus aſtruere videntur:) diſtinctione opus
eſt. Non quidem æquè ij & illi neſcierunt
neq; intellexerunt. Ait namq; apoſtolorũ ver
Act.3.c. tex Petrus: Et nunc fratres, ſcio ꝙ per igno-
rantiam feciſtis ſicut & principes veſtri. De
aũt qui prenũciauit p os omniũ ſuorũ ꝓphe
tarum pati Chriſtum ſuum: ſic impleuit. At
princeps alter, vas electionis & doctor gen-
tium, cui euangelium in præputio creditum
eſt: dum in priore quæ ad Corinthios inſcri-
bitur epiſtola, ſapientiam Dei loquitur in my
1.Cor.2.b ſterio, quæ abſcondita eſt, quam(vt inquit)
nemo principum huius ſeculi cognouit: ita-
tim ſubinfert: Si enim cognouiſſent, nunquã
dominum gloriæ crucifixiſſent. Vtriq; igi-
tur neſcierunt, neq; intellexerunt, ꝙ Chriſtus
Ieſus Deus ac naturalis Dei filius eſſet. Ma-
iores tamen & ſeniores, quales erant princi-
pes ſacerdotum Scribæ & Phariſei: cogno-
uerunt eum eſſe qui in lege promiſſus fue-
rat, vel ipſo euangelio teſte. dixerunt enim:
hic eſt hæres. Sed quia ſuperbia, auaritia, in-
uidia, ira, propria deniq; malitia, occæcati
Mat.21.d. erant: addiderunt: venite occidamus eum: &
habebimus hæreditatẽ eius. quippe qui den-
ſiſsimis obtenebrati: erant peccatorum ne-
quitiæ & maleuolentiæ tenebris, quæ tantã
illis audaciã ſimul & affectatam ignorantiã
pepererunt: vt in eum quem cognouerunt
hæredem tantum perpetrare facinus non ve
rerentur, & per hunc modum ſeſe habituros
hæreditatem, non minus inſcitè & impru-
denter quàm impudenter exiſtimarent. Mi
nores autem, licet eum hominem viderent,
iuſtum manſuetum & pium: non tamen co
gnouerunt eum eſſe meſsiam. Rectè igi-
tur apoſtolus ait: Si enim principes ipſum
eſſe Deum Dei filium: & minores ipſum
eſſe meſsiam cognouiſſent: nunquam do-
minum gloriæ crucifixiſſent. Nec obſtat,
ꝙ à principio maiores illi meſsiam futurum
eſſe verum Deum, vel ex Micheæ oraculo
Miche.5.a. (quod ſciſcitante Herode ſcrutati ſunt) di-
Mat.2.a. dicerunt. quandoquidẽ id ſolum arguit eo-
rundem ignorantiam, nõ inuincibilẽ ſed vo-
luntariam fuiſſe & malitioſam, perinde atq;
Pſ.35.v.3. inexcuſabilẽ. Noluerunt quidẽ intelligere: vt
Rom.1.c. bene agerent. Et excæcante malitia, obſcura
tum eſt inſipiens cor eorum: Et videntes nõ
viderunt, ſcientes neſcierũt, neq; intelligen-
tes intellexerunt. Et adhuc in tenebris ambu
lant: quia verũ lumen contempſerũt & vſq;
in hodiernũ diem ſpernũt. veniet dies illa in
qua mouebuntur omnia fundamẽta terre, ve
niente dño ad iudiciũ: tũc ſciẽt & intelligẽt.
Et(ſicut ſcriptũ eſt) reliquie Iſrael ſalue fiẽt. Rom.9.e.
ſcient etiã & intelligẽt iniqui iudices terræ;
ꝙ iniquè egerint, quũ videbũt in quẽ transfi
xerunt, eos iudicantẽ. Mouebuntur vtiq; & Zach.12.c
videntes turbabũtur timore horribili, & mira Io.19.f.
buntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis ge- Sap.5.a.
mẽtes, ij qui ante fundamenta terræ, hoc eſt
potentes, ſapientes & opulẽti videbant eſſe,
Audientq; iudicem hæc & ſimilia dicentem. Io.10.f.

*Ego dixi, dij eſtis: & filij excelſi omnes.* 6.

Is quidẽ verſiculus à Chriſto dño in argu-
mentũ contra Iudeos perfidos aſſumitur. Ait
enim: nonne ſcriptũ eſt in lege veſtra: ego di
xi: dij eſtis? Si illos dixit deos ad quos ſermo
Dei factus eſt, & nõ poteſt ſolui ſcriptura:
quẽ pater ſanctificauit & miſit in mundum,
vos dicitis: blaſphemas, quia dixi filius Dei
ſum? Si non facio opera patris mei: nolite crẽ
dere &c. Ecce ego vos feci. & cõſtitui deos
filiosq; excelſi oẽs: non quidẽ natura, ſed offi
cio, participatione & gratia, dicẽte Ioanne: Io.3.a.
Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis pater: vt
filij Dei nominemur & ſimus. Grandis pro-
fecto eſt hominũ dignitas qui tanto nomine
gaudẽt, Ideo ſeipſos agnoſcãt, nec ſeſe ad in
digna deijciant: à patre Deo degenerãtes. ſic
enim(vt diximus) homines dij & filij excelſi
vti angeli appellãtur: vel ꝙ mirabilia operen
tur, aut iudiciaria ſibi à Deo tradita fungan
tur poteſtate: vel ꝙ ſapientes, Deo grati, fide-
les Dei cultores, & regni ſui hæredes effecti
ſint. Nã credẽtibus(ſi mãdata Dei cuſtodiãt)
dedit eis poteſtatẽ filios Dei fieri. Ait igitur: Io.1.a.
Ego dixi, dij eſtis & filij excelſi oẽs. dicere
aũt Dei, efficere eſt. diſpoſui quidem vobis
ſicut diſpoſuit mihi pater me' regnũ: vt edã- Luc.22.c.
tis & bibatis ſup mẽſam meã in regno meo, ſi
tisq; mecũ cohęredes & in iudicio aſſeſſores.

*Vos autem ſicut homines moriemini: &* 7.
*ſicut vnus de principibus cadetis.*

Maioribus & minoribus loquitur, hominũ
& angelorũ Deus. Nimirũ cecidit homo, qui
cùm in honore eſſet non intellexit: cõparat'
eſt iumẽtis, & ſimilis factus eſt illis. Cecidit Pſ.48.v.21
etiã ille q mane oriebatur Lucifer, angelorũ Eſa.14.b.
omniũ primus, & principũ huius ſeculi prin-
ceps. ſic enim in ſcripturis ſanctis demones ap- Io.12.e.
pellãtur. Vos igitur minores, ſicut hoĩes mo- Ephe.6.b
riemini, quorũ caſus, mors illis fuit & cauſa
mortis, dicẽte apoſtolo: ſicut per vnũ hoĩem Rom.5.c.
peccatũ in hũc mundũ intrauit, & per pecca-
tũ mors: & ita in oẽs hoĩes mors pertrãſijt,
in quo oẽs peccauerũt. Sed hæc mors prima,



de qua

Heb.9.g. de quã iſdem apoſtolus ait:ſtatutũ eſt homi-
nibus ſemel mori,poſt hoc autẽ iudicium.Et
tũc iniquis cõpleta obueniet mors ſecũda.de
Apo.2.d. qua in apocalipſi Ioannes:qui vicerit:nõ lę-
Apo.20.b. detur in morte ſecũda.Et iterum:Beatus &
ſanctus qui habet partem in reſurrectione
prima;in his ſecunda mors non habet pote-
ſtatem.Et infernus & mors miſsi ſunt in ſta
gnum ignis.hæc eſt mors ſecunda. Vos etiã
maiores quos deos & excelſi filios nuncupa
ram,quibus & nomen indidi vt viueretis;ſed
mortui eſtis,quia & nominis & vitæ vos fe-
ciſtis indignos:ſicut vnus de principibus ca-
detis.Irremediabiliter quidem (ſicut cecidit
Luc.10.c. ille)cadetis.Videbã (inquit dominus) ſatha-
nam ſicut fulgur de cælo cadentem. Seq.

8. *Surge domine iudica terram: quoniã tu
hæreditabis in omnibus gentibus.*

Prophetæ verba ſunt hæc.qui vbi iudicium
hominũ peruerſum vidit: deum verũ ac re-
ctũ iudicẽ interpellat.Surge(inquit)dñe,qui
iniquè ad mortẽ iudicatus, in ſepulchro ia-
cuiſti.Surge & iudica iudicãtes te,iudica ter
rã hominesq; terrenos, qui affectu terrenis
inhęrẽt.Eſt tibi quidẽ,qui etiã filius hominis
es,à patre Deo iudicãdi collata poteſtas.Eſt
& plenũ dominiũ iusq; hæreditariũ : nam te
filiũ ſuum cõſtituit hæredẽ vniuerſorum:per
quem fecit & ſecula.Atqui non eſt qui tuæ Io.5.c.
nõ ſubſit poteſtati.quoniã tu hæreditabis in Heb.1.a.
omnibus gentibus. huic autem prophetæ
voci reſpondebit dominus illud,quod per
prophetã ſuũ Iohelem olim loquutus .Con- Iohel.3.a
ſurgãt & aſcendãt gẽtes in vallẽ Ioſaphat: qa
ibi ſedebo vt iudicem oẽs gẽtes in circuitu.
Mittite falces quoniã maturauit meſsis.Sur-
ge ergo dñe,te vtiq; hæreditatis tuæ nego-
ciũ tãgit.Iccirco illã iudica,diſcerne,foue &
protege,à malo eripe,& libera, demumq; in
cæleſti regno corona, rex regum Deus : qui
in trinitate perfecta viuis & regnas in ſecula
ſeculorum amen.

EPILOGVS PSALM. 81.

*DEus ſtetit in ſinagoga deorũ:in medio autẽ deos dijudicat. diſcernit ab æquis iniquos iudices, æquiſsimus iudex, eosq; increpat, & de iniuſto iudicio carpit dicẽs:uſq;quo iudicatis iniquitatẽ, & perſonas potentũ diuitũq; accipitis, illos pauperibus & inopibus præferẽtes, in iuſtitiæ ac recti iudicij fraudẽ atq; derogationẽ? Iudicate egeno & pupillo, humilẽ & pauperẽ iuſtificate: tribuentes cuiq; quod ſuũ eſt. ſit ob oculos æquilibriũ, nõ cenſus, nõ fauor, aut humana gratia. Munera et preces exulẽt à tribunali. Solus Deus adſit, cuius fũgimini poteſtate. Eripite pauperẽ, et egenũ de manu peccatoris liberate. ꝓpter hoc enim iudices cõſtituit dñs: eosq; uti deos ſtatuit ſubditorũ. ipſi autẽ neſcierũt neq; intellexerũt, q̃ Dei munus illis creditũ eſſet. In tenebris ambulãt occæcati : odio, affectione, munere, obſequio alijsq; id genus ſcãmis oculis ſuppoſitis. Sed ueniet dies illa, quãdo mouebũtur omnia fundamenta terræ: quid tunc? Ego dixi dij eſtis: & filij excelſi omnes, neſcio quid maieſtatis habentes, eò q̃ uices Dei geratis in terris, in iuſtitiæ throno ſedentes. vos autem ſicut homines moriemini non intelligentes, quem aſcendiſtis gradũ: et ſicut unus de principibus illis apoſtatis cadetis in ꝓfundum inferni: qui ex propria malitia alios cadere à cauſa iniuſte feciſtis. tu ergo dñe qui iudicio iudicas recto: ſurge iudica terrã, quoniam tuæ hæreditatis negocium agitur. quandoquidẽ oẽs gentes poſſidebis in hæreditatem. Equũ eſt igitur proſpicias ipſis, ne iniuſtè pereant, qui iuſtè operati ſunt, & gaudeant iniuſti: quòd inſontem impunè damnarunt. Eia ergo aſcende tribunal: & tibi à patre tradita rectiſsime iudex utere poteſtate.*

PSALM. 82.

*DEus, quis ſimilis erit tibi? ne taceas
neque compeſcaris Deus.*

Huic pſal. titulus eſt: cãticũ ꝑs. Aſaph.
cuius intellect⁹ cõſtat ex dictis. In quo pſal-
mographus futuras eccleſię perſequutiones
ꝓuidẽs: diuerſarũ gentiũ idolatrarũ (per mo
dũ querelę) dãnatũ atq; furentẽ in populũ dei
ꝓponit animũ. & orãs ac futurũ prenũcians:
cã quã facturus eſt Deus vltionẽ deſcribit vt
cognoſcãt nationes, q̃ nomẽ ſibi dñs: q̃q; ſit
ſolus altiſsimus ſup terrã. Ait ergo: De⁹ quis
pſ.85.v.7. ſimilis erit tibi? nõ eſt tibi ſimilis in dijs dñe:
& nõ eſt ſecundũ opera tua. Atqui nõ cõfero,
q̃s tibi per oĩa ſimilis ſit: nec illud nũc in con
tẽtionis aleã adduco: id quidẽ oĩbus (ſi nõ
deſipiãt) peruium eſt: q̃ tibi ſic ſimilis ſit ne
mo. Sed qui pfectè ſimilis es patri quiq; ad
nos in humilitate deſcendẽs, & mortalitatis
noſtrę carnẽ aſſumẽs, hoĩbus aſsimilari digna
tus es, in ſimilitudinẽ hominũ factus homo: phil.2.a.
quũ ad iudiciũ veneris in ſede maieſtatis tuę:
tũc Deus, q̃s ſimilis erit tibi? quis tũc tã inſa-
ni erit capitis homo, q̃ & ſi te hoĩem videat,
tibi in potẽtia & maieſtate velit (cũ nõ poſ-
ſit) coęquari? q̃s deniq; gratia, gloria & impe
rio ſimilis erit tibi? q̃ tũc terribilis appare- pſ.75.v.7.
bis, & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua. Ne ta
ceas ergo, qui expectans tacuiſti hactenus,
vti miſerator & miſericors dominus; longa- pſ.102.v.8
nimis & multum miſericors. qui miſereris
omnium quia omnia potes; et diſsimulas pec Sap.11.d.
cata hominũ, propter pœnitentiã. Sed qui p
Eſaiã dicis: tacui, ſemp ſilui, patiẽs fui, ſicut Eſa.42.c.
parturiens loquar: loquere iam domine, ne
taceas, neque compeſcaris Deus. Sic etenim
de



Eſa.53. de domino Ieſu vaticinatus eſt iſdẽ Eſaias,
oblatus eſt quia ipſe voluit, & nõ aperuit os
ſuum, ſicut ouis ad occiſionẽ ducetur, & qua
ſi agnus coram tondẽte ſe obmuteſcet, & nõ
aperiet os ſuum. Et Petrus apoſtolus tale de
1.Pet.2.d. ipſo teſtimoniũ profert, qui cùm maledice-
retur non maledicebat: cùm pateretur non
comminabatur. tradebat autẽ iudicãti ſe in-
iuſtè. tacuit, quum in humilitate carnis no-
ſtrę, Deus ipſe abſconditus, ab iniquo iudice
iudicatus eſt, & cum iniquis deputatus. At
quum ad iudicandum venerit, appareritq;
in gloria maieſtatis: Deus manifeſtè veniet,
Pſ.49.v.3. Deus noſter & non ſilebit. Ait ergo Pſaltes:
An ſilentiũ tibi erit ſemper? loquere iam iu-
dex optime, ne taceas, neq; cõpeſcaris Deus,
Exo.32.c. noli ab vltione quieſcere. Cõpeſcebaris olim
(vt ita dixerim) oratione Moyſi ſerui tui, ne
ſęuires in populũ trãſgreſſorem & dicebas:
dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra
eos, & deleam eos, faciamq; te in gentẽ ma-
gnam. At quum iudex adueneris: non com-
Hier.15.a. peſceris Deus: ſed dices quod apud Hiere-
miam ſcriptum legimus. Si ſteterint Moyſes
& Samuel coram me: non eſt anima mea ad
populum iſtum. Eijce illos à facie mea, &
egrediantur, &c. Nulla prorſus tũc erit ſan
ctorum interceſsio aut deprecatio, qua com
peſcaris Deus. Nulla cuiuſuis (ſi dixerim) re-
ſiſtentia quæ tibi obſtet. Non fructuoſi ge-
mitus, non pœnitẽtia quibus placari poſsis.
Sequitur.

2. *Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt: qui
oderunt te, extulerant caput.*

Mat.24.b. Tempus vltimum ſignificare videtur, quan
do conſurget gens contra gẽtẽ &c. Et mul-
ti pſeudo prophetæ ſurgent & ſeducẽt mul-
tos, & quando abundabit iniquitas, refrige-
ſcet charitas multorum, & tunc veniet con-
ſummatio. Ecce iam opportunũ tempus (ait
propheta ſanctus) inimici tui ſonuerunt. Iã
accinctorum ad bellũ ſtrepitus, armorum &
armatorum fragor inſonuit. Et ſi quibus no
men tuum eſt exoſum, tibiq; ex animo inimi
cantur: iam ſuperbientes cornua erexerunt
& criſtã. quippe qui extulerunt caput, vt dia-
bolus & antichriſtus, quorum membra ſunt.
1.Theſ.2.a Nam ſicut ille homo peccati, filius perditio-
nis, aduerſatur & extollitur ſupra oĩe quod
dicitur Deus, aut quod colitur: ita & illi ini
mici, qui te oderunt, adeò extulerunt caput:
vt potentiam tuam & teipſum paruipendãt.
Pſ.73.v.24 Ecce iam inſonuerunt. Ne obliuiſcaris voces
inimicorũ tuorum: ſuperbia eorũ qui te ode
runt aſcendit ſemper. Sequitur.

3. *Super populũ tuũ malignauerũt cõſiliũ:
& cogitauerunt aduerſus ſanctos tuos.*

Sunt qui legãt, aduerſus abſconditos tuos:
quaſi illos intra cubiculum ſuum abſconderit
vt protegat: firmetq; ſuper eos oculos ſuos,
quo ſecuriores reddat. Conſilium nequam
tractauerunt, cogitaueruntq; (ait) quomodò
doloſè agerent contra populum tuum, ſan-
ctos ac fideles tuos quos tibi viderant inſer
uiẽtes, vt eos perderẽt, atq; de terra delerẽt.
talia iniqui conſueuerunt contra iuſtos tra-
ctare conſilia. Nam cuncta cogitatio cordis
eorum intenta eſt ad malum, omni tempore. Gen.6.b
Sic in libro ſapientiæ ſcriptum eſt: dixerunt Sap.2.a.
impij cogitantes apud ſe non rectè. Et eorũ
peruerſis cogitationibus recenſitis: infertur,
hæc cogitauerunt & errauerunt: excæcauit
enim illos malitia eorum, dixerũt profectò.
Sed quid dixerunt?

*Dixerũt, venite & diſperdamus eos de gẽ
te: & nõ memoretur nomẽ Iſrael vltra.* 4.

Simile quid de Chriſto dño dixiſſe apud
Hieremiam legimus. Cogitauerunt (inquit) Hier.11.f.
ſuper me conſilia dicentes: mittamus lignum
in panem eius, & eradamus eum de terra vi
uentium, & nomen eius non memoretur am
plius. quippe iniquè dixerunt, quæ peruerſo
corde cogitauerunt, & nequiter tractauerũt.
de corde enim exeunt cogitationes malę, ho
micidia &c. ait dñs. dixerunt igitur, ſed fru-
ſtra dixerunt: quæ exequi nequiuerũt. quia Mat.15.b.
non eſt conſilium contra dñm. diſperdamus Pro.21.d.
(inquiunt) eos de gente. ſic eos à proprijs ſe
dibus radicitus euellamus, diſperdamusq; in
exteras nationes: vt plebs aut gens Iſraeliti-
ca non nominetur amplius, quin ex toto pe-
reat potius memoria eorum. Sed quid ſi pe-
reat gens illa Iſraelitica ſecundùm carnẽ? nõ
ideò Iſraelitæ peribũt. Non enim omnes, qui
ex circunciſione ſunt Iſrael, hi ſunt Iſraelitæ Rom.9.b
ait apoſtolus: ſed qui filij ſunt promiſsionis
æſtimantur in ſemine, vt repromiſsionem ac
cipiant qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. Heb.9.e.
Si veri ſunt Iſraelitæ in quibus dolus non eſt, Ioan.1.g.
quiq; mundo ſunt corde: quoniã ipſi Deum Mat.5.a.
videbunt. Nam Iſrael: videns Deum interpre
tatur quamuis nonnulli ſonare dicant, quòd
nõ ſit ſuperatus ab eo. Iuxta illud angeli hoc Gen.32.f.
nomen ſecum colluctanti imponentis dicen
tisq;, quoniam ſi contra Deum fortis fuiſti:
quanto magis contra homines præualebis?
Caſſo igitur labore impij eccleſiam ſanctam
diſperdere adnituntur: quam in vinculo pa-
cis, in fidei vnitate, in coagulo ſpiritus, coad-
unauit Chriſtus. Sequitur.

*Quoniam cogitauerũt vnanimiter ſimul
aduersùs teſtamentum diſpoſuerunt: ta-*

*bernacula ydumeorum & Iſmaelitæ.*

Siue lectione,hæc duo aduerbia, vnanimi-
ter & ſimul,priori iunxeris verbo,ſiue diui-
das,vnum vni,alterum verò alteri annecten-
do,vtrunq; conſonat.Cogitauerũt (ait) vna-
nimiter,cõſenſu eodem, peruerſo vtiq; cor-
de,atq; damnato propoſito in te malũ:ideò
Idumei & Iſmaelitæ,qui in bello & pace (ſi
qua illis eſt)in tabernaculis & tentorijs ha-
bitare ſolent:cõuenerunt in vnum, fecerũtq;
ſimul pactum, quod nuncupant teſtamentũ,
inuiolabile & perpetuo duraturum contra
te.Animo ſic diſpoſuerunt & voce,forte ſcri
pto & iureiurando firmatum, illud prouer-
Pro.1.a. biorum dicentes:Inſidiemur ſanguini,abſcõ-
damus tendiculas contra inſontem fruſtra:
deglutiamus eum ſicut infernus viuentem,
& integrum quaſi deſcendentem in lacũ,&c.
& marſupium ſit vnum omnium noſtrum.
Porro iniqui ſunt cœtus inimicorum Chri-
ſti,iniqua confabulatio,fœdus, & pactũ ini-
quum.Diſponunt teſtamentum ſuum, cõtra
teſtamentum Dei. & in tabernaculis extra
Dei eccleſiam conuenientes: domũ eius ſun
datam ſupra firmam petram , in paceq; con-
ſtructam:ipſi Chriſtianæ pacis oſores, demo
liri conantur.Sed lætare ſterilis quæ non pa
ris : erumpe & clama quæ non parturis (ait
Gal.4.d. apoſtolus Eſaiam citans) quia multi filij de-
Eſa.54.a. ſertę,magìs quàm eius quæ habet virũ. Nos
autem fratres:ſecundùm Iſaac, promiſsionis
filij ſumus. Sed quomodò tunc is qui ſecun-
dùm carnem natus fuerat, perſequebatur eũ
qui ſecundùm ſpiritum:ita & nunc. Nempe
multi nunc Iſmaeles , ſecundùm carnem de
ancilla geniti,qui obedientiſsimũ Iſaac, Chri
ſtum ſcilicet , in quo patri multarum gentiũ
Deo,Chriſtianum vocatur ſemen: rabido ac
ferociſsimo animo perſequuntur.Multi etiã
edones,ab Eſau non tam carne quàm imita-
tione originem ducentes,ruſi,ſanguinarij,glu
tones,luxurioſi,hiſpidi,&hirſuti,immites,in
tractabiles , & agreſtes , omni deniq; infecti
peccatorum fæce , qui Chriſtum dominum
perſequuntur:ſicut Eſau,(qui & edon appel-
latus eſt , & à quo Idumei denominantur)
fratrem ſuum Iacob olim perſequebatur.hu-
ius etiam ſtirpis Doech ille impius ydumeus
fuit,in quem. Pſ.51. Iſdem inuehitur pſaltes,
1.Reg.22.d qui & apud Saulem regem,contra Dauid,fal
ſi criminis delator extitit & accuſator,quiq;
in Achimelech ac cæteros ſacerdotes domi-
ni irruens:trucidauit octogintaquinq;viros
veſtitos Ephot lineo,& Nobe ciuitatem ſa-
cerdotum percuſsit in ore gladij , viros &
mulieres,paruulos & lactentes,& bouem &
aſinum & ouem &c.quæ res geſta:Chriſti &
eccleſiæ ſuæ,ab Antichriſto & membris eius
futuras clades præſignauit.huius itidem gen
tis rex durus & inurbanus,Iſraeli noluit ac- Num.20.e
quieſcere deprecanti , vt cõcederet tranſitũ
per fines ſuos: quum ad terram promiſsionis
tranſiret , quod nec myſterio vacat. Seq.
*Moab & Agareni, Gebal & Amõ &*
*Amalech:alienigenæ,cũ habitãtib' tyrũ.* 6.

Moab & Amon , filij Loth fuerunt, quos
patri ſuo vino madenti, inceſtuoſæ filiæ ge- Gen.19.d
nuerunt : qui Moabitarum & Amonitarum
patres fuerunt.Gebalitæ etiam & Amalechi-
tæ,nationes & populi ſunt colẽtes Arabiam.
Tyrij vtiq; notiſsimi ſunt & Philiſtei , quos
alienigenas vocat,qui omnes Iſraeliticæ gẽ-
ti olim fuerunt infeſti: nunc autem eccleſiæ
& Chriſtiano nomini. quiq; ſpurciſsimo ac
deteſtabili Machometo adhæſerunt, & pro-
pe ſeculi conſummationem, impijſsimum ſe
quentur Antichriſtum , quem Aſur nomine,
diabolumvè, ſequenti verſu ſignificat dicẽs:
*Etenim Aſſur venit cum illis: facti ſunt* 7.
*in adiutorium filijs Loth.*

Omnia quidem tunc temporis per Anti-
chriſtum,diaboli aſtu , & ſathanica peragent
arte.de quo ſcriptum eſt,quòd ipſe ſit rex ſu Iob.41.d.
per vniuerſos filios ſuperbiæ.ꝙ ſi hòrum no
minum interpretationem ſcire velis : paucis
ab alijs accipies.hoc vnum ſcito,ꝙ filij Loth
amonitę & moabitę fuerũt,quos Loth ex in-
ceſtu genuit filiarũ,& ij oẽs(vt diximus)in-
fidelium ac reꝓborũ hoĩum geſſere typũ.Seq.
*Fac illis ſicut Madiam & Siſare: ſicut* 8.
*Iabin in torrente Cyſon.*

Quid Madiã acciderit,quid vè Siſare princi
pi militiæ Iabin regis Chanaã , & exercitui
eius,& quomodo deuictus fuerit à Barach
& Debora,& à Iabel fœmina vxore Aber ci-
nei dux ipſe(ꝑ tẽpora trãsfixo clauo)percuſ
ſus:ex ipſo iudicũ libro diſcere poteris. Ait Iudi.4.&7
igitur propheta ſanctus, fac his eccleſię tuæ
ꝑſequutoribus,ſicut Madiã & Siſare feciſti
apud torrentẽ Cyſon:quos & in manu fœmi
næ & in paucis vicisti viris.Nã in caſtris eo-
rũ miſiſti gladiũ,& ipſi mutua ſe cęde trũca-
bãt.ſic etenim eccleſiæ tuę cõſulens,mirabili
potẽtia tua facies: queadmodũ olim electo
populo tuo te feciſſe legimus. Iugũ eñ one-
ris eius,& virgã humeri eius,& ſceptrũ exa- Eſai.9.a.
ctoris ei' ſuperaſti ſicut in die madiam. Seq.
*Diſperierunt in Endor: facti ſunt vt ſter* 16.
*cus terræ.*

Endor villa eſt tribus Manaſſę, ſita in hermo
nio monte modico & paruo,qui medius eſt
inter montes Hermõ & Tabor. In qua habi-
tauit mulier phitonem habens , quæ à Saule
iuſſa



iuſſa eſt,vt Samuelem ſibi ſuſcitaret. in pede
autem huius,à parte orientali, decurrit tor-
rens Cyſon cõtra mare gallileæ,decollectus
ex aquis pluuialibus,à montibus Tabor,Her
mon & Hermonio monticulo defluentibus:
vbi Barach, ſiſarã & exercitũ eius debellauit,
Iudi.5.e. & de cælo dimicatum eſt contra eos,& tor-
rens Cyſon traxit cadauera occiſorum , quæ
ſuo in ſtercore fœdata erant.ideo ait: diſpe-
rierũt in Endor:facti ſunt vt ſtercus terrę. ꝙ
ſi ad nominis interpretationem attẽdas:fons
generationis,vel oculus naturalis interpreta
tur.nec mirum,ꝙ miſticè in fonte generatio
nis(qui à primo fluit homine) oculo ac lumi
ni naturali innixi perierint: qui in regenera
tionis fonte à Chriſto emanante, & ſuperna-
turali fidei lumine,nõ periſſent,facti ſunt vti
q; vt ſtercus terræ,vt caduca ſcilicet & luto-
ſa huius ſeculi bona:quæ dum viuerent,toto
animo dilexerũt.tales quidẽ illi effecti ſunt:
qualia fuerunt ea quę dilexerunt bona: & ta
lis effectus : qualis affectus , quo amplexati
Iohel.1.d. ſunt ſtercora,in quibus carnaliter viuentes:vt
iumenta cõputruerunt.Sequitur.
*Pone principes eorũ: ſicut Oreb & Zeb*
10. *& Zebee & Salmana.*

Ij quatuor reges & principes fuerũt madia
nitarũ,qui in manu gedeonis (pugnãte dño)
mirabiliter ſuperati ſunt ac trucidati. lege li
bri iudicum. 7.&8.caput.antichriſtum ergo
cæterosq; eccleſiæ tuæ perſequutores ſic po
nes dñe:quales (quos enumeraui ) principes
poſuiſti.eos quidem deſtrues, & ad nihilum
rediges. ſicut de antichriſto ſcribens Paulus
1.Theſ.2.c theſſalonicenſibus ait:& tunc reuelabitur il-
le iniquus:quem dñs Ieſus interficiet ſpũ oris
ſui.& deſtruet illuſtratione aduentus ſui eũ,
cuius eſt aduentus ſecundùm operationem
ſathanæ &c.Sequitur.
*Omnes principes eorum qui dixerunt: hæ*
11. *reditate poſsideamus ſanctuarium Dei.*

Omnes eos conteres, & ſuperbiam eorum
confringes: qui teſtamentum ſuum & futile
pactum aduerſum te diſpoſuerunt dicentes:
iure perpetuo ſubijciamus nobis omnes Chri
ſtum colentes, eos maximè qui ſanctuarium
illius ſunt & habitaculum in quibus per gra-
1.Cor.3.c. tiã inhabitat. quos ſic alloquitur apoſtolus:
neſcitisꝙ templum Dei eſtis:& ſpũs Dei ha-
bitat in vobis?hos igitur poſsideamus, ſintq;
nobis in hæreditatem.vana vtiq; cogitatio,&
vanior contra Deum diſpoſitio. an neſcitis
1.Cor.6.b. (iſdem apoſtolus ait) ꝙ iniqui regnum Dei
non poſsidebunt?Sequitur.
*Deus meus,pone illos vt rotam: & ſicut*
12. *ſtipulam ante faciem venti.*

Inſtabiles erũt , pœna ſubſequente culpam.
qualis eſſe ſolet volubilis rota,& ſtipula quę
vento agitatur.atqui vario mouebuntur im-
petu : quaſi capitis vertigine laborantes. &
qui cogitauerunt vnanimiter, & ſimul aduer
ſum te teſtamentũ diſpoſuerunt:nutãtes diſ-
pergentur,ſicut dñs per prophetam ſuum cõ
minatur dicens:diſſeminabo eos quaſi ſtipulã Hier.3.d.
quæ vento raptatur in deſerto. pone igitur
Deus meus inimicos tuos atq; meos, vt rotã
(ſpõſo ſuo ait eccleſia).porro inimicorũ tuo
rũ aĩa rotabitur quaſi in impetu& circulo ſun
de:ſicut benedicta illa Abigail vxor nabal di 1.Reg.25.e
xit Dauidi.tu potentiſsime,pro libito circũ-
girabis illos quaſi orbiculũ vel ſpherulã : nec
vllus obſiſtet.& ſpũ oris tui(vt ventus ſtipu-
lam)in locum perditionis eos abire iubebis.
Iuſto quidẽ id ages iudicio,vt qui in circuitu
impij ambulant,& omni vento doctrinæ agi
tãtur,æternam cogantur ſubire pœnã, per ro
tã ſignificatã,cui nõ eſt ſignare finem. & qui
leues , fragiles , & inanes huius ſeculi ſtipu-
las amplexati ſunt:inſuflentur vt à vento ſti-
pulæ, ſintq; in æterni & nunquã extinguibi-
lis ignis fomentum.ſic enim ſcriptum eſt , ꝙ Mat.3.d
paleas cõburet dñs igni inextinguibili. Seq. Luc.3.d.
*Sicut ignis qui comburit ſiluam, & ſicut*
*flamma comburẽs montes.* 13.

Bene ſiluæ & montibus cõparantur impij:
qui & ſteriles ſunt & ſuperbi.et diuinæ vltio
nis ratio,per ſimilitudinem ignis comburen
tis & flãmæ ſupereminentis, & in altũ aſcen-
dentis,deſcribitur.In maiores quidem,eminẽ
tiores ac potentiores,maximo graſſabitur im
petu : nõ ita intenſo in minores ac ſubditos,
quorũ nõ æque grauia ſolent eſſe peccata.ſic
tñ vt ꝓ menſura peccati,ſit & plagarũ mod'.
ſcriptũ eſt enim, horrende & cito apparebit Deut.5.a.
vobis,qm̃ iudiciũ duriſsimum in his qui præ Sap.6.a.
ſunt fiet.exiguo enim cõceditur mĩa:poten-
tes aũt potenter tormenta patientur.paucisq;
interiectis ſequitur:fortioribus aũt fortior
inſtat cruciatio,quę cõburens hic flãma voca
tur.ad vos ergo reges ſunt hi ſermones mei
(ait ſapiens)nam ſiluam comburet ignis,mon
tes vero altos ſublimes atq; potentes:poten-
tior flamma comburet.Sequitur.
*Ita perſequeris eos in tempeſtate tua : &* 14.
*in ira tua turbabis eos.*

Hæc tempeſtas erit in vltimo iudicij die.
ſic enim in ipſo de aduentu iudicis dictum
eſt : ignis in conſpectu eius exardeſcet , & Pſ.49.v.4.
in circuitu eius tempeſtas valida.& dominus
in ira ſua conturbabit eos : & deuorabit eos Pſ.20.ve.9
ignis. non ſemel in ſacris literis & prænun-
tiatam & deſcriptã huius diei inuenies tem

 peſtatẽ.

peſtatem. lege Naum & Sophoniæ primũ ca
put:& contremiſces. ecce turbo dominicæ
Hier,23.d. indignationis egredietur (ait Hieremias) &
tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum
veniet &c. ſed hæc de perſequutoribus &
peccatoribus obduratis, quos æterni manet
cruciatus.de electis verò ſeductis & ex fragi
litate quandoque auerſis.Sequitur.

15. *Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum domine.*

Sancta,ſalubris & pia eſt ignominia, quæ
ducit ad gloriam.tu igitur dñe, fac vt electi
tui ante in te credẽtes,ſeſe ab aduerſario illo
nominis tui inimico deceptos agnoſcant. vt
ad ſe reuerſi:ad te conuertantur,& nomẽ tuũ
inuocent,& eius gloriam quærant.faciat pro
priæ ſalutis memores ac ſollicitos ignomi-
nia:quos tui & ſuimet obliuioſos, praui do-
ctoris fecerat deluſio & faſcinatio.cõfundan
tur à te:vt reuertantur ad te.aperi oculos eo
rum vt videant:qui,quales & vbi ſint. quære
illos perditos:vt te ſuum quærant ſeruatorẽ.
imple facies eorum ignominia, qui faciẽ tuã
ſpreuerunt:& cõfuſus eorum quiſq; dicet:ex
quiſiuit te facies mea:faciem tuam dñe requi
Pſ.26.v.13 ram.ne auertas faciem tuã à me: ne declines
in ira à ſeruo tuo.ſibĭipſis deniq; & alijs igno
minioſi & quaſi ſine nomine & honore vi-
deantur:& quærent nomen tuum dñe dicen-
tes:non eſt aliud nomen ſub cælo datum ho-
minibus in quo oporteat nos ſaluos fieri &c. Act.4.b.
Sequitur.

*Erubeſcant & conturbentur in ſeculum ſeculi: & confundantur & pereant.* 16.

Denuo ad obſtinatos propheta redit.eru-
beſcant(inquit)infructuoſa erubeſcentia qua
deteriores,quia impudentiores & procatio-
res fient.eſt enim confuſio adducens peccatũ
(ait ſapiens)& eſt confuſio adducens gloriã Eccle.4.c
& gratiam, atqui conturbabuntur, non per
pœnitentiam ad tempus,vt æternum viuant:
ſed inſano furore,atq; in ſeculum ſeculi obſti
nato:vt confuſi,nec tamen conuerſi pereant.
Sequitur.

*Et cognoſcant,quia nomen tibi dñs:tu ſolus altiſsimus ſuper omnem terram.* 17.

Cognoſcant (vel inuiti) ꝙ es & vocaris
dñs,meritò quidem.quippequi non huic vel
illi: ſed omnibus dominaris. ſciantq; ꝙ non
ipſi,ſed tu ſolus altiſsimus ſis ſuper omnem
terram:qui Deus deorum, rex regum & dñs
dominantium,viuis & regnas per infinita ſe-
culorum ſecula Amen.

EPILOGVS PSALM. 82.

*DEus quis ſimilis erit tibi?ne taceas,neq; compeſcaris Deus.iam non tempus eſt tacendi, ſed
loquendi.noli ergo tacere,ſed uoce publica & ſonora dices iniquis:diſcedite à me omnes ope
rarij iniquitatis.non eſt enim q, compeſcaris Deus: cui nemo poteſt dicere,cur ita facis,aut
Lub.13 f. Iob.10.a. indica mihi cur me ita iudices?quoniam ecce inimici tui ſonuerunt:qui oderunt te, extulerunt caput.
abundat iniquitas, reuelatur filius perditionis,& impiorum exercitus undiq; ſonat.conſilium prauum
inierunt contra ſanctos tuos,ut illos diſperderent funditus.ſimulq; aduerſum te, & legem tuam fece-
runt(unà colligati)pactum,fœduſq; compoſuerunt exteri omnes:quorum nomina deſcripta ſunt in in-
ferno.etenim Aſſur ille ſuperbus(qui & diabolus huius militiæ princeps) uenit cum illis. fac illis ſicut
Madiam & cæteris:quos dextera tuæ potentia contriuiſti.diſperde horum principes inſolentes atq;
procaces.pone illos ut rotam girantem uelociſsimo curſu,& ſicut ſtipulam uento raptam,nec amplius
uiſam.ſicut ignis qui comburit ſiluam:ita illos perſequeris.imple facies eorum ignominia, erubeſcant,
conturbentur,confundantur,& pereãt,cognoſcantq; q, nomen tibi dominus: & tu ſolus altiſsimus ſis
ſuper omnem terram.dixi,& futuri ſeculi uitam contemplans: habitationem illam perpetuam para-
tam in cælis,ardenti animo concupiſco.*

PSALM. 83.

*QVAM dilecta tabernacula tua domine virtutum: cõcupiſcit et deficit anima mea in atria domini.*

Huic pſal.talis titulus eſt:in finem pro tor
cularibus filijs Chore pſalmus.Qui ſit nos per
ficiens finis,quæ torcularia,& qui filij dican
tur Chore:ſatis in ſuperioribus titulis,tũ ma-
ximè pſal.8.& pſal.41.elucidauimus: cuius
cum hoc pſalmo commune videtur eſſe argu
mentum.hic igitur pſal.filijs Chore, hoc eſt,
filijs Chriſti proponitur,qui vt verus(ac per
alterum figuratus)Heliſeus, in caluarie mon
tem & crucis cliuum aſcendit. & quos pro-
prio ſanguine redemit: hos ſibi filios genuit
adoptionis,qui dum ab huius ſeculi filijs, in-
tra Dei eccleſiam conculcantur: quaſi in tor
culari premuntur,& vinum optimum atque
ſuauiſsimum ſtillant & acceptabile: dignum
dilecto ad potandũ,labijſq; & dentibus illius Cant.7.c.
ad ruminandum.& inter præſuras æſtuantes,
cæleſtium manſionum deſiderio ferũtur: vbi
plena pax eſt,quies,& ſecuritas.cupiuntq; di
ſolui & eſſe cum Chriſto,atq; in hanc vocem Phili.1.d.
erumpunt:quam dilecta tabernacula tua dñe
vir-



virtutum. nimium quidem dilecta ſunt,dili-
gentibus te,tabernacula tua illa cæleſtia, dñe
exercituũ. tabernacula dixi cõſueto ydioma
te,qui nunc militem ago (ait iuſtus in agone
poſitus) quia nondum eam domus tuæ (in-
qua ſanctos glorificas,amplitudinem:nondũ
perpetuam illam ſecuritatem expertus ſum.
ſic Petro apoſtolorum principi contigiſſe ar
bitror,qui cum te in montem trãsformatum
Mat.17.a. videret & glorioſum,dixit: rabi, bonum eſt
Mar.9.b. nos hic eſſe,& faciamus tria tabernacula,non
enim ſciebat quid diceret.porro ſi diuina glo
ria cum permanentia potiretur: non dixiſſet
bonum,ſed optimum.nec dixiſſet tabernacu
la,quæ militantium ſunt tentoria: ſed atria,
qualia nunc contemplor, ipſaq; ardente ani-
mo concupiſco. deficit tamen anima mea in
cõtemplatione,præ rei magnitudine.& amo
ris ac deſiderij impatiẽs:deficit. ſcriptum eſt
Eſa.64.b. enim(ait apoſtolus)quod oculus non vidit,
1.Cor.2.b. nec auris audiuit,nec in cor hominis aſcen-
dit,quæ præparauit Deus his qui diligunt il-
lum.Sequitur.

2. *Cor meum & caro mea: exultauerunt in Deum viuum.*

Mira conuentio. vbi iam caro quæ concu
Gal.5.c. piſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus
carnem:ſocia germanitate, & atria dñi con-
cupiſcunt,& exultant in Deum viuum. cor,
vti vas primarium Dei capax:caro verò qua-
ſi ſecundarium,per corporalia membra, diui
næ perinde ac diffuſæ charitatis opera execu
tioni tradens. per cor igitur intellige animæ
vires.exultat enim inter anguſtias intellectus
1.Cor.10.b iuſti,iam in captiuitatẽ piam redactus in ob-
ſequium Chriſti. exultat rationalis affectus,
caduca reſpuẽs & tranſitoria contemnens: vt
ea quæ credit,ſperat,& diligit, amplectatur
æterna.exultat memoria, dũ recolit promiſ-
ſa:& Dei ſui meminit promittentis,cũ Abrahã
Rom.4.d. (vt apoſtolus ait)dans gloriam Deo. pleniſsi
mè ſciens:ꝙ quæcunq; promiſit Deus, potẽs
eſt & facere. exultat igitur totum hominis
cor, dũ in torculari proteritur fidelis:exiſti
Rom.8.d. mans cum eodem apoſtolo,ꝙ non ſunt con-
dignæ paſsiones huius temporis ad gloriam
quæ reuelabitur in nobis.id enim quod in
præſenti eſt, momentaneum & leue tribula-
2.Cor.4.d tionis noſtræ(iſdem Paulus ait): ſupra modũ
in ſublimitate(hoc eſt,eminentius, ſublimius
q;,& vltra quàm dici aut ex cogitari poſsit,)
æternum gloriæ pondus operatur in nobis.
non contemplantibus nobis quæ videntur:
ſed quæ non videntur.quæ enim videntur, tẽ
poralia ſunt: quæ autem non videntur æter
na ſunt.hinc eſt, ꝙ ex cordis exuberantia ac
plenitudine,caro iam domita & ſpiritui co-
hærens: (redundante hilaritate) inter infir-
mos artus exultat in Deum viuum, eò ꝙ vẽ
tura ſit ad eum,apud quem eſt fons vitæ, & Pſ.35.v.10
in quo reflorebit & renouabitur vt aquilę iu Pſ.102.v.5
uetus ſua.exultat quippe cor credentis ſimul
& caro in Deum viuũ,& lætantur in his quæ
dicta ſunt ſibi,in domum domini ibimus: &
conſolantur interim ac requieſcunt in ſpe.
Sequitur.

*Etenim paſſer inuenit ſibi domũ, & tur tur nidum: vbi reponat pullos ſuos.* 3.

Paſſer vtiq; Chriſtus, turtur eccleſia. ille
pennigero ſuo volatu aſcendẽs ſuper omnes
cælos,inuenit ſibi domum, vbi ad dexteram
patris ſedet:hæc verò gemebunda, nidulos
variaſq; pro gratia & meritis inuenit manſio-
nes,vbi ſuos colloceet fideles,quos in hac pe-
regrinatione quaſi pullos ſub alas fouit,con
gregauit,& enutriuit.paſſer(inquam)ille,qui
de ſe dixit:vulpes foueas habent & volucres Luc.9 g.
cæli nidos:filius autem hominis non habet
vbi caput ſuum reclinet:is cælum aſcendens,
inuenit ſibi domum,& turtur nidũ, vbi quos
in hac lachrimarum valle degens,fructificans
q; in foraminibus petræ & in cauerna mace-
riæ poſuit:hos ad cæleſtia deuehat, reponat;
& recõdat pullos:tutiſsimus quidẽ locus eſt,
perinde atq; altiſsimus nidus ille cæleſtis.ibi
etenim apud Deum viuum:paſſer etiã homo
contemplationi vacans,& heroicarum virtu
tum pennis eleuans ſe ſupra ſe: inuenit ſibi re
quietionis domum,in qua ſpacietur. & pœni
tens,quaſi turtur gemens,& actioni ac proxi
morum ſubentioni intẽdens:nidum inuenit,
vbi cogitatus ſuos tenellos, recenteſq; affe-
ctus & actus,in Deum referens ipſe reponat.
tu ergo redde ſingula ſingulis. cordi videli-
cet contemplanti,tribue domum:carni verò
agenti & opera exercenti,da nidũ. Sequitur.

*Altaria tua dñe virtutum: rex meus & Deus meus.* 4.

Vehementi deſiderio impulſus cõtempla
tor hic pius,verba inter ſuſpiria ipſa prorum
pit,qui & diſſutam videtur proferre ſenten-
tiam. quod anhelo ſpiritu & ardenti animo
æſtuantibus,non raro accidere ſolet. nempe
qui tabernacula,atria,Deumq; viuentem, &
ibi habitantem, paſſeris domum, ac turturis
nidum, concupiſcenti animo demiratus eſt:
nunc in eius altaria fertur,altaria(inquit)tua
dñe virtutum,vbi tibi aſsiduè holocauſta illa
ſuauiſsima ſanctorum offeruntur;quàm dile-
cta,deſiderabilia & admiranda ſunt?ibi altare
maius,hoſtia acceptiſsima, & ſummus ſacer
dos

Apo.1.a. dos Chriſtus, qui dilexit nos, & lauit nos à
peccatis noſtris, in ſanguine ſuo:& fecit nos
regnum & ſacerdotes Deo & patri ſuo. cui'
altaris(longo quidem ſermone)in ea quæ eſt
Heb.13. b. ad Hebreos epiſtola pulchrè meminit Pau-
lus. ibi altaria vbi cæteri ſancti & martyres
ſeſe offerunt Deo,& quaſi thimiamata & in-
cenſum,orationes & laudes Deo dignas exhi
bent,in odorē ſuauitatis. de quibus ſequitur.

*Beati qui habitant in domo tua dn̄e: in ſe*
5. *cula ſeculorum laudabunt te.*

Beati vtiq; erunt illi quibus fœlici ſorte
illam continget inhabitare domum, quam ſi
bi inuenit,& illis parauit paſſer in poſſeſsio-
nem ęternam. ideoq; beati:quia domus illius
habitatio,totius eſt boni(cum perpetua dele
ctatione)fruitio. ibi pax,ibi quies,ſalus, vi-
ta,omnium deniq; bonorum affluentia. vere
igitur beati in re: qui habitant in domo tua
dn̄e,vbi & tu habitas,ſanctos tuos glorificās:
& pleno gaudio ac ſecuritate habitabunt re-
cti cum vultu tuo, quorum perpetuum mu-
Pſ.139.v.14 nus erit:laudes tuas ſuauiſsimo concentu de
cantare.eſt etiam in ſpe beatus homo, qui in
hanc (vt tecum habitet)aſcendere domum,
toto niſu contendit.cui negocio,propriæ cu
iuſq; non ſuppetunt vires: niſi tu domine ex
gratia,hominis adiuueris infirmitatem. quod
exprimens propheta ſubiungit.

*Beatus vir cuius eſt auxilium abs te, aſcē*
*ſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachri*
6. *marum: in loco quem poſuit.*

Gen.2.d. Tulit dominus Deus hominem (ait ſcrip-
tura diuina) & poſuit eum in paradiſum vo-
luptatis præcepitq; ei &c. at homo cum in
honore eſſet:non intellexit,& præcepti trāſ-
Gen.3.d greſſor effectus,in hāc lachrimarum vallem
eiectus eſt;non vt ſegnis aut deſes eſſet,ibiq;
aliam in qua quieſceret ſibi efficeret paradi-
ſum:ſed vt in corde ſpiritales quaſdam ad cæ
leſtem illam diſponeret aſcenſiones,quę ope
ra meritoria ſunt. verū ad actus meritorios:
duo concurrant operæprecium eſt. primum
& præcipuum eſt Dei gratia,quam hic pſal
tes, Dei ſpeciale vocat auxilium. ſecundum
eſt,liberum hominis arbitrium ſimul operās:
quod exprimitur in verbo,diſpoſuit, ne Dei
1.Cor.15 b. gratia vacua in nobis ſit,vt apoſtolus ait,qui
plus omnibus laborabit,non ipſe: ſed gratia
Dei ſecum,qui & cōmonet, ne gratiam Dei
in vacuum recipiamus.tunc enim perceptio
2.Cor.6.a. gratiæ nobis inutilis eſt & vacua:quū ea non
vtimur vt peccata vitemus,& bona vitę æter
nę meritoria non operamur.at contra,qui ex
arbitrio & gratia bene operatur homo: iure

beatus in ſpe dici poterit, iſq; huius viæ con
ſummato curſu,aſcendet in montem dn̄i, &
ſtabit in loco ſancto eius:domum illam per-
petuæ beatitudinis habitaturus. ſit igitur illi
oportet auxilium gratiæ Dei,quæ eum præ-
ueniat & ſequatur, coopereturq; ſimul cum
eo(quaſi aſcenſiones quaſdam & ſcalarū gra-
dus)actus gloriæ meritorios, quas aſcenſio-
nes, ſtabili corde firmoq; propoſito,ſibi di-
ſponat neceſſe eſt, in hac lachrimarum valle,
in loco peregrinationis huius, quem illi dn̄s
(id ſuis exigentibus meritis) in ſtadium po-
ſuit & ſignauit:ipſeq; ſimul homo ſibiipſi po
ſuit declinans à recto.in quo loco, interiores
cordis aſcenſiones,viuenti homini diſponere
licet.quippe ꝙ ibi & tunc: promerendi ſit lo
cus atq; tempus. ergo dum tempus habemus
(iuxta Pauli cōſilium)operemur bonum, aſ- Gal.6.b.
cenſiones in cælum diſponamus, adſit operi
voluntas efficax:nec deerit qui illud ad per-
fectum vſq; perducat. dicente eodem apoſto
lo: Deus eſt enim qui operatur in vobis & Phili.2.b.
velle & perficere pro bona voluntate. ſit ſca
larum fundamentum in corde:quæ tamē ini-
tantur cælo.ſitq; primus gradus inferior,pro
priæ æſtimationis cognitio, & ſuiipſius vili-
penſio:vt hinc aſcendat vſq; ad cognitionē,
dilectionem,(& ſi dixerim) appreciationem
Dei; ſuper omnia. primus etiam aſcenſionis
gradus,ſit timor domini,pietas ſecundus,de-
inde ſcientia,fortitudo,conſiliū, intellectus, Eſa.11.a
& vltimus ſapientia,quæ circa ſublimia & æ-
terna verſatur. aut ſi mauis,illos in ſcala diſpo
nat gradus:quos vertex apoſtolorum recen
ſet Petrus dicens: vos autem curam omnem 2.Pet.1.b.
ſubinferentes miniſtrate in fide veſtra virtu
tem:in virtute autem ſcientiam: in ſcientia
autem abſtinentiam:in abſtinentia autem pa-
tientiam:in patientia autem pietatem:in pie
tate autem amorem fraternitatis: in amore
autem fraternitatis,charitatem.ſit vt libet,di
ſpōnat homo aſcenſiones in corde: quanuis
fragilitate humana,aut ſuperna Dei diſpoſi-
tione,nonnunquam fruſtretur opere.id enim
fit interdum ne extollatur aſcendens homo:
ſed cognoſcat ꝙ homo ſit,ſciatq; cum Hiere
mia,ꝙ non eſt hominis via eius:nec viri eſt, Hier.10.f.
vt ambulet & dirigat greſſus ſuos. atqui ad-
uertat vt pedem in aſcenſum figat,& inceptū
cum apoſtolo ſequatur,ſi quomodo compre Phili.3.c.
hendat,in quo & comprehenſus eſt à Chriſto
Ieſu.nec ſtatim ſe arbitretur comprehēdiſſe.
vnum autem quæ retro ſunt obluiſcens, ad
ea verò quę ſunt priora extendens ſe ipſum,
ad deſtinatū perſequatur, ad brauiū ſupernę
vocationis. ꝙ ſi impulſus aut illectus retro-
cedat:



cedat:iterum aſcendere adnitatur. Nam la-
bor improbus(vt ait quidam) omnia vincit.
Non quidem in vacuum laborabit.fidat Chri
ſto. Sequitur.

*Etenim benedictionem dabit legislator,*
7. *ibunt de virtute in virtutem: videbitur*
*Deus deorum in Sion.*

Benedictionis nomine,diuinus vates,fauo-
ris diuini intelligit abundantiam. hanc dabit
legiſlator Chriſtus,adnitenti conſcendere in
altum:qui legem euangelicam tulit, regnum
ſuum promiſit,& aſcenſiones in corde diſpo
nere docuit dicens: ſi vis ad vitam ingredi
Mat.19.c. ſerua mandata.quiq; vt facere & ſeruare poſ
ſis:benedictionem dabit. præueniet quidem
excitans,confortabit cooperans,& perficiet
coronans. Ibuntq;, Chriſtum imitatione ſe-
quentes, aſcendentes per incrementa virtu-
tum quæ ſunt inter ſe connexæ: et vires ac-
quirent eundo à virtute in virtutem,hoc eſt
à fortitudine in fortitudinem progrediendo:
ita vt eorum quiſq; cum apoſtolo dicere poſ
Phili.4 c. ſit:omnia poſſum in eo qui me confortat.
ibunt deniq; ab actu vnius virtutis in actum
alterius ſeſe exercentes:dabitq; legislator be
nedictionem,gratiam infundens:& aſcendē-
tes ac proficientes ex arbitrij libertate, ibūt
de virtute in virtutem vſq; ad virtutum cu-
mulum, & bonorum omnium celſitudinem
atq; finem ſine fine:vt videatur Deus deorū
in Sion.hæc eſt autem vita æterna (ait Chri-
Ioan.17.a: ſtus)vt cognoſcant te ſolum Deum verum,
& quem miſiſti Ieſum Chriſtū.Et iterum:pa
Hier.9.a. ter,quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum,
& illi ſint mecum,vt videant claritatem meā,
quam dediſti mihi &c.At cōtra,de peccato-
ribus apud Hieremiam ſcriptū legimus:Con
fortati ſunt in terra,quia de malo in malum
egreſsi ſunt:& me non cognouerunt dicit do
minus. Sequitur.

8. *Domine Deus virtutum exaudi oratio-*
*nem meam: auribus percipe Deus Iacob.*

Viderat propheta domus illius cæleſtis de-
corem & pulchritudinē:eiusq; deſiderio ca-
ptus:illius habitatores fœlices ac beatos eſſe
iudicauit. Et ſcalis ſpiritualibus ad huius do
mus aſcenſum opus eſſe conſiderans: diuinū
auxilium huic negocio neceſſarium eſſe præ
uidit,quod vtiq; dabit legislator.tu autē qui
aſcendere cupis:orationi inſta.ſic enim exo-
ratus ipſe vult fieri Deus. ſic & prænouit:
quod fieri decreuit. Inuoca Deum tuum tri-
Cant.2.a. num & vnum cum ſponſa dicens: fulcite me
floribus,id eſt,ſanctis deſiderijs: ſtipate me
malis,id eſt,virtutibus:quia amore langueo.
Dic igitur toto affectu, domine Deus ange-

lorum,non dedigneris orationem homuncu
li,magna ſed tibi facilia,petentis.Audi & ex-
audi exulis orationem,quæ apud te legatio-
ne fungitur.Recordare quòd ſis Deus Iacob,
cui ſcalam ſuper terram,cuius cacumen cælū Gen.28.c.
tangebat:teq; innixum ſcalę,eam quam nunc
peto depingens oſtendiſti, vt orationi meæ
aures benignitatis tuæ admoueas, ipſiusque
percipias verba.ꝙ ſi hoc pietatis tuæ nō mo
uet animum,vt hilari ac ſereno vultu oratio-
nem meam auſcultes:vnum adferam,per quē
tibi vnice dilectum,votis meis annues,& po
ſtulata concedes.

*Protector noſter aſpice Deus: & reſpice* 9.
*in faciem Chriſti tui.*

Per vnigenitum quem nobis promiſiſti fi-
lium exaudias precor. ſcio ꝙ nemo aſcendit
in cælum niſi qui deſcendit de cælo,filius ho Io.3.b.
minis qui eſt in cælo.Aſpice igitur protector
noſter Deus, & reſpice in verendam Chriſti
tui faciem,cuius mēbra ſumus. vt qui ad nos
deſcendit in carne:per fidem ſibi & per cha-
ritatem vnitos, in æternam domus ſuæ ſecū
deferat manſionem.

*Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis, ſu* 10.
*per millia.*

Dies illa vna eſt,cui non ſuccedet altera.In
qua nulla temporum viciſsitudo. dies plena,
lucida,& clara,totius obſcuritatis expers. ta
lis quippe dies:qualis ciuitas,domus,& atria
illa ſuperna.Et ciuitas(ait in Apocalipſi Ioan Apo.21.d.
nes) non eget ſole neq; luna,vt luceant in ea:
nam claritas Dei illuminabit eam,& lucerna
eius eſt agnus.Vna igitur dies ipſaq; æterna
huius habitationis:melior eſt, iucundior, &
ſuauior,quàm dierū millia ſeculi huius. quo-
rum meminit apoſtolus Epheſijs ſcribēs. Vi- Ephe.5.d
dete(inquit)fratres quomodo cautè ambule
tis,non quaſi inſipientes,ſed vt ſapientes, re-
dimentes tempus, quoniam dies mali ſunt.
Nec eſt ꝙ id clarius elucidemus,quando ex-
perimento quotidiè diſcimus, quàm mali
ſint. Sequitur.

*Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei: ma* 11.
*gis quàm habitare in tabernaculis pecca-*
*torum.*

Amplitudinem(ait)magnificentiā,& abun-
dantiam domus illius conſiderans,eamq; ta-
bernaculis peccatorū conferens(ſi licet ma-
gna componere paruis) elegi mecum habi-
tans,in domo Dei mei eſſe:quanuis deſpica-
bilis & abiectus,minor quidem in regno cæ
lorum(vt ſeruatoris noſtri verbis vtar) hoc Luc.7.c.
eſt,in minori gradu gloriæ conſtitutus, ſa-
tiùs eſſe duxi,quàm habitare vt magnus dn̄s,
prin-

princeps, aut rex in tabernaculis peccatorū. vbi non ſemper (vt in domo illa ſuperna) laudatur Deus: ſed multoties blaſphematur. Idcirco mallem illius domus obturare fores, & ad limen (ſi dixerim) iacere, ſi mihi daretur optio: quàm peccatorum tecta habitare, conuiuijs eorundē epulari, requieſcere ſtratis. Nimium quidem diſtat ab huius peregrinationis tabernaculis, domus illa non manu
2.Cor.5.a. facta, ſed æterna in cælis: nec vllum hic in re ſymbolum. quæ enim participatio iuſtitię
2.Cor.6.c. cum iniquitate (ait iſdem apoſtolus) aut quę ſocietas luci ad tenebras? quæ autem cōuentio Chriſti ad Belial &c? Sequitur.

12. *Quia miſericordiam & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit dn̄s.*

Adeò miſericordiam & veritatem diligit Deus: vt ſumme miſericors ipſe ſit & verax. Ideò miſericors, qui ex gratia, non ex meritis quaſi ex meritis gratiam contulit: ex veritate autem, dabit gloriam: quam promiſit. qui ſe veniſſe teſtatur vt oues ſuæ vitam habeant in hoc ſeculo per gratiam: & abundantiùs habeant in futuro, per gloriam. Non eſt ergo quòd aſcendere in domum, & in ea quę concupiſcimus Dei atria diffidamus: quādoquidem donorum omnium largitor dn̄s, dabit gratiam, qua promereamur eam quā ipſe nobis daturus eſt gloriam. quia miſericordiā & veritatē diligit Deus. et ex miſericordia tribuit: quod iuſtè ex veritate coronet. Seq. Io.10.b.

13. *Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: domine virtutum: beatus homo qui ſperat in te.*

Vera & permanentia bona dabit dominus. dabit, nec improperabit. dabit, nec bonis collatis priuabit innocentes manibus & mundo corde: ſi in ſua permanſerint innocentia. Et qui ex miſericordia iuſtificat impios: ꝓmiſſis bonis non defraudabit innocentes. Iure igitur ex præmiſſis inferam (ait Pſalmographꝰ) quod beatus ſit homo in ſpe, qui ſperat non in ſe, ſed in te. hic profectò peracto curſu, beatus erit in te tecum habitans: qui in trinitate perfecta viuis & regnas Deus, per infinita ſeculorum ſecula, amen.

### EPILOGVS PSALM. 83.

*Qvam dilecta tabernacula tua domine uirtutum: concupiſcit & deficit anima mea in atria domini. dilecta ſunt quidē diligentibus te: ſed deficit anima, dum ſcrutatur magnitudinem & multitudinē manſionum. Cor meum & caro mea, omnesq; corporis & animæ meæ uires exultauerunt in Deum uiuum, qui fons eſt uitæ perennis in cæleſti patria: ubi ſine intermiſſione Deus ſuos glorificat ſanctos. Etenim paſſer inuenit ſibi domum, & turtur nidum, ubi bonorum cogitatuum atq; operum fœtus recondant, ſi ſcilicet qui contemplationi uacant, aut actiuæ uitæ inſeruiunt, gemuntq; q, exuient ſub onere preſſi. Ibi quidem altaria ſunt, ubi ſacrificia, oblationes, & holocauſta repoſita: grata tibi ſunt dn̄e & accepta quamobrem uerè beati dicendi ſunt, qui habitant in domo tua domine: quia in ſecula ſeculorum laudabunt te. Ita etiam in ſpe, uir ille beatus cenſendus eſt: cui tu auxilium præſtas in hac lachrimarum ualle: ualle inquam amaritudinis, in qua euangelicam legem dediſti ei: uti olim in Marath poſt tranſitum maris rubri (oſtenſo*
Exo.15.d. *ligno dulcorante aquam) priori populo præcepta atq; iudicia in figura conſtituiſti, ut populus iunior ſcalam in corde parare ſciat, qua in cælum aſcendat, cuius gradus ſunt diuinæ legis mādata Nam ſi uult ad uitam ingredi oportet mandata ſeruare, ex arbitrio & gratia Etenim benedictionem gratis ex liberalitate dabit legiſlator, ſuumq; fauorem impluet, quo de uirtute in uirtutem proficientes aſcendāt: & aſcendentes proficiant, donec culmen attingant, ubi uidebitur is clara intuitione, qui Deus deorum eſt. Nam ſi uidetur nunc in ſpecula militante: in enigmate tamen, & per ſpeculum fidei. tu ergo rex angelorum, qui huiuſmodi ſcalam in figura patriarchæ Iacob olim oſtendiſti, quiq; ardens meum deſiderium ad atria illa aſcendendi noſti: exaudi orationem meam porrige manum, protector noſter aſpice Deus, & reſpice ad merita Chriſti tui, quibus innitor anhelans: quia melior eſt dies una in atrijs tuis, quæ lucidiſſima & clara eſt: quàm miriades dierum huius ſeculi. Et ideò elegi potiùs abiectus eſſe, minorq; omnibus in regno cælorum: quàm in domo potentum ac diuitum habitare, bonis omnibus perituris onuſtus quod utiq; ita futurum ſpero. nam ſemper habui perſuaſum, q, miſericordiam & iuſtitiam diligit Deus: gratiam & gloriam dabit dominus. hinc eſt q, non priuabit bonis dominus eos, qui ambulant in innocentia. iure ergo inferam domine Deus uirtutum: q, beatus homo qui ſperat in te, qui ſoluēs maledictionem, dediſti benedictionem: & confundens mortem, donaſti nobis uitam ſempiternam.*

### PSALM. 84.

*Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob.*

Cuius titulus eſt, in finem filijs Chorę pſal. iam ſatis in ſuperioribus elucidatus. in hoc pſalmo reparationis noſtræ deſcribuntur effectus,



fectus; ipſaque Chriſti incarnatio, & eius natiuitatis modus ſignatur. Et quod tunc ſanctus præuiderat propheta futurum, quaſi iā peractum oſtendit ad certitudinem prophetiæ. benedixiſti (ait) domine terrā tuam. terram quam in temporis creaſti principio, & de qua ad imaginem & ſimilitudinem tuam, plaſmaſti hominem: maledixiſti olim, propter primi hominis tranſgreſsionem, dicēs:
Gen.3. maledicta terra in opere tuo &c. Nec huius maledictionis expers fuit homo: qui de terra ſumptus, in ipſum terræ puluerem, vel moriens reuertetur. Atquì ita maledictioni ſubiacebat homo: quòd peccatorum ſpinas atq; tribulos germinabat. At vbi venit plenitudo temporis, factus ex muliere: benedixiſti domine terram tuam: eam ſcilicet quam de benedicta inter mulieres virgine matre aſſumpſiſti, atque tibi vniſti carnem, eusque benedixiſti: vt merito benedictus fructus ventris ſis & denomineris, in quo benedicẽtꝰ omnes gentes. Benedixiſti ergo terram, quæ ſub maledicto erat. ſupplantaſti diabolum: & quem captiuum tenebat hominem, vera libertate donaſti. ſic tu primum conteſtatus
Ioan.8.e. es dicens: ſi ergo vos filius liberauerit: verè
Gal.4.d. liberi eritis. & apoſtolus tuus vasq; electionis Paulus: itaq; fratres (inquit) non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate nos Chriſtus liberauit. Spiritualem quidē animæ à fideli Chriſtiano populo tuo (ſub Iacob typo benedicto) auertiſti captiuitatem. quod adhuc magis explicans ſubiungit:

2. *Remiſiſti iniquitatē plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum.*

Originale quidem, cæteraque omnia perſonalia hominibus remiſiſti debita: non enim illis erat vnde ſoluerent. quòd ſi huius remiſsionis modum ſcire velitis homines: audite apoſtolum. Et vos (ait) cùm mortui
Coloſ.2.c. eſſetis in delictis, & præputio carnis veſtræ: conuiuificauit cum illo, donans vobis omnia delicta, delens quod aduerſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci &c. Sic igitur remiſiſti, ſimulque omnia peccata tuo operuiſti ſanguine Deus bone. Remiſiſti & operuiſti. Remiſiſti condonans peccata: & operuiſti, non aſpiciens ad puniendum: ſed gratiam tuam conferens & charitatem, quæ vniuerſa delicta operit: operitque multitudinem pec-
Prou.10.b. catorum, ne ad vindictam vlterius videan-
1.Pet.4.b. tur.

*Mitigaſti omnem iram tuam: auertiſti ab ira indignationis tuæ.*

Humano more loquitur propheta, quippe ſolent homines, blandis iratum delinire dominum: ne in ſeruum irruat iratus. quod prudentiæ & humanitatis eſt: ſeruum auertere: & à facie domini ſemouere, ne videntis indignatio creſcat. Tu ſic pientiſsime, qui apud Hieremiam ita patrem alloqueris, re- Hier.18.d.
cordare quòd ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. Mitigaſti igitur effectus irati, deleſti culpam, remiſiſti pœnam, peccata noſtra ipſe pertuliſti in corpore tuo 1.Pet.2.d.
ſuper lignum: vt peccatis mortui, iuſtitiæ viuamus. Auertiſti nos ab ira indignationis tuæ, & faciem tuam à promeritis noſtris vulneribus nō auertiſti: quin teipſum potiùs innocentiſsimum obtuliſti in redemptionem. proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata noſtra: & obieciſti omni diſcrimini & morti innocentiam tuam, ſicut per prophetā tuum ante prædixeras dicens: corpus meum dedi Eſai.50.c
percutientibus: & genas meas vellentibus: Faciem meam non auerti ab increpantibus & conſpuentibus in me: poſui faciem meam vt petram duriſsimam: & ſcio, quoniam non confundar. Niſi huius verſiculi poſterior pars ſit prioris elucidatio, vt ſit ſenſus: mitigaſti, ſedaſti, cohibuiſtique omnem iram tuam: ne ſe vlterius extenderet. quod eſt dictu, auertiſti te ab ira indignationis tuæ: & ad miſericordiam declinaſti. Sequitur,

*Conuerte nos Deus ſalutaris noſter: & auerte iram tuam à nobis.* 4.

Auertiſti nos ab ira, non vt occideres: Ezech.18
ſed vt ſic viuificares auerſos. At qui non vis &.33.d.
mortem peccatoris, ſed vt conuertatur & viuat. Conuerte nos ad clementiam tuæ pietatis, qui ex miſericordia auertiſti ab ira indignationis tuæ. Conuerte nos ad te placatum: qui nos auertiſti à te irato. tunc quidem conuertemur: ſi tu ad nos conuerſus, auertas iram tuam à nobis. Hæ tuæ ſunt partes: tibi ſoli hoc ſequeſtratum eſt munus: qui Deus noſter, ſalutaris noſter, noſtræ ſalutis autor & homo noſter es: atq; pro- 1.Io.2.a.
pitiatio pro peccatis noſtris. Nō pro noſtris 1.Io.4.c.
autem tantùm: ſed etiam pro totius mundi. hæc hactenus, qui te noui, & reuelatione tua futurum, infallibiliter futurū didici & præuidi: quaſi iam præteritum prænuntiaui. Nunc autem humani generis nomine propheticæ reuelationis adimpletionem peto.

*Nunquid in eternum iraſceris nobis: aut extendes iram tuam, à generatione in generationem?* 5.

Sicut tuam decet iuſtitiã, vt quandoq; iraſ-
caris, dé malè à nobis perpetratis vindictam
ſumens; Ita ꝙ perpetuo iraſcaris, aut à gene-
ratione in generationem iram tuam exten-
das, à miſericordia tua eſt alienum. Non er-
go in ęternum iraſcêris Deus, nec à genera-
tione priore, quæ aduentum vnigeniti filij
tui in mundum anteceſsit: in alterã quæ ſub-
ſequetur, iram tuam extendes. In illa enim
priore, Deus vltionum vocabaris. At cùm
Titu. 3. b. apparuerit (ſi dixerimus) benignitas & hu-
manitas ſaluatoris noſtri Chriſti tui: (quæ
vtique iam apparuit in carne) pater miſeri-
2. Cor. 1. b. cordiarum & Deus totius conſolationis vo-
caberis, illud tunc quidem, ex nunc in ſpiritu
video:

6 *Deus tu conuerſus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.*

Fatemur ingenuè, nos omnes propter ho-
minis tranſgreſsionem morti eſſe addictos,
qui tergum ad te vertimus, & non faciem: tu
autem ad nos conuerſus pientiſsime rex, vi-
uificabis nos. oſtendes faciem tuam, & ſalui
erimus. Nimirum reſpicies eterna morte ple-
ctendos: & vitæ reſtitues. talis enim regum
eſt conſuetudo: vt illorum benigno perinde
ac vernali ſolis aſpectu viuificentur: quæ in
interitum iam abijſſe videbantur. ſi ergo tu
rex, & verus iuſtitiæ ſol, ad nos conuertaris
noſtram aſſumens naturam: viuificabis nos
calore tuæ gratiæ, & plebs tua quaſi floribus
vernans: lętabitur nõ in ſe, ſed in te. Hac phra
Ephe. 2. a. Colo. 2. c. ſi vſus eſt Paulus ad Epheſios & Coloſſen-
ſes ſcribens. Deus (ait) qui diues eſt in miſeri
cordia: propter nimiam charitatem ſuã qua
dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis:
conuiuificauit nos in Chriſto. Rurſusque, &
vos cùm mortui eſſetis in delictis & præpu-
tio carnis veſtræ: cõuiuificauit cum illo &c.
quamobrem iterum atque iterum obnixe
precor,

7. *Oſtende nobis domine miſericordiã tuã: & ſalutare tuum da nobis.*

Miſericordia omnes noſtras abſorbens mi-
ſerias: Chriſtus eſt. Hanc petijt diuinus pſal-
tes: quam olim ſe daturum patribus promi-
ſerat miſericors Deus, quippe abſcondita vi-
debatur, quæ nondum qualis & quãta eſſet,
nobis omnibus innotuerat. Ideoque ipſam
nobis oſtendi poſtulat: & breuiculo verbo
illam exprimens adiungit, & ſalutare tuum
da nobis. vel in hoc maximę tuæ erga nos di-
lectionis ſignum efficax oſtendes: ſi nobis cõ
1. Io. 4 c. tuleris totius noſtræ ſalutis autorem. In
hoc apparuit charitas Dei in nobis (ait Ioan
Ioan. 3. b. nes apoſtolus) quoniam filium ſuum vnige-
nitum miſit Deus in mundum, vt viuamus
per eum. Et in euangelio teſtatur dominus,
ꝙ ſic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum
vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eũ,
non pereat: ſed habeat vitam eternam. ô quo
ties patres hoc expetierunt ſalutare, quod
erexit cornu ſalutis noſtræ: promiſſum to-
ties? quanto itidem affectu hanc omnium ſu
premam petierunt miſericordiam? dicat (vel
ex omnibus vnus) rex ipſe & propheta Da-
uid. Et veniat ſuper me (inquit) miſericordia Pſ. 118. oct. 6. ver. 1.
tua domine, ſalutare tuum ſecundũ eloquiũ
tuum. Sequitur.

*Audiã quid loquatur in me dñs Deus: quoniam loquetur pacem in plebẽ ſuam.* 8.

Triplicem pacem ſignare videtur. tempo
ralem, ſcilicet in plebem, ęternam in ſanctos;
ſpiritualem perinde atque internam in eos
qui conuertuntur ad cor, hoc eſt, in verè pœ
nitentes. hæc prophetæ verba ſunt, interio-
re cordis auditu diuinum petitionis ſuæ re-
ſponſum expectantis. vtrunq; enim ſpiritus
ſubminiſtrat: Et quid oratione petamus, &
ipſius petitionis effectum, dicente apoſtolo: Rom. 8. c.
ſimiliter autem ſpiritus adiuuat infirmitatẽ
noſtram. Nam quid oremus ſicut oportet, ne
ſcimus: ſed ipſe ſpiritus poſtulat pro nobis
gemitibus inenarrabilibus. qui autem ſcrutat
corda: ſcit quid deſideret ſpiritus, quia ſecũ
dũm Deum poſtulat pro ſanctis. Audiam igi
tur (inquit) & attentiſsima percipiam aure:
quid loquatur in me dñs Deus. ſcio enim ꝙ
qui me docuit & excitauit orantem: imple-
bit ſpiritu, & faciet prophetantem. Audiam
ergo & libentiſsimè audiam: quoniam loque
tur pacem in plebem ſuam. orietur quidem Pſ. 71. v. 7.
in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis,
donec auferatur luna. loquetur pacem gen- Zacha. 9. c
tibus: auferens bella vſque ad fines terræ. pſ. 45. v. 8.
An non euangelium Chriſti ab apoſtolo (in
ea quæ ad Epheſios eſt epiſtola) euangeliũ Ephe. 6. c.
pacis appellatur? quod etiam rex ipſe pacifi-
cus & pax noſtra qui fecit vtraque vnũ præ-
dicans: euangelizauit pacem his qui lon-
gè, & his qui prope. Nempe euangelicæ præ-
dicationis fructus: pax eſt. Sic enim iſdẽ ſpiri
tus longè ante per Eſaiã dixerat. Creaui fru- Eſai. 57. d.
ctum labiorum, pacem ei qui longè eſt: & qui
propę. hanc loquitur: & loquetur in plebem
ſuam. ſuam dixit: quod exponẽs addit:

*Et ſuper ſanctos ſuos: & in eos qui conuertuntur ad cor.* 9.

Non eſt pax impijs, dicit dominus per
Eſaiam. omnibus quidem loquetur pacem: Eſai. 48. d. & 57. d.
ſed non ſuper omnes erit. ſunt etenim obſti-
nati



ſtinati homines, qui oderunt pacem. Veniet
igitur pax ſuper plebẽ electã, ſuper ſanctos
Dei ac fideles, & in eos qui (delitijs vanis ac
fallacibus relictis ſeculi) ad cor rectum per
pœnitentiam conuertuntur: vt omnem ele-
ctorum cõnumeret ſtatum. Nempe ſunt ſim
plices & incipientes, ſunt ſapientes & pfecti.
ſunt etiam & medij adiſcentes & proficien-
tes, quia pœnitentes: & per pœnitentiam ad
perfectionis culmen ire adnitentes. quorum
primos plebem, ſecundos ſanctos, reliquos
verò conuerſos, & ad cor redeuntes appel-
lat. quibus omnibus cũ communis ſit timor
domini caſtus: non inepte ſequitur.

10. *Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius: vt inhabitet gloria in terra noſtra.*

Etſi omnibus ſalutare dei fuerit oblatũ:
non tamen omnes receperunt illud: ſed pro
Eſa. 66. a. pe timentes eum duntaxat requieuit, iuxta
illud Eſaiæ, ad quem reſpiciam, niſi ad pau-
perculum & contritum ſpiritu: & trementẽ
ſermones meos? Niſi per plebẽ electos oẽs,
tam ex præputio quàm circunciſione voca-
tos accipias: per ſanctos autem, Iudeos fide-
les, per reliquos verò: gentiles credẽtes, qui
verè conuertuntur ad cor. quibus omnibus
pacem loquutus eſt Deus in filio. ſed Iudeis
promiſſus, & miſſus fuit Chriſtus: qui ſunt
Rom. 9. a. Iſraelitæ (ait apoſtolus) quorum adoptio eſt
filiorum, & gloria, & teſtamentum, & legiſla
tio, & obſequium, & promiſſa, quorum pa-
tres, ex quibus eſt Chriſtus ſecundũ carnem,
qui eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſecu
Io. 4. c. la. vnde & merito dñs Samaritidi dixit, ꝙ
ſalus ex Iudeis eſt. Rectè igitur ait pſaltes:
Veruntamen prope timentes eum ſalutare
ipſius. quandoquidem ipſi ſolum tum tempo
ris ex omnibus nationibus, timentes dominũ
dici poterant. prope illos igitur ſalutare dñi
fuit: quia vnigenitus Dei filius ex eis carnẽ
aſſumpſit: & à ſinu patris, dignatus eſt in vte
Baruch. 3. c rum deſcendere matris: vt Dei gloria (inqt)
inhabitet in terra noſtra, & viſibilis ſub car-
nis velamine appareret. Nam poſt hæc in ter
ris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus
eſt. poterit tamen hæc poſterior verſiculi
pars diuidi: vt ſit etiam initium verſus ſequẽ
tis. ita vt ſic legas.

11. *Vt inhabitet gloria in terra noſtra: miſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.*

Efficiens & obiectiualis gloria: diuinitas
eſt: quæ habitat in cælis, vbi beatificat ſan-
ctos. Vt ergo diuinitatis gloria inhabitet
in terra noſtra: in terrena, ſcilicet, & hu
mana noſtra natura: Deus factus eſt homo.
En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum (ait ſpõ Cant. 2. b.
ſa) reſpiciens per feneſtras: proſpiciens per cã
cellos. qui & ab inſtãti ſuæ conceptionis bea
tus extitit: quia in ipſo (inquit apoſtolus) in- Col. 2. b.
habitat omnis plenitudo diuinitatis corpora
liter, non vt hæretici ſomniarunt, per figurã,
aut habitum, apparenter vè: ſed eſſentialiter
realiterq;. Quamobrem vt in ea noſtræ mor-
talitatis terra, quam ſibi hypoſtaticè vniuit
Chriſtus, gloria diuinitatis ſuæ habitaret: mi-
ſericordia & veritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia
& pax oſculatæ ſunt: quatuor virtutum de-
ſcripſit nomina. Niſi fortè iuſtitia & veritas
re vnum ſint, ſicut pax & miſericordia. quæ
& ſi Deus ipſe ſint miſericors & iuſtus, iuſti-
tia eius & miſericordia: eas tamen effectu ſal
tem diſtinctas inducit ſanctus propheta. hæ
quidem obuiauerunt ſibi, ſeſe inuicem oſcu-
lantes, atque in mutuam amicitiam & neceſ-
ſitudinem conuenerunt: vt inhabitet gloria
in terra noſtra. Ecce iuſtitia miſericordiam,
& miſericordia iuſtitiam ſubintrat. nec eſt
ꝙ vna de altera conqueratur. Verbum incar-
natur: & ſatisfaciens iuſtitiæ Dei, hominis
miſeretur. Et in carne veniens: deſponſauit
ſibi eccleſiam in iuſtitia, & iudicio, & in mi- Oſeæ. 2. d.
ſericordia & miſerationibus. Sequitur.

*Veritas de terra orta eſt: & iuſtitia de cælo proſpexit.* 12.

Veritas quidem illa increata Chriſtus, qui
de ſe ait: Ego ſum via veritas & vita, & quã Ioan. 14. a.
Pilatus ac principes huius ſeculi ignorabant: Io. 18. g. 1. Cor. 2. b.
de terra virgine benedicta & nunquam ma-
ledicta, de ſancta & intacta matre, non virili
ſemine, ſed myſtico ſpiramine, orta eſt. quia
Dei iuſtitia, & rigor ille (ſi dixerim) lente-
ſcens, de cælo proſpexit hominem: quem de
ſpicere videbatur ante. proſpexit de cælo ſol
iuſtitiæ: & terra germinauit & protulit fru-
ctum. quod magis exprimens ait.

*Etenim dominus dabit benignitatem: & terra noſtra dabit fructum ſuum.* 13.

Hoc opus (inquit) diuinum erit, de cęlo de
lapſo imbre: fœcundabitur virgo: deſcendet
ſicut pluuia in vellus, benignus & lenis. Ve-
niet ſibilus auræ tenuis, accedet virginis con
ſenſus, ſequetur benignus conceptus. Et ecce
verbum caro factum eſt, & Deus homo. dñs
dabit benignitatem: & terra noſtra humanita Titu. 3. b.
tem, vt benignus ac ſuauis Deus appareat ho
minibus, factus homo. dabit igitur dominus
(ait propheta ſanctus) dabit, & gratuito da-
bit benignitatem: qua mundi vincat maligni
tatem. dabit dominus, & vtique iam dedit.
Paruulus enim natus eſt nobis: & filius datus Eſa. 9. a.
&

eſt nobis. Et benignitatis Dei fuit: ꝙ nobis fi
lium ſuum vnigenitum daret. Sequitur.

14. *Iuſtitia ante eum ambulabit: & ponet in via greſſus ſuos.*

Sunt qui iuſtitiæ nomine, Ioannem intel-
ligant Baptiſtam, ꝙ totius iuſtitiæ prædica-
tor fuerit, eiuſque vita adeò iuſtitiæ regu-
læ conformis extiterit: vt ipſe meritò iuſti-
tiæ cultor, præcurſor, & precor iuſtitia de-
beat appellari, qui ante Chriſtum dominum
ambulauit, iuxta id quod per Zachariam pa
trem ſuum de eodem fuerat prænuntiatum.
Et tu (inquit) puer propheta altiſsimi voca- Luc.1.g.
beris: præibis enim ante faciem domini para
re vias eius. Nec huiuſmodi diſplicet ſenſus.
Eſt tamen alius forte aptior, ſi iuſtitiæ nomi
ne: omne virtutum genus accipias. hæc qui-
dem ante Chriſtum operantem ſemper præ-
ceſsit: tanquam ardentiſsima fax ipſum illu-
ſtrans: & quis nam eſſet oſtendens. Et poſuit
in via dominus, vti viator greſſus ſuos: qui
adimplens omnem iuſtitiam: cœpit facere &
docere. Erudiens nos: vt ſicut ipſe ambula- Matt.3.d.
uit: ita & nos ambulemus. ſit ipſi gloria in ſe Actu.1.a.
culorum ſecula amen. 1.Io.2.d.

## EPILOGVS PSALM. 84.

*Benedixiſti domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. benedixiſti factus homo, quē olim maledixeras hominem, præcepti tranſgreſſorem: ipſumq; de captiuitate ſathanica liberaſti. Remiſiſti iniquitatem, operuiſti peccata, mitigaſti iram tuam, imò auertiſti ab ira indignationis tuæ contra hominem: placatus in homine. Conuerte nos ergo Deus ſalutaris noſter ad te, nam auerſi eramus: & auerte iram tuam à nobis. Nunquid ſic iraſcêris, ut in æternum iraſcaris, noſq; occidas iratus? Abſit hoc à benignitate tua Deus. quin conuertere potius, & uiuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te. Oſtende nobis miſeris miſericordiam tuam: non iuſtitiæ rigorem da infirmantibus ſalutem, pariter & ſalutis autorem. Hæc dixi orans: nunc reſponſionem Deo dignam attendam. Audiam quid loquatur in me dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam, & ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui pœnitentes reſipiſcunt. quid enim aliud à rege pacifico expectandum erat? Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius. non prope tumentes, perfidos, ac rebelles. Audi iam mirabile: opus quidem excelſi: ut inhabitet gloria in terra noſtra: miſericordia & ueritas obuiauerūt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. quippe quæ conuenerunt in unum: quæ ante pugnare ex diametro uidebantur. Nam ueritas de terra orta eſt: & iuſtitia de cælo proſpexit. tunc quidem apparuit benignitas & humanitas ſaluatoris noſtri Dei, & terra noſtra benedicta dedit fructum ſuum factum ex muliere, factum ſub lege: ut eos qui ſub lege erant redimeret. hinc autem iuſtitia cingulum erit lumborum eius.* Eſa.11.a. *Et ante ipſum ibit in omnibus geſtis, & ponet in uia greſſus ſuos. Pro hoc igitur inextimabili dono, tibi gratias agens, orationem meam effundam: tu illam domine exaudias precor.*

## PSALMVS 85.

*Inclina domine aurem tuam & exaudi me: quoniam inops & pauper ſum ego.*

Huic pſalmo titulus eſt, oratio Dauid. In
quo recte atque decenter, orandi depingi-
tur modus. qui & Chriſto capiti noſtro pro
nobis ad patrem ſuum oranti: & cuilibet fi-
deli huius capitis membro adaptari poteſt.
Nec maiore titulus eget elucidatione. Ait
ergo Chriſtus: pro noibs vt ſacerdos ſum-
mus, & in nobis vt caput orans: Inclina dn̄e
aurem tuam. Inclina quia mitis ſum & humi
lis corde, & exaudi me, quoniam in gētibus
inops: & in Iudeis pauper ſum ego. dicat &
fidelis quiſq;, inclina clementiam tuam mihi
humili in te fidenti: non ſuperbo de ſe præ-
ſumenti. Inclina aurem, non erigenti ſed in-
clinanti collum iugo legis tuæ. Inclina de-
nique obaudienti: non declinanti à manda-
tis tuis: & exaudi me ſupplicem, pronum ac
genu flexum, à longe ſtantem, nolentē nec
audentem oculos ad cælum leuare, ſed per-
cutientem pectus ſuum & dicentem: Deus Luc. 18. a.
propitius eſto mihi peccatori. Ecce humilē
publicanum ago, humiliter de ſe ſentientē,
ipſum imitari cupio, non Phariſeum elatū
& arrogantem, aſcendentem in templum vt
oraret, ſtantem quidem & apud ſe dicentē:
Deus gratias ago tibi: quia non ſum ſicut cę
teri hominum, raptores, iniuſti, adulteri, ve-
lut etiam hic Publicanus, ieiuno bis in ſab-
bato: decimas do omnium quæ poſsideo.
Me inopem, egenum, pauperem, & mendi-
cum fateor: ſi te non habeam adiuuantem.

*Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum: ſaluum fac ſeruū tuum Deus meus ſperantem in te.* 2.

Quòd ſanctus ſanctorum ſit Chriſtus do-
minus,



minus, ſanctos efficiens & ſanctificans, cui
non eſt datus ſpiritus ad menſuram: peruiū
Io.3.e. eſt. ſic angelus Mariæ dixit: quod enim na-
Luc.1.d. ſcetur ex te, ſanctum vocabitur filius Dei.
ꝙ autem dignatus ſit ſeruus vocari, qui cū
Phili. 2. a. in forma Dei eſſet, exinaniuit ſemetipſum,
formam ſerui accipiens, habitu inuentus vt
homo: ex pluribus ſcripturæ locis diſcere
poteris. Audi dominum per Eſaiam de Chri
Iſa. 42. a. ſto dicentem: Ecce ſeruus meus, ſuſcipiam
eum, electus meus, cōplacuit ſibi in illo ani-
ma mea. Iure igitur Chriſtus ex carnis infir-
mitate, & pro membris atque in membris vt
caput orans, vitamq; ſuam cuſtodiri poſtu-
lans: ſeſe ſanctum Dei nominat, & ſeruum il
li fidentem. Ita etiam & fideles omnes, Chri
ſto ſuo capiti per fidem viuam vniti & in-
corporati: ſerui vocantur & ſancti. ſic apo-
Ephe.3. b. ſtolus (in ea quæ eſt ad Epheſios epiſtola)
ſeſe ſanctum nominat dicens: mihi enim om
nium ſanctorū minimo, data eſt gratia hæc,
in Gentibus euangelizare inueſtigabiles di-
uitias Chriſti. Apoſtoli etiā & reliqui vtriuſ
que teſtamenti fideles: vocantur ſancti. Ita
Iobi. 2. c. profecto & maior ac minor Tobias ſeſe fi-
& 8.a. lios eſſe ſanctorum dicunt. Sit igitur cauſa
motrix, vt animam meam cuſtodias (dicat
fidelis) ꝙ tibi dicatus ſim, ꝙ ſanctus ſim. ꝙ
fidem tuam in baptiſmate ſim profeſſus. ſal-
uum fac & tu fidelis Deus ſeruum tuum ſpe
rantem in te. tu me ad fidem vocaſti, & tua
gratia ſtabiliſti, & ecce tibi fidelis factus
ſum. Cuſtodi nunc ergo animam meam: ne
fides robur amittat: tuæ quidē virtutis eſt,
à te ſtabilita fulcire atque tueri. Et qui curā
omnium, & maxime domeſticorum habes:
ſaluum me fac ſeruum tuum, Deus meus ſpe
rantem non in ſe, aut quouis alio à te, ſed in
te, qui vnica ſpes mea es.

3. *Miſerere mei domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam ſerui tui, quoniam ad te domine animam meam leuaui.*

Attende ad miſeriam inopum & gemitū
Ephe.2. a. pauperum, qui miſericors es, & diues in mi-
pſal. ve. 5. ſericordia: diues in omnes qui te inuocant,
quia ad te clamaui toto vitæ meæ decurſu,
qui dies lucida fuit: noctis ac tenebrarū ex-
Rom.10.c. pers, ait Chriſtus. Nempe tota vita Chriſti,
iugis oratio fuit pro corpore ſuo, quod eſt
eccleſia. Laboraui (ait) clamans etiam in cru
Pſ.68.v. 4. ce, & raucæ factæ ſunt fauces meæ, quo &
myſtico corpori veniam promerui ac redē-
ptionem: & vero, reſurrectionis gloriā, atq;
mei nominis exaltationem. quia ad te domi
ne animam meam leuaui dicens: in manus
tuas commendo ſpiritum meum. his ſimili-
ma (à Chriſto edoctus) dicat fidelis verba.
ſit in oratione conſtans, & tota die, mane &
veſperi, in proſperis & aduerſis perſeuerās.
quoniam oportet ſemper orare, & non defi
cere, clamat Chriſtus ex euangelio. Clamet Luc.18.a.
igitur miſer infimo & luto iacens, dicatque
miſerere mei dn̄e: Et mœrens ſeruulus de
profundis clamet, orans mentem eleuet in
Deum: petatque de peccatorum remiſsione
lætitiam. Eſt enim oratio, mentis in Deum
eleuatio. Sequitur.

*Quoniam tu domine ſuauis & mitis, et multæ miſericordiæ: omnibus inuocantibus te.*

Suauis es domine, dulcis, placidus & con
uerſatione affabilis: mitis natura, & miſeri-
cordiæ abiſſus, omnibus ex cordis affectu
inuocantibus te. Nouerat te ſapiens ille qui
aiebat: O quàm bonus & ſuauis eſt domine Sapi.12.a.
ſpiritus tuus, in omnibus? ideoq; hos qui ex-
errant, partibus corripis, & de quibus pec-
cant admones & alloqueris: vt relicta mali-
tia credant in te dn̄e. Et rurſus: tu autē Deus
noſter ſuauis & verus es: patiens & in miſe-
ricordia diſponens omnia. de manſuetudine Sap.15.a.
vero ac diuina miſericordia, non eſt ꝙ quic
quam loquamur: qui quotidiè Deum man-
ſuetum, mitem & miſericordem erga nos
experimur. Tu ergo (ait) qui ſuauis, mitis &
miſericors es: quiq; prope es omnibus inuo Pſ.144.ve.
cantibus te, omnibus (inquam) inuocantibus 19.
te in veritate:

*Auribus percipe dn̄e orationem meā: & intende voci deprecationis meæ.* 5.

Auſculta ſiue importunam ſiue opportu-
nam orationem meam, qui manſuetus es, le
nis, mitis, & patiens: nec illam à tuis aurib⁹
pulſam abire permittas. Intende voci eius,
atque ad vocis affectum attende. Sequitur.

*In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudiſti me.* 6.

Quòd in præſentis vitæ die (quæ dies tri
bulationis eſt) ad te clamauerim: hoc fuit in
cauſa: ꝙ tu mihi præbueris anſam, auſum ſi-
mul atq; effectum, quia exaudiſti me. ꝙ ſi
me ante clamantem abegiſſes: cunctarer for
ſitam querulas geminare voces. At cum me
ſemper exaudieris: qui ante clamaui, nunc
tribulatus clamo & clamabo ad te: quoties
ſeſe obtulerit clamoris occaſio. Proſequar
quidem quod me ſemper obſecundat: ſucce
dit ad votum: vel ſaltem ad vtilitatē. Quòd
etiam Chriſto homini ad patrem clamanti
hæc verba conueniant: non eſt ꝙ in quęſtio

nem vertâs,quandoquidem de ipſo ait apo
Heb. 5. b. ſtolus:qui in diebus carnis ſuæ,hoc eſt, quũ
ante paſſionem,mortalem gerebat carnem,
preces ſupplicationeſq́; ad eum qui poſſet
illum ſaluum facere à morte, cum clamore
valido & lachrimis offerens:exauditus eſt
pro reuerentia.Et Pſaltes ipſe: Deſiderium
Pſ.20.v.2. cordis eius tribuiſti ei, & voluntatę labio-
rũ eius non fraudaſti eum, quoniam præ-
ueniſti eum in benedictionibus dulcedinis.
Io.11.c. Et in ſuſcitatione Lazari ipſemet ait: pater
gratias ago tibi quoniam audiſti me:ego do
mine ſciebam quia ſemper me audis. Seq.

7. *Non eſt ſimilis tui in dijs domine: & nõ eſt ſecundùm opera tua.*

Siue participatione dij nominentur vt ſan
cti,ſiue fictione vt demones ac cæteri homi
nes quos gentes vana & ſuperſtitioſa reli-
gione coluerunt:hoc citra omnem conten-
tionem verum eſt, ꝙ non eſt ſimilis tui in
dijs domine:non eſt qui tibi omnimoda ſi-
militudine conferri poſſit, quiq́; non plus
diſſimilitudinis quàm ſimilitudinis conuin
1.Ioan.3.a. catur habere. quãuis ſcriptum ſit: nunc filij
Dei ſumus, & nondum apparuit quid eri-
mus.ſcimus quoniam cùm apparuerit, ſimi-
les ei erimus:qm̃ videbimus eum ſicuti eſt.
Erit quidẽ tunc qualis qualis rei huius ima
go & ſimilitudo,vel potius (ſi dixenim)tan
tilla ac tenuis quędam diuinę atque magni-
ficæ illius gloriæ aſſimilatio:quoniam vide
bimus eum, non in enigmate fidei, ſed clara
& faciali intuitione,ſicuti eſt: Erimuſq́; bea
ti omnes: nos gratia, ipſe natura: quia ipſe
creator:nos creaturæ,eius gratia,participa-
tione, ac fruitione beatæ. Illi aſſentia eſt ꝙ
beatus ſit:nobis accidens. Non eſt ergo tui
ſimilis domine,nec in potentia æqualis,qui
in opere & modo operandi, tibi poſſit coæ
quari.quippe qui tot & tãta opera ſolo ver
bo ac nutu feciſti faciſq́; in dies mirabilia
magna ſolus. Sequitur.

8. *Omnes gentes quaſcunq; feciſti, venient & adorabunt coram te domine: & glorificabunt nomen tuum.*

Si tibi in dijs ſimilis eſt nemo, qui verbo
creaſti omnia, homineſq́; ad imaginem &
ſimilitudinem tuam feciſti:iure optimo, ex
omnibus gentium nationibus quas tu feci-
ſti,ſuo arbitrio & tua præueniente & comi
tante gratia adiuti, venient ad te, in ſignum
dominij tui,ac tibi debitæ ſeruitutis.veniẽt
fidei greſſu,& cõmotione interna commo-
ti,& adorabunt coram te domine genu fle-
xi, interiore & exteriore latrya, te Deum
verum dominatorem cæli & terræ profitẽ-
tes.Et glorioſum nomen tuum libera voce
prædicabunt confitebunturq́;.

9. *Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus ſolus.*

Magnus es tu perfectione, faciens mira-
bilia potentia,ſapientia,& virtute:tu es de⁹
ſolus maieſtate. Magnus es tu,qui creas &
creata conſeruas,protegis & gubernas, fa-
ciẽs mirabilia,qui redimis, iuſtificas impiũ,
conuertis ab errore, gratiam confers, qua
ſpontaneum hominem ad te trahis.tu es de⁹
ſolus,qui ad te venientem præmias & coro
nas:Nec enim extra te eſt alius. Sequitur.

10. *Deduc me domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum, vt timeat nomen tuum.*

Ecce ex miſericordia tua vocaſti me, &
reſpondens veni.tu me errantem,in viã du-
xiſti:nec viam renui.deduc me nunc domi-
ne in via mandatorum tuorum, quæ via re-
cta eſt.deduces quidem,ſi greſſus meos diri
gas ſecundùm eloquium tuum:vt non domi Pſ.118.oct.
netur mei omnis iniuſtitia. deduces præce- 17.v.5.
ptis,monitis,& conſilijs:ſuſtentabis laſſum,
ne pes meus deficiens labatur in via.tunc ſi
me deduxeris:ingrediar viã in veritate tua.
quippe ingrediar viam in fide mediatoris:
qui via,veritas, & vita eſt. In hac veritate Io 14.a.
ingrediar:qui vanitatem ante dilexeram, & Pſ.4.v.3.
quæſieram mendacium. Nam ſola hæc via
eſt:quæ ducit ad vitam.Eſt & alia huic con
traria,quę via mortis nuncupatur.Ecce ego
do coram vobis(ait per Hyeremiam domi-
nus)viam vitæ & viam mortis.Nempe alte Hier.21.c.
rutram eligere neceſſe eſt :quia væ peccato
ri terram ingredienti duabus vijs. Et iterũ Ecc.2.&
ſcriptum eſt:cor ingrediens duas vias, non 3.c.
habebit ſucceſſus. viam igitur tuam ingre-
diar:in veritate tua.Et lætabit cor meum: ſi
timore filiali(qui & caſtus eſt amor)timue
rit nomen tuum.Sunt tamen qui ex Hebręo,
non lætetur:ſed vni verterunt,vt ſit ſenſus:
vni cor meum:ne ſit in varia obiecta ſectũ,
ſed in te vnum ſtudioſius pergat totum.Cui
cohæret quod ſequitur.

11. *Confitebor tibi domine Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuũ in æternum.*

Laudes dicam, & gratias tibi agam im-
mortales,non tantum voce,aut ex partito&
dimidiato corde,atque in plures affectus di
uiſo:ſed ex toto & in toto corde,cõfitebor
tibi confeſſione laudis,& admirabile nomẽ
tuum miris efferam præconijs, dum vita co
mes fuerit.Nam tibi ſoli domino Deo meo
viuo



viuo & vero,non alteri,confitebor in toto
Pſ.9.v.1. corde meo:narrabo oĩa mirabilia tua. Nõ
Oſee.10.a. ſicut vitis illa frondoſa Iſrael,de qua in Oſea
legimus: ꝙ ſecundũ multitudinem fructus
ſui,multiplicauit altaria:iuxta vbertatẽ ter-
ræ ſuæ,exuberauit ſimulachris.diuiſum eſt
(inquit)cor eorum:nunc interibunt. Cui cõ
Luc.11.c. cors eſt ſententia ſaluatoris dicentis: omne
regnũ in ſeipſum diuiſum deſolabitur. Seq.

12. *Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me: & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.*

Miſericordia Dei magna,imò omniũ er-
ga hominẽ maxima fuit Chriſti incarnatio,
& quæ ipſam conſequuntur. Pulchrè igitur
cauſam ſuæ laudis & confeſſionis aſſignans
ait: quia miſericordia tua magna eſt ſuper
me,& eruiſti animam meam ex inferno in-
feriori, in quem (niſi me tua miſericordia
præſeruaſſes)cecidiſſem vtiq;.Nec enim vi
tare peccatum,aut à peccato reſurgere atq;
reſilire:niſi tua gratia, potuiſſem vnquàm.
Eruiſti ergo,qui ne caderem in obſcura te-
nebrarum loca feciſti.ꝙ ſi Chriſto domino
de reſurrectione ſua gratias agenti,hæc tri-
buamus verba:non erit abſurdum,iuxta il-
Pſ.15.v.9. lud pſalmi:propter hoc lætatũ eſt cor meũ
& exultauit lingua mea,inſuper & caro mea
requieſcet in ſpe: quoniam non derelinques
animam meam in inferno, nec dabis ſanctũ
tuum videre corruptionem, ſed melius re-
dempto homini,quàm redemptori, hoc ver
bum adaptatur. Sequitur.

13. *Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me & ſinagoga potentium quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.*

Nunc pſaltes videtur euangeliſtam agere:
& paſſionis dominicæ hyſtoriã texere. Au-
di Marcum dicentem:ſummi ſacerdotes &
Mar.14.f. omne concilium quærebãt aduersùs Ieſum
teſtimonium, vt eum morti traderẽt,nec in
ueniebant.Et quidam ſurgentes, falſum te-
ſtimonium ferebant aduersùs eum dicẽtes
Quoniam nos audiuimus eum dicentem:
Ego diſſoluam templum hoc manu factum
Matt.26.f. &c. quod & Matthæus narrat.Eccce iniqui
teſtes inſurrexerunt,& potentium ſacerdo-
tum ac ſcribarum ſinagoga atq; congrega-
tio peruerſa quæſierunt, quomodo vitam
eius morti traderent.quippe qui non pro-
poſuerunt Deum in conſpectu ſuo, ſed omi
Dei amore poſtpoſito atque timore:agnum
innocentiſſimum iniquè & iniuſtè occide-
runt. Non quidem iuſtitiæ zelo ſed odio.
quod etiam ipſi innotuit præſidi, dicente
Euangeliſta: ſciebat enim ꝙ per inuidiam Mat.27.b.
tradidiſſent eum.Inuidia igitur,maleuolen-
tia atque auaritia cæci: non propoſuerunt
nec ſub oculos habuerunt,ꝙ is, quem perſe Mat.2.a.
quebantur,Deus eſſet. Cùm tamen vel ex
Micheæ prophetæ(quod de Chriſto ante le Miche.5.a.
gerant teſtimonio didiciſſent: eo ꝙ huius
hominis in Bethleem nati, quem in Ieruſalẽ
occidere quærebant,egreſſus:eſſet ab initio
à diebus æternitatis. ꝙ ſi myſtico Chriſti
corpori hunc propheticum ſermonem appli
cemus,propoſito noſtro germanus erit ſen
ſus:vt eccleſiam ſanctam ab infeſtantibus de
monijs,tyrannis gentilibus, ac perfidis Iu-
dæis perſecutam:& à cæca maximè & iuui-
da ſinagoga conquerentem inducamus.Seq.

14. *Et tu domine Deus miſerator & miſericors: patiens & multæ miſericordiæ & verax.*

Tu quidẽ dñe, hæc omnia in vnigenito fi
lio tuo fieri pertuliſti:qui ex tẽpore miſera
tor es actu,noſtræ miſeriæ ſubueniens: &
ab æterno miſericors voluntate(qui ita fie-
ri decreuiſti)patiẽs,ſuſtinẽs, & longanimis,
& multæ miſericordiæ & verax.Ita eſt ſanè.
quippe q miſit filiũ ſuũ in mundũ vti pro-
miſerat,quiq́; ꝓprio filio nõ pepercit:ſed ꝓ Ro.8.f.
nobis omnibus tradidit illũ.his quidẽ omni-
bus pollet pater,nec minus iſdẽ patri cõſub
ſtãtialis filius Deus & homo, miſerator &
miſericors,patiẽs & multæ miſericordię eſt
& verax:q carnẽ noſtrã aſſumẽs, erexit cor Luc.1.f.
nu ſalutis nobis &c. ad faciendã miſericor-
diã cũ patribus noſtris,& memorari teſtamẽ
ti ſui ſancti.Iuſiurãdũ quod iurauit ad Abra
ham patrẽ noſtrũ, daturũ ſe nobis. Sequitur.

15. *Reſpice in me, & miſerere mei: da imperium tuum puero tuo: & ſaluum fac filium ancillæ tuæ.*

Proſequitur Chriſtus reſurrectionis ſuę ne
gociũ.Reſpice(inqt)& miſerere. nã tuũ re-
ſpicere miſereri eſt.dixi in cruce: reſpice in
me,quare me dereliquiſti.Nũc de ſepulchro
clamo:Reſpice in me & miſerere. Miſerere
mei(inquã)& reſuſcita me: & retribuã eis. Pſ.40.v.11.
da imperiũ tuũ puero tuo.puer quidẽ & ſer
uus alijſq́; id genus nominibus,ex diſpẽſatio
ne & carnis infirmitate vocari dignatus eſt
Chriſtus.ſic eñ in apoſtolorũ actis ſcriptũ Act.4.f.
legimus:cõuenerunt verè in ciuitate iſta ad
uersùs ſanctũ puerũ tuũ Ieſum, quẽ vnxiſti,
Herodes & Põtius Pilatus.Ipſeq́; ad patrem
ait:O dñe quia ego ſeruus tuus, ego ſeruus Pſ.115.v.6.
tuus & filius ancillæ tuæ. Nẽpe humilis in
natura aſſumpta: ancillæ humilis virginis
& matris,verus eſt filius.quæ dum mater ef

citur:ſeſe nominat ancillā dicens: Ecce an-
Luc.1.d cilla dñi &c. & iterū:quia reſpexit humili-
tatē ancillæ ſuæ &c.dicat ergo Chriſtus cor
poris reſurrectionem & nominis ſui exalta-
tionē,ex aſſumpti hominis natura petēs:re-
ſpice in me & miſerere mei, da imperiū tuū
puero tuo:fac vt qui ſim hominibus oſten-
das.Nā me verebūtur vt principē & caput:
ſi me viderint reſurgentem.& hoc eſt quod
Mat.vl.d. poſt reſurrectionē dñs ait:Data eſt (inquit)
mihi oīs poteſtas in cælo & in terra.q̄ ſi hęc
cuiq; fideli applicetur oratio: talis erit ſen-
ſus.Reſpice oculis pietatis tuæ, q reſpiciēs
miſereris.da imperiū puero tuo puſillo &
fragili:fac ex tētatione & tribulatione,for-
tis & victor euadā.Saluū me fac, ecce ſeru⁹
tuus ſum,& ancillæ tuæ eccleſiæ filius, quā
tibi ꝓprio emiſti ſanguine & acquiſiſti.Au-
2.Cor.5.c. dite(obſecro)quid dicat apoſtolus: ꝓ omni
bus mortuus eſt Chriſtus,vt q viuūt iā nō ſi
bi viuāt:ſed ei q ꝓ ipſis mortuus eſt & re-
Gal.4.d. ſurrexit.filius igitur ancillæ ſum:ac per hoc
liberę,qua libertate nos Chrs liberauit.Seq.

16. *Fac mecū ſignū in bonū:vt videant qui*
*oderunt me & confundantur:quoniam*
*tu dñe adiuuiſti me,et conſolatus es me.*

Hoc quidam de ſigno Ionæ ꝓphetæ acci-
piunt:quod reſurrectionis Chriſti apertiſſi
Mat.12.c. ma figura fuit.Cui⁹ meminit Chriſtus dicēs:
generatio mala & adultera ſignū quærit: &
ſignū nō dabit ei:niſi ſignū Ionæ prophetæ.
ſicut eñ fuit Ionas in vētre cæti &c.de quo
ſigno nūc dñs ad patrē ait : fac mecū ſignū.
id eſt,illud mecum cooperās & me ipſum
ſuſcitās,in me adimple ſignū.fac etiā mecū
ſignū in bonū:vt meę,ſcilicet reſurrectionis
ſignū,in bonū cōuerſionis cedat hominibus.
videāt ij qui ante oderūt me:qm̃ tu dñe ad-
iuuiſti me & cōſolatus es me,rediuiuū faciēs:
vt cōfuſi ꝑ pœnitentiā,conuertātur.fac iti-
dē,reſurrectio mea ſit ſignū in bonū bene-
uolentię ac dilectionis erga me tuæ: vt qui
me viderint reſurgentē,credāt q̄ tu me mi-
ſiſti,ſitq́; tibi placitū in me quem vnicè dili
gis.ſit etiā ſignū in bonū,in ſpem.ſ.futurę re
ſurrectionis:qm̃ quidem per hoīem mors:
(verba apoſtoli ſunt)& per hominē reſurre- 1.Cor.15.d.
ctio mortuorū.Et ſicut in Adam oēs moriū
tur:ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.
Vnuſquiſq; aūt in ſuo ordine:primitiæ Chri
ſtus.lege tu(ſi vacat)à principio ad calcem
vſq; totū hoc(eius epiſtolę quę eſt ad Corin
thios prima)quintū decimū caput : in quo
apoſtolus de reſurrectione agens & magni
fico quo ſolet ſpiritu diſputās, à Chriſti re-
ſurrectione tanquàm à ſigno veraci , noſtrū
omniū reſurrectionē infert.Signū quidē effi
cax reſurrectionis noſtræ : fuit reſurrectio
Chriſti.cui ſit honor & gloria in ſeculorum
ſecula amen.

## EPILOGVS PSALM. 85.

*INclina dñe aurē tuā & exaudi me,quoniā inops & pauper ſum ego.Hæc ſit una exauditionis cauſa,quoniā inops ſum.Cuſtodi animā meā quoniā ſanctus ſum:firmus & cōſtās in fide, ac tibi dicatus.ſum & ſeruus tuus tibi fidēs,q ad te clamaui tota die,& animā meā leuaui, q ſuauis & mitis es,ac multæ miſericordiæ oībus inuocantibus te:quorū ſum unus ego.q̄in die tribulationis meæ clamaui ad te,q a exaudiſti me.Nō enim eſt ſimilis tui in dijs dñe:quia tu natura deus ,cæteri uerò participatione.nec eſt q in magnitudine operū,& in modo operandi,tibi poſſit aſſimilari q̄obrē oēs gētes adorabūt te uti cōditorē ſuū.q̄ ſolus deus es:magnus & faciens mirabilia.tu ergo deduc me te ſequentem & confitebor tibi,quoniā miſericordia tua magna eſt ſup me:q me præueniſti ac præſeruaſti,ne præceps caderem in infernū nā inſurrexerunt impij aduerſum me,q̄ nō ꝓpoſuerūt te in conſpectu ſuo,tu autem dñe deus,miſerator,& miſericors,patiens,et uerax, reſpice in me & miſerere. fac uictor euadam,q puer tuus ſum,& filius eccleſiæ tuæ.& beneuolentiæ ſigna oſtende:ut uideant q oderunt me & confundantur,ſcientes quoniam tu dñe adiuuiſti me & conſolatus es me,quaſi domeſticum atque (ut dixi)filium eccleſiæ tuæ ſanctæ:quam tu fundaſti,uocaſti,congregaſti,dilexiſti , & magnificaſti.Cuius fundamenta ac cætera glorioſa,iam nunc breui compendio deſcribere placet.*

## PSALMVS 86.

*FVndamenta eius in mōtibus ſanctis:*
*diligit dominus portas Syon , ſuper*
*omnia tabernacula Iacob.*

Huius pſi titulus eſt:pſ cātici filijs Chore,fi
lijs Chriſti in caluario loco crucifixi.Is pſal-
mus cātici ꝓponiť decantandus:ſic dictus,q̄
ad pręſentē vitā ꝑtinet & futurā, & vtranq;
ciuitatē eccleſiamq́; depingit,eam.ſ. quæ in
hoc ſolo ſub duce militat Chriſto : & alterā
quę cū eo rege in cælo triumphat. Comen-
dat primū illā à ſtabilitate ſtructuræ,& mi-
rabili fundatione, q̄ fundata ſit in mōtibus
ſāctis:à magnificētia,noīe,& fama,à diuitijs,
honore,pulchritudine,&pace:a ſupellectile
& victualiū abundātia,a cōuictu, & ciuium
varia(ſed in vnū coeūte)multitudine:a pre-
ſtanti erga dñm ſuū fide:a fūdatoris dignita
te,eiuſq́; diuinæ in humana natura maieſta-
te:a præclarè geſtis, & principū ac minorū
chronicis,a læta,fœlici, ꝑpetua deniq; atq
ſecura,



ſecura,& in æternū ꝑmanſura habitatione:q̄
oīa nūcupat glorioſa. Miratr igiť ſpiritualem
molē illā ꝓpheta ſanctus: quā iā in ſpiritu ꝑ
regē Meſſiā præuiderat ædificandā:cuius fū
damenta in mōtibus ſanctis.Nēpe huius fa-
bricæ fundamētū pręcipuū & ſingulare Chri
ſtus eſt. Dei ædificatio eſtis (Corinthijs ait
1.Cor.3 b. Paulus)ſecundū gratiā q̄ data eſt mihi: vt ſa
piēs architectus fundamentū poſui:alius aūt
ſupædificat. vnuſquiſq; autē videat quomo
do ſupædificet.Fundamentum eñ aliud ne
mo poteſt ponere præter id quod poſitum
eſt:quod eſt Chriſtus Ieſus.At ſupra funda-
Luc.6.g. mentū hoc,fundamēta apoſtolorū iacta ſūt
& ꝓphetarū:ita,vt ſupra firmā petram,tota
Dei in altum fundata ſurgat ſtructura. hæc
q̄dem fūdamenta minora ſuperpoſita maio
ri, & firmiſſimo innixa fundamēto: ꝓpheta
montes ſanctos & in fide ſtabiles ac firmos
Ephe.2.d. appellat:quorū(ad Epheſios ſcribēs)memi-
nit apoſtolus dicēs:ergo iā nō eſtis hoſpites
& aduenæ,ſed eſtis ciues ſanctorū,& dome
ſtici Dei,ſupædificati ſup fundamentū apo
ſtolorū & prophetarū,ipſo ſummo angulari
lapide Chriſto Ieſu,in quo oīs ædificatio cō
ſtructa creſcit &c.Mōtes ſiquidem ſunt apo
ſtoli ſancti,doctrina & vita ſublimes: ſupra
quos in Chriſto fundatos,fulcta eſt eccleſia,
q̄ ciuitas Dei & Syon ſancta(hoc eſt ſpecu-
la)noīatur,q̄ iuxta noīs interpretationem,
ipſa & in ipſa & ex ipſa,Deū ſpeculeť fidelis
quiſq;.Fundamēta eius(inqt)in mōtib⁹ ſan-
ctis.q̄ ſi quæras cuius eius ſit in prōptu adeſt
reſpōſio.huius quā diximus Syō:cuius por-
tas ipſaq́; prima limina atq; introitū, diligit
dñs ſuper oīa tabernacula Iacob.certè nō al
terius typicę Syon,quas videmus in cineres
& fauillas eſſe cōuerſas.tanto quippe magis
eccleſiæ ſuæ portas diligit:quāto veritas re-
rū imaginē & figuratū figurā excellit.Illa q̄-
dē tabernacula erāt tēporalia & mutabilia:
Heb.9.b. hoc ſignificāte ſpiritu ſancto(ait Paulus)nō-
dū ꝓpalatā eſſe ſanctorū viā,adhuc priore ta
bernaculo habēte ſtatū.q̄ parabola eſt tēpo
ris inſtātis.Mira res,totaq; myſterio fœta,
q̄ priores etiā ante latā legē patres (ſic ſan-
cto ſpiritu diſponēte)in tabernaculis habita
rūt,de quibus iſdē in eadē epiſtola Paulus, ſi
Heb.11.b. de demoratus eſt Abrahā in terra repromiſ
ſionis tanq̄ in aliena:in caſulis habitādo cum
Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis
eiuſdē.Expectabat eñ(inquit) fundamenta
habentē ciuitatem:cuius artifex & cōditor
Deus.quippe quā nūc deſcribit Pſaltes, cu-
iuſq; portas diligit dñs ſuper oīa tabernacu-
la Iacob.ſed q̄ obſecro portæ, niſi ſacroſan-
ctæ & orthodoxæ eccleſiæ ſacramēta, quæ
& gratiā ex opere operato cōferunt, & ſup
oīa tabernacula,eaq́; ſacrificia q̄ ſub priori
erāt teſtamēto,deo placita ſūt & accepta?Se.
*Glorioſa dicta ſunt de te:ciuitas Dei.* 2.

Multa ꝑ ora ꝓphetarū lōgè ante prænūtia-
tā,nō q̄dem vulgaria:ſed magnifica, glorio-
ſa,laude & admiratione digna, dicta ſunt de
te.Id primū(inqt)q̄ ciuitas ſis, vbi ciuiū vni
tas:q̄q́; Dei ſis,ideoq; beata.Nā beatus po-
pulus,cuius dñs Deus eius.glorioſa (inquā) Pſ.143.v.15
ſic eñ ageo ꝑdixerat propheta:Veniet deſi- Agei.2.b.
deratus cunctis gentibus:& implebo domū
iſtā gloria. Magna erit gloria domus iſtius
nouiſſimæ pluſq̄ primæ, & in loco iſto da-
bo pacē dicit dñs.quid n̄q; glorioſius dici
potuit:q̄ q̄ ciuitas Dei ſis, ipſiq́; ꝑ charita-
tē et fidē indiſſolubili adhæſeris vinculo: à
quo fundata es? Nec eñ plura alia glorioſa
q̄ de te,& quidē glorioſè dicta ſunt, nūc re-
cenſere libet:ne qui breuitati ſtudemus, mē
branas occupare videamur. Sequitur.

*Memor ero Raab & Babilonis: ſcien-* 3.
*tium me.*

Siue Raab nomē ꝓpriū ſit,illius.ſ. meretri
cis q̄ in Hyerico Iſraeliticos exploratores
occuluit operuitq́; ſtipula lini,&per funē de
feneſtra dimiſit,de qua in libro Ioſue ſit mē Ioſue.2.a.
tio;ſitvē appellatiuū,vt nōnullis cum beato
Hyeronimo viſum eſt:hęc verba dei ſunt ad
vocationem gentiū pertinētia. Memor erō
Raab et Babilonis ſcientiū me (ꝑ prophetā
ait dñs)cū priori ſynagoga deſtructa:eccle-
ſiā cōſtruxero meā. quandoquidē et Raab
ipſa,mei memor fuit,et mihi honorem detu
lit,exploratoribus dicēs:dñs De⁹ veſter,ipſe
eſt Deus in cælo ſurſum,& in terra deorſū.
Cuius rei cauſa,ipſa eiuſq; domus tota tunc
nō perijt in figura:nūc aūt illius memor ero,
ſimul et Babylonis,atq; peccatorū omnium
q ad me ex animo cōuerteň. Non eñ veni
vocare iuſtos:ſed peccatores ad pœnitētiā. Luc.5.f
de Raab quidē in ea q̄ eſt ad Hebreos epiſto Heb.11.f
la ſcriptū eſt:fide Raab meretrix nō perijt cū
incredulis:excipiens exploratores cū pace.
Nimirū hæc typū geſſit eccleſiæ ex gētibus Pſ.118. oct.
cōgregatę,q̄ euāgelicos p̄dicatores pinde ac 17.v.1.
ſecretorū dei ſcrutatores,atq; humanæ ſalu-
tis exploratores:cū fide ſimul & Chriſtiana
pace ſuſcepit.De qua ſalute (ait apoſtolorū
vertex)exquiſierūt,atq; ſcrutati ſunt ꝓphe- 1.Pet.1 b.
tæ &c.tu lege ſequētia.Hos vtiq; fœlix illa
tūc abſcōdit ad tēpus in ſolario pectoris ſui
cooperiēs pio aſtu ac ſimulatione,quaſi ſti-
pula lini.De Babylone aūt ait dñs in euāge-
lio,viri Niniuitæ ſurgēt in iudicio cū gene- Luc.11.c.
ratione hac,& cōdemnabūt illā: quia pœni-
tentiā egerūt in p̄dicatione Ionæ. Iterumq́;
Iudæis:Amē dico vobis,q a publicani & me Mat. 21. c.

retrices p̃cedent vos in regnum Dei.ꝙ ſi ap
pellatiuũ ſit:tunc nõ Raab ſed Rahab cũ aſ-
piratione media legendũ putant,vt Egyptũ
ſignificet aut ſuperbũ:ſicut Babylon Egypti
ciuitas,q̃ nunc Cayro eſt,cõfuſionẽ.Erit er-
go ſenſus,dũ meã ſtatuam ciuitatẽ: memor
ero gentiũ,ſuperborumq; & peccatorũ homi
num,vel ex prædicationis ſono ſcientiũ me,
vt meos faciã ciues,atq; vt ſcientibus me il-
los annumerẽ adiungã.(ſi tertio caſu,ſciẽ
tibus:nõ ſcientiũ,legendũ ſit)quæ quidẽ ſen
tentia ferè eadem cum priore eſt. Sequitur.
4. *Ecce,alienigenæ & tyrus & populus*
*ethiopum:hi fuerunt illic.*

His nominibus,varias barbaraſq; gentiũ na
tiones ſignat.Philiſteos.ſ. tyrios, ſydonios,
ethiopes,Indos ac cęteros quos enumerare
lõgũ eſt.Ecce(inq̃t)ex oĩbus, electi fuerunt
q̃dã in ciuitate illa.vel(ſicut in Hebreo re-
periri fert)in ſingulari numero:*iſte* natus eſt
ibi.vt vel populus nationum quiſq;,q̃ intra
Dei eccleſiã, ex aqua & ſpiritu ſancto, de-
Io.3.a. nuo natus ac regeneratus eſt:aut illius fun-
dator Chriſtus caputq; in ea ex tẽpore nat⁹
ſignificet.Cuius tẽporalẽ ſecundũ carnẽ na-
tiuitatem,ſtatim pſaltes explicat dicens.
5. *Nunquid Syon dicet homo , & homo*
*natus eſt in ea:& ipſe fundauit eam al-*
*tiſsimus?*

Videt quaſi quoddã p̃poni enigma.Erit ne
vnq̃ tẽpus(ait)in quo ad Syõ incredulãq; ſi-
nagogã,fidelis dicet homo quiſpiã, hoc mi-
rabile:ꝙ homo natus *eſt* in ea,& ipſe q̃ &al
tiſsimus,fundauit eã?dicet ne aliquis illi ve-
re(nã ſyõ datiui caſus eſt)& homo natus eſt
in ea,& ipſe homo altiſsimus deus eſt,q̃ fun
dauit eã?dicet p̃fecto.dicet eccleſia ipſa, di
Ecc.24.a. cet & virgo mater:q̃ creauit me, requieuit
in tabernaculo meo.dixit &baptiſta Ioãnes:
Io 1.d. homo quidẽ miſſus à Deo,hic eſt de quo di
xi:poſt me venit vir,qui ante me factus *eſt*,
ſeu mihi antepoſitus eſt,quia prior me erat,
& ego neſciebã eũ. Ex græco aũt alij ſic trã
ſtulerũt,Mater Syõ dicet homo &c. vt non
rogãtis:ſed aſſerẽtis & atteſtantis ſit ſermo.
eritq; ſenſus:Naſcetur homo qui Syõ voca-
bit matrẽ,eo ꝙ homo natus ſit in ea:ſed hic
homo fundauit eã,eo ꝙ altiſsmus & cęleſtis
ſit Deus.ſed prior elucidatio magis nobis ar
ridet, & verſio ex Hebræo caſtior apparet.

Vide igit̃ q̃ verè id quod nũc rogas (quum
ipſa venerit plenitudo tẽporis)dici poterit:
ꝙ ipſa prima veritas(q̃ mẽtiri neſcit quæq;
nec falli nec fallere poteſt)ita eſſe,in ſcriptu
ris canonicis enarrabit..
*Dñs narrabit in ſcripturis populorũ &* 6.
*principũ:horum qui fuerunt in ea.*

Lege euangeliũ, quod deus ante p̃miſerat
in ſcripturis ſanctis de filio ſuo , qui factus
eſt ei ex ſemine Dauid ſecundũ carnẽ. lege Ro.1.a.
verba q̃ enarrauit dñs in ſcripturis p̃pheta-
rũ &apoſtolorũ,horũ.ſ.qui fuerũt in ea prin
cipes,quos & cõſtituit principes ſup omnẽ Pſ.44.v.18.
terrã:qui de ſtercore erigit pauperes vt col Pſ.112.v.7.
locet eos cũ principibus populi ſui.lege &p̃
lege ſcripturas:&ita eſſe reperies. Sequitur.
*Sicut lætantium omnium:habitatio eſt* 7.
*in te.*

Fœlix habitatio:vbi nõ *eſt* triſtitiæ locus:
ſed p̃petua lętitia.de te quidẽ Syõ ſancta ait
Eſayas p̃pheta:Ambulabũt qui liberati fue-
rint & redẽpti à dño:cõuertent & veniẽt in Eſa.35.d.
Syõ cum laude,& lętitia ſempiterna ſup ca
put eorũ.gaudiũ & lętitiã obtinebũt: & fu-
giet dolor & gemitus.Nã iuxta eiuſdem p̃- Eſa.51.a.
phetę vaticiniũ,gaudium & lætitia inuenies
in ea:gratiarũ actio & vox laudis.Ibi quip-
pe ſanctis gaudiũ plenũ erit, & nemo tollet Io.16.f.
ab eis.dicẽtq; illud pſalmi:Repleti ſum⁹ ma Pſ.89.v.16.
ne miſericordia tua:exultauimus & delecta
ti ſumus in oĩbus diebus noſtris. lætati ſu-
mus p̃ diebus q̃ quibus nos humiliaſti: an-
nis quibus vidimus mala.fœliciſsima quidẽ
illa ſupnorum ciuiũ habitatio eſt ſicut lætã-
tium omnium:Iucunditate & ſecuritate ple
na.ſicut dixit:quia aliter nequiuit exprime-
re illud quod nec oculus vidit nec auris au-
diuit&c.venite igit̃ fideles oẽs.aſcendamus
auiditate ad iucundũ illud cõuiuium,nobis
paratũ in cælis: Soluite primũ calceamenta Exo.3.b.
(q̃ affectiones huius ſeculi ſunt) de pedibus
veſtris.Acceſsiſtis eñ(ait apoſtolus)ad Syõ Heb.12.f.
mõtem, & ciuitatẽ Dei viuentis Ieruſalem
cęleſtem:& multorũ milliũ angelorũ frequẽ
tiam,& eccleſiam primitiuorum,apoſtolo-
rum.ſ.qui primitias ſpiritus habuerunt: qui Ro.8.d.
conſcripti ſunt in cælis:& iudicem omnium
Deum & ſpiritum iuſtorũ p̃fectorum, & te
ſtamenti noui mediatorem Ieſum:cui ſit ho
nor & gloria in ſeculorum ſecula amen.

EPILOGVS PSALM. 86.

*Fundamenta eius in montibus ſanctis.Eſt quidẽ eccleſia ſancta firmiter fundata in unius deitatis & trium diuinarum perſonarum fide.Conſidera nunc,quid his montibus altius,firmius,ſanctius? eſt etiã adeò dilecta Deo:ut illius portas diligat magis q̃ priora illa tabernacula patrum,quæ in typo præceſſerunt & figura.at non exigua ſupellectile prædotaris ſic fundata & dilecta quin magnifica potius , & glorioſa dicta ſunt de te ciuitas Dei.quid plenitudinem referam? Memor ero Raab & Babylonis quæ iam inter fideles(cui Deus notus eſt) adnumerantur. Ecce alienigenæ & tyrus & populum ethiopum,hi fuerunt illic.Ex omni utiq; gente & natione,incolæ ſunt & ciues.quid plura?*





*hoc unum mirabile enigma(ut cætera taceam)quæ huius ſanctæ ciuitatis gloriam & decorem continent)uel his uerbis proponere libet.Nunquid Syon dicet,homo &c.erit ne homo,qui de quauis ciuitate ſtructa,uerè aſtruere poßit,q̃ homo natus eſt in ea,qui fundauit eam?Hoc uerum utiq; eſt,de eccleſia ſancta Dei,atq; adeò uerum ,ut dñs, qui uerax eſt & mentiri neſcit,narraturus ſit in ſcripturis populorum & principum,qui fuerunt in ea.tu lege (ſi uacat) apoſtolorum atq; euangeliſtarum ſcripturas canonicas.Id poſtremo de te dixiſſe ſit ſatis,q̃ fœlicißima ſis omnibus habitatio, ſpe & re: nam ſicut lætantium omnium habitatio eſt in te.qui ergo hanc conſequi concupiſco habitationem,humanæ redẽptionis myſterium(quod rei huius adipiſcendæ medium efficax fuit)iterum atq; iterum Chriſtum ad patrem loquentem inducens , depingere libet.*

PSALMVS 87.

*Domine Deus ſalutis meæ ,in die*
*clamaui & nocte coram te.*

Huius pſal.titulus eſt:Canticũ pſal
mi filijs Chore,in finẽ p̃ Maheleth vel Maha
lath ſeu Melech ad reſpõdendũ , intellectus
Heman Ezraitæ.Quid ſit canticũ pſalmi,qui
filij Chore,q̃ſvè nos p̃ficiens finis,ſatis in ſu
periorũ pſalmorũ titulis elucidatũ extat. At
quod tituli reſiduũ eſt:eget expoſitione.Ma
heleth ſeu Mahalath,hebrę̃ũ verbũ eſt,quod
quidã,genus eſſe inſtrumenti dicunt: alij ve
ro chorũ interpretãtur. Hemã etiã vnũ ex
cãtorum p̃poſitis principibuſq; fuiſſe: vel ex
1.Para.6.c. primo Paralipomenon libro didicimus.
Ipſumq; formidinẽ ſonare ferunt: q̃ hebrai-
ce norũt.Erit igitur tituli ſenſus.Hoc canti-
cum pſalmi eſt filijs Chore propoſitũ,in fi-
nẽ eos dirigẽs,quo(vt ſolet Chorus) reſpon
deãt Hemi Iſraelitæ præcinenti: cuius (ve-
lut hoĩs ſapiẽtis)eſt eruditio & intellectus,
cõpoſitus quidẽ videtur hic pſalmus,nõ tan
tum vt audiẽtes illius cortici aut literæ ad-
hæreamus:ſed vt ſenſus illius ſpiritalis & p̃
pheticus,nos tanq̃ crucifixi filios in finem
noſtrũ(q̃ Chriſtus eſt)dirigat.Et ſicut Cho-
rus charitate ipſius vnitus:p̃cinenti(quin &
crucis tormentũ prius ſubeũti) reſpõdeam⁹,
eius veſtigia ſequẽtes.Sic eñ petrus apoſto
1.Pet.2.d. lus ait:Chriſtus paſſus eſt p̃ nobis, vobis re-
linquẽs exemplũ &c.qui etſi ex carnis infir-
mitate mortẽ ipſam formidare viſus ſit di-
Luc.22.e. cens:Pater ſi vis,trãsfer calicẽ iſtũ à me: ſed
ſuperiore intellectu,&ſpiritu prõpto,ipſam
acceptis,ſubiũxit: Veruntamẽ nõ mea volũ
tas,ſed tua fiat.quod nobis ſemper in angu-
ſtia & tribulatione poſitis:eruditio & intel
lectus eſſe debet ad documentũ, meritũ, &
animarũ noſtrarũ ſalutẽ.Inducit ergo pſaltes
Chriſtũ verũ hoĩem,factũ in agonia,& ad pa
trẽ prolixius orantẽ atq; dicentẽ: dñe Deus
ſalutis meæ in die clamaui,& nocte corã te.
die in cruce,& nocte in horto. In lætis etiã
Pſ.21.ve.2. & triſtibus: p̃ſperis & aduerſis.ſic & alibi:
clamabo p̃ diẽ & nõ exaudiẽs:& nocte , &
nõ ad inſipientiam mihi. Eſt quidẽ clamor
meus eruditio & intellectus,Hemon verò
Pſ.56.v.3. Iſraelitæ,in quo dolus non eſt.ſi veniat de-
xtrũ:clamo gratias agens ad Deũ altiſsimũ
ad Deũ q̃ benefecit mihi. ſi aũt ſiniſtrũ: ad
Deũ etiã adiutorẽ p̃ſeuerans clamo, Deum
(inquã)ſalutis meæ,q̃ adiutor eſt in oppor- Pſ.9.ve.9.
tunitatibus in tribulatione. Sequitur.
*Intret in conſpectu tuo oratio mea:incli* 2.
*na aurem tuam ad precem meam.*

Intret oratio q̃a decens,mũda,& pura,an-
te cõſpectũ approbationis tuę.tu inclina cõ
decenſionis tuæ aurẽ: quia humilis eſt ora-
tio,nõ ſuperba,nec de ſe præſumẽs.Intret er
go,vt oſtendat affectũ:inclina aurẽ, vt exau
dias ad effectũ.Intret,quæ ad te quaſi nun-
cius et legatus deſtinatur : & quaſi virgula
fumi recto tramite graditur.Inclina tu aurẽ:
vt gratioſum ac benignũ fauorem impluas,
feras & opem.
*Quia repleta eſt malis anima mea: & vi* 3.
*ta mea in inferno appropinquauit.*

Sed quomodo(rogo) Chriſti anima malis
repleta eſt:niſi p̃ eo ꝙ laborauit ſuſtinẽs,& Eſai.1.d.
peccata noſtra p̃tulit in corpore ſuo ſuper 1.Pet.2.d.
lignũ?cui (vero ſimul & myſtico corpori )
cõpatiebatur adeò:vt triſtis effecta eſſet vſ-
que ad mortẽ.An nõ erat anima illius corpo Mat.26.d
ris,repleta malis,pœnalitatibuſq;: cui iã ex Eſa.53.a.
acerbiſsima paſsione,nõ erat ſpecies neq; de
cor,nõ illi aſpectus:ſed quaſi abſcõditus vul
tus eius & deſpectus?vir quidẽ dolorum:&
ſciens infirmitatẽ erat Chriſtus, quaſi lepro
ſus,percuſſus à Deo,& humiliatus. Ipſe au-
tẽ vulneratus eſt p̃pter iniquitates noſtras,
attritus eſt p̃pter ſcelera noſtra. diſciplina
pacis noſtræ ſup eum:& p̃pter ſcelus popu
li ſui p̃cuſſus.qui ei tradidit deniq; in mortẽ
animã ſuã:& cũ ſceleratis reputatus eſt.Con
uenerũt ſimul(ait)animæ triſtitia,& corpo
ris dolor:ita vt incidiſſe videar in p̃fundum
malorũ,& tormentorũ vltimũ.Ecce iam vi-
ta mea in inferno appropinquauit :quia ap-
propinquans morti ſepulturæ:ipſiq; inferno
appropinquat vita,quo cum anima deſcen-
ſurus ſum,vt ſpolia detrahã ab eo..Sequitur.
*Aeſtimatus ſum cum deſcendentibus in* 4.
*lacum:factus ſum ſicut homo ſine adiu-*
*torio,inter mortuos liber.*

Ego(inquit Chriſtus dñs) qui inter mor-
tales, tũ à peccato, tum à neceſsitate morien
di liber & immunis ſum, morti oblatus dũ-
Eſa.53.c. taxat quia ipſe volui, non quidẽ neceſsitate,
ſed volũt. te: æſtimatus ſum quaſi cæteri ho
minum, q morte euadere nequeũt(quando-
quidẽ ſtatutũ eſt hominibus ſemel mori) re-
Heb.9.g. putatus ſum quaſi impotẽs & inualidus: cũ
tamẽ ipſe poteſtatẽ habeã ponẽdi animam
Io.10.d. meã: & poteſtatẽ habeã iterũ ſumendi eam.
qđq; magis iniuriũ eſt, & in innocentiæ meæ
vergit derogationẽ: æſtimatus ſum cũ deſcẽ
dentibus in lacum, vt ſint demoniorum præ
da. talem quippe eum reputabant, qui Pila-
Io.18.f. to præſidi dicebant: ſi non eſſet hic malefa-
ctor: non tibi tradidiſſemus eum. factus (in-
quit) ſum ſicut homo ſine adiutorio, quaſi à
te derelictus, mortuus iamq; ſepultus, atque
vt is qui ab humanis deceſſerim: obliuioni
datus. quid tandem?

5. *Sicut vulnerati dormiẽtes in ſepulchris,*
*quorum non es memor amplius: & ipſi*
*de manu tua repulſi ſunt.*

Talem me fore arbitrati ſunt, vulneratũ,
crucifixum, & lancea confoſſum, manus pe-
desq; transfixum, atque in ſepulchro dor-
mientem, nec maioris dignitatis, gratiæ, aut
conditionis: quàm vulnerati cæteri homi-
nes dormientes, ac in ſepulchris ad diem vſ
que vltimi iudicij quieſcentes, quorum non
es memor amplius, vt eos à mortis huius ſo-
mno excites. atque ad vitam reuoces, vſque
ad diem illam vniuerſalis reſurrectionis, quã
diximus vltimam: eo quòd me falsò æſti-
ment à te repulſum. cùm tamen ipſi qui hoc
autumant: verius à te repulſi ſint. qui etſi
tunc reſurgent: non tamen immutabuntur
in melius. Ego autẽ ſtatim die tertia reſur-
gã: nunq amplius moriturus. Imò ideò re-
pulſi ſunt & à te proiecti: q vulnerati ſint ia-
culis peccatorum: et trucidati, occiſi atque
obſtinati, in fœtidis conſcientiæ propriæ ſe-
pulchris, adhuc iaceant dormientes. quorũ
non es memor amplius ad veniam: & ſi eo-
rũ recorderis ad perpetuã dãnationẽ. Seq.

6. *Poſuerunt me in lacu inferiori: in tene-*
*broſis, & in vmbra mortis.*

Famã meã denigrare cupientes, poſuerunt
me inter duos latrones, quaſi in lacu inferio
re culpæ: vt propter ſcelus maximũ perpe-
tratũ crucifixus. Et nedũ leui ſuſpitione, aut
infamiæ nota reſperſus: ſed graui & vehe-
mẽtiſsima intinctus(ſic omniũ oculis expo
ſitus) apparerem. Eſt enim inferior profun-
diorq; culpæ lacus: lacu pœnæ. quod magis
explicans ſubdit: In tenebroſis & in vmbra
mortis. Attrociora quidẽ delicta, obſcurum
reddunt hominẽ & infamẽ: vt præclara faci
nora illuſtrẽ & glorioſum. niſi per lacũ paſ-
ſionum abundantiã: & in tenebroſis ſepul-
chrum, atq; in vmbra, carnis mortem acci-
pias, quæ verius dormitio, quies, vmbra &
ſimilitudo mortis, quã mors ipſa debeat nũ
cupari. Illa quippe mors, non mortis vm-
bra dicenda eſt: quam Ioannes in Apocalypſi
mortem ſecundam appellat. Sequitur.

*Super me confirmatus eſt furor tuus: et* 7.
*omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.*

Noui(ait) pater mi, q non haberent pote-
ſtatem in me vllam: niſi illis datum eſſet de-
ſuper. ſcio equidẽ q omnes pœnalitatum flu
ctus ſuccedentes viciſsim, & me ſimul pro-
celloſo impetu obruere adnitentes: tu indu-
xeris ſuper me. ſic enim decretũ eſt ab æter
no & confirmatum: vt vel hoc meæ paſsio-
nis effectu, ego in homine & pro homine, iu-
ſtitiæ tuæ ſatisfaciam, quaſi in hominem in-
dignãti. Porro ita ſtatuiſti pater, qui vt ſer-
uum redimas: proprium & vnigenitũ filiũ tra-
dere decreuiſti. Sed quid verba congero? le-
ge(obſecro) tertium threnorum caput, & Thre.3.f.
ſpiritus prophetici conſonantiam contem-
plare. Lapſa eſt(inquit) in lacu vita mea: &
poſuerunt lapidem ſuper me. Inundauerunt
aquæ ſuper caput meum: dixi, perij. Inuoca-
ui nomẽ tuũ dñe: de lacu nouiſsimo &c. Se.

*Longe feciſti notos meos a me: poſuerũt* 8.
*me abominationem ſibi.*

Tam apertè in paſsione Chriſti geſta deſcri
buntur: q ſuperuacanea videtur eorum am-
plior diſcuſsio & elucidatio. Quis non ex
euangelio nouit diſcipulorum Chriſti fugã?
Quis non proditoris diſcipuli nefandum ſce
lus: & alterius negationem? Ait enim euange Mat.26.f.
liſta: tunc diſcipuli eius, relinquentes eum, Mar.14.f.
oẽs fugerunt: adoleſcens autem quidam ſe-
quebatur eum amictus ſyndone ſuper nudo,
& tenuerunt eum: at ille relicta ſyndone, nu
dus profugit ab eis. Et Petrus, qui ſe ante com
moriturum promiſerat: cœpit deteſtari & Mat.26.g.
iurare, quia non nouiſſet hominem. Et qui-
dem perterriti omnes, longè à Chriſto abie-
rant: illius fide deperdita. Nec exiguum affli
ctionis genus eſt: dum quis ab amicis fami-
liaribus & domeſticis(quum tribulatur) re-
linquitur ſolus: & ab illis quaſi ignotus ex-
traneusque videtur haberi. Sequitur.

*Traditus ſum & non egrediebar: oculi*
*mei languerunt præ inopia.*

Aggrauat paſsionem Chriſti, q à diſcipulo
ſit traditus. qui autem tradidit eum: dedit
illis ſignum dicens: quemcunq; oſculatus fue Mat.26.e.
ro:



ro: ipſe eſt, tenete eum. traditus ergo ab Iſca
riothe Iuda, traditus à patre, & a ſe ipſo tra
1.Pet.2.d. ditus, ſicut Petrus apoſtolus ait. tradebat
autem iudicanti ſe iniuſte. Et iuxta Eſayę va
Eſa.53.c. ticinium: oblatus eſt quia ipſe voluit, & nõ
aperuit os ſuum &c. & hoc eſt qđ ait, nõ egre
diebar. traditus quidem & comprehenſus:
cùm malediceretur non maledicebat, cũ pa-
1.Pet.2.d. teretur non comminabatur. Nempe dixerat
Eſa.53.c. Eſaias, ſicut ouis ad occiſionem ducetur: &
quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet,
et non aperiet os ſuum. Nam cum accuſare-
tur a principibus ſacerdotum & ſenioribus
Mat.27.b. (de Chriſto ait euangeliſta) q nihil reſpon-
dit. Et dicenti Pilato, non audis quanta ad-
uerſùm te dicunt teſtimonia: non reſpondit
ei ad vllum verbũ: ita vt miraretur præſes ve
hementer. Ait ergo: traditus ſum, & nõ egre
diebar, aut proditorem nomine prodens,
aut me falsò accuſantes obiurgans: aut po-
tentia comprimens opprimentes: quin con-
ceptus interiores continui potius, nec foras
egrediebar: vt in vocem erumpens, illos pro
palarem: nec occulta diuinitatis virtute, in
vindictam tunc egrediebar. Hinc eſt quòd
oculi mei, diſcipuli ſcilicet, et apoſtoli mei
dilecti, atq; corporis mei myſtici, pulchrio-
ra et principaliora membra languerunt præ
fidei et interioris luminis inopia: An non
languerunt illorum oculi, qui et tunc tene-
Luc.vlt.d. bantur ne Chriſtum ſecum euntem agnoſce
rent, et dicebãt: nos autem ſperabamus, quia
ipſe redempturus eſſet Iſrael: et nunc ſuper
hæc omnia, tertia dies eſt hodie, quòd hæc
facta ſunt? Iuſte ergo queritur Chriſtus his
verbis, q obſcurata ſint eius lumina, et diſci
puli defecerint in fide, videntes quòd caput
ſuum traditum eſſet, nec egrederetur in vin
dictam: quaſi non pateret exitus ex virtutis
inopia & poteſtatis. Sequitur.

10. *Clamaui ad te domine: tota die expandi*
*ad te manus meas.*

Vita Chriſti, Iugis(vt ſæpe diximus) oratio
fuit. Clamauit igitur et tota die manus ex-
pandit: qui toto vitæ ſpacio pro nobis ora-
uit, ipſamque crucis mortem ab æterno præ
uiſam, homo Chriſtus ab inſtanti conceptio
nis ſuæ, æquo animo pro humani generis re
demptione, acceptam habuit: atque ſuffi-
cienti exhibitione in cruce precium exol-
uens: tota die manus ad patrem extendit, il
Phil.2. li factus obediens vſque ad mortem, mor-
tem autem crucis. vbi tota dies; pro parte
accipienda eſt, vt conſuetudinis eſt ſcriptu-
rarum. quo etiam dicendi genere: hoc idem
Eſa.65.a. myſtrium vaticinatus eſt Eſayas dicens: Ex-
pandi manus meas tota die ad populum in
credulum. quod etiam (in ea quæ eſt ad Ro Rom.10.d.
manos epiſtola) apoſtolus refert teſtimo-
nium. Sequitur.

*Nunquid mortuis facies mirabilia? aut* 11.
*medici ſuſcitabunt & confitebuntur*
*tibi?*

Clamaui, & tota die manus ad te expandi.
ſed quid dixi? Nunquid mortuis facies mirã
bilia &c? Ac ſi dicat apertius: Mihi adhuc vi
uenti ſuccurre: quid auxilium differs? quid
vſque ad mortem expectas? nunquid mor-
tuis facies mirabilia? an non glorioſior eſt
ea quæ fit viuis ſubuentio, magisque in tuã
ipſius gloriam redundabit? vel aliter, dixe-
rat ſuperius, paſsionis Chriſti ſufficientiam
dicens: Tota die expandi ad te manus meas.
Nunc autem efficientiam explicat. nunquid
(ait) mortuis facies mirabilia? mortuis (in-
quam) et obſtinatis? ſiquidem mortui ſunt,
quorum animæ in corporibus, quaſi in deal
batis ſepulchris(adhuc ſeculo viuentes: mor
tuæ autẽ Chriſto) habitant. aut medici ſpiri-
tuales, vti apoſtoli cæteriq; apoſtolici viri
qui doctrinæ ſalutaris verbo pellunt anima
rũ langores: ſuſcitabunt ne huiuſmodi mor
tuos: ita(vt diximus) obduratos: & pro acce
pto beneficio, confitebuntur tibi? Nõ equi-
dem. Nam actus actiuorum (ait quidã) ſunt
in patiente benè diſpoſito. Non igitur his
mortuis obicem ponentibus: mirabilia re-
demptionis efficies. non medici, a teterrima
hos morte, ſuſcitabunt ingratos: vt confiteã
tur tibi, qui blaſphemare ſolebant. non erit
proficua in eos actio: niſi tua præfuerit diſ
poſitio.

*Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro* 12.
*miſericordiam tuam: & veritatẽ tuam*
*in perditione?*

Quomodo hi, q adhuc permanẽt in miſeria,
nec redemptionis participes eſſe voluerunt,
ſed in ſepulchro habitãt obſtinati: miſericor
diam tuã(quam nõ ſunt experti) narrabunt?
quomodo veritatẽ in errore, & iuſtitiã tuã
in perditione laudabunt? Narrabunt quidem
credentes: qui miſericordiæ & veritatis tuę
dulcedinem vel ſemel deguſtarunt.

*Nũquid cognoſcẽtur in tenebris mirabi-* 13.
*lia tua: et iuſtitia tua in terra obliuionis?*

Quo lumine(rogo) in tenebris obſtinatæ
infidelitatis, cognoſcentur redemptionis mi
rabilia? quis in terra tam lętheæ obliuionis:
memorabitur iuſtitiæ tuæ ſolus? illius ſcili-
cet vnicæ et admirabilis: qua vt ſeruum re-
dimeres, vnicũ filium tradidiſti. adeò quidẽ

tui & ſui ipſius oblitus eſt homo: adeoq; inſi
pięns factus eſt, vt nõ ſolũ Dei miſericordiã
& iuſtitiã nõ perpendat, ſed nec ſi Deus ſit
cogitet vnquam. hinc eſt, quòd me perſe-
quuntur; ait Christus. At contra.

14. *Et ego ad te domine clamaui: & mane*
*oratio mea præueniet te.*

Clamaui in cruçe orãs, cũ offerrẽ ſacrificiũ
veſptinum: & oratio mea, te inhumanũ ge-
nus ꝑueniet iraſcentẽ. Præueniet (inqui) ma
ne anteq̃ de hoĩe vindictã ſumas. ꝙ ſi verba
eccleſiæ ſint, aut Chriſti capitis, eccleſię ſuę
noĩe, rectè ait: Et ego non ſic vt illi vulnera-
ti mortui habitãtes in ſepulchris, in perditio
ne, in tenebris, in terra deniq; obliuionis, q
& de manu tua repulſi ſunt: ſed ad te ſummo
mane clamaui, in hac. ſ. vita, in principio agni
tionis fidei, vbi nox præceſsit, dies aũt apꝓ
pinquauit. Et oratio mea à te miſerante præ
uenta: præueniet te iudicantem. Sequitur.

15. *Vt quid domine repellis orationẽ meam:*
*auertis faciem tuam a me?*

Eſt quidẽ opportuna oratio nec ſera, eſt
humilis nec ſuperba: quare ergo eã repelle-
re: & faciẽ tuam à me auertere videris? Et
capiti & membris cõſule. ſemper tu reſpexi-
Pſ. 101. v. 18: ſti in orationẽ humiliũ, & nõ ſpreuiſti precẽ
eorũ. Reſpice & nũc ad Abel & ad munera
eius. reſpice & in ſeruos tuos, & in opera
pſ. 89. v. 18. tua. non auertas deniq; faciem tuam à me:
ſed reſpice in faciem Chriſti tui. Sequitur.

16. *Pauper ſum ego, & in laboribus a iuuẽ-*
*tute mea: exaltatus autem, humiliatus*
*ſum & conturbatus.*

De paupertate Chriſti & laboribus à iuuẽ-
tute: nõ eſt ꝙ diſputemus. Pauper quidẽ ꝓ
nobis factus eſt, qui pauperem matrem de
qua naſceretur, ſtabulum, nutritium, paupe-
rem vitam, demumq; pauperem diſcipulo-
rum ſcholam elegit. & nedum à iuuentute:
verum etiam ab infantia, in laboribus & erũ
nis vitam duxit. At vbi exaltatus eſt, acci-
piens à Deo patre honorem & gloriam, vt
2. pet 1. d. apoſtolus Petrus ait: voce delapſa ad eum
huiuſcemodi à magnifica gloria, hic eſt fi-
lius meus dilectus in quo mihi complacui,
ipſum audite: vbi etiam propter inſignium
miraculorum operationem exaltatus eſt à
Luc. 7. c. plebe dicente, quia propheta magnus ſurre-
xit in nobis, & quia Deus viſitauit plebem
ſuam: rurſumq; honorifice receptus & ma-
gnificatus his qui proceſſerant ei obuiam,
Io. 12. b. cum ramis palmarum clamantibus, Oſanna,
benedictus qui venit in nomine domini rex
Iſrael: paruo quidem temporis interuallo,
vſque ad mortem crucis humiliatus eſt &
conturbatus. Nec enim exaltatio illa glorio
ſa: parum auxit paſsionis ignominiam, dolo
rem, & conturbationem. diſcat nunc eccle-
ſia, & cum exemplari ſponſo ſuo Chriſto di-
cat: pauper ſum ego, & in laboribus à iuuen
tute mea & c. Addatque cum eo in tribula-
tione poſito.

*In me tranſierunt iræ tuæ: & terrores* 17.
*tui conturbauerunt me.*

Nempe tranſierunt in Chriſto dño, qui
reſurgens ex mortuis iam nõ moritur: mors Ro. 6. b.
illi vltra non dominabitur. tranſierunt, tran
ſibuntq; in electis punitiones tuæ domine,
et terrores inferni quibus eos quandoque
conturbare ſoles. tranſibunt etiam ipſius ec
cleſiæ (quibus indies oppugnatur) perſecu-
tiones, aſsiduiq; tyrannorum terrores, & cõ
minationes: cum glorioſus ſponſus illam in
fine ſeculi alloquetur dicens: Surge, prope-
ra amica mea, columba mea, formoſa mea, Can. 2. c.
et veni: iam hyems tranſijt, imber abijt & re
ceſsit. flores apparuerunt in terra noſtra, tẽ-
pus putationis aduenit. Nunc autem neceſ-
ſe eſt, pio gemitu interdum etiam conquera
tur, dicatq; interim capitis ſui verba, vt imi-
tetur voce: quem opere ſatagit imitari.

*Circundederunt me ſicut aqua: tota die* 18.
*circundederunt me ſimul.*

Circundantur interdum iuſti anguſtijs &
tribulationibus quaſi vallo: ne virtutum vl-
la inſolẽs & laſciuiens, exeat moderaminis
& ſuæ latitudinis metas, diuietque à recto.
Ideoq; ſimul toto vitæ ſpacio, in modum
aquæ, afflictionum riui confluentes: iuſtum
ad virtutum cuſtodiam circundant. Claudat
nunc ergo pſalmum, ſponſo ſuo innixa eccle
ſia: & paſsionibus ſuis culmum imponat di-
cens:

*Elongaſti a me amicum & proximum:* 19.
*& notos meos a miſeria.*

Amicus & proximus Chriſtus eſt. Noti au
tem apoſtoli, martyres, confeſſores, virgi-
nes, ac reliqui ſancti, qui prope erant in hac
lachrimarum valle degentes: quorum com-
munione, exilium & peregrinationem ſuam
conſolatur eccleſia. At nunc elongaſti à me
(ait) ſponſum. is cuius cupitis fruebar ample
xibus, iam cælum inhabitat, & ad dexteram
tuam ſedet. Non illi inuideo, ſed quæro ſola
tium: & doleo, quia incolatus meus prolon pſ. 119. ve. 5.
gatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar, phil. 1. c.
cupioque diſſolui, & eſſe cum Chriſto.
Elongaſti etiam notos meos à miſeria.
Iã oĩs miſeriæ immunes ſunt, quos olim par
ticipes habui ſociosq; pœnarũ: q et me expe pſ. 141. v. 10.
ctãt, donec retribuas mihi. ſit laus tibi deus,
qui



qui in trinitate perfecta viuis & regnas, per infinita ſeculorum ſecula amen.

EPILOGVS PSALM. 87.

*DOmine Deus ſalutis meæ, in die clamaui & nocte coram te. Clamaui pater nõ ſemel, tu exaudi,*
*quia animæ triſtitia, & dolor corporis, euſq; inſtant: ut ad profundum malorum & terribiliũ*
*ultimum, acceßiſſe uidear. Aeſtimatus ſum ut cæteri mortales, quibus ſtatutum eſt ſemel mori,* Heb. 9. g.
*& quaſi homo omni deſtitutus ope: cum tamen à neceßitate moriendi ſim liber, quia Deus, quia inno-*
*cens, & à peccato immunis. At cum iniquis reputatus ſum, ſicut uulnerati & ſathanæ iaculo percußi,*
*obdurati, & inueterati, dormientes in ſepulchris, quorũ non es memor amplius, ut corones, ſed perpe*
*tua damnatione diſperdas. Nec ſecus, poſuerunt me crucifixũ, uti hoĩem facinoroſum, inter peccatores*
*medium: uitã pariter & famam perdere, obſcurare ac denigrare cupientes. Super me etenim furor* Eſa. 53.
*tuus, qui me unigenitum tuum (propter hominẽ ſeruum) in aſſumpta hominis infirmitate conterere*
*uoluiſti, & omnium pœnalitatum inuicẽ ſuccedentium fluctus, induxiſti ſuper me. Ecce noti & diſcipu*
*li mei, me relicto aufugerunt. Abominabilis factus ſum Iudæis, traditus ſum illis à diſcipulo, nec aufugi*
*aut diſceßi præſcius, unde oculi mei qui & apoſtoli dilecti, me tunc inopem conſiderantes, languerũt in*
*fide. nec ab oratione deſtiti dicens: Nunquid mortuis facies mirabilia? cur adhuc differs opem ferre ui*
*uenti? uiuẽti (inquã) & confitenti? ſunt ne medici qui paßim mortuos ſuſcitent, qui confiteantur tibi?*
*Nunquid narrabit aliquis in ſepulchro miſericordiã tuam &c? huius quidem rei gratia, præueni orãs,*
*ut præmature ſuccurras. ut quid dñe repellis orationem meam: & quaſi me exoſſum habeas, faciem*
*auertis? pauper ſum ego, & in labore enutritus: uti nouißimus uirorum, uir dolorum, & ſciens infir-* Eſa. 53. a.
*mitatem à incunabulis. Exaltatus autem à plebe dicente Oſanna filio Dauid: humiliatus ſum & con-*
*turbatus uſq; ad mortem, mortem autẽ crucis. in me tranſierunt iræ tuæ &c. circundederunt me ſicut*
*aqua, quaſi uelint abſorbere uiuum, nec ſolatium ullum adeſt. quia elongaſti à me amicũ & proximũ:*
*& notos meos à miſeria, ex miſericordia & miſeratione. Dixi, & miſericordias tuas cantare iuuat.*

PSALMVS 88.

*MIſericordias domini: in æternum*
*cantabo.*

Huius pſal. titulus eſt: Intellectus
Ethan Ezraitæ. cuius elucidatio conſtat ex
ſuperioribus. Agiẽ quidẽ de regni Chrĩ ęter
nitate: ſub typo ſtabilitatis Dauitici regni.
Ideoq; intellectus ſeu eruditio nuncupatur.
ſic enim angelus Mariæ dixit: Dabit ei dñs
Luc. 1. c. Deus ſedem Dauid patris eius, & regnabit
in domo Iacob in æternũ. Laudat igitur pri
Pſ. 24. v. 11. mũ ꝓpheta ſanctus Dei miſericordiã & ve-
ritatẽ, quæ vniuerſæ viæ dñi ſunt. Effert in
cęlum vſq; multiplices diuinæ miſericordię
effectus: quos miſericordias vocat. Et ſe, cã-
tu ꝑpetuò atq; altiſona voce enarraturum,
Pſ. 70. v. 8. in Dei laudẽ ꝓteſtatur, dicens: miſericordias
1. Cor. 1. a. dñi in æternũ cantabo. Is vtiq; pater dñi nr̃i
Ieſu Chriſti, pater miſericordiarũ & Deus to
tius cõſolationis ab apoſtolo nominaẽ. Cui
alibi iſdem pſaltes dixerat: in te cãtatio mea
ſemper. hîc ergo præcinam laudes: quas pro
ſequar in æternum.

2. *In generatione & generationem: annũ*
*tiabo veritatem tuam, in ore meo.*

Te vbi vbi gentiũ fuero, veracẽ in promiſ-
ſionibus ꝑdicabo. Iudæis & Gentibus, præ-
ſentibus & futuris, voce præconia edicã: q̃
magnificus ſis in miſericordia, quã verax in
adimpletiõe ꝓmiſsi. nõ eſt ꝙ qs poſsit de te
cõqueri, qui miſericors & verax es. Sequiẽ.

3. *Quoniam dixiſti, in æternum miſericor-*
*dia ædificabitur in cælis: præparabitur*
*veritas tua in eis.*

Dixiſti, & verè dixiſti: q quod ab æterno
ſtatuiſti & mirabili cõſilio definiſti: in tẽpo
ris plenitudine veraciter impleuiſti. dixiſti
apud te miſericors Deus, & caſum hoĩs ęter
na mente præuidens: filium tuum vnigenitũ
factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos Gal. 4. a.
qui ſub lege erant redimeret: in mundũ mit-
tere decreuiſti. hæc quidẽ miſericordia ab
ab ęterno præuiſa, & ſuo tempore gentibus
exhibenda: longè ante Chriſti aduentum ędi
ficabatur in cælis. hæc eadem patribus reue
lata: infallibilis veritas tua nuncupatur. quæ
præuijs diuinis diſpoſitionibus in eis præ-
parabatur adimplenda. Sic enim præordina-
ſti, & ab æterno ſic fieri ſanxiſti, & attingens
à fine vſq; ad finem fortiter, ſuauiterq; diſpo
nens omnia: in tempore reuelaſti, promiſiſti,
adimpleſti, tunc enim quaſi in cælis miſeri-
cordia & veritas omnibus explicanda ſecu-
lis præparabatur. Miſericordia (inquam) re-
miſsionis, & veritas gratiæ. Miſericordia
vocationis: & veritas reuelatæ fidei, atque
doctrinæ. Miſericordia Dei redemptionem
promittentis: et eius veritas in miſericor-
dia vberi, redemptionis preciũ exoluentis.
hæc quidem ædificabatur miſericordia: &
ante hominis miſeriam, iam præuidebatur
futura, de cælis ventura, et in eis æternum
permanſura diſponebatur. Niſi fortè cælo-
rum nomine (quòd ſuum ſcripturę eſt ydio
ma) apoſtoli ſancti, ſublimes, & lucidi, ve-
niant intelligendi: in quibus Dei gloriam
enarrantibus prædicantibuſque miſericor- Pſ. 18. ve. 1.
dia

dia et veritas Iudæis et gentibus ædificaba-
tur. Audi cælorum vnũ(eò quo ſolet ſenſu)
Dei miſericordiam et veritatem enarrantẽ.
Ro.15.b. ſuſcipite inuicẽ(Iudæis & gentibus diſsiden
tibus ait)ſicut & Chriſtus ſuſcepit vos,in ho
norẽ dei.dico enĩ Chriſtũ Ieſum miniſtrũ fu
iſſe circũciſionis,ꝓpter veritatẽ Dei,ad cõ-
firmãdas ꝓmiſsiones patrũ:gẽtes aũt ſup mi
ſericordia honorare Deũ.Iudæis ergò veri-
tas ꝓmiſsionis cõfertur:gẽtibus aũt miſeri-
Io.1.b. cordia,quibus nõ fuerat ita peculiaris facta
ꝓmiſsio. vtriſq; tamen gratia & veritas per
Ieſum Chriſtum facta eſt:qui gratiæ plenus
extitit & veritatis. Sequitur.

4. *Diſpoſui teſtamentũ electis meis, iuraui*
*Dauid ſeruo meo: vſque in æternũ præ-*
*parabo ſemen tuum:*

Si ædificationis huius & ſtructuræ modũ
audire cupis:audi dñm loquentẽ,nam verba
eius ſunt.diſpoſui (inqt) teſtamentũ electis
meis. Nec enĩ aliter fixũ ac firmũ voluntatis
diuinæ decretũ:niſi p legẽ *latã*,q̃ ꝓpriè men
tis eſt atteſtatio,quãq; teſtamentũ appellat:
nobis innotuiſſet.duo quidẽ ſunt dei teſta-
mẽta:prius.ſ.& poſterius, vetus & nouum:
Gal.4.c. quorũ(ad Galathas ſcribẽs,& in ea q̃ ad He
breos eſt epiſtola)Paulus meminit de Chri-
Heb.9.d. ſto loquẽs.Ideò noui teſtamenti (ait) media
tor eſt:vt morte intercedẽte,in redemptio-
nẽ earũ ꝑuaricationũ q̃ erãt ſub priori teſta
mento:repromiſsionẽ accipiãt,q vocati sũt
æternæ hæreditatis.Illud igiẽ prius(ait dñs)
diſpoſui electis meis in figura,patribus.ſ. ac
ꝓcerib⁹,quales fuerũt Abrã Iſaac & Iacob:
populo etiã meo Iſrael,quẽ in peculiũ elegi.
Iuraui deinde Dauid ſeruo meo dicens: vſq;
in æternũ ꝓparabo ſemen tuũ. Stabiliã quip-
pe regnũ tuũ,& in regni ſolio ſemẽ tuũ ſede
Pſ.104.v.7. re faciã.Sic alibi idẽ pſaltes:veracẽ Deũ eſſe
cõprobans ait,memor fuit in ſeculũ teſtamẽ
ti ſui:verbi quod mãdauit in mille generatio
nes,quod diſpoſuit ad Abrã,& iuramẽti ſui
ad Iſaac,& ſtatuit illud Iacob &c.Sed quod
eſt(obſecro)ſemẽ iſtud ꝓmiſſum toties:niſi
Chriſtus dñs?dicẽte apoſtolo, Abraæ dictæ
Gen 22.d. ſunt ꝓmiſsiones & ſemini eius.nõ dicit & ſe
Gal.3.c. minibus quaſi in multis:ſed quaſi in vno, &
ſemini tuo,quod eſt Chriſtus. hoc aũt dico
teſtamentũ cõfirmatũ à Deo &c.Nẽpe Chri
ſti regnũ æternũ eſt : ſicut Gabriel angelus,
Mariæ virgini dixit,dabit(inquit)illi domi
nus deus,ſedẽ Dauid patris eius,& regnabit
in domo Iacob in æternum,& regni eius nõ
erit finis.quod etiã ſic futurũ ſub Salomonis
typo,ipſi Dauidi p ꝓphetã ſuũ Nathã ꝓmi-
2.Reg.6.b. ſerat dñs dicẽs:ſuſcitabo ſemen tuũ poſt te,
quod egredieẽ de vtero tuo: & firmabo re-
gnũ eius.Ipſe ædificabit domũ nomini meo,
& ſtabiliã thronũ regni eius vſq; in ſempiter
nũ.ego ero ei in patrẽ:& ipſe erit mihi in fi
lium.quod verbũ etiã iſdem apoſtolus(He-
breis ſcribens)ad Chriſtũ refert, vt tibi ali-
Heb.1.b. ter interpretandi amputaret anſam. Sequiẽ.
5. *Et ædificabo in generatione & genera-*
*tionem: ſedem tuam.*

Sedes Chriſti:eccleſia fideliũ atq; iuſtorum
*eſt*,ſupra quã in hac generatione p gratiam
ſedet,illã regens & gubernans: & in futura,
p gloriam,ipſam beans et coronans. hæc q-
dem domus Dauid & regnum:illius.ſ.manu
fortis,appellatur.Sup hanc humilem & tre-
mẽtem ſermones eius,ſapientia patris tanq̃
in ſede requieſcit et ſedet. Iuxta Eſaiæ vati
Eſai.9.a. ciniũ paruulus(inqt)natus *eſt* nobis &c.pau
ciſq; interiectis ſubdit:ſup ſolium Dauid,&
ſuper regnũ eius ſedebit:vt cõfirmet illud,&
corroboret in iudicio & iuſtitia , ammodo
& vſq; in ſempiternũ.& iterum,miſericordię
& veritatis(q̃ ad huius ſedis ædificationem
cõuenerunt)memoriam agens ait:& ꝑpara-
Eſa.16.b. biẽ in miſericordia ſolium:& ſedebit ſup eũ
in veritate, in tabernaculo dauid &c. Seq.
6. *Cõfitebũtur cæli mirabilia tua dñe: ete-*
*nim veritatem tuã in eccleſia ſanctorũ.*

Mirabilia humanæ redẽptionis opa,& cõ-
uerſionis impiorũ,ac iuſtificationis:confite
bunẽ cęli,et tuã ipſius veritatem enarrabunt
apoſtoli tui (ait ſanctus ꝓpheta) atq; ſancti
euãgelij annunciabũt veritatem in eccleſia
Eſa.25.a. ſanctorũ.Confitebunẽ qdẽ,qm̃ feciſti mirabi
lia:cogitationes antiquas fideles amẽ.eoſq;
ydoneos paraſti miniſtros noui teſtamenti,
2.Cor.3.b. nõ litera ſed ſpiritu:vt tuã ꝑdicent veritatẽ.
Cõfitebunẽ etiã laudabuntq; angelici & cęle
ſtes ſpũs dicẽtes:Gloria in altiſsimis deo&c.
7. *Quoniã quis in nubibus æquabitur dño:*
*aut quis ſimilis erit Deo in filijs Dei?*

Nec enim (inqt) ſi te apoſtoli mirabilẽ præ
dicent,annuncient angeli, veracem: Cũ dñs
ac Deus optimus maximus ſis,quis aũtẽ in-
ter hoĩes ( quantũuis ſublimis,& meritò ad
nubes euectus)q̃ vè etiã inter angelos(& ſi
grã & adoptione filius Dei ſit) Deo verò
æquari poterit,pleneq; aſsimilari? Non eſt
Pſ.85.v.7. enĩ ſimilis tui in dijs dñe,& non eſt ſecun-
dùm opera tua.Ipſi quidẽ, dij appellatione
& gratia: tu eſſentia et natura Deus. Vnde
Can.2.a. ſpõſa dulcedinem tuam deguſtans, iure ait,
ſicut malus inter ligna ſiluarum:ſic dilectus
meus inter filios.Audi emphaſim,
8. *Deus qui glorificatur in conſilio ſancto-*
*rum: magnus, & terribilis ſuper omnes,*
*qui in circuitu eius ſunt.*

Nubes



Nubes,hoĩes ſunt,q̃ intra cordis archanũ,
multa alijs hominibus abdita,retinẽt & oc-
culta.Nubes apoſtoli. Nubes & cæteri ſan-
Iob.22.b. cti,Nubes & ipſa humanitas:quę diuinitatis
latibulũ effecta eſt in Chriſto,in quo(vt apo
Colo.2.a. ſtolus ait)ſunt oẽs theſauri ſapiẽtiæ & ſcien
tiæ abſcõditi,inhabitatq; oĩs plenitudo diui
nitatis corporaliter.Sed quę harũ nubiũ ma
xima,& horũ myſteriorũ pleniſsima: Deo,
ſub nube etiã & velamine carnis exiſtẽti,po
terit cõparari?quippe q glorificaẽ in alto at
què ꝓfundiſsimo cõſilio,perinde atq; oĩbus
occulto:quod de ſanctis , atq; electis oĩbus
ab æterno apud ſe ſtatuit:quiq; magn⁹ & ter
ribilis eſt,tremẽdus & adorãdus ſup oĩa:ſi-
ue ſint nubes,huius.ſ.ſtatus hoĩes,p fidei ſpe
culũ & in enigmate nũc vidẽtes:ſiue angeli,
q filij Dei vocanẽ:& facie ad faciẽ Deum cõ
tẽplanẽ,eumq; cognoſcũt ſicuti eſt.ſũt hi&
Apo.7.c. illi quãtumlibet ſancti & iuſti,q ſemp in cir
cuitu throni aſtãt,vt Deo inſeruiãt, & ado-
rẽt viuentẽ in ſecula ſeculorũ dicẽtes amẽ:
Heb.4.c. nempe oẽs ſuperat maieſtate & gloria,is cu
ius oculis omnia nuda ſunt & aperta. Seq.
9. *Dñe Deus virtutũ,quis ſimilis tibi? po-*
*tẽs es dñe, & veritas tua in circuitu tuo.*

Nõ ſemel aut bis mirabor magnitudinem
tuã Deus:q eminẽtiſsime ſapiẽs,fortis,terri
bilis,potẽs,miſericors,& verax es.Adeò(in
quã)potẽs es dñe:vt nõ ſit q tuæ poſsit ob-
ſiſtere voluntati. oĩa quidẽ tibi præſto ſunt,
nec tibi quicquã(vt illud facias)impoſsibile
aut difficile eſt:& veritas tua in prõptu eſt.
Nõ diſtat à te:ſed(ſi dixerim)te vndequaq;
lãbit,ita vt adimpleas ſine difficultate ꝓmiſ
ſum.Nõ eſt tibi ſimilis in fortitudine,q ſem
per victor euadis.tu Deus inuictiſsimi exer
citus angelorum vocaris:per quos heroicas
virtutes mirabiliter operaris.
10. *Tu dominaris poteſtati maris : motum*
*autem fluctuum eius tu mitigas.*

Inter cętera quæ miræ magnitudinis crea-
ſti dñe:mare vnũ eſt.Magnũ quidè & ſpacio
ſum manibus.Adeò inſolẽs & elatũ:vt nullius
Pſ.19.ve.6. ſubdi videaẽ imperio.At verò,tu dominaris
Pſ.65.ve.5. poteſtati eius. Nam etſi mirabiles elationes
Pſ.32.ve.7. maris:tamẽ mirabilis in altis dñs.q cõuertit
mare in aridam:& congregat quaſi in vtre
aquas maris.Mare etiã hoc ſeculũ:& eccle-
ſiæ ꝑſequutores ſupbi.Mare populus gẽtiũ,
quorũ omniũ tu ſcis tumentes cõponere flu
ctus:& ſi q̃ ſunt alia ſedare & mitigare noſti.
11. *Tu humiliaſti ſicut vulneratum ſuper-*
*bum: in brachio virtutis tuæ diſperſiſti*
*inimicos tuos.*

Eduxiſti à fœlici angelorũ cœtu quaſi fœ-
tum,mortuũ,ac deieciſti Luciferũ ſupbien-
tem,depreſsiſti,ꝓtriuiſti , & in abiectionis
puluere cõculcaſti.quod breui cõpẽdio nar-
rãs ait Iob:Prudẽtia eius ꝑcuſsit ſuperbũ:ſpi Iob.26.d.
ritus eius ornauit cælos, & obſtetricãte ma
nu eius,eductus eſt coluber tortuoſus. quid
plura?eũ alligaſti,& bonis gratuitis(quẽad-
modũ vulneratũ hoĩem)ſpoliaſti, & in potẽ
tiæ tuę brachio eos qui factionẽ eius ſequu
ti ſunt:diſsipaſti inimicos. Abſtuliſti prædã,
totãq; illorũ tyrannidẽ ſuperaſti. Nec ſecus
Pharaonem et exercitũ eius ſubmerſiſti,et
ipſam deniq; mundi ſuperbiã in Chriſto tuo
(qui et brachium virtutis tuæ eſt) confudi-
ſti et deuiciſti.
*Tui ſunt cæli & tua eſt terra orbẽ terræ* 12.
*& plenitudinẽ eius tu fundaſti: aquilo-*
*nem & mare tu creaſti.*

Creationis iure oĩa tuã ſunt,ſiue cælũ,ſiue
terra,ſiue cęleſtia, ſiue terreſtria, totus de-
niq; orbis cũ eius plenitudine:eò q tu fun-
daueris orbẽ,repleuerisq;. quod aũt ſequiẽ,
aptiùs verſiculo ſequẽti annectiẽ,vt quadri-
partitũ orbẽ,in ſeptentrionẽ,et meridiẽ,oc-
cidentem,& orientẽ,deſcribere videaẽ.ferũt
enĩ mõtem Thabor,in quo dñm trãsfiguratũ
fuiſſe legimus,à parte occidentali, Hermon
verò ab orientali ſitum eſſe,mare aũt ad au
ſtrũ,in oppoſitũ aquilonis, quę pars ad me-
ridiẽ ſita,eò q nobilior ſit, dextra vocaẽ:re
liqua verò ſeptẽtrionis,ſiniſtra. niſi p cælũ
angelos,p terrã *iuſtos* hoĩes,p orbem eiuſq;
plenitudinem, eccleſiã toto orbe diffuſam,
(myſtico ſenſu)accipere velis.p aquilonem
verò diabolũ:p mare,turbulentos,iniquos,
ac peruerſos hoĩes eccleſię ꝑſequutores, in
eamq; ſathanico flatu cõcitatos intelligas,vt
viſibiliũ et inuiſibiliũ,malorũ et bonorũ,vni
uerſalem omniũ ſignificet creatorẽ, cui oĩa
ſubſunt, et in potentia obedientiali præſto
ſunt,vt illi famulentur. Sequitur.
*Thabor & Hermon in nomine tuo exul* 13.
*tabunt: tuum brachium cum potentia.*

Ij duo mõtes ydonei,et veridici teſtes ſunt
mirabiliũ tuorum.apud Thabor quidẽ,filij
Iſrael de obtenta victoria contra Siſarã,ſub
Delbora et Barach:Deo gratias agentes,ga
uiſi ſunt.apud Hermõ verò,tranſacto Iorda Iudi.5.a.
ne,et mirantes fortiſsimã Dei manũ,exulta-
uerũt.quod nũc recolens ꝓpheta,tribuenſq;
his mõtibus quaſi rebus animatis per proſo-
popeiã exultationis actũ,vel locũ ꝓ locato,
et cõtinẽs ꝓ cõtento ponens: mõtes exulta-
re dicit tuũ brachiũ,nõ debile, aut exile:ſed
fortiſsimum et robuſtum,cum diuinæ maie
ſtatis potentia inuictiſsimũ.Brachium enim
Dei

Dei cum diuinitatis potentia)vt ſæpè diximus)humanitas in Chriſto eſt. Neq; is loquẽ
quendi modus inuſitatus eſt in ſcriptura.Sic
Pſ.64.v.13. etenim alibi iſdẽ pſaltes ait,Exultatione col
les accigent,& exultabit lingua mea iuſtitiã
tuã.Exultabunt etiã Thabor:& Hermon tuũ
brachiũ cũ potẽtia. Nẽpe mõtes exultabũt
vt arietes,& colles ſicut agni ouiũ. Thabor
Mat.17.a. quũ ſuũ in gloria transformatũ videat cõdi-
Mat.3.d. torẽ:& Hermõ:quũ illum ſentiat,virtutem
regeneratiuã aq̃s cõferentẽ,vocẽq; audierĩt
ambo dicentis:hic eſt filius meus dilect⁹,in
quo mihi bene cõplacui,ipſum audite. vel ſi
mauis,diſtincta;& diſſuta,abſolutaq;,ſit hæc
prophetę oratio:quaſi exultrtionis cauſam
& rationem reddentis. tuũ(inquit) brachiũ
dñe:eſt cũ potẽtia,ideoq; exultabunt. Seq.
14. *Firmetur manus tua, & exaltetur de-*
*xtera tua: iuſtitia et iudiciũ præparatio*
*ſedis tuæ.*

Fiat firma & ſtabilis potentiæ tuæ manus
in bonũ ſuper nos:vt protegas & defendas.
fiat etiã firma & ſtabilis in malum ſup inimi
cos tuos:vt eos cõteras atq; diſperdas,& ex
alteẽ dextera tua.fac iudiciũ & iuſtitiã. Ma
los à bonis ſecernẽs diiudica, hos ſtatues à
dextris: illos verò à ſiniſtris.Firmeẽ manus
tua ſup vtroſq;:& exaltetur dextera.Nã iu-
ſtitia & iudiciũ,præparatio ſedis tuæ eſt:ſe-
dis(inquã)iudiciariæ, et ſolij regni tui. para
ta ſiquidẽ ſedes tua ex tũc.& ſedes tua deus
Pſ.92.v.3. in ſeculum ſeculi:virga directionis,virga re
Pſ.44.v.8. gni tui.quippe q dilexiſti iuſtitiã, & odiſti
iniquitatẽ.Ita etiã olim in figura firmaſti ma
num tuã,debellaſti gẽtes ydolatras,cõgrega
ſti,dilataſti & exaltaſti populũ tuum,in for
ti & extento brachio tuo:ac ſic demum ar-
chæ fœderis tui paraſti ſedem. Sequitur.
15. *Miſericordia et veritas præcedent faciẽ*
*tuã: beatus populus qui ſcit iubilationẽ.*

Facies per quã cognoſcitur Deus,& vbi tã
quã in capite et primaria ſede, oẽs vigẽt ſen
ſus,virtutes et ſpiritus ſancti dona,Chriſtus
eſt:quẽ in aduẽtu primo,et in omnibus vijs
eius:miſericordia et veritas ſemper præceſ
ſerunt.his ſemp virtutibus comitatus inceſ-
ſit.gaudeat igitur Chriſtianus populus, tali
Deo:& in ſuo ſalutari noĩe exultet. lætetur
ſe Dei miſericordia vberi fuiſſe præuentũ.
non in ſe,ſed in dño glorieẽ,et q redemptus
eſt:q̃q; in pugna euaſerit victor:nõ proprijs
meritis,ſed gratiæ Dei tribuat,et miſericor
diæ illius aſcribat ac veritati. Iſtud quidẽ
eſt verũ ſcire:ſi Deo,nõ ſibiipſi victoriã ven
dicãs:nouerit iubilare,et victricem manum
ipſius pariter collaudare. beatus enim popu
lus:qui ſcit iubilationem,hoc eſt,qui fide no
uit in tribulatione et bello adeſſe Deum:cui
iubilãs,victoriã aſcribit. quod explicãs ſub
iungit. 16.
*Dñe, in lumine vultus tui ambulabunt,*
*et in nomine tuo exultabunt tota die: et*
*in iuſtitia tua exaltabuntur.*

Omne bonũ tanquã à te ꝓueniẽs, tibi dñe
tribuent:q rectè nouerint iubilare.primum,
quicquid egerint:in deriuato à te lumine fa
cient,iuxta rationis rectæ dictamen, et re-
uelatæ fidei lumen, atq; iuxta legis Chriſti
præcepta.lucerna pedibus meis verbũ tuum Pſ.118.oct.
(ait Dauid ſanctus)et lumen ſemitis meis. 14.ver.1.
nec enim in ſe,ſed in ſalutifero noĩe tuo(ipſi
tribuentes laudẽ)exultabunt ſemp: iuxta il
lud quod dñs per Hieremiã dicit:Et erit mi-
hi in nomẽ,et in gaudiũ, et in laudem, et in Hier.33.b.
exultationem,cunctis gentibus terræ: quæ
audierunt oĩa bona, quę ego facturus ſum
eis.Et in iuſtitia tua exaltabunẽ:nõ in ſua. fa
cti enim ſunt,vt immũdi oẽs: et quaſi pãnus
menſtruatæ oẽs iuſtitiæ eorum.Exaltabunẽ Eſa.64.b.
ergo,nõ in ſupbia ſua:ſed in iuſtitia tua,qua
humilis factus et obediẽs vſq; ad mortem il
los iuſtificaſti:et ex impijs feciſti pios. Phil.2.a.
*Quoniam gloria virtutis eorum tu es: et* 17.
*in beneplacito tuo exaltabitur cornu no-*
*ſtrum.*

Ideò in tua iuſtitia exaltabuntur: qm̃ tu es
gloria virtutis, et fortitudinis eorum. Tri-
buent igiẽ tibi quod tuũ eſt. Nec quicquàm
glorię decerpent:ſed totũ integrũ tibi aſ-
ſcribent:à quo totum tanquã à fonte manat.
tu gloria noſtra es,et tibi gloria: ꝙ in bene-
placito tuo fixo et immutabili, et quoties ti
bi libuerit:fortitudo noſtra magnificabitur,
cui nõ peterunt reſiſtere et cõtradicere oẽs Luc 21.d.
aduerſarij.Sic alibi in tui nominis gloriã me
decantaſſe nemini (ait pſaltes) non in gla
dio ſuo poſsiderũt terrã,& brachiũ eorũ nõ Pſ.43 ve.4.
ſaluauit eos: ſed dextera tua, & brachium
tuum,& illuminatio vultus tui: qm̃ compla
cuiſti in eis. Nec alia præfuit illis victoriæ,
nec nobis ſalutis cauſa.
*Qnia domini eſt aſſumptio noſtra: &* 18.
*ſancti Iſrael regis noſtri.*

Dominus (inquit) nos in peculiarem ſibi
populum aſſumpſit. Eduxit de Pharaonis
ſeruitute,de diaboli tyrãnide,de tenebris ad
lucẽ:& aſſumpſit nos de aquis multis. edu- Pſ.17.v.19.
xit de lacu miſeriæ,& de luto fæcis:& aſſum pſ.39.ve.1.
pſit nos in protectionem ſuam, vt ſit nobis
in Deũ:nos autẽ illi in populum. Aſſum-
pſit etiam naturam noſtram, & ſibi vni-
uit:



uit:vt nos exaltaret,redimeretq;. factusque
eſt homo,Iſraelem ſanctificans & regens:do
minus ipſe ſanctus & rex. Sequitur.
19. *Tunc loquutus es in viſione ſanctis tuis*
*& dixiſti, poſui adiutorium in potente:*
*& exaltaui electum de plebe mea.*

Loquutus eſt dominus reuelatione inter
na ſanctis ſuis Samueli & Nathan prophe-
tis(qui & videntes vocabantur) de Dauide
eligendo in regem. Cuius electionem, vn-
ctionem,exaltationem,& gloriam,cæteraq;
illi collata proſequitur dona:in typum ta-
men & figurã Chriſti vnigeniti filij Dei,qui
Io.1.a. factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundũ car-
nem.Illius igitur rei hiſtoriam deſcribit: vt
per literã ducat ad ſpiritũ. Et quẽ pater vn-
xit ſpiritu ſancto,ſub Dauidis noĩe prophe-
ta ſignet.Tunc(inquit) multifarie multiſq;
Heb.1.a. modis loquutus eſt Deus patribus in pro-
phetis:qui (vt ait apoſtolus)nouiſsime die-
bus iſtis loquutus eſt nobis in filio. loquut⁹
eſt tũc in imagine & futuri præuiſione: qui
in temporis plenitudine loquutus eſt in ꝓ-
miſſi exhibitione: dixit de ſancto ſanctorũ
ſanctis:dixit hominibus in tempore,ꝙ apud
ſe præſcius ante dixerat in æternitate.dixit,
Sed quid dixit? poſui(ait)adiutoriũ in potẽ
te:& exaltaui electũ de plebe mea.Et quidẽ
ipſe potens quia Deus. Sed dum verbum ca
ro factũ eſt & naturam ſibi vniuit humanã;
Gen.2. fecit adiutorium ſimile ſibi,illudq; poſuit
in potente:quo humani generis operaretur
redemptionem. Adiutoriũ (inquit)infirmi
hominis:poſui in potẽte Deo. Poſui(inquã)
quia ſic facere decreui:& exaltaui electum
de plebe mea.Sic etiam electũ, per Eſaiã vo
cat eũ dicẽs:Ecce ſeruus meus, ſuſcipiã eũ;
Eſa.42.a. electus meus, complacuit ſibi in illo anima
mea. Exaltaui quidem vita, doctrina,mira-
culorũ operatione,reſurrectionis gloria,&
nominis magnificentia. propter quod(inqt
Phil.2.b. apoſtolus)& Deus exaltauit illũ,& dedit il
li nomẽ,quod eſt ſup omne nomẽ &c. Seq.
20. *Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſan-*
*cto meo, vnxi eum.*

Chriſtus dñs vt verus homo: ita verè miri
fica ſpiritus vnctione vnctus eſt à patre in
regẽ regũ, & ſummũ omniũ ſacerdotẽ. Sic
em̃ ipſum iſdẽ ꝓpheta in ſpiritu alloquiẽ di
Pſ.44.v.9. cens:dilexiſti iuſtitiã & odiſti iniquitatẽ:ꝓ-
pterea vnxit te Deus, Deus tuus,oleo læti
tiæ præ conſortibus tuis. quod & ipſemet
Eſai.61.a. Chriſtus(Dauitica proles) apud Eſaiam de
ſeipſo teſtatur dicẽs:ſpiritus dñi ſup me, eò
ꝙ vnxerit me.de quo nũc dñs per prophetã
Luc.4.c. ait:inueni Dauid verũ,p alterũ figuratũ:in-
ueni manu fortẽ, virũ q̃dẽ ſecũdũ cor meu,
virũ humilẽ,piũ,& ſanctũ, qui cũ in forma
Dei eſſet:nõ rapinam arbitratus eſt eſſe ſe Phi.2.a.
æqualẽ Deo,ſed exinaniuit ſemetipſum for-
mã ſerui accipiẽs &c.quẽ oleo ſancto vnxi,
& omni ſpiritus pinguedine liui. Non enim
Chriſto homini datus eſt ſpiritus ad menſu- Io.3.e.
ram. Sequitur.
*Manus enim mea auxiliabitur ei: &* 21.
*brachium meum confortabit eum.*

Quantũ opis tulerit Deus, huic & illi verò & typico,hoc eſt Dauidi,& Chriſto ho-
mini Dauidis filio:nõ eſt ꝙ oſtẽdamus lege
vtriuſq; Dauidis chronicũ,regnorũ.ſ.librũ,
atq; euangeliũ. Audi Iudæorũ principẽ illũ,
Nicodemũ noĩe,Chriſto dño dicentẽ:Rabi,
ſcimus,quia à Deo veniſti magiſter, nemo Io.3.a.
em̃ poteſt hæc ſigna facere,quæ tu facis:niſi
fuerit Deus cum eo. Audi & alterũ à natiui Io.9.f.
tate cæcũ,niſi eſſet hic à Deo:nõ poterat fa
cere quicquã.De Dauid etiã ſcriptũ eſt, ꝙ 1.para.18.d
adiuuit eũ dñs in cũctis ad quæ perrexerat.
Nimirũ manus dñi, & diuinæ potẽtiæ bra-
chiũ,hunc & illũ confortabat. Erat quidẽ in
altero gratia diuinæ protectionis: in altero
verò diuinitatis plenitudo. Erat quippe ver
bũ patris humanitati vnitũ:quod in ſcriptu-
ra manus brachiumq; nuncupari ſolet. Seq.
*Nihil proficiet inimicus in eo: & filius* 22.
*iniquitatis non apponet nocere ei.*

Tres præcipuos legimus Dauid Regẽ ha-
buiſſe pſequutores,Nẽpe prior & omniũ ma
ximus Saul fuit:quẽ pſaltes inimicũ appel-
lat.Secũdus Abſalõ,& is filius iniquitatis: q
Dauid patrẽ ſuũ impudẽter ſpoliare regno
niſſus eſt. Alophili aũt ac cęteri rebelles,ter
tiũ locũ obtinẽt:quos inimicos nũcupat &
odiẽtes.Totidẽ etiã Chriſto dño inimicati
ſunt.Diabolus qui & princeps huius mundi
tyrãnus,& peculiari vocabulo inimicus ap-
pellaẽ homo.Et filius iniquitatis Iudas, Iu-
dæi etiã qui pueſo animo oderãt illũ. Sed
nec hi nec illi profecerũt.Ecce Dauid regnũ
(omni extincto pſequutore)auctũ eſt & cõ
firmatũ.Venit itẽ tẽtator ille ſathanas,nec in
Chriſto inuenit quicq̃:victuſq; atq; cõfuſus
receſsit.prodidit Iudas:ſed laqueo ſe ſuſpen-
dit.occiderũt Iudæi,ſed ſurrexit victor, &
nõ vltra moritur,de morte triũphãs.Rectè
ergo de vtroq; diciẽ:nõ proficiet inimicus
in eo: & filius iniq̃tatis nõ apponet nocere
ei.vẽditus eſt:ſed cruoris ſui precio huma-
nũ genus redemit,& corporis reſurrectionẽ,
ac ſui nominis exaltationẽ,& gloriã acquiſi
uit:ipſiq; inimici & oſores pditi,diſperſi, &
in fugam conuerſi ſunt. de quibus ſequiẽ. 23.

23. *Et concidam à facie ipſius inimicos eius: & odientes eum in fugam conuertam.*

O quoties inimicos Dauid Regis, percuſſit & fugauit dominus? Non eſt ꝙ in re notiſsima immoremur: cum libros regum ſcrutanti hoc peruium ſit. (2.Reg.5.) Idipſum etiam contigiſſe nouimus Iudæis, qui dominum Ieſum Chriſtum odio habuerunt: quos Romani ſub Tito & Veſpaſiano trucidarunt, & à ꝓprijs ſedibus fugarunt. Inimicos etiam crucis eius: in dies percutit & fugat. Niſi in bonum, hanc fugam velis accipere: eò quòd multi à Chriſto irato, per pœnitentiā & vitæ emendationem fugiunt ad eundem placatum. Sequitur.

24. *Et veritas mea, & miſericordia mea cū ipſo: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.*

Audiuimus, legimus, nouimus, veritatem & miſericordiam, quam Dauid rex erga omnes, Deusq́; erga ipſum ſemper habuit: & regni eius ac nominis exaltationem. Miſericordiam autem & veritatem Chriſti, quis non expertus eſt? Ipſe eſt enim in quo diuinæ miſericordiæ & veritatis habitauit abyſſus. Cuius regnum: regnum omnium ſeculorum, imperium & poteſtas æterna. Sequit̃.

25. *Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.*

Iſraelitici regni ſub Dauid rege meſsia dilatationē innuit. Sed huius dilatationis modus, per baptiſmi & pœnitentiæ gratiam, & manum Chriſti potentiſsimam, quæ his efficaciam tribuit ſacramentis (amaro, ſcilicet pœnitentiæ mari, & baptiſmi flumine) futuram prædicit. ponam (inquit) in mari manū eius, & in fluminibus dexteram eius. Sequit̃.

26. *Ipſe inuocabit me, pater meus es tu: deus meus & ſuſceptor ſalutis meæ.*

Ipſe Dauid Typicus, me filiali affectu velut patrem inuocauit ſæpius, perinde atque Deum ſuum ipſum adoptantem per gratiā, ſuſcipientem, protegentem, ac liberantem. Meſsias autem, vti verus Deus de Deo vero, vnigenitus & naturalis filius: ipſe me inuocabit in homine, & pro homine factꝰ homo: verè dicens: pater meus es tu: qui filius tuus ſum ego, tibi natura ſimilis, conſubſtantialis, coæqualis, & coæternus: Deus etiam meus & adiutor & ſuſceptor es, propter aſſumptam & mihi vnitam humanæ infirmitatis naturam. Nempe ſi attendas, in euangelio Chriſtus dominus nunc patrem, nunc Deum ſuum interpellat dominum. Pater (Mat.26.d.) (inquit) ſi poſsibile eſt, tranſeat à me calix iſte. Pater dimitte illis, quia neſciunt quid faciunt. (Luc.23.g.) pater, in manus tuas commendo ſpiritū meū. (Mat.27.f.) Et rurſus: Deus meus Deus meꝰ, vt quid dereliquiſti me? Et illud, aſcendo ad patrem meum & patrem veſtrum: Deum meū & Deum veſtrum. (Io.20.d.) Rectè igitur per prophetam dominus ait, ipſe inuocabit me &c. vt regem meſsiam: Deum ſimul & hominem futurum eſſe innuat. Sequitur.

*Et ego primogenitum ponam illum: excelſum præ regibus terræ.* 27.

Primogenitus, & primo à Deo ſup Iſrael in regem electus fuit Dauid rex: non ſicut Saul, ad petitionem populi datus. Fuit etiā excelſus præ regibus qui erant in confinibus terræ promiſsionis. Et Chriſtus dn̄s (qui & ſapientia patris) primogenitus eſt ante omnem creaturam. (Ecc.24.a.) Ipſeq́; primogenitus Mariæ virginis matris. (Luc.2.b.) de quo ait apoſtolus: ꝙ ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. (Rom.8.f.) Et iterum (in ea quæ eſt ad hæbreos epiſtola) primogenitum eum vocat. (Heb.1.b.) Et in Apocalypſi Ioannes: (Apo.1.b.) primogenitum mortuorū & principem regum terræ: qui habet in veſtimento & in fœmore ſuo ſcriptum: (Apo.19.d.) Rex regum & dominus dominantium, in quo dignitas & primatus Chriſti hominis ſignificat̃. Seq.

*In æternum ſeruabo illi miſericordiam meam: & teſtamentum meum fidele ipſi.* 28.

Gratia vnionis humanæ naturæ ad verbum: effectus diuinæ miſericordiæ fuit, in temporis plenitudine. In perpetuum tamē durat: quia quod ſemel aſſumpſit nunquam dimittet. Et quæ in veteri teſtamento de rege Meſsia extitêre promiſſa, & prædicta: in Chriſto Ieſu completa fuerunt. Ideò ait: teſtamentum meum fidele ipſi. dedit quidem illi gentes in hæreditatem & in poſſeſsionē terminos terræ. (Pſ.2.v.8.) Ipſumq́; conſtituit hæredē vniuerſorum, (Heb.1.a.) per quem fecit & ſecula: ſicut & Dauidi exhibuit quod ante promiſerat. (2.Reg.7.b.) in figura. Sequitur.

*Et ponam in ſeculum ſeculi ſemen eius: & thronum eius ſicut dies cæli.* 29.

Hoc in Chriſto Ieſu verè & pleniſsimè cōpletum eſt, qui factus eſt ex ſemine ſeu progenie Dauid ſecundùm carnem, ſedetq́; ad dexteram patris in excelſis. tanto melior angelis effectus (vt apoſtolus ait) (Heb.1.b.) quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Nempe ſemen eius: electi ſunt, cum eo in æterna gloria permanſuri. Et thronus eius perpetuꝰ & indeficiens erit: nec mutationi ac viciſſitudini (vti dies huius ſeculi) ſubiacebit.

Si



*Si autem dereliquerint legem meam: &*
30. *in iudicijs meis non ambulauerint.*

Audi iam miſericordiarū & miſerationū domini culmum, & pietatis viſcera contemplare. Perge vlterius.

*Si iuſtitias meas prophanauerint: &*
31. *mandata mea non cuſtodierint.*

Si dereliquerint legem (inquam) retrocedendo, nec in iudicijs ambulauerint ad gentium ydolatrarū viam declinādo: ſi iuſtitias prophanauerint, ad cultum deorū alienorū, & impios atq; illicitos ritus ſe conuertēdo: & mandata non cuſtodierint, propriam concupiſcentiam ſequēdo: quid tunc? relinques eos forte effrenes, per abrupta quæq; abire præcipites? ſubtrahes vel in hoc miſericordiā, vt ſtatim deſeras deſertores? Abſit hoc. Attende quod ſequitur.

32. *Viſitabo in virga iniquitates eorum: et in verberibus peccata eorum.*

Corrigam (inquit) paterno affectu, in virga grauiores tranſgreſsiones quæ iniquitates appellantur: et in flagellis, eás quæ minus graues eſſe videntur, & communi vocabulo peccata dicuntur. (Pro.13.d.) Nam qui parcit virgæ, odit filium ſuum: qui autē diligit illum, inſtanter erudit. Et iterum: ego quos amo, arguo & caſtigo. (Apo.3.d.) Nec enim apoſtolum hoc latuit Paulum dicentem: quem enim diligit dn̄s caſtigat: (Heb.12.b.) flagellat autem omnem filium quem recipit &c. Corrigam igitur: vt verberibus & plagis reſipiſcant, & conuertantur à via mala. quia vt ſcriptum eſt: ſola vexatio intellectum dabit auditui. (Eſa.28.c.) Sequitur.

33. *Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo: neque nocebo in veritate mea.*

Dulce verbum & omni benignitate plenū. non ſubtraham (inquit) miſericordiam meá ab eo, neq; illi quenquā (vero & finali atq; irreparabili nocumēto) nocere permittā in veritate mea: id eñ hoc iureiurando teſtor, & in veritate mea promitto. Sit Dauiticum ſemen quantūuis iniquum: deuiet à recto, derelinquat, deſerat me Chriſtiana proles, mandata ſemel atq; iterum refringat, measq́; ꝓphanet iuſtitias: miſericordia mea illi præſto ſemper erit inuocāti, & ad me reuertēti.

34. *Neque prophanabo teſtamentum meū: & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.*

Teſtamentum Dei, lex eſt: & omnes prophetę labia. Ait ergo non prophanabo quod pepigi pactum quaſi irreligioſum, & impiū, inefficax, & mendacio violatum. Nec ea quę loquuti ſunt ſancti prophetæ, qui & labia mea ſunt, irrita faciam. Audiſtis ne vnquàm filium Sirach (cui eccleſiaſticus liber aſſcribitur) ita dominum deprecantem: (Ecc.36.c.) da mercedem ſuſtinentibus te: vt prophetæ tui fideles inueniantur? Auſcultate etiam dominum & ꝑ prophetā ſuum Eſaiam, & in euangelio, (Eſa.55.a.) reſpondentem. omnes (inquit) ſitientes venite ad aquas &c. Inclinate aurem veſtram & venite ad me: audite & viuet anima veſtra: & feriam vobiſcum pactum ſempiternum, miſericordias Dauid fideles. Et rurſum: ſi (Io.7.f.) quis ſitit, veniat ad me, & bibat. Iterumq́ue: (Mat.11.d.) venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis: & ego reficiam vos. pactum de miſerendo feci, miſericordiam toties per labia mea promiſi (non enim voluntate humana (2.Pet.1.d.) allata eſt aliquādo prophetia: ſed ſpiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines) ſecuri ergo eſtote: ecce in veritate mea non prophanabo pactum: non reſcindā promiſſum, nec prophetæ mei iure redargui poterunt de mendacio.

*Semel iuraui in ſancto meo, ſi Dauid mentiar: ſemen eius in æternū manebit.* 35.

Semel iuraui, in ſancto meo nomine, ſancto meo verbo, pacto et fœdere. Iuraui etiā ſancto ſeruo meo Abraam: nec Dauid mentiar, ex eius ſtirpe & proſapia deſcendenti, multo minus regi Meſsiæ vnigenito meo, qui factus eſt ex ſemine Dauid ſecundū carnem. ego dixi per prophetam ſanctum meū Natham. dixi per Gabrielem ſanctum angelum meum: nec retrocedam, aut me dixiſſe pœnitebit vnquā. Sed quid iuraui: quid infallibiliter dixi? ꝙ ſemen eius in æternū manebit. dixi, per memetipſum iuraui, quia feciſti hanc rem, & non peperciſti filio tuo vnigenito: (Gen.22.c.) benedicam tibi & multiplicabo ſemen tuum &c. dixi, ſuſcitabo ſemen tuū poſt te, (2.Re.7.b.) quod egredietur de vtero tuo: & firmabo regnum tuum. Ipſe ædificabit domū nomini meo, & ſtabiliam thronum regni eius vſque in ſempiternum. dixi tandem Gabrielis ore, a latere meo legati: regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. In quo ſatisfactum eſt abūdè ꝓmiſsis. Gaudeat nunc igitur Chriſtianum ſemen, exultent & lætentur fideles in Chriſtum credētes, & vitam venturi ſeculi expectantes: quū audierint, ꝙ ſemen eius in æternum manebit. Sequitur.

*Et thronus eius ſicut ſol in cōſpectu meo: & ſicut luna perfecta in æternum, &* 36.
*teſtis in cælo fidelis.*

Erit quidem thronus regni eius ſplẽdore, claritate,gloria,perpetuitate,& duratione: ſicut ſol lucidus,& ſicut luna perfecta &plena.Regnum Chriſti (de quo in oratione dominica)Sancti & electi Dei ſunt: qui & Pſ.102.v.18 memores ſunt mandatorum ipſius,ad faciendũ ea.quos vt ſuum benedicãt regem(ps.192.) iſdem pſaltes commonet dicens:dñs in cælo parauit ſedem ſuã:& regnum ipſius omnibꝰ dominabitur.benedicite domino omnes angeli eius:potentes virtute, facientes verbũ illius &c.hoc quidem regnum ex rege Chriſto,principibus,ſenatoribus, cæteriſq́; ſanctis conſtitutum,in quo cumChriſto regnãt omnes ſancti:fulgebit in æternum ſicut ſol & luna perfecta,in conſpectu Dei, ſi reddas ſingula ſingulis.Nempe fulgebit rexChriſtꝰ, verus iuſtitiæ ſol, propria claritate lucens. fulgebit eccleſia,vt luna perfecta à ſole claritatem habens:fulgebit etiam hominis ſpiritus ſicut ſol:caro autem ſicut luna.Cuius claritatis,vas ipſe electionis Paulus (in ea quæ Phil.3 d. ad Philipenſes, & quæ ad Corinthios prior eſt epiſtola)meminit dicens:Saluatorem expectamus dñm noſtrum Ieſum Chriſtũ, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ,configuratum corpori claritatis ſuæ, ſecundùm operationẽ virtutis ſuæ, qua etiam poſsit 1.Cor.15.f. ſubijcere ſibi omnia.Et rurſum:ſed alia quidem cæleſtium gloria:alia autem terreſtriũ: alia claritas ſolis: alia claritas lunæ, & alia claritas ſtellarum. Stella enim à ſtella differt in claritate:ſic & reſurrectio mortuorũ. Et huius claritatis,teſtis in cælo fidelis eſt deus ipſe largitor, & qui reſurrexit Chriſtus rex, viuorum & mortuorum iudex: et thronus eius,in quo glorioſus ſedet ad dexteram patris in excelſis. huius teſtis etiam meminit Iob.16.d. Iob dicens:ecce enim in cælo teſtis meus,et conſcius meus in excelſis.Sic enim Ioannes Apo.1.b.& 3.c. apoſtolus in ſua apocalypſi, dominũ Ieſum Chriſtum teſtem fidelem appellat,qui martyrum omnium princeps,martyreſq́; coronans:cum fulgentiſsimis ſtigmatibus glorioſus apparebit: quo ardentiſsimam (qua nos dilexit)oſtendat teſtis ipſe fidelis charitatẽ. Erit etiam ſplendoris & gloriæ regni huius: ſol & luna teſtis in cælo fidelis. Nam iuxta Eſa.30 f. prophetæ vaticinium : erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum : in die qua alligauerit dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit. Sequit.

37. *Tu vero repuliſti & deſtruxiſti: diſtuliſti Chriſtum tuum.*

Querula prophetę vox eſt:ꝙ cum tot tantaque Dauidi Deus promiſerit bona: eum quaſi deſpectum atq; à ſe repulſum videat, ac pene calamitatibus obrutum, regnumq́; deſtructum,& à proprijs ſedibus ad alienigenas translatum.Ait ergo:videris abieciſſe, & ad nihilum gloriã regni huius redegiſſe: atque ipſum quem vnxiſti regem,à te elongaſſe,& in aliud tempus,alium locum,& gẽtem,in verum ſcilicet meſsiam & ſemẽ eius tranſtuliſſe,& diſtuliſſe promiſſa. Sequitur.

*Auertiſti teſtamentum ſerui tui : prophanaſti in terra ſanctuarium eius.* 38.

Tu qui dixeras:neq; prophanabo teſtamẽtum meum,& quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita:nunc pactum illud tuum, quod Dauid regem reſpicere videbatur, in alium longe digniorem auertiſſe,& ex ſententia direxiſſe viſus es: in quo tibi omnes promiſsiones adimplere collibuit. Ecce tẽplum à Salomone conſtructum, & tuo nomini dicatum in terra,ab exteris nationibus prophanari permiſiſti? Argumentum igitur efficax eſt,rem ipſam introrſus conſideranti:ꝙ non de materiali templo, non de temporalis regni perpetuitate, ſed de ſpirituali 2.Reg.7.b. regno Chriſti ſuorumq́; fidelium intellexeris promiſsionem. Firmat propoſitum,quod ſequitur.

*Deſtruxiſti omnes ſepes eius: poſuiſti firmamentum eius formidinem.* 39.

Per ſepes,muros metropolis regni ac regię ciuitatis menia,intelligit:niſi fortè diuinam protectionem atq; angelorum cuſtodiam, ſepium nomine accipere velis. Quæ oĩa ſic (Iudæorum exigentibus meritis)ſubtraxiſſe viſus eſt Deus,quũ in manus Caldeorũ, Rex ſimul & populus traditi ſunt:et arce diruta, nihil remanſerat tutum.

*Diripuerũt eum omnes tranſeuntes viã: factus eſt opprobrium vicinis ſuis.* 40.

Confirmat intentũ,ꝙ adeò abiectus & inglorius eſt populus: vt omni tranſeũti expoſitus ſit in direptionẽ:& vicinis,qui in circuitu eius ſunt,in opprobrium,deriſum,& ſubſanationem.Aliud etiam accedit. Pſ.43.v.15

*Exaltaſti dexteram deprimẽtium eum: lætificaſti omnes inimicos eius.* 41.

Vbi ergo eſt illud(rogo)& thronus eius ſicut ſol in conſpectu meo? Illudq́; in nomine meo exaltabitur cornu eiꝰ? certè nõ hic rex, nõ hic populus,nec tẽporalis aut terrena ꝓmiſsio:cũ hos(te vidente) depreſſerint inimici,& de victoria elati lætentur.

*Auertiſti adiutorium gladij eius : & non es auxiliatus ei in bello.* 42.

Per



per gladium,duces prophetas, & verbi Dei prædicatores,ipſamq́; Dei gratiã contra vitia illis opem ferentem,accipe.hæc oĩa auertiſti ab ingrato populo,peccata multiplicãte:vt qui te præeũte ſemper victor extitit, ſine te ſuccumbat in bello.

43. *Deſtruxiſti eum ab emundatione: et ſedem eius in terra colliſiſti.*

Spurcũ eum ac ſordidũ fieri permiſiſti: Et quaſi iumentum ſuo putreſcens in ſtercore, ita ab omni legali emundatione quieſcentẽ illũ horres.Non quidem vllum maieſtatis et gloriæ priſtinæ indicium aut veſtigium manet.Nam ſedẽ eius & dominij eius ſceptrũ, in terra colliſiſti.Ipſi declinauerũt ſimul inu Pſ.13.v.4. tiles facti ſunt.oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terrã:tu ſedẽ illorũ in terra defigi,& terreno viſco,atq; contangio detur pari,(iuſto iudicio)paſſus es,quid tandem?

44. *Minoraſti dies temporis eius: perfudiſti eum confuſione.*

Ecce breuiati ſunt dies Iſraelitici regni:et gloria regum Iuda,abſorta eſt:cum tamẽ tu miſericors & verax Deus dixeris,& ponam in ſeculũ ſeculi ſemen eius,& thronum eius ſicut dies cæli:quin oẽs inglorij & confuſione perfuſi,diuagantur potius per orbem:lege,templo, ſacerdotio, rege, regno orbati. Non igitur in quouis alio quã in vno rege meſsia,promiſsio illa adimplenda eſt. Seq.

45. *Vſquequo domine auertis in finem: exardeſcet ſicut ignis ira tua?*

Lenit propheta dñm quẽ conſpicit iraſcẽtẽ,& blanda rogatione demulcet : Quouſq; ſic iraſceris in populũ tuum dñe à te auerſum, vt & tu (quaſi indignabundus) faciem auertere videaris? Erit ne hæc perpetua indignatio?exardeſcet ſemper, & ſuccreſcet in augmentum ira tua: vt incombuſtibile ſolet ignis?erit tẽporanea afflictio:an æterna?

46. *Memorare,quæ mea ſubſtantia : nunquid enim vane conſtituiſti omnes filios hominum?*

Sit tibi ob oculos, quàm fragilis & infirma ſit hominis natura poſt lapſum: quã prona ad malum:quã deniq; infixa ſit in limo ꝓfundi,& nõ eſt ſubſtantia.ꝙ ſi qua eſt: apud te eſt,quæ & vnigenitus tuus eſt.hæ hominis diuitiæ:& in huius mediatoris fide,conſiſtit mea ſubſtantia.Sit igitur(precor)apud me,qui eſt apud te,de mea ſubſtantia ꝓ homine factus homo. Non enim vanè & abſq; vllo fine:ſed ad te conſtituiſti filios hominum.At nulli datum eſt ad te peruenire niſi per mediatoris fidem:& hæc mea ſubſtãtia.

Eſt etiam fides(ait apoſtolus) ſperandarum ſubſtantia rerum:argumentum non apparentium.Recordare ergo(ait ꝓpheta ſanctus) Heb.11.a. quã firma & ſtabilis mea in te fuerit fides: ne me à te,aut te à me auertas in finem ; neve ira tua in perpetuũ ſicut ignis excandeſcat.Tu quidem ſolus es omnium noſtrũ ſubſtantia & vita:nec eſt q ſine te viuere poſſit.

*Quis eſt homo qui viuet, & non videbit mortem: & eruet animam ſuam de manu inferi?* 47.

Eſt quis fortè immunis à neceſsitate moriendi,aut reihuius expers:poſtquã per vnũ hominẽ peccatũ in hunc mundum intrauit, Rom.5. & per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſijt,in quo omnes peccauetunt?Eſt ne etiã qui ꝓprijs viribus vitare peccatum,aut à peccato reſurgere poſsit : ſi tua gratia non fuerit fultus?eſt qui damnationem effugiat,& ex naturalibus vitã adipiſcatur æternam:niſi tu qui via, veritas & vita es,ex miſericordia ſuccurras? Minimè profectò.ꝙſi ita res habet:dic nũc(obſecro)

*Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ dñe: ſicut iuraſti Dauid in veritate tua?* 48.

Fere ſimili verborũ ſeriæ vtitur populus Dei apud Eſaiam.vbi eſt zelus tuus(ait) & Eſa. 63. d. fortitudo tua:multitudo viſcerũ tuorum & miſerationum tuarum,ſuper me cõtinuerũt ſe?Tu olim non ſemel dixiſti ex miſericordia,& iureiurando firmaſti,daturũ te nobis, nec id tantũ:ſed ꝙ ex dauitica ſtirpe vnigenitus tuus ſit denuo tẽporaliter naſciturus, & regnaturus in æuũ.nempe iurauit dñs Dauid veritatem,& non fruſtrabitur eũ: de fru Pſ.131.v.11. ctu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.iuraſti igitur miſericors & verax.ſi hũc totam progeniẽ perdas,vbi ſunt miſericordię tuæ? vbi infallibilis & ineuitabilis veritas?

*Memor eſto domine opprobrij ſeruorũ tuorum: quod continui in ſinu meo, multarum gentium.* 49.

Non tradas obliuioni, nec diſsimules opprobriũ,à gẽtibus nobis ſeruis tuis pluries illatum.quod cũ gloriã tuam, & ſpem noſtrã confundere videatur:meo ſemper ineſt animo maneṫq; alta mente repoſtũ. nos quidẽ deluſos:& te deluſorẽ fingunt. ſuccurre ergo dñe,vt mendaces inueniantur. audi opprobrium pientiſsime,audi quod angit cor meum.

*Quod exprobrauerunt inimici tui domine: quod exprobrauerũt commutationem Chriſti tui.* 50.

Maximi angoris & doloris affectum, hæc

 gemi-

geminatio verborũ inſinuat. dolet quidem, quaſi inſultantes & improperantes Chriſto, iam audierit inimicos, impudentiſsimo ore illum fœdifragum appellantes: ꝙ cõmutatus ſit, nec in verbo promiſsionis ſuæ permanſerit: ſed quaſi impotẽs, aut leui & mutabili ingenio ad partem alteram declinarit: cum nihil minus. Permanẽs igitur propheta in fidei ſuæ ſubſtãtia: continet in ſinu mẽtis huiuſmodi opprobrium: et à verace Deo ſolatium et redemptionem expectans: pſalmũ totamque narrationem, hac benedictione claudit.

53 *Benedictus dominus in æternũ: fiat fiat.*

Dixi proſpera, adnumeraui aduerſa: hęc & illa, à Deo ſunt omnia. Sit ipſe benedictus in ſecula, qui vt miſericors promiſit: & vt verax, promiſſum impleuit. Ita fuit, eſt, et erit.

EPILOGVS PSALM. 88.

*Miſericordias dñi in æternum cantabo: in generatione & generationẽ annunciabo ueritatẽ tuã in ore meo: q ex miſericordia hoĩbus redemptionẽ promiſiſti, atq; ut uerax, ꝓmiſſum adimpleſti. quoniã dixiſti, & ab æterno mederi uulneri decreuiſti. Ex tũc enim præuiſa miſeria, et miſericordia ſuo tẽpore exhibẽda, atq; promiſsi ueritas adimplenda: apud te præordinata erat in cælis. dixiſti etiã, diſpoſui teſtamentũ electis meis, iuraui David ſeruo meo: quod utiq; ſcripto innoteſcet illis. Et hæc teſtamenti ac promiſsionis uerba, uſq; in æternum præparabo ſemẽ tuum: & ædificabo in generatione & generationẽ ſedẽ tuã. Porro cõmune bonũ eſt, ædificatio huiuſmodi ſeu prolis augmentum: quod nõ tantũ David Regi, uerũ etiã electis diſponitur ipſis. Quamobrẽ confitebuntur cæli mirabilia tua dñe: etenim ueritatẽ tuã in eccleſia ſanctorũ: eò q, mirabilẽ te exhibueris & ueracẽ. quoniã quis in nubibus æquabitur dño, ſit quantũuis excellens homo: ſitue angelus in cælo ſublimis? profectò nullus poterit coæquari Deo opt. max. qui glorificatur in cõſilio ſanctorũ, magnus & terribilis ſuper omnes q̃ in circuitu eius ſunt, uelut eius ditioni ſubacti. Es tu quidẽ dñe angelorũ, Deus omnipotẽs: ad cuius nutũ oĩa præſto ſunt: ſiue mare, ſiue fluctus eius, quãuis elati & intumeſcentes. nempe tu humiliaſti Luciferum ſuperbientẽ: & quaſi ipſum appetiſſes ſagitta, non ſecus ad ima deiectum cadere feciſti, eiuſq; totã in brachio uirtutis tuæ diſperſiſti cohortẽ. Atqui tui ſunt cæli, terra, mare, horumq; plenitudo, atq; totus deniq; orbis: montes ipſi Thabor & Hermon, in quibus præclara facinora te egiſſe cõſtat, potentiæ tuæ magnitudinem demirantur. Firmetur nũc ergo manus tua, ut nos ꝓtegas & defendas: & exaltetur dextera, qua perdas diſsipeſq; iniquos. Nã ſemp in bello uictor euades: cum iuſtitia et iudicium ſit præparatio ſedis tuæ regiæ, & miſericordia & ueritas præcedent faciem tuam. Quẽ (obſecro) exercitum his comitibus non debellabis? quis te uictorem non ſequetur? quis deniq; tibi non aſcribet gloriam triumphanti, niſi deſipiat? Dicam ſanè, beatus populus qui ſcit iubilationem. i. ſ. qui in tui laudem omni conatu clamans, ipſaq; aera tundens ait, uiuat rex, cui honor, gloria, decus, & imperium &c. Nihil utiq; ſibi uendicans hæc dicet, ſed tibi omnia aſcribens, à quo bona cuncta procedunt: Dñe in lumine uultus tui ambulabunt &c. nempe tuum lumen, tuum nomen, tua iuſtitia, tua gloria. & beneplacitum tuum eſt, in quo exaltabitur cornu noſtrũ. quia gloria & exaltatio noſtra: gloria dñi & regis noſtri eſt. tunc etenim quando tibi beneplacitũ fuit: loquutus es interna inſpiratione Prophetis tuis dicens: Ecce humani generis adiutorium in potente unigenito meo poſui, ipſumq; hominem factum elegi & exaltaui, quem unxi ſpiritu ſancto: eſt enim cum diabolo congreſſurus. & manus mea auxiliabitur ei: nec inimicus poterit præualere. inimicos illius perdam atq; fugabo, eritq; ueritas & miſericordia mea cum ipſo, atq; exaltabitur in me poteſtas illius, & dilatabitur regnum. Ipſe iure appellabit me patrẽ Deũ ſuum, & ſuſceptorem: & ego ipſum primogenitum, excelſum præ regibus terræ: cui ſemper miſericors ero, fidemq; ſeruabo. Erunt etiam ſucceſsio eius & thronus perpetui. Huius etiam* Hier. 33. d *pacti Hieremias meminit dicens: hæc dicit dñs, ſi irritũ poteſt fieri pactũ meum cum die &c. & pactũ meũ irritum eſſe poterit cum David ſeruo meo. lege totũ caput. q, ſi poſteri præceptis meis nõ paruerint: illos uerberibus corrigam. ſemper id tamen miſericorditer agam, nec quod pepigi pactũ aut uerbum quod ſemel protuli, faciam irritum. nam memini me irrefragabili uerbo dixiſſe Dauidi, (nec pœnitebit unquã) q, ſemen eius in æternum manebit, eiuſq; regia ſedes ſicut ſol & luna perfecta, erit coram me ſemper, certè lucida atq; præclara, & glorioſa: & ipſe Chriſtus, rei huius, in cælo fidelis teſtis erit: quæ cum ita ſe habeant: miror quod hæc omnia repuliſſe atq; deſtruxiſſe uiſus ſis dñe. Nam diſtuliſti Chriſtum tuum promiſſum toties: & nedum legem & pactum irritaſſe, atq; templum ſibi dicatum prophanaſſe uideris: quin ipſius etiam urbis menia & turres deſtruxiſſe conſtat: adeò, ut diripuerint populum tranſeuntes uiam, & factus ſit opprobrium uicinis ſuis. exaltaſti inimicos eius: ſubtraxiſti auxilium tuum ſpeciale: eſt ſordibus abundans, dirutus, ac pene colliſus. Atqui minoraſti dies temporis eius, qui iuxta promiſſum uidebantur æterni: atq; (ut rem paucis abſoluã) perfudiſti eum confuſione. Quæ hæc indignatio (precor) uſquequo dñe auertis faciem, & exardeſcet ſicut ignis ira tua? memorare quæ mea ſubſtantia: quam futilis, lutea, teſtacea, & omni ex parte fragilis eſt. nunquid enim uane conſtituiſti omnes filios hominum? q, ſi illis in manu mediatoris non ſucur*





*rat: quis eſt homo qui uiuet, poſsitq; uitare mortem ſecundam, hoc eſt eruere animam ſuam de manu inferni? ubi ſunt (rogo) miſericordiæ tuæ antiquæ dñe, ſicut iuraſti David in ueritate tua? Memor eſto igitur dñe opprobrij ſeruorum tuorum: quod nuſquã labetur è pectore meo. opprobrium dico, quod exprobrauerunt inimici tui dñe, commutationem. ſ. Chriſti tui, quaſi ſententiam mutauerit, & defecerit à promiſſo: cum nihil minus. Veniſti enim domine Ieſu, & redemiſti. Quamobrem immortales tibi pro uiribus gratias agam. Benedictus ſit dominus in æternum. Sane ita eſt, & erit.*

PSALMVS 89.

*Domine refugium factus eſt nobis: a generatiõe in generationẽ.*

Titulus eſt: oratio Moyſi hominis Dei. qui adeò clarus eſt: vt maiori nõ egeat elucidatione. Inducitur hic Moſes ille antiquæ legislator, orationem ſuam ad dominum fundens: & miſerias hominũ maximeq; vitæ breuitatẽ deflens. Ait ergo: dñe refugiũ, vel (vt Hieronymo placet) habitaculum factus es nobis &c. Parte. 2. tractа. 3. ad Ciprianum. Atqui a primo homine, à carnali generatione in ſpiritualẽ, a circunciſione in præputiũ, à lege in euangeliũ: ſemper nobis refugiũ fuiſti. ſed cũ factus es homo (iã enĩ te factũ ex muliere, factũ ſub lege, vt eos qui ſub lege erãt redimeres, in ſpiritu contẽplor) tũc ſpeciali quodã modo, in carne aſſumpta refugiũ factus es nobis. Id q, dẽ ex tẽpore: qui ſemper Deus es, abſq; vlla tui mutatione in æternitate. Ideo ait:

2. *Priuſquã mõtes fierent, aut formaretur terra & orbis: a ſeculo & vſque in ſeculum, tu es Deus.*

Ante ſublimes angelos, ante terrenos homines, ante omnẽ deniq; creaturã: à ſempiterno vſq; in ſempiternũ Deus es: qui & rerũ omnium viſibiliũ & inuiſibilium creator es: quod etiam in prouerbijs ex perſona ſapientiæ æternæ (q Chriſtus eſt) expreſsius legitur. Et alibi, idem ipſe es: & anni tui non deficient. Pſ. 101. v. 28 tu ergo qui ſemper es, & ex miſericordia refugium factus es nobis ad pœnitentiam expectans.

3. *Ne auertas hominem in humilitatem: et dixiſti, conuertimini filij hominum.*

Non permittas hominem à deſiderio ęternorum cadere in concupiſcentiam carnis. Non auertatur à te incommutabili bono: vt ad caduca fugaciaq; huius ſeculi (te ſpreto) conuertatur. Sit humilis, & humiliter de ſe ſentiat: ſed non declinet affectu ad humilia & abiecta, ea. ſ. quæ nõ verè bona ſunt, ſed bonorũ purgamẽta. Ne vel ſic facias hominem in abiectione & humilitate ſempiterna retineri, Phil 3. c. quin imò omnia arbitretur vt ſtercora: vt Chriſtũ lucrifaciat. hoc vnũ te moueat, ꝙ homo futurus ſis. Sit ſecundũ, ꝙ tu dixeris: conuertimini filij hominum. Cõuerte ergo nos dñe ad te: & conuertemur. Innoua dies noſtros ſicut à principio. Thre. 5. d Tu quidem dixiſti ex gratia præueniẽte & excitante: conuertimini ad patrẽ veſtrum ex arbitrij libertate, cũ adiuuante & cooperãte gratia, qui ſubſtantiã veſtrã prodegiſtis. Dixiſti tandẽ: conuertimini filij hominum ad priſtinam dignitatẽ, vt filij Dei ſitis per gratiã: q filij hominũ eſtis per naturã. Conuertimini à vita quandoq; peritura (ſit quantumlibet longa) ad æternã & interminabilẽ vitã, ſine fine permanſuram. quia tu dixiſti olim: conuertimini filij hominũ, in terrã de qua exijſtis & formati eſtis. dixiſti homini: in ſudore vultus tui veſcẽris pane tuo, donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es: Gen. 3. d. quia puluis es, & in puluerem reuerteris. dixiſti & ſtatuiſti poſt hominis lapſum, hoĩes ſemel mori: quantũuis ob longam vitã vixerint. Ideò nullus (heu fruſtrà) ſpẽ ſibi ſtatuat longiſsimæ in hoc ſeculo vitæ: quoniam totũ huius vitæ tempus ſi æternitati conferatur, nihil eſt. Sequitur.

4. *Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanquã dies heſterna quæ præterijt.*

Heſterni quippe ſumus (ait Baldath in libro Iob) & ignoramus, ꝙ ſicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terram. Iob. 8. b. Cur ergo magnifaciat homo temporalia, breuia, & cito tranſeũtia, ne dixerim momẽtanea: quæ tu dñe nihili æſtimas: & quaſi tranſacta, vis ab hominibus æſtimari. hanc ferè ſententiã in catholica epiſtola etiã adducit Petrus. 2. Petr. 3. c Audi nunc impios in libro ſapientiæ dicentes: qd nobis profuit ſuperbia: Sap. 5. b. aut diuitiarũ iactantia quid profuit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquã vmbra, & tanquã nuncius præcurrens, & tanquã nauis quæ pertranſit fluctuantem aquã: cuius (cũ præterię [rit]) nõ eſt veſtigiũ inuenire &c. Et Iob ſanctus: dies mei velocius tranſierunt: Iob. 7. b. quã a texente tela ſuccidit, vel radio textoris, vt alij trãſtulerũt. Et iterum: dies mei velociores fuerunt curſore, Iob. 9. c. fugerunt & nõ viderũt bonũ, pertranſierũt quaſi naues poma portãtes: ſicut aquila volãs ad eſcam. Sed quid teſtimonijs probare nitimur: quod in dies experimur? iure igitur ait: tanquã dies heſterna quæ ꝑterijt. Magnũ quidẽ dixi, ꝑ exiguitatte rei. Ideò ſeq.

5. *Et cuſtodia in nocte: quæ pro nihilo habentur: eorum anni erunt.*

Principium huius verſus, ſi præcedenti cõiugatur: aptũ, plenũ ac perfectum, efficiet ſenſum. vt non ſolũ heſternę diei quæ iã prę terijt vita hominis conferatur (id quidẽ magnum eſt) ſed cuſtodiæ nocturnæ, ac militarĩ vigiliæ, quæ trium horarum cõtinet ſpacium. Iob. 7. ad T. Militia enim eſt vita hominis ſup terram: Ephe. 6. b. & colluctatio aduerſus principes & poteſtates: aduerſus mũdi rectores tenebrarũ harum. quinimò audi pſalmographum, rem ipſam ex ſententia exagerãtẽ. quæ pro nihilo habẽtur (inquit) eorũ anni erunt. Non igitur eſt, ꝙ cõputentur anni: qui inter ea quæ nihili haberi ſolent reputantur. qualis Iob. 3. a. dies illa vel nox, cuius meminit Iob dicens: nõ computetur in diebus anni, nec numeretur in menſibus. Sequitur.

6. *Mane ſicut herba tranſeat, mane floreat & tranſeat: veſpere decidat, induret, & areſcat.*

Ecce nunc vita hominis herbæ nõ immeritò comparatur: quæ mane floret, ſed veſperi decidit, induratur, & areſcit. qua ſimilitudine vſus eſt Eſaias dicens: omnis caro fœnũ: Eſa. 40. b. omnis gloria eius quaſi flos agri. Exicatum eſt fœnũ, & cecidit flos &c. Iidemq; pſalmographus: Pſ. 102. v. 14 homo ſicut fœnum dies eius: & ſicut flos agri ſic efflorebit. homo quidẽ (ait Iob. 14. a. Iob) ſicut flos egreditur & cõteritur. Egreditur quum naſcitur: cõteritur quũ morit̃. Conſidera illud mane ætatis florentis ac laſciuiẽtis vſq; ad meridiẽ vitę. & deinde hominẽ ætate media nec creſcentẽ nec decreſcentem, ſed tranſeuntẽ: poſtremoq; ad vitæ veſperũ declinantẽ: & inuenies illum decidentẽ, induratum, exicatũ, & areſcentẽ, cùm ad ſenectam peruenerit. Is autem defectus, ex culpa proceſsit, quod innuens ait:

*Quia defecimus in ira tua: & in furore tuo turbati ſumus.*

Vel (vt quidã iuxta Hebraicum legunt) accelerauimus: his verbis, ſententiæ Dei (cui ſubiacemus omnes) perſeuerantiã, & vitæ noſtræ breuitatem ſignificãtes. nempe hi noſtri defectus: pœnæ inflictæ ſunt pro peccato, & effectus irati. ſatiuſq; nobis fuiſſet has perpeti iras. Sed dum quotidie labimur, Iac. 3. a. & in multis offendimus: (proh dolor) ſupplicium veremur æternũ, quẽ furorẽ ſcripturæ more nuncupamus. Rectè igitur ait: defecimus in ira: ſed in furore turbati ſumus. quia ira, temporalis eſt pœna: furor autem æterna. Sic enim de impijs ſcriptum eſt, ꝙ videntes turbabũtur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis gementes &c. Sap. 5. a. quis nunc (obſecro) nõ turbetur venientẽ iudicem in furore cõtemplans? dũ ea quæ propter primi hominis peccatũ patimur: quaſi ab iraſcente domino, & meditatur & experitur? Sequitur.

*Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſeculum noſtrum in illuminatione vultus tui.* 8

Sic vtiq; ſeptuaginta verterunt. pro quo alij, negligentias ignorantias ſiue errores trãſtulerũt. Sed quæ defectus & turbationis ratio? nõ alia prius, quã ꝙ ſic punire decreueris prothoplaſti (in quo oẽs peccauimus) tranſgreſsionẽ: quæ iniquitatum omniũ fuit radix. Id enĩ fuit ponere iniquitates noſtras in cõſpectu tuo: eò ꝙ ſtatim in nos laborũ, erũnarũ, aliorumq; defectuũ, & mortis protuliſti ſententiã. Gen. 3. d. Nec (vt aiunt) cõniuentibus aut lipis oculis aſpexiſti: qui nũc ſæpius diſsimulas peccata hominũ ꝓpter pœnitẽtiã. Sap. 11. d. At totus vitæ noſtræ diſcurſus (q & ſeculũ noſtrũ) nudus tibi eſt, & apertus: nec te latetq; quã: cũ tuæ propriæ eſſentię illuminatione & clariſsima cognitione, abſq; alterius rei extrinſeco adminiculo, oĩa noris. hinc quidẽ timor inſurgit & turbatio. Sequitur.

*Quoniam omnes dies noſtri defecerunt: & in ira tua defecimus.* 9.

Argumentũ eſt efficax, quod nos moueat efficiatq; cautos, vt (ꝓ viribus) mortẽ ęternã fugere adnitamur: qui temporalẽ incurrimus. nec poſt tuũ decretũ illam euadere poſſumus. Ita quidẽ eſt vt ſanxiſti, quoniam oẽs dies noſtri defecerũt, et in ira tua defecimꝰ: eritq; etiã ita vt cõminaris. Moriẽmur profectò morte ſecũda: ſi aduẽturũ furoris diẽ noſipſos cõponere nõ ſatagamus. Erit nanq; irrefragabilis vltima illa ſentẽtia, vti prima. quod vtiq; ne vſquã mẽte excidat: ſæpius inculcare iuuat. q͂a defecimus in ira tua: & in furore tuo turbati ſumus. Defecimus quidẽ in diuturnitate vitæ quia dies noſtri pauciores ſunt: vel quia deteriores, eò ꝙ in malis actibus cõſumpti: vel quia infirmiores efficimur ad bonũ, & propẽſiores ad malũ, iuxta illud patriarchæ Iacob: Gen. 47. c. dies peregrinationis vitæ meę, centũ triginta annorũ ſunt, parui & mali: & nõ peruenerũt vſq; ad dies patrum meorum, quibus peregrinati ſunt. quod in ſequentibus explicat.

*Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta annis.* 10.





Sunt qui tranſtulerũt: defecerũt anni noſtri velut ſermo. nec inepta cõparatio; eò ꝙ ſemel emiſſum celeriter tranſeat verbũ. Nos autẽ translationem cõmunem ſequamur. Latinius dicitur animal illud araneus quã aranea, quæ aranei tela dici cõſueuit. ſed interdũ apud autores (vti nũc) vnũ ꝓ alio vſurpat. Cõparatur igit̃ in vitę ſuę decurſu hoĩs exercitatio: araneo telã ſuam texenti, & ſeſe nimia ſolicitudine euiſceranti: q tandẽ aut ventorum flatu, aut quouis alio caſu, cum ſuo futili opere perit. quia (vt ait ſapiens) vidi quæ fiunt cuncta ſub ſole: Eccl. 1. c. & ecce vniuerſa vanitas & afflictio ſpiritus. nec eſt ꝙ huius ſimilitudinis ſymbolũ & animalculi proprietates minutim indagare nitamur: cũ eas ſcrutanti, facile ſit reperire, & quomodo cõueniant homini demõſtrare, cuius vita: & laborioſa eſt & breuis. quod pſaltes, hoc verſiculo oſtendere intendit. Nam dies annorũ noſtrorum, (ſi ad communem contingentiã attendas) in ipſis ſeptuaginta annis clauduntur. Nec enim vltra viuitur, niſi fortè in potẽtatibus & complexione robuſtioribus, ad annos vſq; octoginta protrahatur. nam reſiduum: mors potius eſt dicenda quam vita, quod exprimens ſubiungit dicens:

11 *Si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor.*

Eadem ferè phraſi, in libro qui eccleſiaſticus inſcribitur, vita breuis atq; hominis deſcribitur faſtus. Eccl. 18. a. Nam exhauſto humore: membrorum, vigor extenuatur, ſenio ingraueſcẽte: ita vt poſt annos octoginta, adeò labores & dolores vndequaq; homines inuadant: vt meritò non viuere. Sed mori dicantur. bene ergo ait, & amplius vel vt alij legunt: & faſtus eorum labor & dolor. quia illius ſenilis ætatis maior & potior pars, in labore & dolore verſatur, vt optimè didicerunt ij, qui huius rei non tam ſpeculationem, quam praxim habent. tu lege (ſi vacat) hanc humanæ vitæ mutationem, Eccl. 12. a. ſub tropis & tranſlatitijs locutionibus in eccleſiaſte graphicè deſcriptam. Sequitur.

12. *Quoniam ſuperuenit mãſuetudo: & corripiemur.*

Vel, vt quidam tranſtulerunt, quoniam citò recedit: & nos auolamus. hi quidem defectus, & pœnalitates, vti ex iuſti[illegible]: ſic & ex admixta miſericordia tua nobis ſuperuenerũt ne deteriores ſimus: quin & pro malè perpetratis, ſint quoddã ſatisfactiõis genus: ſi tolerãtia & manſuetudo ipſaq; patientiæ virtus adſit. Nã hæc oĩa, dona Dei ſunt, quæ ad correptionẽ noſtrã vel maximè cõducunt: dum nos ante effrenes, & indomitos, à malis cohibẽt, faciuntq; vtcunq; timoratos. Mira etiã diuinæ dignationis ſupuenit manſuetudo, qua nos ſuſtinet peccatores vt corripiamur: q ſtatim deleri de terra merebamur. ſit hoc hominibus documẽto: quo in mãſuetudine correptio fiat. doctorẽ gẽtiũ audiãt ita Galathas cõmonentem. Gal. 6. d. Si præoccupatus homo fuerit in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſcemodi inſtruitẽ in ſpiritu lenitatis. Sequitur.

*Quis nouit poteſtatem iræ tuæ: & præ timore tuo iram tuam dinumerare?* 13.

Audi. q̃ ꝓficuũ nobis ſit, his defectibꝰ torqueri: vt eruditiores ſimus, nouerimuſq; ꝓ modulo noſtro, q̃ ſis timẽdus. cũ ſcriptũ ſit: ſola vexatio dabit intellectũ auditui. Et iterũ iſdẽ Eſaias ait: Eſa. 28. c. ſicut in manu forti erudiuit me, ne irẽ in viã populi huius. Eſa 8. c. Nã niſi tu doceas dñe: qs nouit poteſtatẽ iræ tuæ: qs q̃ fortis ſis, potẽs, & formidabilis, vel cogitationẽ ipſa ꝑpendere poſsit? Nimirũ ꝑ has tẽporales quas nobis infligis pœnas: nos ad qualẽ qualẽ potentiæ tuę cognitionẽ manuducis & trahis futuraſq; innuis perpetuas & æternas clades. Sequitur.

*Dexteram tuam ſic notum fac: & eruditos corde in ſapientia.* 14.

Ad eruditionẽ noſtrã, has vitæ miſerias patimur. Et tantũ abeſt, vt nos pati pigeat: ꝙ ex animo deprecamur, dexterã tuã ſic notã facias. Veremur quidẽ ne huius ſeculi viſco cõpediti (ſi nihil aloes delitiarũ melli ad mixtũ ſentiamus) dũ amplectimur tẽporalia, obliuiſcamur æterna. Sit ergo dexteræ tuæ potẽtia, q̃ nos à malo deterreat: & ſic (miſericorditer ꝑcutiens) illã notã fac, vt vel attracti timore, noxia vitemus. Fac etiã nos, non ſolùm his paſsionibꝰ et corporeis moleſtijs: verũ etiã corde eruditos in ſapiẽtia, q̃ eſt circa æterna, fac nos ꝑ hãc ſiniſtrã quã experimur dexterã tuã quærere. fac ſic itidẽ, vt filiũ tuũ vnigenitũ (q et dextera tua eſt) ſub noſtrę carnis humilitate latentem agnoſcamus. hæc quidẽ vera eruditio eſt et ſapiẽtia: ſi Chriſtũ eſurientẽ, ſitientẽ, laſſum ex itinere, cõſputũ, flagellatũ, ceſſum, crucifixũ, & in cruce morientem, dei virtutem eſſe credamus. 1. Cor. 2. a. de qua eruditiõe et ſapientia: nõ ineptè in prima q̃ ad Corinthios inſcribitur epiſtola, Paulus apoſtolus gloriatur. Sequitur.

*Conuertere dñe, vſquequo: & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos.* 15.

Vſq; quo dñe auerteris? cõuertere iam ad nos: q auerſus à peccatis noſtris videris. Sana cõtritiones noſtras, ſit præcellenti miſe-

ricordiæ tuæ locus:ſi vulneribus noſtris me
dearis.Exorabilis & deprecabilis eſto:Ecce
ſerui tui ſumus.Adueniat iã illud regnũ tuũ:
& induat mortale hoc immortalitatē,&cor
ruptibile in corruptionē:triſtitia lætitiæ ce
dat,& mœrori ſuccedat gaudiũ,atq; patria
peregrinatiōi,vt gaudētes dicere poſsimus.
16. *Repleti ſumus mane miſericordia tua:et*
*exultauimus & delectati ſumus in om*
*nibus diebus noſtris.*
Sunt q̃ p modũ optãtis legãt:repleamur,&
in ſequēti verſu,lætifica.Ecce aliud mane lu
cidũ & glorioſum, in quo florebit homo,
nec vllũ ſequet̃ veſper, in quo decidat, ſed
omni ſecuritate vernãs & florēs:æternũ vi
uet.hoc quidē replebimur mane miſericor-
Pſ.16.v 17. dia,& ſatiabimur cũ apparuerit gloria tua
dñe.tũc exultabimus & ſine intermiſsione,
aut pauſatione delectabimur, & fœlici com
mutatione immutati dicemus:
*Lætati ſumus pro diebus quibus nos hu*
17. *miliaſti: annis quibus vidimus mala.*
O admirabile cõmercium,in quo ꝓ leui &
2.Cor.4.d mométaneo tribulationis noſtræ: ſupra mo
dũ in ſublimitate æternæ gloriæ põdus no-
bis dat̃.Ecce lætitia ſempiterna erit ſup ca-
pita electorũ,& ꝓ diebus humiliationis &
abiectionis illis æternæ gloriæ imponetur
corona.Atq; pro annis quibus viderunt ma
la:in perpetuum fruentur omni bono. Iam
igitur hoc fine exules orationē claudamus.

*Reſpice in ſeruos tuos & in opera tua:* 18
*& dirige filios eorum.*
Eia pater clemētiſsime,cuius reſpicere mi
ſereri eſt:reſpice in domeſticos fidei,& ec-
cleſiæ tuæ,quos ꝓprio redemiſti cruore,vt
liberati à peccato,ſerui autem facti deo:ha- Ro.6.d.
beãt fructũ ſuũ in ſãctificationē,finē verò vi
tã æternã.reſpice et in opera tua,q̃ ex nihilo
creaſti & recreaſti: & dirige paſtor bone in
viã ſalutis æternæ filios eorũ, fidei.ſ.imitato
res.Id.n.vera expoſcit charitas,vt frater fra
tris ſui cõſulat ſaluti. quod aũt ſequit̃,licet
in ſeptuaginta interpretibus nõ ſit:in latinis
tamē codicibus(& noſtris maximè)reperit̃.
*Et ſit ſplendor dñi Dei noſtri ſuper nos:* 19.
*& opera manuum noſtrarum dirige ſu*
*per nos,& opus manuũ noſtrarũ dirige.*
Splēdor dñi Dei eſt ſup nos,lumē illud vul- Pſ.4.ve.7.
tꝰ ſui:quod alibi ſup nos ſignatũ ait: quodq́;
nobis impreſſum,& naturaliter inditũ:men
tē noſtrã illuminat,ne à recto deuiet ratio-
nis tramite.hũc igitur ſplēdorē dñe in nobis
cõſerua:& gratia tua dirige in te,ad te,& ꝓ
pter te, oĩa opera noſtra: q̃ noſtræ ſubſunt
poteſtati.Illud præcipuè vnũ,de dilectione
Dei & ꝓximi:quod nobis præceptũ & ma-
ximè commendatum extat,vt te ſuper om-
nia diligamus:& proximum propter te,quò
tandem in ſplendoribus ſanctorum tua luce
fruamur:qui viuis & regnas Deus,in ſeculo
rum ſecula amen.

EPILOGVS PSALM. 89.

*Domine refugium factus es nobis:à generatione in generationē.Refugium ſpeciale(dixerim) hominibus es ex tēpore factus homo:q es ab æterno Deus,priuſquã mõtes fierent &c. Non auertes hominem,eò q; à priſtina ceciderit dignitate:imò dixiſti,cõuertimini ad illam filij hominum,qñ carnem induiſti,ac ꝑ hoc hominem magnificaſti,atq; ipſum ante mortalem,ad æternam uitam ꝓuexiſti.quoniam mille anni ante oculos tuos:tanquã dies heſterna,quæ præterijt. viuax ſit quantũuis homo, etiãſi ut olim ferè mille uiuat annos:nõne ſunt quandoq; finem habituri? q, ſi æternæ durationi cõferantur:nõ ut futuri,ſed quaſi præteriti pro nihilo habendi ſunt.eſt enim uita hominis quaſi herba tranſiens,q̃ mane floret:ueſpere autem decidit & areſcit,ut ſit fomentum ignis. uernat quippe in paruulis,floret in iuuenibus,uiget in perfectæ ætatis uiris,quæ in ſenectute ac decrepita areſcit: & rugis cõtracta cute ſiccatur.quod utiq; malum,à primorum parentum cõtraximus transgreſsione. q̃a defecimus in ira tua.quippe q poſuiſti iniquitates noſtras in cõſpectu tuo nudas atq; apertas,ut punires: & in omnem hominum prolem mortis ſententiam ferres.Et hinc eſt,q, omnes dies noſtri defecerunt,& in ira tua defecimus mortales effecti. Nempe anni noſtri ſicut aranea meditabuntur, quod animalculum ſeſe euiſcerans,nititur ordiri telam tenuem,uel flatu perituram.Nec ſecus anni hominũ ut plurimũ ſeptuaginta,uel in magnatibus octoginta: at reliquũ, nõ uita,ſed labor & dolor eſt. unde breuitas uitæ,poſt lapſum eſt nobis quaſi innata.iuſte q̃dem.ſi aũt ex miſericordia tua detur nobis patientia & tolerantia,huiuſmodi pœna inflicta conducet ad uitam:quandoquidem cohibet à malo, dum imminentem mortem intuemur,ſcientes,q, ſi illam comeſtionis fici tam acri pœna puniſti transgreſsionem:tot in dies ꝑpetratas,acerbiore pœna mulctabis.quis nouit poteſtatem iræ tuæ & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Arripe ergo flagellum,& dexteram tuam ſic notam fac,ad noſtrum omnium eruditionem.Melius eſt enim nobis cedi,aut etiam temporaliter occidi,q̃ perpetua morte damnari.ſimulq́; precamur,cõuertaris ad nos benignus,ſiſq́; ſeruis tuis exorabilis, & præuenias miſericordia tua,qua interim in hac uita lætemur,ut poſt huius uitæ curſum,iam gaudio pleno,dicere poſsimus:lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti:annis quibus uidimus mala. Erit quidem tunc,fœliciſsima cõpenſatio.*



*penſatio.Reſpice ergo miſericors in ſeruos tuos, & in opera tua,atq; eorum imitatores dirige in uiam ſalutis æternæ,gratiam tuam confer,uultum illumina,atq; in debitum finem dirige opera noſtra, præcipuè illud unum,quo te ſuper omnia diligamus.nec enim eſt quod timeamus,ſi te ſenſerimus adiutorem & protectorem.*

PSALMVS 90.

*Qui habitat in adiutorio altiſsimi:*
*in protectiõe dei cæli cõmorabitur.*
Huius titulus eſt:laus cantici ipſi
Dauid.Eſt quidē vocalis laus, cũ interiore
gaudio.laus(inq̃) ipſi Dauid victori,Chriſto
.ſ.manu forti,de tētatore ſathana,tũ in ſe,tũ
in mēbris,triũphãti:tãetſi in Hebreo, nullus
ſit appoſitus illi.Ait igitur ꝓpheta:is q̃ habi
tat &c.Secũda pars huius verſus, primã ex-
ponit.Id eñ eſt habitare in adiutorio altiſsi
mi,quod in ꝓtectione fortiſsimi,robuſtiſsi
mi pinde ac inuictiſsimi dei cæli cõmorari.
tuta domus eſt,& arx inexpugnabilis,dei ꝓ
tectio.certè ſecurã vitã agit,q deũ habet ꝓ
Pſ.26. v.2. tectorē.Sic alibi Dauid ſanctus:dñs ꝓtector
vitæ meæ:à quo trepidabo? q̃ ſi tutũ eſt mē-
brũ,q̃ in ꝓtectione Chriſti ſui capitis cõmo
ratur:quãto tutior erit Chriſtus, in quo ple
nitudo diuinitatis corporalitet̃ inhabitat aſ-
ſumptã ꝓtegēte deo humanitatē.Sicut & ꝑ
Pſ.63.v.2. os Dauid homo Chriſtus ait:ꝓtexiſti me(in
quit)à cõuentu malignantiũ.Siue ergo is,ſi-
ue ille ꝑ gratiã adiutus vt bonũ operet̃,&di
uina ꝓtectiõe munitus,ne à malo vincatur:
2. *Dicet dño,ſuſceptor meus es tu: & refu*
*giũ meum Deus meus,ſperabo in eum.*
Dicet quidē [illegible] verbo,aſſumpta in vnitatē ſup-
poſiti Chriſti humanitas: ob idq́; dicet dño
humanũ genus ꝓtectũ,illi gratias agēs,dicet
deniq; q habitat in adiutorio altiſsimi,ſuſce
ptor meus es tu &c.ſicut ecõtrario,iuſti ir-
ridētes impiũ ſibi ipſi fidentē,dicēt:ecce ho
Pſ.51.v.2. mo qui nõ poſuit Deũ adiutorem ſuum,ſed
ſperauit in multitudine diuitiarũ ſuarũ: & p̃
ualuit in vanitate ſua.Dicet igit̃ gaudens,&
gloriã tribuens Deo:ſuſceptor meus es tu,
nõ meis meritis. tu quidē omniũ dñs, ſerui
tui miſertus,tenuiſti manũ dexterã meã,&in
volũtate tua deduxiſti me:& cũ gloria ſuſ-
Pſ.72.v.23 cepiſti me.tu q omniũ es creator,cõſeruator
& gubernator:factus es ſuſceptor meus, &
inſup vnicũ refugiũ meũ.Meũ (inq̃) cui me
totũ debeo,& cui ſoli innitor, cui fido,nec
ſpes fixa & certa fefellit vnq̃. Spes nãq; (vt
Ro.5.a. inquit Paulus)nõ cõfũdit.Ideò ait: ſperabo
in eũ.Ecce ſubitò ꝓpheta ſpũ ꝓphetico du-
ctus,apoſtrophã facit:dũ à tertia in primam
trãſit ꝑſonã & adiutorij modũ ac ꝓtectiõis,
cauſamq́; tantæ fiduciæ explicans, ait:
3. *Quoniam ipſe liberabit me de laqueo ve*
*tium: & a verbo aſpero.*
Nēpe venatores cõtra dñm vt Nēbroth,de
mones ſunt callidi & aſtuti,qui nobis ſemꝑ
inſidiãt̃,muſcipulas ponũt:& diuitiarũ atq;
delitiarũ,varioſq; vitiorũ,atq; tentationũ la
queos parãt.Eſt etiã adulatorũ verbũ,laque-
venãtiũ,vti ediuerſo verbũ aſperũ detracto-
rũ:q oēs diaboli mēbra ſunt,vel maximè fu
giēda.Multi ſunt quidem laquei huius vitæ,
imò tota vita hominis laqueus eſt. Ideò Da
uid ſanctus,laqueorũ multitudinē deflet di-
cēs:abſcõderunt ſupbi laqueũ mihi. & funes Pſ.139.v.4
extēderunt in laqueũ:iuxta iter ſcandalũ po
ſuerãt mihi.Et alibi:laqueũ parauerũt pedi-
bus meis:& incuruauerũt animã meam. Sed Pſ.56.v.8.
gratias tibi ago dñe,q etſi in via hac qua am
bulaui,abſcõderunt ſupbi laqueũ, tamē gr̃a
tua,laqueus cõtritus eſt, & nos liberati ſu- Pſ.141.v.4
mus,atq; aĩa noſtra ſicut paſſer erepta eſt de
laqueo venantiũ,quod eſt huius ſeculi blan
dũ,demulcēs & apparēs bonũ.At verbum aſ
perũ:aut praua peſtileſq́; demoniorũ ſugge
ſtio,aut q̃uis alia,res noxia eſt q̃ hoĩem à via
recta deterrere ſolet,aut ſi mauis, laqueus
eſt deceptio q̃ ſit ꝑ facta : verbũ aũt aſperũ,
læſio q̃ ſit ꝑ exaſperãtia verba inſultantis.Ni
ſi terribilē illã ſententiã a ſeueriſsimo iudice
cõtra impios ferendam accipias, quã dicet:
diſcedite a me maledicti in ignē æternũ, qui Mat.25.d
paratus eſt diabolo, & angelis eius. A quo
verbo aſpero,qui habitat in adiutorio altiſ-
ſimi liberatur. Sequitur
*Scapulis ſuis obumbrabit tibi : & ſub*
*pennis eius ſperabis.* 4.
Propheticus ſermo,ad ſecũdã iã nũc ſe tranſ
fert ꝑſonã.Scapulis ſuis(inq̃t)obũbrabit ti-
bi.Atq̃ liberauit:ſed in futurũ obũbrabit, te
a vitiorũ æſtu refrigerãs.obũbrabit,vt ſub fi
dei vmbra quieſcas,q venantiũ ꝑſequutiõe
laſſatus:ad ipſum vti ad aſylũ cõfugeras. Et
ſub pēnis eius ſperabis,quaſi pullus ſub galli
næ alas deliteſcēs.Ecce expanſis in cruce ma
nibus pēdet Chriſtus,vt qui te creauit redi-
mat:& ſuper ſcapulas peccata tua deferens,
eiſdem tibi obumbret, protegat ſub pennis,
viuaſq́; ſecurus.ſunt etiã qui per diuinæ pro
tectionis alas, duo intelligant teſtamenta,
quæ geminam continent promiſsionē,vitæ
ſ.quæ nũc eſt,pariter & futuræ.leuam.ſ.ſub Cant.2.a.
capite:& dexteram amplexantē.nam qui ꝓ-
mittit finē : media etiam confert ad finem.
Brauiũ ꝓponit,& vt currentes accipiamus:
actiones noſtras aſpirando præuenit, & ad
iuuando proſequitur. labores temperat, vi
res ſubminiſtrat, fouet ne deficiamus in
via:& ducit ad patriam, demumq́ue coro-
nat. quieſcamus ergo nunc ( obſecro )
parumper

Thre.4.d. parumper in hac vmbra, quia velociores
fuerunt perſequutores noſtri aquilis cæli:
ſuper mõtes pſequuti ſunt nos:in deſerto in
ſidiati ſunt nobis,Spiritus oris nr̃i Chriſtus
dñs captus eſt in peccatis noſtris, cui dixi-
mus:in vmbra tua viuemus in gẽtibus.quieſ
camus & refocillemur ſub Chriſti humani-
tate,hæc q̃dẽ ſcapulę ſunt,& poſteriora ei⁹:
Exo.33.d. q̃ ſeruo tuo Moſi vidẽda pollicet̃ dicẽs: vi-
debis poſteriora mea,faciẽ aũt meã videre
nõ poteris.hę ſunt etiã ſcapulæ, ſupra quas
Luc.15.a. paſtor ille bonus gaudẽs:ouẽ perditã impo-
ſuit,& põdus laborũ atq; dolorũ noſtrorum
detulit.Nã verè lãguores nr̃os ipſe tulit, et
Eſa 53.b. dolores noſtros ipſe portauit,q̃ peccata no
1.Pet.2.d. ſtra ipſe ꝓtulit in corpore ſuo ſup lignũ: vt
peccatis mortui,iuſtitiæ viuamus, cuius li-
uore ſanati ſumus,Super has ſcapulas verus
Gen.22.b. Iſaac noſter(q̃ iuxta noĩs interpretationem,
totius humani generis riſus,gaudiũ & læti-
tia fuit)in ſuiipſius ſacrificiũ ligna hoc eſt,
crucẽ portauit. Sub q̃bus etiã habitãtes obũ
brat fide,qua ad lucẽ inacceſsibilẽ(quam ſol
ipſe iuſtitiæ inhabitat)tẽdere poſsint. Non
eſt ergo,ꝙ iã ſolis huius rigorẽ timeas, vbi
deus factus eſt homo: q̃a ſub pẽnis eius eſt
noſtra protectio, ſicut ꝑ ꝓphetã ſuũ Mala-
Malac.4.b chiã ante p̃dixerat.& oriet̃(inquit) vobis ti
mẽtibus nomẽ meũ,ſol iuſtitiæ:& ſanitas in
pennis eius. Sequitur.

5. *Scuto circundabit te veritas eius: non te*
*mebis a timore nocturno.*

Veritas fidei,q̃ & veritas Theologica eſt:
cõparatur ſcuto,quo nos vndequaq; muniti
inexpugnabiles efficimur et inuincibiles. de
quo(in ea q̃ inſcribitur ad Epheſios epiſto-
Ephe.6 c. la)meminit apoſt dicẽs:in oĩbus ſumẽtes ſcu
tũ fidei,in quo poſsitis oĩa tela nequiſsimi
ignea extinguere. hoc igit̃ ꝓtectus tu quiſ-
quis es,q̃ in ꝓtectione Dei cæli commora-
ris,non timebis à timore nocturno.

6. *A ſagitta volante in die, a negocio per-*
*ambulante in tenebris:ab incurſu et de-*
*monio meridiano.*

Nẽpe quatuor enumerat,quas aduersùs nos
diabolus ſtatuit acies.timorẽ.ſ.nocturnũ,ſa
gittã volantẽ in die,negociũ ꝑambulãs in te
nebris,atq; incurſum, & demoniũ meridia-
nũ.hęc quidem,quatuor tentationũ genera,
quotidie experimur.Prima igit̃ acies debi-
lis eſt,infirma,& imbellis:dicta nocturna,ꝙ
homũculos coꝛcuciẽtes,& ſine fide in huius
ſeculi cæca nocte degẽtes & ambulãtes,dun
taxat inuadat:quales eſſe ſolẽt,mũdani qui-
dã timores,terriculamentis infantiũ & pue-
rorum nenijs ſimiles: quos viri integerrimi
ſpernunt,ſcientes, ꝙ timores nocturni ſint:
ꝓpter quos nõ eſt à rectitudinis via decli-
nandũ.Eſt acies ſecũda balliſtariorũ ſiue ar-
quitenentiũ:adulatorũ.ſ.q̃ mellita,ſed vene
nata lingua quaſi ſpiculo vel ſagitta feriunt,
dũ ꝓximo adulant̃ mentientes. q̃ ſagitta vo
lare dicitur in die:aut quia vanitati ſtudet,
& aperto ꝑinde atq; ſapido mendacio lędit:
aut quia in ꝓſperis(dum mundus arridet,&
homini cũcta ad vota ſuccedũt) hoc adula-
torũ ſpiculũ celerius volat & intimius infi-
git̃,maioraq; vulnera infert. Opus eſt igitur
circũdari veritate:qñ quis falſæ glorioſæ &
aſſentationis oppugnat̃ vanitate: vt pellaci
& volanti ſagittæ,veræ & ꝓpriæ cognitio-
nis obijciatur pelta. ne malè ſaucius pereat
elatione:ſi in vera ſuiipſius nõ reſtiterit co
gnitione.Ecce harũ tentationum,altera no-
cturna & occulta eſt: altera verò volitans,
diurna,clara,& aperta,atq; oculis expoſita: Pſ.10.ve.2.
niſi tui ipſius,& ꝓpriæ laudis illectus amo
re,diſcretionis oculos claudas, & cæcutire
velis.At acies eſt tertia ſuſurronũ, detrahen
tiũ ſecreto ꝓximo ſuo, qui parauerunt etiã
ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in ob- 2.Cor.11.f.
ſcuro rectos corde. ſunt etiã id genus veri
hypocritæ,& mendaces Chriſtiani(quos fal Mat.7.c.
ſos fratres appellat apoſtolus)Phariſeorum
cõſperſi fermento,qui veniunt in veſtimen-
tis ouiũ: intrinſecus autẽ ſunt lupi rapaces.
ij canino dẽte corrodũt:& lãbere ſe fingũt.
horum peſtifera negotiatio in tenebris eſt
& tenebroſa vita:diſsimulant eñ quod ſunt,
& ſimulant quod nõ ſunt.oĩa diſcurrũt,quo
vitam nouerint aliorum,poſsintq; quum vo
lent,ꝑdere,quod in tenebris machinati ſunt,
hos quidẽ iure,leuis armaturæ equitibus in
inſidijs poſitis cõparabimus:q̃ mẽtita ſancti
tate,nocẽt & quaſi peſte inficiunt,atq; nego
cio ꝑambulante in tenebris:eos qui ſimplici
ter ambulant aggrediuntur Eſt acies quar-
ta armatorum,eorum.ſ.qui impudente fron
te viros optimos inſectant̃, atq; marte (vt
aiunt)perſequuntur aperto.quod genus,de-
monium meridianum appellatur: eò quòd
ab illuſtribus, perfectis, ac meridiana luce
clarioribus iam olim deuictis hoſtibus:hoc
ſibi arroget:vti Scipio ille qui à deuictis A-
fris,Africani ſortitus eſt nomen.vel ꝙ hu-
iuſmodi viros illuſtres doctrina, & exẽplo,
& vita ſãctiores:forti impetu deuĩcere cone
tur.Cum his quidem congreditur meridia-
nus ille demon,totaq; illius acies furenti in
curſu fertur in eos:ſicut in beatũ Iob incur-
riſſe legimus.vel ſi mauis:ideo meridianus,
ꝙ Chriſtũ dñm vita & ſanctitate clariſsimũ
tentare ſit auſus: & eius ætatis viros, qui
ad



ad vitæ huius meridiẽ peruenerunt, maiori
conatu impellere non deſiſtat. Ab his ergo
omnibus illęſus & victor euades,ſi veritatis
ſcutum obijcias.atqui non timebis à timore
(inquã)nocturno.nec enim aduerſitatum in-
gruentium nox adeò timẽda eſt:quã timor
ipſe qui ex aduerſitatibus inſurgit, timẽdus
eſt,fugandus,vitãdus,& reijciendus: ne nos
vnq̃ faciat à iuſtitiæ tramite declinare.quia
nõ tantũ nocent aduerſa, quã de aduerſis ti-
mor.Magna ergo aĩæ noſtræ,(quaſi lectulo
Salomonis)eſt cuſtodia adhibenda,propter
hos timores nocturnos.ſic enim in canticis
Cant.3.c. ſcriptũ legim⁹: lectulũ Salomonis ſexaginta
fortes ambiũt ex fortiſsimis Iſrael, oẽs tenẽ
tes gladios,& ad bella doctiſsimi:vnius cu-
iuſq; enſis ſuper femur ſuũ, propter timo-
res nocturnos. Nec etiam timebis à ſagitta
volãte in die,quæ vana gloria eſt:à negocio
perãbulante in tenebris,quæ honorũ & dig
nitatũ eſt ambitio: ab incurſu & demonio
meridiano ſeu pernitie vaſtãte in meridie.
quæ publicitas eſt & impudentia in peccan
do,& de peccatis gloriatio.quinpotius.

7. *Cadent à latere tuo mille, & decem mil*
*lia à dextris tuis: ad te autem non appro*
*pinquabit.*

Duo ſunt latera:dextrũ & ſiniſtrũ, ꝓſpera
.ſ.et aduerſa.& multo plures corruũt, ꝓſpe
ris q̃ aduerſis.Vnde cũ oĩs fortuna timenda
ſit:magis tamẽ proſpera quàm aduerſa. hęc
enim ſeuiendo erudit,illa blandiendo ſedu-
cit.Vel per ſiniſtrum præſciti:per dextrum
verò prædeſtinati ſignificantur: ſicut per al
terum temporalia,per alterũ æterna. Cadẽt
ergo mille à ſiniſtris, vbi determinatus pro
indeterminato ponitur numerus: ſed à de-
xtris decẽ millia cadent:quia maius & acri⁹
eſt bellũ quod indicitur homini circa æter-
norum quã temporalium amiſsionẽ. Et eo-
rum qui à dextris ſtatuentur,callidus ille ſa-
thanas plures vincere conatur: quã illorum
qui cum hedis à ſiniſtris erunt dãnandi. Ma-
ior quidẽ eſt demoniorum erga illos:quàm
contra huiuſmodi qui temporalia quærunt
cõflictatio,& ſic victoria maior.q̃ppe vtroſ-
que vafer ille demon perſequitur: ſed ſpiri-
tuales magis,quã carnales homines,huic ſe-
culo dũtaxat inhiantes. Nẽpe vtranq; nititur
auferre benedictionẽ:ſed eam magis quę eſt
de rore cæli,quã quæ de pinguedine terræ.
ꝙ ſi Chriſtũ dñm,his verbis(vt nonnulli au
tumãt)alloquitur pſaltes:is erit ſenſus. Deus
iuſtiſsime iudex,cui omne iudicium datum
eſt,quia filius hominis es:cadẽt à latere tuo
mille &c.Erunt quidẽ multi qui ſe exiſtimãt
ad latus tuũ(velut coniudices & aſſeſſores)
inter ſedẽtes ſuper duodecim ſedes futuros
eſſe,quales ſunt ij quos legatos à latere vo-
cant:qui tamẽ cadẽt à latere,& à fatua,inſo
lenti,& arrogante opinione ſua.Nã ſuis exi
gentibus meritis:vti impij non reſurgent in
iudicio vt iudicent (id quidẽ perfectorum Pſ.1.ver.6.
erit)ſed vt iudicentur.Et qui ſe cum ouibus
à dextris ſtatuendos arroganter crediderãt:
cum hedis à ſiniſtris computabuntur. Ad te
autẽ nullus horũ millium,aut decẽ millium
cadentiũ hominũ ſiue demonũ, illorumvè
malorũ(quæ ante enumerauimus)appropin
quabit aliquod,ſed ab omnibus illæſus, in-
tactus,& tutus eris. Sequitur.

*Veruntamen oculis tuis conſiderabis: et* 8.
*retributionem peccatorum videbis.*

Et quod amplius eſt (inquit) ſub diuinæ
protectionis clypeo,vſq; adeò tutus eris:vt
placido & pacato animo cõſideres,& ꝓprię
carnis tuæ iam rediuiuæ oculis,aliqñ cõſpi
cias,pœnã huiuſmodi infeſtãtibus peccato-
ribus(condignã quidẽ pro malè actis)infli-
ctam,dicaſq;,Babilonicæ huic cateruæ, il-
lud pſalmi;filia Babilonis miſera, beatus qui
retribuet tibi retributionem tuam: quã re- Pſ.136.v.11.
tribuiſti mihi.Conſiderabis: & lætaberis,eò
ꝙ euaſeris. videbis diuinæ iuſtitiæ exequu- Pſ.57.v.10.
tionem:& conformaberis,iuxta illud: læta-
bitur iuſtus quum viderit vindictã: manus
ſuas lauabit in ſanguine peccatoris. oculis
tuis dixi:quia à te tũc verè poſſeſsis, quum
ab eis abſterget Deus omnẽ lachrimã & cę Apo.21.b.
tera hui⁹ ſeculi obnubilãtia impedimẽta.Se.

*Quoniam tu es domine ſpes mea: altiſsi-* 9.
*mum poſuiſti refugium tuum.*

Priora huius verſiculi verba,quaſi ab homi
ne ſub protectione Dei commorante inter-
iecta videntur:qui(vti gratus)pro accepto
munere Deo gratias agens,& ſermonẽ pro-
pheticũ interrũpens,præ affectus magnitu-
dine,in hæc verba prorũpit: quoniam tu es
dñe ſpes mea.Non ſolũ in te ę ſt:ſed tu es,&
ſpei meæ cauſa efficiens & finalis.fidant alij
proprijs meritis:vt Phariſeus ille qui bis ie-
iunare ſe dixerat in ſabbato,labores ſuos ia- Luc.18.b.
ctẽt alij, quodq; portauerint põdus diei & Mat.20.b.
æſtus:mihi aũt adhęrere Deo bonũ eſt,pone Pſ.72.v.28
re in dño Deo ſpẽ meã, Et ſtatim, nõ ſecus
ac ſi illi reſpondeat propheta: narrationem
ſuã ꝓſequuturus ait:altiſsimũ poſuiſti refu-
gium tuum,ac per hoc tutiſsimũ.ita vt ſuſ-
penſa ſit oratio.

*Non accedet ad te malum: & flagellum*
*non appropinquabit tabernaculo tuo.*

Attende

Attende ꝙ tibi ex verbis & affectu, obue-
niet lucrũ.dixiſti,qm tu es dñe ſpes mea,ꝓ-
be dixiſti,& optimo ſpẽ tuã fixiſti loco: vt
qui altiſsimũ, non creaturã ſed creatorem,
Deum,ſ. opt.max. poſuiſti & ſtatuiſti ani-
mo,in refugiũ tuum.Securus eſto,non acce-
det ad te malum culpæ:id quidem abſolute
malũ,quaſi analogum dici promeretur, ſi
ad interiorem hominẽ accedat, quale eſt il-
lud:& malum coram te feci:reliquum verò
pœnæ:flagellum nuncupatur. quod nec ap-
propinquabit corporis tui tabernaculo: vt
gemina ſit tibi, animæ ſcilicet & corporis
immortalitas:& plena ſecuritas. Sunt tamẽ
ſancti, quibus hæc omnia Chriſto domino
adaptare placuit:qui reſurgens à mortuis,&
in cælum aſcendens,atque ad dexteram pa-
tris ſedens:altiſsimũ poſuit refugium ſuum.
nec ad illum accedet malũ,qui peccatũ non
1.Pet. 2.d. fecit,nec inuentus eſt dolus in ore eius.quin
abſtulit potius moriens peccata mundi, ipſe
peccati expers. Nec tabernaculo illius fla-
gellũ appropinquabit:qui reſurgens ex mor-
Rom. 6.b. tuis,jam non moritur, mors illi vltra nõ do
minabitur. Sed hæc nobis tetigiſſe ſit ſatis,
qui propheticum verbum vtcunq; pro mo-
dulo noſtro elucidantes: breuitati ſtude-
mus. Sequitur.

*Quoniam angelis ſuis mandauit de te:*
11. *Vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.*
Mat.4.a. Iniquus ille ſathanas qui Chriſtum tentare
auſus eſt:peruerſè hunc & ſequentem ver-
ſum (vti falſus ſed et vafer interpres) addu-
xit.Quod autẽ conſequitur: ſuper aſpidẽ &
baſiliſcum &c,detruncãs,cautè reticuit: ne
ſeipſum (vel ſemel exerto gladio) trucida-
ret.Non enim hoc dictum eſt de filio Dei
per miniſterium angelorum cuſtodiendo,
cum ipſe ſit angelorum cuſtos:ſed de quoli-
bet ſancto viro,ad cuius cuſtodiam quaſi à
prouidentiſsimo patre Deo,angeli in peda-
gogos deputantur. quanuis & de angelico
cultu,reuerentia,& obſeruantia,Chriſto do
mino exhibenda:id non incongruè intelligi
queat. hic vel obiter contemplari licebit,
quãti apud Deum æſtimetur homo:de quo
in omnibus vijs ſuis cuſtodiendo,angelis ſit
præceptum.Sunt quidem viæ hominis præ-
cipuæ duæ:Neceſsitas ſcilicet & cupiditas,
vel introitus & exitus,via ſcilicet hominis
in mundum venientis,& via decedẽtis.Sunt
& demonis duæ:præſumptio,& obſtinatio.
Angelorum etiam duæ, contemplatio, &
actio.per primam aſcendunt propter ſe:per
ſecundam verò,deſcẽdunt propter nos.quæ
Gen.28.c. viæ per ſcalam quam vidit Iacob, angelos
quoque Dei aſcendentes & deſcendentes:
non ineptè ſignificantur. De deo verò,duæ
aliæ prædicantur:propheta eodem dicente:
vniuerſæ viæ domini miſericordia & veri- Pſ.24.v.11.
tas.Rectè igitur Dauid ſanctus ait, quòd an-
gelis ſuis Deus mandauit de te ô homo; vt
cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. quippe
Deo maximæ curæ eſt,vt cuſtodiat introi-
tum tuum & exitum tuũ,atq; omnes actus,
tuosque ſemper dirigat greſſus:ne labaris in
vijs tuis,neque malum appetas, illudq; obſti
nato animo proſequaris.Id quidem impin-
gere eſt, & in lapide lapideaque duricie of
fendere pedem.Ideò ait:

*In manibus portabunt te:ne forte offen-* 12.
*das ad lapidem pedem tuum.*
Quòd ſi ad Chriſtũ verbum dirigas, pedes
Chriſti myſtici:ſancti & electi ſunt,docto-
res verbi Dei prædicatores,euangeliſtæ,pa-
ſtores et prælati,apoſtoli cæteriq; viri apo-
ſtolici,in q̃bus gradiť Chriſtus euangelium
prædicãs: & doctrinã fidei diffundens. hos
angeli cuſtodiũt quaſi in manibus deferẽtes:
ne aberrẽt a vero,et ad ſaxeã illã antiquæ le-
gis duriciẽ declinantes, offendant: & ſenſus
ignorãtia infecti,inter cautos vapulẽt incau-
ti.Sic Chriſtus obſequentibus angelis aſcen-
dit in cælũ:ſicuti iſdẽ pſaltes in ſpiritu ante
prædixerat illi dicens.Dñe Deus meus ma-
gnificatus es vehemẽter,q̃ ponis nubẽ aſcen
ſum tuũ,q̃ ambulas ſuper pẽnas ventorũ:qui
facis angelos tuos ſpiritus,& miniſtros tuos Pſ.103.v.4.
ignẽ vrentẽ.Aſcendit (inquã)in cælũ, & il-
linc miſit pedibus ſuis ſpiritũ veritatis: qui
illuminãs ſuggereret illis oĩa. ne qui in lege
timoris ante fuerãt educati:offenderẽt ad la
pidẽ,et timore deterriti ab euãgelij pṛedica
tiõe retroirẽt.Si aũt verbũ hoc ad iuſtũ quẽ
libet referas,quod rectius ages, erit ſenſus:
angeli in manib⁹ portabũt te,opẽ tibi feren-
tes,ne Chriſto offendas:q̃ et lapis offenſio-
nis et petra ſcãdali dictus eſt his q̃ offendũt 1.Pet.2.b.
verbo,nec credũt in quo et poſiti ſunt.Nam Mat.21.d.
vt ipſe intonat ex euãgelio:qui ceciderit ſu
per lapidẽ iſtũ cõfringetur:ſup quẽ verò ce
ciderit,cõteret eũ.Fideles vtiq; alioqui pec
catores offendẽtes,ſup Chriſtũ cadũt.Cadet
autem ipſe ſuper infideles,vltor exiſtens in
iudicio:& cõteret atq; cõminuet eos. Seq.

*Super aſpidem & baſiliſcum ambula-* 13.
*bis: & conculcabis leonem et draconẽ.*
Ecce totius auxilij, protectionis et vi-
ctoriæ,compendium ponitur et ſumma.dia
boli caput conteres,et oĩs generis vitia,q̃ te
inuadere poterunt conculcabis.ſit aſpis,quæ
non audit vocem incantantiũ,ſed dolo per-
cutit.Sit baſiliſcus,qui viſu interimit et fla-
tu:



tu:ſit leo,qui apertè ſeuit; ſitvè draco, qui
occultè inſidiatur: (quippe diabolus artes
mille nocendi habet) ſed tu omne ſerpentũ
genus,& vitiorum monſtra ſuperabis.Ecce
Luc.10.c. dedi vobis(diſcipulis ſuis ait Chriſtus)pote
ſtatẽ calcandi ſuper ſerpẽtes & ſcorpiones,
& ſuper omnẽ virtutẽ inimici,& nihil vobis
nocebit.Non lædet igitur vana gloriola,po
pularis aura,ac te videntiũ fauor & aſſenta-
tio venenoſa:nõ acedia triſtis & obſtinata:
nõ ſuperbia,non iracũdia,non inuidẽtia: &
ſi quæ ſunt alia horũ nominũ portẽta. hæc
enim oĩa cum autore ſuo ꝓteres homo, &
ſuper ea gradiens vti victor triumphabis, ſi
poſt ea nõ abieris victus & ſuperatus. Iam
nũc audi Dei ſummi verbũ, quo ea quæ di-
xerat ſuus propheta,pleno munit robore,&
ſtabilimento firmat.

*Quoniã in me ſperauit,liberabo eũ: pro*
14. *tegã eũ,quoniã cognouit nomen meum.*
Potiſsima liberationis ratio. ꝙ in Deo ſpẽ
ſuam fixerit,illiq; per dilectionẽ vehemen-
ter adheſerit homo. Ideoq; ſub eius tutiſsi-
ma protectione erit,ꝙ nomẽ ſuũ admirabi-
le cognouerit per fidẽ,& potentiã recogno
uerit maieſtatis:nec quicquã ſibi gloriæ ven
dicauerit,ſed totũ illi ſoli aſcripſerit, tribue
ritq;,qui ſolus dñs potens & protector eſt,
cui dicere poſsit: factus es ſpes mea, turris
Pſ.60.v.3. fortitudinis à facie inimici.Inhabitabo in ta
bernaculo tuo in ſecula:protegar in velamẽ
to alarum tuarum. Sequitur.

*Clamauit ad me & ego exaudiam eum,*
*cum ipſo ſum in tribulatione: eripiã eũ*
*& glorificabo eum.*
Magna orationis vis, magnusq; interioris
hominis clamor cum affectu & feruore:qui
ſic dei aures pulſat,ꝙ ad votũ vel ad vtilita
tẽ exaudiť.Clama ergo ne ceſſes homo &
toto mẽtis conatu ſine intermiſsione ora:
qm oportet ſemp orare & nõ deficere.Cer- Luc.18.a.
tè exaudiet te dñs adhuc clamantẽ, & in tri
bulationis anguſtia poſitũ,cor tuũ dilatabit Pſ.4.v.1.
& vires.Et iã tecũ eſt in tribulatione adiu-
tor & ꝓtector:qui eripiet tandem à malo in
hoc ſeculo:& glorificabit in futuro, quod
innuens ſubiungit.

*Longitudine dierum replebo eum: &* 16.
*oſtendam illi ſalutare meum.*
Quid eſt(obſecro) dierum longitudo: niſi
æterna & interminabilis vita:vbi gaudiũ ple
nũ,quod beatifaciat & replet animũ?Et ad
ſalutare,quod illi ſe oſtenſurũ dicit:niſi Chri
ſtus Ieſus,q̃ eſt ſuppoſitũ diuinũ in duab⁹ na
turis?quẽ alibi ſeruo ſuo Moyſi ſe etiã oſten
ſurũ ꝓmiſerat dicẽs:ego oſtendã omne bo- Exo.33.d.
nũ tibi.hæc quidẽ oſtẽſio:gloriæ eſſentialis
& accidẽtalis eſt exhibitio.hæc eſt vita ęter
na,vt cognoſcãt te verũ deũ: & quẽ miſiſti Io.17.a.
Ieſum Chriſtũ,ait dñs. Nihil eſt ꝙ quis am-
plius deſideret,ſi interius exteriusq; cupiat
eſſe beatus,& anima,& corpore appetat ſa-
ciari.nã ingredietur,et egrediet,et paſcua in Io.10.b.
ueniet:dũ Chriſti diuinitate fruetur, ipſaq;
etiã oculis carnis ſecurè et permanẽter po-
tietur humanitatè.quod ipſe nobis præſtare
dignetur, qui cum patre & ſpiritu ſancto ꝑ
infinita ſeculorum ſecula regnat amen.

## EPILOGVS PSALM. 90.

*Qvi habitat in adiutorio altiſsimi:in protectione Dei cæli cõmorabitur:is utiq; iure dicet dño,
ſuſceptor meus es tu &c.Illi enim tribuam quod ſuum eſt,quoniã ipſe liberauit me de laqueo
uenantium demoniorum, & a uerbo illo aſperò,quo in ignem æternum iniquos abire iu
bebit dicens:diſcedite a me operarij iniquitatis.Ad ipſum igitur te accedere oportet,ut ſub eius prote
ctione degas:quiſquis es homo,dum uitæ huius militiam agis.nam ſcapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub
pennis eius ſperabis.Ibi tuta fides & ſpes fixa.At melior hæc umbra,quã huius ſeculi ſapientum cla-
riſsima ſcientia.Ibi enim ſcuto circundabit te ueritas eius infallibilis inuincibilisq;.ſcriptum eſt enim:
omnis ſermo ignitus clypeus eſt,ſperantibus in ſe.non timebis a timore nocturno,qui duntaxat puſil-* Pro.30.a.
*lanimes inuadit in tenebris ambulantes. Non itidem a ſagitta uolante in die,quæ eſt adulatorum lin
gua, ictu dulci percutiens, in proſperitatis luce uigentes.Non etiam a negocio perambulante in te
nebris, quod hypocritæ & ſuſurrones tractant: perinde ac falſi fratres. non deniq; ab in curſu
& demonio meridiano:qui procaci impudentia ac uehementi perſecutionis æſtu perfectiores quoq;
aggreditur uiros.Imò cadent à ſiniſtro latere aduerſitatis,mille,& à proſperitatis dextro: cadent in
decuplo plures:ad te autem,horum nemo appropinquabit.ueruntamen oculis tuis conſiderabis aduer
ſantium caſum:& retributionem peccatorum uidebis.gaudensq; dilataberis ſpiritu,atq; in cælum ocu
los leuans,in hanc ſuſpenſam uocem erumpes.quoniam tu es domine ſpes mea:certè (ut ſapiens)altiſsi
mum poſuiſti refugium tuum.non enim accedet ad te malum culpæ:non malum pœnæ, quod flagellum
placuit appellare. huic ſimilem ſententiam apud Iob inuenies.in ſex tribulationibus (inquit) libera-
bit te dñs: & in ſeptima non tanget te malum &c.tu lege totum uſq; ad illud uerbum:ſed cum lapi-* Iob.5.c.
*dibus regionum pactum tuum.quod ſequenti etiam conſonare uidetur:in manibus portabunt te,ne for
te offen-*

*te offendas ad lapidem pedem tuum. quoniam angelis ſuis mandauit de te altißimus ille* Deus:*ut cuſto-*
*diant te in omnibus uijs tuis. In manibus tollent te quaſi geruli: ne forte ullum ſit tibi offendiculum.*
Adde *inſuper,* q, *ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulabis qui uiſu hominem ferit atq; ad interitum du-*
Mat. 6.a. *cit. Cuius rei gratia nos commonet* Chriſtus *dicens: attendite ne iuſtitiam ueſtram faciatis coram ho-*
*minibus: ut uideamini ab eis. uinceſq; etiam uitiorum omnium monſtra: & ſathanam conteres, ac pe-*
*dibus conculcabis: apertè ut leo iraſcentem, atq; ut draco occultè inſidiantem. Eſt enim protector tuus*
Deus. *Audi quid dicat, quoniam in me ſperauit liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomẽ*
*meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, ac cætera quæ ſequuntur.* q, *ſi hæc parua in oculis ſuis*
*uidentur: maiora adijciam.* Ecce *longitudine dierum replebo eum: eritq; illi fœlicißima & æterna uita*
*atq; oſtendam illi ſalutare meum,* Chriſtum. ſ. Deum *et hominẽ, in quo eſt ſalus, uita & reſurrectio.*
*Aequum eſt igitur, gratias agamus protectori, qui nos à malis eripuit, & bona largitus eſt.*

## PSALMVS 91.

***B**Onum eſt confiteri domino : et pſallere nomini tuo altiſsime.*

Huic pſalmo titulus eſt: pſalm. can
tici in die ſabbati: eò ꝙ circa Dei laudẽ ver-
ſetur, & ad ipſam adhortetur homines. Atq;
vt illi pro viribus vacent: ſabbatũ, id eſt dies
requietionis inſtitutus eſt, cui dominica ſuc
ceſsit dies. Eſt igitur hic pſalmus, corde &
ore pſallendus, & in hymnis cum omnibus
lætitiæ ſignis, in Dei laudem nobis tũc maxi
mè decantãdus: cũ ab omni externo ope va
cantes, q̃ propter nos hoĩes, & in nobis deus
mirabilia fecit opa: contẽplamur. Ait igitur
diuinus pſaltes: bonũ eſt cõfiteri dño, con-
feſsione laudis: & oĩa bona noſtra ô altiſsi-
me, tuo nomini nũcupare, q, totius boni au-
tor es, præſtat id corde ita ſentire, atq; altiſ-
Iac. 1. c. ſona in nominis tui gloriam reſonare voce:
illud Iacobi apoſtoli dicẽtes: omne datum
optimũ, & omne donũ perfectũ de ſurſum
1. Cor. 15. b eſt, deſcendẽs à patre luminũ. Rurſumq; iu-
ſtorũ quiſq; cũ apoſtolo dicat: gratia Dei ſũ
id quod ſum. Nec id ſolũ dicet in proſperis,
Pſ. 48. v. 19. vti ille in cuius ſugillationem iſdem ait pſal
tes: confitebitur tibi quum benefeceris ei:
verum etiã in aduerſis, ita vt laus ſemper ſit
in ore ſuo.

2. *Ad annunciandum mane miſericordiã tuam: & veritatem tuam per noctem.*

Si mane clarũ illuxerit nobis: miſericordiæ
tuę tribuendum eſt. Si verò atra ſucceſſerit
nox: tuæ rectiſsimæ iuſtitiæ eſt aſcribendũ.
Die igitur ac nocte, nõ eſt à laude ceſſandũ,
quia miſericordia & veritas ſeu iuſtitia tua,
vtrobiq; eſt, & quũ proſpera obueniũt & ad
uerſa. Miſericordiæ quidẽ tuæ fuit, ꝙ nobis
cõtuleris bonũ: & iuſtitiæ, ꝙ adhuc miſeri-
corditer inflixeris quod commeruimus ma
lum. Sequitur.

3. *In decachordo pſalterio: cum cantico in cythara.*

Exalta ergo vocẽ tuã tu q, mane miſericor
diã dei prędicas: atq; ad aſtra effers ſimul ve
ritatẽ eius ꝑ noctẽ. dulce quidẽ ſonat canti-
cũ: ſi tamẽ pſalteriũ decẽ cordarũ illi admo
ueas, iũxeris citharã. pſalteriũ manibus pul-
ſa, obſeruantiã adhibe præceptorũ, Deũ dili-
ge ꝓpter ſe, & ꝓximũ ꝓpter Deũ. & in pſal-
terio cũ cãtico in cithara, ſuauẽ cõcentũ, &
Deo dignũ efficies: ſi voce, & ope laudaue
ris dñm, ipſum diligẽs ex animo: & ꝓximo
nõ indignũ erit quũ mẽtis hilaritate ſubue-
neris illi. hilarẽ em̃ datorẽ diligit Deus. hoc 2. Cor. 9. b
eſt nõ triſtẽ & quodã modo inuitũ ac remur
murantẽ: ſed delectabiliter & cũ gaudio ſer Pſ. 99.
nientẽ, iuxta illud pſal. Seruite dño in lęti-
tia. Sequitur.

*Quia delectaſti me dñe in facturſa tua: & in operibus manuũ tuarũ exultabo.* 4.

Factura dei ꝓpter quã etiã facta ſunt oĩa, ho
mo eſt. Quãobrẽ oĩs creaturę noĩe cõſueuit
intelligi. In quo p̃ cæteris omnibus, magis
ſummi illius artificis bonitas relucet & ſa-
piẽtia, qui creauit hominẽ ad imaginẽ & ſi- Gen. 1. & 2.
militudinẽ ſuã, formauitq; mirabiliter illũ
de limo terræ, & inſpirauit in faciẽ eius ſpi-
raculũ vitæ, & factus eſt homo in animã vi-
uentẽ: ſed poſt lapſum, mirabilius reforma-
uit. In cuius rei conſideratione, nimiũ dele-
ctatur iuſtus. & dum ea quæ quotidie ope-
ratur Deus in homine, & maxime dũ impij
iuſtificationẽ attẽdit, ſingulari tripudio ex-
ultat, lætatur, & gaudet. Nec ſolũ vas admi-
rabile: ſed & vaſis miratur liquorẽ. quippe
vtrunq; illius factura, & opera manuũ illius
ſunt. dicente apoſtolo (in ea quæ ad Ephe- Ephe. 2. b.
ſios eſt epiſtola) gratia em̃ eſtis ſaluati per
fidẽ: & hoc nõ ex vobis, dei em̃ donũ eſt, nõ
ex operibus: vt ne quis glorietur. Ipſius em̃
ſumus factura, creati in Chriſto Ieſu in ope-
ribus bonis, quæ præparauit Deus, vt in illis
ambulemus. p̃parauit vtiq; p̃deſtinãs, vt in il
lis ambulemus, ex gratia ſimul & arbitrio
opantes, & factori ac creatori bona oĩa aſcri
bẽtes, atq; gloriã tribuẽtes. Reddẽs igiť q̃ ſũt
Cęſaris Cęſari, et q̃ ſũt dei deo. rectè pſaltes
ait:



ait: quia delectaſti me dñe in factura tua: &
in operibus manuũ tuarum exultabo. Hinc
ſiquidem in tui nominis confeſsionem inci-
tatus inſurrexi ad annunciandum mane miſe
ricordiam tuam, qua primo mane præueni-
ſti me in benedictionibus dulcedinis &c.
delectaſti me, quod vtiq; etiã miſericordiæ
tuæ fuit: quia me delectabiliter ad te, veluti
ad meũ verũ & vltimatũ finẽ, tua gratia in-
clinaſti: atq; direxiſti demum. Sequitur.

5. *Quam magnificata ſunt opera tua dñe: nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ.*

Miratur molem pius homo: quæ humani
intellectus excedit aciem. Miratur profun-
diſsimã & inſcrutabilem prouidentiam gu-
bernationẽ perinde ac diuinorum conſilio-
rum abiſſum. Et quaſi iam apoſtolũ audierit
Rom. 11. d. dicentẽ: ò altitudo diuitiarũ ſapiẽtiæ & ſciẽ
tiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudi
cia eius & inueſtigabiles viæ eius &c. ita &
nunc ait: quã magnificata ſunt opera tua do
mine: nimis profundæ factæ ſunt cogitatio-
Pſ. 138. v. 5. nes tuæ. ſicut alibi: mirabilis facta eſt ſcien
tia tua ex me: confortata eſt & non potero
ad eã. Et iterũ: confitebor tibi quia terribi-
liter magnificatus es: mirabilia opera tua.
Ecce video cælos tuos, opera digitorũ tuo
Pſ. 8. ve. 4. rum, lunã & ſtellas quæ tu fundaſti, terram
ipſam & mare & omnia quæ in eis ſunt. ope
ra quidem magnifica, quæ fortè iuxta inge
nioli mei paruitatẽ vtcunq; ſcrutari licet. At
ſunt alia quæ his longè maiora operatus es,
Rom. 9. c. euſq; magnificata: ꝙ ea diſcutere ſit nefas.
Cum enim nondũ nati fuiſſent gemelli Eſau
& Iacob, aut aliquid boni egiſſent aut mali,
vt ſecundũ electionem, propoſitum Dei ma
Gen. 21. b. neret: nõ ex operibus, ſed ex vocante dictũ
eſt: maior ſeruiet minori. Vocatur Paulus,
& ex perſecutore fit vas electionis: cùm Iu
das ex apoſtolo, proditor factus ſit, crepue
rit medius, & abierit in perditionem. Negat
Petrus, & conuerſus fleuit amarè: confitetur
latro, & fit incola paradiſi. Nec eſt quòd am
plius id genus opera tua magnificata recen
ſeam, cauſas vè requiram: præter vnum illud
tuum beneplacitũ, et æternę diſpoſitionis
immutabile decretum. ſunt adeò profundæ
cogitationes tuę: vt in altiſsimum illarũ pe-
lagus, deſcendere non auſim, ne demergar
immenſitate. Nam ſcriptum eſt: qui ſcruta-
Pro. 25. d. tor eſt maieſtatis: opprimetur à gloria. Sed
quãuis harum rerum cauſas diſcutere nobis
(vt aiunt) aqua & igni interdictum ſit: ęquũ
eſt tamen, earum magnitudinem omni cum
timore et reuerentia venerari: vt nos totos
in Dei laudem effundamus, ſi fideliter et ſa-
pienter agere velimus. Sequitur.

*Vir inſipiens non cognoſcet: & ſtultus non intelliget hæc.* 6.

Inſipiẽtis et ſtulti eſt, quærere cauſam vbi
nulla eſt cauſa. Inſipientis eſt velle perſcruta
ri ratione, quæ inſcrutabilia ſunt: et archana
comprehendere Dei. Inſipientis eſt etiã, his
prę̨ſentibus allici duntaxat et delectari: nec
ad futura quæ ęterna ſunt, dirigere obtutũ.
Is profectò in æſtimatione rei fallitur. nam
cum animalis ſit homo: non percipit ea quæ 1. Cor. 2. c.
ſpiritus ſunt Dei: ſtultitia enim eſt illi (ait
Paulus) et non poteſt intelligere. ideò in fa
ctura Dei neſcit delectari, nec in operibus
manuũ eius exultare nouit: magnificentiam
illi tribuens, gloriam et honorem, ac pia
et religioſa fide et cultu, magni ęſtimans, ꝙ
in illorum defecerit ſcrutinio, quòdq; ſit ſi-
bi ſatis, noſſe quod ſequitur.

*Cum exorti fuerint peccatores ſicut fœnum: & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem.* 7.

Hoc vnũ de abditis, et nobis maximè oc-
cultis eſt: quod tamen Dei opus eſt. Et illud
in medium adducit Hieremias dicens: iuſtus Hier. 12. a.
quidem tu es domine, ſi diſputem tecũ: ve-
runtamen iuſta loquar ad te. quare via im-
piorum proſperatur, bene eſt omnibus qui
prę̨uaricantur, et iniquè agunt? plantaſti eos
et radicem miſerunt: proficiunt, et faciunt
fructum. et Abacuc: quare reſpicis contem-
ptores: et taces, conculcante impio iuſtiorẽ Abac. 1. d.
ſe? ſed audi tu et parumper auſculta, ne hoc
tibi ſit ſcandalo: nam in promptu eſt ſatisfa-
ctio. Cum exorti fuerint peccatores de ter-
ra quaſi pullulãtes, et ita laſciuientes excre
uerint, vt appareãt hominibus glorioſi: erũt
ſicut fœnum, herba fragilis, mane florens et
veſpere areſcens. nec ſecus, iniqui, florent in
hoc ſeculo: et in futuro peribunt. Et hoc eſt
quod ſequitur.

*Vt intereant in ſeculum ſeculi: tu autẽ altiſsimus in æternum domine.* 8.

Hic florent impij, ſed in ęternũ marceſcẽt
poſtea: Aſcendũt ſed cadent: viuunt, ſed mor
te perpetua ſine fine interibunt, At carnalis
homo, ac per hoc inſipiens et ſtolidus: non
intelliget hęc. ꝙq; tu ſis domine Deus potẽ
tia et maieſtate, perinde ac profundiſsima et
inſcrutabili ſapientia altiſsimus: qui futuros
tibi inimicos prę̨noſti, eoſq; iuſto iudicio
perire iubebis. Sequitur.

*Quoniã ecce inimici tui dñe,* q̃m *ecce inimici tui pibũt: et diſpergẽtur oẽs q operãť ini-* 9.

iniquitatem. Inimici Dei ſunt, qui tum capi
ti Chriſto, tum illius myſtico corpori & mẽ
bris inimicãtur: quorum variæ ſunt ſpecies.
pagani tamen, hæretici, & ſchiſmatici, qui fi
dem & fidei vnitatem non tenent: maiores
inimici cenſendi ſunt. omnes igitur qui ſic
permanſerint: peribunt, & diſsipabuntur me
ritò ac diſpergentur, à bonis ſegregati: quia
pacis vinculum in ſpiritu ſancto habere no-
lunt, ſed in Deum & ſanctos ſuos operãtur
iniquitatem, propriæ iniquitatis mercedem
apud inferos accepturi. At contra, iuſtis cõ
tinget. Ait ergo propheta eccleſiæ nomine:

10. *Exaltabitur ſicut vnicornis cornu meũ:*
*& ſenectus mea in miſericordia vberi.*

Non vtique in tempore ſenectutis ſuæ, cũ
finis. ſ. aduenerit, atque vltima appropinqua
uerit & finalis iudicij dies: ab vnicorni &
monarcha ſponſo ſuo Chriſto, ſacroſancta
deſeretur eccleſia: quin tunc exaltabitur po
tius, atq; numero fidelium ac dignitate cre-
ſcet: & cruda viridiſq; ſenectus eius erit, in
miſericordia vberi. quia tunc (iuxta apoſto-
Rom 9.f. li ſententiam) conuertentur omnes quos ſi-
bi aſciuit dñs, non ſolùm ex Iudeis: ſed etiã
ex Gentibus. ſicut in Oſeæ dicit: vocabo nõ
Oſeæ.2.d. plebem meam, plebem meã, & non dilectam
dilectam, & non miſericordiam conſequu-
tam, miſericordiam conſequutam. Et erit in
loco vbi dictum eſt eis, non plebs mea vos:
ibi vocabuntur filij Dei viui. Eſaias autẽ cla
mat pro Iſrael: ſi fuerit numerus filiorum
Iſrael tanquàm arena maris: reliquiæ ſal-
uæ fient. An non hæc abundans & inun-
dans atq; vberrima Dei miſericordia eſt? nã
Ro.11.c. ſicut iſdem Paulus ait: cæcitas ex parte con
tigit in Iſrael, donec plenitudo gentium in-
traret: & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret. Et
rurſus: concluſit enim Deus omnia in incre
dulitate, vt omnium miſereatur. O altitudo
diuitiarum &c? Iuſtè æquidem paulo ante
opera Dei nimium magnificata mirabatur
propheta ſanctus: quàmque profundæ ſint cogi
tationes Dei. Vide iam (obſecro) quàm dile
Mat.24.b. cta tunc erit eccleſia, quæ ſicut ſcriptum eſt:
propter electos breuiabuntur acerbiſsimi il
lius tẽporis dies. quia niſi breuiati fuiſſent,
non fieret ſalua omnis caro. gaude nunc igitur
& lætare, tanti boni ſpe fulta alma mater. Se.

11. *Et deſpexit oculus meus inimicos meos:*
*& ab inſurgentibus in me malignanti*
*bus, audiet auris mea.*

Deſpexit poſuit pro deſpiciet: præteritũ. ſ. pro
futuro, vt certitudinẽ innuat prophetiæ. tunc
quidem deſpiciet, quũ oppreſſores oppreſ-
ſos, inſurgẽtes deiectos, & malignantes æter
nis ignibus tradi viderit cum malignis ſpiri-
tibus cruciandos, audieritq; aure propria ſe-
uerisſimã illam ſed iuſtã, de illis (diuino ore)
in hunc modum prolatam ſententiam: diſce
dite à me maledicti in ignem æternum, qui Mat.25.d.
paratus eſt diabolo & angelis eius. Sequitur.

12. *Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus li-*
*bani multiplicabitur.*

Non fœno mane florenti & veſpere deci-
denti vti impius: ſed florenti nec citò areſcẽ
ti aut quouis pondere à rectitudine decli-
nanti palmæ quæ victoriæ ſignum eſt, & al
tiſsimæ cedro, cui incorruptio datur, aptiſ-
ſima ſimilitudine comparatur iuſtus. tu hu-
ius & alterius arboris require proprietates,
quæ & iuſtis cohærere videntur. Sequitur.

13. *Plantati in domo domini: in atrijs do-*
*mus Dei noſtri florebunt.*

Qui fide, ſpe & charitate (inquit) plantati
ſunt & radicati in domo dñi (quæ ea quæ
nunc militat eccleſia Dei viui, columna, &
firmamentum veritatis, ab apoſtolo nomi-
natur) in atrijs alterius cæleſtis ac triumphã 1.Thi.3.b.
tis domus Dei noſtri, florentes & glorioſi
apparebunt. quia in illis melior eſt dies vna,
ſuper millia. Erit quidẽ ibi delitioſa quies, Pſ.83.v.10.
& ſabbatum æternum: atque ſtatus, omnium
bonorum aggregatione perfectus. erunt &
manſiones multæ, pro qualitate meritorũ:
quæ fortè atria nuncupantur. Sequitur.

14. *Adhuc multiplicabũtur in ſenecta vbe*
*ri: & bene patientes erunt, vt annun-*
*cient.*

Multiplicabuntur (vti diximus) tunc iuſti
numero & dignitate. Replebuntur bonis, &
dotibus animæ & corporis ditabuntur, viui
di erunt & vigoroſi, pingues atq; florentes,
& dies pleni (quia æterni) inuenientur in eis, Pſ.72.v.2.
innumera deniq; accipient à Deo opt. max.
beneficia. Et hoc eſt quod ait: bene patien-
tes erunt, vti benè facientes dicuntur largi-
tores bonorum. quod autem ſequitur: me-
lius iungitur verſiculo ſequenti: vt annun-
cient (inquit)

15. *Quoniam rectus dominus Deus noſter:*
*& non eſt iniquitas in eo.*

Hæc erit confeſsio laudis: quã pſallentes
domino, iuſti annunciabunt. quòd rectus ſit
dominus & verax, tribuens vnicuiq; iuxta
opera ſua. Et non eſt iniquitas in eo: ſed iu
ſtitiæ rectæ, lætificantes corda: & iudicia Pſ.18.ve.9.
vera, iuſtificata in ſemetipſa. hæc & ſimi-
lia beati dicent, in ſabbati illius ocio, glo-
rificantes Deum: cui eſt honor & gloria, in
ſeculorum ſecula amen.

Epi-



EPILOGVS PSALM.

*Bonum eſt confiteri dño: & pſallere nomini tuo altiſsime. bonum eſt, æquum, & ſalutare, om-*
*nia (utcunq; eueniant ſiue proſpera ſiue aduerſa) tibi dñe miſericordi & iuſto iugi gratiarũ*
*actione pſalentes ea nuncupare, ſit nox aut dies, in decacordo pſalterio, cum cantico & ci-*
*thara, uoce pariter & opere confitebor: quia delectaſti me dñe in factura tua: in homine. ſ. propter*
*quem facta ſunt omnia: cuius creationem ac reparationem contẽplari, delitiæ meæ ſunt. & quoties hæc*
*meditatus dixi: quã magnifica ſunt opera tua dñe? nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ: hæc uti*
*q; non triuialia ſunt, uir inſipiens non cognoſcet: & ſtultus non intelliget hæc. fideli quidẽ & pio ſcru*
*tinio opus eſt, ſi quando nobis abdita ſcrutari licet. ecce ex multis uel unum in mediũ adducam. cũ ex*
*orti fuerint peccatores ſicut fœnum florentes, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem po*
*tentes & glorioſi: qui eſſe poterit indignæ huiuſmodi exaltationis ſcopus? profectò crederem, q. ut in*
*tereant in ſeculum ſeculi. tu aũt altiſsimus in æternum dñe, hoc melius noſti: cuius nimis profunda ſunt*
*cogitationes. id mihi noſſe ſit ſatis: q; inimici tui peribunt, & diſpergentur omnes iniqui. at contra, ſa-*
*croſancta (ait eccleſia) exaltabitur ſicut unicornis cornu meum; quum à dextris unicornis ſponſi mei*
Pſ.44. *ſedentis ad dexteram patris: aſtabo ego, uti regina in ueſtitu deaurato, & quæ naſcens & creſcens iã*
*q; adulta, ex miſericordia, dilecta fui dilecto, iam ſeneſcẽs in fine ſeculi, excelſior ero in miſericordia*
*uberi. tunc enim deſpiciet oculus meus inimicos meos: & deiectionem ipſorum audiet auris mea. iuſtus*
*aũt ut palma florebit, eritq; ſicut cedrus in altum tendens, morte deuicta, immortalitatẽ induens atq; in*
*corruptionẽ. nã plantati in domo dñi militante: in atrijs domus Dei noſtri (ubi manſiones multæ) flore*
*bunt, uictores ac triumphantes. ibi enim perpetuos annos uiuent: in dies beneficia innumera recipien*
*tes à Deo opt. max. bonorum omnium largitore: ut annuncient, quoniam rectus dñs Deus noſter, qui*
*reddet unicuiq; iuxta opera ſua, & non eſt iniquitas in eo. ſit ipſi gloria, qui regnum ſuum cohæredi-*
Rom.8.f. *bus impertitus eſt. nam quos prædeſtinauit, hos & uocauit, & quos uocauit: hos & iuſtificauit.*

PSALM. 92.

*Dominus regnauit, decorem indu*
*tus eſt: indutus eſt dominus for*
*titudinem, et præcinxit ſe.*

Huius pſalmi titulus eſt: laus cãtici Dauid in
die ante ſabbatum, quando fundata eſt terra.
Is in noſtris codicibus inuenitur: ſed in he-
breis nullus huic pſalmo apponitur titulus.
dies ergo, ante ſabbatum: præſentis temporis
eſt ætas: cui ſuccedet illud quod expectamus
beatificæ requietionis ſabbatum. cuius tran
ſacto pſalmo meminit pſaltes. ætas igitur hæc
vltima, ab aduentu Chriſti primo, vſq; ad ad-
uentum ſecundum, dies ante ſabbatum appe
llatur. itaque relinquitur ſabbatiſmus popu-
Heb.4.b. lo Dei ait Paulus. fundata eſt ergo nunc ter
ra: non quidẽ illa quæ ſubiacuit maledicto:
Pſ.84.ve.1. ſed quam benedixit Deus, auferẽs captiuita
tem Iacob, & remittens iniquitatem plebis
ſuæ, operienſq; proprio ſanguine omnia pec
cata eorum. tunc ſiquidem quum dñs regna
Pſ.95.ve.1. uit à ligno & reſurgens à mortuis decorẽ in
dutus eſt: indutus eſt et fortitudinem. & præ
cinxit ſe: fundata et ſtabilita eſt eccleſia ſu-
Rom.4.d. pra firmã petram. ait ergo dñs: qui traditus
eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit pro
pter iuſtificationem noſtrã, iam regnat apud
patrem. iam regni ſui (non vltra moriturus)
ſecundum vtranq; naturam, æterna & nunquam
defutura poſſeſsione potitur. iam deniq; (vt
Mat. vlt.d. ipſe ait) data eſt ſibi omnis poteſtas in cælo
& in terra. ecce ornatu regio incedit, deco-
Pſ.103.v.2. rẽ indutus eſt, confeſsionem & decorem in
duit, amictus lumine ſicut veſtimento. indu
tus eſt decorem is, quem antea videras non
habentem ſpeciem nec decorem: & indutus Eſa 54.a.
eſt fortitudinem is, quem dominus voluit
conterere in infirmitate iuxta Eſaiæ vatici-
nium: & præcinxit ſe eccleſiæ ſuæ conſtru-
ctioni: obſtent quantumuis ſeuiſsima dæmo-
num turba, hominũq; caterua. hoc etiam in-
dumentorum ambitu, eccleſiam ſuam ſanctã
amiciuit dñs. vnde Salomon: fortitudo &
decor indumẽtum eius, & ridebit in die no- Pro. vlt. d.
uiſsimo. vt vel in hoc noueris, quantum ip-
ſam dilexerit Chriſtus.

2. *Etenim firmauit orbem terræ: qui nõ cõ*
*mouebitur.*

Fortitudine præcinctus dominus: nouum
condidit & firmauit eccleſiæ orbem. adeòq;
firmauit: vt portæ inferi non præualeant ad
uerſus eam, neq; commouebitur vnquã: quia Mat.16.c.
dñs ſtabiliuit eam. ſicut iſdem dñs per Eſaiã
dicit: laudate (inquit) cæli, quoniam miſericordiã
fecit dominus: iubilate extrema terræ, reſo- Eſa. 44. d
nate mõtes laudationem: quoniam redemit
dominus Iacob, & Iſrael gloriabitur. hæc di
cit dominus redẽptor tuus & formator tuus
ex vtero. ego ſum dominus faciens omnia,
extendens cælos, ſolus ſtabiliens terram, &
nullus mecum. atqui apoſtolicos illos cælos
deſtinauit: vt in omnem terram exiret ſonus
eorum, & in fines orbis terræ verba eorum:
ſed ſolus ipſe potentiſsimus (præcinctus for Pſ.18.ve.4.
titudine) eccleſiam ſuam ſtabiliuit in fide: cu

ius rei gratia cõgratulatur apoſtolus coloſſẽ
Colo.2.a ſibus ſcribẽs:nam & ſi corpore abſens ſum(in
quit)ſed ſpũ vobiſcum ſum gaudens,& vidẽs
ordinem veſtrum & firmamentum eius,quæ
in Chriſtum eſt fidei veſtræ.ſicut ergo acce
piſtis Ieſum Chriſtum dominum noſtrum in
ipſo ambulate, radicati & ſuperædificati in
ipſo & confirmati in fide &c. ſic etiam de ec
Pſ.45.ve.5. cleſia Chriſti iſdem alibi ait pſaltes : Deus in
medio eius non cõmouebitur:adiuuabit eam
Deus mane diluculo.Sequitur.

3\. *Parata ſedes tua ex tunc: à ſeculo tu es.*

Siue illud tunc æternitatem,ſiue paſsionis
Chriſti tempus ſignet,vterq; ſenſus cohæret,
propter geminam in Chriſto diuinam huma
namq; naturam, nempe ſedes Chriſti,ſancti
ſunt.qui ergo(*vt ait apoſtolus*) elegit *nos in*
Ephe.1.a. ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus
ſancti & immaculati in conſpectu eius in cha
ritate:quiq; prædeſtinauit nos in adoptionẽ
filiorum per Ieſum Chriſtum in ipſum ſecun
dùm propoſitum voluntatis ſuæ:ex tunc, illi
ſedem ab ęterno parauit.benè igitur Chriſto
ait:parata ſedes tua Deus ex tunc:quia à ſecu-
lo ſcilicet ab æterno tu es Deus,& ab ęterno
præuiſa & prædeſtinata tibi ſedes atq; para
Eſa.16.d. ta.ita hoc aduerbio vſus Eſaias,diuini cõſilij
exprimit ab æterno diſpoſitionem: ſicut per
nunc,temporalem reuelationem dicens: hoc
verbũ,quod *locutus* eſt dñs ad *Mo*ab, ex tũc
& nunc locutus eſt &c. ꝙ ſi ex tunc, paſsio-
nis Chriſti tempus deſignet:ſenſus erit (iuxta
apoſtoli dicendi modum in ea quę eſt ad phi
lip.⁹ ſ epiſtola)parata ſedes tua eſt,in qua ad
dexterã pr̃is ſedeas in carne aſſũpta ex tunc:
quia p̱ obedientiã vſq; ad mortem,aſſumptę
humanitatis promeruiſti exaltationem.Seq.

4\. *Eleuauerunt flumina dñe : eleuauerunt
flumina vocem ſuam.*

Proſequitur ſanctus propheta huius ſacro
ſanctæ eccleſiæ fundationis modum.à te(in-
quit)domine tanquam à fonte perenni, apo-
ſtolica *illa* deriuata exierunt flumina,aqua ſa
pientiæ ſalutaris inundantia: quæ vehemen-
ti ſpiritu eleuauerunt prædicationis vocem,
ipſumq; doctrina fidei irrigauerunt orbem.
Mar.vlt.d. ſic enim de apoſtolis ſcriptum eſt: illi autem
profecti prædicauerunt, *v*biq; domino co-
operante,& ſermonẽ cõfirmante, ſequẽtibus
ſignis.ſed quid inde?Sequitur,

*Eleuauerunt flumina fluctus ſuos: à voci
bus aquarum multarum.* 5.

Flumina illa vocem euãgelicæ prædicatio
nis eleuãtia,flumina erãt aquæ viuæ, de para
dyſo voluptatis exeũtia.hæc aũt, nõ vocem,
ſed inſanos,tumẽtes,ac ſæuos,perſequutionũ
fluct⁹,in apoſtolos effundẽtia: infernalia ſunt
flumina,inuidia diaboli cõcitata. huiuſmodi
erãt iudeorũ principes,ſcribę,& phariſei,atq;
tyranni,ydolorũ cultores:qui apoſtolicas vo
ces nõ ferentes,illorũ verbis verbera obijcie
bant,in caſſum tamen.audi quod ſequitur.

*Mirabiles elationes maris : mirabilis in
altis dominus.* 6.

Fateor huius magni maris,potentũ.ſ. & ſa
pientũ ſeculi minas,terrores,cruces,tormẽta,
cæteraq; id genus(quas cõmuni cocabulo e-
lationes placuit appellare)mirabiles eſſe, &
quæ vires hominũ(niſi Deus adſit)videãtur
ſuperare:ſed mirabilis in altis dñs quin & mi
rabilior & potentior ipſe qui eas deprimere,
ſedare,atq; vincere nouit,iuxta illud pſi. tu
dñaris poteſtati maris : motũ aũt fluctuũ ei⁹ Pſ.88.v.10
tu mitigas.iure mirati ſunt olim diſcipuli di
cẽtes:quis putas hic eſt:quia & ventis & ma Luc.8.d.
ri imperat,& obediunt ei?eò ꝙ mirabilẽ ſe o
ſtenderit dñs,materiale *illud nauigans* mare.
at verò quanto circa myſticũ ſeſe mirabilio
rẽ obijciat:nõ eſt ꝙ doceamus,cũ id omnibus
peruium ſit.exurgant igitur(vt inſurrexerũt
olim)in Chriſti ſtructuram.vexare poterunt:
ædificiũ demoliri non poterunt.quandoqui-
dẽ ſuum in cælis habet eccleſia defenſorem.
& ſi mirabiles elationes maris: ſed mirabilis
in altis dominus.Sequitur,

*Teſtimonia tua credibilia facta ſunt ni-
mis: domum tuam decet ſanctitudo domi
ne,in longitudinẽ dierum.* 7.

Teſtimonia tua,eò ꝙ tua ſunt : credibilia
ſunt,quia vera & fidelia ſunt.ſed nimis credi
bilia facta ſunt:& miraculorũ operatione,&
promiſſi exhibitione. ita maieſtatem decet.
decet etiam eam quam tibi ædificaſti domũ,
omnis generis ſanctitudo,ipſamq; ornat.de-
cet enim firmitas in fide,decet in omni bono
ſtabilitas & p̱manentia:& in lõgitudinẽ dierũ
glorioſa ſanctitatis corona,quã nobis tribue
re dignetur ſponſus ipſe eccleſiæ Chr̃s,qui cũ
pr̃e & ſpũ ſãcto p̱ infinita ſecula regnat, amẽ.

EPILOGVS. PSALM. 92.

*D Ominus regnauit,decorẽ indutus eſt:indutus eſt dñs fortitudinẽ,& præcinxit ſe.Iã pacto my
ſterio redẽptionis, ſurrexit dñs,qui in aſſũptæ carnis infirmitate iacuerat in ſepulchro:& in
dutus fortitudinẽ,mirificæ eccleſiæ ſuæ fundationi,(heroico quidẽ operi)præcinxit ſe:deſtina
uit apoſtolos in prædicationẽ euangelij,quòd cucurrit fœliciter,uel ipſo contradicente mundo.interim
nouum immortalitatis decorẽ indutus,aſcendit in cælum,atq; ad dexteram patris ſedens,iamq; regni ſi
bi tradita poſſeſsione,regnauit,regnabitq; perpetuò dñs,cuius regni non erit finis. etenim firmauit
eccleſiam*



*eccleſiam ſuam,ſancto ſpiritu de cælo miſſo:quam non ab re orbem terræ nunc libuit appellare. parata
ſedes tua Deus ex tunc illo,æternitatis præuiſa:& tibi nunc exhibenda regnanti.exierunt à te illa flu
mina apoſtolica in omnem terram decurrentia,tanquã à paradiſi fonte perenni deriuata:quæ eleuaue
Act.9.d. runt vocẽ ſuam,& perſequutione creſcente:multo magis conualeſcebant confundebantq; iudæos, quũ
liberrima uoce clamarent,quia hic eſt Chriſtus.atqui mirabiles elationes mundi huius : ſed mirabilior
in altis dñs,repugnent quantum uolent,ſuis argutiolis atq; inani philoſophia.huius ſeculi ſapientes:ni-
hil obſtat.nam teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis.pugnent etiam & impugnent pro uiribus ec-
cleſiam tuam Deus,ipſamq; funditus demoliri adnitantur:profectò id caſſo labore contendent, cum tu
ſis illius robur.& domum tuam decet ſanctitudo, domine:in longitudinẽ dierum. quos nunc inſipientes
(ne dicam ſtolidos)in ſequentibus carpere placet.*

PSALM. 93.

*D Eus vltionum dominus: Deus vl
tionum libere egit.*

Pro quo nonnulli verterũt,Deus
vltionum conſpicuus appare. huic pſo. talis
eſt titulus:pſal. David quarta ſabbati. quòd
quarta ſabbati ( quam feriam quartam vel
Mercurij diem vocant ) condita ſint lumi-
naria cæli,ſol,luna, & ſtellæ : ex geneſeos li
bro didicimus.hæc horum inferiorũ ſuo con
tinuo curſu ſunt lumina.nec ſecus in homine
(quem microcoſmum appellãt)luminaria tũ
naturalia,tũ gratuita & infuſa , poſuit Deus:
intellectum.ſ.fidẽ,gratiam, atq; cætera id ge
nus,quæ hominẽ illuminant:vt rectè de Deo
ſentiat.nõ vt illi de quibus apoſtolus ait, ꝙ
Rom.1.c. cũ cognouiſſent Deum:non ſicut Deum glo
rificauerũt aut gr̃as egerunt:ſed euanuerunt
in cogitationibus ſuis, & obſcuratum *eſt* inſi
piens cor eorũ.dicentes enim ſe eſſe ſapiẽtes:
Iob.22.b. ſtulti facti ſunt.quales etiã illi qui dicũt,quid
enim nouit *Deus*? & quaſi per caliginem iu
dicat.nubes latibulum eius:nec nr̃a conſide-
rat &c.quam fatuitatem Elipham ille thema
imponere nites beato Iob (licet falſo) impingere nitit̃.
quia ergo is pſalmus cęcutientes redarguit,
vt ad verum lumen redeant:ideo quarta ſab-
bati(myſtico ſenſu)proponitur decantandus
dicens:intelligite inſipiẽtes in populo:& ſtul
ti aliquando ſapite.qui plantauit aurem non
audiet:aut qui finxit oculum non cõſiderat?
Pſ.135.v.5. ac ſi dicat:qui fecit cęlos in intellectu:ſolem
in poteſtatẽ diei,lunam & ſtellas in poteſta-
tẽ noctis:quiq; intellectũ,cæteraſq; animi vi
res & lumina in homine fabricauit : ipſe qua
ſi orbatus lumine in tenebris erit? abſit. ſed q
Deut.32.e. omnia proſpicit Deus atq; de ſe ait : mea eſt
vltio:& ego retribuam : is vltor malorũ eſt.
nec cupidine,aut metu , alio vè reſpectu du-
ctus eſt vnquã:ſed liberrima ſua potentia, ci
tra omnem perſonarum acceptionem : puni-
uit iniquos.hoc ſit primũ omnibus documen
tũ.ꝙ ſi ita res habet:ſit(obſecro)vnicuiq; cau
1.Teſ.4.b. tum ne quis(vt apoſtolus Theſalonicenſibus
ait,)ſupergrediatur,neq; circumueniat in ne
gocio fratrẽ ſuum:quoniã vindex eſt dñs. &
ſtatim(propoſito themate)vltorem ipſum in
terpellat dominum dicens:

*Exaltare qui iudicas terram:redde retri
butionem ſuperbis.* 2.

Eia Chriſte fili Dei viui,cui omne iudiciũ
dedit pater & poteſtatem dedit iudiciũ face Ioan.5.e.
re,quia filius hominis es: exaltare reſurgens
à mortuis, & in cælum triũphator aſcendẽs.
& qui in carnis infirmitate humilis fuiſti ha-
ctenus,à ſuperbientibus iudæis cũ iniquis ini
què deputatus:exaltare iuſtiſsime iudex,in ſe
de maieſtatis tuæ,orbẽ iudicaturus:& redde
retributionem ſuperbis.deieciſti olim lucife
rũ è cælo,& ſuperbientes angelos ad ima pręe
cipitaſti,proſtraſti elatos homines,ęgiptios,
Babilonios, Aſirios,ac cæteros, quos enume
rare longũ eſt.nec deſunt modò qui ſathani-
co ſpũ inflati,in te & ſanctos tuos ſuperbire
cõtendãt, ꝙ te velut humilẽ & abiectũ cõtẽ-
nant:exaltare ergo dñe in virtute tua:vt deij
ciãtur qui te atq; tuos deijcere conãtur.Seq.

*Vſquequo peccatores domine : vſquequo
peccatores gloriabuntur?* 3.

Similis eſt huic in apocalypſi querella di- Apo.6.c
centium:vſquequõ domine ſanctus & verus
nõ iudicas,& non vindicas ſanguinẽ noſtrum
de his qui habitant in terra?quid eſt ꝙ pecca
tores gloriantur in malitia:lætantur cum ma
leſecerint,& exultant in rebus peſsimis: qua Pro.2.c.
ſi hæc agant impunè? vſquequo iuſtiſsime iu
dex,fatuã huiuſmodi gloriationẽ patieris?ar
bitrãtur impij ꝙ nõ videas,aut ꝙ illis faueas,
aut ſceleribus delecteris. at cũ omniſcius ſis,
æquiſsimus & ſumè bonus, Deus vltionũ libe Pſ.27.v.25
rè & cõfidenter malè acta puniẽs: da illis ſecũ
dùm opera eorum , & ſecundùm nequitiam
adinuentionum ipſorum. ſecũdùm opera ma
nuũ eorum tribue illis:redde retributionem
eorum ipſis.vſquequo etiam:

*Effabuntur & loquentur iniquitatem:
loquentur omnes qui operantur iniuſti-
tiam?* 4.

Voce libera maieſtati tuæ detrahunt , lo-
quuti ſunt nequitiam:iniquitatem in excelſo Pſ.72.v.8.

loquuti ſunt. poſuerunt in cælum os ſuum.
in propatulo iniquè agunt: & mera menda-
cia in te fingunt blaſphemantes. non ſcit Deus
(inquiunt) nec eſt ſciencia in excelſo. Deus
bone? an non diuinitatis tuæ te tangit honos?
obſtruatur os putidum loquentium iniqua.
iuſte puniantur: qui iuſtè loquuntur, & iniu-
ſtitiam operantur. hoc erit tibi gloria, ange-
lis gaudium, iuſtis ſolatium, impijs ſuppli-
cium, cæterisq; hominibus eruditio fructuo
ſa. Sequitur.

*Populum tuum domine humiliauerunt:*
5. *& hæreditatem tuam vexauerunt.*

Omnibus ſunt nocumento. populo, hære-
ditati, viduæ, aduenæ, & pupillis. in perni-
tiem (inquam) totius rei publicæ viuunt, eo-
rum maximè: qui non alium, preter te vnum,
habent adiutorem & defenſorem. hæc qui-
dã ad literam de Iſraelitico populo ſub Pha-
raone captiuo exponunt, qui & peculium &
hæreditas Dei fuit. cui expoſitioni non imus
inficias, dummodo ſub horum typo, electo-
rum populus & eccleſia Chriſti, quæ vera hę
reditas Dei eſt, intelligantur: quibus huiuſ-
modi humiliatio exaltationem attulit, & ve
xatio, meritorum cumulum. Sequitur.

*Viduam & aduenam interfecerunt: &*
6. *pupillos occiderunt.*

Iudei, aduenę fuerunt in terra ægipti: quo
rum maſculi regis præcepto occidebantur,
& patres immaniſsimæ rei huius, dolore gra
ui diſcruciati, moriebantur: deinde viduæ
vtroque ſolatio deſtitutæ peribant. nec ſe-
cus impiorum falſa doctrina, peruerſo dog-
mate & exemplo: interijt anima ſuo vidua-
ta marito. & qui adhuc hoſpes eſt & adue-
na, atque reliquus puſillorum grex, qui (vt
tenelli & pupilli) adhuc matris eccleſiæ edu
cantur papillis (proh nefas) occiduntur om-
nes. quodq; teterrimũ hoc aggrauat facinus.
Sequitur.

*Et dixerunt, non videbit dñs: nec intelli-*
7. *get Deus Iacob.*

Dixerũt, ſed caput ſuum mentiti ſunt, qui
hæc verbo aut opere dixerunt. Deum inho
norant, qui hæc dixerunt: nec Deum eſſe cre
diderunt, qui tam male de Deo ſenſerunt. an
id aliud ſonat, quam non eſt Deus? huius fari
næ erant nequiſsimi ſeniores illi in tenebris
& in abſcondito cubilis ſui peſsimè operan-
Ezech. 8. e. tes qui apud Ezechielem inducuntur dicen-
tes: nõ videt dñs nos: dereliquit dominus ter
Hier. 2. e. ram. quos apud Hieremiam redarguit do-
minus dicens, ſi occultabitur vir in abſcondi
tis & ego non videbo eum? ò inſipientes &
inſenſati: quid eſt ꝙ non videt is, cuius ocu-
lis omnia nuda ſunt & aperta? audite apoſto-
lum dicentem: non eſt vlla creatura inuiſibi- Heb. 4. c.
lis in conſpectu eius. & iterum, vocat ea quæ
non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. eia ergo qui
dicitis non intelliget Deus Iacob.

*Intelligite inſipientes in populo: & ſtul* 8.
*ti aliquando ſapite.*

Quòd vnus princeps ſit, qui & primaria
omnium rerum cauſa: naturali lumine con-
ſtat. eia ergo inſipientes in populo, nedum in
ter plebeios homines: ſed inter aliorum ani-
mantium greges (velut ſtupidi & irrationa-
les, nec intellectu vigentes) meritò connume
randi: ignorãtiam exuite craſſam. vſquequo
paruuli diligitis infantiam, & ſtulti ea quæ ſi
bi ſunt noxia cupient, & imprudentes odibũt Pro 1. b.
ſcientiam? ait ſapiens. relinquite infantiam & Pro. 9. b.
viuite, & venite & ambulate per vias prudẽ
tiæ. intelligite vos quibus eſt intellectus: &
aliquando ſapite, quòd qui inſpector eſt cor
dis (ait Salomon) ipſe intelligit, & ſeruatorẽ Pro. 24. b.
animæ veſtræ nihil fallit, reddetq; homini
iuxta opera ſua. noſtram igitur attendite ra-
tiocinationem.

*Qui plantauit aurem nõ audiet? aut qui*
*finxit oculum non conſiderat?* 9.

An rationi ſit conſentaneum (rogo) quicq̃
perfectionis tribuere effectui, quod non de-
tur cauſæ? ſi ergo audire & videre, hominis
perfectio eſt: cur Deum hominis conditorẽ,
huius muneris expertem ſomniatis? ipſe in
homine plantauit aurem, vt docẽtem audiat:
& doctor ipſe non audiet? is eſt qui per pro-
phetam ſuum dicit: ego dominus Deus tuus,
docens te vtilia: gubernans te in via qua am- Eſa. 48. d.
bulas. ꝙ ſi docet, audiet interrogantem vel
reſpondentem: ſi gubernat, intelliget quid &
qualiter diſponat. ſimile (niſi fallor) argumen
tum, apud Eſaiam proponitur. nunquid ego
qui alios parere facio: ipſe non pariam, dicit Eſa. 66. d
dominus? ſi ego qui generationem cęteris tri
buo: ſterilis ero, ait dominus Deus tuus? Seq.

*Qui corripit gentes non arguet? qui docet*
*hominem ſcientiam?* 10.

Attendite quàm à vero, quod fingitis ſit
alienum. qui legem hominibus ſtatuit: (cum
ſit Deus) non cognoſcet, nec arguet trãſgreſ-
ſores? atqui conſequens eſt, ſi monitis & præ
ceptis corripit gentes: ab illis exiget illorum
obſeruantiam. nec id agere, aut iuſto iudi-
cio arguere poſſet præuaricantes: ſi in legem
commiſſa (vt fingitis) ignoraret. ſcit igitur,
qui hominem facit ſcire, nedum opera & ver
ba ſed etiã cogitatus omnes nouit qui huma
num illuminat intellectum & inflammat affe
ctum atque mouet. ſic enim in libro ſapiẽtiæ
ſcriptum



ſcriptum legimus: cognouit dominus omnẽ
Eccl. 42. d. ſcientiam, non præterit illum omnis cogita-
tus: & non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo.
quippe qui etiam apud Hieremiam dicit: pra-
Hier. 17. b. uum eſt cor hominis & inſcrutabile, quis co
gnoſcet illud? ego dominus ſcrutans cor, & p
bans renes: qui do vnicuiq; iuxta viam ſuam,
& iuſta fructum adinuẽtionum ſuarum. Seq.

*Dominus ſcit cogitationes hominum: quo*
*niam vanæ ſunt.*

11. vanæ ſunt vtique: ſibi ipſis non Deo bona
ſua aſcribentium, atq; dicentium: labia noſtra
Pſ. 11 ve. 4. à nobis ſunt &c. & vana ſunt omnia, quæ de-
bito fruſtrantur fine: quales ſunt impiorũ ho
minum cogitationes. has etiam cognoſcit do
minus ſcientia viſionis. ſic enim domino ait
beatus Iob: ſcio (inquit) quia omnia potes, &
Iob. 42. a. nulla te latet cogitatio. vt quid igitur filij ho
minum, diligitis vanitatem & quæritis men
dacium dicentes: non videbit dominus, nec
Pſ. 4. ve. 3. intelliget Deus Iacob? ecce omniſcius domi
nus, ſcit cogitationes hominum quoniã va-
næ ſunt: & ipſe vltionum Deus omnipotens,
liberè & confidenter agẽs, vindictam ſumet.
& nihil obſtabit. ſi ſubuerterit omnia (vt a-
pud eundem Iob ſophar ille naamathites ait)
Iob. 11. b. vel in vnum coarctauerit, quis contradicet
ei, vel quis dicere poteſt: cur ita facis? ipſe
enim nouit hominum vanitatem, & vidẽs ini
quitatem, non ne conſiderat? vir vanus in ſu-
perbiam erigitur: & tanquam pullum onagri
ſe liberum natum putat. ꝙ ſi ita res habet.

*Beatus homo quem tu erudieris domine:*
12. *& de lege tua docueris eum.*

Is vere in ſpe beatus cenſendus eſt homo:
quem tu vel interna inſpiratione, vel moni-
tis, & legis tuę præceptis, aut quouis alio do
ctoris miniſterio, tuo deniq; mediato vel im
mediato intercedente magiſterio: erudiueris
docuerisq;, vt rectè de te ſentiat, cogitet, lo-
quatur, & operetur: quòdq; ſis omnipotens,
ſapiens, audiens, & videns cognoſcẽs omnia,
& conſiderans, & cum tranquillitate iudicãs,
malorum vltor & vindex ac bonorũ æquiſsi-
mus & benigniſsimus præmiator: firmiſsima
fide credat. Sequitur.

13. *Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodia*
*tur peccatori fouea.*

Huius eruditionis fructus eſt: vt vitã miti
ges erudito homini, ab huius & alterius ſecu
li diebus malis. nã hîc tuos dñe flagellis cedis
atq; aduerſitatibus premis: vt his aſſuefacti, o
bedientiã, patientiã, & tolerantiã, diſcant, &
ſic illis leuiora ac mitiora ſint mala, atq; hui⁹
temporis dies mali (quia erũnis & calamita
tibus pleni) tolerabiliores fiant, dicantq; cum
apoſtolo: exiſtimo enim ꝙ nõ ſunt condignę, Rom. 8. d.
ſiue (vt quidã legũt) pares, paſsiones huius tẽ
poris, ad gloriã quæ reuelabitur in nobis. &
iterum: propter quod nõ deficimus. ſed licet 2. Cor. 4. d
is qui foris eſt noſter homo corrũpatur: tamẽ
is qui intus eſt, renouatur de die in diem. id
enim quod in præſenti eſt momentaneum &
leue tribulationis noſtrę: ſupra modũ in ſubli
mitate æternum glorię põdus operatur in no
bis &c. mitigantur igitur homini inſpiratio-
ne, lege, doctrina, aut diſciplina erudito: dies
in hoc ſeculo mali. & hinc futuri ſeculi miti-
gantur dies: quos cupit videre bonos. nã hîc
patitur ad tẽpus: vt illic ſine fine regnet. quũ
interim apud inferos fodiatur peccatori fo-
uea, ſicut diuiti epuloni qui ſepultus eſt in in Luc. 16. f.
ferno: cum tñ Lazarus euectus ſit ab angelis
in ſinum Abraę. recepit enim ille bona in vita
ſua, & Lazarus ſimiliter mala. Sequitur.

*Quia non repellet dominus plebem ſuam:*
*& hæreditatem ſuam nõ dereliquet.* 14.

Dixerat ante dño cõqueſtus pſaltes: popu
lum tuũ dñe humiliauerũt, & hæreditatẽ tuã
vexauerunt. vtiq; impij iuſtorũ oppreſſores.
nunc aũt ait, quia nõ repellet dñs plebẽ ſuam.
flagellat quidẽ dñs, & ſuos flagellari permit-
tit electos: nõ vt fuget, aut proijciat à ſe, ſed
vt potius ad ſe trahat. huius rei mirabilẽ ſeſe
exhibet doctorẽ Paulus, in ea quæ ad Hebre
os inſcribitur epiſtola. lege illius duodecimũ
caput. obliti eſtis (inquit) conſolationis quæ Heb. 12. b.
vobis tanquã filijs loquitur, Deus. ſ. dicẽs: fili Pro. 3. b.
mi noli negligere diſciplinã dñi, neq; fatigeris
dũ ab eo argueris. quẽ enim diligit dñs caſti-
gat: flagellat aũt omnẽ filiũ quem recipit. in
diſciplina perſeuerate, tanquã filijs vobis o ſ-
fert ſe Deus. quis enim filius quẽ nõ corripit
pr̃ &c? ſit tibi ergo hoc vnũ perſuaſum, plebs
Dei, & hæreditas ſancta, in medio tribulatio
nis poſita: ꝙ non repellet dñs plebem ſuam et
hæreditatem ſuam non derelinquet.

*Quoadusque iuſtitia conuertatur in iu*
*dicium. & qui iuxta illam? omnes qui re* 15.
*cto ſunt corde.*

Ita erit ſanè, ꝙ toto huius vitę decurſu, in
hac lachrymarũ valle degenti plebi, atq; hęre
ditati dñi, aduerſa non deerunt: ſed non deſe
ret illam dñs. quinimo vſq; ad vltimã iudicij
diẽ, ſecũ erit ſemper in tribulatione latens: vt
opituletur ei. tunc quidẽ iuſtitia cõuertetur
in iudiciũ: quũ dñs accipiet tẽpus, & iuſtitias Pſ. 74. v. 2
iudicabit, apertè reddens vnicuiq; iuxta ope
ra ſua. cõuertetur (inquã) iuſtitia in iuſtitiæ
executionẽ: & tunc, quam iuſtiſsimus ſit iu
dex, omnibus apparebit. ſed rogare libet: qui
iuxta illã ſeueriſsimè iudicantis exerti, & in

 iudicium

judicium conuerſam iuſtitiam,ſtabũt? profe
ctò ij qui recto ſunt corde.quiq́; ipſi vti pri
mæ regulæ, totius directionis reginæ, ſe in
hac vita conformarunt operantes:& tũc etiá
diuinum iudicium approbantes.nam qui iu-
2.Cor.5.d ſtitiæ Dei fuerunt ſubiecti,effecti & ipſi (vt
Mat.19.d. apoſtolus ait)iuſtitia Dei in Chriſto: in rege
neratione cum ſederit filius hominis in ſede
maieſtatis ſuę:ſedebunt & ipſi iudicantes.&
ſic iuſtitia in iudicium conuertetur : eruntq́;
iuxta illam,diuinum iudicium miris præco-
nijs extollentes.Sequitur.

16. *Quis conſurget mihi aduerſus malignan-
tes:aut quis ſtabit mecum aduerſus ope-
rantes iniquitatem?*

Siue hæc Chriſti ſint verba, ſiue plebis &
hæreditatis eius:certe vero ſenſui cohærent.
inducit ergo propheta Chriſtum iudicem,re
ctum iudicium ſuũ exequentem:ad idq́; (ma
gnatum more)miniſtros ſuos vocantem. ad
cuius rei miniſterium,nedum angeli & ſancti
omnes,quos rectos appellat corde: verũ to-
tus illi obſequetur orbis.ſic enim in libro ſa-
Sap.5.a. pientiæ ſcriptum legimus: tunc ſtabunt iuſti
in magna conſtãtia aduerſus eos qui ſe angu-
ſtiauerunt &c.& ferè ad eiuſdem quinti capi
tuli calcem ſubiungitur de Chriſto, & acci-
piet armaturam zelus illius, & armabit crea
turam ad vltionem inimicorum : induet pro
thorace iuſtitiam,& accipiet pro galea iudi-
cium certum:ſumet ſcutum inexpugnabile æ
quitatem,acuet aũt diram iram in lanceam,
& pugnabit cum illo orbis terrarum contra
inſenſatos &c.ꝙ ſi hæreditatis Dei,eccleſiæ
ſcilicet Chriſti verba ſint, dum malignantiũ
demonum & impiorum hominũ incurſibus
infeſtatur:non eſt quod exponamus,cũ aper-
tiſsimus ſit ſenſus,maximè ſi verſum qui ſe-
quitur attendamus.

17. *Niſi quia dñs adiuuit me : paulo minus
habitaſſet in inferno anima mea.*

Quicquid gloriæ eſt id totum iuſtus ſuo
tribuit adiutori atq; ſeruatori Chr̃o.niſi quia
dñs(inquit)ſua gratia præueniẽs,adiuuit me:
paulo minus proprijs viribus deſtitutus in il
lam(quę fodiebatur peccatori apud inferos)
foueam incidiſſem,rueretq́; fortaſſe in deſpe
rationis voraginem,impatientiæ aut diffidẽ-
tiæ caueam anima mea.nec enim ſine ea poſ-
ſem aut agere meritoriè bonũ,aut vitare pec
catũ.ſed longe aliter mecum actũ eſt.nam,

18. *Si dicebam motus eſt pes meus: miſericor
dia tua domine adiuuabat me.*

Si me cũ habitans & inter anguſtias rẽ ip-
ſam diſcutiens timensq́; dicebã: ecce pereo:
(nã inferior animi mei affectus paſsionibus
impulſus,vel tantillum commotus eſt)Deus
bone,dũ periculũ immineret:tu celeri miſeri
cordiæ tuæ iuuamine (lapſus initia præue-
niens)ſuccurrebas.ſuſtentabas laſſum, & me
adhuc trementem,ne deficerẽ fulciebas.non
quidem me vltra id quod ferre poteram ten
tari patiebaris:quin faciebas potius cũ tenta 1.Cor.10.d
tione prouentũ,vt poſſem ſuſtinere. Sequit.

19. *Secundùm multitudinem dolorum meo-
rum in corde meo:conſolationes tuæ læti
tificauerunt animam meam.*

Nihil apud Deũ vſitatius. huius quidẽ rei
doctor ipſe gentium Paulus (in epiſtola quæ
eſt ad Corinthios ſecunda)meminit dicens: 2.Cor.1.a.
benedictus Deus & pater dñi nr̃i Ieſu Chr̃i,
pater miſericordiarũ & Deus totius cõſola-
tionis:qui conſolatur nos in omni tribulatio
ne nr̃a &c.qm̃ ſicut abundant paſsiones Chr̃i
in nobis:ita & per Chriſtũ abundat cõſolatio
noſtra.porro multiplicantur cathaplaſmata:
ad vlcerũ ſeu plagarum tumentiũ multiplica
tionem.vt conſolationũ lenimenta: dolori-
bus & cordis anxietatibus medeatur.& quę
triſtitia obrui videbatur anima:ad ſubuenien
tis lætitiæ auram emergat reſpiretq́;. benè er
go conſolationes diuinæ in hoc ſeculo,dolo
rũ multitudini cõmenſurantur. at futura glo
ria longè abundantius excedet,romanis dicẽ
te Paulo:exiſtimo enim ꝙ non ſunt cõdignę Rom.7.d.
paſsiones huius tẽporis ad futuram gloriam
quę reuelabitur in nobis.rurſusq́; corinthijs: 2.Cor.4.d
id quod in præſenti eſt momentaneũ & leue
tribulationis noſtræ:ſupra modũ in ſublimi-
tate,æternũ gloriæ pondus operatur in no-
bis &c.Sequitur.

20. *Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis:
qui fingis laborem in præcepto?*

Sũt qui hæc prophetę verba,variò in Deũ
dirigant ſenſu,vt ſonent: cũ tu Deus optime
æquiſsimus iudex ſis,qui non inſides iniquo
throno,ſed ſemper iuſtitiã dilexiſti,& odiſti Pſ.44.v.9.
iniquitatẽ:æquitatis tuæ eſt:vt qui laborem,
& dolorẽ ponis in pręcepto:animã lętifices,
pro tui præcepti obſeruãtia laborantem. vel
quod in eundem ſenſum recidit. pientiſsime
Deus qui rerum omniũ ſapientiſsimus figu-
lus es & plaſtes,quiq́; luteum ac teſtaceũ fe-
ciſti hominẽ,& de limo terræ plaſmaſti fragi
lem,in quo mirabili diſpoſitione interiorem
& exteriorẽ(quo te agnoſceret,intelligeret,
amaret,ac frueretur)finxiſti oculũ.ipſiq́; de-
diſti præceptũ,& dolorẽ de peccatis in præ
ceptũ ſtatuiſti, atq; in præcepto laborẽ, & la
boris præmiũ fingis & facis:nũquid adhæret
tibi ſedes iniquitatis,vt nõ adiuues & conſo
leris,noſtrum(quod noſti) figmẽtũ:reddasq́;
præmium





præmium quod promiſeris laboranti?ꝙ ſi nõ
huic tibi per fidem,ſpem & charitatem adhæ
renti,obtemperanti,& obſequẽti,faueas: cui
obſecro?nunquid adhęret tibi ſedes iniquita
tis?is.ſ.homo qui iniquè agit, & obduratus
adeo in iniquitate quieſcit:vt ſedes ſathanæ
Apo.2.d. in apocalypſi nominetur?abſit, vt qui huiuſ-
modi eſt,tibi adhærere dicatur:ſed longè ṗr
ſus eſt à te. ſunt tamen alij qui non ineptè his
verbis,in impium inuehentem hominem pro
phetam inducant.heus(inquit)impie: cuius
Pſ.140.v.4 cor declinat in verba malitiæ,ad excuſandas
excuſationes in peccatis : qui fingis laborem
in præcepto dicens: præceptum Dei impoſsi
bile,aut nimis eſſe difficile, onus grauiſsimũ
Matt.11.d. & importabile, iugũ nõ ſuaue.nunquid men
dax,adhæret tibi ſedes iniquitatis: vt iniquè
iudices?quis te niſi propria iniquitas, iniquũ
cõſtituit iudicẽ?adhæret tibi vtiq;: ſed nõ in
ſeparabiliter adhæret.tu qui mordicus illá te
nes deſere.nõ tibi neceſsitas eſt:ſed diſtorta
& deprauata voluntas. eos aſpice qui recto
ſunt corde,quiq́; ex gr̃a præceptũ Dei dele-
ctabiliter obſeruãt,& cõperies:ꝙ oculus tu'
nequã eſt, De' aũt bonus,rectus,& iuſt'. nec
ꝙ iniquus ſis,pręcipiẽtis Dei auſteritati,aut
laborioſę difficultati pręcepti: quĩ tui ipſius
malitiæ imputabis poti'.ſed eſto,ꝙ laborio-
ſum ſit opus:attẽde in paſsione Chr̃i leuamẽ.

21. *Captabunt in animam iuſti: & ſanguinẽ
innocentem condemnabunt.*

Vbi paſſus eſt Chr̃us:leuiora nobis omnia
fiunt quæ pro illo patimur:augetur fauor,&
gratia fulciuntur vires,excreſcit amor, & fa
cilis labor,ac dulce ſit onus amanti. Tu ergo
qui fingis laborem in præcepto, & cũ verbi
dñi tranſgreſſoribus ad terram promiſsionis Num.14.a
aſcẽdere deterritus,rei difficultate diffidis:
audi modum.Captabunt(inquit)in animã iu
ſti:congregabũtur,&(omni ſtudio)Chr̃m iu
ſtũ iudæi perfidi capere conabuntur,& eius
innocentẽ ſanguinem cõdemnabunt.

22. *Et factus eſt mihi dominus in refugiũ: et
Deus meus in adiutorium ſpei meæ.*

Ecce Deus factus eſt homo:in refugiũ ho
minis.nam ſpem hominis fulcit,vires ad im
plenda præcepta,& gr̃am confert.fitq́; nobis
Deus noſter refugium & virtus, adiutor in Pſ.45.v.1.
tribulationibus quæ inuenerũt nos nimis.pro
pterea nõ timebimus dũ turbabitur terra:trãſ
ferentur montes in cor maris. Perſequantur
igitur iniqui membra,vt perſequuti ſunt ca-
put:aderit nobis dñs in refugium,eritq́; in ad
iutorium ſpei noſtræ. Nec enim deluſi eri-
mus vnquam.

23. *Et reddet illis iniquitatem ipſorum: &
in malitia eorum diſperdet eos, diſperdet
illos dominus Deus noſter.*

vidiſti domine iniquitatem illorũ aduer-
ſum me (ait Hieremias) Iudica iudiciũ meũ. Thren.3.f.
& paucis interiectis:reddes eis vicem domi
ne,iuxta opera manuũ ſuarũ.Reddet igitur
dñs iniquè agẽtibus iniquitatem ſuam,malos
deniq; male perdet:&(iuxta Salomonis pro Mat.21.d.
uerbiũ)in malitia ſua repelletur impius:ſpe- Pro.14.d.
rat autem iuſtus in morte ſua,Et quidem de
perſequentibus vltionem : & debene actis
immarceſsibilem æternæ glorię coronam:
quã reddat nobis in illa die iuſtus iudex Chri
ſtus,qui cum patre & ſpiritu ſancto per infi-
nita ſecula regnat.Amen.

## EPILOGVS PSALM. 93.

DEVS *ultionum dominus:Deus ultionum libere egit.Id cuiq; in primis peruium ſit,q, liber
rimus ſit Deus in malorũ punitione.*Exaltare *igitur iuſtiſsime rex,ueni ſecũdo, aſcende tri-
bunal iudicaturus orbem:& condignas pœnas impone ſuperbis.Vſquequo peccatores domi
ne:uſquequo peccatores gloriabuntur(quaſi inſaniẽtes)q, malè egerint impunè?quippe qui uerbo &
opere te impetere adnituntur:populũ tuum dñe depreſſerunt,uexarunt:hæreditatẽ,uiduã & adue-
nam,pupilloſq́; occiderunt: & dixerunt apud ſe de te malè ſentientes: non uidebit dñs, nec intelliget*
Deus *Iacob. o ſacrilega cogitatio,aſſertio peſsima & blaſphema?intelligite inſipientes in populo, &
ſtulti aliquandò ſapite. Ecce argumentũ efficax,q, nos delirantes conuincet.qui plãtauit aurẽ non au
diet?aut qui finxit oculum nõ conſiderat?qui corripit gentes,legemq́; ipſis imponit,non arguet quos
cognouerit trãſgreſſores?qui deniq; docet hominẽ ſcientiã:ignorans & inſcius erit?*Abſit *hoc à uero*
Deo,*cuius oculis oĩa nuda ſunt & aperta,ſcitq́; cogitatiões hominũ,& nouit q, huiuſmodi uanæ ſunt.* Heb.4.c.
*uos igitur exleges & indiſciplinati:hæc intelligite,& reuertimini ad cor.*Beatus *homo quẽ tu erudie
ris dñe,& de lege tua docueris eum,ut mitiges ei à diebus malis, donec fodiatur peccatori fouea. hic
enim,quẽ erudis:flagellis cedis,ut diſcat libenter ferre huius ſeculi mala: ne atrociora alterius ſubire
cogatur,quando inferna illa uorago deglutiet peccatorẽ.*Hoc *tamẽ unum ſcire oportet:* Tametſi *fla-
gellet* Deus *ad eruditionẽ:ſed non repellet dñs plebem ſuam,neq; derelinquet eccleſiam:quoaduſq; iu-
ſtitia cuiuſq; hominis diuino examini ac iudicio ſiſtat,ipſamq́; approbent recti corde,iuſti iudicis aſſeſ
ſores:quorũ quiſq; non uindictæ,ſed iuſtitiæ zelo dicet:quis conſurget mecũ aduerſus iniquos, qui me
adeò perſequuti ſunt:ut niſi quia dñs adiuuit me,paulo minus habitaſſet in inferno aĩa mea?*At *in an-
guſto poſitum ac penè deficientẽ:mĩa tua dñe adiuuabat me.* Et *ſecundũ multitudinẽ dolorũ meorũ in*

*corde meo: multiplicatæ ſunt cõſolationes tuæ in hoc ſeculo, quæ lætificauerũt aĩam meã.* Aderat quip-
*pe mihi integra & plena fides, ſpes certa, atq; charitas flagrãs, quæ mihi ſolatio erãt, dicebã utiq; mecũ*
*habitans: triſtitia mea conuertetur in gaudiũ.* En *leua Dei ſub capite meo, me his uirtutibus ſuſtentãs:*
Can. 2. a. *& dextera illius amplexabitur me.* hoc eſt, clara Dei uiſio, tẽtio perpetua, fruitio ac delectatio: ipſaq;
Pro. 3. c *uita beata perinde atq; æterna, nam lõgitudo dierũ in dextera eius &c.* quia non ſine cauſa præcepto
adimplendo laborẽ quaſi annexũ ſtatuiſti, ut ſit iuſtiſsime Deus q coronẽs. *Nunquid adhæret tibi ſedes*
*iniquitatis: qui fingis laborẽ in præcepto?* hæc conſolationũ una. Erat alia paſsionis tuæ meditatio, qua
tormenta propria leuiora fiebant, dum innocentẽ ſanguinem tuũ effuſum contẽplabar. *unde factus eſt*
*mihi dominus in refugium: & Deus meus in adiutoriũ ſpei meæ.* poſtremò ſucceſsit alia, quæ perſequẽ
tium finem infœliciſsimũ reſpicit. *Nam reddet illis iniquitatem ipſorũ, & in malitia ipſorum diſperdet*
*eos: diſperdet illos dñs Deus noſter.* quamobrem uos omnes electos, ad Dei laudem inuitare iuuat.

## PSALM. 94.

*VEnite exultemus domino: iubilemus Deo ſalutari noſtro.*

Huic pſo. talis titulus eſt: laus
cantici ipſi Dauid. Cuius expo
ſitio ex ſuperioribus patet. eſt
ergo is pſ à Dauid conditus (vel Paulo apo-
Heb. 4. b. ſtolo ĩ ea quæ eſt ad Hebreos epiſtola teſte)
in quo inuitat fideles ad Dei laudem, q ma-
gnus Domin' ſit, rex regum, atq; monarcha,
hominumq; plaſmator & paſtor. venite (in-
quit) & appropinquate, qui non corpore, ſed
mente, & morũ diſsimilitudine, longe eſtis.
venite, & exultemus exteriore opere, iubile
mus interiore mentis gaudio, non quidẽ nos
Rom. 12. huic ſeculo conformantes: ſed domino Deo
ſalutari noſtro, qui ad nos veniens tanq; ſpõ-
Pſ. 18. ve. 6 ſus de thalamo ſuo: exultauit vt gigas ad cur
rendã viam. Et propter nos etiã ad patrẽ re-
Pſ. 46. ve. 5 diens: aſcendit in iubilo & voce tubę. Venite
ergo & properate: exultemus oẽs Dño (com
munis eſt enim exultationis cauſa) & iubile-
mus Deo noſtræ ſalutis autori. Ecce cum cã
tico in laude, timpaniſtrię illius fœliciſsimæ
Luc. 1. e. exultauit ſpũs in Deo ſalutari ſuo: quia reſpe
xit illius humilitatem. Exultemus etiam nos
quia reſpexit noſtrã. exultemus dño, in do-
mino gaudentes, & illi gloriã tribuẽtes: & iu
bilemus Deo ſalutari noſtro, ipſi toto affectu
gratias agentes.

2. *Præoccupemus faciem eius in cõfeſsione:*
*& in pſalmis iubilemus ei.*

Sit inter nos pia contentio, quis prior an-
te conſpectũ illius laudes dicturus appareat?
quis maturius in pſalmis, hymnis & canticis
in Dei laudẽ ſeipſum effundat? pręueniamus
igitur vultum eius, vt ipſum laudemus: qui
nos præueniens, fecit vt laudaremus. præue-
niamus etiam faciem eius in confeſsione, &
ipſum q miſertus ſit noſtri magnificantes: &
nos in peccatorum miſeriam prolapſos accu
Pſ. 17. ve. 6. ſantes. præocupemus faciem eius in confeſ-
ſione: ne nos præoccupent laquei mortis in
damnationem. præueniamus in hoc ſeculo fa
ciem eius: vt ad ipſum perueniamus, qui no-
bis oſtẽſurus eſt faciẽ qua fruamur in futuro.

3. *Quoniã Deus magnus dominus: & rex*
*magnus ſuper omnes deos: quoniam non*
*repellet dominus plebem ſuam.*

Sit exultationis, iubilationis, & confeſsio
nis, prior ratio: ab ipſius dignitate Dei prę-
cellenti ſumpta, quoniã verus eſſentia & na-
tura deus, magnus Dñs eſt: qui pleno impe-
rio omnibus dominatur. Eſtq; rex magnus ſu
per omnes alios, quos vel ipſe gratia & par-
ticipatione: vel gentium vana religio conſti
tuit deos. quod autem ſequitur: interiectum
videtur & impertinens, nec in Hebreo hoc
loco reperiri dicitur: quamuis Romani pſal-
terij codex illud habeat, ſitq; iam vſu rece-
ptum: quoniam non repellet dominus plebẽ
ſuam. Ita eſt ſanè: ſed melius connectitur &
aptior fit ſenſus, ſi hoc omiſſo ſequatur.

4. *Quia in manu eius ſunt oẽs fines terræ:*
*& altitudines montium ipſius ſunt.*

Nempe magn' eſt dñs: cui omnia ſubſunt,
ſiue cęlũ, ſiue terra, ſiue mare, & omnia quæ
in eis ſunt, quantũuis ſublimia, extrema, & re
mota. quippe qui potentiſsimus rex eſt: qui
cuncta pro ſuo libito regit & nutu. Attingit
.n. à fine vſq; ad finẽ fortiter: & diſponit oĩa Sap. 8. a.
ſuauiter. ſuæ quidem poteſtatis eſt conſerua
re & manu tenere: aut ſubuertere & ad nihi-
lum redigere quæ creauit omnia.

5. *Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit il*
*lud: & ſiccam manus eius formauerunt.*

Audi quo iure magnus dñs ſit. Et quidem
non ſolum terræ: verum etiã maris: nam ver
bo creauit oĩa. q ſi bonitatis ei' ſignũ exqui-
ris: ſiccã manus eius formauerũt. Nam ꝓpter
ſalutẽ hominum, vitã & habitationẽ aliorum
animalium: diſcreuit terram ab aquis, dixitq;
Deus, congregentur aquæ quæ ſub cęlo ſunt Gen. 1. a.
in locum vnum, & appareat arida. vocauitq;
Deus aridam terram: congregationesq; aqua
rum appellauit maria. quod ſummæ bonita-
tis illius eſt indiciũ. Vocatur autẽ terra arida
& ſicca: à qualitate prima prædñante, quã in
ſe



ſe habet: vti aqua frigiditatem, aer humidita
tem, & ignis caliditatem. ſequitur.

6. *Venite adoremus & procidamus, & plo*
*remus ante dñm qui fecit nos: quia ipſe*
*eſt dominus Deus noſter.*

Tria dicit, adoremus, procidam', & plore-
mus: q;uis hoc vltimum (vt ferũt) nõ habeat
Hebraica lectio: quod conuenienti' videtur,
cum ad exultationẽ & iubilũ, nõ ad ploratio
nem, in principio pſalmi, & in eius titulo atq;
ad laudẽ cum cãtico (in modũ thematis) prõ
poſita fuerit inuitatio. Niſi fortè id ſit appoſi
tum plorationis verbũ: vt vtrãq;, tum diuinę
laudis, tum noſtrę iniquitatis, ante dñm: futũ
ram innuat confeſsionẽ. Venite ergo (ait) prę
occupemus bifarie faciẽ ei' ĩ cõfeſsione. Adõ
remus latrya, & intimiore adoratione, fide
ſ. ſpe & charitate (vti veri adoratores) quẽ
Io. 4. c. nos ſpũ & veritate oportet adorare. procida
mus genuflexi, profundiſsimã cordis humili
tatẽ, & pleniſsimã corporis & aĩę ſubiectio-
nẽ (vel ipſo exteriore cultu) proteſtãtes. plo
rem' deniq;, in eum cõmiſſa maleq; perpetra
ta facinora, q fecit nos: quibus imaginẽ ſuã de
turpauimus fœdauimusq;. Id quidẽ totũ ce-
det in eius laudẽ & gloriã: qui & cõdonabit
peccata, & quos ex nihilo formauit (iam fere
ad nihilũ redactos) ꝑ ſuã grãm denuo refor-
mabit. quia ipſe eſt dñs de' nr: ad quẽ vtrũq;,
creatio. ſ. & recreatio ac perditi & deſtructi
hominis ſpectat reparatio & cõſeruatio. Seq.

7. *Et nos populus paſcuæ eius: & oues ma*
*nus eius.*

Nos populus, qui & oues, iuxta verbũ dñi
Ezec. 34. g per Ezechielẽ dicẽtis: vos aũt greges mei, gre
ges paſcuæ meę hoĩes eſtis: & ego dñs de' ve
ſter. Eſt etiã ipſe rex, q & paſtor: regẽs iſrael,
Pſ. 79. v. 2. & deducens velut ouẽ Ioſeph. ſub eius manu
& cura ſumus: qui & ab eo paſti & plaſmati,
& ideo oues manus eius dicimur. quippe qui
nobis tum corporalia, tũ ſpiritualia, interio-
ra, & exteriora: quaſi ouibus ſuis in hoc ſecu
lo vberrima paſcua parat, & totidẽ ĩ futuro.
Pſ. 36. v. 3. de primis quidẽ iſdẽ pſaltes ait: ſpera in dño
& fac bonitatẽ: & inhabita terram: & paſceris
Pſ. 22. v. 1. in diuitijs eius. Et in alio pſalmo: Domin' re-
git me, & nihil mihi deerit: in loco paſcuę ibi
me collocauit, in eccleſia ſcilicet, quæ nunc
militat, vbi ſalutaris doctrinæ & ſacramẽto-
rũ inueniũtur paſcua. de reliquis verò iſdem
Io. 10. b. paſtor bonus in euãgelio ait, ꝑ me ſi quis in-
troierit, ſaluabitur: & ingredietur & egredie
tur, & paſcua inueniet. Erunt quidẽ in vtraq;
Chrĩ natura. ſ. diuina & humana, in æterna fœ
licitate paſcua: qbus populũ ſuũ & oues ſuas
paſcat Chrs. q;uis nõ ineptè etiã nos populus
paſcuę eius dici poſsimus: q nos primũ illi'
grã refecti, paſtorẽ nrm bonis operib' paſca-
mus. paſcimur igr oues: paſcit & paſtor. vel
rei huius, dilecta eius teſtimoniũ perhibente
ſponſa dum ait. Indica mihi quem diligit aĩa Cant. 1. b.
mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie. & rur-
ſus: dilectus meus mihi, & ego illi, q paſcitur Cant. 2. c.
inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentr vm
brę. poſtremoq;: dilectus meus deſcendit in Cant. 6. a.
hortũ ſuum ad areolam aromatũ, vt ibi paſca
tur in hortis, & lilia colligat. &c. Sequitur.

8. *Hodie ſi vocẽ eius audieritis: nolite obdu-*
*rare corda veſtra.*

Quod ſi oues eſtis: operęprecium eſt paſto-
ris ſibilũ audiatis & vocẽ: ne errantes & diſ-
perſe pereatis. Ecce nunc tẽpus acceptabile, 1. Cor. 6. a.
ecce nũc dies ſalutis. Nox legis præceſsit: &
dies grã appropinquauit. Expergiſcimini, in
teriores animi arrigite aures. Hodie ſi vocẽ
eius audieritis, qui nouiſsimè diebus iſtis lo-
quutus eſt nobis in filio: nolite obdurare cor Heb. 1. a.
da veſtra. Clamat è cęlo, Chrs inſpirationib',
clamat monitis ex euãgelio, clamat nũc eius
vates, & in epiſtola ad Hebreos vas ipſe ele-
ctionis Paulus, hoc ſępius repetito nos com Heb. 4. b.
monet verbo: nolite obdurare corda veſtra:
nolite reniti & obſiſtere obfirmato aĩo: no-
lite vocẽ contẽnere, illi ponẽtes obicẽ, ne in-
terius operet: dicat veſtrũ quiſq; quod apud
Eſaiam legimus: dñs Deus aperuit mihi au- Eſa. 50. b.
rẽ: ego aũt non cõtradico: retrorſum nõ abii.
totũ huius vitæ tẽpus hodie eſt. nolite negli-
gere vocẽ, vociferantẽ audite: & audiẽtes, no
lite obdurare corda. conuertimini vel nunc:
nam etſi ſerotina, nõ tamẽ intẽpeſtiua cõuer
ſio reputabit. quippe gaudebũt angeli, & de
conuerſione vrã cum principe ſuo gaudebit
eccleſia, q eratis ſicut oues errantes: ſed con 1. pet. 2. d.
uerſi eſtis nunc ad paſtorẽ, & Epiſcopũ aĩarũ
veſtrarũ. Nolite igit obdurare corda veſtra.

9. *Sicut in irritatione: ſecundum diem tenta*
*tionis in deſerto.*

Nolite (ſi vocẽ dñi audieritis) priſci illius
populi ſaxei & lapidei cordis ac duræ ceruĩ-
cis, imitatores fieri ait dñs, vt obdurato aĩo
efficiamini, ſicut illi fuerũt, qui me toties tẽ-
tantes, ad iracundiã tũc tẽporis prouocarũt:
quũ per deſertũ ad terrã ꝓmiſsionis cõmea-
rent. Cum (vel tũ maxime) voci meę credere
& obſequi debuiſſent: q nõ exigua potentiæ
meę magnalia experti eſſent. Non ergo eorũ
veſtigia ſequamini, qui me Deum ſuum deſer
uerunt in deſerto.

10. *Vbi tentauerunt me patres veſtri: proba-*
*uerant, & viderunt opera mea.*

viderunt proprijs oculis: & experimento

mirãda opera mea cõprobarũt. Nec tamẽ pa
tres vr̃i & pceſſores, mihi & ſeruo meo Mo-
ſy, mẽte firma crediderũt: quin me potius nõ
ſemel (vti dei ſui, fidei, & legis dſertores) diſ
fidẽtes & murmurãtes tẽtauerũt. Cui᷒ rei grã.
*Quadraginta annis offenſus fui generatio*
*ni illi: & dixi, ſemper hi errant corde.*
Id quidẽ fuit in cauſa, fuit etiã in eorũ cul-
pa, ꝙ per annos quadraginta, effect᷒ hominis
irati, erga hunc populũ habuerim non credẽ-
tẽ: quia offenſus fui à generatione hac. porro
ab Egypto ad terrã promiſsionis vſq;, nõ tam
grãdis intercedit via: ꝙ duorum vel triũ mẽ-
ſium ſpacio nõ potuiſſet confici & finiri, ſed
huius populi murmure & obduratione irri-
tatus, quadraginta annis circũduxi per deſer
tum eoſdẽ, & ingreſſum in terrã illam diſtuli.
dixi enim, hi errãt corde: nõ quidẽ ex ignorã
tia, vt cum Paulo populus hic dicere poſſet:
1. Thi.1.c. mĩam Dei cõſequutus ſum, quia ignorans fe
ci in incredulitate: ſed ex cordis ſui obſtinata
malitia. quippe qui tot mirãda viderãt, & ad
huc increduli tentabant & murmurabant.
*Et iſti nõ cognouerũt vias meas: vt iura-*
*ui in ira mea, ſi introibunt in requiẽ meã.*
Magna horum cæcitas, & propriæ rationis
hebetatio: ꝗ viſis tot ſignis & prodigijs, quã
potens, ſapiens, iuſtus, miſericors, & verax,
eſſet dñs, nõ cognouerũt. Iuſtè quidẽ eos car
pit dñs, ꝙ videntes nõ vidẽt, & audiẽtes non Mat 13.b.
audiũt, nec intelligũt: vt adimpleat᷑ (inquit)
in eis prophetia Eſaię dicẽtis: auditu audietis Eſa.6.c.
& nõ intelligetis: & vidẽtes videbitis, & non
videbitis. incraſſatũ enim eſt cor populi hu-
ius &c. Et ideo (quia male diſpoſiti erãt) non
cognouerũt (ait) vias meas: nec intellexerũt
ꝙ pulchræ eſſent. porro non cognouerũt ap-
probãtes: ſed ab eis declinauerũt. quamobrẽ
firmo & irreuocabili ſtatui decreto: ne ĩ meã
requiẽ introeant vnq;. Is etenĩ iurationis mo
dus, ſatis in ſcripturis ſanctis eſt vſitatus: vbi
illud ſi, abſq; negatione poſitum, vehemẽtem
indicat negationẽ. Eia igitur nos oẽs charſsi
mi in Chr̃o, qui vocẽ eius toties nr̃is auribus
intonantẽ audiuimus: feſtinemus ingredi (vt
apoſtolus ait) in illã requiẽ, vt ne in ipm̃ quis Heb.4.c.
incidat incredulitatis exẽplum. nec enim lon
gior eſt via (etſi arctior) quæ ducit ad vitã.
ꝙ ſi eã noſſe cupitis: iſdẽ Paulus ſtatim eã do
cet dicẽs: Adeam᷒ ergo cũ fiducia ad thronũ
grãæ eius, vt mĩam cõſequamur, & gratiam in
ueniam᷒ in auxilio opportuno. Sed fortè qua
lis illa futura ſit requies ignoratis. audite Do
minũ per prophetã ſuũ ipſam paucis deſcribẽ
tem. Et ſedebit (inquit) populus meus in pul- Eſai.32.d.
chritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ,
& in requie opulẽta: ad quã nos ipſe perueni
re concedat, ꝗ ſine fine viuit & regnat Deus,
in ſecula ſeculorum. Amen.

EPILOGVS PSALM. 94.

VENITE *exultemus dño: iubilemus* Deo *ſalutari noſtro.* Nõ *ſimus tardi, deſides, & igna*
*ui, præoccupemus faciẽ eius in confeſſione: ne ipſi morte præuenti pereamus. quoniã* Deus
*eſt, deorũ* Deus, *rex regũ magnus, & dñs dñantium. quippe qui cunctis excelſior eſt, crea-*
*tor omniũ & cõſeruator, cui deniq; ſubduntur oĩa, ẽt penetralia terræ. Venite igitur ado-*
*remus & procidamus ante dñm, qui fecit nos: impẽdamus illi debitã ſeruitutem (quã interiorem & ex*
*teriorem latryã dicunt) quia ipſe eſt dñs* Deus *noſter: eſt etiã plaſmator & paſtor: & nos populus*
*paſcuæ eius, & oues manus eius: in quo credentes (ut apoſtolus ait) ſignati ſumus ſpũ promiſsionis ſan*
*cto.* Nam *eius grã & charitatis ſtigmate uelut cãdente ferro inſigniti: in dei filios adoptamur, ac per*
*hoc efficimur ſecundum promiſsionem hæredes, cohæredes autem Chriſti. Cur ergo tã diu inſorduiſtis*
*oues? Hodie ſi uocem eius audieritis: nolite obdurare corda ueſtra, ut olim patres feciſſe cõſtat, ipſum* Ephe.1.c
*in deſerto prouocãtes ad irã. de quibus cõqueſtus dñs ait: tentauerunt me patres ueſtri, probauerunt* Gal.3.&.4
*& uiderunt opera mea. Nec die uno tantum, aut menſe, & anno: ſed quadraginta annis offenſus fui à* Rom.8.c
*generatione hac, & ego ſemp bñficus fui. Cum autem eos poſt tot monita uidiſſem adhuc præuarican-*
*tes dixi: ſemp ij errant corde. Nõ quidem ex ignorantia peccant aut infirmitate, ſed malitia. Nã ſi nõ*
*cognouerunt uias meas, fuit ex ignorantia craſſa, ſupina, & affectata, quamobrem iuraui in ira mea: ꝙ*
*nõ introirent in requiem meã. Cauete uos igitur, ne id uobis cõtingat: quin repulſa potius obduratiõe,*
*ac uetuſtate priore relicta, in ſpiritu renouati, & uitam nouam inchoantes, nouum illi dicite carmen.*

PSALMVS. 95.

*CAntate dño cãticum nouum: cã-*
*tate domino omnis terra.*
In Hebreo nullus huic pſalmo prępo
nit᷑ titulus: ſed ĩ latinis codicibus, titulus eſt:
pſ. Dauid quãdo domus ędificabatur poſt ca
ptiuitatẽ. Edificationẽ tẽpli denuò ſub Zoro
babel factam, videt᷑ hic titulus in cortice lite
ræ ſignificare. At verò aliã ſanctus præſefert
ſpũs, lõge ſanctiorẽ & mirabiliorẽ, vtiq; ſpiri
talẽ, huius & cęleſtis alterius, atq; toti᷒ ſacro
ſanctæ eccleſiæ (ꝑ vtrũq; Chr̃i aduentũ) repa-
rationẽ: cui᷒ ſicut nõ eſt aliud fundamentũ ꝙ
quiſq; poſsit ponere p̃ter id ꝙ poſitũ eſt, ꝙ
eſt Chr̃s ieſus: ita nõ eſt alius qui primari᷒ ac
p̃cipuus hui᷒ ſit ſtructurę architect᷒. dicat Co
rinthtijs doctor gẽtiũ Paulus: Dei adiutores 1.Cor.3.b.
ſumus,



*primarius ac pręcipuus huius ſit ſtructuræ ar*
chitectus. dicat Corinthijs doctor gentium
1.Cor.3.b Paulus: Dei adiutores ſumus, vel (quod alij
verterunt) cooperarij. Dei ædificatio eſtis. ſe
cundùm gratiã Dei quæ data eſt mihi, vt ſa-
piens architectus, fundamentũ poſui &c. ſed
quis ille, quantus, aut quantũ ſapiens: ſi Chr̃o
dño (qui ſapientia patris eſt, & tantæ mollis
artifex) cõferatur? profectò ſeruus, atq; addiſ
cens amanuenſis eſt. ad hãc igitur ſpiritalem
domũ, viuis ex lapidibus ædificandã, atq; ad
ſummi eius conditoris laudẽ: apoſtolos & a-
poſtolicos viros, cęterosq; fideles omnes, do
meſticos Dei futuros, diuinus pſaltes inuitat
dicens: cantate dño canticũ nouũ &c. quod
cõſiſtit in exultatione ſpũs renouati. patres
olim, ipſaq; priſcorũ rugoſa & veneranda ve
tuſtas: quaſi ſerui, vetus illud legis canticũ cã
tauerunt dño in timore: vos nunc nouũ euan
gelij, dilectionis, & pacis, cantate illi. recedãt
iam vetera: noua ſint omnia. nõ enim accepi
ſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore (ait Pau
Rom.8.c. lus) ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filiorum
1.Thi.1. Dei, in quo clamamus abba pater. & iterum:
non dedit nobis Deus ſpũm timoris, ſed vir-
tutis & dilectionis, & ſobrietatis. cantauerũt
illi creationẽ, vos redemptionẽ: illi iuſtitiæ,
rigoris, & talionis, vos benignitatis miſeri-
cordiæ & gratiæ, nouũ Chriſto dño cantate
canticũ. nec id ſolum cõmonet pſaltes: cõmo
net etiã pater æternus. audite iã (ſi vacat) Eſa
iam Deũ patrem inducentem, tanquã ſi vnige
nitũ ſuum in carne venientem alloquatur &
Eſa.42.b. dicat: dedi te in fœdus populi: in lucẽ gentiũ,
vt aperires oculos cæcorũ, & educeres de cõ
cluſione vinctum, de domo carceris, ſedẽtes
in tenebris. ego dñs: hoc nomen meũ. qui ſta
tim paucis interiectis, ad plebem ſuã conuer-
ſus ait: noua quoq; ego annuncio: antequam
oriantur, audita vobis faciam. Cantate dño
canticũ nouũ: laus ei᷒ ab extremis terrę. Seq.
2. *Cantate dño, & benedicite nomini eius:*
*annunciate de die in diem ſalutare eius.*
1 paral 16.b Cantate dño iterum atq; iterum dico, tri-
no & vni Deo vero. cantate & benedicite Ie
ſu Chr̃i nomini dulci, & ſuaui, atq; humani ge
neris ſalutẽ redolenti. quippe quod ſaluato-
rem ſonat. annunciate per omne tempus ſalu
tem, quã operatus eſt in medio terræ. cantate
dño, & ſemper laus eius, veſtro reſonet in o-
re: benedicite nomini eius admirabili dicen-
Act.4.b. tes: nõ eſt in aliquo alio ſalus. nec enim aliud
nomen eſt ſub cęlo datum hominibus, in quo
oporteat nos ſaluos fieri. annunciate ſalutare
eus. ſit huius annunciationis vox, venit filius
Luc.19.b. hominis quærere & ſaluum facere quod pe-
rierat.
*Annunciate inter gentes gloriam eius: in*
*omnibus populis mirabila eius.* 3.
Sciant omnes gentes, nationes, & populi:
quanta & quam miranda Deus fecerit. quip-
pe qui pro hominibus factus eſt homo. annũ
tiate ſigillatim omnia: nihil eſt enim quod
mirabile non ſit, cedatq; in eius gloriã. noue
rint omnes aduentum eius: nõ ſolum iudæi,
quibus fuit ante in lege promiſſus: verũ etiã
omnes gentium populi, quibus extitit deſidẽ
ratus, fuitq; (iuxta alterius prophetæ vatici- Age.2.b.
nium) expectatio gentium. annũtiate mortẽ, Gen.49.b.
& ſepulturam, reſurrectionem, & aſcenſionẽ,
mirabile denique & altiſsimum illius conſi-
lium, vitam, doctrinã, opera: quæ omnia glo-
riam eius concernunt.
*Quoniam magnus dñs & laudabilis ni-* 4.
*mis: terribilis eſt ſuper omnes Deos.*
Eſt quidem omni laude digniſsimus, & ab
omnibus iure laudandus: qui omnium crea-
tor eſt, potentia et virtute magnus. Ideoque
ſuper omnes (quos ſuperat maieſtate) Deos
metuendus. annũtiate ergo gloriam eius: pręe
dicate in omnibus populis mirabilia eius: di
cite quam magnus ſit dominus, quam lauda-
bilis, quam terribilis. magnus potentia, lauda
bilis miſericordia & charitate: terribilis, iu-
ſtitiæ ſeueritate. quam magnus creator, lau-
dabilis redemptor, terribilis futurus iudex.
Sequitur.
*Quoniam omnes dij gentiũ demonia: dñs*
*autem cælos fecit.* 5.
Nempe illi quos deluſa gentilitas Deos
nuncupauit: quosq; ſacrilego & ſuperſtitioſo
cultu coluit vti Deos, demones vani erãt, ſed
ſuperbiſsimi, quos à cælo (ſuis exigentibus
meritis) deiecit dominus: ꝙ Deo optimo ma
ximo, domino & factori ſuo, temerario auſu
rebelles extitetint. nam cælos, & omnes cæ-
lorum, qui permanſerunt & qui ceciderunt,
ciues, fecit dominus. vtrique ſerui illius ſunt.
ſed illi boni: hi verò mali. illi adminiſtratorij
ſunt ſpiritus, in miniſterium miſsi, propter
eos qui hæreditatem capiunt ſalutis: hi autẽ Heb.1.d.
inuidi deluſores hominum ſunt, vt eos ad
perditionem ducant. Sequitur.
*Confeſsio & pulchritudo in cõſpectu eius:* 6.
*ſanctimonia & magnificencia in ſanctifi*
*catione eius.*
Dixit (vt potuit) diuinus vates, ſummi il-
lius regis magnitudinem, potentiamque, &
ſuper omnes alios maieſtatem quam inter
gentes annuntiari & prædicari iubet. nunc
domeſticorũ totiusq; domus ſuę decorẽ, or-
natũ, & (ſi dixerim) apparatũ, deſcribit dicẽs:
confeſsio

confeſsio & pulchritudo in conſpectu eius
&c.omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt
Pro.vlt c duplicibus ait ſapiens.non quidem nudi, pan
noſi,aut ſagati ſunt apparitores illius: qui cõ
Pſ.103. v.2 feſsionem & decorem cum Chriſto indue-
runt,& *amicti* ſunt lumine ſicut veſtimento,
nihil ſpurcum aut fœdum ibi,quod eius ocu
los offendat:ſed totum ſanctitas,totum mag
nificencia, quicquid in ſanctuario illius eſt.
ꝙ ſi ad huius peregrinationis ſanctuarium,
in quo Chriſtus inhabitare dignoſcitur, at-
tendatis: quid niſi peccatorum cõfeſsionem,
& laudem ſui nominis indeffeſſam, mentis
etiam puritatem,meritorum & gratiæ pul-
chritudinem,omnes deniq; in conſpectu eius
ſanctimoniam & magnificentiam inuenietis?
profectò talis regia: ſpecioſum pulchrum at
que decorum regem decet: vt ſint gloria &
diuitiæ in domo eius.quamobrem.

*Afferte domino patriæ gentium, afferte*
7. *domino gloriam & honorem: afferte dño*
*gloriam nomini eius.*

Ecce trina vos conuoco monitione gen-
tes:vt trino & vni(cui nomen,dominus De-
us eſt)interiorem & exteriorẽ,cordis & vo-
cis confeſsionem,per fidem,ſpem, & chari-
tatem, honoremq; illi debitum & gloriam
exhibeatis.hęc enim duo:ſola publicitate di
ſtare videntur.nam honor(vt quidam ait)eſt
in teſtimonium virtutis, etiamſi ſecreto ſit
exhibita reuerentia, ꝙ ſi publicè & palã fiat:
gloria etiam nuncupatur.cum ergo ſcriptum
ſit:corde creditur ad iuſtitiam:ore autem cõ
Rom.10.b. feſsio fit ad ſalutem.vos patrię gentium & fa
miliæ,afferte vtrunq; domino, honorem ſci-
licet illi corde credentes:& gloriam,publicè
ac libera voce fidem eius prædicantes,atque
nomen eius ſuperbenedictum & ſanctum, vi
ta & ſanctis moribus exaltantes, & illi quid
quid boni fuerit tribuentes.Sequitur.

8. *Tollite hoſtias, & introite in atria eius:*
*adorate dominum in atrio ſancto eius.*

Vos ipſos primum afferte & offerte dein-
Heb.11.a. de veſtra. ſic enim plurimam hoſtiam Abel
q̃ Cayn obtulit Deo,per quam teſtimonium
conſequutus eſt eſſe iuſtus,nam ſcriptum le-
gimus:reſpexit dominus ad Abel & ad mu-
Gen.4.a. nera eius:ad Cayn autem & ad munera eius
non reſpexit.hoc ideo quia Abel primum ſe
ipſum obtulit in ſimplicitate cordis: deinde
quam ſecum tulerat oblationem.profectò ac
ceptabiles ſunt Deo quæ ſic offeruntur ho-
ſtiæ. obſecro itaque vos fratres per miſeri-
Rom.12.a. cordiam Dei.(romanis ait Paulus) vt exhi-
beatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſan
ctam,Deo placentem,rationabile obſequium
veſtrum &c.has ſi detuleritis hoſtias: domũ
Dei(de qua in pſalm.titulo)ædificabitis poſt
captiuitatem.audite iam apoſtolorum ver-
ticem Petrum,vos id ipſum commonefacien
tem.vos ipſi (inquit) tanquam lapides viui, 1.Pet.2.b.
ſuperædificamini domos ſpirituales:in ſacer-
dotium ſanctum offerentes ſpiritales hoſtias
acceptabiles Deo, per Ieſum Chriſtum. &
ſtatim introite in atria domini, ſiue hæc ſiue
illa cæleſtia: magnalia domini contemplan-
tes.qui enim foras,& extra catholicam ec-
cleſiam extitiſtis hactenus:introite vel nunc
in atria eius,adorate dominum in atrio ſan-
cto eius:quandoquidem vos genus electum,
regale ſacerdotium,gens ſancta,populus ac-
quiſitionis,vt virtutes annuntietis eius qui
de tenebris vos vocauit in admirabile lumen
ſuum &c.introite(inquam)nolo enim vos ig
norare fratres myſterium hoc, vt non ſitis
vobis ipſis ſapientes(doctor gẽtium ait Pau- Rom.11.c.
lus)quòd cæcitas ex parte contigit in Iſra-
el,donec plenitudo gentium intraret, & ſic
omnis Iſrael ſaluus fieret. introite ergo, vi-
dete vocationem veſtram &c. nolite eam 1.Cor.1.c.
ſpernere,ſed magis ſatagite:vt per bona ope-
ra certam veſtram vocationem & electionẽ 2.pet.1.b.
faciatis.ſit igitur rei huius epilogus. tollite
rationabiles corporis ſimul & animæ veſtrę
hoſtias:& ſanctuario Dei ædificato, introite
in atria eius,& Chriſtum dominum adorate:
per ipſum ergo offeramus hoſtiã laudis ſem-
per Deo (ſubinfert in epiſtola ad Hebreos Heb.13.c.
Paulus)id eſt fructum labiorum confitentiũ
nomini eius. beneficentiæ autem & commu
nionis,nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs
promeretur Deus.Sequitur.

*Cõmoueatur à facie eius vniuerſa terra:*
*dicite in gentibus quia dñs regnauit.* 9.

Commoueantur omnes homines commo
tione bona in aduentu domini:timeant, quia
dominus eſt:diligant,quia pater: declinẽt à
malo,quia malorum vltor:& faciãt bonum,
quia bonorum præmiator. Commoueantur
homines terreni à corporali præſentia Chri-
ſti,vt fiant cęleſtes.dicite in gentibus (quo
magis timeant,erubeſcant, & conturbentur
vehementer,deſerantq; ydola muta quæ co-
luerunt hactenus) quia dominus regnauit.
ſubdantur vero regi. & relictis falſis: ve-
rum Deum adorent. dicite illis quod &
Theſſalonicenſibus Paulus: teſtificati ſu- 1.Theſ.2.c
mus, vt ambularetis dignè Deo, qui vo-
cabit vos in ſuum regnum & gloriam. Se-
quitur.

*Etenim*



10. *Etenim correxit orbem terræ, qui non cõ*
*mouebitur: iudicabit populos, in æqui-*
*tate.*

Quod præuidit propheta, in Chriſti ad
uentu futurum: eo quòd certum ſit, præ-
teritum & quaſi iam factum affirmat. hoc
vtique regium munus,& inter alia præcipuũ
eſt: vt corrigat ſibi ſubditos,& iudicet in æ-
quitate.quod nunc regi meſsię tribuit,dicẽs:
etenim correxit orbem terræ &c. eccleſiam
ſuam ſanctam conſtruxit, & ad perfectionis
metas reduxit,ita vt meritò orbis poſsit ad-
appellari.eam ab infidelitate correxit: corre
xit, & ad orthodoxam fidem direxit. dire-
xit, & in fide firmauit hunc orbem: adeòq;
firmauit, vt non commoueatur. ſtabilitus
eſt enim ſupra firmam veræ fidei petram: vt
ad finem vſque perduret. & iudicabit popu-
Eſa.11.a. los in æquitate:quia(ſicut in Eſaia de eo prę
nunciatum eſt)iudicabit in iuſtitia pauperes:
& arguet in æquitate, pro manſuetis terræ.
quòd iudicabit ergo populos,de vtroque iu
dicio intelligi poteſt: de occulto ſcilicet
(quod diſcretionis appellant) quo aliqui cõ
uertuntur ad fidem,alijs obduratis in infide-
litate ſua permanentibus: vel de futuro ma-
nifeſto,vltima iudicij die,quod iudicium vo
cant diſcuſsionis:quando æquiſsimus ille iu
dex reddet vnicuique iuxta opera ſua. Seq.
11. *Lætentur cæli & exultet terra,commo-*
*ueatur mare & plenitudo eius: gaudebũt*
*campi, & omnia quæ in eis ſunt.*

Nempe adueniente Chriſto,gauiſi ſunt cæ
li & terræ habitatores: quòd natus eſſet qui
iudicabit in nationibus, & angelorum imple
bit ruinas,quiq; ſaluum faciet populum ſuum
à peccatis eorum, & conquaſſabit capita in Pſ.109.v.7.
terra multorum.commotum eſt huius ſeculi
mare,ſemper æſtuans: gauiſi ſunt humiles,
per campi planiciẽ ſignificati:& omnia quæ
in eis ſunt, interiore quodam & exteriore
tripudio exultauerunt.lætati ſunt deniq; gen
tes rudes & barbaræ, de quibus ſequitur.

*Tunc exultabunt omnia ligna ſiluarum,* 12.
*à facie domini quia venit: quoniam venit*
*iudicare terram.*

Ligna ſiluarum agreſtia & inculta quales
gentes ſine lege,doctore,& doctrina: gaude
bunt(inquit pſaltes) à præſentia & prædica-
tione domini,audientes ꝙ iam venerit in car
ne: quòdq; venturus ſit ſecundo, vt iudicet
mundum,quod innuit dum ait:

*Iudicabit orbẽ terræ in æquitate: & po-*
*pulos in veritate ſua.* 13.

Vtrunque iudicium cõplecti videtur.non
enim eſt ꝙ quis conqueri poſsit,ꝙ hos, non
illos coronet:qui abſq; perſonarum acceptio
ne in veritate ſua iudicabit. ſit illi gloria ab
omni creatura Amen.

EPILOGVS PSALM. 95.

*Cantate domino canticum nouum:cantate domino omnis terra. Vos noui per gratiam,nouum re*
*demptionis canticum,per nouum hominem factæ,cantate:& ſuaui nomini eius benedicite, atq;*
*omni tempore prædicate ſalutem,quam operatus eſt:& inter gentes annuntiate gloriam eius,*
*& mirabilia narrate,quia ipſe magnus eſt,& dignus laude præ omnibus dijs. quãdoquidem dij*
*gentium demonia ſunt fœda:dñs autem pulcherrimus,qui cælos fecit:in cuius habitatione ſancta,nõ eſt*
*inuenire quod non redoleat laudem:totum quidem pulchrum ſanctũ, atq; magnificum eſt. quamobrem*
*uos familiæ gentium per orbem diffuſæ,afferte domino gloriam,diuinum honorem illi exhibentes, &*
*nomen eius ſummis laudibus exaltantes.ingredimini templum eius hoſtias deferentes:& ibi Deum cæ-*
*li & terræ adorantes.in aduentu illius,tota commoueatur terra.dicite inter gentes,quia dominus reg*
*nauit,iamq; princeps huius mundi eijcietur foras.etenim correxit orbem terræ,ydolis deditum,atq; ad*
Iaco 1.c. *ueri Dei cultum direxit: qui ſemper idem ipſe eſt,& apud quem non eſt tranſmutatio,nec uiciſsitudi-*
*nis obumbratio.Lætentur cæli & exultet terra,commoueatur mare,& plenituto eius:gaudeant cam-*
*pi,& omnia quæ in eis ſunt,quaſi geſtiant uenientis depromere gloriam,& commune gaudium ſignifi*
*care.porro gaudebunt tũc & exultabunt omnia ligna ſiluarum agreſtia ante & inculta cum audierint*
*ueniſſe dominum in carnis humilitate,denuòq; uenturum:ut terram iudicet in maieſtate.iudicabit utiq;*
*orbem terræ,in æquitate:& populos in ueritate ſua.quem aduentum deſcribam,graphicèq; depingam:*
*uos omnes arrigite aures.*

PSALM. 96.

***Dominus regnauit,exultet terra:læ***
***tentur inſulæ multæ.***

Huic etiam nullus eſt titulus apud He-
breos:apud nos verò talis inſcribitur:pſal. ip
ſi Dauid, quando terra eius reſtituta eſt ei.
hiſtoriam illam videtur tangere titulus,quan
do Dauid rex perſequutionem paſſus ab Ab- 2.Reg.17
ſalone filio ſuo,ciuitatem Ieruſalem deſerens
aufugit:

aufugit:quam poſtea Abſalone perẽpto recu
perauit.in quo facto,reſurrectionem Chriſti
futuram,Dauid ſanctus,in ſpiritu præuidẽs:
(per quam terra proprij corporis , quam
verè moriens anima eius reliquerat in ſepul-
chro,ipſi rediuiuo ac de morte triumphanti
reſtituta eſt)hunc pſalmũ compoſuit ad Chri
gloriam reſurgentis.vel(quod verius arbitra
mur)ad gloriam Chri iudicis ſecundo venien
tis:tunc enim omnia illi plenè ſubdentur , vt
Heb.2.b. hebreis apoſtolus ait.qui & ſi ab homine per
ſequutus,& iniquè iudicatus eſt: venturus eſt
tamẽ cum gloria & maieſtate iudicaturus or
bem,niſi fortè terræ reſtitutæ, & reſtauratæ
homine, quos de tyrãnica diaboli poteſtate
redemptos Chriſtus recuperauit,accipere ve
Pſ.8.ve.7. lis.ait ergo : dñs regnauit, exultet terra &c.
exultet iam Chriſti caro , q̃ ſurrexit à morte
Chriſtus:& in cælum euecta ſit,ad dexteram
Dei collocata:obidq́; lætentur in ſpe reſurre
ctionis reliquæ omnes quæ velut inſulæ, in
huius ſeculi ſalo ſunt:illæ maximè quæ Chri-
ſto dño iam regnanti,fide,ſpe & charitate ad
hæſerunt:quæ & multæ ſunt.audiãt apoſtolũ
1.Cor.15.d. dicentem:Chriſtus reſurrexit à mortuis pri-
mitiæ dormientiũ:q̃nquidem per hominem
mors,& per hominẽ reſurrectio mortuorũ:
& ſicut in Adam omnes moriuntur , ita & in
Chriſto omnes viuificabũtur:vnus quiſq; aũt
in ſuo ordine , primitiæ Chrs. deinde hi qui
ſunt Chriſti,qui in aduentũ eius crediderũt:
deinde finis,quũ tradiderit regnũ Deo & pa
tri.oportet aũt illum regnare : donec ponat
omnes inimicos ſub pedibus eius.ecce Chrs,
qui in cruce moriens ,regnauit à ligno:quiq;
Mat. vlt.d. reſurgens ait:data eſt mihi omnis poteſtas in
cælo & in terra,iam regnat in orbe. exultet
igitur vniuerſalis eccleſia eius ſponſa in hoc
ſolo degens:lætentur & particulares,ex qui-
bus catholica & ſancta conſtituitur vna. quę
obid inſulæ appellãtur:q̃ in medio maris po
ſitæ,immobiles ipſæ, vndequaquè impetun-
tur fluctibus, nec vincuntur. exultent deni-
que,q̃ rex ipſe,qui conſtitutus eſt à patre iu
Acto.10 g. dex viuorũ & mortuorũ,ſic iudicaturus ad-
ueniet.
2. *Nubes & caligo in circuitu eius: iuſtitia*
*& iudicium correctio ſedis eius.*
In nubibus veniet dñs:ſicuti in nubibus cę
lum aſcendit.veniet etiam in lucida nube car
nis ſuæ,ſub qua diuinitas deliteſcit.veniet e-
tiam rationalium nubium, quæ olim imbri-
bus ſalutaribus irrigarunt orbem,apoſtolorũ
ſuorum magna ſtipante caterua: iudexq́; ipſe
quaſi in nube lucida iuſtis:impijs verò(qui lu
cem ante ſpreuerũt)in tremenda caligine ap
parebit.quia & ſanctorũ fideliũ atque creden
tium nubibus,iudicium illius ſpectantibus:&
caliginoſis atque obtenebratis impijs, valla-
tus erit.ita vt nubes & caligo in circuitu ei⁹
ſint.at ſedis eius iudiciariæ ſtabilitas & fun-
damentum, ac ſolij & throni illius firmamẽ
tũ & baſes, iuſtitia & iudicium erit.horũ qui
dem vtrunque rectum : ideo ſedis eius cor-
rectio , & totius rectitudinis reductio nun-
cupatur,à qua nulli appellare licebit. Sequi-
tur.
*Ignis ante ipſum præcedet: & inflamma* 3.
*bit in circuitu inimicos eius.*
Hic ignis conflagrationis eſt : quo vtique
mundi huius facies comburetur,vt velut qua
dã purificatione totus innouetur; ſicuti pur-
gari ſolet aurum vel argentum. qui etiã præ
cedens , terrorem magnum incutiet impijs
primum,& horrorem:deinde ſententia lata,
eos totos per circuitum inuoluens inflamma
bit,deducetq́; ſimul vti inimicos Dei in tar-
tarea loca,eternis ignibus cruciandos,ſic etiã
alibi dictum eſt: ignis in conſpectu eius exar Pſ.49.ve.4
deſcet , & in circuitu eius tempeſtas valida.
Sequitur.
*Alluxerunt Fulgura eius orbi terræ: vi* 4.
*dit, & commota eſt terra.*
Alluxerunt quidem prius,comminationũ
atq; euangelicæ prædicationis fulgura.alluxe
runt etiam miraculorum & diuinarum ope
rationũ corruſcationes,in primo Chriſti ad-
uentu:ſicut ignis dilectionis,& charitatis in-
cendium ante ipſum præceſsit:de quo Chri-
ſtus ait:ignem veni mittere in terram:& quid Luc.12.f.
volo niſi vt accendatur?hoc autem vt ſic ac-
cenſi & inflammati inimici: ex charitatis ar-
dore in amicos conuerterentur. cum autem
ſeuerißimus ille qui venturus eſt iudex, ſecũ
dò aduenerit:alterius ignis fulgura, horrida
quidem ac terribilia, & peregrinæ quædam
in aere apparebunt impreſsiones : ſicut in Mat 24b.
euangelio legimus:quæ omnia cum viderint
terreni homines , & terrenis duntaxat hæ- Luc.21.c.
rentes:commouebuntur velut quodam hor-
ripilio affecti:qui commotione bona nolue-
runt antea commoueri.Sequitur.
*Montes ſicut cera fluxerunt à facie dñi:*
*à facie dñi omnis terra.*
vel ſicut alij codices habent : à facie do-
mini omnis terræ. fluxerunt ante ſuperbien
tes à præſentia domini venientis in humi-
litate : & facti ſunt humiles ſub fidei Chriſti
iugo.fluent etiam nedum mõtes excelſi atq;
ſupbi:ſed & oẽs terreni,corde & cogitatione
in terra rẽptãtes:non ſecus,ac cera liquefieri
&



& deffluere ſolet ad prȩſentiam ignis,quãuis
hoc etiã de materialibus montibus intelligi
queat , qui adeò terræmotu maximo qua-
tient: vt à ſuo culmine,montiũ cacumina(dũ
cadunt) quaſi cera deffluere videantur. Seq.
*Annuntiauerunt cæli iuſtitiam eius: et*
6. *viderunt omnes populi gloriam eius.*
Vide quàm in vtroq; aduentu, ferè in om
nibus ſeruatur ſimilitudo. annuntiauerunt o
lim Chriſtum venientem in carne, & cæli &
cȩlici ciues:ij quidem paſtoribus,illi Magis.
Luc.2.b. annuntiauerunt apoſtoli,(qui & cæli vocan-
Mat.2.a. tur)iuſtitiam eius:& omnes populi viderunt
gloriam eius. tunc etiam annuntiabunt cæli
Pſ.18.ve.1. & virtutes cælorum venientem iudicem: &
Mat.24.c. & iuſtitiam eius.ſcriptum eſt enim:q̃ omnes
tribus terræ tunc videbunt filium hominis
venientem in nubibus cæli cũ virtute multa
& maieſtate:& mittet angelos ſuos cum tu-
ba & voce magna , & congregabunt electos
eius à quatuor ventis &c.quamobrẽ inquit.
7. *Confundãtur omnes qui adorant ſculpti-*
*lia: & qui gloriãtur in ſimulachris ſuis.*
Confundantur nunc qui relicto Chriſto
vero Deo;honorem illi debitum,ſimulachris
ſuis,(immò demonijs mendacibus in quibus
gloriantur)impendunt.cõfundantur(inquã)
& conuertantur, nunc auerſi:ne tunc quum
non ſit conuerſioni locus, confundantur in
glorij,& in æternũ peruerſi.Sequitur.
*Adorate eum omnes angeli eius : audi*
8. *uit, & lætata eſt Syon.*
Confundantur iniqui ydolatræ & inſipien
tes:q̃ ſculptilia,opera quidem manus homi-
num,adorent:cum ſancti angeli(qui homini-
bus digniores ſunt natura ) ex Dei iuſsione
Chriſtum adorent,in ea quæ ad Hebreos eſt
Heb.1.b. epiſtola dicente Paulo.& cum iterum intro
ducit primogenitum in orbem terrȩ dicit:&
adorent eum omnes angeli eius.iterumq; ait:
vt ſecundum illius ſignet aduentum. confun
dantur (inquam) q̃ cum poſt Chriſti aduen-
tum,in reuerentiam naturæ aſſumptæ, boni
angeli non permittant ſe ab hominibus ado-
rari:ipſi tamen ſuperbientes angelos qui è cȩ
lo ceciderunt adorare non vereantur.vos er
go angeli ſiue cherubin & ſeraphin cæteriq;
omnes quouis nomine,ordine, aut dignitate
pollentes:iam venientem iterumq́; vẽturum
adorate Chriſtum.audiuit hoc ſponſa eius ec
cleſia,q̃ qui venit in infirmitate & humilita
te carnis:venturus ſit vt iudicet in maieſtate
quòdq́; adoratus ſit ab angelis & adorãdus.
quo audito ex fide,lætata eſt.quia quod im-
pijs confuſio,erit lætitia iuſtis. Sequitur.
9. *Et exultauerunt filiæ iudæ:propter iudi*
*cia tua domine.*
Exultauerunt & exultabunt animæ confi-
tetes tibi: & quæ fidem tuam dñe profeſſæ
ſunt,exultabunt propter iudicia tua vera,iu-
ſtificata in ſemetipſa, deſiderabilia ſuper au- Pſ.18.v.10.
rum & lapidem precioſum multum; & dul-
tiora ſuper mel & fauum : quibus hos voca-
ſti,illos verò repuliſti; & quibus bonis bona,
malis mala iuſtè tribues in futurum. hæc pri
ma exultationis ratio,ſit ſecunda:
*Quoniam tu dñs altiſsimus ſuper omnem* 10.
*terrã : nimis exaltatus es ſuper oẽs deos.*
Ideo exultauerunt filiæ iudȩ:quia tu altiſ-
ſimus,& altiſsimi filius exaltatus es ſup oẽm
teram:& ſupor omnes Deos. adeò enim exal
tatus es:vt qui ſecundùm diuinam naturã cõ
ſubſtãtialis,coæternus & coæqualis es patri:
ſecundùm eam quam aſſumpſiſti humanã, in
qua minor es patre,nimis ſuper oẽm creatu-
rã exaltatus ſis.iure quidem,quia factus obe
diens nimis,& vſq; ad mortẽ crucis deſcendi
ſti,propter quod,& Deus exaltauit illũ ( ait
Paulus)& donauit illi nomen quod eſt ſuper Phi.2.
omne nomen &c.& in epiſtola ad Hebreos,
eandẽ exaltationem explicans:purgationem
(inquit)peccatorũ faciẽs:ſedet ad dexteram Heb.1.a.
maieſtatis eius in excelſis:tanto melior ange
lis effectus,quanto differẽtius præ illis nomẽ
hæreditauit &c.benè igiẽ ait pſaltes : tu dñs
altiſsimus ſuper oẽm terrã:excellis perfectiſsi
mè & ſupra modũ,virtute,potentia,& maie-
ſtate,ipſaq; rectè iudicãdi peritia, ſiue hoĩes,
ſiue demones,ſiue angelos,& oẽs deniq; noĩe
& participatione deos,ad quos legis præcep Exo.22.b.
to,hoĩum iudicia pertinere noſcũtur.Sequiẽ.
*Qui diligitis dñm,odite malũ,cuſtodit do* 11.
*minus animas ſanctorũ ſuorũ : de manu*
*peccatoris liberauit eos.*
Ex prioribus enarratis:ſermonẽ ſuũ pphe
ta ſanctus ad ſanctos cõuertit:eos pia exhor
tatione ad bonũ corroborãs.audiſtis(inquit)
de regnãte iã rege,de ipſoq́;vẽturo iudice mi
randa intellexiſtis.vos ergo q̃ diligitis dñm,
quiq;(vt Paulus ait)diligitis aduẽtũ eius:odi 2.Thi.4.b
te malũ culpæ:quod vere ſimpliciter & abſo
lute malũ eſt,nullã pĩſus rationem boni cõti
nẽs, vti malũ pœnæ,quod nõnihil boni hẽt
admixtũ.illud igiẽ teterrimũ culpæ,ſemp&
pſeueranter odite malũ, quod cũ dilectione
Dei ſup oĩa,ex diametro pugnat.nec eſt q̃
malorũ oĩum ingruentiũ timeatis quicq̃, ip-
ſam vè diaboli poteſtatẽ:cũ ſemper adſit ſan-
ctorum ſuorum cuſtos dñs,qui veſtras(quas
ſui cruoris precio redemit animas) vigilãter
cuſtodiet, eruetq; vos totos à tyrannide &
ſathanica poteſtate.Ecce iam.

12. *Lux orta eſt iuſto: et rectis corde lætitia.*
Ioan.1.a. Lux illa vera (cuius meminit in euangelio
Ioa. 11.b. Ioãnes) iam orta eſt homini iuſto. clara dies
illuxit: ſi quis ambulauerit in die, vt iſdẽ ait,
non offendit quia lucem huius mũdi videt:
lux mundi & ſol iuſtitiæ Chriſtus, in cuius
lumine iuſtus ambulet, quem imitetur, cuius
exempla ſequatur, iam ortus eſt iuſto, ſicut
per prophetam ſuum ante promiſerat Deus
Malac.4.b dicens: orietur vobis timentibus nomẽ meũ,
ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius. non ſic
inſipientibus & iniuſtis, qui ſicut in ſapien
tiæ libro legimus) intra ſe gemẽtes dixerũt:
Sap.5 b. ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lu
men non luxit nobis, & ſol intelligentiæ nõ
1.Ioan.1.c. eſt ortus nobis &c. ꝙ ſi Deus qui lux eſt, &
tenebræ in eo non ſunt vllæ, iam ortus eſt iu
ſto factus homo: vos iuſti odite tenebras: o
dite malum, & in bono lætãtes perſeuerate.
nam is ipſe qui lux orta eſt iuſto: perpetua
erit rectis corde lætitia, ſicut apud Eſaiam
ſcriptum eſt: lætitia ſempiterna ſuper capita Eſa.51
eorum, gaudium & lætitiam tenebunt. Seq.
*Lætamini iuſti in dño: & confitemini*
*memoriæ ſanctificationis eius.* 13.
Si quando vos in hoc ſeculo cõtriſtari cõ
tigit ſancti & iuſti: ecce triſtitia vr̃a in gau
dium verſa eſt. lætamini ergo in dño. an nõ
ipſum audiſtis dicentem: in mundo preſurã Ioan.16.g
habebitis: ſed confidite, ego vici mundum?
lætamini ergo in dño veniente, iudicante, ac
vos ipſos benedicente, & ſanctificante. con
fitemini ſancto ſanctorum, vberrimas & in
exhauſtas illi gratias agite, ꝙ memor veſtri
fuerit, vt ſanctos vos efficeret ipſe ſanctus,
æternaq; vos bearet in gloria, quã nobis etiã
cõferre dignetur rex ipſe Chriſtus, qui cum
patre & ſpiritu ſancto, per infinita ſecula re
gnat Amen.

EPILOGVS PSALM. 96.

*DOminus regnauit exultet terra, lætentur inſulæ multæ. ſicut mors, bonis bona, malis mala: ita Chriſti aduentus ad iudicium, & bonis lætitiæ cauſa, & malis mœroris occaſio atq; triſtitiæ erit. ueniet tamen, & nubes & caligo in circuitu eius, quo iuſtis uiſu delectabilis appareat, horribilisq; iniuſtis atq; tremendus. erit quidem iuſtitia & iudicium, pro iudiciaria ſede. nec enim tunc erga reprobos miſericordiæ locus erit, qui tranſacto miſerendi tẽpore abuſi ſunt. ignis etiã ante ipſum præcedet, qui inflammabit in circuitu inimicos eius, & mundi ſuppellectilem diuitiasq; rediget in fauillam. tunc ſequentur fulgura, & contremiſcet terra, & cadent montes quaſi cera fluentes, tunc etiam angeli clangentes tuba, aduentum iudicis prænuntiabunt: uidebuntq; populi gloriam uenientis. tunc confundentur ydolatræ omnes, & angeli filiũ hominis uti dñm adorabunt. audiuit ſpõſa eius eccleſia glorioſum eius aduentum, & læta eſt, q, ſortita ſit ſponſum tanta gloria decoratum: fidelesq; animæ, quæ te Chriſtum Dei uiui filium confeſſæ ſunt, exultabunt propter iudicia tua dñe. ueniſti prius Deus humillimus in carne: nunc autem altiſſimus, potentatus omnes ſuperans maieſtate. eia ergo uos qui diligitis dñm, & expectatis aduentum eius, odite malum culpæ ex arbitrio: ipſe enim ſimul adiuuans gratia cuſtodit animas ſanctorum ſuorum, & de poteſtate diaboli liberabit. ecce lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia ipſam igitur amplexamini, ipſam aprehendite. lætamini etiã iuſti in dño, & confitemini memoriæ ſanctitatis eius, qui nos ſanctos effecit, & gloria coronauit. memẽtote mirabilium eius, illius maximè, quo nos ab æterna morte redemit.*

PSALMVS 97.

*CAntate dño canticum nouũ: quia*
*mirabilia fecit.*
Cui titulus eſt: pſ Dauid, ſatis ſupe
rius elucidatus. Huius pſalmi eadem eſt, quę
& præcedenti materia. Cantate (inquit) dño
cãticum nouum &c. nempe ad Dei laudem
inuitat, pro duplici Chriſti aduentu, & mira
bilibus in vtroq; actis. ecce nouus factus eſt
Dan 7.b. homo æternus Deus. & apud Danielem anti
quus ille dierum, cuius veſtimentum candi
dum quaſi nix, & capilli capitis eius quaſi la
na munda, iam in tempore de fœmina natus
eſt. quia ſicut per prophetam ſuum promiſe
Hier 31.e rat: creauit dñs nouum ſuper terram, fœmi
na circundabit virum. nec enim eſt hac noui
tate rarius, vt qui ex patre ſine matre Deus,
ſit ex matre ſine patre homo. quãobrẽ huic
domino nouum cantate canticum, vos qui
induiſtis nouũ hominem. ſi qua ergo in Chri Ephe.4.f.
ſto noua creatura, vetera tranſierunt, ecce fa 2.Cor.5.d.
cta ſunt omnia noua: cantate illi canticũ no
uum. iam nolite canere canticum vetus, can
tate nouum: quia vt innouaretur homo, mi
rabilia fecit Deus. ita ipſe per Eſaiã dixerat: Eſa.43.c
ne memineritis priorum (inquit) & antiqua
ne intueamini. ecce ego facio noua, & nunc
orĩetur, vtiq; cognoſcetis ea. Sequitur.
*Saluauit ſibi dextera eius: & brachium*
*ſanctum eius.* 2.
Hoc mirabile mirabilium omnium contẽ
tiuum, ꝙ dextera patris & brachium ſanctũ
eius (qui Chriſtus eſt) benignè, potenter &
ſapienter, ſibi ſaluum fecerit orbẽ. quoniam
quidem Deus erat in Chriſto mundum recõ
ciliãs ſibi, non imputans illis delicta ipſorũ,
vt ait apoſtolus. & ideo dextera, de qua Da 2.Cor.5.d
uid



Pſ.117.v.16 uid ſanctus: dextera dñi fecit virtutẽ, dexte
ra dñi exaltauit me: dextera dñi fecit virtu
tem. At quia iuxta Eſaiæ verbũ) induit forti
tudinẽ, & conſurgens (ſicut in dieb. antiquis,
in generationib' ſeculorũ) percuſsit ſuperbũ,
vulnerauit drachonẽ: ideo brachiũ dñi apella
tur. Mirabile dictũ, & mirabili' factũ: hęc de
xtera, idq; brachiũ, ſaluauit ſibi humanũ quod
periẽrat gen'. Nã hæc potior aduetus ſui cau
ſa, hæc incarnationis ratio. ſicut Chrs ipe ait:
Mat.18.b. Luc.19.b. venit fili' hoĩs quærere & ſaluũ facere quod
perierat. ſaluũ (inquã) fecit hominẽ pro ſuo
Eſa.53.c. miſericordi beneplacito, oblatus quia ipe vo
luit. & ſolus, non ab altero adiut', ſed ſola ſua
interueniente potẽtia, ſalutem mũdi operat'
eſt. qui gradiens in multitudine fortitudinis
ſuæ, propugnator ad ſaluandũ (vt apud Eſa
Eſa.63.c. iam ipemet loquens inducit) torcular paſsio
nis ſuę calcauit ſolus. Eia ergo cãtare dño cã
ticũ nouũ fideles oẽs: quia mirabilia fecit, ſal
uauit ſibi dextera eius. Cantate illi ſi charitas
Chr̃i vrget vos, æſtimãtes hoc cum apoſtolo
2.Cor.5.c. ei' Paulo: qm̃ ſi vnus pro oĩbus mortuus eſt,
ergo oẽs mortui ſunt, in Adã ſ. morte pecca
ti: alias aũt non pro oĩbus mortu' eſſet. Et ꝑ
oĩbus mortuus eſt Chrs, vt qui viuunt, iã non
ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt
& reſurrexit. Cuius rei gratia, ſibi ipſi non al
teri ſaluaſſe dictus eſt. Sequitur.
3. *Notum fecit dñs ſalutare ſuum: in conſpe*
*ctu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam.*
Hoc etiã mirabile fuit, ꝙ ſalutẽ quã opera
tus eſt: Iudęis, Grecis, ac barbaris, atq; toti de
niq; orbi paucorũ hominũ humiliũ prædica
tione, nõ in ſublimate ſermonis, aut in doctis
1.Cor.2.a. humanæ ſapiẽtiæ verbis: ſed in doctrina ſpi
ritus, notã fecit dñs, & quã iuſtè mundũ re
demerit reuelauit. propalauit etiã Chr̃m ſuũ
qui fact' eſt nobis ſapiẽtia à Deo, & iuſtitia,
1.Cor.1.d. & ſanctificatio & redẽptio. his quidẽ & ſimi
libus nominib' noĩatur: vt qui notus in iudęa
Deus: iam in carne veniẽs, iudęis & gentibus
eſſet notus. An iudæorũ deus tantum, iſdẽ ait
Rom.3.d. Paulus? none & gentiũ? immò & gentium. qm̃
quidem vnus eſt Deus, qui iuſtificat circun
ciſionem ex fide, & præputium per fidẽ: hoc
eſt iudæos atq; gentiles. Sequitur.
4 *Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ: & ve*
*ritatis ſuæ domui Iſrael.*
Chr̃i incarnatio viſa eſt hoĩbus: promiſſę
miſericordiæ recordatio, & diuinæ veritatis
fidelis obſeruatio. tũc quidem mĩæ obliuiſci
dicitur Deus (vt ſecundũ hoĩem loquamur)
quando effectum miſericordiæ (qui eſt miſe
rias tollere: aut differt, aut non oſtendit aper
te. quũ aũt miſero ſubuenit manifeſte, tũc mi
ſericordiæ dicitur recordari. Abſit, vt aliter
is cui ſunt oĩa ob oculos nuda & aperta, ſunt Heb.4.c.
que præterita & futura ſemper præſentia, o
bliuiſci, aut rei oblitæ recordari dicatur vn
quã. tunc igitur recordari dicitur promiſſæ
olim patribus miſericordiæ: quia vbi venit
plenitudo tẽporis (vt Paulus ait) miſit Deus Gal.4.a.
filium ſuum factum ex muliere, factũ ſub le
ge: vt eos qui ſub lege erãt redimeret, vt ado
ptionem filiorũ reciperemus. huius mĩæ futu
ræ, & diuinæ veritatis adimplẽdę, Dauid ſan
ctus ſpe certa fulctus aiebat: nũquid obliuiſcẽ Pſ.76.ve.9
tur miſereri deus: aut cõtinebit in ira ſua, mi
ſericordias ſuas? Et reſpõdet fœliciſsima filia
er', ſua ex ꝓgenie & ſtirpe nata Maria: ſuſce Luc.1.e.
pit Iſrael puerũ ſuũ: recordatus mĩæ ſuæ, ſi
cut loquut' eſt ad pr̃es nr̃os. Et Zacharias re
pletus ſpũ ſancto, bñdictus (ait) dñs de' Iſrael:
quia viſitauit & fecit redẽptionẽ plebis ſuæ,
ad faciẽdã vtiq; mĩam cũ prib' nr̃is, & memo
rari teſtamẽti ſui ſancti. Idq; aperti' (ĩ ea quæ
ad Romanos eſt epiſtola) explicat Paulus, vt
vtrũq; populũ, & mĩam quę ex ꝓmiſsione eſt
(quã veritatẽ noĩat) & alterã, quę ex ſolo be
neplacito, cõplectat. dico aũt (ait ipe) Chr̃m Rom.15.b.
ieſum miniſtrũ fuiſſe circũciſionis hoc eſt iu
deorũ (eſt enĩ id ſolitum ſcripturę ydioma)
ꝓpter veritatẽ Dei, ad cõfirmandas ꝓmiſſio
nes patrũ, gẽtes aũt ſup mĩa honorare Deũ, ſi
cut ſcriptũ eſt: ꝓpterea cõfitebor tibi in gẽti
b' dñe, & nomini tuo cãtabo, &c. Cãtate igit
illi hoc cãticum nouũ (ꝙ mirabiliũ oĩum cõ
pendium continet) & mecum vnà dicite.
*Viderũt oẽs fines terræ: ſalutare dei nr̃i.* 5.
Viderũt & fide perceperũt, ſalutẽ & ſalua
torẽ: illi oẽs, ad quos apoſtolorũ ꝑdicatio ꝑ
uenit. quorũ in oẽm terrã exiuit ſonus: & in
fines orbis terræ verba eorũ. ſic enĩ ꝑ Eſaiam Pſ.18.v.4 Rom.10.d.
fuerat ante prænũciatũ. parauit dñs (inquit) Eſai.52.c.
brachiũ ſuũ, in oculis oĩum gentium: & vide
bũt oẽs fines terræ ſalutare Dei nr̃i. Id etiam
mirabile eſt, ꝙ gentium populi tam longè po
ſiti, fide viderint: quod multi qui prope erãt,
attendere nolerunt. Sequitur.
*Iubilate Deo oĩs terra: cantate & exul* 6.
*tate & pſallite.*
Oẽs terræ habitatores iubilate interiore
mẽtis gaudio, cãtate ore, exultate geſtu cor
poris, & pſallite cõcordi harmonia: cordi ſi
mul & voci, manuũ opera cõnectẽtes. Expri
mite pro viribus, nedum gutture, & cordis af
fectu: ſed & opere ſimul, mentis iubilum de
tanto bono conceptum.
*Pſallite dño in cithara, in cithara & vo* 7.
*ce pſalmi: in tubis ductilibus, & voce tu*
*bæ corneæ.*

Ec Quid

Quid ſibi volūt(rogo)hæc muſica(in laudē
Chri venietis)ſic cōiūcta inſtrumēta?Nō exi
gua quidē nouim⁹ hic myſteria cōtineri:ſi ci
tharā intuearis,quæ cōcauum & ſonū in infe
riore parte habet:nō ineptè humanā nīam in
Chro,infirmā humileq; naturam intelliges.Si
aūt ad pſalteriū attēdas,cui cōcauum & ſonus
à parte ſuperiore eſt:diuinā in eo naturā con
tēplari licebit:vel ſi tibi hoc magis arridet:
in pſalterio humanitatē Verbo vnitā dūtaxat
cōſidera, quæ ab eodē vate cōiunctim pſalte
Pſ.56.ve.11 rium & cithara alibi apellat.exurge(ait)glo=
ria mea,exurge pſalteriū & cithara.Ideo pſal
teriū:ꝙ mirabilia atq; diuina fecerit in carne
dn̄s.Ecce ad eius nutū cæci vidēt, claudi am-
Mat.11.a. bulāt,leproſi mundātur,ſurdi audiūt,mortui
reſurgunt,& (ꝙ his oībus nō minus eſt)pau=
peres euangelizant,quibus & notū fecit dn̄s
ſalutare ſuū,& reuelauit iuſtitiā ſuā.ideo ve-
rò cithara:ꝙ eſurierit,ſitiuerit,& laſſatus ex
itinere iuxta puteū ſederit:ꝙ deniq; tētus, ir
riſus,cōſputus,ceſſus,poſtremoq́;crucifixus,
mortuus,& ſepultus.quia ergo hæc duo,hoc
eſt paſsiones Chri in carne, ſimulq; gloriā in
maieſtate,atq; ipm Deū & hoīem pariter cō-
fitemur,æquū eſt illum in vtraq; natura lau-
dare.Et in his quæ ad nos veniēs,ī carne pro
pter nos ꝑpeſſus eſt homo: & in his quæ in-
ter nos,glorioſa,diuina,& admirāda,fecit e=
tiam ipe Deus,pſallere illi.vtrunq; ergo ca-
nētes infimū & ſublime:vos oēs redēpti;pſal
lite dn̄o ī cithara & voce pſalmi.pſallite etiā
in tubis ductilibus,ea quæ ad veri hoīs infir=
mitatē ꝑtinent:& voce tubæ corneæ & altiſ
ſonātis,quæ etiā veri hoīs gloriam, & diuinæ
maieſtatis excellentiā cōcernūt & dignitatē.
Sunt qui moraliter hūc locū exponūt, per tu
bas ductiles,illos intelligētes,qui dum tribu
lationū ictibus quaſi maleo tundunt:ꝓficien
tes in Dei laudē erūpunt. quales fuerūt Iob,
Thobias,Paulus.Per tubas verò corneas,illos
etiā accipiētes:qui viuētes in carne,nō ſecun
dùm carnē ambulāt.Et quāuis de carne orian
tur,carnē tñ vti cornua ſuperāt & excellunt.
Colo.3,a. Nō carnalia cogitātes et ſapiētes, aut quæ ſu
per terrā:ſed quæ ſurſum ſunt quærētes.Pro
fectò cornea tuba erat Paulus, qui de ſe aie=
1.Cor.10.a bat:in carne enim ambulamus, nō tamen ſe=
cundùm carnem militamus. nā arma militiæ
Phi.3.d. noſtræ,nō carnalia ſunt,ſed potētia deo, &c.
Iterumq; noſtra enim conuerſatio in cælis
eſt.Sequitur.

8 *Iubilate in conſpectu regis domini,mouea*
*tur mare & plenitudo eius: orbis terra*
*rum,& qui habitant in eo.*

Hic duplex poterit eſſe ſenſus. quorum
prior: vos homines quos hoc negotium tan=
git,iubilate regi domino venienti, ſic vt illi
ſoli placeatis,velit nolit mundus, ſiue huius
rei cauſa,in vos moueatur tempeſtuoſum hu
ius ſeculi mare et plenitudo eius, ſiue orbis
terrarum et qui habitant in eo inſurgāt,quaſi
vos obruere velint:nolite ab interiore & ex
teriore cultu, eiuſq; laudibus & ſui nominis
prædicatione deſiſtere. Moueatur mare to-
tusq; moueatur orbis,& in vos quan tumuis
ſeuiant rugientes:vos in conſpectu eius ſem-
per ſtabiles & immobiles in iubilo permane-
te.ſit ſenſus alter:vos homines,animæ & cor
poris vires totosq; affectus in regem Chri-
ſtum dirigite, congratulamini illi venienti
atq; regnanti, vtq; terreſtria omnia ſint vo-
bis adiumento, commoueatur mare, & ſuo
ſtrepitu ac fragore,illi diē feſtum agat.Ouet
inſuper vniuerſus orbis:nec ſit qui non con-
gaudeat illi.

*Flumina plaudent manu, ſimul montes* 9.
*exultabunt à conſpectu domini: quoniam*
*venit iudicare terram.*

Nec enim flumina,cōmunis huius lætitiæ
expertia erunt: plaudent quidem quaſi ma=
nu,fluctuum decurrentium colliſione: quan-
doquidem ij qui fide, gratia, ſapientia, cæte
riſq; donis, ita redundabunt in Chriſtum cre
dentes:ꝙ ſicut dicit ſcriptura,flumina de vē- Io. 7. f.
tre eorum fluent aquæ viuæ: quales fuerunt 2.para.16.c
apoſtoli,ſeſe heroicis operibus exercentes in
Chriſti honorem, illiq; gloriam tribuentes:
qui eusq; gaudebant, vt dum perſequutionē
patiebantur,quaſi plaudere manibus videbā=
tur.Sic enim in eorum actis legimus: Ibant Acto.5.e.q.
apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij: ꝙ
digni habiti eſſent pro nomine Ieſu contume
liam pati.Montes etiam illi, vita omniq; per=
fectione ſublimes, exultabunt, quoniam ve-
nit dominus,electos diſcernere,& per gratiā
ſuam vocare:qui & veniet oues ab hedis iudi
cio diſcuſsionis ſegregare.de quo ſequitur.

*Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia: &* 10.
*populos in æquitate.*

Rex ipſe Chriſtus venturus iudex, totum
iudicabit orbem abſq; vlla perſonarum ac-
ceptione.gaudeant igitur iuſti, & contremi=
ſcant impij: quia iuſtiſsimus eſt iudex, & in
æquitate iuſtitiæ, & iuſtitia æquitatis iudi=
cabit, reddens vnicuiq; vicem pro meritis:
vtiq; reprobis damnationem, & iuſtis glo-
riam,quā nobis impertiri dignetur, qui cum
patre & ſpiritu ſancto per infinita ſeculorum
ſecula regnat.Amen.

Cantate



EPILOGVS PSALM. 99.

*CANTATE domino canticum nouum,quia mirabilia fecit. quid mirabilius (obſecro)*
*vnquamq; Deus propter hoīem fieret homo? ſaluauit quidem hoīem dextera eius, & ſan*
*ctum fortiſsimum ac potentiſſimum brachium eius. hoc ſalutare ſuum notum fecit dn̄s*
*iudæis & gentibus,omni deniq; nationi:ita,q uiderunt oēs fines terræ, ſalutare Dei no*
*ſtri.Ideo iubilate Deo oēs qui habitatis terrā,cātate, exultate & pſallite, ne uideamini*
*ingrati.Adſit inſtrumentorū omnis generis ſonus,ſit cōcentus & harmonia:orbis terræ,maria, & flu*
*mina,montes,atq; in his contenta,pariter exultent,& quaſi manu plaudant:quoniam uenit dominus iu*
*dicare terram. Iudicabit enim orbem terrarum in iuſtitia,& æquitate.hanc eandem materiam proſe-*
*quar,uos eſtote intenti.*

PSALM. 98.

*DOminus regnauit,iraſcantur po-*
*puli:qui ſedes ſuper cherubin,mo*
*ueatur terra.*

Huic pſalmo iſdem qui & præcedenti titu
lus eſt:& ferè materia eadem. Agit enim de
regno Chriſti:& fideles ad eius laudem & ex
altationē inuitat.Iraſcantur (inquit) populi,
& nimio furore ſuccenſi excandeſcant.Indi=
gnētur ſibi ipſis vel alijs vt volent:& pro vi-
ribus inuido & corroſo animo renitātur.Ec=
ce dn̄s(vel ipis inuitis) iam regnauit. Inſanie
runt olim in dn̄m Ieſum:& fremētes populi,
Pſal.2.ve.1 meditati ſunt inania:ſed iam ſurrexit, & ec-
cleſiam ſuā erexit,atq; ad ſe & ſub ſe direxit.
Ecce in cælum aſcendens:ſuper cherubin,cæ
terasq́; angelicas virtutes, ad dexterā patris
ſedet ipe monarcha. Regnauit tādem victor
de morte triumphans;nunquā amplius mori
turus. Iraſcantur nūc populi fruſtra,quid illis
proderit? tu dn̄e ſedens ſuper cherubin, etiā
omnibus angelicis ſpiritibus dn̄aris, quanto
magis terrenis homunculis? Moueatur terra,
tumultuetur vt ſolet:certè in caſſum,nō no=
cebit.Iraſcantur potius populi ſibi ipſis,& in
ſe conuerſi pœniteant,quòd in regem ſuum
commiſerint. Moueantur obſtinati homi-
nes, contremiſcant, & cælorum regem ado=
rent.Sequitur.

2. *Dominus in ſion magnus: & excelſus ſu*
*per omnes populos.*

Iraſcantur populi,& oblatrēt vndiq; vt ca
nes:hæc ſine prophetę deriſio eſt, non pręce
ptio.ſciant ipſi inſenſati,ꝙ is ipſe dn̄s, qui in
ſion vt Iudæorum Deus colitur:Deus eſt &
gentium.Nam vnus Deus & pater omnium,
qui ſuper omnes, & per omnia, & in omni-
Eph.4.a. bus nobis(ait apoſtolus) Et iterum: vnus e=
1.Tim.2. nim Deus, vnus & mediator Dei & homi=
num homo Chriſtus Ieſus; qui dedit redem-
ptionem ſe metipſum pro omnibus: qui licet
humilis apparuit, conſtitutus eſt tamen rex
ſuper ſion montem ſanctum eius, iamq; re-
gnabit. Eſt quidem in eccleſia magnus vti il-
lius caput,& rex excelſus ſuper omnes popu
los.Sequitur.

*Confiteantur nomini tuo magno, quoniā* 3.
*terribile & ſanctum eſt: & honor regis*
*iudicium diligit.*

De⁹ magn⁹ & excelſus,& nomē ei⁹ magnū,
terribile, & ſanctū, ideoq; maximo cultu &
reuerētia adorandū. Cōfiteant ergo populi,
huic magno nomini:iraſci deſināt,& contre-
miſcāt.Et qm̄ terribile eſt,declinēt à malo:&
qm̄ ſanctū,faciant bonum.Adſit timor, adſit
amor.Reuereātur & cōfiteantur,ꝙ iuſtè pu-
nit:& in oīa parcit, vtrunq; regiā decet ma=
ieſtatem.Nam honor regis iudicium diligit.
hoc illi rectum eſt:& ab hoībus rectum exi=
git,vt illi in amore & timore, recto iudicio
ſeruiatur, lege primū Malachię caput: et vi- Mala.1.b.
de dn̄m de diſtorto in oblatione iudicio con
querentem.filius(inquit)honorat patrem, &
ſeruus dn̄m ſuum.Si ergo pater ego ſum: vbi
eſt honor meus?et ſi domin⁹ ego ſum:vbi eſt
timor meus,dicit dn̄s exercituum?Ad vos ò
ſacerdotes qui deſpexiſtis nomen meū, & di
xiſtis:in quo deſpeximus nomen tuum?offer
tis ſuper altare meum panem pollutum, & di
citis:in quo polluimus te &c? huius etiam iu
dicij meminit apoſtolus ī ea quę eſt epiſtolā
ad Corinthios prima:de indigna euchariſtię
māducatione agēs,iudiciū(ait) ſibi māducat 1.Cor.11.g.
& bibit,hoc eſt condēnationē,nō diiudicans
corp⁹ dn̄i,quia honor regis iudiciū diligit.iu
diciū ergo rectū & vos habetote: vt cui debe
tis tributū:tributū.cui vectigal: vectigal.cui Ro.13.b.
timorē:timorē.Cui honorē:honorē exhibea-
tis,vt ſit rationabile obſequium veſtrum. Et Ro.12.a.
ſapientię ſale conditū.Sequitur.

*Tu paraſti directiones: iudicium & iuſti* 4.
*tiam in Iacob tu feciſti.*

Tria antiquę legis pręceptorū genera,ſigni
ficare videtur: Moralia ſcilicet: iudicialia, &
cæremonialia. Moralia quidā directiones vo
cat:ꝙ vel maximè hominem in Deum diri=
gant,& recto calle ducant in vitam ęternam.
Si vis ad vitam ingredi (ait Chriſtus) ſerua Mat.19.c.
mandata.leges verò illæ quibus pœna tranſ-
greſſoribus irrogatur,iudicia vocātur.At cę-
remonię & ſacramenta quę vmbra futurorū
fuerūt & figurę,iuſtitia q̄lis q̄lis appellantur.

Num 9.a. & iuſtificationes,iuxta illud quod in nume-
rorũ libro ſcriptũ eſt.faciãt (inquit dñs) filij
Iſrael phaſe in tẽpore ſuo,quartadecima die
menſis huius ad veſperã: iuxta oẽs cæremo-
nias & iuſtificationes eius.quæ omnia Chrs
dñs iudiciũ diligẽs chriano populo ſuo dia-
boli ſupplãtanti, in Iacob altero figuratiuo-
paraſſe dicitur.Sequitur

5. *Exaltate dñm Deum noſtrũ,& adorate
ſcabellum pedum ei⁹ :quoniã ſanctũ eſt.*

Magnus eſt dñs & excelſus:ſed vos laudi
pſ.33.ve.3. bus illũ efferte.Magnificate dñm mecũ (iſdẽ
alibi ait pſaltes)& exaltemus nomen eius in
Pſ.68.v.35 idipſum.Iterumq; laudabo nomẽ Dei cũ can
tico:& magnificabo eum in laude. Nempe is
aptior,non alius Deum exaltandi & magnifi
candi modus eſt:ſi voce & labijs, vita & mo
ribus,excelſum illũ,magnũ,& magnificũ præ
Luc.1.c. dices.ſic Mariæ aĩa magnificat dñm,& exul-
tat ſpũs ĩ Deo ſalutari ſuo.Cum ergo duplex
ſit in Chro,diuina ſcilicet & humana natura:
exaltantes dñm,debitũ vtriq; & deitati & hu
manitati eius honorẽ impendite.Exaltate(in
quam)dñm Deũ,iam nr̃m peculiari quodam
modo effectũ,vbi propter nos factus eſt ho-
mo:& adorate ſimul ſcabellũ pedũ eius , quę
illi mirificè coniuncta atq; vnita eſt humani-
tas.Exaltate Deum,& adorate ſcabellum, ſi-
mul Deum & hominem confitentes. quoniã
ſanctum eſt , quippe adoratione dignũ: quia
ſcabellum diuinitatis eſt.Sequitur.

6. *Moyſes & Aarõ ĩ ſacerdotib⁹ eius:&
Samuel inter eos qui inuocãt nomẽ eius.*

Moyſes & Aaron,duo frẽs fuerũt de tribu
Leui,quorum alter legiſlator, alter ſacerdos
magnus fuit:Samuel aũt qui & rector popu-
li Dei,& propheta magn⁹.Nempe Ii tres quã
uis magni & excelſi:Deum magnũ & excel-
ſum ſuper omnes populos exaltabãt,ipſumq;
in carne venturum credentes,adorabant:ne-
dum voce & corde ipſum inuocantes,verum
etiã opere iuſſa eius implẽtes.quippe is ( vt
diximus ) verior & aptior eſt exaltationis
atq; adorationis modus.

7. *Inuocabant dominũ, & ipſe exaudiebat
eos:in columna nubis loquebatur ad eos.*

Sit is noſter prothotypus: Iſti dñm inuo-
cabãt:& ipe exaudiebat.vbi annotare licebit
magnitudinem,benignitatem ac Dei miſeri-
cordiam inuocati,& inuocantium humilita-
tem,fidem,atq; conſtantiam.Inuocabant ſer-
ui dominum, in forma ſerui vẽturum:nec ſer
uos dedignabatur dñs,formã ſerui ſuſceptu-
rus.quin in columna nubis potius eos tunc al Exo.33.b.
loquebatur ipſe:qui poſtea ĩ nube & velami-
ne carnis deliteſcens: loquutus eſt nobis. vel
per hoc fidei vmbram: vel aſſumendę huma-
nitatis ſignificans indumentum.Sequitur.

*Cuſtodiebant teſtimonia eius: & præce- 8.
ptum quod dedit illis.*

Ii veri ſunt laudatores Dei:qui ſciẽtes vo
luntatem domini ſui & facientes:non vapula
ri:ſed ad votum vel ad vtilitatẽ exaudiri me
rentur.Nam orationẽ exaudibilem facit: cu-
ſtodia & obſeruãtia præceptorum. Exaltate
ita & vos (horũ exemplo) dñm Deũ nr̃m, &
ſcabellum pedũ eius adorate:inuocãtes dñm
de corde puro : & cuſtodientes teſtimonia
eius,ac præcepta illius ſeruantes.Sequitur.

*Dñe De⁹ noſter,tu exaudiebas eos: De⁹, 9.
tu propitius fuiſti eis, & vlciſcens in oẽs
adinuentiones eorum.*

Ad Deum conuerſus propheta ſanctus,ſic
Dei miſericordiã exaltat:vt iuſtitiæ illius nõ
deroget.tu(inquit)dñe Deus noſter ex beni
gnitate tua petitiones illorũ exaudiebas : &
ex miſericordia, in te condonaſti commiſſa:
At vti iuſtus,vltrici iuſtitiæ tuæ ſatisfaciens:
eorũ adinuentiones quibus te offenderãt, ſta
tim correxiſti:quod non exiguæ etiam miſe-
ricordiæ fuit.Addensq; illis iniurias ab inimi
cis illatas,vindicaſti.Sequitur.

*Exaltate dñm Deũ noſtrum,& adorate 10.
in monte ſancto eius:quoniã ſanctus do-
minus Deus noſter.*

Ecce iterum denuo ad eam quam ante dixe-
rat Dei exaltationem atq; adorationem inui
tat:hoc dẽpto,ꝙ in mõte ſancto eius dñm a
dorare iubet,qm̃ ipſe ſanctus eſt. ſanctus qp-
pe rex,ſanctus thronus,ſanctus mõs ille pin-
guis & coagulat⁹ in quo beneplacitũ eſt Deo Pſ.67.v.17
habitare:ſanctum deniq; regnũ, quod eſt ec-
cleſia,ſiue quę in hac valle peregrinatur à do
mino:ſiue quæ triumphat in cælo,cum eodẽ
ſpõſo ſuo Chriſto, qui cũ patre & ſpũ ſancto
per infinita ſeculorũ ſecula regnat.Amen.

## EPILOGVS PSALM. 98.

DOMINVS *regnauit,iraſcantur populi:qui ſedes ſup cherubin,moueatur terra.quid in-
de?ſurrexit à mortuis,aſcẽdit in cælũ,ſedetq; ad dexterã patris.Iam crucifixus regnauit,ue-
lit nolit mũdus.cõfundantur inſoleſcentes.*Nam *dñs in Sion magnus,& omnium rex atq; mo
narcha.*Reſipiſcant *oportet , atq; ad regem ſuum conuertantur: ipſumq; reuereantur.* Confiteantur
*nomini tuo magno domine,quoniam terribile & ſanctum eſt.Ecce agitur de regis honore, cuius par-
tes ſunt , parcere ſubiectis & debellare ſuperbos : ſicut ſubditorum, illi debitam impendere obedien-
tiam & ſeruitutẽ.honor quidẽ regis iudiciũ diligit.tu paraſti domine præcepta populo tuo olim,quaſi
præparationes*



*præparationes quaſdam ad euangelii perfectionem.Et honor regis iudiciũ diligit,quo figuratũ à figu
ra,uerũ à depicto:& à litera occidente,ſpũm uiuificantẽ diſcernere ualeatis.*Exaltate *dñm* Deũ *no-
ſtrũ,iã hoĩem factũ:eſt enĩ ſuppoſitũ diuinũ in duabus naturis.Exaltate diuinã,atq; humanã ſibi hypo
ſtaticè unitã,pariter adorate naturã:quæ ſanctum ſcabellũ iure nũcupatur.Hunc in ſpũ uidẽtes tunc.
Moſes,Aaron & Samuel proceresq; & primates adorarunt,& inuocarũt.Audite figurã,& ſub cor
tice Chriſtũ deliteſcentẽ.Inuocabant dñm,& ipſe exaudiebat eos:ſed in columna nubis loquebatur ad
eos.An non ibi diuinitas uerbi:ſub carnis nube latebat?latebat utiq;:& in fide uenturi,cuſtodiebãt te-
ſtimonia eius:& præceptum quod dedit illis.Ipſe tunc in columna nubis loquebatur,qui nouiſſimè die-
bus iſtis loquutus eſt nobis in filio:& ipſi inuocabant.dñe* Deus *noſter,tu exaudiebas eos: fuiſti propi
tius illis ſimul & ultor,non ſecus ac pater erga filios,quamobrem, uos omnes exaltate dñm deum no-
ſtrum,& adorate in monte ſancto eius.*Monte*(inquam)in quo beneplacitum eſt illi habitare per gra
tiam unionis:quoniam ſanctus dominus* Deus *noſter.*Nec *adhuc uos in* Dei *laudem excitare et commo
uere deſiſtam.*

## PSALM. 99.

*IVbilate Deo omnis terra: ſeruite
domino in lætitia.*

Huic talis titulus eſt:pſalmus in cõ
feſsione:eò ꝙ totus ſit ad cõfeſsionẽ, & ſum
mi Dei laudẽ atq; grãrũ actionẽ exhortatio.
Iubilate(inquit)Deo oĩs terra.Equum enim
eſt,vt omnis terra;omniũ iubilet cõditori,iu
bilet effectus cauſę,creatura creatori,redem
ptus homo redẽptori.ſi vox deficiat, & ver-
bum quo interius concepti exprimatis iucũ-
ditatem;nõ deficiat animus,qui affectũ ſaltẽ
hilareſcens : feratur in Deũ. Iubilate igiť illi
terreni:futuri quandoq; cęleſtes. ſeruitę dño
in letitia ſerui,& qui empti eſtis precio ma-
1.Cor.6.c. gno:glorificate & portate Deum in corpore
veſtro. Seruite dño, cui ſeruire regnare eſt:
1.Cor.7.c. precio empti eſtis(ait iſdem apoſtolus)noli-
te fieri ſerui hominũ.ſeruite illi qui vos liber
tate donauit,vos enĩ in libertatẽ vocati eſtis:
Gal.5.b. tantum ne libertatẽ in occaſionem detis car-
nis.ſit in Deum mentis iubilatio: ſit interior
exteriorq; ſeruitus ſoli Deo debita, ipſi q; im
penſa in lętitia:nõ ex triſtitia aut ex neceſſi-
2.Cor.9.b tate,hilarẽ enim datorẽ diligit De⁹,hoc Pau
Rom.12.b. lus.Et ad Romanos ſcribens,qui miſereť (in-
Col.3.d. quit)in hilaritate. Rurſumq; Coloſſenſibus
ait:quodcunq; facitis, ex animo operamini,
ſicut domino & non hominibus:ſcientes ꝙ à
domino accipietis retributionem hæredita-
tis:domino Chriſto ſeruite.Sequitur.

2. *Introite in cõſpectu eius: in exultatione.*

Cęcitas cõtigit in Iſrael(iſdẽ ait Paulus)do
Rom. 11.c. nec plenitudo gẽtium intraret. quãobrẽ vos
electi & vocati introite & audacter accedi-
te.Nõ quaſi ad dñm hui⁹ ſeculi moroſum, di
ficilẽ,intractabilẽ, ſemp dura ac ferè impoſsi
bilia imperitãtẽ, & vos toruis oculis,ac furẽ
ti vultu deſpiciẽtem: ſed quaſi ad patrẽ lenẽ,
blandum,indulgentem,voſq; ad ſe allicientẽ.
Nolite in his quæ foris ſunt detineri , ipſis
frui & delitiari : introite in conſpectu ei⁹ in
exultatione.ſatagitę vt illi ſoli placeatis: qui
animi interiora nouit. Ipſe ſit operis inſpe-
ctor:qui futurus eſt præmiator,imò præmiũ
& corona.Introite nunc in cõſpectu illius in
exultatione:qui poſt hui⁹ vitæ curſum cuiq;
veſtrum benè operanti dicet.Euge ſerue bo-
ne & fidelis,quia ſuper pauca fuiſti fidelis: ſu Mat.25.b.
per multa te conſtituam,intra in gaudiũ dñi
tui.vbi non modò exultatio:verũ exultatio- Pſ.149.v.6
nes Dei,erunt in guture veſtro.Sequitur.

*Scitote quoniam dñs ipſe eſt Deus:ipſe fe 3.
cit nos,& non ipſi nos.*

Hoc primum ſit vobis perſuaſum. ꝙ Chri-
ſtus dominus qui iam cõfractos (ſi dixerim)
refecit:ipſe eſt Deus.Ipſe eſt(inquam)qui fe
cit nos pro ſuo arbitrio:& non ipſi nos. Ipſe
eſt cui creationis & redẽptionis iure(vt cęte
ra taceamus)omnis ſeruitus debetur & laus.
Ipſe quidem primum hominẽ ad ſe fecit : qui
ab eo defecit,in quo & defecim⁹ nos.At ipſe
reficiens perfecit nos:& nõ ipſi nos.per nos
cadere potuim⁹: reſurgere aũt nequiuim⁹. ꝙ
ſi ipẽ potẽtia & grã ſua fecit,refecit & pfecit
nos, & nõ ipi nos: nec nobis quaſi egenis qc
quã eſt quod illi offerẽtes dignius. apti⁹vè re
pendamus,quã nos ĩpos illi iubilantes,ſeruiẽ
tes in lætitia,& in conſpectu eius introeũtes
in exultatione:ſurgite vos mecum.

*Populus ei⁹ & oues paſcuæ eius,introite 4.
portas eius in confeſſione:atria ei⁹ in hym
nis,confitemini illi.*

Qui vnius fidei,verę pacis & chrianæ chari
tatis vinculo colligati,vnũ Deo peculiarẽ po
pulũ cõſtituitis,& quaſi oues intra ouile ec-
cleſiæ,& in loco paſcuæ collocatę,paſtorem
veſtrum bonum cognoſcitis Chriſtũ: introi-
te portas ei⁹ in cõfeſsione,vt ẽ redẽptionis il-
lius participes,ecce vobis apertæ ſunt.quarũ
altera accuſationis eſt,altera verò laudis.Iu-
ſtus(ait ſapiens)prior eſt accuſator ſui:& cõ Pro.18.d.
ſequens eſt,vt ſit laudator Dei.Has igitur in-
troite portas.Ecce atria domus ſunt,quæ pri
mum introeuntibus ſeſe obijciũt manſiones.
Atria illius cæleſtis & nõ manu factæ dom⁹:

hę particulares quę nūc militāt eccleſię ſunt.
quęq; vnā ſanctā & catholicā efficiūt. hęc atria
in hymnis, cāticis ac diuinis laudib' introite:
5. & toto deniq; mentis conatu cōfitemini illi.
*Laudate nomē ei' quoniā ſuauis eſt dñs,
in æternū miſericordia ei': & vſq; in ge
nerationē & generationē veritas eius.*
Laudate nomē eius ſalutiferū, admirabile,
& glorioſum, dicite q̄; benign', mitis & dul- Pſ.85.ve.4
cis atq; ſuauis eſt dñs, & multæ mię inuocan
tibus eū. nō erit exhauſta vnq̄; qm̄ in æternū
mía ei'. Eſt etiā iuſt' & in promiſsis verax &
fidelis: qui cōfitēti ac ſuorū criminum veniā
petēti, in præſenti ſeculo largitur grām, & in
futuro gloriā, quā nobis præſtare dignet rex
noſter Chrs, qui cum pře & ſpiritu ſancto
per infinita ſecula regnat. Amen.

EPILOGVS PSALM. 99.

*IVBILATE Deo oīs terra: ſeruite dño in lætitia. dixi ſatis (ſi retinetis) de iubilatione & theoſebia Deo creatori ac ſeruatori noſtro in hilaritate ſpiritus impendenda: non eſt quod addam. Accedite ad eum exultantes, uti ad conditorē, gubernatorem & patrem. ſcitote quoniam dñs ipſe eſt Deus, ipſe fecit nos & non ipſi nos. fecit (dixi) & refecit ac reparauit. Eia ergo populus eius, & oues paſcuæ eius: introite portas domus eius, eccleſiæ ſcilicet in hac lachrimarū ualle degentis. Introite per fidem ipſum colētes, atq; ad alterā quæ in cælis eſt non manu factam peruenientes: in hymnis cōfitemini illi. laudate nomē eius, quoniā ſuauis eſt dñs, cuius miſericordia & ueritas à generatione hac, uſq; ad futuram permanet, ac perpetuò permanebit. hinc eſt q, uigilans, & te uenturum iudicem expectans: laudare, & me ipſum præparare curabo.*

PSALM. 100.

*MIſericordiā & iudiciū cātabo tibi
domine.*
Huic pſalmo titulus eſt: ps̄ ipſi Da
uid, ſatis ſuperius elucidat': in quo qualis fu-
turus ſit qui alijs præeſt, qualiſq; rex ipſe ſan
ctus eſſe vellet, paucis deſcribit. Deū igit̃ al-
loquitur, cui vti primario fonti quicquid ha-
bet boni tribuit, mīam maximè & iuſtitiā, quę
in regib' magis lucere videtur, Mīam (inqt)
& iudicium cātabo tibi dñe. Nō mihi, ſed grę
Pſ.61.ve.11. tuæ aſcribo: q̄ rex miſericors ſim & iuſtus.
quippe qui de te optimo rege duo hæc audi
ui. q̄ poteſtas Dei eſt, & tibi dñe mía: quia tu
reddes vnicuiq; iuxta opera ſua. Et ſicut di-
Pro.21.a. uiſiones aquarū (ait Salomō) ita cor regis in
manu dñi, quocunq; voluerit inclinabit illud.
Appendit aūt corda dñs, facere mīam & iudi
cium: magis placet dño quā victimæ. quãob-
rem q̄ eminēter miſericors & iuſtus ſis: q̄q́;
à te directus, & de te participans miſericors
& iuſtus ſim: nō mihi arrogās, ſed tibi tribuēs
cātabo ſimul. Non quidē vnū ſine altero: ſed
mīam in iudicio, & iudiciū in mía cātabo ti-
bi. Sic enim iuſtus es: q̄ mīæ nō obliuiſcaris.
ſic miſericors: q̄ iuſtitiæ recorderis. Seq.

2. *Pſallam & intelligam in via immacula
ta: quando venies ad me?*

Noui mīam, & iudiciū tuum nec ſemel tm̄
expertus ſum: pſalā igitur vtrunq;, & tuæ iu-
ſtitiæ & mīæ laudes ſimul ope & ore canam:
vtiq; in voce pi, atq; vt verus pſaltes & pro-
pheta: intelligā in via immaculata qn̄ venies
ad me. Iuſto iudicio prophetię ſpiritū amiſi:
quū adulteriū ſimul & homicidiū cōmiſi. at
quū ex mía miſericors ipſe ſubueniſti miſero:
et me à ꝑpetrato facinore mūdū effeciſti: cū
dē reddidiſti atq; innouaſti in me ſpūm. pſal-
lam igit̃ & intelligā in via immaculata: qn̄ ve
neris ad me inſpirans. Et quū inſpiraueris: in-
telligā, quę in via quā ante ambulabā fœda nō
intelligebā. Intelligā etiā qn̄ in via immacula
ta, hoc eſt in īmaculata virgine, & ex ea aſsū-
pta carne īmaculata, venies ad me. hęc enī fu-
tura eſt via immaculata, in qua venies ad me.
Niſi fortè hęc poſterior pars (q̄ magis ſuſpi-
cor) ꝑ modū optātis legēda ſit, vt ſit ſenſus:
intelligā in via īmaculata quā miſericors et iu
ſtus ſis, qui ex mía cōdonaſti culpā: & recto
indicio infligiſti pœnā. Ideoq; iā tui inuiſendi
ęſtuās deſiderio atq; ſuſpirās in hāc vocē pro
rūpo: ò qn̄ tu humanę ſalutis autor, venies ad
me in carne? ò qn̄ te videā venientem vel his
meis canticis prouocatū? vt in via mādatorū
tuorū (quę lex eſt immaculata cōuertēs aīas)
me rectè ambulantē recteq; intelligētem fa-
cias? qn̄ deniq; te videā qui via, veritas & vi-
ta es, q & ꝓthotyp' ſpecimē & exēplar toti'
prelaturę, omniūq; decus es & norma virtu-
tū: vt tua veſtigia ſeq, teq; imitari queā? Ecce
qualē te iam in ſpiriu venientē conſpicio, re-
gum terræ & paſtorū omnium princeps. Cu-
ius typum gerere cupiens.

3. *Perambulabam in innocētia cordis mei:
in medio domus meæ.*

Perambulabā vigilans ſup gregē populūq;
meū. Nō verſutè aut malitioſè agēs: ſed ī ſim
plicitate cordis, poſit' in medio domus, ſinè
acceptione perſonarū rectè iudicans, omni-
bus æque expoſitus. Nempe tria enumerat,
quæ illi qui pręeſt in ſolicitudine, ſunt ma-
ximè obſeruanda. primū vt perambulet om-
nia luſtrans, & (vt quidā ait) etiam omnia tu-
ta timeat. Audiat apoſtolū Corinthijs dicen 2.Cor.11.a.
tem



tem: timeo, ne ſicut ſerpēs Euam ſeduxit aſtu
tia ſua: ita corrumpantur ſenſus vri, & exci-
dant à ſimplicitate quæ eſt in Chriſto Ieſu.
1.Co.12.f. Et iterum, timeo enim ne forte quū venero:
1.Cor.11.f. non quales volo, inueniā vos, &c. Erat quip-
pe illi quotidiana ſolicitudo omniū eccleſia-
rum. Sit ſecundo, beneficus & nulli nocens:
vti Chriſtus qui pertranſijt benefaciendo &
ſanando oēs oppreſſos à diabolo, qm̄ Deus
Acto.10.f. erat cum illo. de quo apoſtolus ait, talis enim
Heb.7.d. decebat vt nobis eſſet pontifex, ſanctus, inno
cens, impollutus, ſegregatus à peccatoribus,
& excelſior cælis factus. ſit tertio, in medio
dom' ſuæ, vbi & videat & videatur. Sit in me
dio, medius & ſequeſter: ſicut mediator Dei
& homniū Chrs, in medio eccleſiæ quæ non
Pſ.45.v.5. commouebitur: quia adiuuabit eam De' ipſe
mane & diluculo. Sequitur.

4. *Non proponebā ante oculos meos rem in-
iuſtam: facientes præuaricationes odiui.*

Non excogitaui rem iniuſtam, vt ipſam o-
Pſal.118. pere compleā, quin dilexi iuſtitiā potius, &
octo.15.v.1 odiui iniquitatem. præuaricātes in legē per-
inde atq; iniquos odio habui, & legē tuam di
lexi dñe. vidi præuaricātes & tabeſcebā: quia
eloquia tua non cuſtodierūt. Id maxime prin
cipibus ſit cautum, ne quid iniuſtè faciāt: nec
ab alijs fieri patiant, ſciētes q̄ ſimiliter odio
Sap.14.c. ſunt Deo: impius & impietas eius. Sint igitur
ipſi iuſti, & iniuſtos per iuſtam correctionē
ad iuſtitiam redigant. Sequitur.

5. *Non adhæſit mihi cor prauū: declinantē
à me malignū non cognoſcebā.*

Non adhæſerunt mihi qui prauo, diſtorto,
impio, & obdurato ſunt corde: nec vllas me
cū amicitias iniere, quin ſe elongarunt poti'.
quæ enī participatio iuſtitię cum iniquitate,
1.Cor.6.c. vt Paulus ait? Aut quæ ſocietas luci ad tene-
bras? quę aūt cōuentio Chri ad Belial, &c? In
pſ.24.v.22 nocētes & recti adhæſerūt mihi. declinantes
aūt in obligationes, ac per hoc à me vt mali-
gni & perverſi declinantes, meumq; cōſortiū
fugientes: non approbaui, ſed nihili pendi, ac
ſi non cognouiſſe illos vnquā. Ea quippe pro
bitatis eſt vis: vt iniquitatem abhorreat, ip-
ſamq; eminus abijciat. Sequitur.

6. *Detrahentē ſecreto proximo ſuo: hunc per
ſequebar.*

Perſequātur principes pernitioſum hoc de
tractiōis vitiū: atq; hoc peſsimū maledicorū
genus, famam proximi denigrantiū arguant
zelo et ſtudio purgationis. Et ne huiuſmodi
lepra infecti cōtabefaciāt alios ſecū conuiuē
Num.12.d. tes: ſeparētur extra caſtra, cū illa in fratrē olī
Eccl.28 d. muſitāte maria: donec reſipiſcētes et àdetra-
ctionis lepra purgati, reduci mereant. Nō au
diant libētes, linguas ſcorpicas ac venenatas.
ſepiāt aures ſuas ſpinis: vt vel ſemel pūcti et
cōpuncti maledici: ſeſe cohibeāt, retrocedāt,
q;: et vlteri' ad pūgētes ſpinas accedere vereā
tur: ne cogantur diſcedere cruentati. Sequit.

7. *Superbo oculo, & inſaciabili corde: cū
hoc non edebam.*

Inuidentes & in malo obſtinatos, qui alie-
nis malis quaſi epulis gaudent: rex et prophe
ta ſanctus non cognoſcebat: detractores per
ſequebatur. Cum ſuperbientibus, ambitioſis,
& auaris, non edebat, nullū illi deniq; cū ini-
quis cōmertium: nullus cōuictus erat: vt vel
ſic inſaciabili corde, correcti reſipiſcerent:
huiuſmodi opprobrijs ſaciati. Sequitur.

8. *Oculi mei ad fideles terræ, vt ſedeant me-
cum: ambulans in via immaculata, hic
mihi miniſtrabat.*

Fideles & religioſi ſint prælatorū ac prin
cipum amici & neceſſarij, horū cōfabulatio-
ne & cōmunione vtātur. Nihil ſit in rebus ge
rendis: quod nō horū cōſilio fiat. Ii ſint à late
re quaſi fratres & cōmilitones atq; in partē
ſollicitudinis aſſumpti: qui fide, ſciētia & cha
ritate atq; morum ſanctitate pollent, ij eccle
ſiaſtico miniſterio fungantur: beati ſcilicet &
immaculati in via, qui ambulant in lege dñi. Pſ.118.ve.1.
hos prælatorū oculi contēplentur. hos ſecum
inſidere faciant. hos deniq; in miniſterio co-
adiutores accipiant. Sequitur.

9. *Non habitabit in medio domus meæ, qui
facit ſuperbiam: qui loquitur iniqua, non
direxit in conſpectu oculorum meorum.*

Qui ergo ciues ſanctorū & domeſtici Dei
eſſe cupiunt: humiles ſint oportet, non ſuper-
bi. q̄ ſi criſtam erexerint contra Deum: Au-
diant dominum per prophetam ſuum dicen-
tem: propter malitiam adinuentionum eorū:
de domo mea eijciam eos. ſi autem iniqua lo Oſee.9.d
quantur: infœlici ſucceſu peribunt. Non qui-
dem in directum tēdunt, quo recti regis pla-
cere poſint oculis. Vide quid in prouerbijs
dicat ſapiens: abominabiles regi qui agūt im-
piè: quoniam iuſtitia firmatur ſolium. volun Pro.16.b.
tas regum labia iuſta. qui recta loquitur diri
getur. Sequitur.

10. *In matutino interficiebā omnes peccato
res terræ: vt diſperderem de ciuitate dñi,
omnes operantes iniquitatem.*

Regum eſt malos perdere, anteq̄; malum
vſq; adeò ſerpat: vt mali bonos in multitudi-
ne vincant. bonum eſt etiam homini, ſi in ma
tutino, ideſt in ipſo prauæ cogitationis ini-
tio, allidat paruulos ſuos ad petram: cogita- pſ.136.v.12
tus. ſ. adhuc tenellos excerebrans in partu, &
interficiēs demones ſeductores ī primordio
ſuggeſtionis: ne cogitatio exeat in actum, in


parturiētis

parcurietis animę pernitiem, quę ciuitas Dei
eſt. Nam concupiſcentia quum conceperit,
Iac.1.b. parit peccatum, ait Iacobus apoſtolus: pecca
tum verò cum conſummatũ fuerit, generat
mortem. In matutino igitur hoc eſt, cum pri-
mum ad annos peritię peruenerimus, atq; ini-
tio cogitationis ſeu actionis prauæ: ſimus
peccatorum interfectores: vt Chriſtus domi
nus in nobis quaſi in ciuitate ſua per gratiam
primum, deinde per gloriam habitare digne-
tur: qui eſt ſuper omnia benedictus in ſecu-
la. Amen.

## EPILOGVS PSALM. 100.

*MISERICORDIAM & iudicium cantabo tibi domine: utranq; tibi tribuam: q utroq;
eminentiſsimè polles, eaq; maxime à regibus eſposeas & prælatis. Nec mihi q ſim miſericors
Phi.2.b. & iuſtus uendicabo, uel quaſi non acceperim gloriabor. Pſallã igitur & cum metu & tremo
re ſalutem propriam atq; etiam ſubditorum operatus: intelligam in uia immaculata, quomodo immacu
late uiuam, ſemper rei huius anxius pauidusq;: quando uenies ad me, ut antea ctam diſcutias & exami
nes uitam: perambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ, omnibus æquè proſpiciẽs, atq;
Pſ.44.v.9. circunſpectus ipſe, nulli nocens, & cuiq; beneficus. Non proponebam ante oculos meos rem iniuſtam:
quippe qui dilexi iuſtitiam & odiui iniquitatem. Non adhæſit mihi cor prauum ut beneuolentia mihi
eſſet agglutinatũ: quin uerbo potius aut geſtu corporis à me fugaui, ut huiuſmodi reſipiſceret homo.
declinantem à me malignum nõ approbabam: imò uti abiectum exprobrabam. detrahentẽ ſecreto pro
ximo ſuo, quod ſuſurronum eſt, non libens audiebam, nec uultum hilarem ipſiq; arridentem oſtendebã:
Pro.25.d. quin potius triſtem, turbidum ac renitentem. Scriptum eſt. n. uentus aquilo diſsipat pluuias: & facies
triſtis linguam detrahentem. Et ita hunc ad emendam uſq; perſequebar. Cũ ambitioſis & auaris, nul
la mihi neceſsitudo erat, aut conuictus: ſed oculi mei ad fideles terræ. Et ambulans in uia immaculata,
hic mihi miniſtrabat, immo fidus erat comes: quia mihi par moribus erat. hoc unũ ſit omnibus peruiũ
atq; compertum, q nõ habitabit in medio domus meæ ſuperbus, qui diſtorto graditur pede: neq; is qui
iniquè loquitur, mihi placuit unquam: quia non direxit in rectum greſſus ſuos. Et ut uerbo concludam:
in matutino, ante quam ſerperet malum in pernitiem aliorum: interficiebam omnes peccatores terræ,
ut malos diſperderem de ciuitate domini, & conciuibus morbum peſtilentem, contagiumq; inficiens
amputarem.*

## Finis ſecundæ quinquagenæ.

Domine



## PSALM. 101.

*DOmine exaudi orationem
meã: & clamor meus ad
te veniat.*

Titulus huius pſalmi eſt:
oratio pauperis cum anxia-
retur, & coram dño effudit
precẽ ſuã. ſiue pauperis nomine noueris chri
1.Cor. 8.b ſtum qui propter nos (vti apoſtolus ait) ege
nus factus eſt cũ eſſet diues, vt illius inopia
nos diuites eſſemus (& quẽ frequenter indu
cit pſaltes, nũc in ſe, nũc in mẽbris loquentẽ)
ſiue humanũ genꝰ accipias, eò q ante Chri ad
uẽtum, tot miſerijs obſitũ anxiaret: ſiue nrm
quẽq; in hac lachrimarũ valle degẽtem, ac de
pfundis clamãtem, & corã dño pces ſuas ef-
fundentẽ intelligas: ſemp titulus vero ſenſui
cohęrebit. Eſt quidẽ hic ps ex his quos pœni
tẽtiales vocãt vnꝰ. Clamet igit in tribulatione
poſitus paup anxiꝰ, & dicat: Dñe exaudi orõ-
nẽ meã &c. Ecce miſericors & miſerator do
mine, adiutor fortis, in opportunitatibꝰ ĩ tri-
bulatione: orõ mea ab intimo corde pgreſſa,
curiã tuã petit, vt apud te legatiõe fũgat. Fac
benigne, vt recta via gradiat, & illã dignanter
exaudias. q ſi nimio ac vehemẽti dolore cõ-
cuſſa, ita modum exceſſerit, quod in eũ cla-
morẽ erũpat, qui principũ aures vexare ſolet:
patiẽter auſculta. Nihil ſit illi obſtaculo, quin
ad te veniat. ſcio pientiſsime, q orationẽ ex-
audies: ſi mei affectus ad te peruenerit cla-
mor. clamauit ad me (dixiſti) & ego exaudiã
Pſ.90.v.15. eum, cum ipſo ſum in tribulatione, &c.

2. *Non auertas faciem tuam à me: in quacũ
q; die tribulor, inclina ad me aurẽ tuam.*

Humanũ dico, nõ auertas à me vultũ tuum
placidũ ac ſerenũ, illuſtra faciem tuã ſup ſer-
uum tuũ: & cum me videris tribulatũ, incli-
na mihi aurem te inuocãti. Hoc tibi dũtaxat
exoſſum eſt paupertatis genus quia fœdum,
Apo.3.c de quo in apocalypſi: quia dicis diues ſum &
locupletatus & nullius egeo, & neſcis q tu
es miſer & miſerabilis & pauper & cęcus &
nudus: ſuadeo tibi emere à me aurũ ignitum
probatũ, vt locuples fias, & veſtimentis albis
induaris: vt non appareat confuſio nuditatis
tuæ. &c. Nũc autem fateor ingenue, q paup
Pſ.87.v.16 ſum ego & in laboribus à iuuentute mea: ſed
ſcio ẽt q tibi derelictus eſt pauper. Et qui te
Pſ.9.ve.38 noui, de te dixi: oculi eius in pauperem reſpi
Pſ.10.ve 5. ciũt. Iterũq; qm non ſpreuit nec deſpexit de-
Pſ.21.v.25 precationẽ pauperis. Non quidem es vt prin
cipes huius ſeculi: qui pauperem vel reſpice
re dedignant. Non ergo auertas faciem tuã à
Pſ.68.v.37 me qui pauper ſum & dolens: vt videant pau
peres & lætentur.

*In quacunq; die inuocauero te, velociter
exaudi me.* 3.

Dixerat, non auertas faciem à me, in quacũ
que die tribulor &c. Et vt ſuæ petitionis af-
fectũ oſtendat: id ipſum repetit, in quacũque
die inuocauero te: velociter exaudi me. quo
tidie tribulor, quotidie inuoco, ſed tu non a-
uertas faciem: quin cõuerte potius me pręue
niens, vt te (ad te cõuerſus) inuocem. Et velo
citer exaudi: ne deficiã in tribulatione. Incli-
na ad me tuã clementiã: quando quidem nec
erigi, nec ad te ſine te cõſcendere queunt me
rita. velociter exaudi: qui figmentum & infir
mitatem meam noſti.

*Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: &
oſſa mea ſicut cremium aruerunt.* 4.

Vide qualis & quanta ſit tribulatio. Ecce
dies huius meæ peregrinationis quaſi fumus
euanuerũt: & oſſa mea tum ſenio, tum luctu,
atq; triſtitia: perinde ac in ſartagine frixa, a-
ruerũt. Nam (vt ait ſapiens) ſpũs triſtis exicat Pro. 17. d.
oſſa. defecerũt etiã proſpera: dura atq; aduer
ſa ſucceſſerũt, et vires aĩæ emarcuerunt. quid
plura? dicã cum beato Iob: interiora mea ef- Iob. 30. d
ferbuerũt abſque vlla requie: præuenerũt me
dies afflictionis, paucisque interiectis ait: cu-
tis mea denigrata eſt ſuper me: & oſſa mea a-
ruerũt præ caumate. cauma enĩ dictio greca
eſt, ęſtum ſonans. vel myſtice: dies mei ideſt
vita & doctrina in eccleſia lucidiores, defe-
cerũt. Et illi qui adeò fortiores erãt in fide &
ſtabiles, ipſaque deuotiõis pinguedine ac me-
dulla repleti, vt meritò totius corporis oſſa
viderent eſſe: velut cremium (in tribulatio-
nis frixorio) arefacti ſunt. An non ſufficiens
hæc anxietatis cauſa? Sequitur.

*Percuſſus ſum vt fœnũ, & aruit cor meũ:
quia oblitus ſum comedere panem meũ.* 5.

Certe oĩs caro fœnum. fragilis eſt enĩ ho-
minis natura, quæ ſi nõ fuerit adiuta: percuſ-
ſa ſuccũbit. At verbũ dñi, qui interioris homi
nis cibarius panis eſt comedenti, vires ſubmi
niſtrat. dicat igit (cum apſtolo) pauper ille an Rom.7.c.
xius: carnalis ſum, venundatus ſub peccato.
quod enĩ operor, nõ intelligo. ſ. eſſe operan-
dũ. tametſi à propria concupiſcentia abſtra- Iac.1.b.
ctus & illectus, operor illud. Et ideo percuſ
ſus ſum vt fœnum, & aruit cor meũ: quia obli
tus ſum comedere panẽ meũ me interius cõ-
fortantem. Comedi quidem alterũ in ſudore
vultus: ſed nõ in refocillatione ſpũs. Comedi
productum de terra, qui implet ventrem: ſed
nõ procedentẽ de ore dei, qui reficit, & ſta- Deut. 8.a.
bilit mentẽ. Nõ enĩ in ſolo pane viuit homo:

Mat. 4.a ſed ĩ omni verbo quod proceditde ore Dei.
Ideo igitur percuſſus ſum, nec reſtiti patien-
ter ſuſtinens, fidenter & deuotè, immò aruit
cor meũ: quia ſpiritualẽ eſcã comedere obli-
tus ſum: hic etenim diuinę ſcripturę, & ſpiri
pſ.103.v.17 tualis doctrinę panis: cor hominis cõfirmat.
2.Cor.4.b Comederat profecto hunc panẽ, qui Corin-
thijs aiebat: in omnibus tribulationem pati-
mur, ſed nõ anguſtiamur. Aporiamur, vel (q;
alij verterũt) laboramus: ſed nõ deſtituimur.
perſecutionem patimur, ſed non derelinqui-
mur: humiliamur, ſed non confundimur: deij-
cimur, ſed non perimus. Sequitur.

6. *A voce gemitus mei: adhæſit os meum carni meæ.*

Calamitatẽ, quã patimur, anxius exagerat
hic pauper: qui gemitibus aſsiduis & crebris
ſuſpirijs ac fletibus, vſque adeò cõfectus eſt:
vt oſſa pelli videantur hęrere. Nam hic caro
Iob.19.c pro pelle ponitur, iuxta illud Iob, pelli meę
cõſumptis carnibus adheſit os meũ, &c. ſunt
etiam in corpore Chri myſtico oſſa, cartila-
lagines, nerui, caro, & cutis, &c. quilibet ele-
ctorũ ſtatus: ſuum locũ obtinet. Cuius tũc in
uertitur ordo: quum hi qui ſolidiores ſunt &
perfecti, imperfectis & incipientibus (velut
quadã imitatione) adhęſerunt. vt potę ſi de
leuiuſculæ rei amiſsione, ſicut illi dolentes
ſint: cum tamen contra, immoti, ſtabiles & in-
tegerrimi (etiam in maximis, temporalibus
tamen diſpendijs) eſſe debuiſſent. Sequitur.

7. *Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nicticorax in domicilio.*

Tribus auibus ſe ſimilẽ factũ dicit: pellica-
no ſilicet ſolitudinis, nicticoraci ĩ domicilio,
& paſſeri ſolitario in tecto. Nec tamen nũc
ſcrutari libet, harum auiũ paoprietates, hoc
vnũ noſſe ſit ſatis: quod oĩa hæc auium gene-
ra, cõſortia fugiant, & ſolitudinem amet. pel
licanus auis eſt ægiptiaca nobis ignota; habi
tans in deſerto. Nicticorax: noctua vel bubo
nũcupatur, vel coruus nocturnus, diurnã lu-
cem abhorrens. paſſer verò ſolitarius, auis no-
tiſsima eſt, quę ſola incedit; & domorũ tectis
inſidet: de quibus plura ſcripſerunt, qui de na-
turis auium diſputarunt. vt ergo deſolationẽ
ſuã pauper iſte deploret: rectè hiſce auibus ſo-
litudinem ipſasq; tenebrarũ latebras quęritã-
tibus; atque aliorũ animaliũ cõſortia fugien-
tibus cõparatur. vel (vt quibuſdã placet) quũ
ad barbaros, ydolatras & paganos inter quos
Chri non nominatũ, illum prædicaturus mitti
tur: tũc pauper hic gemens, pellicano ſit ſimi
lis in deſerto habitanti: quum verò inter hæ-
reticos, qui ante in fide ſteterant, ſed cecide-
rũt, quaſi inter cæcucientes & in tenebris am
bulantes, Chrm prædicat: tunc noctuę inter
ruinas domus verſanti, atque intempeſta no-
cte vlulãti, aſsimulat. quũ poſtremo inter fide
les habitat: iuxta Chri monita dicentis: quod
dico vobis in tenebris .i. in parabolarũ myſte
rio: vos dicite ĩ lumine: manifeſtè ſenſum elu
cidantes. Et quod (ſeorſum ac ſecreto) in au
Mat.10.c re auditis, prędicate ſuper tecta: tũc vigilans
pergulam quaſi tectum domus aſcendit, paſ-
ſerq; fit ſolitarius ſuper eos volitans, eorum
mores inſtituens, & fidem iam habitam con-
firmans, atq; ab infeſtantibus inimicis cuſto-
diens, eosq; cautos efficiens, illud Chri ſępius
Nat.10.b incilcans. Eſtote prudentes ſicut ſerpẽtes, &
ſimplices ſicut columbę. Sicut ſerpẽtes, ad in
telligendas fraudes: & ſicut colũbæ, nulli ma
1.Cor.9.c lũ inferẽtes. talis fuit Paulus, qui de ſe ait: cũ
liber eſſem ex oĩbus: omniũ me ſeruũ feci, vt
plures luchri facere. Et factus ſum iudęis tan-
quam iudæus, vt iudæos lucrarer. his qui ſub
lege ſunt, quaſi ſub lege eſſem, cum ipſe non
eſſem ſub lege: vt eos qui ſub lege erãt, lucri-
facerem. his qui ſine lege erant: tãquam ſine
lege eſſem, cum ſine lege Dei nõ eſſem, &c.
Concludit tandem, omnibus oĩa factus ſum:
vt omnes facerem ſaluos. An non ſic pellica-
no: noctuæ, & paſſeri ſolitario, ſimilis effe-
ctus eſt Paulus: ſe ipm oĩbus contemperans,
ſalua fidei doctrinæ vitæ, religionisq; obſer-
uantia caſta? lege apoſtolorũ acta, & hoc ip-
ſum etiam inuenies. Ait ergo.

*Vigilaui: & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.* 8.

Vigilauit Chriſtus in reſurrectione: qui ob
dormierat in morte. Et qui ſolus ad patrem
aſcendit, & ad dexteram eius ſedet; vigilans
ſuper eccleſiam ſuam: factus eſt ſicut paſſer
ſolitarius ĩ tecto. vigilat etiã pauper anxius,
qui per pœnitentiã à peccati morte ſurrexit:
ne in eam iterato labatur. Et cõtemplans ma-
lum quod euaſerit: ſupra tectũ domus ad cõ
templationẽ quaſi paſſer aſcẽdit. ſedebitq; ſo
Thre.3.e litarius & tacebit: quia leuauit ſe ſupra ſe.
omnes igitur hi ſenſus & alij ſi videbũtur mo
rales & myſtici: facile adaptari poterunt, ſer
uata ſemper orthodoxæ fidei regula. Sequit.

*Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & q laudabãt me aduerſum me iurabãt.* 9.

Omni tempore inimici mei dehoneſtantes
me: conuicia & ſcommata quædam in me ia-
ciebant. Et qui inſultãtes, ironicè & irriſoriè
laudabant me, aduerſum me conſpirantes, &
ſe ſe inuicem iure iurando aſtringẽtes, vt me
perderent: in vnum cõueniebant. laudauerãt
etiam me ante, quum vita & moribus teterri
mis aſsimilabar illis (ait pœnitens qui vitam
inchoaue-



inchoauerat nouam). At vbi me mutatũ in vi
rum alterum cõſpiciebant: qui laudabant me,
in me ſuis falſis atteſtationibus, etiã iuramen
to firmatis, inuehebantur.

*Quia cinerem tanquam panem manducabã: & poculum meũ cũ fletu miſcebã.*

Præ aflictione nimia, cinerẽ pani adhæren
tem, quaſi mei oblitus mãducabam: nulla rei
huius habita ratione. Nec alio prorſus guſtu
aut ſapore veſcebar: quaſi inſipidos cineres
deguſtaſſem. Et poculum meũ fletibus & la-
chrimis ab oculis defluentibus commiſcebã:
perinde acſi aqua vinũ temperaſſem. ſed quid
mirum quod corpori, aut corporis membro,
exprobrauerint inimici, quia cinerem tanquã
panem mãducabat, & poculum ſuum cum fle
tu miſcebat: cum hæc & ſimilia capiti ſuper
benedicto Chro, non ſemel à iudæis fuerint
irrogata & exprobrata? quale eſt illud: quare
Matt.15.d. diſcipuli tui tranſgrediuntur traditiones ſe-
niorum: non enim lauant manus ſuas, quũ pa-
nem manducãt? Et ad diſcipulos: quare cum
publicanis & peccatoribus manducat magi-
ſter veſter? illudq; quod diſcipuli Ioannis ad
Mat.9 b. diderũt: quare nos & phariſei ieiunamus fre-
Luc.5.f. quenter, diſcipuli autem tui non ieiunant? Ex
probrauerunt ergo illi. Et qui ante dixerant
Mat. 22.b. laudantes: *magiſter ſcimus* quia verax es. &c.
aduerſus eum cõſpirabant, & falſa teſtimonia
Mat.11.c. proferebant dicentes: hic eſt vorax & pota-
tor vini, & publicanorũ amicus. Nõ ob aliud:
quàm quod illis diſsimilis eſſet vita. Sic enĩ
Sap.2.c. in libro ſapientiæ dixerunt: circumueniamus
iuſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contra
rius eſt operibus noſtris, & improperat nobis
peccata legis, &c. grauis eſt nobis ad viden-
dum: quoniam diſsimilis eſt alijs vita illius,
& immutatæ ſunt viæ eius, &c. Certè quia ci
nerem tanquam panẽ mãducabat, ideſt pecca
tores ad pœnitentiam vocabat: illosq; iuſtifi
cans, & quaſi in corpus ſuũ traijciens: ſibi in-
corporabat. quod ſi cũ Chriſto principe ita
actum eſt: quid tu quereris humuncule quiſ
quis es? ſit tibi ſolatio, quod in tuo duce præ
ceſsit. Sequitur.

11. *A facie iræ indignationis tuæ: quia cleuans alliſiſti me.*

Quicquid mali inflictum eſt mihi: à te vin
dice irato & indignante proceſsit. quãdoqui
dem ad magnæ dignitatis faſtigiũ me primũ
eleuaſti: dum me ad imaginẽ & ſimilitudinẽ
tuam condidiſti. tuæ etiã diuinitatis & glo-
riæ feciſti participẽ, innotuiſti mihi per fidẽ,
et plura alia cõtuliſti dona: quæ recenſere lõ
gum eſt. At me ſuperbientem alliſiſti, excuſ-
ſiſti, deieciſti. Eleuaſti quidem, cum me ratio
nalem, et intellectu vigentem feciſti: ſed ſic
eleuans alliſiſti me: qui me peccatem morte
mulctaſti. Sequitur.

*Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui.* 12.

Quid expoſitionẽ quærimus eius rei, quã
quotidie experimur? hæc vetuſtiſsima, ſed
probatiſsima et apertiſsima comparatio eſt:
qua iſdem pſaltes, et alij non ſemel vſi ſunt. ſi
cut vmbra cum declinat ablatus ſum (inquit). pſ.108.v.22
Et iterum: homo vanitati ſimilis factus eſt, Pſ.143.v.5.
dies eius ſicut vmbra prætereunt. Et beatus
Iob ait: quod homo quaſi flos egredit, & cõ- Iob.14.a.
teritur, & fugit velut vmbra, &c. Apud eun-
dem etiã Baldath ſuites dixit: externi quippe Iob.8.b.
ſumus, & ignoramus qm ſicut vmbra dies no
ſtri ſunt ſuper terram, &c. Nam ſicut vmbra
ſtatim ſequitur hominem ambulantem, ita &
viuentem per omne inſtans ſequitur mors.

*Tu autem domine in æternum permanes: & memoriale tuum, in generatione & generationẽ.* 13.

Non ſic tu dñe, cuius dies antiqui & anni
æterni. Cui⁹ non vmbratica vita, aut in decli
natione dies: ſed in ęternũ permanes: qui ſem
per idẽ ipſe es, & anni tui nõ deficient. Apud
quem non eſt tranſmutatio, nec viciſitudinis Iaco.1.c.
obũbratio. tu ab ęterno Deus, tu omĩ ipotẽs
& creator: nos autẽ creaturę, qui & reputati
ſumus in vaſa teſtea, opus manuũ figuli. Nos Thre. 4.a.
percuſsi vt fœnũ, qui obliti ſumus comedere
panẽ noſtrum: tu autẽ memor es nři. qui etſi
interdũ viſus ſis quod auertis faciẽ tuã à no- pſ.43.v.26
bis, & obliuiſceris inopiæ noſtræ & tribula-
tionis nřæ: ſed memoriale tuũ eſt in genera-
tione & generationẽ. Eſt quidem promiſsio
tua memoratu digna: qua daturũ te nobis ex
miſericordia promiſiſti. tu nunc videris dor-
mire: eò quod auxiliũ differas. At vbi vene-
rit plenitudo temporis.

*Tu exurgens dñe, miſereberis ſion: Quia venit tẽpus miſerẽdi ei⁹, quia venit tẽpus.* 14.

Venit vtique, & ideo ego orationẽ meam
ad te dñe: quia tẽpus beneplaciti Deus, &c. Pſ. 68.v.16
prope eſt vt veniat tẽpus ei⁹, & dies eius non
elongabũtur (dixerat Eſaias) miſerebit enim Eſa.14.a.
De⁹ Iacob, & elegit adhuc de Iſrael. Ecce ve
nit tẽpus miſerẽdi eius: quia venit tẽpus acce
ptabile, dies ſalutis. de quo dñs per eundem
Eſaiam: in tempore placito exaudiui te, & in Eſa.49.c.
die ſalutis auxiliatus ſum tui. tu igit exurgẽs
dñe, miſereberis ſion: quia venit tẽpus miſerẽ
di eius, non eſt quòd iam aduentũ tuum diſ-
feras: quia venit tẽpus. Veni dñe, noli tarda-
re: & ſic actũ eſt. Nã vbi venit plenitudo tem
poris

Gal.4.a. poris(ait apoſtolus)miſit Deus filium ſuũ fa
ctum ex muliere,factum ſub lege,&c. Miſer
tus eſt quidẽ ſion,& eccleſiæ ſuæ ſanctæ: eũ
per fidẽ ſpeculãtis. Miſertus eſt(inquã)& be-
Pſ.50.v.19 nigne fecit in voluntate ſua ſion:vt ædificen-
tur muri Ieruſalem.

15. *Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides*
*eius: & terræ eius miſerebuntur.*

Nempe apoſtolos elegiſti,quos in eccleſia
tua ſtructores ſtatuiſti, eosq; ad huiuſmodi
Mat.vlti.c. munus deſtinaſti,dicens: euntes in mundum
vniuerſum:prædicate euangeliũ omni crea-
turæ. Illi autem profecti,prædicauerũt vbiq;
domino cooperante,& ſermonẽ confirman-
te ſequentibus ſignis. An non euãgelij prædi-
catio,eccleſiæ ædificatio eſt? prædicauerunt
igitur,& eccleſiam conſtruxerũt: quoniã pla
cuerũt ſeruis tuis lapides eius. Sic enim ante
cecinit, cum de ſtructura illius(ſub vineæ ty
Eſa.5.c. po)ageret Eſaias. ſepiuit(inquit)eam,& lapi
des elegit ex ea,& plãtauit vineam electam:
& ædificauit turrim in medio eius, &c. Iu-et
ſunt qui legãt,eiecit,quod etiam vero ſenſui
cohæret. Eiecit vtique improbos & ineptos:
elegit autem quos ſtructuræ prænouerat , ac
fecerat aptos. diſperſi quidem erant lapides
Thre.4.a. ſanctuarij in capite omniũ plateãrũ. Sed quo
niam placuerunt ſeruis tuis lapides eius,quos
tibi etiam ipſi placitos eſſe nouerunt: lapides
illos iam viuos & per fidem viuificatos, in
vnum adduxerunt dicentes:vos ipſi tãquam
1.pet.2.a. lapides viui, ſuperædificamini domos ſpiri-
tuales. Et terræ eius,ſeu abiecto puluer i, mi-
ſerebuntur:eò quod tu miſertus ſis, dicentq;
tunc verè & piè,quod mẽdaciter promiſerat
populus Ephraim & habitantes Samariam,in
Eſai.9.b. ſuperbia & magnitudine cordis dicentes: la-
teres ceciderunt,ſed quadris lapidibus ædifi
Zac.9.d. cabimus. Et iterum per Zachariam: ſaluabit
eos dominus Deus eorum in die illa, vt gre-
gem populi ſui:quia lapides ſancti eleuabun-
tur ſuper terram eius Sequitur.

16. *Et timebunt gentes nomen tuũ domine:*
*& omnes reges terræ gloriam tuam.*

Ædificata ſion,gentes,quibus antea nomen
tuum exoſſum erat,tanquam dignum & glo
rioſum verebũtur illud. Et nedum gẽtes , ſed
etiam gentium reges,gloriam tuam tremen-
tes exaltabũt. deſpectus illis eras,quòd filius
hominis duntaxat videbaris, non habens vbi
reclinares caput tuũ:at ſion facta,cõſtructa,
& quaſi arce munitiſsima ( ad nominis tui
gloriam)in altum erecta,timebunt gentes no
men tuum. Agnocent enim quod Dei & ho-
minis ſis filius : & idẽ dominus omniũ,diues
Rom.10.c. in oẽs qui te inuocant. Amplioris enim glo-
riæ iſte præ Moyſe dignus habitus eſt(ait a- Heb.3.a.
poſtolus)quãto ampliorem honorem habet
domus,qui fabricauit illam. omnis nãque do
mus fabricatur ab aliquo : qui autem omnia
creauit,Deus eſt. timebunt igitur.

*Quia ædificauit dominus ſion: & videbi* 17.
*tur in gloria ſua.*

Sion duplex eſt:& quæ in terra militat, &
quæ in cælo triumphat. vtranque ædificauit
dñs, & in vtraque videtur in gloria. An non
gloria Dei,incarnatio Chriſti:in qua in terris
viſus eſt factus homo,& videbitur viuorum
& mortuorum iudex,poſtremoq; videbitur
in gloria ſua:quum fuerit ſanctorum ſuorum
præmium & corona. Sequitur.

*Reſpexit in orationem humilium : & nõ* 18.
*ſpreuit precem eorum.*

Reſpicere Dei,miſereri eſt. Reſpexit ergo,
& exoratus venit lapis ille angularis Chriſtus Ephe.2.d.
ieſus,in quo omnis ædificatio conſtructa cre
ſcit in templum ſanctum in domino. de quo
dominus per Eſaiam dixerat. Ecce ego mittã Eſa.28.d.
in fundamentis ſion lapidem,lapidem proba
tum,angularẽ,precioſum,in fundamento fun
datum. Venit(inquam)hic lapis è cælo demiſ
ſus:& viuos lapides ad ſe traxit,quos ſibi co-
aptãs,ædificauit dominus ſion,ideſt eccleſiã
ſuam ſanctam conſtruxit, & in fide mediato
ris inſtruxit. quia reſpexit in orationem hu-
milium,& nõ ſpreuit precem eorum in dies
clamãtium. orantis humilitas, orationem ex
audibilem reddit , iuxta illud:oratio humi- Ec.35.c.
liantis ſe : nubes penetrabit ſic Paulus ait: Ephe.3.c.
huius rei gratia , flecto genua mea, &c : vt
orans, vel hoc ſigno ſe humilem oſtẽdat. Ait
ergo : reſpexit , & non ſpreuit , qui carnem
induit.

*Scribantur hæc in generatione altera: &* 19.
*populus,qui creabitur, laudabit dominũ.*

Generatio etiam duplex eſt: carnalis ſcili
cet,& ſpiritalis. prioris teſtamenti hæres illa:
noui vero ſecunda. Ii quidem non ex ſangui
nibus,nec ex voluntate carnis,nec ex volun- Io.1.b.
tate viri,ſed ex deo nati ſunt: & ex aqua, &
ſpũ ſancto regenerati. Scribantur igitur hæc
tam ſublimia,& omne meritũ ſuperantia,pro
generatione altera futura(ait diuinus vates)
ne vnquã memoria excidãt. Et populus , qui
creabitur,chriſtianus & fidelis , laudabit do-
minũ. In Chriſto enim Ieſu(ait Paulus)neque Gal.6.d.
circunciſio aliquid valet nec præputium:ſed
noua creatura. Siqua ergo in Chro noua crea
tura vetera tranſierunt, ecce facta ſunt om- 2.Cor.5.d
nia noua. hic vtiq; de in extimabili beneficio
percepto,laudabit dominum.

Quia



20. *Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dñs*
*de cælo in terram aſpexit.*

Audi nunc ſcribenda. quia proſpexit,&c.
proſpexit excelſus de excelſo habitaculo ſuo:
& humilem reſpexit hominem. proſpexit,dũ
Phi.2.a. humilis effectus eſt, in ſimilitudinem homi-
num factus,habitu inuẽtus vt homo. Id ipm
que exponẽs repetit:dñs de cælo in terram
aſpexit. Adam ille ſecundus de cælo cæleſtis:
in primum de terra terrenũ,miſeramq; illius
progeniẽ miſericorditer aſpexit. Aſpexit(in
quam)nec deſpexit de cælo dñs,hominem in
luto iacẽtem:quin benignum potius & fauo-
rabilẽ pietatis ſuæ in eum conuertit aſpectũ.

21. *Vt audiret gemitus compeditorũ : vt ſol-*
*ueret filios interemptorum.*

Compediti erant homines , & ſub diaboli
tyrãnica poteſtate in peccatorũ vincula con
iecti,iamque morti addicti, omnes primorũ
parentũ filij,quos interemerat ille, qui homi
Io.8.f. cida erat ab initio , & in veritate non ſtetit,
quia non eſt veritas in eo. gemebãt infœlices
illi,vicem ſuam dolentes,atque dicentes: in-
troeat in conſpectu tuo gemitus compedito
pſ.78.v.11. rum:ſecundum magnitudinẽ brachij tui poſ-
ſide filios mortificatorum. Et ecce proſpexit
dñs,vt audiret gemitus cõpeditorum,& ſol-
ueret filios interemptorũ. Atqui proſpexit,
vt gemerent qui præuenit:ac deinde proſpe
xit:vt audiret & ſolueret. Nam qui cuſtodit
Pſ.145.v.5. veritatem in ſeculum , facit iudicium iniuriã
patientibus,dat eſcam eſurientibus : ipſemet
dominus ſoluit compeditos,dominus illumi
nat cæcos.

22. *Vt annuncient in ſion nomen domini: &*
*laudem eius in Ieruſalem.*

Annuncient, qui diſruptis vinculis pecca-
torũ,redempti ſunt à domino:quanta illis fe
cerit dominus. ſemper ſit laus eius in ore ip-
ſorũ. Laudent in ſion nomen domini, qui eos
libertate donauit:& in illa que ſurſum eſt Ie
ruſalem libera,quę & mater noſtra eſt:laudẽ
eius inceſſabili voce canant. præcinãt in ſion:
quod proſequatur in Ieruſalem. Sequitur.

23. *In conueniendo populos in vnum: & re*
*ges vt ſeruiant domino.*

Conueniunt interdũ ſimul populi & eorũ
reges,nõ in melius,ſed in deterius,quales Cõ
1.Cor.11.d. rinthij , quos apoſtolus taxat ꝓpter ſciſuras
& diſſenſiones, per quas vigor ſoluitur diſci
plinæ: Aut illi,qui conuenerunt in vnum ad-
pſ.2.ve.2. uerſus dominum,& aduerſus Chriſtum eius.
Is vtiq; damnabilis conuentus eſt. Non ergo
ſic,ſed vnam ſanctam conſtituentes eccleſiã,
vt ſeruiant domino. quid tum poſtea.

*Reſpondit ei in via virtutis ſuæ: paucitatẽ* 24.
*dierum meorum nuncia mihi.*

Virtus vnita(dixit quidam)fortior eſt ipſa
diſperſa. diſperſi erãt lapides ſanctuarij:ſed
iam in vnum coadunati,dum lapis ille quem
reprobauerunt ædificãtes,factus eſt in caput Pſ.117.v.21
anguli. vna eccleſia cõſtructa eſt,& in via vir
tutis ſuæ(que vnitas eſt fidei)reſpõdit domi
no vocanti. Reſpondit vna vni:& ipſi inſepa-
rabili nexu vnitur. Reſpondit,& interrogat.
ſed quid reſpondit dicenti:ſurge propera a-
mica mea,columba mea,formoſa mea & ve-
ni? dilectus(inquit)meus mihi,& ego illi qui Cant.2.c.
paſcitur inter lilia: donec aſpiret dies, & in-
clinentur vmbræ. Reſpondit dilecto ſuo ſpõ
ſa:& ad votum illi reſpondit. Nec vocata re-
nuit,ſed illi ſtatim adheſit,& inter dulces am
plexus, pendens ab ore eius : periodum pere
grinationis ſuæ ſcire cupit dicẽs: paucitatem
dierum meorũ nuncia mihi. Fac ſentiã,quàm
pauci ſint dies,& breuis hui' ſeculi vita : quo
te ardentius amem,& diligentius quæram: vt
ſpe tui inuiſendi ſuffulta, inter anguſtias non
ſuccubã:quinimo tibi tãdem obſequi (dũ vi-
ta comes fuerit) toto conatu adnitar , iuxta
illud Pauli;bonum autem facientes, non defi Galt.6.b.
ciamus:tẽpore enim ſuo metemus,non defi-
ciẽtes. Ergo dum tẽpus habemus: operemur
bonum ad omnes,maxime autem ad dome-
ſticos fidei. paucitatem etiam dierum illorũ,
cum ſæuiſsimus ille perditionis filius venerit
Antichriſtus: nuncia mihi,quàm breues futu
ri ſint,qui & propter electos breuiabuntur. Mat.24.b
hoc quidem non mediocri futurũ eſt mihi ſo
latio. Erit enim tũc tribulatio magna , qualis
non fuit ab initio mũdi vſque modo,nec fiet.
At in hac præcatione nõ fruſtrata eſt eccle-
ſia:quãdoquidem ex prophetica reuelatione
nouit,quod tres anni erunt cum dimidio,qui
quadraginta duo menſes ſunt. Nam per tem-
pus ſcilicet & tempora & dimidium tempo-
ris,apud Danielem,et in apocalypſi Ioannis Dani.12.c.
ſcriptum eſt:quod datũ eſt ei os loquens ma Apo.13.a.
gna & blaſphemias:& data eſt ei poteſtas fa-
cere menſes quadraginta duos. Et in hũc ſen
ſum,quaſi de ſe ipſa loquentem eccleſiam in-
ducẽtes:ita quidã trãſtulerunt: Afflixit in via
virtutem meam,& abbreuiauit dies meos. di
cam deus meus.

*Ne reuoces me in dimidio dierum meorũ:* 25.
*in generatione & generationẽ anni tui.*

Certe periculoſum tempus eſt ætatis no-
ſtræ medium,quod circa adoleſcentiam ver
ſatur:quoniam vita adhuc floret,vernãs & la
ciuiens. ſed non huc tendunt eccleſiæ ſanctæ
verba. Ne reuoces me(inquit)in dimidio die
rum

rum meorũ, hoc eſt, ſine me vltra progredi. immò me in tua ſtabilitate firma: ne declinẽ à recto, virilem quam mihi in te vnico viro meo fortitudinẽ preſtitiſti: tu corrobora adiutor fortis, & conſerua. Non ſubtrahas potentię tuę manũ auxiliatricem: ne deficiẽs retrocedam. Id quidẽ reuocare eſt: ſi opem nõ feras. fui olim lactens, fui infantula, fui paruula, quum ſodales tui (dilecte mi) dicebant: Cant.vlt.c ſoror noſtra paruula eſt, & vbera non habet: quid faciemus ſorori noſtrę in die, quãdo alloquẽda eſt? At iam adulta, adeò in te excreui, & fortior facta ſum: vt cum apoſtolo tuo dicere auſim. Phili.vlt.c. Ego enim didici in quibus ſum ſufficiens eſſe. ſcio & humiliari, ſcio & abundare: vbique & in omnibus inſtituta ſum, ſatiari & eſurire, & abundare, & penuria pati. omnia poſſum, in eo qui me confortat. Facta Cant. 6. a. ſum etenim ſub te duce, vt caſtrorũ acies ordinata. Cant.vlt c ſi murus eſt (aiunt nunc ipſi ſodales) ædificemus ſuper eum propugnacula argentea. ſi oſtium eſt, cõpingamus illud tabulis cedrinis. Ego murus, & vbera mea ſicut turris; ex quo facta ſum coram eo quaſi pacẽ reperiens. Meritò nunc ergo petit in robore ſuo cõſeruari dicens: ne reuoces me in dimidio dierum meorũ, quum eſſem recens nata, iam que puella, cuſtodiſti: cuſtodies etiam quum ad maturam ætatẽ peruenero, prope vltimã vniuerſalis iudicij diem: nũc itidem dimidio dierum meorũ cuſtodi. Meorum dixi, nõ tuorum: non quod huius tẽporis non creaueris dies, qui creaſti omnia: ſed ꝙ tranſitorij ſint, & rerum humanarum ac prætereuntium menſura: dies verò tui æterni. Nam in generatione & generationem, anni tui. Ita eſt ſanè.

62. *Initio, tu domine terrã fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli.*

Tu (inquit) rerũ omnium & tẽporis creator es, omnipotens æterne deus. fundaſti terram: cęlos manibus potentię & ſapientię tuę fabricaſti. Et (vt verbo apertiori dicã) ĩ principio creaſti cælum & terram. Gen.1.a. Eras igitur ante omnia, qui omnia condidiſti. Hoc etiã efficax inter alia ſcripturæ ſanctæ teſtimonia cõgerit Paulus, in ea quę ad Hebręos eſt epiſtola, Heb.1.d. ad Chriſti Ieſu filij Dei & domini noſtri diuinitatem comprobandam.

27. *Ipſi peribũt, tu autem permanes: & oẽs ſicut veſtimentum veteraſcent.*

Peribunt cæli quo ad motum, non quo ad ſubſtantiam: qui nunc mouentur ad rerum generationẽ & corruptionem, & mortalis vitæ huius obſequiũ. At quum cõpletus fuerit numerus electorum: ceſſabit cęlorũ motus, nec erit vltra hominum generatio. tu autẽ immotus in te permanes: qui infinita & illimitata ſimulq; perfectiſſima & ſimpliciſſima ſubſtantia es. Et omnes ſicut veſtimentũ veteraſcet, ſpecie quidem & figura, iuxta illud Pauli: 1.Cor. 7.f. pręterit. n. figura huius mundi. ſiue cæli materiales ſint, qui nunc minus quam in ſuę creationis primordio lucent: ſiue myſtici vt homines iuſti, qui in exteriore homine veteraſcunt: quorum corpora carioſis artubus ſeneſcunt. Sequitur.

28. *Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.*

Mutabuntur cæli, mutabũtur atque in melius celeſtes homines commutabuntur: idque iuſſu & ſummi opificis arte: omnes quidẽ reſurgemus (ait apoſtolus) ſed nõ omnes immutabimur, &c. 1.Cor.15.f Canet enim tuba & mortui reſurgẽt incorrupti, & nos immutabimur, &c. tu dñe immutabis eos, quaſi indumentũ innouãs: abſque vlla tui ipſius mutatione, qui ſemper idem ipſe es, vndequaque æternus & infinitus, nec anni æternitatis tuæ deficient vſquam, ita apoſtolus aſſerens æternitatẽ Chriſti ait: Heb. 13.b. ieſus Chriſtus heri & hodie ipſe & in ſecula. ſed dicet quiſpiam: erũt ne qui hanc tuã domũ inhabitent, & ipſius fruantur æternitate? erunt vtiq;.

29. *Filij ſeruorum tuorum habitabunt: & ſemen eorum in ſeculum dirigetur.*

Ii quos ſerui tui apoſtoli per euangeliũ genuerunt, nec à patribus degenerarũt, ſed fidei illorum extiterunt imitatores: introibunt in requiẽ tuam, vbi plena ſecuritate gaudebunt. Cuius rei, ꝙ filij non patres, terrã promiſſionis ingreſſi ſunt, Num.14.f. aptiſſima figura fuit. Introibunt igitur & habitabunt atq; in te qui eorũ es ſine fine finis: vti ſemẽ longeuũ (citra omne diuerticulũ) velut in obiectum illos beatificans, dirigentur: vel (vt quidam legũt) & ſemen eorũ coram te firmabitur; cum apparuerint in gloria, quã nobis oĩbus elargiri digneris pientiſſime Ieſu, qui cum patre & ſpiritu ſancto per infinita ſeculorum ſecula regnas. Amen.

EPILOGVS PSALM. 101.

Luc.18.a. DOMINE exaudi orationem meam, &c. *oportet ſemper orare, & nunquã deficere. Ideo toties pulſo, uti aperiatur tandem. Non auertas faciem, inclina aurem, & uelociter exaudi me, quia defecerunt ſicut fumus dies mei, oſſa quaſi in ſartagine frixa aruerunt præ angore animi, percuſſus ſum, uti grandine fœnum: & cor meum ad maciem redactũ eſt, ac ferè exinanitũ: quia*



*oblitus ſum comedere panem meum, uerbum Dei ſcilicet: hic etenim panis cor hominis cõfirmat. Ecce crebris gemitibus & ſuſpirijs eiuſq; conſumptus ſum: ꝙ iam corporis oſſa dinumerari queant. ſimilis factus ſum animalibus conſortia aliorum fugientibus, præ nimia triſtitia grauante animum. Vigilaui, nec ſecuros ſomnos cœpi: perſequentium rabie laceſſitus. quippe qui in modum paſſeris ſolitarij, tecta domus aſcendi merens, conſiderans ꝗ rerum euentus. tota die inimici mei congerebant in me maledicta: & qui palpabant publicè, coniurationem aduerſum me ſecreto faciebant: quia cinerem tanquã panem manducabam, & poculum meum cum fletu miſcebam. Certe caſum meũ dolens atq; deflens ea quæ incidi mala: à facie iræ indignationis tuæ: quia eleuans me Deus, ducensq; ad tanti faſtigij culmen, ut ad imaginem & ſimilitudinem tuam conderes, alliſiſti ac deieciſti me ſuperbientem. hinc dies mei ſicut umbra declinauerunt, & breues effecti ſunt: & ego ſicut fœnum arui, dum te reparatore meum ſpectos.* Iob.10.a. *tu autem dñe in æternũ permanes. Nunquid ſicut dies hominis dies tui, aut anni tui ſicut humana ſunt tempora? Abſit à te, qui ſemper idem ipſe es: atqui anni tui non deficiet. Nec ſolitæ miſericordiæ erga colliſſum hominẽ obliuiſceris unquam (uti ego qui oblitus ſum comedere panem meum) quia memoriale tuũ eſt in generatione & generationẽ. tu quidem dñe miſereberis eccleſiæ tuæ, cuius ego filius ſum: quoniam uenit tempus miſerendi eius: quia uenit tempus à te præfixum: ut ipſam reſtaures ædeficesq;. Nam ſeruis tuis, apoſtolis ſcilicet & apoſtolicis uiris, quos ad hoc munus diſtinaſti, & inſtruxiſti: placuerunt lapides eius uiui, ad huiuſmodi ſtructuram electi, atque te imitantes: terræ eius miſerebũtur. tunc timebunt gẽtes nomen tuum, timebunt etiam reges: quia ædificauit dominus eccleſiam ſuam, in qua glorioſus apparuit. Reſpexit utiq; in orationem humiliũ ad ſe clamatium: & non ſpreuit precẽ eorũ. Ne id ergo beneficium uſquam obliuioni detur: ſcribantur hæc pro generatione altera futura. Et populus, qui (ut noua creatura) ex aqua & ſpiritu ſancto renatus erit: laudabit dominum, pro tanti muneris elargitione. quia proſpexit de cælo dñs terreno homini, cõpeditisq; gementibus ſuccurrit, & parentum ſerpentino ſibilo occiſorum filijs, cõſuluit ſauciatis. hæc ſcripta legant, hæc reminent, & memoriæ mandent oẽs, ut ea annuntient. prædicẽtq; in eccleſia militante, diuinũ nomen exaltantes: & in ea quæ triumphat in cælis, deum ſummis laudibus efferentes. proſpexit igitur (ut dixi) dominus, uocabit gẽtes, populosq; & reges, ut illi ſeruiant: ipſosq; in unum congregauit, &c. Eccleſiam conſtituit ſanctam catholicamq;: nec uocata renuit,* Pſ.44.v.12 *ſed inclinauit aurẽ, audiuit & obediuit, atq; populi ſui & paternæ domus oblita uenit; & ſequuta ſponſum: reſpondit ei in uia uirtutis ſuæ,* Ephe.4.a *dignè ambulans, uocatione qua uocata eſt. Ipſumq; huiuſmodi humili oratione precatur. dilecte mi: paucitatẽ dierũ meorum nuncia mihi.* Iob.10.d. *hoc unum ſcio, quod dies peregrinationis meæ finientur breui. Sed ſcire uellem, quãdo pleni erunt, quo tandem cupitis fruar amplexibus? Interim tamen æterne Deus (cuius anni in generatione & generationem) obnixè precor, ne eo tempore facias me mori, quo adhuc putabam me eſſe uicturam: ut poſsint filioli mei deſides, peccata corrigere pœnitentia, ne in ſuis delictis ſecuri comprehendantur. quãobrem ne reuoces me in dimidio dierum morũ, donec augeatur cumulus meritorum, & electorũ numerus compleatur.* Gal.4.b. *Nõ reuoces me currentem poſt te, ſi quomodo apprehendam, nec me deniq; ad perfectionem tendentem, iterũ ad infirma & agena elementa mũdi redire permittas: ſed quæ retro ſunt obliuiſcens:* Phi.31.c *perſequar ad brauium ſupernæ uocationis, qui ſolus ipſe Deus æternus & incommutabilis es: cætera autem omnia mutationi ſubſunt. Initio tu domine terram fundaſti: & opera manuum tuarum ſunt cæli. Ipſi nunc mouentur, qui aliquando à motu ceſſabũt: & omnes ſicut ueſtimentum ueteraſcent, in dies lumine & influentia decreſcentes. Et ſicut pallium, aut lectuli operculum; mutabis eos abſq; tui mutatione: qui ſemper idem ipſe es, cuius anni æterni, & cæleſtis ipſa domus etiam æterna erit. quam filij ſeruorum tuorum habitabunt: & ſemen eorum in ſeculum dirigetur. gaude igitur, & lætare anima mea, in his quæ dicta ſunt tibi.*

PSALM. 102.

B*Enedic anima mea domino: & omnia quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius.*

Cuius titulus eſt: p̃s. ipſi Dauid: cõmunis & ſimplex, ſatis aliàs elucidat⁹. Eſt hic p̃s. quędam in Dei laudem exhortatio, & ſui ipſius hominis excitatio, eò ꝙ De⁹ ſit primo in hoc verſu, deinde in ſequẽtibus: pro innmeris ab eo acceptis beneficijs. ò aĩa mea (inquit) noſtrum omnium perſonã agens & breuiori cõpendio atq; epitome, mandatum illud cõplectẽs de diligendo deo (pro vt daẽ in via) ex toto corde, ex toto intellectu, ex tota anima, Mat.12.c. & ex tota fortitudine: benedic domino, non ſolum exteriore voce & opere, geſtu corporis, nutibus, ſignis, & ſenſuũ obſequio, ac miniſterio: verùm etiam omnia interiora mea, animæ ſilicet vires, intellectus, voluntas, memoria, & ſi quę ſunt aliæ potentiæ: toto niſu atq; conatu & intẽſiore affectu, nomini ſancto eius dicite laudẽ, hac phraſi vtitur Eſaias dicens: ſuper hoc venter meus ad moab quaſi cithara ſonabit: & viſcera mea ad murum cocti lateris. Ecce iterũ idipſum repeto anima mea: ne ſis deſidioſa & ingrara.

Benedic

2. *Benedic anima mea domino: & noli obli*
*uiſci omnes retributiones eius.*

Non ſis tot beneficiorum immemor: quę
tibi hactenus tribuit & retribuit domin⁹, be
nedic quod te creauit ex nihilo ad imaginē
& ſimilitudinem ſuam, fecitq; rationalem, &
gloriæ ſuæ capacem. Arbitrij dedit libertatē,
lumen indidit naturale, tibi quis & qualis eſ-
ſet, innotuit, pone etiam ob oculos, quas pro
in eum commiſsis, tum tēporaneas, tum æter
nas, promerebaris pœnas. noli has tibi p̄ tot
offenſis debitas, ſed ex mīa dilatas, obliuiſci
retributiones, vide quam longanimis erga te
fuerit, hęc ſemper recole, hęc meditare, & be
nedic & lauda: ne diuitias bonitatis ei⁹ & pa-
tientiæ & longanimitatis cōtemnere videa-
Ro.2.a. ris. An ignoras q̄m benignitas Dei ad pœnitē
tiam te adduci ait Paulus? noli ergo obliuiſci
has Dei, & alias promeritas retributiones:
ſed benedic anima mea & lauda eum.

3 *Qui propiciatur omnibus iniquitatibus*
*tuis: qui ſanat omnes infirmitates tuas.*

Audi nunc aliquot pręcipua quę in te quo
tidie operatur. dn̄s primum cōdonat culpas,
ſiue ex malitia, quas vocat iniquitates: ſiue
ex ignorantia aut infirmitate procedāt, quas
cōmuni vocabulo infirmitates appellat. Sunt
quidem plura iniquitatum genera: & illis om
nibus quantumlibet multis & magnis, ſecun-
dùm magnam miſericordiā et multitudinem
miſerationū ſuarū, propiciatur dn̄s. Cui pro-
priū eſt miſereri ſemper & parcere: ſi compū
ctionis lachrimis peccatū tuum agnocēs ac-
cuſaueris, et humiliter petieris remiſsionē.
Si quis peccauerit (euāgeliſta Ioannes ait) ad
1.Io.2.a. uocatum habemus apud p̄rem, Ieſum Chr̄m
iuſtū: & ipe eſt propiciatio pro peccatis no
Ro.3.d. ſtris, &c. Cui cōcors eſt Paulus dicens: quem
propoſuit Deus propiciatorē per fidē in ſan-
guine ipſius, &c. Sunt etiam et infirmitates
quædam, quæ à peccato proceſſerunt: qualis
eſt ignorantia, debilitas ad bonum, pronitas
ad malum, lex illa membrorum, & quæ hu-
iuſmodi ſunt nobis derelictę à primo delicto
egritudines: quas omnes mitigat & ſanat piē
tiſsimus ille, perinde ac ſapientiſsimus medi
cus, totius noſtræ ſalutis autor: qui verè lan-
Eſa.53.b. guores noſtros ipſe tulit, et dolores n̄ros ipe
portauit: quiq; vulneratus eſt propter iniqui
tates noſtras, et liuore eius ſanati ſumus. Seq.

4. *Qui redimit de interitu vitā tuā: qui coro*
*nat te in miſericordia, & miſerationib⁹.*

Redimit quidem, aut à morte ſuſcitans: aut
à morte præſeruans. Eſt enim copioſa apud
eum redemptio. tu cecidiſti, & Dei grā reuo
caris ad vitam: tu etiam cecidiſſes: ſed dei ō-
pe ſtas. de vtraque redemptione in libro Iob
Iob.33.e. ſcriptum reperies, quòd eruat dn̄s animā ho-
minis à corruptione: & vitam illius vt nō trā
ſeat in gladium. Inueni (ait dn̄s) in quo ei pro
picier. Cōſumpta eſt caro eius à ſupplicijs: re
uertatur ad dies adoleſcentiæ ſuæ. liberauit
animam ſuam, ne pergeret in interitū: ſed vi-
uens lucē videret. Ecce hæc omnia (ait) ope-
ratur deus: de quo nunc propheta dicit, dum
animam ſuam alloquitur: qui redimit de inte
ritu vitam tuam; qui circuncingit te in miſe
ricordia et miſerationibus, & quaſi in expu-
gnabili vallo te protegit. Ipſe etiam qui redi
mit, adiuuans ad meritum: in miſericordia et
miſerationibus reponit coronam iuſtitiæ, ip
ſamq; largitur in præmium.

5. *Qui replet in bonis deſiderium tuum: re-*
*nouabitur vt aquilæ iuuentus tua.*

Ad votum vel ad vtilitatem ſic tibi peten-
ti ſatisfacit dominus: quod replet in bonis de
ſiderium tuum. Nec te anima mea, multo tē-
pore famelicam eſſe patietur. profectò ſatia-
Pſ.16.v.17. beris: quū apparuerit gloria eius. tunc. n. ple-
nè quieſcet deſiderium tuū: nec quid vltra de
ſiderandum erit, cum intraueris in gaudiū do
mini tui. quod ſi nūc diſſolui et eſſe cū Chri
Phil.1.d. ſto, atq; ſeneſcente corpore iamq; ad corru-
prionē properāte, cum apòſtolo ingemiſcēs,
2.Cor.5.b. habitationē quæ de cælo eſt, ſuperindui cu-
pias, vbi gaudiū plenum eſt, & fœlix ille ſta-
tus, omnium bonorū agregatione perfectus:
Eſt dominus qui replet in bonis deſiderium
tuum; quum renouabitur vt aquilæ iuuentus
tua. Eſt qui te renouat per baptiſmum, pœni
tentiam, & ſui corporis & ſanguinis eſum: re
nouabitq; ab integro nouis dotibus in reſur-
rectione: vt culpæ & pœnæ vetuſtate depoſi
ta, iam quaſi aquila ad iuuentam rediens, cæ-
leſtia regna conſcēdere poſsis. Ipſe eſt enim
Eſa.40.g. qui (vt Eſaias ait) dat laſſo virtutē, & his qui
non ſunt fortitudinem, & robur multiplicat.
ſubditq;: qui autem ſperant in dn̄o, mutabunt
fortitudinem, aſſument pœnas vt aquilæ, cur
rent, & non laborabunt, ambulabunt & nō de
ficient. Sequitur.

6. *Faciens miſericordias dominus, & iudi-*
*cium: omnibus iniuriam patientibus.*

Non immeritò miſericordiam & iudiciū
pſ.100.v.1. cantabo tibi domine: quia faciens miſericor-
dias dn̄s & iudicium. Numera ſi potes homo,
multitudinem ſtellarum, & arenā quæ eſt in
littore maris: plures ſunt erga nos miſericor-
diæ domini. At iudicium eius non exiguum
erit circa peruerſos. qui ergo nunc iniuriam
patimini: patienter ſufferte, ſpectantes aduen
tum magni iudicis. Sequitur.

Notas



7. *Notas fecit vias ſuas Moyſi: filijs Iſrael*
*voluntates ſuas.*

Vniuerſæ viæ dn̄i miſericordia & veritas,
Pſ.24.ve.11 pſalmographus ipſe ait. Et miſericordia dei
fuit, quòd hominibus vias oſtēderit ad eum
perueniendi. quod ſcilicet Moyſi ſeruo ſuo
primum legem dederit, præcepta, prohibitio
nes, cæteraq; voluntatis ſuæ ſigna common-
ſtrauerit. ſed miſericordia maior: quod via
ipſa veritas & vita ad nos venerit: vt nobis
notas faceret vias vitę, reformaremurq; ī no
Rom.12.b uitate ſenſus, probantes quæ ſit voluntas dei
bona, bene placens, & perfecta. Sequitur.

8 *Miſerator & miſericors dominus: lon-*
*ganimis et multum miſericors.*

Miſerator quidem actu, ſed miſericors na-
tura. longanimis expectans: & multū miſeri-
cors, peccatores ad pœnitentiam adducens,
illiſq; nimia facilitate ac liberalitate parcēs.
quę duo vbera ſpōſi, lōganimitatē. ſ. & libera
Cant.1.a litatē experta, iure in cāticis laudat eccleſia.
Nèpe vltionē difert, nec ſtatim pręuaricātes
punit: qui non vult mortē peccatoris, ſed vt
Ezech.2.a conuertatur & viuat. Audi nunc dn̄m ad pro
phetā ſuū Ezechielē dicentē: fili hominis mit
to ego te ad filios Iſrael, ad gentes apoſtatri-
ces, quæ receſſerunt à me. ſi fortè vel ipſi au-
Eſa.30.d. diant: & ſi fortè quieſcant, &c. Et Eſaias ait:
propterea expectat dominus, vt miſereatur
veſtri. Et ideo exaltabitur parcēs vobis, quia
deus iudicij dominus. Sequitur.

9. *Non in perpetuum iraſcetur: neq; in æter*
*num comminabitur.*

Electis iraſcitur interdum ſuis: ſed iraſcit
ad tēpus, ne in perpetuū iraſcatur. Iratus vide
tur, dū errata in hoc ſeculo corrigit puniens:
ne deſeuiens vlciſcatur in futuro. Nūc cōmi-
natur pœnas ex mīa: ne illas poſtea in contu-
maces & inemēdatos infligat ex iuſtitia. Nō
igitur in perpetuū iraſcetur in ſanctos ſuos,
Pſ.84.v.9. & in eos qui cōuertuntur ad cor: neq; in ęter
num comminabitur, qui nunc ſæpius videtur
iraſci: ſed loquetur pacem in plebem ſuam, &
Pſ.144.v.9 miſericordiæ recordabitur miſericors & mi
ſerator dominus, cuius miſerationes ſuper
omnia opera eius: & miſericordia ſuper exal
Iaco.2.c. tat iudicium. qui (vt iam in prouerbiū exijt)
ſemper punit citra, & præmiat vltra condi-
gnum. Sequitur.

10. *Non ſecundum peccata noſtra fecit no-*
*bis: neq; ſecundùm iniquitates noſtras re*
*tribuit nobis.*

Nos malè facimus, ipſe autē benè. nos ini-
què agim⁹ illi pro aceptis benefitijs mala tri
buentes: ipſe autem non ſecundùm iniquita-
tes n̄ras retribuit nobis, q̨ beneficia multipli
cat in ingratos, vt de ingratitudine cōuincat,
& vincat in bono malū: promerebamur vtiq;
auxilij diuini ſubtractionē; & n̄ri anihilatio-
nem: ſed nō ſecundū peccata n̄ra fecit nobis,
qui punit peccatū, ſed cōſeruat peccātem, im
mò à non eſſe peccati, reducit ad eſſe grǽ.

*Quoniam ſecundùm altitudinem cæli à* 11.
*terra: corroborauit miſericordiam ſuam*
*ſuper timentes ſe.*

Attendite mortales omnes, vt (iuxta Pauli Ephe.3.c.
verbū) poſsitis comprehendere cum omnib⁹
ſanctis: quæ ſit latitudo & longitudo & ſubli
mitas & profundum: ſcire & ſupereminentē
ſcientię charitatem Chr̄i. Cælum multum di-
ſtat à terra, quod quaſi operculum illius eſt,
quo protegitur & defenſatur: cuius influen-
tia vegetatur, germinat, & producit. ſed dei
miſericordia (quā corroborauit dominus ſu-
per timentes ſe) longè altior, longè maior, lō-
gè deniq; efficatior eſt. Neceſſe eſt vt hęc cor
pora inferiora contigua ſint lationibus ſupe-
rioribus vt inde tota eorū vis gubernetur, di
xit quidam: ſed magis neceſſarium eſt, quòd
fiat miſericordia domini ſuper nos: vt nos vi Pſ.32.v.22
uificet ſecundùm, miſericordiam ſuam. bene
dic ergo anima mea domino: quoniam ſecun
dùm altitudinem cæli à terra, lōgè. melius &
efficacius corroborauit firmauitq; & ſtabili-
uit mīam ſuam ſuper timētes ſe. Adde illud.

*Quantum diſtat ortus ab occidente: lon-* 12.
*gè fecit à nobis iniquitates noſtras.*

Longè eſt à peccatoribus ſalus. ſicut à mor
te vita, ſic diſtat à peccato grā: quia (vt Pau- Ro.6.d.
lus ait) ſtipendia peccati mors, gratia autem
dei vita ęterna. Nec ſimul habitare queunt in
homine: quæ (diuino ſtante pacto) ex diame-
tro pugnant, & alterunt expungit alterū. Nō
enim ſimul eſſe poteſt filius regni, & fili⁹ per
ditionis homo. Quum ergo dominus gratiā
ſuam nobis infudit: eò ipſo tam longè fecit à
nobis iniquitates noſtras, quantum ortus di-
ſtat ab occidente, lux à tenebris, habitus ā pri
uatione. benedic igitur anima mea domino:
nunquid non ipſe eſt pater tuus, qui poſſedit Deut.32.a
te, & fecit & creauit te?

*Quomodo pater miſeretur filiorum: mi-* 13.
*ſertus eſt dominus timentibus ſe: quoniā*
*ipſe cognouit figmentum noſtrum.*

Quis plenè nouit affectum patris, niſi pa-
ter: deus autē pater n̄r eſt, qui nos per grām
ſuā in filios adoptauit. ex quo (iuxta apoſto-
lum) omnis paternitas in cęlo & in terra no Ephe.3.a
minatur, quo modo ergo pater miſeretur fi
liorum: ita miſertus eſt dominus noſtris

 defectibus

defectibus condeſcendens. Rumpuntur quidem eius viſcera affectu paterno, & quátumlibet ſaxeo, ferrea atq; adamátina (vel ipſa natura cogente) ad filiorũ miſeriã teneteſcunt: non ſecus, effectu miſertus eſt dominus timẽtibus ſe: quoniam plaſtes ipſe nouit, quod finxit opus & etiam experimẽto factus homo, quàm infirmum, quámq; ſit natura fragile. certe non aureum argenteum vè: ſed terreũ atq; teſtaceum. An non hęc congrua miſerationis cauſa? congrua ſane licet primaria & pcipua, eius beneplacitum ſit. vnde per Eſaiam ad ecEſa.49.a cleſiam ſuam dominus: Nunquid obliuiſci poteſt mulier infantem ſuum, vt nõ miſereatur filio vteri ſui? Et ſi illa oblita fuerit: ego tñ non obliuiſcar tui. Ecce in manibus meis deſcripſi te.

14. *Recordatus eſt quoniam puluis ſumus homo ſicut fœnum: dies eius tanquam flos agri ſic efflorebit.*

Recordatus eſt, qui nuſquan oblitus: Recordatus eſt, ſubueniens (quam condidit) naturæ fragili: quoniam puluis ſumus, quaſi fœnum & flos agri, nullius fere reſiſtentiæ: qui niſi adiuti, leui flatu diſpergimur, areſcimus, & decidimus marcidi.

15. *Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet: & non cognoſcet amplius locum ſuum.*

Pertranſibit quidem peſtilens ille mortis flatus. nam per vnum hominem peccatum in-
Ro.5.v. troiuit in mundum: & per peccatũ mors. pertranſibit (inquam) quemadmodum ſtatutum
Heb. 9.g eſt hominibus ſemel mori: poſt hoc autem iudicium. Et non ſubſiſtet homo, ſicut antea, ex corporea & ſpiritali natura conſtans. pertranſibit in corpore ſuo anima quaſi viatrix, & non cognoſcet amplius locum habitationis ſuæ: corpus ſcilicet paſsibile & mortale, vſq; in illum vniuerſalis iudicij diem, quãdo
1.Cor.15.f omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Nec amplius in re peruia eſt immorandum. Sequitur.

16. *Miſericordia autẽ domini ab æterno & vſq; in æternum: ſuper timentes eum.*

Non ſic dei miſericordia eſt areſcens ſicut fœnum: nec eius duratio tanquam flos agri. Eſt quidem permanens in ſeculum ſeculi: &
Luc.1.e. à progenię in progenies timentibus eum. Eſt etiam ab ęterno ſecundũ prędeſtinationem, qua propoſuit aliquos liberare, & ſecundum vocationẽ & iuſtificationẽ, quibus hoĩes ſaluat ex tp̃e, magnificatq; ĩ ęternũ, ab omni miſeria liberãs, & in mĩa & miſerationib⁹ illos coronans, vt ſuperius ver. 4.

17. *Et iuſtitia illius in filios filiorum: his qui ſeruant teſtamentum eius.*

Fides domini, & veritas promiſsionis illius: inimobilis perſeuerat in filios filiorum, ideſt in apoſtolorum imitatores. Ii etenim filij filiorum nuncupãtur: qui & legem atq; præcepta illius cuſtodiunt, ipſiuſq; (ex animo) voluntatem adimplent.

18. *Et memores ſunt mandatorum ipſius: ad faciendum ea.*

Qui tantũ dei præcepta nouerunt, vt duntaxat ea citent, cęteriſq; ex ſuggeſto pronun-
Matt.23.c. tient, ſicut ſcribę & phariſei, qui ſuper cathedram Moyſi ſederunt, de quib⁹ ait dominus: dicunt enim & non faciunt: ij memores ſunt mandatorum dei, ſed non ad faciendum ea. At qui in lege dñi meditantur die ac nocte, cupientes ſcire voluntatem domini ſui, vt faciant: ij miſericordiæ & iuſtitiæ illius participes erunt. Sequitur.

19. *Dominus in cælo parauit ſedẽ ſuam: & regnum ipſius omnibus dominabitur.*

Nec arbitreris ò aĩa mea (ſubiungit) quod tu ſola ſis, ad domini tui laudem euocanda. Vniuerſalis cæleſtium & terreſtrium eſt dominus. qui licet vbiq; ſit: in cælo tamen parauit ſedem ſuam. vbi maiores & pulchriores operatur effectus: ibi ſine intermiſsione laudatur ab angelis, quorum millia millium mi-
Dani.7.b niſtrant ei: & decies millies centena millia aſſiſtunt ei. Ibi ſe ipſum regem glorioſum oſtẽdit, & regnũ ipſius longè lateq; diffuſum eſt, ita vt omnibus dominetur?

20. *Benedicite domino omnes angeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum eius.*

Vos ergo ſpiritus angelici hominibus potentiores, qui à magnifica virtute, qua præditi eſtis, virtutes & poteſtates denominamini. vos (inquam) angeli in hierarchijs veſtris ordinati, vt propinquius & immediatius notione intima atq; interna reuelatione, dei voluntatem intelligẽtes: illam inferioribus intimetis, faciatiſq; miranda, quæ in gloriam ſuam per vos facere dignatur ipſe: benedicite illi qui tales vos condidit.

21. *Benedicite domino oẽs virtutes eius miniſtri eius, qui facitis voluntatem eius.*

Scio equidẽ, quod vr̃m ſit nemo, q ab hoc munere ſit alien⁹. vobis igĩ oĩbus cõgratulor principes glorioſi. ꝙ qui p̃eſtis, & q admini-
Heb.1.c. ſtratorij eſtis ſpũs in miniſteriũ miſsi, eodem cõcentu bñdicitis dño: bñdicite fœlices. Nec ſolũ angelos & homines ꝙ intellectualis ſint naturę, ad dei laudẽ & benedictionẽ inuitare & excitare



& excitare iuuat: libet etiam in hoc munus cætera creata omnia viſibilia & inuiſibilia commonere.

22. *Benedicite domino omnia opera eius, in omni loco dominationis eius: benedic anima mea domino.*

Eia igitur omnes creaturæ ſublimes, mediæ, & infimę, quæ vbiq; locorum eſtis: conditori obſequimini veſtro, qui vobis omnibus pleno iure dominatur. Immò tu anima mea, cui creata omnia eius diſpoſitione inſeruiunt: benedic domino in ſe, in te, & in illis. lauda quod creauit, quod redemit, quod gubernat, quod deniq; miſertus eſt tui: Et cõdonans culpam, contulit gratiam, paratamq; tibi atq; promiſſam reddet coronam. qui viuit & regnat Deus in ſeculorũ ſecula. Amen.

## EPILOGVS PSALM. 102.

BENEDIC *anima mea domino: & omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius.* Benedic anima mea, non ſis ingrata, & quaſi beneficiorum oblita, quæ non exigua te accepiſſe conſtat, ab eo qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis. quippe qui ſiue ex malitia, ſiue ex ignorantia, aut infirmitate, cõmiſſas delet culpas: ſanatq; à peccato in te derelictas infirmitates. quiq; uitam tuam præſeruat à morte, teq; miſericordia ac miſerationibus circuncingit totam: ne quoduis poſsit te expugnare malum: niſi tuopte arbitrio te ipſam dederis illi. Replet bonis deſideriũ tuum, quibus frueris, quum priore uetuſtate relicta renouabitur quaſi aquilæ iuuentus tua: quo ad cæleſtem patriam pẽnigero uolatu conſcendere queas. Eſt quidem miſericors & iuſtus dominus, qui ab iniurijs illatis uindicat ſeruos ſuos: & ex miſericordia (quanuis offenſus) errantibus uiam oſtendit, qua peruenitur ad uitam. Adeòq; miſericors eſt ac miſerator dominus, lõganimis, & multum miſericors: ut non in perpetuum iraſcatur, neq; in æternum comminetur: Sed miſeretur tandem his qui retrocedunt à malo. Nec etiam ſecundùm peccata noſtra fecit nobis, &c. quia miſericordia eius uincit malitiã noſtram, eamq; magnitudine & altitudine excellit, uti cælum ſuperat terram. Nempe fugat tenebras peccatorum, eaſq; in zephiros abire iubet. Nam quantum diſtat ortus ab occidente: longè fecit à nobis iniquitates noſtras. Nec ſecus ac pater filiorum, noſtri miſertus eſt dominus: quoniam ipſe cognouit figmentum noſtrum, quod fragile ſit. Recordatus eſt enim: quod puluis ſumus, homo ſicut fœnum, &c. mortalis ſcilicet, ut breui compendio dicam. quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet: quin potius diſcedet relicto corpore (qui locus ſuæ habitationis erat) quem non cognoſcet mortalem amplius, uſq; ad diem reſurrectionis. Audiſti diuinæ miſericordiæ altitudinem, au dilatitudinẽ & durationẽ. Miſericordia autem dñi ab æterno & uſq; in æternum, ſuper timẽtes eum. Nec iuſtitia minor, ac promiſſorum ueritas erga eos, atq; filios filiorũ, qui legem eius ſeruãt, & memores ſunt mandatorum ipſius, ad faciendũ ea. Id quidem timentiũ eſt. quod ſi adeò magnus eſt deus, & excelſus, qui parauit in cælo thronũ ſuum, & regnũ ipſius omnibus alijs dominabitur: uos oẽs cuiuſuis ordinis, & hierarchiæ angeli, hominesq;, benedicite domino: nec tu anima mea à benedictione quieſcas.

## PSALM. 103.

*BEnedic anima mea domino: domine deus meus magnificatus es vehementer.*

Cuius communis eſt titulus p̃s. Dauid, ſuperius ſatis expoſit⁹: licet apud Hebreos nullus ſit illi titulus. proſequitur laudes in hoc pſalmo diuinus pſaltes, dei magnificentiam, potentiam, ſapiẽtiam, bonitatem, ipſamq; deniq; prouidentiam, diſpoſitionem, & gubernationem circa creaturas. Ita vt graphicè depingens omnia, & articulatè narrans, vicem hiſtoriographi gerere videatur: hæc tamen in cortice. ſed alia longè altiora & ſubtiliora latent in nucleo, ſi illi ſpiritualem admoueas intelligentiam. Ait igitur dicatq; ſimul cũ eo noſtrum quiſq;: benedic anima mea domino, expergiſcere, & in dei laudem te ipſam effunde: eſt enim tibi (ſi aduertas) copioſa materia laudis. Magnitudinem illius (tecum habitans) pro tuo modulo meditare, & in hãc primum vocẽ erũpe: Dñe deus me⁹ magnificat⁹ es vehemẽter. tu magnificus es, q ęternus, omnipotens, & infinitus: ſed dum magnifica magnificè feciſti opera, magnificat⁹ es apud nos, quibus magnificentiam tuam oſtendiſti.

2. *Confeſsionem & decorem induiſti: amictus lumine, ſicut veſtimento.*

Creans lucem ac tot ſpecies rerum: confeſsionem & decorem induiſti, tu qui in te manens, ab æterno amictus es lumine ſicut veſtimento. Nam dum inuiſibilia tua, ſempi- Ro.1.c
terna quoq; virtus & diuinitas, ex creatura mundi, per ea quę facta ſunt intellecta cõſpiciuntur: quaſi ex veſtimento, ſpecioſus nimiũ, decorus, glorioſus, & quaſi lumine amictus videris: quo magis oĩbus innoteſcas. In Gen.1.a
principio creaſti cælũ & terrã, & ſtatim laudauerũt te ſimul aſtra matutina, & iubilarũt Iob.38.a
oẽs filij dei, te omnipotentem prædicantes. At quum miſericordia tua domine plena eſt Pſal. 118.
terra: quãdo homo fieri dignat⁹ es, ſpecioſus octo.8.v.8
forma præ filijs hominum: tunc denuo con- Pſ.44.v13.

feſsionem & decorem induiſti, quod in hoc
etiam amictus ſis lumine, Et redemptæ ec-
cleſiæ tuæ decore ſicut veſtimento. An non
gloriæ tuæ fuit, tuæq́; non exigua materia
laudis: quod propter homines in ſimilitu-
Phil.2.a. dinem hominum factus, habitu ſis inuetus vt
homo? ſiue ergo creans ſiue reparans: confeſ
ſionem & decorem induiſti, tu qui magnifica
tus es vehementer, ad dexteram patris ſedẽs,
amictus gloriæ lumine ſicut veſtimẽto. Seq.

3. *Extendens cælum ſicut pellem: qui tegis
aquis ſuperiora eius.*

Si ad mundi huius fabricam aſpicias, ſane
ita actum eſt. Nam qui creauit cælum & ter-
ram: cælum (vt vides) extendit facili verbo,
quaſi tentorium ex pellibus confectum, vt
eius ambitu tegeret atq; operiret omnia quæ
ſub cælo ſunt. Et ſuper cælum illud ſidereum
& ſtellatum: aliud aqueum ſeu cryſtalinum
condidit cælum, in modum cryſtali diapha
num & tranſparens: quo firmamenti circum
ferentia ipſiusq́; ſuperior tegitur pars. quod
vtiq; cælum cryſtalinum (ſuo vſus idiomate)
nunc ſpiritus propheticus aquas appellat. Sic
Gen.1.a. enĩ in Geneſi ſcriptũ legimus: dixit quoq; de⁹
fiat firmamentũ in medio aquarum, & diui-
dat aquas ab aquis. Et fecit deus firmamen-
tum: diuiſitq; aquas quæ erant ſub firmamẽ
to, ab his quæ erant ſuper firmamẽtum. &c.
Tunc quidem aliud myſticum cælum (quod
eſt eccleſia) hac diſpoſitione præfigurans.
in quo tot finxit, & fixit ſtellas: quot ſanctos:
vocauitq́; deus firmamentum cælum: quod
ſuę doctrinę texit aquis, & charitatis ſuę pro
texit operculo. hæc quidem cæteras (vti ex-
cellentior) operit virtus: & quod amplius
1.Petri.4. eſt, operit multitudinem peccatorum. quam
1.Cor.12. etiam (in ea quæ ad Corinthios eſt prior epi
13. ſtola) inter chariſmata meliora connumerat
Paulus, eamq́; vti viam excellentiorem demõ
ſtrat, & alijs virtutibus maiorem eſſe diffinit,
atq; alibi, ſupereminentem ſcientiæ, charitatẽ
Chriſti vocat. Niſi fortè (non ineptè) per cæ-
lum à cælando dictum: diuinam legem acci-
pias, quam ſicut pellem in varios extẽdit ſen
ſus. cuius nudæ ſcientiæ, etiam ſupereminen-
tem ſcientiæ prætulit charitatem. Nam ſciẽ-
1.Cor.8.a. tia inflat, charitas vero ædificat, quę licet ſit
omnibus excellentior, vt Corinthijs ſcribens
in calce. 11. capitis primæ epiſtolæ iſdem apo
1.Cor.13.b ſtolus ait: non tamen inflatur, non eſt ambi-
tioſa. Sequitur.

4. *Qui ponis nubem aſcenſum tuũ: qui am
bulas ſuper pennas ventorum.*

Vteris nube pro vehiculo curru, vel equo:
qui fragore & ſonitu magno ac potentiſsimo
curris. Adeòq; velox es: vt pernici volatu pẽ
nas ventorũ ſuperare videaris. fidei quidẽ eni
gmatica cognitio, nubes eſt. Et per fidẽ chari
tate formatam nobis fit aſcẽſus in cælũ. quod
extenſum (diximus) ſicut pellem, diuinã ſcri-
pturam ſignificare. Nubes etiam apoſtoli fuẽ
runt, quos miratur Eſaias dicens: qui ſunt hi Eſa.60.a
qui vt nubes volant, & quaſi columbæ ad fe-
neſtras ſuas? per has nubes delatus dominus,
& magno ſonitu atq; celeri volatu, veloci- Ro.10.d
ter cucurrit ſermo eius: quum in omnem ter
ram exiuit ſonus eorũ. Nubes ẽt Chr̃i huma- pſ.147.v.4
nitas fuit, diuinitatẽ occultans, quã vnigenit⁹
dei filius in aſcenſum ſibi poſuit & diſpoſuit
ad nos veniens, atq; ad cęlũ rediens, & ambu
lauit ſuper penas ventorũ. Ecce iſte venit ſa-
*liens in montibus, tranſiliens colles* (ait ſpon- Cant.2.b
ſa) ſimilis eſt dilectus me⁹ capreæ himnuloq́;
ceruorũ. Et rurſus, reuertere, ſimilis eſto di-
lecte mi capreę himnuloq́; ceruorũ ſuper mõ
tes Bethel. quòd ſi nudam etiam literã ſequa-
mur: adhuc verum eſt quod poſuerit nubem
aſcenſum ſuũ. ſcriptum eſt enim, ꝙ videnti- Act.1.b.
bus diſcipulis eleuatus eſt, & nubes ſuſcepit
eum ab oculis eorum: quum quaſi pennigero
volatu, ſup omnes angelos, ad cæleſtia regna
conſcendit. Sequitur.

*Qui facis angelos tuos ſpiritus: & mini- 5.
ſtros tuos ignem vrentem.*

Audi quàm magnus ſit dominus & admi- Heb.1.c.
rabilis nimis, cui ſuperiora & inferiora ſub-
ſunt elementa. Cui ſublimis, mediæ & infimæ
hierarchiæ angelici ſpũs famulantur, quòd aũ
tem ſpiritus, nomẽ incorporeæ naturæ ſit, an
gelus verò officij, eò quòd dei nuntiũ ſonet,
quis non nouit? facit ergo dominus beatos
illos ſpiritus (pro ſuo nutu ac libito) angelos
ſuos: quũ celeriter illos ad aliquod deſtinat
miniſterium. Nedum inferiores, verũ etiam
ſuperiores: quales ſunt illi, qui ſeraphin, incen
dium ſeu ignis vrens vocantur: eò quòd ni-
mia charitate feruentes, ſemper in deũ feran-
tur, miniſterium ſuum referentes in eum hos
vtiq; (cum res expoſtulat) miniſtros ſuos fa-
cit: ipſoq́; materiali & ſpirituali igne vtitur
vt libet dominus. An non homines, etiam an-
gelicos & ſpirituales facit: & miniſtros ſuos
inflamat, ignem vrentẽ illos efficiens, vt ver-
bo ignito conſumant ſcoriã vitiorũ: atq; (vt
apoſtolus ait) ſint ſollicitudine nõ pigri, ſpiri Ro.12.c.
tu feruentes, domino ſeruientes? Sequitur.

*Qui fundaſti terrã ſuper ſtabilitatẽ ſuã: 6.
non inclinabitur in ſeculum ſeculi.*

Stabilis, firma, & ſecundũ ſe totã immobi-
lis eſt terra: licet interdũ ſecũdùm partes mo
ueatur. fundata eſt ab opifice ſummo deo, ſu-
per



per centrum ſuum, & mirabiliter nunc ſtat:
nec ſecundùm ſubſtantiam inclinabitur vn-
quam. Vbi eras (ait dominus ad beatum Iob)
Iob.38.a. quando ponebam fundamenta terræ? indica
mihi ſi habes intelligentiam: ſuper quo baſes
illius ſolidatę ſunt? mirabilis quidem artifex
apparuit dominus, in terræ huius conditio-
ne, ſtabilitate, & ſitu: ſed mirabilior in ſuæ
Matt.7.d. eccleſiæ fundatione, quæ fundata eſt ſupra
firmam petram. fundamentum enim aliud
1.Cor.3.b. nemo poteſt ponere (ait apoſtolus) præter
id quod poſitũ eſt: quod eſt Chr̃s ieſus. por-
ro ipſe fundator & fundamẽtum, qui ita ſta-
bilem conſtruxit eccleſiam ſupra ſe: quod
Mat.16.c. portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.
Non quidem deficiet aut inclinabitur in ſe-
culum ſeculi: nec à fidei veritate corruet.
Sequitur.

7. *Abyſſus, ſicut veſtimẽtum amictus eius:
ſuper montes ſtabunt aquæ.*

Vel (vt quidam legunt) ſtabant aquæ.
Dixerat de igne & terra, nunc de aqua,
quæ tantæ magnitudinis eſt, vt merito a-
byſſus nuncupetur. Hæc in ſui creatione
quaſi amictus terræ facta eſt: ſed propter
hominum & aliorum animantium vitam,
partes illius aliquot diſcoopertæ ſunt. Et
aqua, quę velut amictus terrę erat, facta
eſt quaſi veſtimentum, illius portiunculas
retegens & denudans. Magna quippe diuinę
potentiæ vis: quæ ſic inundantes & ſuper-
fluentes cohibuit aquas: quas niſi compeſce
ret, ſuper montes (vt olim) aſcenderent
& ſtarent aquæ. Nec ſecus, tribulationum
& perſequtionum abyſſus, naſcentem ec-
cleſiam amiciuit: ſed Dei miſericordia, a-
liquantulum diſcooperta eſt, eiusq́; gratia
ſuffulta: ne tot fluctibus, & aquarum mul-
titudine ſuffocetur: Et de amictu, factum
eſt veſtimentum. gratias tibi agimus immor
tales domine Ieſu, qui feciſti ventis pon-
Iob.28.c. dus, & aquas appendiſti in menſura: po-
ſuiſti pluuijs legem, & viam procellis ſo-
nantibus. Sequitur.

8. *Ab increpatione tua fugient:* à *voce to-
nitrui tui formidabunt.*

Nonnulli (iuxta Hebraicum) legendum
putant, ab increpatione tua fugebant ſeu fu-
gerunt. vtiq; præcepiſti dicens: congregen-
Gen.1.a. tur aquæ quæ ſub cælo ſunt in locum vnum,
& appareat arida: & factum eſt ita. Eſt qui-
dem vox tua fortis & afficax, quæ ſuper-
bientibus quaſi dura increpatio timorem in-
cutit: & quaſi tonitruum, formidinem in-
ducit. An non etiam verbi tui prędicatio, ad
perſequutores eccleſiæ increpatio fuit: &
tonitruum formidabile euangelizantiũ vox?
vnde & apoſtolis tuis boanerges nomina im
poſuiſti, quod eſt, filij tonitrui. Recte igi- Mar.3.c.
tur ait: ab *increpatione tua fugient*. qui
(obſecro) niſi eccleſiæ perſequutores? ad
quos baptiſta ait: genimina viperarum, quis Luc.3.b.
oſtendit vobis fugere à ventura ira? A voce
etiam tonitrui tui: & euangelij prædicatio-
ne formidabunt. Deus bone, quàm mira-
bili compendio, hoc euangelicæ prædica-
tionis negocium, eiusq́; effectus, iſdem ali-
bi prænuntians deſcripſit pſaltes? viderunt pſ.76.ve.18
(ait) te aquæ deus, viderunt te aquæ, &
timuerunt: & turbati ſunt abyſsi. Multitu-
do ſonitus aquarum: vocem dederunt nu-
bes. Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt: vox to-
nitrui tui in rota. Illuxerunt corruſcatio-
nes tuæ orbi terræ: commota eſt & contre-
muit terra, &c. Apoſtoli quidem prædica-
bant, & gentes à voce tonitrui formidabant:
quia non virtute propria ſed diuina, verba
illa euangelica reſonabant. An non ita fu-
turum dixerat mater Samuelis anna? Domi- 1.Reg.2.b.
ni (inquit) ſunt cardines terræ: & poſuit
ſuper eos orbem, pedes ſanctorum ſuorum
ſeruabit: & impij in tenebris conticeſcent,
quia non in fortitudine ſua roborabitur vir.
dominum formidabunt aduerſarij eius: &
ſuper ipſos in cælis tonabit. Nempe domi-
nus totius rei huius autor erat & director,
dicente eo ad beatum Iob: quis dedit ve- Iob.38.c.
hementiſsimo imbri curſum, & viam ſonan-
tis tonitrui: vt plueret ſuper terram, abſq;
homine in deſerto, vbi nullus mortalium
commoratur: vt impleret inuiam & deſſola
tam, & produceret herbas virentes? Seq.

*Aſcendunt montes & deſcendunt cam 9.
pi: in locum quem fundaſti eis.*

Nempe diſcooperta terra: montes eleua-
ti, & depreſsi campi, in ſitu ſuo apparue-
runt. Mirabili quidem prouidentia & mode-
ramine diſpoſuiſti omnia, Ecce aſcendunt
montes: & deſcendunt campi, vſq; ad ter-
minum & locum à te præfixum, quod ita
conueniens ſit diuerſarum rerum productio
ni. Aſcendunt etiam ſuperbientes & elati (te
permittente) perſequutores & tyranni, &
deſcendentes ad chriſtianam planitiem: effi-
ciuntur humiles. tu enim diſponis omnia: &
altò conſilio moderaris.

*Terminum poſuiſti quem non tranſgre- 10.
dientur: neq; conuertentur operire terrã.*

Suas vtriſq; poſuiſti metas. aquis ſcilicet
& montibus: nec eas præterire licebit. Eſt
tibi vel maximæ curæ: ne conuertantur o-
Ff 3 perire

perire terram. ò mira ſapientia, & prouiden-
tia dei, quę certa lege & giro vallauit abyſ-
Pro.8.d. ſos. legemq; poſuit aquis, ne tranſirent fines
ſuos? Nouerat curam tuam qui ſcribens Co-
1.Cor.10.c rinthijs ait: q ſe exiſtimat ſtare: videat ne ca
dat. tentatio vos non comprehendat, niſi hu-
mana: leuis ſcilicet, quæ vt ab homine in ho-
minem facta, ſtatim poſsit ſuperari. fidelis
autem Deus eſt, qui non patietur vos ten-
tari ſupra id quod poteſtis: ſed faciet cum tē
tatione prouentum, vt poſsitis ſuſtinere.
Minentur igitur quantum volent ſeui tyran
ni, & dentibus fremant: hac fiducia conſo-
labimur, quòd terminum poſuiſti, quem
non tranſgredientur: neq; conuertentur op-
perire terram.

11. *Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertranſibunt aquæ.*

Non exiguo ſpectaculo nobis ſunt fon-
tes ipſi perennes, qui ad radices montium
enaſcuntur: quiq; æquè atq; hiberno, eſtiuo
tempore ſcaturire videntur. quorum aquæ
inter medium montium, per valles & humi-
lia loca tranſeunt defluentes. Qua in re, mi
ram conditoris prouidentiam: & myſticam
ſignificantiam annotare licebit. Apoſtoli do
mini cæteriq; viri apoſtolici diuini verbi prę
dicatores, doctrina & vita eminentiores:
montes fuerunt, ſed humilitate conualles.
hos igitur impleuit dominus ſpiritu ſapien-
tiæ & intellectus: eoſq; fontes effecit, & e-
miſit in conuallibus, ad gentes ſcilicet hu-
miles: vt aquam ſalutaris doctrinæ diffun-
derent, euangelium prædicantes. Euange-
lium (inquam) quod ante promiſerat per
Ro.1.a. prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio
ſuo, &c. quod idem apud omnes eſt, omni-
buſq; commune: nec ſic huius, quod non
illius. Et ideo inter medium montium per-
tranſibunt aquæ euangelicæ: ne quiſquam
ſibi ſoli vendicet, quod omnibus expoſitum
eſſe conſtat. cuius rei gratia, dum apoſto-
Gal.1.a lus Galathas arguit leuitatis, ait: miror quòd
ſic tam cito transferimini ab eo qui vos vo-
cauit in gratiam Chriſti, in aliud euange-
lium. quod non eſt aliud, niſi ſunt aliqui
qui vos conturbant, & volunt conuertere
euangelium Chriſti. ſed licet nos aut ange-
lus de cælo euangelizet vobis præterquam
quod euangelizauimus vobis, anathema ſit.
Sequitur.

12. *Potabunt omnes beſtiæ agri: expectabūt onagri in ſiti ſua.*

Quorundam codices habent, ſedabunt o-
nagri ſitim ſuam. Nullus ab euangelio exclu-
ditur: omnes admittuntur ad potum. Abun
dant aquæ: vt cuiq; potum exhibeant ſuffi-
cientem. tu quiſquis es, bibe ad ſatietatem,
& interioris tui hominis ventrem imple: vt
æſtum vitiorum extinguas. Audi ſalutem gē-
tium prænuntiatam. potabunt (inquit) om-
nes beſtię agri, &c. Ecce per beſtias agreſtes:
gentes barbaræ, efferæ, atq; indomitæ ſigni-
ficantur. per onagros verò, quia aſini ſilue-
ſtres ſunt (vt fertur) inuidi & malitioſi, de-
ſignantur iudæi. Illi quidem potauerunt: ſed
hi adhuc ſpectant in ſiti. ſicut illis dominus
per Eſaiam prędixerat dicens: Ecce ſerui mei Eſa.65.c
bibent: & vos ſitietis. Eia ergo omnes ſitien
tes, venite ad aquas. Confundimini, quòd in
ſiti veſtra pereatis: eò quod ad aquas acce- Eſa.55.a.
dere contemnatis. veniunt ydolatræ, cæci,
ſurdi, claudi, & muti: iuxta eiuſdem pro-
phetæ vaticinium. tunc (inquit) aperientur Eſa.35.c
oculi cæcorum, & aures ſurdorum pate-
bunt. tunc ſaliet ſicut ceruus claudus, & aper
ta erit lingua mutorum. quia ſciſſæ ſunt in de-
ſerto aquæ: & torrentes in ſolitudine: &
quæ erant arida in ſtagnum, & ſitiens in fon
tes aquarum. Ii fontes omnibus propoſiti
ſunt: inter medium montium decurrunt a-
quæ: & per conuallium loca humiliora tran
ſeunt, non eſt quòd montium cacumina cō
ſcendere debeatis. humiles ſunt fontes, patu-
li, & abundantes: vos venite & properate,
accedite & bibite. quid iam vos onagri, in-
uidi, & ignaui, expectatis in ſiti?

*Super ea, volucres cæli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.* 13.

Siue dixerit ſuper eas, vt aquas intelli-
gas: ſiue fortè ea, neutro genere poſuerit,
vt ſuper montes, ſuper fontes, ſuper aquas,
volucres cæli habitare dicat: non refert. An
non volucres cæli, dicendi ſunt, qui adhuc
in carne degentes, cæleſtia contemplantur?
qualis erat Paulus, qui de ſe ait: noſtra enim Phili.3.d.
conuerſatio in cælis eſt. An non etiam vo-
lucres, qui ſcripturæ diuinæ altiores & ſpi-
ritales ſenſus exquirunt: vt de medio petra-
rum, rudi & inferiori plebi, fœlici cantu
depromant? huiuſmodi ſunt doctores ſancti,
qui in lege dn̄i die ac nocte meditātur, ſecre
tiora ſcrutantes, & ſuggēres mel de petra, o-
leūq; ď ſaxo duriſsimo: vt hęc fidelib⁹ poſtea Deut 32.b
modulata concordia canant. de medio qui-
dem apoſtolorum & prophetarum in vnum
conſentientium (quos à petra Chriſto pe-
tras appellat) ibi in modum auium habitātes:
quaſi è nidulo ſuper beſtias agri & onagros
expectantes in ſiti, prædicationis ſuę dabūt
voces



voces: vt ſuaui loquentia & blanda ſpiritus
melodia, quaſi molli ſed efficaci cantu, aures
eorum demulcentes, imbuant in fide eoſq;
(ſi dixerim) volentes ad Chriſtum trahant ra
piantq;. Sequitur.

14. *Rigans mōtes de ſuperioribus ſuis: de fructu operum tuorum ſatiabitur terra.*

Tu es qui fontibus & riuis, terræ planitiē
rigas. pluuialibus etiam aquis de ſuperiorib⁹
nubibus ſtillantibus, montes ipſos compluis,
& mirabiliter fœcundas: ita vt de fructu ope
rum tuorum terra abundet. An ſpiritus ſancti
ſuper apoſtolos immiſsio: non fuit mōtium
de ſuperioribus irrigatio, ad totius eccleſiæ
fœcunditatem ſatietatemq;? dicente domi-
no: paracletus ſpiritus ſanctus, quem mittet
Io.14.c pater in nomine meo: ille vos docebit om-
nia, & ſuggeret vobis omnia, quæcunq; dixe-
Io.16.c ro vobis. Et iterum: quum venerit ille ſpiri-
tus veritatis: docebit vos omnem veritatē.
vide nunc vnde ſit terræ ſatietas.

15. *Producens fœnum iumentis: & herbam ſeruituti hominum.*

Omnibus quidem conſulis: vt prouidentiſ
ſimus pater familias, diuidens ſingulis iuxta
qualitatem & modum. Eſt modus in rebus
(dixit quidam) ſunt certi deniq; fines, quos
vltra citraq; neſcit conſiſtere rectum. produ-
cis fœnum & gramina iumentis, hominibus
ſcilicet adhuc carnalibus, ſed iam incipienti-
bus, & ad deum accedere cupientibus. ſic ali
pſ.146.v.10 bi: qui dat iumentis eſcam ipſorum: & pul-
lis coruorum inuocātibus eum. plebeis ſiqui
dem & rudibus, leuia quædam doctrinæ, fœ
no ſimilia, eroganda ſunt. At proficientibus,
ſed adhuc infirmis: holera & legumina, quæ-
dam ſcilicet media impartiri licet: perfectis
verò panis, vinum ac cætera cibaria ſolidio-
ra impēdi poſſunt. hæc autē omnia operatur
vnus atq; idem ſpūs: diuidens ſingulis prout
1.Cor.12.b vult, ait Paulus. Sequitur.

16. *Vt educas panem de terra: & vinum lætificet cor hominis.*

Sunt qui dicant, id eſſe educi panem de ter
ra: quod Chriſtum de virgine naſci, vel cor-
pus eius & ſanguinem ſub panis & vini ſpe-
cie in eccleſia conſecrari. Is enim perfectorū
Heb.5.b eſt ſolidus cibus, eorum qui (vt apoſtolus
ait) pro conſuetudine exercitatos habent
ſenſus, ad diſcretionem boni ac mali. cui ſen-
ſui non refragamur. Eſt enim Chriſtus panis
verus, qui de cælo deſcendit: cuius calix ine
brians, hominis dignè ſumentis lætificat cor.
Iudic.9.b huius nanq; vitis vinum: lætificat deum & ho
mines. Sequitur.

*Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.* 17.

Ne arbitreris, hunc ſacroſanctum panem
& vinum: id robur, & eandem homini affer-
re lætitiam, quam materialia hæc adducere
ſolent, ſed longè præſtantiorem: ideo illam
oleo faciem hominis exhilaranti comparat
dicens, vt exhilaret faciem in oleo, ſiue vn-
gente ſiue illuminante: dum lampadi fomen-
tum præſtat, &c. tu igitur ſi recte ſapis: per
faciem, conſcientiam intellige: per oleum
verò, gratiam gratificantem, iuxta illud: tu Mat.6.c.
autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & fa-
ciem tuam laua, &c. Exhilarat enim hoc ſa-
cramentum, ſiue Chriſti verbum, faciem ho-
minis: dum gratiam confert, quæ ſæpius in
ſcriptura, oleum lætitiæ nuncupatur. Nitet Pſ.44.v.9.
quippe facies oleo delibuta: nitet etiam ani-
ma perfuſa gratia. Sequitur.

*Saturabuntur ligna campi, & cedri libani quas plantauit: illic paſſares nidificabunt.* 18.

Breui Epitomate recenſet eos, qui de fru
ctu operum ſuorum ſaturantur. ſaturabun-
tur (inquit) ligna campi, & cedri libani. ha-
rum nomine arborum, quæ largiſsima Dei
rigante manu vegetantur, & creſcunt: ſubdi-
ti & minores, principes & potentiores ho-
mines veniunt intelligendi. ſic cæcus ille euā
gelicus: qui apud bethſaidam ſputo curatur
à domino, ait: video homines velut arbo- Mar.8.c
res ambulantes. Ecce à fructu frumenti, vi-
ni & olei ſui, multiplicati ſunt, omnis ſta- pſ.4.ve.8
tús & conditionis homines: Et ad ſufficien-
tiam ſaturantur. An non eſt amplior & vlte-
rior vſus? eſt profecto. Nam illic paſſeres
nidificabunt. ſuper has arbores & altiſsimas
cedros, eas tamen quas plantauit dominus:
paſſeres aueſq; ſoli deo & proximorum vti-
litati vacantes, nidificant: dum diuitum ac
potentum huius ſeculi benedictione tem-
porali, in ſui vtuntur ſuſtentationem, &
illinc quaſi ex nidulo fructificant prædican-
tes. ſeminant quidem illis ſpiritalia: & me- 1.Cor.9.b.
tunt illorum carnalia. dignus eſt enim opera- 1. Thi.5.c
rius mercede ſua, ait iſdem apoſtolus. Seq.

*Herodij domus, dux eſt eorum, montes excelſi ceruis: petra refugium herinacijs.* 19

Vel vt quidam verterunt, ciconiæ domus
abietes. Herodi⁹ auis eſt, quæ ardea latinè di
citur, ciconiæ ſimilis: quę nidum ſeu domun
culā ſuam altiſsimā ponit: Ita vt alitū omniū
vel ī hoc principatū obtinere viſa ſit, omitto

quòd venationis regũ ſit præda.huius igitur
auis domus:dux eſt, aliorũq; volatiliũ nidu-
lis excelſior & excellentior:quæ in cedrorũ
culmine ſita eſt.ſicut montes excelſi refugio
ſunt ceruis:petra autẽ herinacijs.per hęc ani
malia(nec enĩ fallimur)duos eccleſiæ diſcer-
nit ſtatus.Eorũ ſcilicet qui contẽplationis al
titudinẽ petunt:& aliorum qui actiuã,& in-
ter huius ſeculi anfractus cõmunem vitã du-
cũt.Illi quaſi cerui in altitudinẽ montiũ aſcẽ
dunt, vt ſublimia quæq; rimẽtur.quorũ per-
pſ.17.v.36 ſonã induens iſdẽ pſaltes ait:perfecit greſſus
meos tanquã ceruorum:& ſuper excelſa ſta-
tuens me.Iſti verò quaſi hericij,peccatorum
ſpinis obſiti:ſatis ſibi eſſẽ arbitrãtur : ſi ad fi-
dei petrã quaſi ad chr̃ianæ ſalutis aſylũ cõfu-
giant.Illi maiora ſcrutẽtur:iſti minora.illi ve
lociores vſq; ad tertiũ cælum rapti , archana
dei ſpeculẽtur:iſtis vero,tricis hu9 ſeculi ob
uolutis:ad petrã qui Chr̃s eſt accedere ſit ſa-
tis,ipſumq; credere deũ & hominẽ , propter
eos de virgine natũ,crucifixum,mortuũ,atq;
ſepultũ,poſtremoque reſurgentẽ , & ad cæ-
los aſcendentẽ,cęteraq; id genus ſacramẽta:
quę ferè omniũ auribus innotuerũt.Et ibi ſe-
curitate gaudens dicat hericius,protexit me
pſ.26.ve. 9 in abſcõdito tabernaculi ſui:in petra exalta-
uit me,&c.herinaci9 quidẽ(vt illuſtris hiero
nymus ait)animal eſt non maius hericio,ſimi
litudinem hñs muris & vrſi.quod in cauer-
nis petrarũ habitare cõſueuit.Sequitur.

20. *Fecit lunam in tempora:ſol cognouit oc-*
*caſum ſuum.*

Adde quòd ſapiẽtiſſim9 ille cõditor & pro
uidẽtiſſimus gubernator:tẽporum dat tẽpo-
ra,vt alleuet faſtidiũ.Sol quidem & luna, ſic
certa lege mouẽtur: vt varia tempora ſibi in
uicem alternãtia conſtituant:quod ſic rerum
productioni & cõſeruationi conducat.Fecit
etiã lunam,vt indiciũ temporum mortalibus
Gen.1.b. eſſet : dicente deo in primordio creationis,
fiant luminaria in firmamẽto cæli,& diuidãt
diem ac noctẽ,& ſint in ſigna & tẽpora, &c.
Cui lunę,ſol ipe fons luminis impertitur il-
lud:nec iter ſuũ quod cõſtãter agit obliuiſcit̃
vnquã. qui miniſterio ſibi iniuncto obſecut9:
ac ſi eſſet res animata occaſum ſuũ , & finem
atq; defectum & deliquiũ lunæ noſſe videtur.
Nec ſecus ſol etiã ipe verus Chriſtus dñs,qui
ortus eſt mundo:fecit eccleſiam ſuã, creſcen
tem & decreſcentẽ,vti lunã,iuxta huius tem
poris viciſsitudinem:quã illuminat illumina-
Eſa.53.c bitq;.cui propter illam mori placuit:oblatus
quia ipſe voluit.cognouitq; & præſciuit:co-
gnouit atq; approbauit occaſum ſuũ,vt eccle
ſiam ſuam eriperet à caſu:& illius etiã occa-
ſum atq; finem militiæ ab æterno nouit.

*Poſuiſti tenebras,& facta eſt nox:in ipſa* 21.
*pertranſibunt omnes beſtiæ ſiluæ.*

Abſentiam & priuationem lucis , poſitio-
nem tenebrarũ appellat quã nox cõſequitur.
quæ quibuſdã animalib9 eſt apta quieti. Alia
verò inter diu latitãtia:noctu victum quæri-
tant.Mortuus eſt ergo Chr̃s,receſsit à Iudęa
ſol,& tenebræ factæ ſunt,ac cæcitas ex par-
te cõtingit in Iſrael: Et ecce nox atra adue- Ro.11.c
nit,in qua immanes illę & Sathanicæ beſtiæ,
quæ ad præſentiã Chriſti aufugerant: è tarta-
reis ęgreſſę latebris,miſeras iudęorũ animas
& obſtinatas,captiuarunt.Sequitur.

*Catuli leonum rugientes : vt rapiant &* 22.
*quærant à Deo eſcam ſibi.*

Mirabile dictu,Rugiunt,leuãtes capita in
altum,eos inſtigãte & cogente natura : quaſi
à deo victum petere videantur.Ecce dæmo-
nes inferioris ordinis, quibus alij callidiores
& fortiores præſunt, nõ leones ſed leunculi,
aut leonũ catuli vocantur.Ii quidẽ orto ſole
iuſtitiæ Chr̃o:quaſi in die,ad illius pręſentiã
tremebant tremuntq; nunc:quum ſentiunt il-
lum per fidẽ & gr̃am,iuſti animam inhabita-
re.At cõtra recedente luce:ſeuiunt vt rapiãt
rugientes:& circumeunt quærentes quẽ de-
uorent.Eſt enim illis in eſcam deputatus:ob-
dormiẽs ĩ peccatis homo impœnitẽsq;. Seq.

*Ortus eſt ſol,& cõgregati ſunt: & in cu* 23.
*bilibus ſuis collocabuntur.*

Occidit quidem ille ſol,qui cognouit oc-
caſum ſuũ:& morte obtenebratus latuit in ſe
pulchro.facta eſt nox:& in ipſa per trãſierũt
beſtiæ ſiluæ:& derelicto paſtore,diſperſæ fu
gerũt oues.ſurrexit dñs,ortus eſt ſol,& de ſe
pulchro denuo radiauit: & catuli leonum ru
gientes ad inferna latibula cõfugerunt , ibiq;
quaſi infirmi in cubilibus ſuis perpetuò collo
cati ſunt.Niſi per cubilia ſua:infideles & ob-
ſtinatos peccatores accipias.Sequitur.

*Exiuit homo ad opus ſuum: & ad opera* 24.
*tionem ſuam,vſq; ad veſperam.*

Longè aliter quàm cætera animalia ſe ha-
bet homo,qui nocte quieſcit,die autem ope
ratur.Nẽpe homo natura ducitur, ratione pa
riter & gr̃a.cui (vti nobiliori) lux aptior eſt
ad operandum:feris aũt velut ignobiliorib9,&
craſsiores oculos habentibus: cõuenientior
opportuniorq; venationi data eſt nox. vnde
ſi quis ambulauerit in die(ait Chr̃s)nõ offen- Io.11.b
dit,quia lucẽ huius mundi videt.Si autẽ am-
bulauerit & in nocte:offendit, quia lux non
eſt in eo.Et iterũ ipſe dñs:me oportet opera Io.9.a
ri opera eius qui miſit me:donec dies eſt.ve-
nit



nit nox,quando nemo poteſt operari.quãdiu
ſum in mundo,lux ſum mũdi.ſurrexit igitur
Chr̃s:& apoſtolorũ quiſq;,vti homo virtute
ex alto & fortitudine præcinctus:ad iniun-
ctum ſibi exiuit pędicationis opus,vſq; ad
finem vitæ , quã veſperam vocat. quod vtiq;
opus diuinũ eſt. Si venerit timotheus ( ait a-
1.Cor.vl. b poſtolus Corinthijs ſcribens) videte, vt ſine
timore ſit apud vos,opus enim domini ope-
ratur,ſicut & ego.Et in actis apoſtolorũ di-
Act.13.a. xit ſpũs ſanctus:ſegregate mihi Saulũ & Bar-
nabam,in opus ad quod aſſumpſi eos.Exibit
etiã homo ad opus ſuũ,vtiq; vitę ęternę meri
toriũ:dũm lux diuinæ gratiæ eſt in eo. Nec
eſt quòd in re notiſsima immoremur.Mirari
potius iuuat:quã hæc tenui enarrare fibra.

25. *Quàm magnificata ſunt opera tua domi*
*ne,omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt*
*terra poſſeſſione tua.*

Tria dicit:ꝙ magnificata ſunt eius opera,
quòd omnia in ſapiẽtia fecerit,quodq; imple
ta ſit terra poſſeſsione ſua.Atqui iuſtè admi-
ratur ſanctus,magnitudinẽ & multitudinẽ di
uinorũ operum contẽplatus & ait.Magnifica
quidem ſunt opera quæ oculis obijciuntur:
ſed pręſtantiora quæ nõ videmus.Nã(vt cę-
tera taceam) hoc vnũ excellentius eſt opus:
quo tu dñe iuſtificas impium. Et ſiue hęc ſi-
ue illa:oĩa in ſapiẽtia feciſti.feciſti (inquã) in
filio:& in filio hominẽ (qui quodã modo eſt
omnia)refeciſti & reparaſti.Audi quid apo-
1.Cor.1. d. ſtolus Corinthijs dicat: Ex ipſo autem vos
eſtis in Chriſto ieſu:qui factus eſt nobis ſapiẽ
tia à Deo,& iuſtitia,& ſanctificatio,& redẽ-
Ephe.1.a. ptio.Rurſumq; epheſijs,in quo habemus re-
demptionẽ ꝑ ſanguinẽ ei9 in remiſsionẽ pec
catorũ, &c.hac igit̃ prædeſtinatorũ electiſ-
ſima poſſeſsione tua:impleta eſt eccleſia at-
que in dies impletur.Nẽpe mirabilis eſt to-
ti9 orbis machina & continentia:ſed mirabi-
lior eccleſię ſanctę plenitudo,quę omnia poſ
ſeſsiones dei ſunt.Sequitur.

16. *Hoc mare magnũ,& ſpacioſum manib9:*
*illic reptilia,quorum non eſt numerus.*

Quid in medium adducam occeanum ma
re magnũ,vaſtum,latum,& ſpacioſum, quod
totam terram quaſi brachijs circuncingere
& amplexari videt̃?Id quidẽ tu creaſti,& om
nia quæ in eo ſunt.Illic piſcium eſt innumera
bilis multitudo.Nec ſecus,huius ſeculi ama-
rum & ſpumoſum mare,periculis & amaritu
dinibus ſemꝑ ęſtuans:varias in eo natãtium,
cõtinet ſpecies.vtrunq; mirabile viſu.

27. *Animalia puſilla cũ magnis : illic naues*
*pertranſibunt.*

Ibi piſciculi ſunt , & magni piſces: omnis
vtiq; generis,paruuli & potentiores. Illic or
thodoxę & vniuerſalis eccleſiæ nauis , om-
neſq; particulares,quæ catholicã vnam cõſti
tuunt:inter procellas pertrãſeunt & fluctus.
tenduntq; ad portũ tutiſsimũ ſalutis ęternę:
quia ſalus in ligno eſt. harum nauium rector
& gubernator Chr̃s.Ideo licet fluctib9 impel
li poſsint,& agitari:ſumergi tamẽ nequeunt.

*Draco iſte quem formaſti , ad illudẽdum* 28.
*ei: omnia a te expectant,vt des illis eſcam*
*in tempore.*

Per draconẽ:cœtum de quo in geneſi , vel Gen.1.c.
Leuiathã de quo in libro Iob,videtur ſignifi- Iob.40.c
care.hunc tu creaſti in mari extremæ magni
tudinis piſcem: vt laſciuiret, luderetq; in eo.
Cui & ſępius ab alijs puſillis piſculis illudit̃:
dum cibi auidus illos perſequitur,& ſic illu-
ſus capitur,illiſus arena,Sicut diabolo conti-
giſſe nouimus, qui dum Chr̃m humilẽ,& ſan-
ctos eius perſequutus eſt:interijt ipſe delu-
ſus.Et ſanctis proficit tentatio eius.quod aũt
ſequitur: initiũ verſus eſt apud Hebreos. om
nia(inquit)à te expectant,&c. Siue hæc ſiue
illa puſilla et magna animalia,etherea, terre-
ſtria,& marina:à te vno gubernatore, inſtin-
ctu à motu quodã naturali, iuxta cuiuſq; ge-
nus et indigentiã:cibaria ſibi cõuenientia ex-
pectant.Nec ſecus homines intellectu & fide
vigetes,à te expectant,vt gr̃am & gloriã illis
tribuas:eſcã ſcilicet pro tẽpore congruẽtem,
ſicut ſcriptũ eſt:quia m̃iam& veritatẽ diligit Pſ.83.v.12
deus : gratiam et gloriã dabit dominus.

*Dante te illis colligent: aperiente te manũ* 29.
*tuam,omnia implebuntur bonitate.*

Si tu cibum præſtiteris deus,illũ de tua lar
gitate diffundẽs: colligent animalia,quæ tuo
nutu reguntur.quòd ſi tuæ benignitatis ditiſ
ſimam aperueris manũ: omnibus vtiq; bonis
affluẽt. porro emiſſa manu tua de alto,ipſaq;
hominibus aperta, reuelata, atq; cognita de-
xtera, quæ et vnigenit9 filius tuus eſt: omnia
implebuntur bonitate.An non eadem ſenten
tia eſt apoſtoli dicentis : qui etiã proprio fi- Ro.9.f.
lio ſuo non pepercit,ſed pro nobis omnibus
tradidit illũ:quomodo non etiã cum illo om
nia nobis donauit?tu bonorum omniũ largi-
tor et diſtributor es.Niſi bona effundas:non
eſt qui colligat. Niſi aperta manu erogaue-
ris:nõ eſt q dixerit,ſatis eſt.Cũ autẽ aperis tu
manũ tuam:imples omne animal bñdictione. pſ.144.v.17

*Auertente autem te faciem turbabũtur,* 30.
*auferes ſpiritum eorum & deficient: &*
*in puluerem ſuum reuertentur.*

Facies tua , fauor eſt & gratia,qua creata
 conſeruas,

cõſeruas.quã ſi auertas:deficiẽte influxu, tur
babuntur.Et cum à te pendeant in eſſe & cõ-
ſeruari:hoc ipſo quòd faciẽ auertas,vel ad ni
hilum redigentur,vel eò ꝙ ablatus ſit ab eis
ſpũs:deficient,& in præiacentẽ materiam de
qua exierant,reuertẽtur.Caligauit ad indigna
Iob.17.b tionem oculus meus(ait Iob) & mẽbra mea
quaſi in nihilũ redacta ſunt.hęc etiã ſi homi-
nes feceris conſiderare,vt aduertant cogno-
ſcantq́; quid ſint:te auertente faciẽ,profecto
turbabũtur timore horribili, auferes elatum
ſpiritum eorũ,& à vana(qua proprijs viribus
innitebantur fiducia)deficient : atq; ad ſe re-
uerſi,humiliabũtur,quòd puluis & cinis ſint
cognoſcentes.hæc iam(obſecro de ſpũali ab-
ſentia Chriſti cõtemplare,& quatriduani La-
Io.11.c. zari hiſtoriã ſub oculos pone:atq; Moſis ver
bum recole ad fidelem populũ in deuterono
Deut.4.a mio dicentis,vos aũt qui adhæretis dño deo
veſtro:viuitis;&c.Sequitur.

13. *Emitte ſpiritum tuum & creabuntur:*
*& renouabis faciem terræ.*

Quid naturalia quæ quotannis experimur,
enarrare nitimur?Ad ſpiritalia conuertamur.
ſicut te dñe auertente faciẽ,& tua gratia rece
dente:deficiunt homines,& peccatorũ ſenio
confecti,ac vetuſtate pereunt:ſic ſpũ tuo re-
deunte,creãtur denuo & renouãtur. Emitte
ergo ſpũm tuum:& ad nihilum redacti, crea
buntur.Ipſiq́; terreni homines innouati,in cę
Pſ.32.ve.6 leſtes conuertentur.Nam ſcriptum eſt,quòd
verbo dñi cæli firmati ſunt:& ſpũ oris eius,
omnis virtus eorũ.Emitte igitur ſpiritũ tuũ:
Sapi.12.a quia bonus et ſuauis eſt dñe ſpiritus tuus in
omnibus,quo noua efficitur creatura:& inte
rioris hominis facies renouat̃.Formaſti olim
Gen.2.b hominem de limo terræ,et inſpiraſti in faciẽ
eius ſpiraculũ vitæ:& factus eſt homo in ani
mam viuentẽ.Ecce peccauit, & morti addi-
ctus eſt:iamq́; inueteratus ac deturpatus inte
rijt.Emitte denuò ſpiritum tuum, animã vi-
uificantem:et recreabis hominẽ,eiuſq́; faciẽ,
ad imaginem & ſimilitudinem tuam renoua-
bis eritq́; noua perinde ac precioſa creatura:
quam magni æſtimat Paulus in epiſtola ad
Galathas.cap.vltimo.Sequitur.

32. *Sit gloria domini in ſeculũ: lætabitur do-*
*minus in operibus ſuis.*

Gen.1.d Sicut legimus,creato homine, vidit Deus
Gen.2.a cũcta quæ fecerat,& erãt valdè bona. Et qua
ſi ſibi complacẽs:requieuit ab vniuerſo ope-
re quod patrarat. Nunquid non apponet vt
complacicior ſit adhuc? An hominis recrea-
pſ.76.ve.7 tio & renouatio non cedit in gloriam dei?ſit
igitur gloria dei in ſeculum, quod renouatus
eſt homo. lætabitur profecto dominus:ſibi
complacens in operibus ſuis innouatis. Audi
quod in deuteronomio ſcriptum eſt. Reuer- Deut.30.c
tetur enim dñs vt gaudeat ſuper te in oĩbus
bonis:ſicut gauiſus eſt in patrib⁹ tuis, &c. Et
ex euangelio clamat : congratulamini mihi: Luc.15.a.
quia inueni ouem meam, quæ perierat. dico
vobis ꝙ ita gaudium erit in cælo ſuper vno
peccatore pœnitentiã agente.&c. lætabitur
quidẽ in operibus ſuis & in maximo illo vni-
uerſalis reſurrectionis opere glorificabitur
gaudebitq́;:eò ꝙ ipſe maximè bonus ſit.

*Qui reſpicit terram: & facit eam treme* 33.
*re: qui tangit montes, & fumigant.*

Grandis miſericordia eſt,quòd cæleſtis re-
ſpicit terram,reſpicit,& commouet,commo
uet,& facit eam tremere.tangit potẽtes,ela-
tos,ac ſibi ipſis fidentes,& fumigant. tremũt
terreni homines compuncti:fumigant & pre
ces ſuas in deum effundunt,à Deo tacti ſuper
bi.tangit eos manu potẽti,flagellat,& percu-
tit,atq; interiora illorũ,igne ſuę charitatis in
cendit.Et ecce vbi ante exhalauerãt blaſphe
mię fumũ, exhalant iam orationis incenſum.
Et aſcendit fumus aromatum in conſpectu
dei.Sequitur.

*Cantabo domino in vita mea : pſallam* 34.
*deo meo, quandiu ſum.*

Multa dixi in dei laudem:quæ omnia can
tabo illi dum vixero.cãtabo(inquam) & per
obſeruantiam præceptorũ illi pſallam quan-
diu ſubſiſtam.cãtabo ei,quòd gr̃a dei ſum id
quod ſum:& gr̃a eius in me vacua non fuit. 1.Cor.15.b
Et pſallã deo meo quandiu ſum:quòd ab ipſo
ſum. Cantabo dño qui bona tribuit mihi : &
pſallam nomini domini altiſsimi.cantabo vi- Pſ.12.v.6
uens , vt in æternũ viuam:et pſallã deo meo
quandiu ſum,vt ſemper ſim.vides ne fumum
aſcendentem?affectum etiam conſidera.Seq.

*Iucundum ſit ei eloquium meum: ego ve* 35.
*rò delectabor in domino.*

Iucundum ſit ei eloquium meum ,quo in
creatoris laudem,quas produxit creaturas in
medium adduxi:ego verò,non in eis quaſi in
vltimo fine, ſed in domino delectabor. Rur-
ſusq́;:dimittant (inquit ) aduerſum me elo-
quium meum:loquar in amaritudine animæ Iob.10.a
meæ.dixi confitebor aduerſum me iniuſtitiã
meam dño.ſed velim iucũdum ſit ei eloquiũ Pſ.31.v.6
meum.Sit illi iucundum : & ego delectabor
in domino. defeci à peccato:ſed non ab ora
tione,nec à laude,nec à gratiarum actione de
ficiam.ſit illi(precor)iucũdum eloquiũ meũ.
Et quum me me audierit accuſantem, & mi-
ſericordiam poſtulantem: lætetur dominus
in operibus ſuis,ego verò delectabor in do-
mino miſerante.Dicam deo.





*Deficiant peccatores à terra, & iniqui,*
*ita vt non ſint: benedic anima mea dño.*

Deficiant peccatores qui huic terrenæ fa-
bricæ dedecori ſunt,deficiant à malo: profi-
ciant in bono.Is quidem defectus : profectus
eſt.deficiãt peccatores terrenis affecti: & ter-
renorum cupidine infecti.deficiant & iniqui
in proximum machinantes, & iuſtificentur.
ſic deniq; deficiant,vt nõ ſint quod erant,fœ-
lix defectus qui diuinæ gratię eſt effectus.tu
verò anima mea benedic dño,qui te creauit,
reparauit , & in gratiam ſuam aſciuit: cui ſit
gloria in ſecula ſeculorum,Amen.

EPILOGVS PSALM. 103.

BENEDIC *anima mea domino, domine Deus meus magnificatus es uehementer. Quippe*
*qui in magnifica operatione rerum: laudabilem nimis, pulcherrimum, ornatu, & glorioſum*
*te exhibuiſti omnibus: extendens cælum ſtellatum quaſi pellem, abſq; ruga: cuius conuexum*
*alio aqueo ſeu cryſtalino obtexiſti, qui ponis nubem aſcenſum tuum: eaq; pro uehiculo uti uideris, &*
*omni celeritate curris.uentos & ignem, ad tibi placitum deſtinas miniſterium ſuperioreſq; illos ſpiri-*
*tus & ſeraphinos,nuntios tuos facis atq; miniſtros. fundaſti terram firmam, ſupra centrũ ſuum,quæ*
*non corruet unquam:cuius amictus & ueſtimentum, eſt abyſſus aquarum , quippe quæ montes etiam*
*opperirent , ſi eas propter animantium ſalutem non frenaſſes, & cohibuiſſes : ſed fugiunt ab impe-*
Iob.26.d *rio uelut à tonitruo & formidabili uoce tua. Ecce hæc ex parte dicta ſunt uiarum eius. & cum uix*
*paruam ſtillam ſermonum eius audierimus: quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? ait Iob.*
*Aſcendunt montes & deſcendunt campi: pro ut ſtatuiſti. terminum poſuiſti aquis: quem non trangre-*
*dientur, quaſi rebelles. tu perennes fontes in conuallibus erumpere & ſcaturire facis ut beſtiæ agri*
*indomitæ bibant,& onagri ſitim extinguant. ſuper hos fontes uolucres garrientes, in nidulis habita-*
*bunt. tu rigas montes ex alto, & ab ipſis defluentibus aquis, planicies irrigatur: ut fructificet terra im-*
*bre delapſo. tu producis fœnum iumentis, legũminaq; ad ſeruitutem hominum. Educis panem de terra:*
*uinumq; lætificans cor hominis. Et oleum producis: quo ungatur homo, & illuminetur, ut fiat pinguior*
*& hilarior: atq; cibario pane firmior, fortior, robſtiorq;. Saturantur manu tua ligna campi, & ce-*
*dri libani, in quibus paſſeres nidum faciunt, quorum ardea dux eſt, cæteriſq; excelſior habitatione: nã*
*arborum cacumina colit. feciſti lunam & ſolem, eiuſq; ortum & occaſum. Ad priuationem lucis ſucce-*
*dunt tenebræ, & fit nox: quibuſdam animalibus apta rapinæ, cuiuſmodi ſunt leunculi fame rugientes, &*
*noctem expectantes ad prædam: qui ueniente ſole, ad cubilia reuertuntur. Homo autem exit ad opera-*
*tionem ſuam agrariam, uſq; ad ſolis occaſum. dies me deficiet, ſi enarrare uellem, quàm magnifica ſint*
*opera tua, quæ in ſapientia feciſti, & quàm multa. At qui repleta eſt terra poſſeſſione tua. repletũ eſt*
*etiam mare hoc magnum, tot brachia continens: quod enatant parui & magni piſces, ruuntq; hinc inde*
*diſcurrentes, atq; cete illud grande, quod creaſti miræ magnitudinis, cui parui piſciculi illudũt. quæ om-*
*nia à te expectant cibum opportunum & congruẽtem; qui bonorum omnium largitor & diſpenſator*
*es prouidus, in cuius manu uita & mors, omniſq; diſpoſitio rerum. quamobrem emitte ſpiritum tuum*
*& reſurgent qui ceciderant homines, & in Chriſto tuo uiuificabuntur. Sit gloria domini in ſeculũ, qui*
*cuncta creauit, ipſaq; conſeruat pro libito, atq; gubernat: hęc ſecus, quam ſi artifex in ſuo perfecto ope*
*re delectetur. Ipſe ſolo nutu terram tremere, atq; tactu montes fumigare facit. Quamobrem, huic ſic*
*magnificato deo perinde ac potentiſſimo, cantabo dum uixero. Iucundum ſit ei eloquium meum: ego ue-*
*ro delectabor in domino. deficiant iam peccatores à malo, uel hæc conſiderantes, atq; his altiora intel-*
*ligentes: & conuertantur in bonum, tu etiam anima mea, benedic domino. Nam intellectuali creaturæ*
*id cordi maximè eſſe debet: ut omni tempore, loco, & actu, creatorem laudet. Vos igitur homines, non*
*ſemel ad hoc munus citare licebit.*

PSALM. 104.

*Confitemini domino, & inuo*
*cate nomen eius: annuntiate*
Eſa.12.b *inter gentes opera eius.*

Huic pſalmo, hic nunc primo
præponitur titulus haleluya. quo etiam decẽ
& nouem alij prænotantur. cuius interpre-
tatio eſt, laudate deum. quippe quòd nos ex-
citet totus hic pſalmus ad dei laudẽ , propter
tot beneficia exhibita olim patribus in figu-
ra. ſub quibus quæ nobis elargit̃ in dies: quaſi
quodam velamine cooperta latebant. Ait er-
go: confitemini domino confeſsione laudis,
atq; vt debitũ illi honorem impendatis: inuo
cate nomen eius. Nunquid nõ audiſtis deum
deorum dominum , loquentẽ atq; dicentẽ.
Immola deo ſacrificium laudis, & redde altiſ
ſimo vota tua: & inuoca me in die tribulatio Pſ.49.v.15
nis: & eruam te, & honorificabis me? Et rur-
ſum, ſacrificium laudis honorificabit me : &
illic iter quo oſtendam illi ſalutare dei. Con-
fitemini igitur & inuocate: vtrunq; veſtro re
ſonet in ore. Annuntiate etiam inter gentes
opera eius. hæc ſatis inter vos innotuerũt: &
per hæc notus in iudæa deus, in Iſrael magnũ Pſ.75.v.1.
nomen eius. ſed non iudęorum tantùm deus,

Ro.3.d. nonne & gentium?immo & gentium. Annũ-
tiate igitur inter gentes opera eius,vt ſcien-
tes quæ vos noſtis:in deum verum, ſuum di-
rigant affectum.
2. *Cantate ei & pſallite: narrate omnia mi*
*rabilia eius.*
Cantate corde & ore,& pſallite opere: vt
cum voce ſit concordia morum. verbũ Chri
Col.3.c. ſti (ait Paulus)habitet in vobis abundantius:
in omni ſapientia docentes & commonentes
vos metipſos:in pſalmis,& hymnis,& cãticis
ſpiritualibus,in gratia cantantes in cordibus
veſtris dño. quodcunq; facitis in verbo aut
in opere:omnia in nomine dñi,&c.Sic igitur
illi cantate & pſallite:vt pro modulo & inge
nij facultate,enarretis omnia mirabilia eius.
3 *Laudamini in nomine ſancto eius : læte-*
*tur cor quærentium dominum.*
Laus,honor,virtus,gloria,fama,decus,&
ſi quid boni in vobis eſt,cedat in nominis e-
ius laudem,à quo vos accepiſſe conſtat. In ti
Ecc.9.d more Dei ſit tibi gloriatio ait ſapiens.& do-
Hier.9.g minus per Hieremiam : In hoc glorietur qui
gloriatur:ſcire & noſſe me. Lætetur cor quæ
rentium dominũ:ꝙ benignum inueuerit mã-
ſuetum & piũ:gaudeat vel in hoc nomine,
ꝙ chriſtianus ſit. Audiat apoſtolorum princi
1.pet.4.c pem dicentem: nemo autem veſtrum patia-
tur quaſi homicida &c.Si autem vt chriſtia-
nus:non erubeſcat,glorificet autem Deum
in iſto nomine. Non homini, ſed Deo laudẽ
quærat.Sequitur.
4. *Quærite dominum , & confirmamini:*
*quærite faciem eius ſemper.*
Quærite dominum in fide, ſpe & charita-
te,& perſeueranter quærite.Sit ſemper in eũ
firmus affectus. quærite Deum & viuet ani-
ma veſtra. quærite faciem eius illuſtrantem.
pſ.68.v.37 Accedite ad eum & illuminamini , & facies
1.33.ve.5 veſtræ non confundentur.Facies Dei , fauor
eſt & gratia , atque illius benignus aſpectus.
Pſ.26 v.13 pro quo iſdem pſaltes alibi orans ait:exquiſi
uit te facies mea, faciem tuam domine requi
ram:ne auertas faciem tuã à me , ne declines
in ira à ſeruo tuo.Vel per faciem, quod diui-
num eſt accipe,& ęternum:ſicut per tergum,
humanum & temporale.Sequitur.
5. *Memento te mirabiliũ eius,quæ fecit pro*
*digia & iudicia oris eius.*
Ad memoriam aduocate,totaq; mente vol
uite ea quæ in mari rubro fecit mirabilia: &
quæ in conſpectu Pharaonis prodigia,atq; iu
Pſ.18.v.10. dicia domini vera iuſtificata in ſemetipſa. di-
ſcurrite per ſingula quæq;: ecce ſcripto reli-
cta ſunt, in memoriæ ſubſidium. vos ergo
mementote,
*Semen Abraam ſerui eius : filij Iacob* 4.
*electi eius.*
Non ocioſè ſeruum vocat Abraã ,propter
excellentiã obedientiæ:& Iacob electũ, quia
ab vtero dilectũ,& ab Eſau fratre(nullis prę
cedentibus meritis)ſegregatũ, ipſiq; prelatũ.
cui⁹ rei(mirifico quo ſolet ſpiritu )in ea quæ
ad Romanos eſt epiſtola meminit Paulus. Ro.9.c.
Vos igitur apello ſemen Abraam ſerui eius:
& Iacob electi eius imitatores . Non enim
omnes qui ex circũciſione ſunt Iſrael,hi ſunt
Iſraelitæ:neq; qui ſemen ſunt Abraæ, omnes
filij,ait iſdem apoſtolus:ſed in Iſaac vocabi-
tur tibi ſemen.Id eſt non qui filij carnis,hi fi-
lij dei:ſed qui filij ſunt promiſsionis,æſtimã
tur in ſemine.quamobrẽ vos fideles oẽs fidei
Abraæ imitatores,quibus æternę hereditatis
repromiſsio facta eſt:tanquã filij, ac per hoc
heredes quidẽ dei:cohæredes aũt Chriſti(ſic Ro.8.c
enim ad Galatas ſcribens infert Paulus) . om- Gal.3.d.
nes vos (ait) vnũ eſtis in Chriſto ieſu.ſi autẽ
vos Chriſti:ergo ſemen Abraæ eſtis,& ſecun
dum promiſsionẽ heredes.Mementote mira
biliũ dei:nec miremini ꝙ vos horter & inui-
tem:qui exteri eſſe videbamini. quia.
*Ipſe dominus deus noſter: in vniuerſa ter* 7.
*ra Iudicia eius.*
Non quidem breuiculo & anguſto limite,
iudicia dei magna claudunt,quæ abyſſus mul Pſ.35.v.6.
ta ſunt:quin in vniuerſam terram ſe ſe exten
dunt potius.ò altitudo diuitiarũ ſapientię &
ſcietiæ dei(clamat apoſtolus)quã incõprehẽ Rom.11.d
ſibilia ſunt iudicia eius:& inueſtigabiles vię
eius?hunc eligit,illum reprobat : hũc deijcit, Rom.9.d
illum ſubleuat , cuius vult deniq; miſeretur:
& quem vult indurat,hoc eſt,ex propria cul
pa indurari permittit, omniaq; in gloriã dei
cedunt. Atqui ſemp miſericors & verax dñs.
*Memor fuit in ſeculũ teſtamẽti ſui : ver* 8.
*bi quod mandauit in mille generationes.*
Non eſt obliuioſus dominus in promiſsis:
quippe qui quod pepigit pactum,efficaciter
adimpleuit. Illud maximè verbũ quod mãda
uit in mille generationes, ꝙ ſcilicet multipli Gen.22.d.
caret ſemen:ꝙq; benedicerent in ſemine oẽs
gẽtes terræ. Nempe teſtamentũ nouũ ſtatuit,
vſq; in finem ſeculi duraturum: & filiũ ſuum
vnigenitum dedit,in quo quaſi in ſemine: & Gala.3.p.
multiplicatæ & benedictæ ſunt omnes gen-
tes terræ.Sequitur.
*Quod diſpoſuit ad Abraam : & iura-* 9.
*menti ſui ad Iſaac.*
Prior Abraæ fuit de Chriſto facta promiſ
ſio.Sic enim legimus:per me metipſum iura- Gen.22.c.
ui,



ui,dicit dñs:quia non peperciſti filio tuo vni
genito propter me, benedicẽs benedicã tibi,
& benedicent in ſemine tuo omnes gẽtes ter
Gen.26.a ræ.deinde his verbis cõfirmata fuit Iſaac,tibi
enim & ſemini tuo dabo vniuerſas regiones
has : complens iuramentum quod ſpopondi
Abraam patri tuo,& multiplicabo ſemen tuũ
ſicut ſtellas cæli,&c.
10. *Et ſtatuit illud Iacob in præceptum : &*
*Iſrael in teſtamentum æternum.*
Huius promiſsionis ſeries hæc eſt,ego (in
Gen.28.c quit) ſum dñs deus Abraam patris tui,& De⁹
Iſaac.terram in qua dormis tibi dabo,& ſemi
ni tuo,pauciſq; interiectis ſequitur: & bene-
dicentur in te & in ſemine tuo cunctę tribus
terræ.hanc vtiq; promiſsionẽ, ita firmam &
ſtabilem eſſe voluit:ꝙ ſic ſtatuit illã in fidei
præceptũ Iacob:& Iſraeli in teſtamentũ ęter
num,nequis vnquam circa verbũ dei hæſita-
ret.porro binomius erat Iacob,qui & Iſrael:
& ita eſt verbũ hoc duplex:promiſsionẽ ſci-
1.Thi.4.b licet habens vitę quę nũc eſt,& futurę.Iacob
enim ſecundùm carnẽ: terram illam promiſ-
ſionis melle & lacte manantẽ poſſedit:& bo-
na huius terræ comedit.At Iſrael,hunc per fi
dem in enigmate videns deum : quũ eum per
ſpeciẽ & ſicuti eſt,facie ad faciẽ contẽplabit:
æternã ſibi promiſsã accipiet hęreditatẽ. Nõ
igitur ocioſè dictũ eſt , quòd ꝓmiſſum illud
ſtatuerit Iſraeli in teſtamentũ æternũ dicẽs.
11. *Tibi dabo terram Chanaam: funiculum*
*hæreditatis veſtræ.*
Tempore Ioſue,tribubus diuiſa eſt terra,
in funiculo diſtributionis,pro vt cuiq; obue
nerat ſors.Eterna etiã illa hæreditas , per hãc
ſignificata, in qua manſiones multæ ſunt:iu-
xta exigentiã grãæ & meritorum , diuidet hu
milibus electis.Chanaã quidẽ humilẽ vel poſ
Mat.5.a ſeſsiones ſonat.Et ſcriptũ eſt : beati pauperes
ſpiritu,quoniam ipſorum eſt regnum cęlorũ:
beati mites,qm̃ ipſi poſsidebunt terrã.Seq.
12. *Cum eſſent numero breui: pauciſsimi &*
*incolæ eius.*
Nunquam illis defuit diuina protectio:
quin ſemp illorũ deo peculiaris cura fuit.Nã
cum eſſent numero breui,vt pote ſeptuagin
ta aĩę:paruo tẽporis interuallo incolẽtes ęgi
ptum:multiplicati ſunt,& in gentẽ magnam
excreuerũt,dum laborib⁹ & anguſtijs pręme
rentur.quod non diſsimili ſucceſſu fidelibus
in Chriſto ieſu vocatis ſanctis: contigiſſe no
uimus.Sequitur.
13. *Et pertranſierunt de gẽte in gentẽ: & de*
*regno ad populum alterum.*
Peregrinationem Iſraelitici populi deſcri
bit, pertranſierunt quidẽ fame compulſi , de
terra Chanaam, in ægiptũ viuẽte Ioſeph: vbi
poſt modum Pharaonis tyrannide oppreſsi
fuerunt,quouſq; diuina virtute,in manu for-
ti & brachio extento educti ſunt,ac de duriſ
ſima ſeruitute liberati.quæ eductio redẽptio
nem illã copioſiſsimã præfigurauit: qua chri-
ſtus de diaboli tyrannica poteſtate , in manu
ſuæ diuinitatis forti,& brachio in cruce ex-
tento,nos liberauit.Sequitur.
*Non reliquit hominem nocere eis : & cor* 14.
*ripuit pro eis reges.*
Non quidem permiſit,vllum hominẽ quic
quam nocumenti illis inferre,cum eos de iu-
go ſeruitutis educeret:quin in grãm eorũ po
tius,reges & principes flagellãs percutiẽſq;,
à perſecutione cohibuit.quod nũc perfectius
& efficatius quotidie operatur deus,ad ſuo-
rum fideliũ defenſionem:dum qui eos lædere
nituntur affectu: magis à ſe ipſis læduntur
effectu.Nec læſio illa dicẽda eſt:vbi pro tem
porali amiſsione , regnum confertur æter-
num.Sequitur.
*Nolite tangere chriſtos meos : & in pro-* 15.
*phetis meis nolite malignari.*
Aut verbo aut facto , hæc viſus eſt dicere
dñs:dum ſuis fauet electis.Nolite(inquit)tã-
gere:quos ego interius vnxi. Nolite vel leui
digituli talitro,chriſtos meos ſpũs pinguedi-
ne delibutos infeſtare : quos in meos, & grã
& nomine meo inſigniui,& in ꝓphetas meos
nolite malitioſe agere.Sic enĩ ſe vnctũ & ſui
ſimiles appellat apoſtolus,ſecũdo ad Corin-
thios ſcribens.qui vnxit nos deus (inquit) & 2. Cor. 1.d
qui ſignauit nos & dedit pignus ſpũs in cordi
bus nrĩs:Et dilect⁹ diſcipulus ait:vos vnctio 1.Io.2.d.
nem habetis à ſancto:& noſtis omnia.Et rur-
ſum: vos vnctionem accepiſtis à Deo. Ma-
neat in vobis : & non neceſſe habetis vt ali-
quis doceat vos , ſed ſicut vnctio eius docet
vos,&c.Sequitur.
*Et vocauit famem ſuper terrã: & omne* 16.
*firmamentum panis contriuit.*
Hiſtoriographum agit propheta ſanctus,
& ab orta fame exordium ſumit , quæ ingre-
diendi ægiptũ Iſraeliticæ genti præbuit occa
ſionem:vt mirabile diuinæ diſpoſitionis con
ſiliũ oſtendat . irrefragabile quidem. Nam ſi
ſubuerterit oĩa vel in vnũ coartauerit(vt ſcri
ptum eſt in libro Iob)quis contradicet ei,vel Iob.11.b
quis dicere poteſt,cur ita facis?Ait ergo: vo-
cauit famẽ,&c.vocauit vtiq;,is qui vocat ea
quæ non ſunt:tanquã ea quæ ſunt. Et qui ad Ro.4 c.
miniſtrat ſemen ſeminanti,& panẽ ad mandu- 2.Cor.9.c
candũ præſtat:frumentum omne (ex quo pa
nis cor hominis confirmans cõficitur) defice
re facit.

Gen.41.g re facit.lege in Geneſi hiſtoriam. hæc igitur
adeundi ægiptum Iſraelitis fuit cauſa. Audi
nunc chriſtianæ redemptionis figurã myſte-
rijs fœtã.ipſam rumina,& ad figuratũ aſcẽde.

17. *Miſit ante eos virum: in ſeruum venun
datus eſt Ioſeph.*

Hic venundatus eſt à fratribus,ne adorare
tur:ſed ecce myſteriũ.Ideo eſt adorat': quia
venditus.Ipſum vẽdiderunt vt perderẽt:ipſe
autẽ venditus,eorũ cõſuluit perditioni. Hoc
etenim dei prouidentia factũ eſt, eodem ad
Gen.45.c fratres dicente Ioſeph:Non vr̃o conſilio, ſed
Acto.2 c dei huc miſſus ſum voluntate:vt reſeruemini
ſuper terram,& eſcas ad viuendũ habere poſ
ſitis. An nõ etiã miſit deus filium ſuum factũ
Gal.4.a ex muliere,factum ſub lege:vt eos qui ſub le
ge erant redimeret?An non vendidatus eſt tri
Mat.26.b ginta argẽtis:qui exinaniuit ſe metipſum for
mam ſerui accipiens,in ſimilitudinem homi
Phi 21 a minum factus,& habitu inuentus vt homo.

18. *Humiliauerunt in compedibus pedes eius,*
Gen.39.d *ferrum pertranſijt animã eius: donec ve-
niret verbum eius.*

Quid obſecro clari',quid expreſsius,quid
vè ſignificantius,de Chriſto domino & ſalua
tore mundi,depingi potuit in figura? humi-
liauerũt (inquit) in cõpedibus pedes Ioſeph:
& domini Ieſu clauis ferreis cruci affiguntur
pedes,& lãceę ferrum,lat' eius aperuit. Ipſa
etiam triſtitia:durior ferro fuit,quæ pertran
ſijt Chriſti animam vſq; ad mortẽ:donec ve-
niret verbũ eius, quod per Ioſeph extitit in-
terpretatum per quod fortè verbum, non in
epte illud Ionę ſignum intelligi poteſt:quod
de reſurrectione ſua dñs interpretatus eſt di-
Mat.12.d cens:ſicut enim fuit Ionas in ventre ceti tri-
bus diebus & tribus noctib':ſic erit filius ho
minis in corde terræ.Ferrum igitur pertran-
ſijt animã eius,donec veniret verbum reſur-
rectionis eius. quãdo impaſsibilis fact' Chri
Ro 6.b ſtus reſurgens ex mortuis, iam non moritur,
mors illi vltra non dominabitur.

19. *Eloquium domini inflammauit eum, mi-
ſit rex & ſoluit eum: princeps populorũ
& dimiſit eum.*

Reuelatio domini interior, & propheti-
cus ille ſpiritus, eò ꝙ ignitum ſit eloquium
ſuum vehemẽter:inflammauit Ioſeph, ipſumq;
Gen.41.f ad intelligentiam ſomniorũ accendit. Miſit
igitur rex Pharao & ſoluit eum. ſoluit etiam
deus dominum Ieſum ſaluatorem mũdi. Sic
enim in actis apoſtolorum de Chriſto ait Pe-
Acto.2.e trus:quem deus ſuſcitauit, ſolutis doloribus
inferni:iuxta quod impoſsibile erat teneri il
lum ab eo.Sequitur.

*Conſtituit eum dominum domus ſuæ: &* 20.
*principem omnis poſſeſsionis ſuæ.*

Sic factum de Ioſeph legimus,& de Chri-
ſto,qui ſuper apoſtolos ſpiritum ſanctũ miſit
à patre:quemadmodum iſdem ſubinfert Pe-
trus.Hunc Ieſum (inquit) reſuſcitauit deus, Acto.2.d
cuius nos omnes teſtes ſumus.dextera igitur
dei exaltatus, & promiſsione ſpiritus ſancti
accepta à patre:effudit hunc quem vos vide-
tis & auditis. Et doctor gentiũ Paulus phili- Phili.2.b
penſibus ait:quod deus exaltauit illum,& do
nauit illi nomen,quod eſt ſuper omne nomẽ:
vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, &c.
Et ad Coloſſenſes iterum: & ipſe eſt (inquit) Colo.1.c
caput corporis eccleſiæ, qui eſt principium,
primogenitus ex mortuis: vt ſit in omnibus
ipſe primatum tenens.Sequitur.

*Vt erudiret principes eius, ſicut ſemet-* 21.
*ipſum: & ſenes eius prudentiam doceret.*

Prudentia,gratuita virtus eſt,quæ illumi-
nat intellectũ,& calefacit affectũ.Eſt.n.radi'
viuus à vero ſole procedens:quæ etiam mo-
deratrix virtutũ, atq; ordinatrix affectuũ &
auriga,à nonnullis vocatur. Ioſeph igitur in
typo,& Ieſus Chriſtus in veritate, principes
inſtruxerunt.Ipſe quidem eruditos fecit apo
ſtolos:quos conſtituit principes ſuper omnẽ
terram,docuit etiam ſenes:qui ſuper ſenes &
antiquiores intellexit lege euangeliũ, ſic enĩ
ſcriptum eſt:& cum veniſſet in templum:ac- Mat.21.
ceſſerunt ad eum docentem,principes ſacer-
dotum & ſeniores.Et iterum: ingreſſus in ſi- Mar.1.b
nagogam,docebat eos,& ſtupebant ſuper do
ctrina eius Erat enim docens eos: tanquã po
teſtatem habens.Sequitur.

*Et intrauit Iſrael in ægiptum: & Iacob* 22.
*accola fuit in terra Chan.*

Caſtè narrauit hiſtoriam,vſq; ad Iſraelis in
troitũ in ægiptum,quę & terra Chan appel-
latur:eò ꝙ ægiptij à Chanaan filio Chan ori-
ginem ducant. Fuit ergo Iacob qui & Iſrael,
eiuſq; ꝓgenies:accola non indigena in ter-
ra Chan.

*Et auxit populum ſuum vehementer: &* 23.
*firmauit eum ſuper inimicos eius.*

Auxit quidem dominus populũ ſuũ, dum
viueret Ioſeph.Auxit & firmauit ſuper inimi
cos:quũ educeret eos de terra ægipti,in ma-
nu Moyſi & Aaron.ſic etiam auctus eſt chri
ſtianus populus viuente Chriſto. poſtquã au
tem mortuus eſt Chriſtus & reſurrexit:auct'
eſt numerus credentiũ,& ſpiritus ſancti vir-
tute firmatus.legimus enim in actis apoſtolo
rum,ꝙ verbum domini creſcebat, & multi- Acto.6.b
plicabatur numerus diſcipulorum in Ieruſa-
lem



lem valde:multa etiam turba ſacerdotũ obe-
diebat fidei,ꝗq; repleti ſpiritu ſancto loque
Acto.4.f bantur verbum cum fiducia: & multitudinis
credentium erat cor vnum.Et virtute magna
reddebant apoſtoli teſtimonium reſurrectio
nis Ieſu Chriſti,&c.Sequitur.

24. *Conuertit cor eorum, vt odirent populum
eius: & dolum facerent in ſeruos eius.*

Non ita conuertit dominus:vt tanti pecca
ti fuerit autor:ſed dum auxit dñs populũ: ex
beneficio dñi,& fœlicitate populi,ſe ſe illi in
uidi ad odium excitarunt. Illi quidẽ ex pro-
pria malitia ſe ad odiũ cõuerterunt: quorum
Mat.20.b oculus nequã erat,quia bonus eſſet deus.pro
ſequebantur igitur ægiptij odio inteſtino po
Exo.1.c pulũ dei:ſicut in Exodo ſcriptũ eſt,quòd ode
rant filios Iſrael ęgiptij:& affligebant illudẽ-
tes eis,inuidentes:atq; ad amaritudinẽ perdu
cebant vitã eorũ, operibus duris luti & late-
ris,omniq; famulatu,&c.Nec ſecus, olim re-
dempti à domino:ſub diaboli tyrannide prę-
mebantur.

25. *Miſit Moyſem ſeruũ ſuum: Aaron quẽ
elegit ipſum.*

Ii duo,fratres fuerunt de tribu Leui:& ma
ior natu erat Aaron.per hos quidem:aut duę
in Chriſto ſimul diuina & humana cuniunctę
naturę ſignificantur:aut ſcientia legis & cha
ritas,quę prælatis ineſſe debent.

26. *Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum. &
prodigiorum in terra Chan.*

Per hos,ſigna & prodigia operatus eſt do
minus, in terra Mezraim filij Chan, quæ eſt
ægiptus.quid autem inter ſigna & prodigia
interſit,noſti.Nam cum vtraq; mirabilia ſi t:
ſigna tamen aliquid futurũ oſtendũt.his igi-
tur dignitatem contulit,& loquẽdi audaciã:
atq; autoritatem.deditq; mandatum de mi-
rabilibus faciendis:de modo & forma, loco,
& tempore,illa efficiendi.ſicut & primarios
miraculorum ſuorum patratores apoſtolos
ſuos,quos per ſpiritum ſanctum elegit: con-
ſtituit Chriſtus.

27. *Miſit tenebras & obſcurauit: & non
Exo.10.f exacerbauit ſermones ſuos.*

Hæc nona fuit ægipti plaga. quæ hìc po-
nitur prima,quo diſcas:ꝙ cæcitas mentis,eſt
prior in peccante plaga. Miſit dominus tene
bras, nec deſtitit ab incepto, aut ſermones
quos dixerat cõminando irritos fecit:ſed ob
ſcurauit & ad perfectum duxit.fuerunt enim
tenebræ horribiles,ita ꝙ ægiptiorum nemo,
tribus diebus vidit fratrem ſuum, nec mouit
ſe de loco in quo erat.has fugare dignetur à
nobis deus.

*Et conuertit aquas eorum in ſanguinem:* 28.
*& occidit piſces eorum.*

Hæc fuit prima plaga, qua aquæ ægipti
verſę ſunt in ſanguinem:& piſces, qui erãt in
flumine,mortui ſunt.Computruitq; fluuius, Exo.7.d
& non poterant ægiptij bibere aquam flumi
nis.tu etiam caue ne fidem amittes & obtene
breſcas:amittas & ſpem vitę,quę eſt in aquis
& ſpes ipſa in deſperationẽ conuertatur,quę
ad ſanguinem & interitum ducit.

*Et dedit in terra eorum ranas: in penetra* 29.
*libus regum ipſorum.*

Quidã legẽdum putant: edidit terra eorũ
ranas,nec in grecis hebreiſq; codicibus con-
iunctionẽ illam,& reperiri affirmat.Fuit igi-
tur hæc plaga ordine ſecunda:qua terra eorũ
ebulliuit ranas,quæ de fluuio aſcenderũt: & Exo.8.a
ingreſſæ ſunt domum regiam, & ſuper ſtratũ
Pharaonis & ſeruorũ eius, & in furnos & in
reliquias ciborũ. Vide tu etiam ne charitatẽ
amittas:& fact' ſis (vt apoſtolus ait) velut es 1.Cor.13.a
ſonans,aut cimbalum tiniẽs.Et dum id quod
ſolidũ eſt perdideris:ſoli vanitati vacãs,gar-
rula ſit tibi vox,non meritorium opus.

*Dixit, & venit cynomia: & cinifes in* 30.
*omnibus finibus eorum.*

Iuſsit dñs,& venit muſca canina,aliæq; di-
uerſi generis muſcę,& culices buccinarij ſeu
alij ferè inuiſibiles: homines & iumenta infe- Exo.8.f
ſtantes.Hìc quarta atq; tertia deſcribitur pla-
gæ,quibus tumultus animi & deordinatio,ip
ſiq; inquieti & circumuolãtes cogitatus (qui
peccatoris mentẽ infeſtant,aperti'ſimè ſigni
ficanť.quos abigere oportet oratione:vt Mo
ſes feciſſe conſtat.Sequitur.

*Poſuit pluuias eorum grandinem: ignem* 31.
*comburentem in terra ipſorum.*

Septima eſt plaga.Nam pluit dñs grandinẽ Exo.9.c
ſuper terrã ægipti:& grãdo & ignis mixta pa
riter ferebantur.vbi obduratio in grãdine,&
in igne incendiũ cupiditatis accipitur.de qua
Paulus Timotheo ſuo ait: radix omniũ malo 1. Thi. 6.b
rum eſt cupiditas,quam quidã appetentes er
rauerunt à fide,& inſeruerũt ſe dolorib' mul
tis.tu autẽ ò homo dei,hæc fuge: ſectare verò
iuſtitiam,pietatem,fidem,charitatem,patien
tiam,manſuetudinem.Sequitur.

*Et percuſsit vineas eorum, & ficulneas* 32.
*eorum. & cõtriuit lignum finium eorũ.*

Verius legendum opinor linum,quã lignũ, Exo.9.g
iuxta illud exodi.linũ verò & hordeũ læſum
eſt,&c.Ecce grando & fulgura,nõ ſolùm dũ
percutiunt,fructus diſperdunt: verum etiam
percuſſa ficus,arbores & vites: inhabilitanť,
& ſteriles fiunt.quod bonũ opus (rogo) ger-
minauit:

minabit: malè affecta & obſtinata voluntas?
Sequitur.

33. *Dixit, & venit locuſta & bruchus: cu-
ius non erat numerus.*

Hęc fuit octaua in ordine plaga. locuſta &
Exo.10.a bruchus notiſsima animalcula ſunt: quę ſege-
tes & vineas, omniaq; virentia deuaſtare ſo-
lent: qualis mordax eſt lingua, nulli parcens,
vel doloſa adulatrix & fallax. Sequitur.

34. *Et comedit omne fœnum in terra eorũ:
& comedit omnẽ fructum terræ eorum.*

Sunt etiam qui locuſtę & bruchi nomine
inanem gloriã & ventris ingluuiẽ, ac per hoc
omne vitiorũ genus intelligant. quæ dum ſuc
cedunt inuicẽ deuorãt oĩa cõſumuntq;. Seq.

35. *Et percußit omne primogenitum in ter-
ra eorum: primitias omnis laboris eorũ.*

Hæc decima & vltima plaga fuit: quando
Exo.12.c percuſsit dñs omne primogenitũ in terra ęgi
pti, à primogenito Pheraonis, qui ſedebat in
ſolio eius: vſq; ad primogenitũ captiuæ, quæ
erat in carcere: & omne primogenitũ iumen
torum. profectò nihil boni remanet: vbi non
fructus, non flos, nõ foliũ, nõ viride quicquã.
qñ nec opus bonũ, nec verbũ, nec vllus bonus
relictus eſt cogitatus: qui infœlicis aĩæ pri-
Exo.9.d mogenitus ſit. quintæ & ſextæ plagæ, nõ me
minit hic propheta. quarũ prior, omniũ ani-
malium peſtilẽtia & mors fuit: poſterior ve-
rò, vlcera & veſicæ turgentes in hominibus
& iumentis. Sequitur.

36. *Et eduxit eos cum argento & auro: &
non erat in tribubus eorum infirmus.*

Duo illis largitor omnium bonorũ & dñs,
inter alia præcipua contulit bona. ſalutẽ ſcili
cet & diuitias, filij quidẽ Iſrael (ſicut præce-
perat dñs Moyſi) petierũt ab ægiptijs vaſa ar
gentea & aurea, veſtemq; plurimã. dñs aũt de-
dit grãm populo corã ægiptijs, vt commoda
rent eis: & ſpoliauerũt ægiptios. Sic etiã cum
de tenebris & diaboli ſeruitute educitur aĩa,
per remiſsionẽ peccatorũ: ab ea qua ante de-
tinebatur infirmitate fit libera, & per infuſ-
ſionem gratiæ: quaſi auro & argento, ſpiritus
ſancti ditatur donis. Sequitur.

37. *Lætata eſt ægiptus in profectione eorum:
quia incubuit timor eorum ſuper eos.*

Benè hic miſcetur cum timore (de reſidui
mali euaſione) lætitia. Nam ægiptij, qui ante
Hebreos dimittere nolebãt, iã timẽtes ne ex
toto perirẽt: illos abire iubebant. Satius illis
futurum eſſe, magnumq; lucrum: ſi recederẽt
arbitrantes. Nec ſecus, dæmonijs ſemel deui-
ctis contingere ſolet. vide quàm mirabilẽ ſe
oſtendat deus in ſanctis ſuis. Sequitur.

*Expandit nubem in protectionem eorum:* 38.
*& ignem, vt luceret eis per noctem.*

Vtroq; tempore, lucis (ſcilicet & tenebra-
rum (dux eorũ fuit dñs comes & protector.
Et viam ſemper oſtendit: vti nunc electis, in
proſperis & aduerſis. quos nũc blãda promiſ-
ſione demulcet: nũc æterni cruciatus igne de
terret. Nẽpe hàc & illac, quos diligit fouet:
ne à via recta declinẽt. Expandit etiã nubẽ fi-
dei in protectionẽ eorum: dum in hoc ſeculo
viuunt. Cum autem nox venerit mortis: in vi
ſione clara, & charitatis incendio: quæ ante
per fidem nouerant, illis lucebunt. Sequitur.

*Petierũt, & venit coturnix: & pane cæ* 39.
*li ſaturauit eos.*

Petierũt quidẽ carnes, alij cõtra dñm mur
murantes: alij dñm deprecantes, vt Moſes & Exo.16.a.c
iuſti. Et venit coturnicũ multitudo maxima. Num.11.b
quibus, & mãna deſcẽdente de ſuperiori lo-
co, ſaturauit eos dñs. quippe qui ſe naſcẽs de
dit ſociũ, conueſcens in eduliũ: ſe moriens in
precium, ſe regnans dat in præmiũ. Sequitur.

*Dirupit petram, & fluxerũt aquæ: abie* 40.
*runt in ſicco flumina.*

Et in exodo, & numerorum libro, hoc ſic Exo.17.b
actum legimus, ante & poſt datã legem. Nam Num.20.a
cum eleuaſſet Moyſes manũ, percutiens vir-
ga bis ſilicẽ: egreſſæ ſunt aquę largiſsimæ, ita
vt populus biberet & iumenta. Non eſt ꝙ de
ſacramẽto corporis & ſanguinis Chriſti, aut
de eius latere lancea percuſſo, vnde cõtinuò
ſanguis exiuit & aqua pro totius mundi ſalu- Io.19.e
te: diſſeramꝰ quicquã. porro fuit, ita ſuffciẽs:
ꝙ abierunt in deſerto arido & ſicco flumina,
atq; ad deſertas gẽtes copioſa redemptionis
aqua peruenit. Sequitur.

*Quomã memor fuit verbi ſancti ſui: quod* 41.
*habuit ad Abraam puerum ſuum.*

Si quæras, cur tot ingrato populo contule
rit beneficia? In promptu cauſa eſt. quoniam
memor fuit, &c. Non vtiq; vlla fuerunt meri
ta: ſed ꝙ in promiſsis ſit verax deus. dixerat
enim Abraæ, ſcito prę noſcens, ꝙ peregrinum Gene.15.e
futurũ ſit ſemẽ tuum in terra non ſua: & ſub-
ijcient eos ſeruituti, & affligent quadrigentis
annis. veruntamen gentem, cui ſeruituri ſunt,
ego iudicabo, & poſt hæc ægredientur cum
magna ſubſtãtia. Audiat hæc nũc ſemẽ Abraę. Rom.9.b
Non enim qui filij carnis hi filij dei (ait apo-
ſtolus) ſed qui filij ſunt promiſsionis, æſtimã-
tur in ſemine. Ecce generatio præterit: & ge Eccle.1.a
neratio aduenit. hæc autem omnia (ait Pau- 1.Cor.10.c
lus) in figura cõtingebant illis: ſcripta ſunt au
tem ad correptionem noſtram, in quos fines
ſeculorum deuenerunt. Sequitur.

Et eduxit



42. *Et eduxit populum ſuum in exultatione:
& electos ſuos in lætitia.*

Qui ſcire cupit quanta ſit de vera liberta-
te lætitia: nouerit operæprecium eſt: quan-
ta fuerit in captiuitate triſtitia. Eduxit er-
go dominus populum ſuum de diaboli ſer-
uitute, in exultatione: & electos ſuos in
lætitia. Sicut loquens de verbo ſuo atq; v-
nigenito filio: per prophetam ſuum Eſaiam
Eſa.55.d. ante prædixerat. Sic erit (inquit) verbum
meum quod egredietur de ore meo. Non re-
uertetur ad me vacuum: ſed faciet quæ-
cunq; volui, & proſperabitur in his ad quæ
miſi illud: quia in lætitia egrediemini, & in
pace deducemini, &c. Sequitur.

43. *Et dedit illis regiones gentium: & labo-
res populorum poſſederunt.*

An non idem ſonat verbum quod apud
Ioannem, Chriſtum dominum diſcipulis di-
Io.4.e. xiſſe legimus? Ego (inquit) miſi vos me-
tere quod vos non laboraſtis. Alij labora-
uerunt, & vos in labores eorum introiſtis.
priſcis quidem illis patribus regiones gen-
tium dedit dominus, & labores populorum,
quæ ſcilicet ædificauerant & plantauerant:
in funiculo diſtributionis poſsidenda diui-
ſit. Nec ſecus, regiones gentium apoſtolis
ſuis partitus eſt, diſtribuitq; dona gratiarum:
& cæleſtis regni diuiſit manſiones. Sequitur.

*Vt cuſtodiant iuſtificationes eius: & le-* 44.
*gem eius exquirant.*

Hic ſcopus, hic finis, & totius vitæ no-
ſtræ diſcurſus eſſe debet. hanc ſibi poni le-
gem petit alibi iſdem pſaltes dicens: legem Pſ. 118. o-
pone mihi domine, viam iuſtificationum tua- cto.5.ve.1.
rum: & exquiram eam ſemper. hanc nos ſem
per requirere oportet, & iuſtificationes cu-
ſtodire: quo tandẽ ad ipſum, cum ipſo regna-
turi perueniamus: qui viuit & regnat Deus
per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

## EPILOGVS. PSALM. 104.

CONFITEMINI *domino, & inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes
opera eius. Nullus à diuina laude quieſcat, ſed mirabilium operum Dei, ſit inde
feſſus præco. Non ſibi, ſed illi quærat laudem: & in nomine ſancto eius glorietur.
Eia chriſtiani (ſic à Chriſto denominati) quærite dominum fide & moribus: &
Col 3.a cum omni perſeuerantia, quæ ſurſum ſunt quærite, non quæ ſuper terram. Ad
memoriam aduocate quæ propter electos & fideles ſuos fecit mirabilia, factus
homo: ſicut longè ante promiſerat. quod utiq; adimpleuit, ſicut diſpoſuit patribus & iurauit. Il-
ludq; poſtremo apertius, ſed in figura ſtatuit, Iſraeli dicens: tibi dabo terram, &c. qui cum eſſent
numero pauci: pertranſierunt de gente in gentem: & de regno ad populum alterum. Nec aliter
nobis de poteſtate diaboli ereptis contigiſſe conſtat, quos fouet dominus dicens: nolite tangere quos
meo nomine & cruce ſignaui, atq; gratia deliniui. Ecce tunc redemptionem per ſaluatorem mun-
di futuram, quaſi rudibus umbris ac lineamentis præfigurans: orta fame ſuper terram, miſit ante
eos uirum, & uenundatus eſt Ioſeph, qui carcere detruſſus eſt, afflictus, multaq; paſſus, donec ue-
niret uerbum eius. Et miſit rex, & ſoluit eum, conſtituitq; dominum domus ſuæ, doctorem princi-
pum, omniumq; magiſtrum quid de Chriſti aduentu, uenditione, paßione, cruce, reſurrectione,
apertius ſignari potuit? Audi iam prodigia illa quæ præfuerant, priſcæ illi patrum liberationi. Ingreſ-
ſus eſt Iſrael ægyptum, quaſi accola. Excreuit populus (Ioſeph uiuente) & ſuper ægyptos conua-
leſcere cœpit. At eo mortuo: magis ac magis auctus eſt, ideoq; multiplicatus: quod ægyptijs exoſſus
erat. tunc miſit dominus Moſem, & fratrem eius Aaron, qui apud Pharaonem legatione functi ſunt:
feceruntq; mirabilia magna, domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Mi-
ſit tenebras dominus & obſcurauit: conuertit aquas in ſanguinem: terra eorum ebulliuit ranas: ue-
nit cynomia & ciniphes, atq; grando igni admixta, qua uineæ & ficus cæteraq; ligna percuſſa ſunt.
uenit etiam locuſta, & comedit fœnum ac terræ fructus. Et percußit demum omne primogenitum
in terra eorum. eduxitq; populum ſuum dominus, atq; ditauit pariter, & ſalutem contulit illi. Et
lætata eſt ægyptus in profectione eorum, inuaſerat enim ægyptios timor. At dominus protexit
ſuos nube per diem, & columna ignis per noctem, ut quaſi facula illuſtraret uiam. petierunt, &
dedit illis carnes & panem de cœlo, dirupit petram, & fluxerunt aquæ. An non omnia fœta & ſa-
1.Cor.10.c cramentis plena erant? hæc autem in figura facta ſunt noſtri, & in figura cõtingebant illis. Ita enim
(promiſſi memor) eduxit tunc populum ſuum in exultatione: & ipſos quos elegit ante mundi conſti-
tutionem, in lætitia. ut poſſeſſuri terram uiuentium: cuſtodiant iuſtificationes eius, & legem eius ex-
quirant & obſeruent. proſequamur ergo ulterius pro modulo noſtro Dei laudem.*

*Onfitemini domino quoniam bonus : quoniam in ſeculum miſericordia eius.*

Huic pſalmo etiam alleluia in titulum præponitur. Et ſecundùm aliquos : non tantum ſimplum : verum etiam geminum , vt duplicem deſignet laudem , & quę in præſenti Deo profertur à iuſtis , & à beatis exhibetur in ſeculo futuro. Excitat igitur hic pſalmus & hortatur ad laudem Dei , quod non ſolùm bonis & iuſtis : verum etiam diſcolis & ingratis , innumera contulerit beneficia. Ait igitur : confitemini domino quoniam bonus : duplici quidem confeſsione , criminis ſcilicet & laudis , & à priori exordium
Eccle.15.c ſumite peccatis abrenuntiantes , quia non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris . Confitemini domino peccata veſtra , quia benignus &
Iohel.2.c miſericors eſt , patiens & multæ miſericordiæ , & præſtabilis ſuper malitia . Eſt enim adeò bonus : vt ignoſcat offenſus. Nec miſericordia eius eſt exhauſta : quin protenditur potius vſq; in ſeculum , dum tempus eſt miſerendi . Confitemini igitur domino , ipſe eſt enim qui peccata dimitit , cuiq; proprium eſt miſereri ſemper & parcere , & ipſe ſolus potens eſt impium iuſtificare.

2. *Quis loquetur potentias domini : auditas faciet omnes laudes eius?*

Sed dices : tu hortaris ad Dei laudem. quis ( obſecro ) tam ydoneus : etſi omnium ſapientum hominum loquatur linguis & angelorum ? Eſt ne qui enumerare queat potentiæ Dei effectus , modoſq; efficiendi : quiq; pro dignitate valeat explicare? Non eſt ( fateor ingenue ) quæ rem tantæ maieſtatis prædicet lingua : aut qui laudes Deo dignas capiat auditus . At non ob hoc à laude quieſcas . lauda quantum poſsis : illum à quo habes vt poſsis . lauda ꝙ in laude deficias : eò ꝙ non ſufficias. Non ergo dixeris , quis loquetur potentias domini ineffabilis? ſcimus ꝙ nullus dignè , nullus exactè , ſed quid? Ideò non laudare geſtias : quòd Deus omni maior ſit laude ? lauda pro modulo , etſi deſit affatus : non deſit affectus . hunc reſpicit Deus . dicam tibi compendiariam huius viæ laudem , dicam & modum , quo beneplacitum eſt Deo (pro huius vitæ ſtatu) laudari ab homine.

*Beati qui cuſtodiunt iudicium : & faciũt iuſtitiam , in omni tempore.* 3.

Beati quidem ſpe , qui omni tempore rectè ſentiunt : & recte operantur . hæc enim iuſtitia eſt : illud verò iudicium . ſic veram in via tribues Deo laudem : ſi non aberras à vero circa credenda : nec à bono circa operanda . huiuſmodi iudicium & iuſtitiam in ſancta & catholica eccleſia Chriſti , perpetuo futurum vaticinatus eſt Eſaias , vbi ip- Eſa.9.b
ſum Dei filium prophetico ſpiritu præuiderat incarnandum , Multiplicabitur (inquit) eius imperium , & pacis non erit finis , ſuper ſolium Dauid & ſuper regnum eius : vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iuſtitia , amodo & vſq; in ſempiternum. zelus domini exercituum faciet hoc. Niſi fortè per iudicium , examen propriè conſcientiæ & patrati facinoris diſcuſsionem : per iuſtitiam verò , iudicij executionem , debitamq; ſatisfactionem accipias : ita vt dicere poſsis : feci iudicium & iuſtitiam , non tra-
das me calumniantibus me . Porro ij cuſto- Pſ. 118. o.
diunt iudicium : qui in Deum & proximum Ecclo.16.v.
malè acta cognoſcunt : nec ſe excuſant , ſed accuſant . Et dum ſe ſe puniunt : iuſtitiam faciunt . quod vtiq; totum , in Dei laudem cedit . laudate igitur & ſummis præconijs efferte potentias domini , ꝙ potens ſit vt parcat , ſi cuſtodiatis iudicium , vos ipſos iudicantes : & quod iuſtum eſt in conſpectu domini faciatis , præcepta eius adimplentes omni tempore . At contra , potens eſt vt puniat tranſgreſſores : & à recto declinantes . quamobrem . Iure beati dicendi ſunt in ſpe : qui cuſtodiunt iudicium & faciunt iuſtitiam omni tempore. Sequitur.

*Memento noſtri domine , in beneplacito populi tui : viſita nos in ſalutari tuo.* 4.

Vt cuſtodiat iudicium & faciat iuſtitiam , vt deniq; adimpleat Dei præcepta , & quo ad ſubſtantiam præcepti & intentionem præcipientis : gratiam gratum facientem & cooperantem petit dicens. Memento noſtri domine in beneplacito populi tui. Memẽto (inquam) vt cum his annumeremur in quibus beneplacitum eſt tibi. Ita , ꝙ iuxta
apoſtoli monitum : vt filij lucis ambule- Ephe.5.c.
mus . fructus enim lucis eſt in omni bonitate , & iuſtitia , & veritate : probantes quid ſit beneplacitum Deo . ſed quia gra-
tia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt Io.1.b.
ipſum



ipſum incarnari petit dicens : viſita nos in ſalutari tuo . Nempe viſitatio ſalutifera Chri-
Luc.1.f. ſti incarnatio fuit . Iuxta illud Zachariæ : per viſcera miſericordiæ Dei noſtri , in quibus viſitauit nos oriens ex alto. Sequitur.

5. *Ad videndum in bonitate electorum tuorum , ad lætandum in lætitia gentis tuæ : vt lauderis cum hæreditate tua.*

Ad hoc igitur viſita nos in ſalutari tuo : vt videamus bona electorum tuorum : te ſcilicet , qui es omne bonum : ſic enim Moyſi famulo tuo faciem & gloriam tuam poſtulanti , reſpondiſti : Ego oſtendam om-
Exo.33.d ne bonum tibi , &c . vtque lætemur in iuſtitia gentis tuæ , & te ſimul cum hæreditate tua laudemus. Id ſiquidem eſt munus habitantium in domo tua domine : quòd in ſe-
Pſ.83.v.5 cula ſeculorum laudabunt te. Sequitur.

6. *Peccauimus cum patribus noſtris , iniuſtè egimus : iniquitatem fecimus.*

Peccauimus , quemadmodum patres noſtri , qui in ægypto & in deſerto , multiplici peccato peccarunt . qui vel in hoc filij eorum ſumus : ꝙ increduli , ingrati , rebelles , & tranſgreſſores , iniuſtè egimus in Deum , iniquitatem fecimus in proximum , verbis Dei non credentes : & Moſem deceptorem reputantes . quæ maior iniquitas & iniuſtitia?

7. *Patres noſtri in ægypto non intellexerũt mirabilia tua : non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ.*

Id ingratitudinis genus , quod accepti beneficij obliuionem includit : deterius & grauius eſt peccatum. Et hinc ortum eſſe videtur , ꝙ cum ægyptum colerent patres noſtri : illa quæ ob oculos eorum feciſti mirabilia : non ſerio ( vt par erat ) & interna conſideratione contemplaſſent , ſed quaſi obiter & per tranſenam . Nec multitudini miſericordiæ tuæ illa tribuerunt : qua ſemper erga eos & patres eorum , exuberare viſus es. hanc tu quiſquis es homo : ingratitudinis fuge notam . Memor eſto multitudinis miſericordiæ Dei : vt illi aſcribas , ꝙ egreſſus ſis de ægypto , de tenebris ad lucem , in manu forti & brachio extento : & repente mutatus ſis in virum alterum. Sequitur.

8. *Et irritauerunt aſcendentes in mare , mare rubrum :*

Viderant Hæbrei tot plagas ægypto inflictas , quæ manum Dei potentiſsimam oſtentabant . Et rei huius obliti , cum egreſsi de ægypto , ad ripam rubri maris aſcenderunt , venientesq; contra ſe viderent ægyptios : irritauerunt dominum , & ad iracundiam prouocauerunt . Nam illi & ſeruo ſuo Moſi diffidentes dixerunt : forſitam non erant ſepulchra in
ægypto : ideo tuliſti nos vt moreremur in Exo.14.c
ſolitudine , &c. ò infœlices , nimium meticuloſi , & pauidi ſub tanto duce , An neſcitis , ꝙ
non eſt domino difficile ſaluare , vel in multis 1. Reg.14.a
vel in paucis? quid tu etiam times homo , viã cœptam proſequi : rei difficultate deterritus , quamuis diabolum ſentias perſequentẽ : quum Deum habeas defenſorem? Sequitur.

*Et ſaluauit eos propter nomen ſuum : vt notam faceret potentiam ſuam.* 9.

Non propter eorum merita bona , quę nulla extiterant , quin potius mala : ſed propter gloriam nominis ſui , eripuit eos de manu ægyptiorum : vt his timidis & diffidentibus , atq; illis ſuperbientibus , & adhuc voluntati Dei obſiſtentibus , notam faceret potentiam ſuam : doceatq; ꝙ poteſtas , & terror apud eũ
eſt : ꝙq; contra Deum pugnare , non eſt faci- Iob.25.a.
le . ſaluauit tunc quidem in figura , propter
ſuauiſsimum illud Ieſu nomen , quod ſibi prę Eccle.46.
uiderat imponendum , dicente angelo , pio Io-
ſeph : vocabis nomen eius Ieſum , ipſe enim Mat.1.d
ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Et vt oſtendat potentiam ſuã , dum peccantibus parcit , & obduratos deijcit in profundum : quod famam ſuam & nomen exaltat. Sequitur.

*Et increpuit mare rubrũ , & exiccatũ eſt : & deduxit eos in abyſsis ſicut in deſerto.* 10.

Ecce in Exodo legiſti huius increpationis Exo.14.e
modum. Nam cum extendiſſet Moyſes manum ſuper mare , abſtulit illud dominus , flante vento vehementi & vrente tota nocte , & vertit in ſiccum . ſic enim ęgredientibus à tyrannica diaboli ſeruitute : per aquas baptiſmi paratur via . Extendit dux noſter Chriſtus potentiæ ſuæ manum , & ſpiritu ſuo ſancto ac vehementi flante , atq; vrente vitiorum ſcoriam tota nocte : & dum gratiam infundit , fit apta tranſeunti via , quæ ante peccatorũ cœno praua erat & humecta. Sequitur.

*Et ſaluauit eos de manu odientium : & redemit eos de manu inimici.* 11.

Odientes vocat ęgyptios : & Pharaonem , regem inimicum apellat : Ii quidem omnes diabolum & angelos eius præfigurabant , qui nos odio inteſtino proſequuntur , nobisq; maximè ex animo inuido inimicantur . Ab horũ igitur nos eripuit dominus poteſtate : quum ſuo nos cruore redemit. Sequitur.

12. *Et opperuit aqua tribulantes eos : vnus ex eis non remanſit.*

Aqua illa quæ flante ſpiritu, perſequutis fuit in vitam: ipſa perſequentibus fuit in mortem, opperuit quidem aqua tribulantes eos: operit nunc etiam baptiſmi aqua multitudinem peccatorum, ſuffocatq; omnia cum capite & rege ſuo Sathana, ita vt non remaneat vllum. Mira huius profectò ſacramenti vis: quæ ad terram promiſſam, viam aperit tranſeunti, vitia demergit omnia: & adeundi affectum ſubminiſtrat & vires. Sequit.

13. *Et crediderunt verbis eius : & laudauerunt laudem eius.*

Ideò crediderunt: quia miranda illa viderunt. Adhibuerunt fidem verbis Dei, quæ loquutus fuerat per os Moyſi, ſed nullũ fortè fuit meritum: quia humana ratio illis prębuit experimentum. quamuis hoc in eis laudabile fuit: ꝙ ad laudem Dei & gratiarum actionem conuerſi ſunt dicentes: cante-
Exo.15. mus domino, glorioſè enim magnificatus eſt, &c. Sequitur.

14. *Cito fecerunt, obliti ſunt operum eius: & non ſuſtinuerunt conſilium eius.*

Paruo temporis interuallo: inſtabiles illi, in incredulitatem & ſolitam ingratitudinem, celeri mutatione prolapſi ſunt. vide quàm citò, nondum enim tertia tranſierat dies: & venientes in marath, murmurauerunt contra Moyſem, ſuper aquę amaritudine. Nec enim expectauerunt æquo animo, quod facere alto ſuo conſilio diſpoſuerat Deus: ſed ſtatim (nulla de Dei prouidentia habita conſideratione) in murmurationem effluxerunt dicentes: quid bibemus? vbi dominus oſtendit Moyſi lignum, quod
Exo.15.d cum miſiſſet in aquas: in dulcedinem verſæ ſunt. vel in hoc, lignum crucis præfigurans. Et venientes vbi erant duodecim fontes, & ſeptuaginta palmę: caſtrametati ſunt iuxta aquas. ò quoties hoc malum ſerpit? quoties hominem inuadit, de quo non ſemel benemeritus eſt Deus: illi parcens, & in eum commiſſa condonans? Sequitur.

15. *Et concupierunt concupiſcentiam in deſerto : & tentauerunt Deum in inaquoſo.*

In deſerto ſyn, murmurauit iterum omnis
Exo.16.a congregatio filiorum Iſraël contra Moyſem & Aaron. dixerũtq;: vtinam mortui eſſemus per manum domini in terra ægypti: quando ſedebamus ſuper ollas carnium, &c. Tunc quidẽ carnes concupierunt: cũ tamẽ cæleſti paſcerentur edulio. Iterumq; in Raphidim, dum ſitiret populus præ aquæ penuria: murmurauit contra Moyſem dicens: cur feciſti Exo.16.b
nos exire de ægypto, vt occideres nos & liberos noſtros, ad iumenta ſiti? Sequitur.

*Et dedit eis petitionem ipſorum: & miſit ſaturitatem in animas eorum.* 16.

Panem, carnes & aquam dedit illis ad ſacietatem dominus. Erant quidem carnales, & cęleſtia illis erant inſipida. dedit igitur eis quod petierant: & ſatisfecit abundè. fœlix anima quæ ſatiatur: ſed non ſiliquis huius ſeculi. beati etiã qui eſuriunt & ſitiunt: ſed iu- Mat.5.a
ſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur, porro iuſtitia: verum eſt animæ nutrimentum. Non audiſtis quid magiſter veritatis dixerit rogantibus diſcipulis vt manducaret? ego (in- Io.4.d.
quit) cibum habeo manducare: quem vos neſcitis. Meus cibus eſt: vt faciam voluntatem eius qui miſit me, & perficiam opus ei?. hæc vera mentis refectio: & in regno Dei ſaturitas. Non eſt enim regnum Dei eſca & potus (ait Paulus) ſed iuſtitia & pax & gaudiũ in ſpiritu ſancto. Sequitur. Rom.14.d

*Et irritauerũt Moyſem in caſtris: Aarõ ſanctum domini.* 17.

In ſe vtrunq; gladium prouocarunt chore Datham & Abiron, atq; alij ſinagogæ proceres ducenti quinquaginta viri: qui arroganti animo aduerſus Moyſem & Aaron (maiores & prælatos ſuos) ſteterunt dicentes: ſufficiat vobis eſſe quod & multitudo ſanctorum eſt, in quibus etiam eſt dominus. Cur eleuamini ſuper populum domini? quaſi dixerint, cur primatum aſſumitis & vſurpatis? Non leue eſt hoc murmurationis, rebellionis & inobedientiæ peccatum: vel ipſa ſubſequuta pœna docente. Audiant rebelles ſubditi, ſapientiam dicentem: per me re- Pro.8.b
ges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Audiant dominum ex euangelio proclamantem: ſuper cathedram Moyſi ſe- Mat.23.a
derunt ſcribæ & phariſei: omnia ergo quęcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite. Et iterum: qui vos audit, me audit: & qui vos Luc.10.c
ſpernit, me ſpernit. qui autẽ me ſpernit: ſpernit eum qui miſit me. Et apoſtolus ait: obedi- Heb.13.b
te præpoſitis veſtris & ſubiacete eis, Ipſi enim peruigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. Et theſſalonicenſibus ſcribens: ſcitis (ait) quæ præcepta 1.Theſ.4.a
dederim vobis. Et quibuſdam interiectis infert: itaq; qui hæc ſpernit: non hominem ſpernit ſed Deum, qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis. Sequitur.

Aperta



18. *Aperta eſt terra, & degluttiuit datham: & operuit ſuper cõgregationem Abirõ.*

Condigna pœna mulctatur: qui ambierũt terrena, & cæleſtia reſpuerũt. Aperta eſt terra, & deglutiuit illos: quibus nec cælum, nec cæli conditor, fuit ſatis. ſuperbus è cælo cecidit angelus: & ſuperbientes homines ad profundum inferni, adhuc viuentes, abſorti de terra cadunt. Cadant à terra: qui in terra per obedientiam cadere neſcierunt. Erexerunt ſe in moſem & Aaron, ſchiſmatici illi dicentes: cur eleuamini ſuper populum domini? ſed cum audiſſet Moſes: cecidit pronus in faciẽ, quaſi obedientiam proteſtatus deo, quam iure ipſe à ſubditis ſibi exhiberi volebat. hinc vos prælati & ſubditi exemplum ſumite. Sequitur.

*Et exarſit ignis in ſynagoga eorũ: flãma*
19. *combuſſit peccatores.*

Nam ignis egreſſus à domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebãt
Num.16.e. incenſum: & ſequenti die quatuordecim millia hominum, & ſeptingenti vaſtante incendio perierũt. Iuſto Dei iudicio exarſit ignis pœnæ in ignem culpæ. Et combuſſit exterior flamma, quos interius, inuidia & furore reperit inflammatos. hos ergo inſolentes, & in Chriſtum dominum muſſitantes, combuſſit flamma: qui non veriti ſunt incenſum adolere. Nullus ergo ſibi arroget,
Heb.5.a nec quiſquam ſumat ſibi honorem; ſed qui vocatur à deo tanquam Aaron, ait apoſtolus. ſic & Chriſtus non ſemetipſum clarificauit, vt pontifex fieret: ſed qui loquutus eſt ad eum, filius meus es tu, ego hodie genui te: quemadmodum & in alio loco dicit: tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Sequitur.

20. *Et fecerunt vitulum in oreb: & odorauerunt ſculptile.*

Hoc vnum adde enarratis: vt ſit iniquitatum cumulus. videns autem populus ꝙ moram faceret deſcendendi de monte Moyſes,
Exo.32.a ait ſcriptura diuina: cõgregatus aduerſus Aaron ait: ſurge fac nobis deos qui nos præcedant. qui petijt in aures aureas, rem difficilẽ arbitrat⁹: ſed fecit populus quæ iuſſerat. quas cum accepiſſet: formauit opere fuſorio vitulum conflatilem. ferunt enim Hebrei, ex maſſa illa in ignem proiecta: factum fuiſſe pręter Aaronis intentum dęmonis arte. dixeruntq;, hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra ægypti, &c. ò deplorandum facinus: maximeq; Dei miniſtris deteſtandum. Cauete vos
Luc.12.c. obſecro ab omni auaritia ſicut Chrs ait: quia non in abundantia cuiuſquam vita eius eſt, ex his quę poſſidet. hęc nec nominetur in vobis. hoc enim ſcitote (intelligentes cum apo- Ephe.5.b.
ſtolo) ꝙ omnis fornicator aut immũdus aut auarus, quod eſt ydolorum ſeruitus: non habet hæreditatem in regno Chriſti & Dei. Nolite in concupiſcentiæ conflatorium, aurum mittere: ne vobis vitulus fiat damnationis. Sequitur.

*Et mutauerunt gloriam ſuam: in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.* 21.

Infœlix cõmutatio veritatis in mendaciũ, rei ſolidæ in vanitatẽ, gloriæ in ignominia & opprobriũ. Nẽpe ij quibus gloria erat nõ exigua, quod vnum deum ipſumq; verum agnoſcerent & colerent: huiuſmodi gloriã in confuſionem mutauerunt, vti deum ſuũ adorantes rem inſenſibilem & inanimatam. Nõ quidẽ vitulũ: ſed ſimilitudinẽ vituli comedentis fœnum. Non ſolùm diuinam: verùm etiã ſui ipſorum propriam naturam, & humanam conditionem inhonorantes, dehoneſtãteſq;. Sequitur.

*Obliti ſunt Deum qui ſaluauit eos, qui fecit magnalia in ægypto: mirabilia in terra Chan, terribilia in mari rubro.*

Hoc ſummum ingratitudinis genus, ꝙ propriæ miſeriæ & diuinæ miſerationis ſint obliti. Nuſquã lapſura erat è pectore, diuina illa & ſuperabundans beneficentia, quam erga illos habuit Deus, quũ eos de dura Pharaonis educeret ſeruitute, proh pudor? Non vel tot in ægyptios inflictæ plagæ, non quæ in terra illa Mezrhain filij Chan fecit mirabilia, nõ deniq; terribilia illa tãq; magnifica & pręclara facinora, quæ in mari rubro viderunt, & illi tunc decantauerunt: beneficum illum, vnum verumq; Deum, ad memoriam adducere & aduocare potuerunt? quin obliti ſunt potius Deum benefactorem ſuum, quum mẽdaci &
Deut.6.a. ſacrilego ore dixerunt: ij ſunt dij tui Iſrael: qui te eduxerũt de terra ægypti. Audi Iſrael: dominus Deus veſter, non dij, ſed Deus vnus eſt. Sequitur.

*Et dixit, vt diſperderet eos: ſi nõ Moyſes electus eius, ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius.*

Magni momenti eſt apud Deum ſanctorum interceſsio: quæ vltricem videtur detinere manum, & quaſi quodam lenimine diuinam mitigare iram. dixerat Deus, dimitte me vt iraſcatur furor meus contra eos; &c. At contra Moſes quaſi medius & ſequeſter, ſedans & diuellens dominum à comminata vindicta: quieſcat (ait) ira tua, & Exo.32.c
eſto placabilis ſuper nequitia populi tui. placatus

catuſq; eſt dominus vt faceret malum quod loquutus fuerat. ſed ecce moſem quem nunc vides pro populo orantem : inuenies ſtatim zelo Dei commotum, & in populum ſeuientem, vt ſeueritatem cum miſericordia noueris ſociatam. Audite tandem vos qui præeſtis : vt diſcatis qualia erga ſubditos habituri ſitis viſcera. Videte moſem ſe ſe domino humiliter pro populo obijcientem, obſecro (inquit) peccauit populus iſte peccatum maximum : feceruntq; ſibi deos aureos. Aut dimitte eis hanc noxam : aut ſi non facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. Nec ſecus, charitatis incendio illius æſtuabat animus, qui aiebat : optabam enim ego ipſe anathema eſſe à Chriſto pro fratribus meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem, qui ſunt Iſraelitæ, &c. Sequitur.

Ro.9.a

24. *Vt auerteret iram eius, ne diſperderet eos : & pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem.*

Prior huius pars apud Hebreos verſum vnum conſtituit : & a poſteriore alter incipit verſus. huc (inquit) tendebat Moyſis oratio & interceſsio : vt auerteret iram eius. Non vt non puniret, qui grauitatem nouerat perpetrati facinoris, quiq; iuſtus erat, & iuſtum cognouerat eſſe dominum : ſed ne diſperderet eos. dixerat enim, deleam eos, faciamq; te in gentem magnam. verè pius erat, quem non mouit queſtus: aut maioris principatus ambitio. Addentes etiam mala malis, cum Moſes precepto domini à deſerto Pharam miſiſſet exploratores ad conſiderandam terram Chanaan, cumq; reuerſi detraxiſſent terræ quam inſpexerant apud filios Iſrael dicentes : terra quam luſtrauimus deuorat habitatores ſuos, &c. vociferans omnis turba fleuit nocte illa & murmurantes dixerunt, Vtinam mortui eſſemus in ægypto. conſtituamus nobis ducem : & reuertamur in ægyptum. An non hoc fuit nihili eſtimare terram ſibi promiſſam, pulchram nimis & fertilem, totamq; deſiderabilem? contingit hoc nobis ſepius, in malum vnde egreſsi ſumus recidiuantibus, & terram illam viuentium flocipendentibus. Sequitur.

Nu.13.14.b

25. *Non crediderunt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis ſuis : non exaudierunt vocem domini.*

Audito exploratorum verbo : diffiſi ſunt verbo domini, & ad ſolitum murmur conuerſi : detraxerunt Moyſi & Aaraon Ioſue & Caleph, ipſiq; domino & terre promiſſe. Et non exaudierunt vocem domini. Nam prohibente domino per os Moyſi : illi contenebrati aſcenderunt in verticem montis. deſceditq; Amalechites & Chananeus qui habitabant in montibus : & percutiens eos atq; concidens perſequutus eſt eos vſq; horma. Num.14.g

26. *Et eleuauit manum ſuam ſuper eos : vt proſterneret eos in deſerto.*

Analogiam & ſimilitudinem ſumit ab homine eleuante manum vt promittat & iuret, vt in deuteronomio. leuabo ad cælum manum meam, & dicam, viuo ego in æternum: (Deut.32.f) vel vt grauius percutiat. Cum ergo ſuo iam immutabili decreto ſtatuiſſet dominus dicens, viuo ego, ſicut loquuti eſtis (audiente me) ſic faciam vobis, In ſolitudine hac iacebunt cadauera veſtra. omnes qui numerati eſtis à viginti annis & ſupra, & murmuraſtis contra me : non intrabitis terram, &c. Rectè igitur ait : & eleuauit manuam ſuam, vel in modum iurantis, vel in ſimilitudinem grauiter percutientis. huius rei gratia, ſic nos commonet apoſtolus dicens: timeamus (Heb.4.b) ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius: exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe. Etenim & nobis nuntiatum eſt: quemadmodum et illis, &c. Rurſusq; : feſtinemus ergo ingredi in illam requiem : ne in ipſam quis incidat incredulitatis exemplū. Sequitur.

27. *Et vt deijceret ſemen eorum in nationibus : vt diſperderet eos in regionibus.*

Non ſolum leuauit dominus manum, vt peccantes proſterneret in deſerto: verum etiam vt poſteritatem eorum ſecundùm carnem & incredulitatis eorum imitatores, inter nationes gentium deijceret: quibus in captiuitate (ad quam patres ipſorum redire cupierunt) inſeruire cogatur. Et ſic eiecti à terra illa quam ſpernentes pro nihilo habuerūt, cuiq; toties detraxerunt: diſperſi, in regiones exteras peregrinentur. Sequitur.

28. *Et initiati ſunt beelphegor : & comederunt ſacrificia mortuorum.*

Conſecrati ſunt & religione addicti ydolo moabitarum, nomine beelphegor. Cuius ydolatriç: effrenis luxuria Hebreorū fuit cauſa. Nam Balach rex Moabitarū, videns ꝙ populum Dei ſuperare non poſſet : arioli Balaam conſilio (vt fertur) miſit puellas pulchras ad caſtra hebreorum, & fornicatus eſt populus cum filiabus moab, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua, ait ſcriptura diuina. Ac illi comederunt & adorauerunt deos earum,

Apoca.2.d
Num.25.a



rum, initiatusq; eſt Iſrael beelphegor. vide ad quantum malum duxerit appetitus ille brutalis. Non mentitus eſt qui ait, etiam ferreas mentes libido domat. Ecce iſti atracti, & laſciuo atq; petulante carnis commoti ſtimulo, in tantum facinus prolapſi ſunt: ꝙ initiati ſunt beelphegor, & demactatis ſacrificijs, atq; ydolis oblatis comederūt. quos fictitios & falſos deos iure mortuos appellat : quia defunctorum hominum ſymulachra erant, quorum etiam nota erant ipſa ſepulchra. Tu ergo luxuriam & praua conſortia (maximè infidelium) fuge: ne malè ſuadenti, in pernitiem animæ tuæ acquieſcas. Sequitur.

29. *Et irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis : & multiplicata eſt in eis ruina.*

Ipſi his ſuis excogitatis nequiſsimiſq; conſilijs & deteſtandis operibus, in veri dei cultus derogationem adinuentis: deum ad vltionem prouocarunt. Nec mora : Iratus dominus, ait ad Moyſem : tolle cunctos principes populi & ſuſpende eos contra ſolem in patibulis, Erat quippe hoc facinus publicè perpetratum: & principibus ac proceribus populi (ꝙ non correxerint) vel maximè imputabile. Audiant hoc principes & maiores, & diſcant ſubditos & plebeios, à malo cohibere. dixitq; Moyſes ad iudices Iſrael, occidat vnuſquiſq; proximos ſuos qui initiati ſunt beelphegor, & ſic multiplicata eſt in eis ruina. Sequitur.

Num.25.a.

30. *Et ſtetit phinees, & placauit : & ceſſauit quaſſatio.*

Contigit tunc temporis, ꝙ quidam Iſraelita nomine Zambri, dux & princeps tribus Simeonis, procax ipſe, & quaſi erigens criſtam : intrauit coram fratribus ſuis ad ſcortum madianitidem cozbi nomine, filiam ſur principis nobiliſsimi madianitarū, (Num.25.c) vidente Moyſe & omni turba filiorum Iſrael: qui flebant ante fores tabernaculi. quod cum vidiſſet phinees filius Eleazari filij Aaron ſacerdotis : arrepto pugione, perfodit ambos ſimul virum ſcilicet & mulierem, in locis genitalibus. ceſſauitq; plaga à filijs Iſrael : & occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum. ꝙ ergo phines zelo dei commotus confodit coeuntem cum madianitide : placatus eſt deus, & ſtrages illa ceſſauit.

31. *Et reputatum eſt ei ad iuſtitiam, in generatione & generationem : vſq; in ſempiternum.*

Non eſt illi vitio datum : ſed reputatum ad iuſtitiam, ꝙ interemit publice fornicantes: quia non odio ſed charitate, zelo etiam & dei inſtigatione atq; autoritate commotus : id feciſſe conſtat. Nec enim aliter id iuſtum eſſet in conſpectu dei. quod tamen eiuſq; placitum deo fuiſſe legimus : ꝙ huius rei cauſa, dixerit dominus. Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi quam ſemini eius pactum ſacerdocij ſempiternum, (Num.26.b) quia zelatus eſt pro deo ſuo, & expiauit ſcelus filiorum Iſrael. Sequitur.

32. *Et irritauerunt eum ad aquas contradictionis, & vexatus eſt Moyſes propter eos : & exercebauerunt ſpiritum eius.*

Hoc toties repetitum : contigit in deſerto ſyn, vbi mortua eſt Moyſis ſoror Maria, ibiq; ſepulta. Nam cum indigeret populus aqua : conuenerunt aduerſum Moyſem & Aaron, & verſi in ſeditionem dixerunt: (Num.20.b) vtinam periſſemus inter fratres noſtros coram domino, &c. Tulit igitur Moyſes virgam præcepto domini & dixit eis: Audite rebelles & increduli. Num de petra hac, vobis aquam poterimus eijcere? cumq; eleuaſſet Moyſes manum, percutiens virga bis ſilicem : egreſſæ ſunt aquæ largiſsime. hoc quidem in loco (qui aquarum contradictionis ſortitus eſt nomen : eò ꝙ iurgati ſint filij Iſrael contra dominum) vexatus eſt Moyſes à domino propter eos, & ſpiritus eius in amaritudinem ductus : dicente deo ad Moyſem & Aaron: quia non crediſtis mihi vt ſanctificaretis me coram filijs Iſrael, non introducetis hos populos in terram quā dabo eis. Sequitur.

33. *Et diſtinxit in labijs ſuis : non diſperdiderunt gentes, quas dixerat dominus illis.*

Prior huius verſiculi pars, ad tranſactum verſum ſpectat. vt ſit ſenſus, vexatus eſt Moyſes, & murmure ita exacerbauerunt ſpiritum eius : ꝙ perperam egit. Nam ſubdubitans diſtinxit verbum in labijs ſuis, ab alijs quæ hactenus loquutus fuerat in operatione aliorum mirabilium, Num (inquit) de petra hac vobis aquam poterimus eijcere? Hæc autem hæſitatio ſtatim à domino ei imputatur : vt pœna illa temporali mulctetur. diſtinxit ergo Moſes, verbum dubitandi proloquens : vel diſtinxit, quia iuſſus à domino alloqueretur petrā coram populo:

Num.20.b non petram, ſed populum alloquutus ait: Au
dite rebelles & increduli, num de petra, &c.
Et tunc deſtruxit dñs ſententiam in illum &
fratrẽ ſuum germanũ ferens. quod aũt ſequi-
tur: populi inobedientiã reſpicit: præceperat
Num.33.f. enim dñs dicens: quando trãſieritis Iordanẽ,
intrantes terram Chanaã: diſperdite cunctos
habitatores terræ illius, &c. Ipſi autẽ non ita
fecerunt cupiditate ducti: vnde plura illis ob
uenerunt mala. Sequitur.

34. *Et commixti ſunt inter gentes, & didi-*
*cerunt opera eorum, & ſeruierũt ſculpti*
Iudicũ.1. *libus eorũ: & factũ eſt illis in ſcandalũ.*

Coniũcti ſunt gentibus cum quibus pacta
& fœdera inierũt, fecerũtq; cõiugia: & in cõ
muni conuictu degentes, didicerũt opera car
nis, ac deteſtabiles eorũ ritus & mores, & ne
quiſsima illorũ opera imitati ſunt. Nã ſeruie
runt ydolis eorum, ſacrificia offerentes abo-
minabili cultu: quod factũ eſt illis in ruinã.
proh nefas? Audi quod ſequitur.

35. *Et immolauerunt filios ſuos: & filias*
*ſuas demonijs.*

Quippe ad tantam deuenerunt inſaniã: ꝙ
ydolo Baal, non ſolùm bruta animalia: verùm
etiã proprios (quos vtriuſq; ſexus genuerant
filios) offerebãt. crudele quidẽ (& quod hor-
ret meminiſſe animus) ſacrifitij genus.

36. *Et effuderunt ſanguinem innocẽtem, ſan-*
*guinẽ filiorũ ſuorũ & filiarũ ſuarũ: quas*
*ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaam.*

Malũ hoc ſceleſtiſsimũ exagerat. ſatis qui
dem erat humanum effundere ſanguinẽ: ſed
& inoxium, ſed & filiorũ & filiarum ſuarum.
Adde iam iniquitatis cumulum. quãs (inquit)
ſacrificauerũt ſculptilibus Chanaam. propriũ
quidẽ ſanguinem (quia filiorũ) effundebãt: &
(quod atrocius eſt) proprias animas, crude-
les ipſi interfectores & ydolatræ, interime-
bant. quamobrem ſequitur.

37. *Et infecta eſt terra in ſanguinibus, & cõ*
*taminata eſt in operibus eorum: & forni*
*cati ſunt in adinuentionibus ſuis.*

Sunt etiam qui legendum putant, interfe-
cta: ꝙ ita greci codices habeant, vt ſit ſenſus:
interfecta eſt terra, terræ ſcilicet illius habita
toribus corpore ſimul & anima pereuntibus.
Ideoq; in ſanguinibus, teterrimiſq; peccatis
polluta: quia in illis adulterinis ritibus, à dæ-
mone excogitatis & ad inuentis, ſed ab ipſis
vtiq; hominibus vſurpatis: fornicati ſunt, deũ
verum abnegantes: & ſemetipſos quaſi mere
tricio actu polluentes. fœdum quidem eſt ho
mini, ſe ſponte ſubijci ydolo muto, cæco, &
ſurdo: quod ſuis manibus operatus eſt. Seq.

*Et iratus eſt furore dñs in populum ſuũ:* 38.
*& abominatus eſt hæreditatem ſuam.*

More humano loquit̃ propheta. quaſi tũc
is furere viſus ſit, acri vindicta puniens: qui
ſemper cum tranquillitate iudicat. Et Iſraeli- Sapi.12.c
ticam plebẽ quã ſibi aſciuerat in hæreditatẽ
& pecculiũ, deſpexit quaſi fœdam ſpurcã &
abominabilem. Eos quidem proprijs viri-
bus dereliquit.

*Et tradidit eos in manu gentium: et domi* 39.
*nati ſunt eorum qui oderunt eos.*

Lege librum iudicum, & pluries populum
domini in ſeruitutem traditum eſſe reperies.
Nunc quidẽ in manus datur regis Meſopota- Iudi.3.b
niẹ, cui octo ſubditur annis, & in manu Otho
niæ liberatur. Traditur iterũ in manus Eglõ
regis moab, cui decem & octo annis ſeruiuit:
& in manu Ahot liberatur: Rurſuſq; datur in
manus Iabim regis Chanaam, per quadragin-
ta annos, & in manu Barach & Delbore pro-
phetiſſæ liberatur. datur etiã in manus madiã
ſeptem annis: & in manu Gedeon, iugum ſer
uitutis excuſsit. quid referã illius populi ca-
ptiuitatẽ ſub imperio philiſtinorũ & ammo-
nitarũ? quibus decem & octo annis ſubiacuit:
& tandem per Ieptæ manus liberatur. Ii qui-
dem oẽs & alij nonnulli dominati ſunt eorũ,
iuſto dei iudicio ad tempus derelicti: qui to-
ties deum ſuum derelinquere non vereban-
tur. Sequitur.

*Et tribulauerunt eos inimici eorũ, et hu-* 40.
*miliati ſunt ſub manibus eorum: ſæpe libe*
*rauit eos.*

Malis de⁹ benè vtitur. Ecce gentes illẹ quẹ
Iſraelitis inimicabãtur, dum eos ſeruitute gra
ui opprimebãt (ſic diſponente deo) populus
ille reuertebatur ad cor, peccatum ſuum co-
gnoſcebat, & propriam infirmitatem. tãdem
humilis effectus ex ſuperbiente: dominũ quẽ
ante reliquerat, inuocabat. Erat tamen incõ-
ſtans. Sequitur.

*Ipſi autẽ exacerbauerunt eũ in cõſilio ſuo:* 41.
*et humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.*

Peccabant indies tranſgreſſores iſti, nõ ex
ignorantia vel ex infirmitate, quibus nec do-
ctrinæ lumen, nec diuinum defuit auxilium:
ſed ex propria malitia. hoc quidem, peccatũ
auget: ꝙ cõſulto peccãtes, deum ad illorũ pu
nitionẽ prouocabant. Ideò ſæpius deiecti, &
quaſi inimicorũ pedib⁹ protriti & cõculcati
ſunt: id ſuis exigentib⁹ malis, quotidie in deũ
perpetratis. Sequitur.

*Et vidit cũ tribularentur: et audiuit ora-* 42.
*tionem eorum.*

Certè præuenientis ſuæ miſericordiæ oc-
culis,



culis, vidit dominus in tribulatione poſitos:
quos & ad ſui cognitionem, & ad eam quam
exaudiuit orõnem excitauit. vidit atq; audi-
uit, & vtrunq; miſericordiæ opus. vidit ante
cæcutientes, atq; ſuo vultu illuminauit. Et au
diuit miſeratus orantes: quos iratus ante, de-
ſpexerat blaſphemantes.

43. *Et memor fuit teſtamenti ſui: & pœni-*
*tuit eum ſecundùm multitudinem miſeri-*
*cordiæ ſuæ.*

Miſericors dñs & verax, ad miſericordiã
& veritatẽ reſpicit. clamat miſer de lacu mi-
ſeriẹ, & de luto fẹcis: & iniuriẹ immemor do
minus, memor aũt eius quod pepegit pacti:
miſeratur abunde. ſic reſartiens omnia: vt vi-
ſus ſit, illati pœnituiſſe mali: cum tñ ipſe im-
mutabilis perſeueret. quia ad pœnitentiũ ho-
minũ mutationẽ: id facit quod æterno conſi-
lio facere diſpoſuerat, ſecũdum multitudinẽ
mĩæ ſuæ. pœnitere dicitur deus, cum homo
pœnitet: quia ad modũ pœnitẽtis videtur ſe
habere. qui loquendi modus ſatis in ſcriptura
ſacra eſt vſitatus. Sequitur.

44. *Et dedit eos in miſericordias: in cõſpectu*
*omnium qui ceperant eos.*

Vel quia magnificè & publicè (etiã viden
tibus inimicis) ſe ſe dominus Iſraelitis exhi-
buit miſerantẽ, & eos mirabiliter liberãtem:
vel quia dño inſtigante: illi qui eos in prædã
acceperant, benignius tractabant: quos ante
exoſos nimiũ habebãt. hæc de Iſraelitici po-
puli pfidia, & ingratitudine, & de ſummi dei
miſericordia eos toties ſuſcipiẽtis dixiſſe ſit
ſatis. Sequitur.

45. *Saluos nos fac domine deus noſter: & con*
*grega nos de nationibus.*

Nunc pſalmographus perſonã electorum
aſſumens: eccleſiam congregari petit, in fidei
vnitate. quod verè per Chriſtum actum cre-
dimus. ſic exponente euãgeliſta Ioanne. illud Io.11.g
cayphæ de morte Chriſti verbum: quia expe
dit vobis, &c. Hoc inquit, à ſemetipſo non di
xit: ſed cum eſſet pontifex anni illius, prophe
tauit, quia Ieſus moriturus erat pro gente. Et
non tantũ pro gente: ſed vt filios dei qui erãt
diſperſi, congregaret in vnũ. Ait ergo, tu dñe
deus noſter, carnẽ noſtrã aſſumens & pro no-
bis moriens ſaluos nos fac, & in vnum eccle-
ſiæ tuæ ouile (extra quam non eſt ſalus) con-
grega paſtor bone.

*Vt cõfiteamur nomini tuo ſancto: & glo* 46.
*riemur in laude tua.*

Vt ſit (inquit) fortior virtus vnita, ad exhi
bendam ſancto nomini tuo laudem. Et glorie
mur in ea: qui ante mutauimus gloriã nr̃am,
in ſimilitudinem vituli cõmedentis fœnũ. cõ
fitebimur quidẽ, & nomini tuo ſancto adſcri
bemus quicquid nobis contuleris boni: &
quod hactenus contuliſti. Eritq; noſtrũ om-
nium vox vna in vnitate eccleſiæ militantiũ
atq; dicentium.

*Benedictus dominus deus Iſrael, à ſeculo* 47.
*& vſq; in ſeculum: & dicet omnis popu*
*lus fiat fiat.*

Hoc ſit canticum maiorũ & ſeniorũ, ſem-
per ab hoc ſeculo vſq; ad futurum duraturũ.
cui plebs ipſa chriſtiana & puſillus grex, ve-
ro deo dicatus: conſona reſpondebit voce.
Amen amen. hoc idem canticum cantabimus
in eccleſia illa magna beatitudinis tuæ, ange-
lis coniũcti pſallentibus. vbi gloriabimur in
laude tua: mirabili concẽtu dicentes: bene- Apo.7.c
dictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum
actio, honor, & virtus, & fortitudo, deo no-
ſtro in ſecula ſeculorum. Amen.

## EPILOGVS PSALM. 105.

CONFITEMINI *domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Non enim exigua ſupetit materia laudis. quis loquetur potentias dñi, poteritq; laudes eius efferre? deficiet fortè lingua, ſed non deficiat (pro uiribus) opus gratum, quo deum laudes. porro beati illi in ſpe, ac ueri laudatores dicendi ſunt: qui cuſtodiunt iuditium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore. dum ſcrutinio præuio, in deum cõmiſſa diſcutiunt: & in ſe condigna ſatisfactione puniunt, ſine intermiſsione orantes dicenteſq;: memento noſtri domine in beneplacito populi tui, & uiſita nos in ſalutari tuo. Nam ut opus noſtrum meritorium ſit: gratia tua opus eſt, quæ per Ieſum Chriſtum ſalutare tuum, nobis datur. Hunc de cælo mitte: ut ſit nobis ad te per ueniendi uia. Et gaudeamus electorum bonis, lætemur cum eis, atq; ab omnibus lauderis pariter uoce una. Ecce peccauimus cum patribus noſtris, &c. Nec enim ipſi (ut par erat) intellexerunt mirabilia tua, nec miſericordiæ tuæ recordati ſunt, qua de tyrãnica liberaſti manu. quin te potius irritauerunt, mare rubrum tranſeuntes: quod te iubente exicatum eſt, ut pedibus calcabile eſſet. trãſiuit populus: & perſequutores ſummerſi ſunt. quo uiſo: territi erũperunt in dei laudem. At ſtatim obliti operum eius: in deum mutire ceperunt. Et concupiſcentia illecti: carnes petierunt. quorum palato ſatisfecit abundè. Ipſi autem adhuc rebelles, in præpoſitos ſurrexerunt: & factionis huius primores, iuſto dei iuditio de glutiuit terra: in reliquos uerò exarſit ignis, illoſq; combuſsit. quid referam uitulum conflatilẽ in Oreb,*
Ro.1.d. *quem uti deum adorauerunt, cõmutantes ueritatem dei in mendatium? quippe qui obliti ſunt deum qui*

 ſaluauit

*ſaluauit eos,&c.& coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius quam creatori: qui eſt benedictus in ſe-
cula amen. Et dixit, ut diſperderet eos: ſi non ſtetiſſet moſes medius: ut auerteret iram eius: qui deſcē
dens, zelo dei cōmotus: lapideas confregit tabulas, quas manu deferebat, & in populum tranſgreſſorē
ſeuire cœpit. quid ultra? pro nihilo habuerunt promiſſam illam terram deſiderabilē, lacte & mele ma
nantem. Immò illi detraxerunt, nec uerbo dei fidem adhibuerunt, & ad murmur ſolitum reuerſi ſunt.
At dominus eleuauit manum ſuam, ut proſterneret eos: deiſceretq; ſemen eorum. Nimirum indies atro
ciora facinora perpetrantes: initiati ſunt ydolo moabitarum, atq; ydolothitis ueſcebantur, deum prouo
cantes ad iram. Et ſic multiplicata eſt in eis ruina quouſq; ſtetit phinees, eleazari ſacerdotis filius, co-
ram domino, & placatus eſt deus, aceſſauit quaſſatio, & reputatum eſt ad iuſtitiam illi, q pugione cō
fodiens fornicātes, zelatus ſit pro deo ſuo. piget utiq; tot recenſere mala. Irritauerunt etiam deum ad
aquas contradictionis, potentiæ dei diffidentes euſq;: q moſes uexatus murmure, non ita caſtè labijs ſuis
diſtinxerit uerba, dum ſilicem percuteret uirga: ſicut ante, quando mirabilia faciens, aſſertorijs utebā
tur uerbis. Adde illud, q non diſperdiderunt gentes quas dixerat dominus illis, ſed pepercerunt: unde nō
mediocria eis obuenere mala. Cōmixti ſiquidem inter gentes didicerūt nefaria opera eorū, & ſacrile
gos ritus. Nam immolauerunt filios ſuos demonijs, & ita ydolatræ & parricidæ effecti ſunt, atq; in-
noxij ſanguinis effuſſores: ac per hoc uarijs abominabilibuſq; ſceleribus infecta eſt terra, quæ motrix
fuit cauſa, ut quaſi furere uiſus ſit dominus in populum ſuum, & hæreditatem ſuam abominari. Cum
tradiderit eos in manus gentium, etiam ydolatrarum, a quibus non ſemel afflicti & uexati fuerunt: ſed
intercalariter ex miſericordia liberati. Nam tametſi ex malitia & deliberatione prauia peccabant,
ob idq; in iniquitatibus deprehenſi & conuicti ab alienigenis humiliati ſunt: uidit tamen dominus cum
tribularentur, & audiuit orationem eorum, atq; memor teſtamenti ſui, ita proſpexit illis, ſecundum
multitudinem & miſericordiæ ſuæ abundantiam, ac ſi pœnituiſſet illum prioris illati mali: idq; ita inno-
tuit omnibus: q nulla iam poterit tergiuerſatione celari. Sic igitur ſaluos nos fac domine deus noſter,
ad quorum doctrinam hæc præſignaſti, atq; ſcripto reliquiſti. Et congrega nos electos tuos in fidei uni
tate: ut confiteamur nomini tuo ſancto, & conſenſu unanimi gloriamur de te, in te dicentes: benedictus
dominus, &c. Nec uobis ſim tedio ſancti. ſi ad huiuſmodi laudem toties inuitem.*

## PSALM. 106.

*Confitemini domino quoniā bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.*

Huic pſalmo duplex etiā præ
ponitur pro titulo alleluya al-
leluya: vt ab vtriuſq;, iudaici ſcilicet & genti
lis populi redemptis: pro gratiarum actione,
redemptori domino, cum canoro iubilo de-
cantetur. Ait ergo: nō ſolū vos ò iudæi ad dei
laudem inuito, qui toties redempti eſtis à do
mino in figura: verùm etiam vos gentes om-
nes, quæ copioſè eſtis participes redemptio-
Ro.3 d. nis Chriſti. vos (inquam) iuſtificati gratis per
gratiam ipſius per redemptionem quæ eſt in
Chriſto Ieſu, quem propoſuit deus propitia-
torem per fidem in ſanguine ipſius, &c. confi
temini domino, laudib' illū efferte. Eſt enim
bonus & ſuauis, & miſericordia eius (qua hu
manæ pſpexit miſeriæ) æterna eſt, & nuſquā
defutura.

2. *Dicant qui redempti ſunt à domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregauit eos.*

Illi inter omnes maximè laudē dicant: qui
ſe redemptos agnoſcūt. Recolant vel in hoc
beneficium redemptionis: q empti ſint pre-
cio magno, qq; erepti de poteſtate diaboli:
& in vnitate fidei de regionibus congregati.
Induti nouum hominem, factiq; inuicē mem
bra in vno corpore, vbi non eſt maſculus & Colo.3.b
fœmina, gentilis & iudeus, circūciſio & pre-
putiū, barbarus & ſcytha, ſeruus & liber: ſed
omnia, & in omnibus Chriſtus. Sequitur.

3 *A ſolis ortu & occaſu: ab aquilone & mari.*

Nempe cōgregauit eos in vnum, ab omni
mundi parte. oriente ſcilicet & occidente, ſe
ptentrione, & meridie. hos quidem in princi
pio vitę: illos prope finem. hos aduerſitatib'
præſſos: illos verò diuitijs & honoribus atq;
mūdana proſperitate ſublimatos. Sequitur.

4. *Errauerūt in ſolitudine in inaquoſo: viā ciuitatis habitaculi non inuenerunt.*

Errauerunt gentes vſq; ad Chriſti aduen-
tum, in hoc ſeculo: quaſi in vaſta ſolitudine
inuia & inaquoſa: vbi nec dux, nec paſtor,
nec ſalutaris aqua doctrinæ. Errauerunt gre-
ges mei (ait dominus per prophetā) in cūctis Ezec.34.b
montibus, & vniuerſo colle excelſo, &c. Nec
id Eſaias ipſe reticuit, dicēs: omnes nos quaſi Eſa.53.b.
oues errauimus: vnusquisq; in viam ſuam de- Titſt.3.a
clinauit. Errabant igitur tunc gentes, & hinc
inde vagantes: deſiderijs & voluptatibus va-
rijs ſeruiebant. Nec Chriſtum inuenerūt: qui
via eſt ad patriam illam adeundi, in qua ſan-
cti commorātur. Ideo philoſophorū priſci ſe
culi ethnicorū quātumlibet ſapiētum, vanus
labor: quia nec verū & vltimum finē recto iu
dicio



dicio affectu & effectu attigerunt: nec viam
ſupernæ illius ciuitatis inuenerunt. ſcriptum
Eccle.10.d. eſt. n. labor ſtultorū affliget eos: qui neſciūt
in vrbem pergere. obidq; iure ſtulti dicūtur,
Ro.1.c. etiam apoſtolo aſſerente, q obſcuratū eſt in-
ſipiens cor eorum: dicentes ſe eſſe ſapientes,
ſtulti facti ſunt.

5. *Eſurientes & ſitientes: anima eorum in ipſis defecit.*

Eorum plures, tum maximè qui philoſo-
phi dicebantur, nimio inquirēdæ veritatis de
ſiderio æſtuabant: quales fuerūt Socrates, Pla
to, Ariſtotiles & his ſimiles, qui vt ipſam adi
piſcerentur: nihil intentatum reliquerunt, ſed
vano conſumpti ſunt labore & anima eorum
in ipſis defecit: vt vel ſic deficientes, ſe ipſos
agnoſcerent.

6. *Et clamauerūt ad dnm cū tribularentur: & de neceſſitatibus eorum eripuit eos.*

Quater hunc verſum repetit hic pſaltes: vt
aſſiduè vim explicet orationis, quæ ad votū
ſemp impetrat vel ad vtilitatē: atq; ad ipſam
excitet omnes tribulatos (vbi vbi gentiū fue
rint). Clamauerunt igitur quidam ad dnm: &
ipſi à domino præuēti. Nam proprijs viribus
diffidentes: cum ſe in indagine deficere com
probarent, eòq vera ſapientia indigerēt: cla-
mauerunt ad dnm, poſtulantes ab eo qui dat
Iac.1.a. omnibus affluenter, & non improperat. qui
eos ab ignorātiæ tenebris eduxit: & ſaluti eo
rum conſulens, de neceſſitatibus opprimenti
bus eripuit.

7. *Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.*

Quid (obſecro) aliud fuit euangeliū prædi
care: niſi gentes in viam rectā deducere, qua
Pſ.121.ve.3 irent in cæleſtem illā Ieruſalē quę ædificatur
vt ciuitas: cuius participatio ei' in id ipſum?
Ad quam vtiq; inhabitandam conditi ſumus.
Sequitur.

8 *Cōfiteantur dño miſericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.*

Quater hic etiam ponitur verſus: quo qua
tuor (quas ſuperius enumerauit) orbis partes,
ad debitas deo gratiarū actiones inuitare, vi-
deatur. ſint (inquit) mīæ eius & mirabilia quę
in filios hominū operatus eſt deus: abundans
materia laudis & cōfeſſionis. vel ipſis teſti-
moniū perhibentibus: q dignus ſit omni lau-
de. ſic Salomon, dum eccleſiam ſanctam re-
ctè operantē, ſub typo mulieris timētis deū,
miris præconijs exaltat: oēs laudes eius, hoc
compendiario fine claudit: date ei de fructu
Pro.vlt.d. manuum ſuarum: & laudent eam in portis
opera eius. Sequitur.

9. *Quia ſatiauit animam inanem: & animam eſurientem ſatiauit bonis.*

Et hæc miſericordia eius, à progenie & in
progenies: q hominē vacuum ac penè exina-
nitum, iamq; ad interitum tendentē: vitali ci
bo gratiæ ſatiauit, boniſq; repleuit omnibus.
ſic etenim per prophetā ſuum dns ipſe teſta- Hie.31.e
tus eſt dicens, Inebriaui animā laſſam: & om-
nem animam eſurientem ſaturaui. fœlix ſacie Mat.5.a.
tas: quæ eſurientes & ſitientes iuſtitiam, ſatu-
ros facit.

10. *Sedentes in tenebris & vmbra mortis: vinctos in mendicitate & ferro.*

Non ſolùm eſuriens & inanis: verum etiā
quadā caligine obductus, totuſq; obtenebra-
tus, & morti addictus, remanſit homo poſt la
pſum: Egenus, & pauper, & medicus, nihil bo
ni ſecum habens, inſuper & vinctus quaſi dua
bus catenis ferreis, difficultate ſcilicet ad bo
num, & propenſione ad malū. Non enī quod
volo bonū hoc ago (ait apoſtolus) ſed quod Rom.7.d
odi malū, hoc facio. At venit lux vera Chri-
ſtus dns, cui pater dixerat, dedi te in fœdus
populi, in lucē gentiū, vt aperires oculos cæ- Eſa.42.b
corum, & educeres de concluſione vinctum
de domo carceris, ſedētem in tenebris: Et ec-
ce populus qui ambulabat in tenebris, vidit Eſa.9.a.
lucem magnam: habitantibus in regione vm-
bræ mortis: lux orta eſt eis. q ſi quæras, cur
homines tot inuenerunt mala? in promptu
cauſa eſt.

11. *Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & conſilium altiſſimi irritauerunt.*

Tranſgreſſi ſunt primi parentes præcepta
Dei: & conſilium eius, de non edendo vetitę
arboris fructū ſpreuerunt: irritumq; fecerūt.
hinc morbus & mors, oīaq; inſurrexere mala.

12. *Et humiliatū eſt in laborib' cor eorū: & infirmati ſunt, nec fuit qui adiuuaret.*

Deiecti ſunt præuaricatores illi: & pœna-
li humiliatione concuſſi. ſub maledicto infir-
mi iacuerunt ipſi, & eorū poſteri: dolorū &
laborum myriadibus onuſti. Mulieri dicente
Deo: multiplicabo ærumnas tuas & conce- Gen.3.e
pt' tuos: in dolore paries filios, &c. Ruſuſq;
viro, maledicta terra in opere tuo: in labori-
bus comedes ex ea, &c. Nec fuit qui adiuua-
ret, omnes enim peccauerūt, & egent gloria
Dei, hoc eſt iuſtificatione, quę cedit in glo-
riam Dei. hęc autem per ieſum Chriſtū facta
eſt. vnde ſubiūgit Paulus, iuſtificati gratis per Ro.3.e.
gratiā ipſius: per redēptionē quæ eſt in Chri-
ſto ieſu, &c. Nam (vt iſdem pſaltes ait) omnes Pſ.13.ve.4
declinauerunt ſimul, inutiles facti ſunt, nō eſt
qui faciat bonū: nō eſt vſq; ad vnum. Sequit.

Et clama-

13. *Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: & de neceßitatibus eorum liberauit eos.*

Vexatio intellectum dedit. Nam qui ſe nudos & bonis expoliatos viderūt: ſic de paradiſo eiecti & vincti in mendicitate & ferro, in tenebroſis & vmbra mortis ſedētes, p tot ſecula clamauerunt ad dñm: qui tādem miſeratus, de neceſsitatibus eorum liberauit eos.

14. *Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vincula eorum dirupit.*

Hoc humanæ redeptionis fuit opus. Eduxit (inquit) eos de tenebris, &c. Venit quidē dñs illuminare his qui in tenebris & vmbra mortis ſedēt: ad dirigēdos pedes nr̄os in viā pacis. Lumen igitur attulit fidei, vitam contulit gratię: & diſſoluit vincula peccatorū. Seq. (Luc.1.g.)

15. *Confiteantur domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.*

Enarrentur igitur in Dei laude: tot miſericordiæ effectus. Ipſaq; mirabilia, quæ pro filijs hominū eorumq; ſalute operatus eſt De⁹: pro viribus recenſeantur. Sequitur.

16. *Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos confregit.*

Quid per portas æreas, niſi carnis concupiſcentias? & quid per vectes ferreos, niſi ſathanicas accipimus ſugeſtiones? Illas quidem fortes velut æneas conterit Deus: quū carnē ſubijcit ſpiritui, & quadā compunctione cōminuit: ne diuinæ atq; internæ obſiſtant inſpirationi. hos verò cōfringit vectes: quū fugat dæmones, & vires eorum eneruat fortiſsim⁹ ille gigas miſericors & potens. Sequitur.

17. *Suſcepit eos de via iniquitatis eorū; propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.*

Ipſi iniquè egerunt & iniuſtè. Nam declinātes à via iuſtitiæ, in viā iniquitatis abierūt: iccirco à dño ſunt afflicti. Nec enī ſolùm primorū parentum peccato peccarūt, ſed viam ſuam proſequuti, iniuſtitias proprias ac perſonales addiderunt. At miſericors ipſe Deus, eos de via iniquitatis ſuſcepit: fecitq; in viam redire iuſtitię. Et dextera ſua exaltauit humiliatos: qui ab iniuſtitia ad humiliationē, ab humiliatione ad humilitatē, & ab humilitate ad exaltationem peruenerunt.

18. *Omnē eſcam abominata eſt aīa eorū: & appropinquauerūt vſq; ad portas mortis.*

Ideo infirmata eſt hominis natura, & inualeſcente morbo, infectus eſt adeò appetitus: vt verbum Dei ſanamq; doctrinā (qui cibus eſt animæ) abominata ſit: quia deguſtāti palato, velut abſinthiū videbatur & fel. Ad fabulas igitur & vanitates cōuerſi homines, quę menacißima toxica ſunt: cum his (relicto ſalutifero cibo) veſcerētur: appropinquauerūt vſq; ad portas mortis. At verò ſe totos iam deſiderāntes ſentiebant.

19. *Et clamauerunt ad dominum cum tribularentur: & de neceßitatibus eorum liberauit eos.*

Vociferabantur patres in tribulatione poſiti, redemptionem poſtulantes & redemptorem. Nec vocis illorum defuit exoratus dominus: qui de neceſsitatibus eorum liberauit eos. Nunc audi modum.

20. *Miſit verbum ſuum & ſanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.*

Quid clarius, quid ve lucidius dici poteſt? Repetat nunc Paulus & dicat, vbi venit plenitudo temporis: illius. ſ. præfiniti: miſit De⁹ filium ſuum factū ex muliere, factū ſub lege: vt eos qui ſub lege erāt redimeret. Miſit (inquā) ad ſanandū deuiationem cōcupiſcibilis & illuminandū ignorantiā rationalis, atq; iraſcibilis potentiæ conſulendū infirmitati: eoſq; demum à poteſtate dæmonis eripiēdum, ac per hoc à morte damnationis æternæ, ſua morte liberandū. quamobrem, Effundat ſe ſe nūc totus orbis in dei laudem. (Gal.4.a)

21. *Confiteantur domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.*

Hoc omnium miſericordiarū cōpendium: & mirabilium omnium (quæ in homines fecit) maximū. Ecce factus eſt homo, inter homines, pro hominib⁹ deus. factus eſt medicus & medicina: ſalus ipſe & ſalutis autor. Seq.

22. *Et ſacrificent ſacrificium laudis: & annuncient opera eius in exultatione.*

Illud quidem ſacrificij genus acceptiſsimū eſt Deo, dicente ipſo: immola Deo ſacrificiū laudis. Et iterum, ſacrificiū laudis honorificauit me. Nihil profectò Deo gratius efficies: quam ſi illi tribuas, quod ſuum eſſe cognoueris, ipſiq; totū aſcribas: à quo totum prodiiſſe conſtat. ſicut Raguel & vxor ſua anna, pro ſalute Tobiæ iunioris & Saræ feciſſe legim⁹. benedicimus (inquiūt) te dñe De⁹ Iſrael, &c. Miſertus es autem duobus vnicis: fac eos dñe plenius benedicere te: & ſacrificiū laudis tuæ & ſuæ ſanitatis offerre: vt cognoſcat vniuerſitas gētium: quia tu es Deus ſolus, in vniuerſa terra. Annuntient igitur omnes opera eius in exultatione. Ii potiſsimum, (pſ.49.v.15; Tobi.8.e)

23. *Qui deſcendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis.*

Dices vtiq;, in ipſū apoſtolos ſignaſſe qui mari & vētis imperantē dñm viderūt, vt. c. 8. apud



apud Matth. legimus. Ii etiā mirifica Dei opera paſsim occurrētia enarrare poſſunt: qui negotiationis & mercis cauſa, vaſtum mare nauigant, diſcurrentes hinc inde. Et nunc illud tranquillum habent, nunc verò iactantur in alto. Nec ſecus apoſtoli & apoſtolici viri fuerunt, qui facti piſcatores hominum, & miſsi à dño in mare magnū & ſpacioſum, in totum ſcilicet orbem (diuiſis ſibi regionibus & particularibus eccleſijs) quaſi in nauibus deſcenderunt: facientes prędicationis euangelicę & miraculorū operationem in multis populis: per aquas multas ſignificatis. Iuxta illud Ioānis in Apocalypſi, aquæ quas vidiſti, vbi meretrix ſedet: populi ſunt & gentes & linguæ, Iſti igitur mirabilē facientes operationem in aquis multis: docentes oēs gentes, baptizātes eos in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, & (vt verbo concludā) mūdum chriſtianæ fidei ſubiugantes: ſacrificent potiore iure ſacrificiū laudis: & annuncient opera eius in exultatione. Nam ſequitur. (Apo.17.d.)

24. *Ipſi viderunt opera domini: & mirabilia eius in profundo.*

Nos audiuimus, & patres noſtri annunciauerunt nobis: ipſi aūt viderunt, ſicut Ioannes ait, quod fuit ab initio, quod audiuim⁹ quod vidimus oculis nr̄is, quod perſpexim⁹, & manus nr̄æ contrectauerūt de verbo vitæ, & vita manifeſtata eſt: & vidimus, & teſtamur, & annūciamus vobis, &c. qui ergo opera domini viderunt, & quę in hoc mundo (quem profundum appellat) operatus eſt mirabilia: laudent ipſi & annūcient. Eorum quidem præcipuè ſunt partes: qui illis omnibus interfuerunt. Sequitur. (1.Io.1.a)

25. *Dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ: & exaltati ſunt fluctus eius.*

Dixit quidē is, qui dixit & facta ſunt, mandauit & creata ſunt. dixit, quia ſic ſtatuit & decreuit: vt in operatione mirabilior appareret. Ecce deſcendētibus apoſtolis in turbulētum & ſpumoſum huius ſeculi mare: valida & procelloſa (in eos orta) ſurrexit tēpeſtas. turbari & ſæuire cœpit mundus: & inſuflante Sathana, exaltati ſunt fluctus eius. Intumuit orbis, & mirabiles viſæ ſunt elationes maris: Deo vt diximus diſponente vel permittente. Sequitur.

26. *Aſcendunt vſq; ad cælos, & deſcendūt vſq; ad abyſſos: anima eorum in malis tabeſcebat.*

Vehemens vndiq; graſſatur perſequutio horridaq; tempeſtas: quæ nūc boni ſucceſſus ſpem erigere, nūc verò deijcere viſa eſt. Ita q anima eorum quaſi obruta, in malis tabeſcebat. Audi iam (obſecro) vel vnū horū deſcendentium in mare, rem ipſam exagerātem. Nō enim volum⁹ (ait) ignorare vos fratres de tribulatione noſtra quę facta eſt in Aſia, quoniā ſupra modū grauati ſumus ſupra virtutē: ita, vt tæderet nos etiā viuere. vel vt quidam legunt, deſperaremus etiam viuere. at qui hoc dicit: ipſi ſum⁹ eſt, qui rapt⁹ vſq; ad tertiū cælum, audiuit archana verba, quæ nō licet homini loqui. Et cui (ne magnitudo reuelationum ipſum extollat) datus eſt ſtimulus carnis angelus Sathanæ, qui eum colaphizet. Sequitur. (2.Cor.1.b; 2.Cor.12.a)

27. *Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius: & omnis ſapientia eorum deuorata eſt.*

Turbati ſunt, prę multitudine calamitatū. Et hinc inde agitati: moti ſunt, nō ſecus ac ſi muſto maderent, aut vertigine capitis laborarent. ſic enim nauigantibus contingere ſolet. qui dum naufragium timet, quaſi abſorti ſtupent, & omnis ſapientia eorū deuoratur. Ipſi autem clauum fidei manu tenētes: ſe ſe totos in Deum proiecerunt.

28. *Et clamauerunt ad dn̄m cum tribularentur: & de neceßitatibus eorū eduxit eos.*

Quippe eduxit, qui nunquā ſeduxit. dixerat enī illis, nolite timere puſillus grex, quia cōplacuit patri veſtro dare vobis regnum: & alia huiuſmodi fiducię verba. Clamauerūt igitur ad dominum, ad vnicum laborū ſuorum refugium confugientes, non vtiq; in caſſum: nam de neceſsitatibus eorum eduxit eos. Sequitur. (Luc.12.d.)

29. *Et ſtatuit procellam eius in aurā: & ſiluerunt fluctus eius.*

Quum placuit Deo tempeſtuoſos illos ſedare tumultus, & efferā perſequutorum compeſcere rabiē: conuertit procellam in auram placidam, ſuauē, & tranquillam, turbidūq; in tempus ſerenū: & ad illius nutū obmuteſcentes ſiluere fluctus. quod ita feciſſe Chr̄m ex euangelio didicimus. cōminatus eſt quidem vento, & dixit mari, tace, obmuteſce, & ceſſauit ventus & facta eſt trāquillitas magna, ita vt mirarentur diſcipuli dicentes: quis putas hic eſt? quia & ventis & mari imperat: & obediunt ei. Sequitur. (Mar.4.d.; Luc.8.d.)

30. *Et lætati ſunt quia ſiluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.*

Lætati ſunt primarij illi eccleſiæ duces. gauiſi ſunt & qui illis ſucceſſerūt plati, omniſq; Chriſtiana plebs: optata pace & quiete fruentes: non ſecus ac illi qui ad optatum peruenere portum. Sequitur.

Confi-

31. *Confiteatur domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.*

Non igitur à laude quieſcant: quibus vberrima datur materia laudis. ſiluerunt à tumultu fluctus: Tu non ſileas à benedictione Dei ſedantis.

32. *Et exaltent eum in eccleſia plebis: & in cathedra ſeniorum laudent eum.*

Apoc.19.a Hoc idem cōmonet in Appcalypſi vox illa quæ exiuit de throno, dicens, laudem dicite Deo nr̃o oẽs ſancti ei᷑: & qui timetis Deum puſilli & magni. Nempe ſeniores in cathedra docentes: & ſubditi fideles, in eccleſia orãtes, corde, voce & opere domino pſallentes: & ſine intermiſsione gratias agentes. Sequitur.

33. *Poſuit flumina in deſertum: & exitus aquarum in ſitim.*

Hoc quidem mirabile fuit. ꝙ aquis redundantia flumina, ipſoſq; vberrimos fontes: ad deſerti ſiccitatẽ redegit dñs. ꝙ depoſuit po-
Luc.1.e tentes de ſede: & exaltauit humiles. ꝙ eſuriẽtes impleuit bonis: & diuites dimiſit inanes.
Ro.11.c. ꝙ deniq; bonæ oliuæ rami (vt apoſtolus ait) fracti ſunt propter incredulitatem: oleaſter aũt, inſertus eſt in bonam oliuã. Ait ergo: poſuit flumina in deſertũ. Iudæos vocat flumina: qui doctrina, & grã, lege, prophetis, templo, ſacerdotio, ſacrificijs, ac cæteris bonis abundabant: & quaſi fontes, etiam cæteris nationibus ſalutaris doctrinę aquã ſcaturire videbantur: deſertũ vero, gẽtilem populũ apellat. Ecce iam mirabile dictu, illos (ſua exigente malitia) exicauit, poſuitq;.

34. *Terram fructiferam in ſalſuginem à malitia inhabitantium in ea.*

Ecce verſa eſt in ſterilitatem: terra fertilis & abũdans, ac ſi eſſet ſale perfuſa. Notus quidem erat in Iudęa Deus: nũc autem ignotus. Colebaẽ olim: ſed nunc blaſphemaẽ. At cõtra.

35. *Poſuit deſertum in ſtagna aquarum: & terram ſine aqua in exitus aquarum.*

Gaude eccleſia ſancta de gentibus congregãta, ꝙ piſcina ſalutis facta es. In te aqua peccata diluẽs: in te perennis gratiarũ fons Chriſtus irrigans & humectans corda hominum: vt vberes pariant fructus. lauda tu ergo ſte-
Eſa.54.a. rilis quæ non paris: decanta laudẽ, & hinni, quæ non pariebas, &c. Audi magna quæ tibi fecit dominus. Sequitur.

36. *Et collocauit illic eſurientes: & conſtituerunt ciuitatem habitationis.*

Conuocauit dñs eſurientes, fecit cœnã, parauit cōuiuium, poſuit menſam & panem de cęlo verũ, miſcuit vinũ: & collocauit illic eſurientes. Ipſi aũt ambulantes in domo domini cum conſenſu, vnum Deum in trinitate adorantes, & trinitatẽ in vnitate colentes, vnam habentes fidem, vnũ baptiſma, vna deniq; & eadem lege viuentes: vnam ſanctã conſtituerunt eccleſiam, ſub vno Deo & homine, capite ſuo Chriſto, quæ & ciuitas Dei eſt. In qua tunc habitarunt per fidem, dum peregrinarẽtur à domino: nunc autem cum Chriſto regnant. Sequitur.

*Et ſeminauerunt agros, & plantauerũt vineas: & fecerunt fructum natiuitatis.* 37.

Prædicatores illi euangelici ſeminauerunt agros, nam ſemen eſt verbum Dei: ager vero Luc.8.a
hic mundus. Et plantauerunt vineas: dũ particulares eccleſias conſtruxerunt, quæ non degenerem, ſed debitũ & natiuũ fecere fructũ: Deo incrementũ pręſtante. Ego plantaui (ait
Paulus) apollo rigauit: ſed Deus nunc incrementum dedit. Et ſecũdo ad Corinthios ſcri- 1.Cor.3.b
bens: qui aũt adminiſtrat ſemen ſeminãti, &c. 2.Cor.9.c
Et multiplicauit ſemen veſtrũ, & augebit incrementa frugũ iuſtitię veſtrę. Fecerũt vtiq; ij fructum natiuitatis: qui patres imitati ſunt, à quibus progeniti ſunt in fide. lege. 6. caput
eius quæ ad Heb. eſt epiſtolę. Sequitur. Heb.6.b

*Et benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.* 38.

Ad pręditionẽ apoſtolorũ aucta eſt eccleſia, numero & merito. benedicente Deo huic ſpirituali generationi: ſicut ĩ primordio
creationis, carnali feciſſe legimus. dixit enĩ: Gen.1.d
creſcite & multiplicamini, &c. Itaq; neq; qui
plantat eſt aliquid (ait apoſtolus) neq; qui ri- 1.Cor.3.b
gat: ſed qui incrementum dat Deus. quippe qui benedicens: multiplicationis eſt efficiens cauſa. Multiplicauit igitur principes, ſapiẽtes & doctores eccleſiæ: & in ſimplicitate cordis & prælatorũ obediẽtia viuentes (quos iumenta vocat) non minorauit. ſic alibi Dauid
ſanctus ait: vt iumentũ factus ſum apud te: & Pſ.72.v.22
ego ſemper tecum. Et iterũ: homines & iumẽ
ta ſaluabis dñe: quemadmodũ multiplicaſti Pſ.35.v.7.
miſericordiam tuam Deus. Sequitur.

*Et pauci facti ſunt: & vexati ſunt à tribulatione malorum & dolore.* 39.

Antichriſti tẽpora ſignare videtur: qñ mul
ti pſeudo prophetę ſurgẽt & ſeducẽt multos: Mat.24.b
& qñ abundabit iniquitas: refrigeſcet, charitas multorũ. Erit enim tũc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vſq; modo: neq; fiet, ait Chriſtus. Sequitur.

*Effuſa eſt cõtentio ſup principes eorũ: & errare fecit eos in inuio & non in via.* 40.

Tunc quidem hęreſiarchæ duces diuidentur ac principes in factiones, praua & diſtor



ta dogmata diſſeminantes, ac varias hæreſes ſuſcitantes & conſtituentes: & in errorem ſuum trahentes ſimplicium greges, atq; à via recta (quam ante didicerant) in inuium extrahentes. qui nunc (iuxta verbum patientiſsimi
Iob.20.b. Iob) aut ratione conuicti, aut formidine pœnæ conterriti: interdum ceſſant loqui, & digitum ſuperponũt ori ſuo. ſurgent enim pſeudo Chriſti & pſeudo prophetę (ait dominus
Matt.24.b. in euangelio) & dabunt ſigna magna & prodigia: ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi: Ecce pręzdixi vobis. pręzdixit etiam diſcipulo ſuo Timotheo Paulus di-
2.Thi.4.a cens: prædica verbum, inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tẽpus quum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt: ſed ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magiſtros pruriẽtes aurib᷑, & à veritate quidẽ auditũ auertẽt: ad fabulas autem conuertentur. Sequitur.

41. *Et adiuuit pauperem de inopia: & poſuit ſicut oues familias.*

Factus eſt quidem dñs refugium pauperi:
Pſ.9.ve.9. adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Et eripuit pauperes ſuos à ſeductione: & verę doctrinę inopia. poſuitq; electorum ſuorũ in ſimplicitate fidei ambulantium familias: ſicut oues ſub protectionis ſuæ & diſciplinæ baculo paſtorali. Inſtante etiam iudicio vni-
Mat.25.c uerſali: ſtatuet oues quidem à dextris, hedos autem à ſiniſtris. Sequitur.

42. *Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas opilabit os ſuum.*

Videbunt vtiq; Dei prouidentiã iuſtitiãq; contemplantes: ꝙ omnia Dei nutu non caſu aut fortuna regãtur, vt impij aberrãtes à vero dixerũt. videbũt (inquã) & lætabuntur. lętabitur iuſtus quum viderit vindictã. lætabũ-
tur recti: ꝙ dñm habeãt adiutorẽ. Exultabũt Pſ.57.ve.10
deniq; in gloria: & lętabuntur in cubilib᷑ ſuis. At contra triſtabuntur iniqui: & ſupplicijs afficientur æternis. Exultationes Dei erunt in gutture ſanctorum: & omnis iniquitas confuſa opilabit os ſuum. Iuxta illud prophetizan
tis annę: pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit: & 1.Reg.2.b
impij in tenebris contiſcecent. Sequitur.

*Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc: & intelliget miſericordias domini?* 43.

Multa diximus, & tropis atq; figuris vſi ſumus: quo magis audientium inſideãt animis. Eritne ſapiens, qui hæc ruminans, & intra pectoris ſcriniũ conferens: ſeruet & cuſtodiat? Erit ne verus ſapiens, qui proferens de the-
ſauro ſuo noua & vetera, omniaq; diſcurrẽs: Mat.13.g.
nouerit & aduertat, quã magna ſit miſericordia domini, & miſerationum multitudo? vt hæc noſcens, confiteatur domino quoniã bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius. qui peregrinantibus bonis tot cõtulit bona: & regnantibus bonorum cumulum reddet in gloria. hac ſimili claue prophetiæ ſuæ eni-
gmata claudit Oſeas propheta dicens. Quis Oſee.14.d.
ſapiens & intelliget iſta: intelligens, & ſciet hæc? quia rectæ viæ domini, & iuſti ambulabunt in eis: præuaricatores vero corruent in eis.

EPILOGVS PSALM. 106.

CONFITEMINI *domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. hoc quidem omnium eſt, ſed eorum maximè: qui inextimabile beneficium redemptionis à domino receperunt. quiq; ante diſperſi: ab omni orbis parte conuocati, & in unum cõgregati ſunt. Quales olim gentes erant, quæ errauerunt in ſolitudine, &c. Eſuriẽtes & ſitientes, non panem aut aquam: ſed iuſtitiam, ſalutem, & ſaluatorem: doctrinam, & doctorem uitæ, animæ congruentem. quippe qui iam extrema fame & ſiti peribant homines: clamauerũt ignorantia & peccatis obruti: & de neceßitatibus eorum eripuit eos, atq; uiam oſtendit qua irent ad uitam. quamobrem confiteantur domino miſericordiæ eius, quia ſatiauit animam inanem, eduxit ſedentes in tenebris, & de carcere compeditos, propter parentum tranſgreßionem, quæ horum omnium extiterat cauſa. Nec fuit qui adiuuaret uſq; ad Chriſtum: qui hominum dirupit uincula, contriuit portas æreas, & uectes ferreos confregit, quibus captiui detinebantur, fame & ſiti pereuntes, ſimulq; omnem eſcam ſalutiferam faſtidientes ita: q, approximauerant morti. Tunc miſit uerbum ſuũ dominus, & dum uerbum caro factum eſt: ſanauit atq; eripuit de morte homines. Confiteantur ergo domino miſericordiæ eius: Et offerant ſacrificium laudis, annuntiantes opera Dei, ij potißimum qui deſcendunt mare in nauibus, &c. cuiuſmodi apoſtoli fuerunt peragrantes orbem (quaſi mare) tumultuantem: & euangelium prædicantes omni creaturæ, atq; miracula in populis multis operãtes. quandoquidem ipſi ydonei teſtes erunt, qui uiderunt opera domini, & facta eius intellexerunt: quæ geßit in mundo. Nec id exiguum fuit, ꝙ hoc mare magno aduerſus eos intumeſcente: dixit dominus, imperauitq; mari & uentis: & facta eſt tranquillitas. quia anima eorum in malis tabeſcebat ita: ut calimitatum multitudine (ſi nõ aſtitiſſet Deus) defeciſſent prorſus. ſed ſtatuit procellam eius in auram mitiorem ac lenem: quo fœlici flatu poſſent enauigare, & euangelizandi proſequi munus iniunctum. Lætati ſunt ergo apoſtoli, ꝙ fluctibus ſilentium indixerit Deus: eoſq; ad optatum deduxerit portum. Confiteantur ergo illi miſericordiæ*

*cordiæ eius, & exaltent eum in eccleſia plebis, &c. quia poſuit flumina in deſertum: & terram fructi*
*feram in ſalſuginem. poſuitq; deſertum in ſtagna aquarum: & quæ ſequũtur.* Nolo enim uos ignorare
Ro.11.c. *fratres myſterium hoc, ut non ſitis uobis ipſis ſapientes (apoſtolus ait) quia cæcitas ex parte contigit*
*in Iſrael: donec plenitudo gentium intraret.* Ex parte *ait: quia non uniuerſaliter.* Mirabile *dictu. collo*
*cauit illic eſurientes: & conſtituerunt ciuitatem habitationis, unamq; ſanctam atq; catholicam eccleſiã.*
*ſuntq; miſericordiam conſequutæ gentes: propter incredulitatem illorum, utiq; iudæorum ſeminauerũt*
*ergo apoſtoli agros, & plantauerunt uineas, in omni opere bono fructificantes: & creſcentes in ſcië-*
*tia* Dei. *Et benedixit eis dominus: & multiplicati ſunt prælati & ſubditi fideles.* At *orta perſequutio*
*ne illa acerbiſſima, antichriſti tempore futura pauci facti ſunt, uexati à tribulatione malorum & dolo*
*re: quando principum contentio erit inuicem ſuper doctrina fidei diſceptantiũ, ac uarias hæreſes exci*
*tantium, factiones & ſciſuras ſed proſpiciet* Deus *humilibus & electis, eoſq; ſicut oues protegens, ſe-*
*gregabit ab hedis: congregabitq; & ſtatuet à dextris. Tunc uidebunt recti & lætabuntur: impij autẽ*
*confuſi tacebunt.* Erit *ne ſapiens qui cuſtodiat hæc: & intelligat miſericordias dñi, quas ſub tot inuolu*
*cris, uelaminibus, tropiſq; & figuratiuis loquutionibus retulimus: ut ſuper his omnibus cõfiteatur* Deo
*quoniam in ſeculum miſericordia eius: reſpondeat uel pro omnibus unus: aut omnium in unum coeun-*
*tium dicat eccleſia.*

## PSALM. 107.

*PAratum cor meum Deus para*
*tum cor meum: cãtabo & pſal*
*lam in gloria mea.*
Huic pſo. titulus eſt, canticũ pſal
mi ipſi Dauid ſatis ſuperius elucidatus. hunc
quidem pſalmũ, dauitico centonas iure appel
lare poſſum᷒. Eſt enim ex quinq; vltimis pſal
mi quinquageſimi ſexti, & nouem alijs pſal-
mi quinquageſimi noni verſibus, cõfectus: Et
vero Dauidi, Deo & homini Chriſto attribu
tus, qui & manu fortis eſt, & pulcher aſpe-
ctu: quiq; perſequut᷒, non habens ſpeciẽ neq;
decorem: propter ſcelus populi percuſſus, &
in carnis infirmitate contritus: quaſi in ſpelũ
ca iacuit in ſepulchro: ſed victor à mortuis
in virtute reſurgẽs, & de morte ac mortis au
pſ.92. ve.1. tore triumphans: regnauit & decorẽ induit:
induit dñs fortitudinẽ, & præcinxit ſe. Cãta-
tur hic vtiq; de Chr̃o, & in eo humilitas mor
tis & gloria reſurrectionis: Ideoq; canticum
pſalmi apellatur. dicat igitur Dauid ſanctus,
& Chriſtũ dñm quẽ iam in ſpũ videt ſic allo-
quatur: paratum cor meum Deus, paratũ cor
meum. qua ingeminatione affectum ſuũ oſtẽ-
dit. paratum eſt (inquam) non vt tibi inſultẽ,
ꝙ affixus ſis cruci, & cum iniquis & ſcelera-
tis reputatus, mortuus deniq; atq; ſepultus:
ſed vt cãtem & pſallã in ea (quę ibi latet) glo
ria mea. ſis tu mihi dñe adiumẽto in hoc mu
nus, qui pſalteriũ meum es & cythara. fac vt
pręſto ſis: quia paratiſsimũ eſt prõptiſsimũq;
cor meum: vt id totis viribus efficiam. Nec
mora. exurgam quidem ſummo mane, modò
adſis in laudem.

2. *Exurge gloria mea exurge pſalteriũ &*
*cythara exurgam diluculo.*
Inanimata videor inuocare inſtrumẽta: ſed
te Chriſtũ appello, quem iam reſurgentẽ mẽ
te concepi: vt non ſimpla ſit materia laudis.
Nam qui (vt in ſpũ video) traditus es propter Rom.4.d.
delicta nr̃a: ſcio reſurgens, propter iuſtifica-
tionẽ nrm̃. Exurge igitur caro Chriſti, meũ
vtiq; pſalteriũ & cithara: in qua humilia & ſu
blimia, infirma & fortia, humana deniq; & di
uina, oĩa tamen gloria & laude digna: opera-
tus es. dixi, & nunc audiã quid loquat̃ in me
dñs Deus. Exurgã (inquit) diluculo. ò fœlix
reſurrectionis hora, quæ improperium nobis
abſtulit, cõtulit & honorẽ? quamobrem.

*Confiteor tibi in populis domine: & pſal* 3.
*lam tibi in nationibus.*
Iam nõ intra anguſtas populi iudaici me-
tas, qui te noſſe gloriat̃: ſed in populis & na-
tionibus varijs, tibi laudem dicam. Exaltabo
quaſi tuba vocem meam: quo te miſericordẽ
prædicem & veracem.

*Quia magna eſt ſuper cælos miſericordia* 4.
*tuà: & vſq; ad nubes veritas tua.*
Si per cælos, angelos cęteroſque cęlicos ci
ues: per nubes vero, ꝓphetas & apoſtolos ac-
cipiamus: rectus erit ſenſus, ꝙ miſericors ſis
ſuper omnes cælos, ꝙq; miſericordię magni-
tudine etiam oẽs angelicas virtutes excellas:
ſisq́ue verax vſq; ad nubes, qui oĩa impleue-
ris oracula prophetarũ: & quę de reſurrectio
ne tua apoſtolis promiſſa feciſti. Sequitur.

*Exaltare ſuper cælos Deus, & ſuper om* 5.
*nem terram gloria tua: vt liberentur di-*
*lecti tui.*
Ad terram deſcendiſti Deus in humilitate,
deſcendiſti inſuper vſq; ad mortẽ: mortẽ au-
tem crucis. propter quod adeo exaltatus es:
vt (ſicut Paulus ait) in nomine Ieſu omne gę- Phil.2.a.
nu flectatur: cęleſtiũ, terreſtriũ, & infernorũ.
Exaltare nũc etiã Deus à mortuis reſurgens,
& in cælum aſcendens: vt liberẽtur dilecti &
electi tui. Niſi hoc ꝙ in calce huius verſiculi





eſt appoſitum: tanquã principium verſus ſe-
quentis legere velis, ſicut in Hebreo ſitũ eſt.
hoc ſcilicet ordine.

6. *Vt liberentur dilecti tui: ſaluũ fac dexte-*
*ra tua, exaudi me: Deus loquutus eſt in*
*ſancto ſuo.*
Noſti quid petam (cauſam totius humani
generis agens ait pſaltes) hoc etenim paucis
abſoluã. ſaluũ fac dextera tua & exaudi me:
vt liberentur dilecti tui. dextera tua fili᷒ tuus
eſt, hũc mitte de cælis: qui ſalutem operetur
in medio terræ. Audi nunc (obſecro) dicam
profecto cõpendioſo & prægnante verbo: di
uinę incarnationis & humanæ redemptionis
myſterium. Deũs (inquã) loquutus eſt in ſan-
Heb.1.a. cto ſuo. Nam (vt apoſtolicis verbis vtar) mul
tifariè multiſq; modis olim Deus loquens pa
tribus in prophetis: nouiſsime diebus iſtis lo
quutus eſt nobis in filio: hic quidem abſolute
& antonomatice ſanctus eſt, cęteros ſanctifi
cans, ſanctoſq; efficiens: & ſanctum nomẽ ei᷒.
loquutus eſt igitur nobis in ſancto filio ſuo
Deo & homine, de virgine incarnato, ſicut
nobis loqui ante decreuerat: quandoquidem
Deus erat in Chriſto mundum reconcilians
1.Cor.5.d. ſibi, ait apoſtolus. quod pręuidens Dauid ſan
ctus ait.

7. *Exultabo & diuidam Sichimam: & cõ*
*uallem tabernaculorum dimetiar.*
Hęc iam pſalmo. 59. pro tenuitate noſtra
elucidauimus: ideo Breuiculo nunc vtemur
ſcholio. viderat quippe à ſpiritu ſancto edo-
doctus Dauid rex: eccleſiam Chriſti dilatan-
dam, ipſamq; futurã dilatationem, in ſui etiã
regni dilatatione depictã profecto vidit, &
gauiſus eſt. Et quædam bello parta recẽſens:
per hæc, alia quæ Chriſto fœliciora obuene-
runt: prophetico ſpiritu contemplatur. Exul
tabo (inquit) & diuidam terram Sichem, quę
eſt in Samaria. Et conuallem tabernaculo-
rum (quę eſt Sochot vltra Iordanem) dime-
tiar: dominio, ditioni atq; legibus meis ſub-
ijciens.

8. *Meus eſt galaad, & meus eſt Manaſſes:*
*& Ephraim, ſuſceptio capitis mei.*
Mons galaad vel tumulus teſtis appellat᷒: lo-
Gen.31.f. cus eſt in quo Iacob fugiens à Labam auun-
culo & ſocero ſuo, comprehenſus eſt: & vbi
formoſa Rachel abſcondit ydola ſub ſtramẽ-
ta Cameli, & ſedit deſuper. hic mons (ait) me᷒
eſt, Meus eſt & Manaſſes, & Ephraim: quę tri
bus (eò ꝙ bellicoſa fuerit) ſuſceptio & regalis
coronæ defenſaculum dicebatur.

9. *Iuda, rex meus: moab, lebes ſpei meæ.*
Caput regni fuit terra Iuda: è qua tribu, or-
tus eſt Chriſtus. myſtice forte moab, lebes
ſpei iccirco appellatur: quia ibi petra deſer- Ruth.4.d.
ti, vnde Ruth oriunda fuit, quę nupta Booz, Eſa.16.a.
peperit Obed auum Dauid regis: de cuius Gen.49.b.
progenie ſpes mundi Maria exorta proceſ-
ſit, quę geſtauit in vtero, expectatum cunctis
gentibus ſaluatorem. terra erat moab: terra
fertilis & abũdans erat. quę ideo olla ſpei ad
literam nuncupatur: ꝙ inde victualia in Ieru
ſalem ducerentur. Sequitur.

*In idumeam extẽdam calceamentũ meũ:* 10.
*mihi alienigenæ amici facti ſunt.*
Alludit ad illud deuteronomij: omnis lo- Deut.11.d.
cus, quem calcauerit pes veſter: veſter erit.
ſubijciam igitur (ait) meo imperio idumeã. Ioſue.1.a.
gentes etiam exterę & barbaræ vſq; ad Da-
maſcum & Euphratem: ſubditæ mihi ſunt &
tributarię. per calceamẽtum myſtice, Chriſti
incarnationem ſignans, qua mortalitatis no-
ſtræ carnem aſſumere dignatus eſt. ipſam per
euangelicam prædicationem, ad gentium ple
bem extendendam manifeſtandamq́; prænun
cians, ipſiq; ſubdendam: ſed adhuc his omni-
bus explere mentem nequeo: ꝙ maiorem
expectem eccleſiæ ſanctę dilatationem. Se-
quitur.

*Quis deducet me in ciuitatem munitam:* 11.
*quis deducet me vſq; in idumeam.*
Per idumeam (quę terrenam, rubeam, ſeu
ſanguineam ſonat) tota gentium natio ſignifi
catur. Ad hanc optat pſaltes Chriſtum per fi-
dem deduci, atq; eius (quas ſuperius diximus)
portas ęreas ac vectes ferreos ipſaq; repagu-
la confringi, vt euangelio pateat aditus: ne in
fœlici quo obſiſtit munimine, cum principe
tenebrarum quẽ colit, ipſa damnetur. hoc qui
dem diuina non humana virtute peragẽdum
eſt. Niſi fortè per ciuitatem munitam: cęleſtẽ.
illam Ieruſalem intelligas, cuius confortauit Pſ.147.v.a
dominus ſeras portarum. Ideò ſequitur.

*Nonne tu Deus qui repuliſti nos: & non* 12.
*exibis Deus in virtutibus noſtris?*
Certe tu ſolus De᷒: nec eſt alius præter te,
qui nobis auxilium impẽdere poſsit. ꝙ ſi nõ
adiuueris: de homine actum eſt. Tu qui nos
olim expuliſti de paradiſo delitiarum, & à
gratia tua repuliſti nos: iam nunc conuerſus
viuificabis nos: & exibis in virtutib᷒ noſtris,
nobiſcum ſcilicet cooperaberis conferens au
xilium gratiæ tuæ. Tu viam oſtendes, eriſq;
viæ comes: duces & adduces ad patriam mu
nitam, omniq; ſecuritate plenam. Sequitur.

*Da nobis auxilium de tribulatione: quia* 13.
*vana ſalus hominis.*
Tu fer opẽ De᷒, & pręſta iuuamẽ: nec enim

aliunde nobis obuenire poterit, niſi tu præſtiteris: quia vana, ſalus hominis. Non eſt ergo ꝙ id expectemus ab homine: qui ſibi ipſi non eſt ſatis. Tu adiuua, qui adiutor es in tribulationibus.

14. *In Deo faciemus virtutem: & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.*

Sit ergo concluſio totius noſtri diſcurſus: quòd non proprijs noſtris, non angelicis, nō humanis meritis aut viribus fidamus vnquā: ſed in Deo faciemus virtutem. qui adeò bonus eſt: vt opitulari velit. Adeoque potens: vt ipſe ad nihilum deducat inimicos noſtros. Ipſos quidem dabit perditum: nos autem ducet ad gloriam, in qua viuit & regnat Deus per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

## EPILOGVS. PSALM. 107.

PARATVM *cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo & pſallam in gloria mea. Paratum quidem eſt ad hoc munus cor meum (ait eccleſia) dum modo fautor adſis domine. Exurge tu igitur pſalterium meum & cithara, excitans promouenſq; & gratiam infundens: & ego ex arbitrio ſummo mane, ſimul experrecta exurgam. confiteborq; tibi in populis domine, & in nationibus pſallam: quia magna eſt ſuper cælos miſericordia tua, &c.* Tu exaltare *ſuper cælos* Deus: *ſitq; ſuper omnem terram excelſior gloria tua, uere naturam humanam aſſumens: in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo. quem ſaluum fac dextera tua, & exaudi me: ut liberentur dilecti tui.* Ecce *exaudita ſum: & ſatisfactum eſt uotis meis abunde.* Nam Deus *loquutus eſt in ſancto ſuo: quem conſtituit hæredem uniuerſorum, per quem fecit & ſecula.* Exultabo ego *in dilatatione mea, & ſortes ac funiculum meum, in circunciſionem diuidā & præputium: iudæos ſcilicet & gentes:* Nam Sichen, Sochot, Galaad, Manaſſes, Ephrain, & Iuda: *hæc omnia mea ſunt & moab.* In *ydumeam etiā extendam calceamentum meum: & gētes barbaras chriſtianæ fidei ſubiugabo.* Is etenim *mihi eſt animus: ut etiam alienigenas, in beneuolentiam meam traham: quandoquidem hoc ſemper optaui.* Quis *deducet me (obſecro) in ciuitatem munitam: quis deducet me uſq; in ydumeam? quippe quæ adeò ferox eſt, adeoq; obſiſtit ſathanico præſidio fulta: ut ſpeciali opus ſit ope diuina. quis ergo ad huiuſmodi debellandos deducet me?* Non ne tu Deus *qui repulliſti nos?* Repuliſti *utiq;: ſed attraxiſti.* Exi*bis ergo & præibis: non autem in uirtutibus noſtris, ſed tuis. da igitur nobis auxilium de tribulatione, quia uana ſalus hominis, nec eſt ꝙ alteri niſi tibi uni fidamus.* In Deo *faciemus uirtutem: & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.* Nam *ſuperbientes & de ſe præſumentes: efficiet humiles, atq; euangelio obedientes.* Rebelles *autem: ſequenti anathemate perculſos, quaſi ethnicos & publicanos deijciemus.*

## PSALM. 109.

DEus laudem meā ne tacueris: *quia os peccatoris & os doloſi ſuper me apertum eſt.*

Huic titulus eſt, in finem pſalmus Dauid, qui eſt apertiſsimus: ex ſuperius toties repetitus. hic pſalmꝰ maledictiones continet, quibus ſacroſanctā eccleſia (ſpiritū Dei habens) vti ſolet: quum anathematis mucrone inobedientes percutit, & rebelles. Agitur hic manifeſte de Chriſti paſsione, de Iuda proditore, cæteriſq; iudæis Chriſtum perſequentibus, blaſphematibuſq;. ſic enim in actis apoſtolorum, exurgens Petrus in medio fratrum dixit: viri fratres oportet impleri ſcri- Act.1.c. pturam, quam prędixit ſpiritus ſanctus per os Dauid, de iuda qui fuit dux eorum qui cōprehenderunt Ieſum. ſcriptum eſt enim in libro pſalmorum: fiat cōmoratio eorum deſerta, & non ſit qui inhabitet in ea, & epiſcopatum eius accipiat alter. huius autē apoſtolici teſtimonij prior pars excepta eſt ex ſexageſimo octauo pſalmo: poſterior vero ex hoc centeſimo octauo. Eſt quidē hic pſalmus quędam Chriſti orō effuſa ad patrem: in qua innocentiam ſuam, & iudæorum malitiā oſtendit. petit ergo primum probari à patre, ꝙ iuſtus & innocēs ſit dicens: Deus laudē meā ne tacueris, &c. Vel vt alij tranſtulerūt: Deꝰ laudis meæ, ne tacueris. Teſtimoniū perhibe de me: tu qui miſiſti me. pater, venit hora, clarifica filium tuū: vt filius tuus clarificet te. (Io.8.b: Io.17.a, Pſ.9.ve.19) Ecce iniquus ille & mendax populus iudæorū, mihi improperat & conuiciatur: cuius maledictione os plenum eſt & amaritudine & dolo, ſub lingua eius labor & dolor. Et os huius peccatoris & doloſi, ſuper me apertū eſt: vt in me maledicta congerat. tu autē qui in ſancto habitas laus Iſrael, quiq; verax es: laudem meam ne tacueris. (Pſ.21.ve.3.) lauda eum qui peccatum non fecit: nec inuentus eſt dolus in ore eius. (Mat.3.d.) quandoquidem hæ tuæ ſunt partes: vt filium tuum dilectum laudes, in quo tibi cōplacuiſſe teſtatus es. (1.pet.1.d.) Ego non quæro gloriā meā, eſt qui quęrat & iudicet. (Io.8.g.) Ideo ex infirmitate carnis ad te patrem meum clamo, verūq; omniū iudicē: qui cum ſcias omnia: falli tamē & fallere neſcis. Ecce prolis tuæ te Deus tāgit honor. laudem meam igitur ne tacueris: quoniā laus mea tu es. Sequitur.

Loquuti



2. *Loquuti ſunt aduerſum me lingua doloſa: & ſermonibus odij circundederūt me: & expugnauerunt me gratis.*

Subdole loquuti ſunt contra me, vt me caperent in ſermone, ſiniſtra quidē intentione, & verbis captioſis vtebātur interdū: vt in numiſmate cenſus, & muliere deprehēſa in adulterio, (Mat.22.b, Io.8,a.) quādoq; vero apertiſsimis ſermonibus, & iam olim conceptum inteſtinumq; odiū ſignificantibus, circundederunt me, dicentes: hunc inuenimus ſubuertētem gētem nrām, & prohibētem tributa dari cæſari. nonnūquam etiam vt populum, in mei odium concitarent, meq; omnibus odioſum redderent: non eſſe à Deo qui ſabbatum non cuſtodirem, affirmabant. quid plura? ſine cauſa impugnabant me. Sequitur.

3. *Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.*

Cum mihi dilectionem rependere, & pro acceptis beneficijs vicē reddere debuiſſent: ipſi tū (vti ingrati) mihi diligēti, atq; de ipſis benemerenti detrahebant: dum me peccatorem, voracem, vini potorē, blaſphemantē, ſeductorem, ſamaritanum deniq;, & demoniū habentē, proclamabant. (Io.9.8. Mat.11.c. Io.8.f. Luc.23.e.) Ego autē pro eis orabam dicens: pater dimitte illis: nō enim ſciūt quid faciunt. O mira Chriſti perfectio: nobis in ſpecimen & prothotypum expoſita. Seq.

4. *Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea.*

Hoc peſsimum atq; deterrimū eſt retributionis genus. primum quidem eſt, ſi non reddas bona pro bonis: ſecundum, ſi reddas mala pro malis: hoc autem iniquius, ſi reddas mala pro bonis, & odium pro dilectione: vti Chrō iudæi fecerūt, qui accepti beneficij immemores: iniqua erga Chriſtum exteriora opera & peruerſum animū habuerint, odio ipſum proſequentes: qui diligere debuiſſent diligentem ſe. Vos autem diſcipuli mei, mea ſequuti veſtigia: bona pro bonis & malis, non mala pro malis, reddite. (Mat.5.g.) ſi enim diligitis eos qui vos diligūt: quam mercedē habebitis? Id eſt quid magnum facitis: non ne & publicani hoc faciunt? ait totius perfectionis magiſter. Eſtote ergo vos perfecti: ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Sequitur.

5. *Conſtitue ſuper eum peccatorem: & diabolus ſtet à dextris eius.*

Peccatoris abſoluto nomine, diabolus venit intelligēdus: qui totius peccati caput eſt, & primarius inuentor. dextrum autem dici ſolet: quod præcipuum eſt. ſicut ſpirituale & æternum, ſi ad temporale: & anima, ſi ad corpus conferatur. dicitur etiam dextera, potior animalis pars, à qua incipit & procedit motus & operatio. prædicit ergo, non imprecatur futurū malū proditori Iudæ. Conſtitue (inquit) ſuper eum Sathanā in principē & motorem: vt illum ſibi traditum poſsideat. Et illi ſubdatur anima, quę Chriſto ſubeſſe noluit. ſit illi dextera iniquitatis, qui pauca mercede tradidit ſanguinem iuſtum: & vitam pro morte falſo iudicio commutauit. Nec enim fructuoſè pœnituit: ſed deſperans laqueo ſe ſuſpēdit. Et miſericordiā ſpreuit, qui miſeriam amplecteretur, qui merito filiꝰ perditionis à domino appellatur. (Io.17.c.) Sequitur.

*Cum iudicatur, exeat condemnatus: & oratio eius fiat in peccatum.* 6.

Exiuit tunc Iudas à cœtu & collegio apoſtolorum, vtiq; damnationi obnoxius. Chrō iudicante atq; dicente: væ homini illi, per quē filius hominis tradetur, &c. (Mat.26.b.) Exiuit etiā, quia in vniuerſalis iudicij die non erit in concilio iuſtorum & congregatione: ſed inter impios ſors illius erit, & cum eis in tenebras exteriores proiectꝰ. ſed quæ oratio illius in peccatū? Illa profecto qua dixit, peccaui tradens ſanguinem iuſtum. quia ſine ſpe veniæ: immo cū deſperatione fuit. Sequitur.

*Fiāt dies eius pauci: & epiſcopatū eius accipiat alter.* 7.

Pauci fuerunt dies Iudæ in apoſtolatu, à quo dignitatis culmine infœlix ille cecidit: & epiſcopatū eius Mathias accepit, in locū illius ſuffectus. (Act.1.d.) Ille in apoſtolatu defecit: iſte profecit. Ille in mortem tradidit Chriſtum: iſte in mortem traditus eſt pro Chriſto. videant hoc & contemplentur illi: quos dn̄s cōſtituit epiſcopos, & eccleſiæ ſuæ paſtores: atq; onus cōſiderent & honorē. Audiātq; dominum in apocalypſi dicentem: Ecce venio cito. (Apoca.3.c) tene quod habes: vt nemo accipiat coronam tuam. Et ſic apoſtolum cōmonētem: (1.Cor.10.c) itaq; qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Nam qui ſuperintendunt: circunſpectiores ſint oportet, Sequitur.

*Fiāt filij eiꝰ orphani: & vxor eiꝰ vidua.* 8.

Mortuo Iuda, qui ſuſpēſus crepuit medius, & diffuſa ſunt oīa viſcera eiꝰ: filij eiꝰ carnales, orphani facti ſunt: & vxor derelicta viro. Niſi fortè ad ſpirituali ſēſum declinātes: filiorū nomine, iudęi perfidi, Iudæ imitatores, ſint accipiendi: qui ſe iactabant patrem habere Deum: ꝙ eos ſibi ex propria vxore & matre genuerit ſinagoga: vt ſit ſenſus, fiant Iudę imitatores iudęi, ſine patre Deo: ipſum blaſphemantes, quem ante colere videbantur. (Io.8.e.) Et vxor ſinagoga: ſuo fiat deſtituta viro.

vtrunq enim ſic illis impijs & omni immani-
tate crudelibus,eueniſſe nouimus. Juxta quē
ſenſum, antecedentia & conſequentia inter-
pretari licebit. Nempe ſuper hunc populum,
peccator diabolus & diabolici atq peſtiferi
homines cõſtituti ſunt:& diabolus à dextris
eius eſt, qui prauis ſugeſtionibus eum in re-
probum ſenſum,& relictis æternis ad carna-
lia declinare facit. Cũ aũt à Deo vel ab homi
ne iudicatur,condemnatus exit:& oratio ei⁹
fit in peccatum,ſiue quum meſsiam adhuc in
carne venturũ petit vel ritus ac cæremonias
Io.17.c. legis iam mortiferas agit:pſalmosq; decãtat,
vbi anathemata in Chriſti crucifixores conti
6. nentur.Quę omnia ſibi ipſi cæcutiens ille po
pulus & ignorans imprecatur.facti ſunt etiã
dies eius pauci & mali:qui orto iam ſole, ad
huc in tenebris ambulant. Epiſcopatumque
Mat.5.d. eius,cathedram,ſacerdotium,& regnũ: gen-
tilis populus accepit,illis dicente Chriſto:au
Mat.21.d. feretur à vobis regnum Dei,& dabitur genti
facienti fructus eius.Sequitur.

9. *Mutantes transferantur filij eius, & mendicent: & eijciantur de habitationibus ſuis.*

Ioſephum alioſq; hiſtoriographos lege:&
eos cũ dedecore & clade à Iudeą tranſlatos,
7. atq; à proprijs ſedibus eiectos inuenies: men
dicantes,vagos,inſtabileſq;:per varias regio-
nes diſcurrẽtes,quæ omnia propter immaniſ
ſimum illud occiſionis Chriſti ſcelus:illis eue
niſſe credendum eſt.Sequitur,

10. *Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam eius: & diripiant alieni labores eius.*

Quippe à Tito & Veſpaſiano principibus
Romanis capt⁹ hic populus:percuſſus eſt gla
dio:& bonis etiã omnibus cum fœnore expo
liatus. Nam ipſi Chrm dominũ interfecerunt:
ſed pro vno multi illorũ trucidati ſunt. Chri
ſtũ a veſte nudauerunt,vel nudari petierunt:
ſed ipſi propriam ſubſtantiã amiſerunt. Exte
ri q; & natione & cultu alieni:labores eorum
diripuerũt.En quo iuſtitia ciues perduxit mi
ſeros. Iuſto quidem iudicio hęc quaſi à Dei
exactoribus paſſi ſunt:qui dominum ſuũ,hæ
redem vniuerſorum, illis toties per oracula
prophetarum promiſſum,& tunc deniq; miſ-
Io.1.a. ſum, atq; in propria venientem non recepe-
Matt.21.d runt:quin aprehenſum potius eum eiecerunt
extra vineam,& occiderunt,rei lęſę maieſta-
tis effecti.Nunc etiam rebelles illos & perti-
naces capiunt orthodoxi iudices,de rebus &
cauſis fidei cognitores. fictamq; & ſimulatã
eorum fidem,ad vnguis(vt aiunt)neuũ,ſcru-
tantur: omni ſolicitudine examinãtes lupos
ipſos truculentos, atq; vulpeculas: quæ ec-
cleſiam Chriſti ſanctam,vnicamq; florentem
(quam exoſam habent) toto niſu demoliri
ſatagunt, cupiuntq;. Cum enim fides (vel a-
poſtolo teſte) ſit ſubſtantia rerum ſperanda- Heb.11.
rum,&c.quid aliud eſt(obſecro)ſpiritali ſen-
ſu ſcrutari cuiuſuis ſubſtantiam: quàm fidem ſcrutari
illius an recta ſit inquirere,& labores ei⁹ atq;
conatus peſtiferos diripere?Confundantur iam Mat.5.d.
& reuereantur, atq; ad dominũ Ieſum cõuer- Io.8.e.
tantur,ipſum vt verum regem meſsiam agno
ſcentes:& confitẽtes in legẽ promiſſum. Seq.

11. *Non ſit illi adiutor: nec ſit qui miſereatur pupillis eius.*

Hęc malarũ omnium & pœnarũ iudęis atq;
iudæis irrogatarum,fuit maxima. Auxilij ſci
licet diuini ſubtractio:quã conſequitur obdu
ratio,& finalis impœnitentia,ſic enim de iu-
dæorũ populo(propter eius rebellionem, &
3. peccatorũ multiplicationẽ ac magnitudinẽ)
dñm alloquutus iſdem alibi ait pſaltes.Auer-
tiſti adiutorium gladij eius:& non es auxilia Pſ.88.v.44
tus ei in bello:nec ſit qui miſereatur pupillis
ei⁹ ſicut etiã per Eſaiam extitit prænuntiatũ.
Propter hoc(inquit)ſuper adoleſcentulis ei⁹ Eſa.9.d.
non lętabitur dominus: & pupillorũ eius &
viduarũ nõ miſerebitur.quia os hipocrita eſt
& nequam,& vniuerſum os loquutũ eſt ſtul-
titiam.Rationi quidem conſentaneum eſt,&
æquitati:vt miſeris miſericordia deſit,qui &
viſcera pietatis nuſq̃ habuerunt.Sequitur.

12. *Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius.*

Ita factum eſt. Mortui ſunt enim in famoſo
illo iudæorũ excidio patres & filij: & deleti
atq; diſperſi,nomẽ populi Dei amiſerunt. At
qui in generatione prima perierunt: qui ad
baptiſmi regenerationem non peruenerunt.
delet⁹ eſt igitur q̃ illi, peculiaris populi Dei
erat nomen, atq; ita deletum eſt:ꝙ cum duo
decim eſſent trib⁹,& præcipuę cognationes,
juxta numerũ filiorũ & duorũ nepotum Ia-
cob:nunc adeò confuſę ſunt:vt neſciant quis
de qua tribu ſit, nec aliud quicquam præter
hoc vnũ:ꝙ de generatione ſit iudæorũ.Seq.

13. *In memoriam redeat iniquitas patrũ eius in conſpectu domini: & peccatum matris eius non deleatur.*

Redibit quidem in memoriam hominum:
quoties ſanctum in eccleſia Dei prædicabi-
tur euangelium,iniquitas illa in cõſpectu do-
mini perpetrata:eritq; ſemper recens ingratę
ſinagogę peccatũ.Redibitq;(vt huic facinori
accumuletur) patrum ſuorum iniquitas,qui
Mat.21.d. ceciderunt, occiderunt, lapidaueruntq;,
Mat.23.d. quos dominus vineæ præmiſit ad eos ſeruos:
vt veniat



vt veniat ſuper eos omnis ſanguis iuſtus qui
effuſus eſt, à ſanguine Abel iuſti, vſq; ad ſan-
guinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occi-
derunt inter templum & altare. Venietq;
poſtremo effuſus ille ſanguis agni immacula-
ti, quem ſuper eos & filios venire petierunt:
eò ꝙ menſuram patrum impleuerint, Chri-
ſtum crucifigentes.Sequitur.

14. *Fiant contra dominum ſemper, & diſpereat de terra memoria eorum: pro eo quod non eſt recordatus facere miſericordiam.*

Solet in ſcriptura: coram pro contra, &
Mat.21.a. contra pro coram poni: vt eſt illud: ite in
caſtellum quod contra vos eſt, & de Nem-
Gen.10.b. roth, quòd erat robuſtus venator coram do
mino. hic tamen vterq; ſenſus cohæret.fiant
(inquit) iniquitas & peccatum illorum co-
ram domino ſemper, vt puniat. fiantq; ipſi
contra dominum ſemper finaliter obſtinati:
diſpereat de terra memoria eorum, pereatq;
cum ſonitu in bonum, & vigeat in malum.
ſi quid boni & laude dignum fecerunt vn-
quam: rei huius obſcuretur infamia. vt cru-
delis populus qui non eſt recordatus facere
miſericordiam: pari pœna plectatur. quod
de iniquis obduratiſq; iudæis Chriſti occi-
ſoribus, & proditore Iuda: intelligendum
eſt. fuerunt quidem alij, quos Chriſtus ſibi
aſciuit: & miſericordia complexus eſt, quod
Oſee.1.b. vtiq; myſterium in Oſea prænunciatum in-
uenies. Cui cum ex muliere fornicationis,
naſceretur filia: dixit illi dominus, voca no-
men eius abſq; miſericordia, quia non ad-
dam vltra miſereri domui Iſrael: ſed obli-
uione obliuiſcar. Et domui Iuda miſerebor
& ſaluabo eos in domino Deo ſuo, &c. lege
totum caput: eſt quidem mirabile. Non igi-
tur miſertus eſt his obſtinatis dñs, qui finali
Ecc.30.d. impœnitẽtia deceſſerũt:quiq; nec Chrõ dño
nec propriæ aĩæ miſerti ſunt, placẽtes Deo.
Mat.5.a. ſcriptum eſt enim: beati miſericordes, quo-
niam ipſi miſericordiam conſequentur. Et iu
Iac.2.c. dicium ſine miſericordia: illi qui nõ facit mi
ſericordiam.Sequitur.

15. *Et perſequutus eſt hominem inopem & mendicum: & compunctum corde mortificare.*

Perſequutus eſt vtiq; populus iudæorum
Chriſtum in cruce clamantem: Deus Deus
meus, vt quid dereliquiſti me, ipſumq; di-
centem, ſitio, Hunc quidem afflictum, cuius
corpus ſpinis & clauis transfixum, & cor ip-
ſum triſtitia & vehementi (quo propter pec
cata hominum angebatur) dolore compun-
ctum erat: crudelis hic populus (vt ad mor-
tem duceret) perſequutus eſt. ſumma profe-
cto ſeuitia eſt affligere afflictum: illumq; ma-
ximè qui inops, pauper eſt & innocens, qua-
lis erat Chriſtus, qui propter nos egenus fa-
ctus eſt, cum eſſet diues: vt illius inopia dita- 2.Cor.8.b
remur. Et ipſe de ſe ait: vulpes foueas habent,
& volucres cæli nidos: filius autem hominis Luc.9.g.
non habet vbi caput ſuũ reclinet. Quiq; pec-
catum non fecit, nec inuentus eſt dolus in 1.Petri.2.d.
ore eius: ſed compunctus erat corde, pecca-
ta noſtra dolens: quæ ipſe pertulit in corpo-
re ſuo ſuper lignum: vt peccatis mortui, iuſti-
tiæ viuamus. Sequitur.

16. *Et dilexit maledictionẽ, & veniet ei: & noluit benedictionẽ, & elõgabitur ab eo.*

Maledictio ſub hac ratione: non eſt diligi-
bilis per ſe, nec aſpernabilis benedictio. ſed
tunc maledictionẽ quærere aut diligere quis
dicitur: quum id agit, ad quod ſequitur male-
dictio. ſicut ſi proximum lædat, mandatũ le-
gis infringens. Nec ſecus de benedictione di
cendum eſt. qui ergo tranſgreſſor eſt legis: pœ
nam & maledictionem eius dilexiſſe, quæſiſ-
ſe, & inueniſſe videtur, iuxta illud Moſis in
deuteronomio: En propono in cõſpectu vro Deut.11.d.
hodie benedictionem & maledictionẽ, &c.
Rurſusq;: maledictus qui non permanet in Deut.27.d.
ſermonib⁹ legis huius: nec eos opere perficit.
Atq iterum: & venient ſuper te omnes male Deut.28.b
dictiones iſtę: & perſequentes aprehendẽt te
donec intereas: quia non audiſti vocẽ domi-
ni Dei tui, nec ſeruaſti mandata eius. promiſ-
ſum etiam fuit abraę, ꝙ benedicerentur in ſe Gen.22.d.
mine eius (quod eſt Chriſtus) oẽs gentes ter-
ræ. At verò hic populus noluit benedictio-
nem, & quouſq; ad gentes perueniat: elonga- Gal.3.b.
bitur ab eo. Nec illã (quum iudex aduenerit) Mat.25.e.
audiet inter oues: ſed quam cum hedis dile-
xit maledictionem. Sequitur.

17. *Et induit maledictionem ſicut veſtimentum: & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſsibus eius.*

Acerbiſsimam maledictionis deſcribit pœ
nam, immaniſsimo ſceleri reſpondẽtem: quæ
triplici bono iudæorũ populum expoliauit:
fortunę ſcilicet, corporis, & animæ, quæ per
indumentum, aquam, & oleum, ſignificantur.
Nam induit maledictionem ſicut veſtimen-
tum: dũ honore, diuitijs, pria, exterioribuſq;
cæteris & aduentitijs priuatur bonis. Et in-
trauit ſicut aqua perbibita in interiora eius:
dum corporali interciditur morte, & calami
tatum multitudine ſuffocatur. poſtremoq; ſi-
cut oleũ (quod maximè penetratiuũ eſt) ad in
teritionẽ animæ, eiuſq; perpetuam damnatio
nem peruenit: ne q̃d interioris & exterioris
hominis, expers huius maledictionis ſit. Seq.

18. *Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur: & ſicut zona qua ſemper præcingitur.*

Pallium quo totus operitur homo: ab omnibus videtur, ſed geſtãtis confuſionẽ ſignat, ſic iniquitas populi huius, adeò publica eſt & aperta: vt nulla tergiuerſatione celari poſſit. Et quaſi zona, ſic lumbis adhæret: vt in alteram viſa ſit conuerti naturam, & affectiones illæ corruptæ, in poſteros deriuari. Adhęret illis quidẽ velut zona, pœnalis hæc maledictio: qui praua conſuetudine inflecti, ſemper ad malũ proni & parati eſſe videntur: collectosq; habere ſinus: ne quid ſit illis obſtaculo aut impedimento ad perpetrandum illud. vę illis ſi non reſipiſcant. Sequitur.

19. *Hoc opus eorum qui detrahũt mihi apud dominum: & qui loquutur mala aduerſus animam meam.*

Hæc (inquit) iuſta eſt apud dominum retributio, pro iniquo opere eorũ qui mihi de-
Io.9.c. trahunt dicentes: non eſt hic homo à Deo.
Io.18.c. Et nos ſcimus, quia hic homo peccator eſt.
Iterumq; Pilato: ſi non eſſet hic malefactor; non tibi tradidiſſemus eum. Et vitam Chri-
Ib.19.a. ſti perdere cupientes, dixerunt: reus eſt mortis. Crucifigatur, tolle, tolle: nos legem habemus, & ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Cæteraq; id genus mala: aut vitæ illius derogantes, aut ipſam finire ſatagentes. Sequitur.

20. *Et tu domine domine, fac mecum propter nomen tuum: quia ſuauis eſt miſericordia tua.*

Reſurrectionis ſuæ gloriam petit vt homo; qui patri cooperatur vt Deus. fac mecum pater, qui tecum cooperor in forma Dei, vt coæqualis: & fac mecum infirmitatem meam adiuuans, in forma ſerui. fac (inquam) miſericordiam: qui humanæ naturæ noſti miſeriã. ſupereffluat miſericordia tua: vbi iudæorum crudelitas abundauit. fac igitur mecum (vtiq; miſericordiam) nominis tui intuitu: qui miſericors es. Et apud omnes qui te norunt, hoc nomine gaudes. quia dulcis & ſuauis eſt miſericordia: mihi præſertim, qui fellis pocula: & tot amaritudines expertus ſum. Sequitur.

21. *Libera me, quia egenus & pauper ego ſum: & cor meum conturbatum eſt intra me.*

Carnis infirmitatem, defectuſq; quos aſſumpſit: & quos pertulit dolores exponit. Et qui exuberantia viſcera miſericordiæ in nos effudit: ſe ex diſpenſatione pauperem & egenum appellat: vt cauſam hominis agens:
humano more loquatur. libera me (inquit) Io.10.d.
qui poteſtatem habeo ponẽdi animam meã; & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. ſed nũc libera me: qui ab ęterno genuiſti me, libera me de manu iudęorum: quia egenus & pauper ego ſum, qui pependi nudus in cruce: fuiq; in ſepulchro alieno ſepultus. Ecce cor meum quæ & eccleſia mea atq; paupercula diſcipulorum ſchola, quam diligo ex animo: conturbata eſt in morte mea, & gloriant inimici. tu ergo reſuſcita me: & retribuam eis. Pſ.4.ve.11.
vel ideo conturbatum cor meum dixi: ꝙ triſtis ſit anima mea vſq; ad mortem. libera me: & lætabor in reſurrectione. Sequitur.

*Sicut vmbra cum declinat, ablatus ſum: & excuſſus ſum ſicut locuſtæ.* 22.

Qui cum in forma Dei eſſet, exinaniuit ſe- Phili.2.a.
metipſum formam ſerui accipiens, habitu in- Pſ.21.ve.6.
uentus vt homo: ſe vermem & non hominem, opprobriumq; hominum, & plebis abiectionem eſſe dicit, quid mirum, ſi vt paſſionis & mortis ſuæ accelerationem explicet: fugaci & declinanti vmbræ, atq; excuſſæ locuſtæ, nunc comparari dignetur? tormentis igitur crebreſcẽtibus & vera ſubſequuta morte de medio ſublatus eſt Chriſtus, ſicut vmbra cum nimio ardore inualeſcente ſole deſolet. Fuit etiam ab infantia ad mortem vſq; fugatus non ſemel & excuſſus: vt abijci ſolet locuſta nocens & frumenta corrodens: cum tamen nil mali vnquam egiſſet. Erat quidem ipſe innocuus, omnibuſq; proficuus: paniſq; de cælo deſcendens, dans vitam mundo, & gra-
tiæ nutrimentum pręſtans, atq; verba vitæ Io.6.e.g.
æternæ habens. Quanuis & de eodem reſurgente, atq; de excuſsis & diſperſis Chriſti diſcipulis ac membris eius: hoc non incongrue accipi poſſit. Sequitur.

*Genua mea infirmata ſunt à ieiunio: & caro mea immutata eſt propter oleum.* 23.

Propter nimiam abſtinentiam, & quos perpetiebatur labores: legimus Chriſtum fatiga-
tum ex itinere, & ſediſſe ſic ſupra fontem ſi- Io.4.a.
char. legimuſq; illi dixiſſe iudæos, quinqua- Io.8.g.
ginta annos nondũ habes: & Abraam vidiſti? cum natus tunc eſſet triginta duos vel circiter annos. Erat quidem caro eius ad maciem redacta, & propter pinguedinis defectũ immutata: quippe quæ exaruit pinguedine conſumpta. ſi autem hæc ad corpus myſticum referamus: Apoſtoli cæteriq; fideles atque ſponſi filij, qui & genua eius, in quibus orbem diſcurrit Chriſtus, meritò dicunt: qui diſcedente ſponſo, dũ pane vitæ non fruuntur: infirmati ſunt à ieiunio. ſic enim prædixe-
rat Chriſtus ſcribis & phariſeis. Nũquid po- Luc.5.g.
teſtis



teſtis filios ſponſi dum cum illis eſt ſponſus, facere ieiunare? veniẽt aũt dies cum ablatus fuerit ab illis ſpõſus: tũc ieiunabũt in illis diebus. Cuius rei cauſa: myſtica Chriſti caro im-
Mat.26.g. mutata eſt: deficiente oleo & ſpũs pinguedine: quod in apoſtolorũ vertice Petro Chrm̃ negante, cæteriſq; aufugientibus diſcipulis: videre licet. At cum vera Chri caro reſurgens
1.Cor.15.f. immutata eſt, mortaliſq; induit immortalitatem, & abſorpta eſt mors i victoria propter oleũ: vt ſcilicet aſcẽdens in cælum Chrs ſpũm paracletũ mittat à patre: mox vncti apoſtoli oleo exultationis è cælo demiſſo: fortes facti ſunt. Adeòq; genua illa cõſolidata ſunt: vt virtute magna redderent apoſtoli teſtimonium
Act.4.g. reſurrectionis Ieſu Chriſti, &c. Sequitur.

24. *Et ego factus ſum opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita ſua.*

Hoc ex euangelio liquet. pẽdenti quidẽ in
Mat.27.e. cruce Chro: inſultabant illi. prætereuntes aũt (ait ſacer euãgeliſta) blaſphemabant eum, mouẽtes capita ſua & dicentes: vah qui deſtruis templũ Dei, &c. ſi fili' Dei es: deſcẽde de cruce. Alios ſaluos fecit: ſe ipſum non poteſt ſaluum facere. confidit in Deo, &c. Sequitur.

25. *Adiuua me domine Deus meus: ſaluum me fac ſecundùm miſericordiam tuam.*

Inſtãter petit (vt homo) reſurrectionẽ ſuã Chrs: qui vnà cum patre exaudiuit, fecitq; vt Deus. Et miſericordiã apellat: quę à ſolitę incinerationis miſeria præſeruet. Non enim de-
Pſ.15.v.10. dit ſanctũ ſuum videre corruptionẽ: ſed ſin-
Pſ.4.v.10. gulariter eum in ſpe cõſtituit reſurrectionis. Sequitur.

26. *Et ſciant, quia manus tua hæc: & tu domine feciſti eam.*

ſciant (inquit) quũ viderint me reſurgentẽ: ꝙ potẽtię diuinæ fuerit opus. ſciantq; ꝙ manus tua dextera, & filius tuus ſim: cui nõ parcens, in morte illũ tradidiſti, ipſumq; exaltãs, ab inferis ſuſcitaſti. Manus quidẽ tua hęc, fili' ſcilicet à te genitus ab æterno. Et tu dñe feciſti eum carnẽ aſſumere, crucẽ ſubire, & mortis confractis viribus, rediuiuum. Miſit enim
Gal.4. De' filiũ ſuum (ait apoſtolus) & ecce manus tua hæc, factum ex muliere factum ſub lege: quod eſt dictu, & tu dñe feciſti eam. vere manus tua hæc, & tu dñe feciſti eam. Non enim potentiæ humanæ eſt, vt homo verè mortu': à mortuis, verè reſurgat. ſciãt ergo credituri. At verò increduli.

27. *Maledicẽt illi, & tu benedices: qui inſurgunt in me confundantur, ſeruus autem tuus lętabitur.*

Maledicẽt quidẽ manui tuæ perfidi, increduli & obſtinati: quia mihi formam ſerui aſſumenti (& ob hoc ſeruo tuo) maledicent. lege euangeliũ & apoſtolorũ acta. ſed tu bene-
dices de rore cæli & de pinguedine terræ, vt Gen.27.d.
ſeruiant mihi populi, & adorent tribus, ſimq; dñs fratrum meorum: & adorent me filij matris meæ ſinagogæ. Adeòq; benedices: vt qui maledixerit mihi, ſit ille maledictus: & qui benedixerit, benedictionibus repleatur. benediceſq; demum vti verum filium tuũ Ioſeph, acreſcentẽ vtiq;, & decorum aſpectu: benedi-
ctionibus cæli deſuper, benedictionib' abyſ- Gen.49.d.
ſi iacentis deorſum, benedictionibus vberum & vuluæ: vt ſim in capite & in vertice nazarei inter fratres meos. qui autem inſurgũt in me, nomen meum, ſeruulos, fidem, atq; eccleſiam meam perſequentes: cõfundantur, ꝙ videant viuentem & glorioſum, quem morti addixerunt. ſeruus autem tuus (de quo per
Eſaiam dixeras: ecce ſeruus meus, ſuſcipiam Eſa.42.a.
eum, Electus meus complacuit ſibi in illo anima mea) lætabitur ad dexteram tuam ſedens. Sequitur.

*Induantur qui detrahũt mihi pudore: & operiantur ſicut diploide confuſione ſua.* 28.

Indumenti (quam ante adduxerat ſimilitudinem) proſequitur. Eſt quidẽ diplois palliũ duplex. Induãtur igitur pudore (ait) quaſi indumento: qui mihi detrahunt. pudeatq; illos, abnegaſſe me verum eſſe meſsiam. Et coram Deo & hominibus interius exteriuſq; cõfundantur. duplici enim punientur pœna, temporanea ſcilicet & æterna. Sequitur.

*Confitebor domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum.* 29.

Eccleſiam vniuerſalem ſignat, quam Chri- Ephe.3.c.
ſtus inhabitat per fidem: fide purificãs corda Act.15.b.
fidelium, dans ipſis id ipſum ſapere in alteru- Ro.15.b.
trum, vt vnanimes vno ore honorificẽt deũ.
ſic alibi ait: in medio eccleſiæ laudabo te. Et Pſ.21.v.23.
nũc domino ſe dicturum laudem in ore ſuo, atq; in medio multorum, proteſtatur: laudat quippe patrem in membris: qui vt patris vnigenitus filius laudatur à membris. Sequitur.

*Qui aſtitit à dextris pauperis: vt ſaluã faceret à perſequentibus animam meam.* 30.

A dextris pauperis ſtare Deum: eſt ſe illi paratum promptumq; exhibere adiutorem. Aſtitit ergo pater à dextris pauperis Chriſti, ipſum à morte ſuſcitans: diabolus autem à dextris faſtidioſi diuitis populi iudæorum. hic quidem vt perderet: ille verò vt exaltaret in gloria, in qua cum eodem patre & ſpiritu ſancto, viuit & regnat Chriſtus: per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

## EPILOGVS PSALM. 108.

DEVS *laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris & os doloſi ſuper me opertum eſt. De iudæis perſequentibus, & Iuda proditore conqueſtus Chriſtus dominus Dei filius: ad patrem ait: loquuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, tentantes ut me caperent in ſermone. Ipſi me undiq; ſine cauſa odio proſequuti ſunt, detrahentes mihi, pro eis oranti: cum tamen iure me diligere debuiſſent. Atqui ipſi ingrati, mala pro bonis impudenter rependere curabant, & odium pro dilectione mea. Conſtitues etiam tu pater Sathanam in principem ſuper huiuſmodi proditorem: eritq; diabolus in omni actione inſtigator illius. Cum iudicabitur: damnatione ſuccumbet, fietq; oratio illius infructuoſa: ac ſine ſpe ueniæ, obuoluta peccato. Erunt dies eius pauci, qui laqueo ſe ſuſpendet, decidetq; ab apoſtolatus apice: cui alter Mathias nomine, in epiſcopatu ſuffectus erit: fient filij eius orphani, & uxor uidua. Et transferentur uagi, ac mendicabunt: à proprijs ſedibus eiecti. populus Romanus, quaſi fœnerator ſcrutabitur ſubſtantiam huius populi ingrati, & diripient alieni labores eius: non erit adiutor, nec qui miſereatur pupillis eius. fient nati eius in interitum carnis & ſpiritus, delebiturq; in generatione una nomen eius. Nec uocabitur amplius populus Dei electus & dilectus: atq; anniuerſaria repetitione, præceſſorũ ſuorũ ad memoriã redibit iniquitas coram Deo & hominibus. Et peccatum matris eius ſinagogæ: ſemper recens erit, nec delebitur unquã. Erunt coram domino ſemper huiuſmodi iniquitates ad punitionem. At memoria eorum iam infamia reſperſa, diſperibit à terra: pro eò quod in Chriſtum dominum, atq; in propriam animam populus hic, impius fuerit & crudelis. Et perſequutus eſt hominem inopem & mendicum propter hominem factum: nec ueritus eſt, compũcto atq; tormẽtis afflicto: ad mortem uſq; dolorem addere & afflictionem. quippe qui Dei & hominum dilexit maledictionem, & ueniet ei: & noluit benedictionem: & elongabitur ab eò. q, præuaricator legis fuerit & transgreſſor, ac per hoc maledictus, interficiens innocentem. quamobrem, induit maledictionem ſicut ueſtimentum, &c. dum exterioribus obductus malis, interioribusq;: & corporis & animæ diſpendijs obrutus, morte interciditur ſine fine duratura. fietq; illi maledictio quaſi pallium quo opperitur, omniũ quidem oculis expoſita. Et ſicut zona qua ſemper præcingitur: dum ſic ineſt ei: q, deriuari uidetur in poſteros & ſucceſſores. hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud dominum (ait Chriſtus) hæc retributio iuſta. tu autẽ domine fac mecum miſericordiam, reſuſcita me. ſum etenim egenus & pauper, propter hominem factus homo. Lætetur igitur anima mea in corpore reſurgente: quæ prius triſtis effecta eſt uſq; ad mortẽ. Ecce ablatus ſum de medio, quaſi umbra cum declinat: nec ſecus crebris doloribus & tormentis, celerrimè animam meam poſui. Excuſſus tamen à perſequentibus iudæis: ac ſi malefactor eſſem, uel quaſi locuſta nocens & frumenta corrodens: cum nihil minus. fui enim ab omni nocumento abſtinens, non obeſus, gluto, aut uorax, ſed ieiunijs ita macer eram: q, carne mea immutata ex pinguedinis defectu: iam ſenior apparebam, triginta duos annos circiter natus. Crucifixus ſum tandem, & factus opprobrium illis, qui uiderunt me: & dicentes uach, mouerunt capita ſua. tu adiuua domine Deus meus, ſuſcita me, & ſciant q, manus tua hæc: & tu domine feciſti eam. Maledicent illi, illud deuteronomij clamantes, maledictus à Deo, omnis qui*
Deut 21.d Sapi.14.2. *pendet in ligno: & tu benedices pendentem, fructum pariter & lignum. Nempe benedictum lignum: per quod fit diuinæ iuſtitiæ ſatis. Et qui inſurgunt in me, confundentur: filius autem (qui ſerui formam induit) lætabitur. Induantur ipſi pudore qui mihi inſultant, & quaſi duplici ueſte, ſic interiore & exteriore opperientur confuſione. At ego in medio eccleſiæ confitebor domino nimis, qui aſtitit mihi humili à dextris, cuncta in proſperum atq; fœlicem ſucceſſum dirigens: ut ſaluam faceret à perſequentibus animam meam. Induxi Chriſtum in carnis infirmitate loquentẽ: audite patrem, Chriſtum dominum exaltantem.*

## PSALM. 109.

D*Ixit domin⁹ domino meo: ſede à dextris meis.*

Huic cõmunis præponitur titulus, pſalmus ipſi Dauid, ſuperius ſatis elucidat⁹, omni excluſa aliud dicentium varietate: hic pſalmus de Chriſto Deo & homine intelligẽdus eſt, citra omnem (inter catholicos) cõtrouerſiam. cum ad hoc Chriſti in euangelio, & apoſtoli eius (in ea quæ ad Hebreos eſt epiſtola)
Heb.1.c. intercedat autoritas dicentis: ad quem autem angelorũ dixit aliquãdo, ſede à dextris meis, quo ad vſq; ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum? Cõgregatis etiam phariſeis, interrogauit eos Ieſus dicens: quid vobis videtur de Chriſto, cuius filius eſt? dicũt ei Dauid. Mat.22.d. ſed quia etſi hoc verum ſit: tamen propter duplicem in Chriſto naturam, reſponſio non plenè quæſtionem euacuauerat: rogat denuo, quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum dominum dicens: dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorũ? ſi ergo Dauid vocat eum dominum: quomodo filius eius eſt? primæ quidem reſponſioni vti



verè, non refragatur, quin aſſerens potius teſtimonium de Chriſto dictum: difficultatẽ inducit, vt ad diuinam in Chriſto naturam ſimul cum humana credẽdam manu ducat, dũ ait: ſi ergo Dauid vocat eum dominum: quomodo filius eius eſt? Ac ſi dicat, profecto nõ aliter, niſi quia De⁹ & homo eſt. Et nemo poterat ei reſpõdere verbũ (ait ſacer euãgeliſta)
Io.1.d. Nempe in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbũ, &c. Et verbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis.
Eſa.7.c. Cõcepit in vtero virgo, & peperit filium: cuius nomen Emanuel, ideſt nobiſcũ Deus.
Matt.1.d. Luc.2.a. phi.2.a. Nã qui cum in forma Dei eſſet, nõ rapinã arbitratus eſſe ſe equalem Deo: exinaniuit ſemetipſum formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo.
Mich.5.a. Et is cuius egreſſus à patre ab initio, à dieb⁹ æternitatis:
Gala.4.a. factus ex muliere, natus eſt in tẽporis plenitudine, ex vtero matris. factusq; eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnẽ:
Rom.1.a. qui prædeſtinatus ſeu oſtenſus eſt filius Dei in virtute. de quo iſdem Paulus Timotheo ſuo (ſecundo ſcribens) ait: memor eſto, dominũ
2.Thi.2.b. Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis ex ſemine Dauid ſecundũ euãgelium meũ, in quo laboro vſq; ad vincula. quid enim aliud euangelium clamat: quam Ieſum filiũ Dauid, quo nomine Chriſtus Dei filius, appellari dignat⁹ eſt? vtranq; igitur humanam ſcilicet & diuinam, diuinus pſaltes ſpiritu præuidẽs in Chriſto naturam: in hæc verba prorupit. dixit dominus domino meo: ſede à dextris meis. dicere patris ad filiũ, generare eſt, iuxta illud pſalmi, dominus dixit ad me, filius meus es tu:
pſ.2.ve.7. Pſ.67 ve.4 ego hodie genui te. Ille ergo cui nomen dominus: qui ædificauit in cælo aſcenſionẽ ſuã: & faſciculũ ſuum ſup terrã fundauit. qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem
Amos.9.b terræ, dñs nomen eius: dixit dño meo (quem propter carnis meę ſubſtantiã, meum dico) ſede à dextris meis. tu qui conſubſtantialis es Deus, de Deo genitus & coæternus: ſede à dextris, vt Deus coæqualis potentia & maieſtate. Atq; vt homo (& ſi minor ſis) in potioribus bonis ſede. potiora quidẽ bona dextra dicũtur: vti grã, gloria, imperiũ, regia, & iudiciaria poteſtas. quorũ omniũ victori Chriſto homini, ab inferis reſurgẽti, & ad prẽm aſcendẽti: tradita eſt plena poſſeſsio. Eodẽ dicẽte:
Mat.vlt.2. data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. ſed quia poteſtas eius, poteſtas æterna: ideo ſequitur.

2. *Donec ponam inimicos tuos: ſcabellũ pedum tuorum.*

Audi iam poteſtatis æternitatem. Aſpiciebam ego in viſione noctis (ait Daniel propheta) & ecce cum nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat, & vſq; ad antiquum dierum peruenit: & in conſpectu eius obtulerunt eũ. Dan.7.b. Et dedit ei poteſtatem & honorem & regnum: & omnes populi tribus & linguæ ipſi ſeruient. Poteſtas eius, poteſtas æterna, quæ non auferetur: & regnum eius, quod non corrumpetur. hæc nanq; vocula donec, non ſemper vt dictio excluſiua certum tempus determinans, accipi ſolet. Multis enim ſcripturæ locis, non excluſionem, ſed cõſequutionem quandam ac futuræ rei ſpectationem duntaxat: ſignificaſſe videtur. quale eſt illud pſalmi: ita oculi noſtri ad dominum Deum pſ.122.v.3. noſtrum: donec miſereatur noſtri. Illudq; euangelij: q, Ioſeph accepit coniugem ſuam, Mat.1.d & non cognoſcebat eam: donec peperit filiũ ſuum primogenitum. Abſit autem à pijs auribus: vt ante partum vel poſt partum, ipſam (quæ ſemper virgo permanſit) cognouerit vnquam, ſed hoc donec: tantum ſignat is qui conſequutus eſt partus. vt ſit ſenſus, Non cognouit eam: & tempus pariendi adimpletum aduenit. Conſimilia ſunt plura teſtimonia, quæ non alium ſenſum admittunt: nec (breuitatis cauſa) ea recenſere iuuat. oportet autẽ illum regnare (de Chriſto ait apoſtolus) do- 1.Cor.15.d nec ponat omnes inimicos ſub pedibus eius. Nouiſsimè autem inimica deſtruetur mors. omnia enim ſubiecit ſub pedib⁹ eius, &c. porro vt inimicorum pleniſsimam futurã Chriſto innuat ſubiectionem: eos quaſi ſcabellum pedum ſuorum à patre ponendos eſſe denuntiat. quod futurum credimus, & fideliter expectamus: dum multi eorũ qui nunc inimicãtur, nec obediunt euangelio: pia & vltronea ſubiectione conuerſi, ſubdẽtur illi. Cæteri verò obſtinati (velint nolint) ſub pedibus eius atq; ditione ponentur: vt perpetuis ignibus torqueantur. Multo quidem differentius vtriq; in ſcabellum eius erunt. ij quidem vt in tenebras exteriores deiecti proterantur: illi verò vt cum Chriſto & ſub Chriſto regnent in æternum. Nec etiam erit ineptus & adulterinus ſenſus, ſi vt diuinitas in Chriſto caput eſt: iuxta illud quod Paulus Corinthijs 1.C.or.11.a ait: volo autem vos ſcire, q, omnis viri caput Chriſtus eſt, caput autem mulieris vir, caput verò Chriſti Deus: ita & humanitas pedes in Chriſto nuncupetur, cui vt ſcabellum cæteri omnes ſubeſſe, atq; ſummitti dicãtur. vel vt conculcentur impij, aut ex inimicis iã facti amici, quaſi ſcabellum, conſtitutam ſub Chriſto ſedem obtineant: cui primaria & altior ſedes ſequeſtrata eſt. omnia enim per ipſum & in ipſo creata ſunt: & omnia in ipſo Col.1.c.

conſtant ( ait Paulus ) & ipſe eſt caput cor-
poris eccleſiæ, qui eſt principium, primoge-
nitus ex mortuis, vt ſit in omnib' ipſe prima-
tum tenens. Sequitur.

3 *Virgā virtutis tuæ emittet dn̄s ex ſion: do*
*minare in medio inimicorum tuorum.*

Ecce iam dn̄s meus (dicat diuinus pſaltes)
cui pater dixit: ſede à dextris meis, & in quo
Heb.1.a. hominibus loquut' eſt, portans oīa verbo vir
tutis ſuæ, purgationē peccatorū faciēs: ſedet
ad dexteram maieſtatis eius in excelſis. tāto
melior angelis effectus: quanto differentius
prę illis nomē hæreditauit. Tu ergo dn̄e mi,
dominare in medio inimicorū, donec ponat
inimicos tuos ſcabellum pedū tuorū. Id qui-
dem ita fiet. virgam virtutis tuæ emittet dn̄s
ex ſion. An non euāgelicę prædicationis ver
bum, virga directionis & virga regni tui eſt?
Eſa.2.a. hāc emittet dn̄s ex ſion, ſicut etiā per Eſaiam
pręnuntiatū extitit, quia de ſion exibit lex:
& verbū domini de Ieruſalē. Nam quid for-
tius & virtute efficatius, q̄; lex domini imma
pſ.18.ve.8. culata cōuertens aīas: teſtimonium dn̄i fide-
le ſapientiā præſtans paruulis? ſed non oēs o-
Rom.10.c bediunt euangelio (ait Paulus) verbū enī cru-
cis pereuntibus ſtultitia eſt: his aūt qui ſalui
fiunt, ideſt nobis: Dei virtus eſt. Nos aūt (idē
1.Cor.1.d apoſtolus ait) prędicamus Chr̄m crucifixum,
iudæis quidē ſcandalū, gentibus aūt ſtultitiā:
ipſis aūt vocatis iudæis atq; gręcis: Chriſtum
Dei virtutem & ſapīam, &c, hanc igitur vir-
gam, idq; euāgelicæ prædicationis & crucis
(in qua moriens vicit) verbū: emittet dn̄s ex
ſion, per legatos ſuos apoſtolos in omnē ter-
Luc. vlt g. ram, prædicari ſcilicet in noīe eius pœniten-
tiam & remiſsionē peccatorū in oēs gentes,
incipientibus ab Ieroſolima: hinc etenim euā
gelij prædicatio incipiet, hinc primū exibit
emiſſa virtutis virga: & ad gētes ſe dilatabit.
huius virgæ forti perinde ac fauſtiſsimo &
fœlicisſimo ictu (iuxta Eſaiæ vaticiniū) dn̄s
Eſa.11.a. percutiet terrā. Et percutiet (inquit) terram
virga oris ſui: & ſpū labiorū ſuorū interfici-
ciet impium, quamuis & impij noīe antichr̄s
2.The.2.b poſsit intelligi, iuxta verbū apoſtoli, ſecundo
ad Theſalonicēſes ſcribentis. hæc vtiq; virga
potentiſsime Ieſu: tuæ, nō alienę virtutis eſt
aut poteſtatis: quippe qui verus Deus & ho-
Luc.24.c. mo es, vir potēs in opere & ſermone. Domi
nare nunc ergo in medio inimicorū tuorum:
donec, ſubiectione plena ponātur in ſcabellū
pedū tuorū. ponentur quidē. Interim tn̄ do-
Ephe 4.c. nec occurramus oēs in vnitatē fidei & agni-
tionis filij Dei, in virum perfectum, &c. Do
minare in illorum medio, qui Dei & hominū
mediator es. Sequitur.

*Tecum principium in die virtutis tuæ, in* 4.
*ſplendoribus ſanctorum: ex vtero ante lu*
*ciferum genui te.*

Omittimus nūc alias interpretū verſiones.
Certè archana ſunt verba: diuinum ſpūm re-
doléntia. Quæ pr̄is ad filiū videnť eſſe: & gn̄a-
tionē Chr̄i duplicem, æternā. ſ. ex pr̄e Deo, &
tp̄alem ex mr̄e virgine ſignificare. Nimirū pa
ter, qui prima eſt in trinitate perſona: quia à
nullo p̄cedit, principiū eſt, conſubſtantialem,
coæternū & coæqualē gn̄ans ſibi filiū ab ęter
no: qui etſi pſonæ diſtinctæ ſunt vti genitor
& genit': ſed quia eiuſdē ſunt eſſentiæ: pater
in filio, & filius in pr̄e, vnūq; eſſe dicuntur. ſic
etenim teſtať Chr̄s dicēs: pr̄ in me manēs: ip̄a Io.14.b.
facit opera. Nō creditis quia ego in patre: &
pater in me eſt? iterūq;: nō ſum ſolus: quia pr̄ Io.16.g.
mecū eſt. Tecum igiť (nunc ait) principiū qui
& pater tu' eſt: in die nō infirmitatis aſſum-
ptæ: ſed diuinę & magnificæ virtutis tuę. Nō
(inquam) humanæ & tp̄alis: ſed diuinæ atq;
æternæ gn̄ationis die, qui & hodie æternita-
tis eſt. tecū etiam eſt principatus & imperiū
humilime Ieſu. Apparebit tn̄ clarius q̄ tecū
ſit: in ſplendoribus ſanctorū, vbi videberis ſi
cuti es, ſplendor ſcilicet glorię, & figura ſub-
ſtantiæ eius, imago Dei inuiſibilis, primoge- Heb.1.a.
nitus omnis creaturę, quin & principium oīs Colo.1.c.
creaturæ. Ecce ex vtero, vt methaphorice lo Apo.3.c.
quar (ait pr̄ eternus) ideſt ex ſubſtantia ſecre-
ta, ante luciferū & luminaria cętera, quę ſunt
in ſigna & tp̄a, dies & annos: genui te. quod Gen.1.b.
eſt dictu, ante tēpora, ab æterno genui te: per
quē facta ſunt tēpora. vbi ergo ſol adeò relu
cet ęternus, vt participato eiuſdē gloriæ ſplē
dore reſulgeant ſancti, qui lumine ſapientiæ
& gr̄æ illuminati, conformes illi fiunt: ibi, q̄
De' ſis, q̄q́; tecū ſit principiū, à quo per ęter-
nam p̄cedis emanationem: cognitione clara
beat' quiſq; poterit intueri, q̄q́; ex vtero an-
te luciferū genui te, vnà mecū & cum ſpū ſan
cto profundentē omnē ſplēdorem ſanctorū.
quod nūc myſteriū per ſpeculū & in enigma
te fidei dūtaxat, viatoribus ſcrutari dať. Idq́;
tenuitati nr̄æ de æterna gn̄atione dixiſſe ſit
ſatis. De qua Eſaias ait: gn̄ationem eius quis Eſa.53.c.
enarrabit? ac ſi dixerit, nemo. q̄ ſi ad alteram
tp̄alem generationē quæ ex virgine mr̄e eſt
deſcendere velis: ſenſus erit. Etſi in die virtu
tis tuæ, qn̄ cū principe tenebrarū in cruce pē
dens cōgreſſus, vſq; adeò viſus ſis à me dere-
linqui, vt exclamans dixeris: Deus De' meus,
vt quid dereliquiſti me: tecū tn̄ principiū, in
infirmæ carnis adiutoriū tūc aderā: & in ſplē-
doribus ſanctorū ſuperiorē aīæ tuæ portionē
tecum beans, paſsioniſq́; tuæ meritū ad glo-
riam



riam ſanctorū & electorum acceptāſti. Ego.
n. ex vtero, ante luciferū genui te. Nec alium
præter me vnum verum pr̄em habes: quippe
qui in duab' naturis vnū es ſuppoſitū, idq; di
uinū: vnicus q; mihi fili' vnice dilect', in quo
mihi cōplacui. quem ante omnem creaturam
ex vtero virgineo naſciturū æterna prædeſti
natione decreui: ipſiq; lucifero, cæteriſq; om
nibus angelicis & humanis ſpiritib' antefecia
vt ante luciferum genitus foret: alijs omnib'
Io.1.d. antelatus. quale eſt illud Baptiſtę Ioannis: ip
ſe eſt qui poſt me vēturus, ante me factus eſt,
cui' ego nō ſum dignus vt ſoluā eius corrigiā
calceamēti. vel fortè his verbis innuit q̄ no-
ctu ſit conceptus, noctuq; hoc eſt ante lucife-
ri ortū ex vtero materno p̄greſſus: & à Da
uid rege progenitore ſecundū carnē ip̄e deſcē
dens. duplicē ergo p̄pheta ſanctus ſignat ex
tunc futurā in Chr̄o naturā, diuinam. ſ. & hu-
manā. Quamobrem in hæreticos alterutrā ne
Eſa.45.b. gātes: ita inuehitur Eſaias: vę qui dicit patri:
quid generas? & mulieri: quid parturis? quaſi
dixerit, vtrunq; reputās impoſsibile, & catho
licū dogma derides: quid tu pr̄ gn̄as tibi filiū
coęternū & coęqualē? Et tu mulier virgo ne
ſciens virū: quid ſine viri ſemine filiū verū
hoīem parturis ſine dolore? ſunt tn̄ qui hoc
verbum, ex vtero, &c. ita verterunt: A vulua
& ab aurora: tibi ros natiuitatis tuæ. Vt ſit
ſenſus: q̄ à conceptione ac Natali die ſit tibi
(etiā ſecundū q̄ homo) bonorū ac donorum
omniū affluētia. Attendis ne quā mirabilis ſit
prophetici ſpūs conſonantia? rumina nūc (pre
cor) Eſaie (quod pr̄miſim') vaticiniū. Ecce
eodem capite in hanc vocē eruperat ante, ro
rate cæli deſuper, & nubes pluāt iuſtum, ape-
riatur terra & germinet ſaluatorē, & iuſtitia
oriatur ſimul. lege totū caput. Nil. n. apertius
prænūciari potuit de ortu Chriſti. qui (vt ei'
Gal.4.a. apoſtoli verbis vtar) miſſus à pr̄e, factus ex
1.Cor.1.d. muliere: factus eſt nobis ſapiētia à Deo & iu
ſtitia & ſanctificatio & redēptio. Audiſti in
Chr̄o homine diuinæ pariter & humanæ gn̄a
tionis dignitatem: audi iam ſacerdotalem.

5. *Iurauit dominus & nō pœnitebit eum,*
*tu es ſacerdos in æternum: ſecundùm or-*
*dinem melchiſedech.*

Gen.14.c. Rei huius (in ea quę ad Hebreos eſt epiſto
Heb.7.a. la) apoſtolus meminit Paulus, vbi probare ni
titur, q̄ melchiſedech rex ſalē ſacerdos Dei
altiſsimi: typum Chr̄i geſſerit & figuram. tū
ex noīs interpretatione, q̄ rex iuſtitiæ inter-
pretetur & pacis, q̄q́; ei' non deſcribatur ge
nealogia: ſed ſine pr̄e, ſine mr̄e, ſine genealo-
gia, neq; initiū dierum neq; finē vitæ habens,
aſsimilatus aūt filio Dei: manet ſacerdos in

perpetuū. Sacerdotis eſt etiā benedicere, ſa-
crificiū offerre, decimaſq́; ab alijs accipere:
quas illi patriarcha dedit, ſciēs melius ſacerdo-
tium futurū in populo gentiū per Chr̄m con-
uocato. quia euangelicū: quā leuiticum de lū
bis eius naſciturū. At verò melchiſedech, non
nulli tradunt Chananeū ac gentilē hominē: iu Hieron. in
dęi verò Sem primogenitū Noe fuiſſe affir- epiſtola.5.
mant. ideoq; ſacerdotē dici Dei altiſsimi: q̄ à ad euagriū
Noe vſq; ad ſacerdotiū Aarō, oēs primogeni pte.2.tra.1.
ti de ſtirpe Noe, ſacerdotes fuerint. Is (vt illi
ſupputant) abrę, decimi gradus nepoti ſuo, re
uertēti à cede regū, obuiam exijt: proferens Gene.14.c.
panē & vinum (erat enim ſacerdos Dei altiſ-
ſimi) benedixitq́; ei & ait: benedictus Abram
Deo excelſo, &c. protulit quidē, quę ante vti
ſacerdos altiſsimo Deo obtulerat. quod ita
eſſe apparet: quia ocioſè & fruſtra (niſi ī hūc
ſenſum) annecterentur hæc verba, Erat enim
ſacerdos Dei altiſsimi: & deinde ſub coniun-
ctione adderetur: benedixitq; ei, &c. quāob-
rem huius diuinæ ſcripturæ ſeriē attēde: quo
oblatrātibus hæreſiarchis, & in apoſtolum ſa-
croſanctamq́; eccleſiam inuehentibus: vel ex
ipſo verborum ſonitu ſatisfacere queas: Et
melchiſedech primū Deo obtuliſſe, ac dein-
de abre panē & vinū protuliſſe conuincas.
ſcripturæ verba ſunt. Egreſſus eſt aūt rex ſo-
domorū in occurſum ei' (abre ſcilicet) poſtq̄
reuerſus eſt à cede chodorlaomor, & regum
qui cum eo erāt in valle Sabe, quæ eſt vallis
regis. ſequitur, At verò melchiſedech rex ſa-
lem: proferens panē & vinū (erat enim ſacer-
dos Dei altiſsimi) operępreciū eſt repetas, vt
perfectus ſit verborū ſenſus: egreſſus eſt etiā
in ocurſum eius, vt deinde cōgruè ſequať: be
nedixitq; ei & ait, &c. de hoc igitur ſacerdo-
tij ordine: iurauit dn̄s, & ſub irrefragabili at-
teſtatione pollicitus eſt, dicēs dn̄o meo: tu es
ſacerdos in ęternū ſecundū ordinē melchiſe-
dech. cui nullū aliud alteri' generis ſuccedet Gen.6.b.
ſacerdotiū. oſtendit. n. hoc firmū eſſe: ſecun- 1.Reg.15.c.
dum immutabilitatē diuini cōſilij. Non qui-
dem pœnitebit vnq̄, q̄ te ſummū conſtitue-
rit ſacerdotē, ſicut olim pœnitere dixit, q̄ fe
ciſſet hominē: Saul regē. Nam huiuſmodi pol
licitationē nō retractabit. firm' eſt enim pro-
pheticus ſermo. dixit vir cui conſtitutum eſt
de Chriſto Dei iacob, egregius pſaltes Iſrael: 2.reg.23.a.
ſpiritus dn̄i loquutus eſt per me, & ſermo ei'
per linguā meam dixit. pauciſq; interiectis ad
iungit: nec tanta eſt domus mea apud Deum:
vt pactum ęternū iniret mecū, firmum in om
nibus atq; munitū. Acſi diceret: non mihi ſer
uo ſuo iurauit dn̄s, Non mihi ſacerdotiū ęter
num promiſit: ſed Chr̄o ſuo, dn̄o meo de me
naſcituro, hoc æterni ſacerdotij mun' per me
pollicitus

polliciꞇus eſt:ſicut ſimili atteſtatione promiſ
Gen. 22.d. ſum eſt abre, ꝙ in hoc ſuo ſemine quod eſt
Chr̃s:benedicentur oẽs gentes terræ.hoc igi-
tur ſacerdotio functus,ſacerdos in æternum
Gal.3.b. Chr̃s dñs,ſecũdum ordinẽ melchiſedech:pa-
nem & vinum obtulit,& abrae protulit.Erat
enim ſacerdos Dei altiſsimi,& altiſsimi fili⁹:
qui ſe obtulit patri, & ſub ſpecie panis & vi-
ni,ſui corporis & ſanguinis inſtituit ſacramẽ
tum:illudq; protulit patri cunctarũ gentium
per fidem,eiuſq; poſteritati. Reuertẽti tamẽ
à cede tyrannorũ:hoc eſt(iam deuictis hoſti
bus)digne ſumẽti:in viaticum & ſalutarẽ ani
mæ refectionẽ.benedixitq; ei gratiam confe
rens:& gloriam promittens.Sequitur.

6. *Dominus à dextris tuis: confregit in die iræ ſuæ reges.*

Hic deſcribitur regia Chr̃i poteſtas.ſiue ad
filium ſiue de filio loquatur, vtrũq; verũ eſt.
dicat ergo illi dño ſuo, cui dixit dñs, ſede à
dextris:cuiq; iurauit dicẽs,Tu es ſacerdos in
ęternũ.dñs à dextris tuis eſt:ideo intẽde pro
Pſ.44. ſpere,procede & regna(vel quod ap̃ſti⁹ ap-
paret)patrem ęternũ de filio ſuo alloquat̃ re-
gius pſaltes & dicat,Ecce dñs meus cui dixe-
ras ſede:iam ſedet à dextris tuis.Iam vti po-
tentiſsimus rex:cõfregit in die iræ ſuæ reges
in eũ rebellãtes. Eos ſcilicet reges terræ qui
Pſ.2.ve.2. aſtiterũt:& principeſq; conuenerunt in vnũ,
aduerſus dñm & aduerſus Chr̃m eius:hos qui
dem in modũ irati regis,in manus tradidit ro
manorũ. Niſi fortè pręteritũ loco futuri ſit
poſitũ,propter certitudinẽ prophetiæ, vt ſit
ſenſus,confringet vaſa iræ in illa iudicij die:
Sopho.1.d de qua ſophonias ait:dies irę dies illa,dies tri
bulationis & anguſtiæ,dies calamitatis & mi
ſeriæ,dies tenebrarũ & caliginis, dies nebulæ
& turbinis,dies tubæ & clangoris,&c. ſequit̃
iudiciaria poteſtas.

7. *Iudicabit in nationibus,implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.*

veniet quidẽ veniet,tempus illud:de quo
apoſtolus Corinthijs ſcribens ait:Nolite ante 1.Cor.4.a.
tempus iudicare:quo vſq; veniat dñs,qui illu
minabit abſcõdita tenebrarũ, & manifeſtabit
conſilia cordium:& tunc laus erit vnicuiq; à
Deo.Tũc iudicabit nationes,oues ab hædis,
& iuſtos ab iniuſtis impijſq; diſcernẽs.Et im
plebit ruinas:dum electi aſſumentur in ordi-
nes angelorũ;vt eas ſedes obtineant;quas ipſi
dæmones infœliciſsimo caſu ruentes,perdi-
derunt.Et conquaſſabit capita multorum ſu
perbientiũ erecta in terra:quũ eos perpetuis
ignib⁹,ſub capite ſuo Sathana tradiderit cru-
ciandos,quamuis in bono,tunc in hoc ſeculo
multorũ capita quaſſari dicantur;quũ ipſorũ
vitia diſsipantur.Sequitur.

8. *De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.*

Quòd ſi quæras, vnde Chr̃o homini tanta
prouenerit dignitas? quo merito hæc omnia
cõparauerit?Adeſt in promptu ſatisfactio.de
torrẽte paſsionis turbulẽto bibet in nr̃æ mor
talitatis via,factus obediens vſq; ad mortem:
mortẽ autẽ crucis.ꝓpter quod & Deus exal Phil.2.a.
tauit illum.Expectent nunc igitur iudæi cæ
cucientes ac delirantes meſsiam ſuum opib⁹
delitijſque affluentem atq; huius ſeculi ſu-
perbia & faſtu potentem illiſq; per hæc me-
dia, redemptionẽ & ſalutem afferentem,fal-
luntur vtiq;. Audiant principem eccleſiæ Pe
trum illis dicentem.De qua ſalute exquiſie- 1.Pet.1.b.
runt atq; ſcrutati ſunt prophetæ : qui de fu-
tura in vobis gratia prophetauerunt : ſcru-
tantes in quod vel quale tempus ſignificaret
in eis ſpiritus Chriſti: pręnuntians eas quæ
in Chriſto ſunt paſsiones, & poſteriores glo
rias,&c. Ecce Chriſtus Ieſus inclinauit ſe in
aſſumptæ carnis humilitate vt biberet eas:
propterea caput extulit in gloria. In qua vi-
uit & regnat Deus,per infinita ſeculorum ſe-
cula.Amen.

EPILOGVS. PSALM. 109.

DIXIT *dominus domino meo:ſede à dextris meis.Eternus pater,coæternũ ſibi & coæqualem ab æterno generauit filiũ:id quidẽ dicere patri eſt,& Chriſto dño à dextris ſedere,ſecũdum diuinitatẽ.At ſecundùm naturã aſſumptam:ſedere à dextris:eſt gaudere potioribus bonis.Et dicere patris:exaltare Chriſtũ,ipſumq; in cælos aſcendentẽ ad dexterã ſuam collocare. ſic ergo dixit dñs pater Chriſto ſuo dño meo ſede à dextris meis,donec ponam inimicos tuos ſub pedibus tuis, proterendos quidem & cõculcandos.tunc enim maximè ab oĩbus cognoſcetur,te ad dexteram meã uti mihi coæqualẽ & coæternũ ab æterno ſediſſe. Audi nunc igitur dñe mi. uirgã uirtutis tuæ emittet dñs ex ſion,per orbẽ terræ diſſeminandã:tu dñare in medio inimicorũ tuorũ illos humilians & tuæ fidei ſubdens atq; ditioni,procede & regna:qui Dei & hominis es filius.Ecce pater tecũ eſt ĩ die uirtutis tuæ, unus etiã cum ſpũ ſancto Deus:beatificans ſanctos in gloria.Et pater ipſe, te uerbũ ſuum ex propria ſubſtantia in æternitate producens:ait.Ex utero ante luciferum genui te.Quid de te uerò etiã homine dicã?Iurauit dñs & non pœnitebit eum.tu es ſacerdos in æternũ,ſecũdum ordinẽ melchiſedech. Te quidem ſummũ ſub cõteſtatione ſtatuit ſacerdotẽ,perpetuò duraturum:qui panis & uini, digniſſimã ſcilicet corporis & ſanguinis tui illi offeras oblationẽ.Et is dñs à dextris tuis erit:quum ueneris denuo iudica-*



Pſ.2.ve.10. *turus orbẽ.Nũc ergo reges intelligite,erudimini oẽs,qui iudicatis terrã.porro tũc cõfringet dominus meus in die iræ ſuæ reges.Nam reget eos in uirga ferrea:& tanquã uas figuli confringet eos.Iudicabit utiq; in nationibus,& implebit ruinas,ſedesq; uacuas cadentium olim angelorum:& multorũ capita impiorum cõquaſſabit;ſuperbos deijciens in infernum.Nimirum ipſe humilimus, qui exinaniuit ſemetipſum factus obediens uſq; ad mortem:de torrente paſſionis bibet celeriter per triduum tranſeunte:propterea exaltabit caput,à mortuis reſurgens,in cælum aſcendens, atq; ad dexterã patris ſedens:quamobrem,non ſemel aut iterum,ſed milies in eius laudem, me ipſum totum effundam.*

PSALM. 110.

CONFITEBOR tibi domine in toto corde meo: in conſilio iuſtorũ & congregatione.

Huic pſalmo titulus eſt allel-
luia,ſuperius elucidat⁹:quideo
huic pſalmo præponitur, ꝙ totus ſit in Dei
laudem,ſuper magnificis & electiſsimis Dei
operibus compoſitus,incipiens à laude, & in
laude finit⁹.Magno etiã cum tripudio in cœ-
tu fideliũ publicè decantãdus. Eſt etiã apud
Hebreos:in vnoquoq; verſu, alphabeticis li
teris per ordinẽ annotatus.hoc tñ nec greca
nec latina ſeruauit editio. quod ſimili modo
haberi in ſequenti pſalmo:his qui hebraice
ſciunt,peruiũ eſt.Miratur igit̃ propheta ma-
gna & exquiſita opera dñi: & ſeſe totum in
eius laudes effuſurũ proteſtatur dicens:Cõfi
tebor tibi dñe in toto corde meo.Non dimi-
diato cordis affectu:ſed toto niſu atq cona-
tu,viribuſq; totis,coniunctus pſalẽtibus eiuſ
dem fidei cõſenſu & charitatis coagulo : tibi
laudẽ dicam.Id quidẽ tibi gratius erit:quod
vnanimi voto,in cõgregatione & cõcilio iu-
ſtorum, ad laudem tui nominis,voce libera
fuerit decantatum.Sequitur.

2. *Magna opera domini: exquiſita in omnes voluntates eius.*

Nempe ſunt opera Dei magna,quę vel mo
dus ipſe operandi commendat maxime.quia
Pſ.148.v.5. ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & crea
pſ.134.ve.6 ta ſunt:& oĩa quęcũq; voluit dñs fecit in cęlo
& in terra;in mari & oĩbus abyſsis.At nõ oĩa
nunc canere libet:ſed exquiſita duntaxat, &
electa,inter oẽs voluntates eius.quippe quæ
digniora ſunt:& maiore conſideratione atq;
indagine exquirenda.qualia ſunt illa quæ hu
mani generis redẽptionem,& impij iuſtifica
tionem concernunt.hoc non obiter quaſi tri
uialia: ſed toto mentis acumine, & pia fide
contẽplanda ſunt,ac ſummis laudibus extol-
lenda, vti amoris plena, & quæ exuberantia
diuinæ charitatis viſcera vel maxime nobis
oſtendunt.Sequitur.

3. *Confeſſio & magnificentia opus eius: & iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi.*

Adeò magnificũ eſt opus,quod ad nos ve
niens operatus eſt dñs,& humanã omnem ſu
perat laudẽ:vt laus ipſa & magnificentia dici
poſsit. Et in hoc ſui ipſius laus eſt,confeſsio,
& magnificentia; ꝙ à Dei(non ſatis laudata)
magnificentia,huiuſmodi opus prodijſſe cõ-
ſtat.Non quidẽ meritũ noſtrũ:ſed Dei magni
ficẽcia fuit, ꝙ Chr̃s cũ adhuc infirmi eſſemus Rom.5.a.
(ſecundũ tẽpus)pro impijs mortuus eſt, &c.
O mira inenarrabiliſq;, nec à ſeculo vnq̃ ſimi
lis audita iuſtitia?qua iuſtus occiditur: vt im 1.Pet.2.d.
pius iuſtificetur.quippe qui peccata nr̃a ipſe
pertulit in corpore ſuo ſuper lignũ,vt pecca-
tis mortui,iuſtitiæ viuamus,benedictũ lignũ
per quod talis fit iuſtitia, hæc quidem nuſ- Sapi.14.a.
quam è pectore meo labetur.Quamobrẽ ad-
ijciam ſuper omnẽ laudẽ tuam Deus. os meũ pſ.70.v.15
annũtiabit iuſtitiã tuã:Tota die ſalutare tuũ.
quoniã nõ cognoui literaturã,introibo in po
tentias dñi:domine memorabor iuſtitiæ tuæ
ſolius,quandoquidẽ hic grandis eſt copia &
materia laudis.Cõfeſsio vtique & magnificẽ-
tia opus eius;& iuſtitia eius manet in ſeculũ
ſeculi.Nam Chr̃s ſemel oblatus eſt ad multo-
rum exhauriẽda peccata:& vna oblatione cõ Heb.9.g.
ſummauit in ęternũ ſanctificatos, ait Paulus, Heb.10.c.
Ipſeq; dñs per Iſaiam ait:ſalus mea in ſempi- Eſa.51.b.
ternũ erit:& iuſtitia mea in generationes ge-
nerationũ,quę & natis ꝓderit & naſcituris,
ſufficiens omnibus medicina.Sequitur.

*Memoriam fecit mirabilium ſuorũ, miſericors & miſerator dominus: eſcã dedit timentibus ſe.* 4.

Corporis & ſanguinis ſui ſub ſpeciebus pa
nis & vini, inſtituit dñs ſacramentũ: vt col-
latorũ omniũ in nos beneficiorũ, memoriale
ſit recordatiuũ.quod ſub oculos habẽs:ſacro
ſancta eius in canone miſſę ait eccleſia. vnde
& memores dñe nos ſerui tui, ſed & plebs
tua ſancta,eiuſdẽ Chriſti filij tui dñi Dei nr̃i,
tam beatæ paſsionis,nec non & ab inferis re-
ſurrectionis:ſed & in cęlos glorioſę aſcenſio
nis,&c.dixerat enim dñs:hoc facite in meam Luc.22.b.
cõmemorationẽ.Et in ea quæ ad Corinthios
prima eſt epiſtola Paulus:quotieſcunq enim 1.Cor.11.c.
manducabitis panẽ hunc,& calicem bibetis.
mortẽ domini annũtiabitis,donec veniat.Mi
ſericors igitur & miſerator dñs,qui in chari- Hier.31.a.
tate perpetua dilexit nos, vt nos ad ſe trahe-
ret miſerans:carnẽ ſuam in ſpiritalẽ nobis cõ
tulit

tulit eſcam, quo memoriã nobis fecit ſuorũ
mirabiliũ. qui nam (obſecro) hoc memoriale
habentes: mirabiliũ & miſerationum dñi po-
terunt obliuiſci: qui non meditetur, quã mira
biliter naſcens ſe nobis dedit in ſociũ, quã li-
benter moriẽs, in preciũ: quã ardẽter diligẽs
in eduliũ, qui deniq; nunc regnans, abundãter
ſe ſe offerat in præmiũ? vt ponat in Deo ſpem
Pſ.77.v.9. ſuã: & non obliuiſcatur operũ Dei, & manda
ta eius exquirant. Ne fiant ſicut patres eorũ,
generatio praua & exaſperãs. qui obliti ſunt
benefactorũ eius: & mirabilium quæ oſtẽdit
eis. quiq; vt idẽ apoſtolus in eadem epiſtola
1.Cor.10.a ait: omnes ſub nube fuerunt, & oẽs mare trã
ſierunt, & oẽs in Moyſe baptizati ſunt in nu
be & in mari, & omnes eandẽ eſcã manduca-
uerunt, & omnes eundẽ potũ ſpirituale bibe
runt. bibebant autẽ de ſpirituali conſequente
eos petra: petra autẽ erat Chriſtus. ſed non in
pluribus eorũ beneplacitum eſt Deo. Nã pro
ſtrati ſunt in deſerto. hæc autẽ in figura facta
ſunt nrĩ. Caueamus igit̃ ne hoc mirifico abu-
tamur ſacramento: ne quis in id ipm iudiciũ
incidat damnationis. Itaq; quicunq; mãduca-
uerit panẽ hunc, & biberit calicẽ dñi indignè
1.Cor.11.g (ſubinfert idem Paulus) reus erit corporis
& ſanguinis dñi: probet autẽ ſe ipſum homo:
& ſic de pane illo edat: & de calice bibat. qui
enim manducat, & bibit indignè: iudicium ſibi
manducat, & bibit: non diiudicãs corpus dñi.
At contra pro humana fragilitate, dignè in ti
more & tremore ſumentes: memoriam abũ
Pſ.144.v.7 dantiæ ſuauitatis ſuæ eructabũt, & iuſtitia ſua
exultabunt. Sequitur.
5. *Memor erit in ſeculum teſtamenti ſui:*
*virtutem operum ſuorum annũtiabit po*
*pulo ſuo.*
Hoc admirabile ſacramẽtum: teſtamẽtum
Luc.22.b. dñi eſt, dicẽte Chriſto: hic eſt calix nouũ te-
ſtamẽtũ in ſanguine meo, hoc ideo, ꝙ ſan-
guis eius quo teſtamẽtum nouũ cõfirmatum
eſt: in eo veraciter cõtinetur. huius igit̃ in ſe-
culũ memor erit ſacramẽti: in quo vtiq; ſpo
põdit, nobiſcum ſemper eſſe futurũ. Ita enim
quaſi iam vale dicens: fidelibus ſuis in cælum
aſcẽſſurus ait: Ecce ego vobiſcum ſum omni
bus diebus: vſq; ad cõſummationem ſeculi. vt
vel in hoc excellẽtiſsimo opere cõpendiaria
quadã enarratione, vel potius (ſi dixerim) tã
tæ rei admiratione: virtutẽ operum ſuorũ an
nũtiet populo ſuo. Audi iam diuini verbi vir-
tutem. verbo dñi cæli firmati ſunt; & ſpũ oris
eius omnis virtus eorũ: & ad ſacerdotis ver-
bum, panis & vinũ in Chrĩ corpus & ſangui-
nem, virtute diuina cõuertuntur. qui ergo ſo
lo verbo creauit omnia: ſolo etiã verbo, hoc
mirabile conficit ſacramentum: in quo totus
Chriſtus adeſt, tot' in toto, & in qualibet par
te totus. In hoc etiã ſacramẽto: Chrs Dei vir
tus, per quẽ fecit & ſecula, qui mortuus eſt, 1.Cor.1.d.
imo qui & reſurrexit, quiq; eſt ad dexterã Ro.8.g.
Dei, qui etiã interpellat pro nobis: fideli &
chriſtiano populo annunciat, ſicut ipſe virtu
tem operũ ſuorum per ſanctũ euãgelium ſuũ
iuſsit annunciari. Memor erit etiã in ſeculum
teſtamenti & pacti ſui antiqui: hoc ſacramen
tum inſtituẽs, quod eſt figurarum omniũ im
pletiuũ: ita vt figuræ, hoc reſpõdeat figuratũ.
*Vt det illis hæreditatem gentium: opera* 6.
*manuum eius veritas & iudicium.*
Hæc inſtitutionis & annunciationis cauſa:
vt coheredibus ſuis æternã Chrs tribuat here
ditatem, per tẽporalem alterã gentiũ figura-
tam. Cuius meminit Paulus in ea quæ ad He-
breos eſt epiſtola dicens: Ideo noui teſtamẽ- Heb.9.d.
ti mediator eſt: vt morte intercedẽte, in redẽ-
ptionẽ earum præuaricationũ quæ erant ſub
priori teſtamẽto, repromiſsionẽ accipiãt, qui
vocati ſunt æternæ hæreditatis. Nã opera ma
nuũ eius: veritas & iudiciũ, vera quidẽ & iu-
ſta, lex enim per Moyſem data eſt; grã & veri- Io.1.
tas per Ieſum Chrm facta eſt. Iam, nõ vmbra,
non ſignum, nõ figura: qualis typicus ille fuit,
agnus, manna, cruſtula abſq; fermento, panes
propoſitionis, ſubcinericius heliæ panis, & ſi
quæ ſunt alia huius farinæ vmbratica, quæ hoc
ſacramentũ præceſſerunt. In quo non tanquã
in ſigno: ſed verè & realiter Chrs dñs cõtine
tur. quia opera manuũ eius non falſa ſed vera
ſunt: quæ dignè ſumẽtibus veram hæreditatẽ 1.Pet.1.a.
præſtant incorruptibilẽ & incontaminatã &
immarceſibilem, cõſeruatam in cælis: cæteris
verò perpetuæ iudicium damnationis.
*Fidelia oĩa mandata eius, cõfirmata in ſe-* 7.
*culũ ſeculi: facta ĩ veritate & æquitate.*
Omnia ſiue noui ſiue veteris teſtamẽti mã
data, fidelia ſunt: ſe ſe inuicẽ reſpiciẽtia. Et li-
cet antiquata illa imperfecta fuerint: hæc tñ
nouæ legis, cõfirmata ſunt & ſtabilita. Nihil
falſum, nihil graue, rigidũ, aut nimis difficile, 1.Io.5.a.
cõtinentia: ſed facta in veritate & æquitate,
rationis rectæ dictamini cõformia & ſani ca
pitis arbitrio: atq; fidelia in promiſſorũ adim
pletione: confirmata etiam miraculis, & vſq;
ad finem ſeculi duratura. Sequitur.
*Redemptionẽ miſit dominus populo ſuo:* 8.
*mandauit in æternum teſtamentum ſuũ.*
Redemptionẽ miſit populo ſuo. Nempe re
demptor à patre miſſus eſt: qui & ipſam ope 2.Thi.1.b.
ratus eſt. qui dedit ſemetipſum redemptionẽ
pro omnibus: quiq; factus eſt nobis ſapientia 1.Cor.1.d.
à Deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, & redem-
ptio.



ptio. vt (quẽadmodũ ſcriptũ eſt) qui gloriat̃,
in dño glorietur ait Paulus. An nõ corpus af
fixum cruci & Chrĩ ſanguis effuſus: humanæ
fuit preciũ redemptionis? hanc igitur non ty
ranno principi tenebrarũ, ſub quo captiu' po
pulus tenebatur; ſed ipſi electorum populo
miſit dñs: & per legatos apoſtolos ſuos, teſta
mentũ ſuum æternũ, cui alterũ non ſuccedet,
prædicari mandauit. Redemptionẽ miſit, po-
puloq; legauit hæredi: mãdauitq; veluti æter
num, teſtamentũ ſuum cuſtodiri. Quod ſi te-
ſtatoris nomen quæras.
9. *Sanctum & terribile nomen eius: initiũ*
*ſapientiæ timor domini.*
Eſt enim Deus & homo, aduocatus & iu-
dex timẽdus & diligendus: quia omnipotens
Pſ.98.v.3. & benignus. ſic alibi iſdẽ pſaltes ait: confiteã-
tur nomini tuo magno, quoniam terribile &
ſanctum eſt: & honor regis iudicium diligit:
Initiũ quidẽ ſapientiæ eſt, ſi Deum timeas: vt
hinc ortus inſurgat timor dñi ſanctus, perma
nens in ſeculũ ſeculi. Nec enim perfecta cha-
ritas, hũc ſanctum & filialẽ foras expellit ti-
morẽ. Illum igitur time iudicẽ: & dilige ad-
uocatũ. time ſimul & ama: quem agnoſcis do
minum, patrẽ, ſimul & redemptorẽ. Nõ tan-
tum ſigno aut verbo: ſed & corde & opere.
Audi dñm dicẽtem: non omnis qui dicit mihi
domine domine, intrabit in regnum celorũ: Mat.7.c.
ſed qui facit voluntatem patris mei, qui in cæ
lis eſt. Et nunc pſaltes ait.
*Intellectus bonus omnibus facientibus eũ:* 10.
*laudatio eius manet in ſeculum ſeculi.*
Non ineptè timorem initialem: intellectũ
bonum appellat. Nam qui bonum quod intel
ligunt, efficaci opere complẽt: his intellectus
bonus eſt, cæteri vero fatui cẽſendi ſunt. Illi
quidẽ Deum veraciter timere dicuntur: qui
illi in omnibus parere, & mandata eius imple
re ſatagunt. huius ſancti timoris laus, non vti
mundana peribit: quin manet potius in ſecu-
lum ſeculi. laus enim impiorum breuis eſt: &
gaudium hypocritæ ad inſtar puncti, ait ſo- Iob.20.a.
phar apud Iob. Vir autẽ fidelis, multũ lauda- Pro.28.c.
bitur. ſcriptũ eſt etiã, ſapiens timet: & decli-
nat à malo. profecto quia intellectus bon' eſt Pro.14.b.
non audiẽtibus tantum: ſed facientibus eum,
dum per illum ad veram ſapientiam aſcen-
dunt. quibus erit laus, in ſeculorum ſecula.
Amen.

## EPILOGVS PSALM. 110

CONFITEBOR *tibi domine, in toto corde meo: in concilio iuſtorum & congrega*
*tione. Nam quæ fit integro corde, & in cœtu iuſtorum, eadem fide, ſpe & charitate co-*
*euntiũ: hæc tibi dñe grata eſt cõfeßio laudis. ſunt enim magna opera dñi, & ſecretiora*
*quædã exquiſita excellentioraq;: ut pote incarnationis uerbi, cæteraq; humanæ redem-*
*ptionis opera, inſtitutionis euchariſtiæ, in obtinendæ futuræ hæreditatis pignus: atq; his*
*ſimilia, quæ alia ſuperant dignitate. hæc non ſolùm laudabilia: uerùm etiã laus ipſa (ſi liceat) dici poſ-*
*ſunt, q, mox nominata, cedant in Dei laudẽ, & ſummã illius indicent bonitatẽ. Atqui cõfeßio & ma*
*gnificentia opus eius: illud ſcilicet copioſæ redẽptionis. Et iuſtitia eius qua pro impijs mortuus eſt ut im*
Heb.9.g. *pios iuſtificaret: hæc utiq; manet in ſeculũ ſeculi, ad multorũ exhaurienda peccata. quid aliud mirabile*
*opus referam: quo memoriã fecit mirabiliũ ſuorũ miſericors & miſerator dñs, quum eſcã ſui corporis*
*dedit timentibus ſe: ut nobiſcũ eſſet in ſacramẽto (iuxta ſuæ promißionis uerbum) uſq; ad conſummatio*
*nem ſeculi? Nempe dixit fidelibus & adimplebit: ac memor erit in ſeculũ teſtamenti ſui: & uirtutem*
*operũ ſuorum (uel hac compendiaria narratione) annuntiabit populo ſuo. Inſtitutũ eſt enim hoc ſacra*
*mentum: quaſi memoriale paßionis, reſurrectionis, & aſcẽſionis, omniũq; aliorum mirabiliũ conten-*
*tiuum, & figurarũ impletiuum: ut det illis hæreditatẽ gẽtium, toties ſub legis cortice promiſſam. Nam*
*opera manuũ eius: non ſolùm ſigna: ſed uera & iuſta, immò ueritas & iuſtitia ſunt. fidelia utiq; fuere*
*omnia mandata eius: quæ hæc excellentißima ſacramẽta præſignarunt. At quæ ſucceſſerunt: cõfirmata*
*ſunt in ſeculum ſeculi, facta in ueritate & æquitate. Redemptionẽ quippe uerã & copioſam, miſit dñs*
*populo ſuo: & mãdauit in æternum, teſtamentum ſuum nouũ cuſtodiri. Equum eſt igitur & rationi cõ*
*ſentaneum: tam benefico dño confiteri, ipſumq; ſimul diligere, & timere: cuius ſanctum & terribile no*
*men. Eſt enim initium ſapientiæ timor domini: quandoquidẽ hoc initio ad ueram ſapientiam perueni-*
*tur: cum intellectus bonus ſuccedat timoratis omnibus faciẽtibus eum. Cuius timoris laus (eò q, iam ſan*
*ctus ſit, tranſieritq; in amorẽ) nõ eſt peritura: quin manet potius in ſeculũ ſeculi. Nam is in ſpe beatus*
*eſt: qui timet dominum & obſequitur illi.*

## PSALM. 111.

B*Eatus vir qui timet dominũ: in mandatis eius volet nimis.*

Huic pſalmo titulus eſt: allelluia reuerſio-
nis aggei & zachariæ: eò ꝙ futuram illam in
reædificatione tẽpli ſpũalis (quæ impij iuſtifi
catio eſt) Dei laudẽ maximamq; lætitiã expri
mat: immò lõgè maiorẽ, quã ageus & Zacha
rias prophetæ poſt Babilonicã captiuitatẽ de
Hieroſolimitani tẽpli reparatione reuertẽtes
ad natale

ad natale ſolum habuerũt.de quo gaudio mẽ
1.Eſdræ 15. tio fit apud Eſdram : & Chr̃s in euãgelio ait,
Luc.15.b. ꝙ gaudiũ erit coram angelis Dei ſuper vno
peccatore pœnitentiã agente.dicit ergo pſal
tes: beatus vir qui timet dñm. Et hic primus
huius ſpũalis ædificij lapis:quia initiũ ſapien-
tiæ timor dñi.ſit ſecundus,ꝙ in mãdatis eius
velit nimis.Ideſt toto mentis affectu,totiſq;
viribus mandata eius ſeruet.Et ecce ędificiũ
cõpletum eſt, & quod ante deſtructũ: fit de
Ecc.vlt.d. nuo reparatũ.Audi quid dicat ſapiens, finem
loquendi pariter oẽs audiamus.Deũ time, &
mandata eius obſerua:hoc eſt oĩs homo. Ille
igitur in ſpe cenſendus eſt beatus : qui timet
dñm,& præcepta illius conatur implere.pri-
mum quidẽ à malo cohibet: ſecundũ verò o-
peratur bonũ.quæ duo hominẽ etiã in hac vi
ta vtcunq; beatũ efficiunt:dum certam ſpem
illi offerũt,æternę alterius adipiſcẽdæ.ò quã
ſuauis & benignus es dñe Ieſu?qui etſi mãda-
Pſa.118.octo.v.4. ſti mandata tua cuſtodiri nimis:& illa maxi-
me quę ſubuentionẽ proximi propter te fa-
Mat.25.c. ciendã concernunt,quæ & maximè commen
daſti:affectum tñ magis reſpicis quã cenſum,
Ideòq; per prophetã tuum non dixiſti faciet,
ſed volet nimis:eòꝙ ſi facultas deſit.volũtas
tibi ſit ſatis. Et in his exequẽdis, non exiguã
etiã delectationẽ poſuiſti : quod fortè ſonat,
volet nimis.Is etenim beat' cẽſendus eſt, qui
ſpontaneè:hilariter,ac recte operans,delecta
tur:& ſibi ipſi complacet in diuinorum man-
datorum adimpletione.Sequitur.

2. *Potens in terra erit ſemen eius: generatio*
*rectorum benedicetur.*

Huius ſcilicet viri Deum timentis & man
data eius nimis adimplere cupientis: potens
erit ſemen,& diuitiarũ habundãs.Nam qui ſe
minat in benedictionibus: de benedictionib'
& metet, vnuſquiſq; pro vt deſtinauit in cor
2.Cor.9.b de ſuo(ait Paulus)Non ex triſtitia aut ex ne-
ceſsitate:hilarẽ enim datorẽ diligit De',&c.
An non habundanter metet:qui centuplũ ac-
Matt.19.d cipiet,& vitã æternã poſsidebit?quiq; & po-
ſteris temporalia:& ſibi promeretur æterna?
pſ.36.v.26. Iunior fui,etenim ſenui (ait Dauid ſanctus)
& non vidi iuſtum derelictũ, nec ſemen eius
quærens panem.Tota die miſeretur & cõmo
dat:& ſemẽ illius in benedictione erit. potẽs
etiam in terra erit ſemen eius.Ii etenim quos
Chr̃o per bonæ operationis exemplũ genue-
rit filios:gratia Dei adiuti adeò potẽtes erũt:
vt numulo,aut frigidæ aquæ vaſculo, cęlum
emere poſsint.quorũ gñatio ſpũalis, eòꝙ in
ſimplicitate cordis ambulauerint:numero &
meritò multiplicabitur atq; præmio:cũ Chri
Mat.25.c. ſtum audituri ſunt dicentem: venite benedi-
cti,&c.potens igitur erit in terra ſemen : ſed
potentior erit generatio in regeneratione:cũ
ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ. Mat.19.d.
*Gloria & diuitiæ in domo eius: & iuſti* 3.
*tia eius manet in ſeculum ſeculi.*

A manu Dei ſiniſtra, ſunt bona:quæ velut
trãſeuntia,nõ magni habẽda ſunt,niſi pro quã
to ad Dei honorẽ & proximi ſubuentionẽ cõ
ducunt:ſi bene illis vtamur.At verò ſunt alia
permanẽtia,de vtriſq; ait ſapiens : longitudo Pro.3.b.
dierũ in dextera eius:& in ſiniſtra illius diui
tiæ & gloria.Et nũc pſaltes,gloria & diuitiæ
in domo eius:& iuſtitia eius manet in ſeculũ
ſeculi.Niſi hoc totũ,adhuc in hoc ſeculo ſpi-
ritaliter intelligendum ſit.gloria nr̃a (inquit
Paulus)hęc eſt,teſtimoniũ conſcientiæ nr̃æ. 2.Cor.1.c.
virtutes etiã,non ſemel diuitias ſpiritales ap
pellat.gr̃as ago Deo meo (eiſdem Corinthijs
ſcribens ait)quia in omnib' diuites facti eſtis 1.Cor.1.a.
in illo,in omni verbo & in omni ſcĩa:ita vt ni
hil vobis deſit in vlla gr̃a,&c. Hæ igit̃ gloria
& diuitiæ ſunt in interiore cõſcientiæ domo
timentis Deũ:& mãdata cuſtodiẽtis.Nec iu-
ſtitia illius peribit apud dñm;quin permane- Mar.9.f.
bit potius in ſeculum ſeculi. Non enim ꝑdet
mercedem ſuam is cui repoſita eſt corona iu 2.tim.vl.b
ſtitiæ : quam reddet ſibi dominus in illa die
iuſtus iudex.Sequitur.

*Exortum eſt in tenebris lumen rectis: mi* 4.
*ſericors & miſerator & iuſtus.*

Iure recti dicendi ſunt: qui recto tramitẽ
gradiuntur,nec à via veritatis aberrant:ꝙ ip-
ſis in tenebris huius ſeculi degentibus,lumen
exortũ ſit euãgelicę veritatis.de quo Paulus
ait:quoniã Deus qui dixit de tenebris lumen 2.Cor.4.b
ſplendeſcere ſolo verbo,ſ.diuidens lucẽ à te- Gen.1.a.
nebris,ipſiq; virtutẽ illuminatiuam tribuens.
Ipſe illuxit in cordibus nr̃is,ad illuminationẽ
ſciẽtiæ claritatis Dei.Ii verè dño dicere poſ-
ſunt,lucerna pedib' meis verbũ tuũ : & lumẽ
ſemitis meis.Eſt etiã & lumen gr̃æ præueniẽ Pſal.118.o-
tis & excitãtis:lumenq; cooperans & in viam cto.14.ve.1
dirigens.quod vtiq; miſericordibus oriri fa-
cit,miſericors ipſe natura, & miſerator effe-
ctu:ſemperq; iuſtus dñs.ſicuti de cornelio cẽ
turione in apoſtolorũ actis legimus, qui reli
gioſus erat,& timẽs Deum,cum omni domo Acto.10.a.
ſua:faciens eleemoſynas multas plebi, & de-
precans Deũ ſemp.Cui dictum eſt,orationes
tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderũt in memo
riam in cõſpectu Dei:in hoc ſcilicet vt illumi
neris.Iuſtus quidem dñs:miſericordibus mi-
ſericordiã impartitur,ipſo dicente:beati mi- Mat.5.a.
ſericordes:qm̃ ipſi mĩam cõſequentur. At cõ
tra impij & crudeles,qui abſtulerunt labores
iuſtorũ:prę anguſtia ſpũs gemẽtes:ita in libro
ſapientiæ



Sap.5.b ſapientiæ in fœlicisſimã ſortem ſuã deflent:
Ergo errauimus à via veritatis:& iuſtitiæ lu
men non luxit nobis,& ſol intelligentiæ non
eſt ortus nobis,&c.Sequitur.
5. *Iucundus homo qui miſeretur & cõmo-*
*dat, diſponit ſermones ſuos in iudicio:*
*quia in æternum non commouebitur.*

Omnes enim nos manifeſtari oportet an-
2.Cor.5.b. te tribunal Chr̃i:vt referat vnus quiſq; ꝓpria
corporis pro vt geſsit:ſiue bonũ ſiue malũ,
ſciẽtes ergo,timorẽ dñi hominib' ſuademus
ait apoſtolus.ꝙ ſi ita res habet:beatus vir qui
timet dñm & præcepta illius cuſtodit, quiq;
erga proximũ ſuauis eſt & benignus: dum li-
bẽti animo,verbo leni,ac vultu ſereno:ſubue
nit indigenti.Is profectò rem ſuã agit, velut
qui præmeditato verbo ad iudicium reſpon-
ſurus & de rogatis rationem redditurus acce
Eccl.18.c. dit.qui(iuxta dictum ſapiẽtis)ante iudicium
parat iuſtitiam : & cauſam ſuam fulcit, huic
vtiq; non erit quo deterritus & confuſus ab-
ſcẽdat.Quippe qui miſeratione cõmotus:be-
nigno affectu,effectu,& affatu, propter Deũ
fertur in fratrem, vt illi opem ferat, ſubſidiũ
præſtans,conſilium vel fauorem.Non cõmo
uebitur in æternum,aut cum damnandis con
turbabitur in tremẽda iudicij die:eòꝙ ſic res
ſuas diſpoſuerit omnes:ꝙ nõ offenderit. Nẽ
pe is eſt homo qui iucundus miſeretur,& de
bonis ſuis tribuit inopi & egeno,ſciẽs ꝙ Chri
ſto domino mutuũ dederit : à quo illud etiã
cum fœnore ſit recepturus.quamobrem ſer-
mones ſuaſq; res diſpoſuit:ne(iuxta ſapientis
Eccle.18.c. conſilium)in omni dato daret triſtitiam ver-
bi mali.ſtultus(inquit)acriter improperabit:
& datum indiſciplinati tabeſcere facit ocu-
los.diſpoſuit etiã,ne ſolo verbo ſolatium prę
ſtitiſſe viſus ſit: cũ ſupplere poſsit opere ege
ſtatem.Tunc quidem, lingua mellita eſt: ſed
manus plenę ſunt ſanguine. Charitatem ſe ha
bere ſimulat:ſed homicida crudelis eſt. Nam
qui habuerit ſubſtantiam huius mundi(Ioan-
nes ait apoſtolus)& viderit fratrem ſuum ne
ceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo:
1.Io.3.c. quo modo charitas Dei manet in eo? filioli
mei non diligamus verbo neq; lingua:ſed o-
pere & veritate.Diſponam' ergo res atq; ſer
mones nr̃os cum iudicio recto:vt cum ſuaui
tate verbi(ſi facultas ſuppetat)operis ſuffra-
gium adſit.Nec ira,elatione,aut auaritiæ te-
nacitate commoueamur:ne in æternum à iu-
ſto commoti iudice pereamus.Sequitur.
6 *In memoria æterna erit iuſtus: ab audi-*
*tione mala non timebit.*

Dulcis & pius dñs, cum ad iudicandũ vene
rit:prius pro iuſtis electis ſententiã illã omni
dulcedine plenã pronũtiabit.Ne terrore con
cutiantur,ſed ſecuritate gaudeant:quũ audie
rint alterã in impios ferendã.quia iam in me-
moria æterna erit iuſt',& ab auditione mala
& verbo aſpero maledictionis nõ timebit:eò
ꝙ Deũ timẽti,& illi qui in mãdatis volet ni-
mis:cõſtituerit tp̃s in quo recordet̃ illius. Et Iob.14.c.
quidẽ in memoria æterna erit iuſtus:qui etiã Ephe.1.a.
ante mũdi cõſtitutionẽ ĩ memoria eſt habit';
qui & elect' à dño vt eſſet ſanct' & immacu
lat' in cõſpectu ei' in charitate. At qui in me
moria erit:quia deſcriptus in libro vitæ, nec
erit quod timeat.ſup omnẽ enĩ gloriã prote- Phi.4.a.
ctio(ait Eſaias)& tabernaculũ erit in vmbra Eſa.4.b.
culo Dei ab æſtu:& in ſecuritatẽ & abſcõſio
nẽ à turbine & à pluuia.Ideoq; demum in me
moria ęterna erit,& ab auditione mala nõ ti-
mebit:ꝙ memoriã huius ſeculi celeriter tran
ſeuntem ſapiẽter reſpuit,& Deũ timuit.Seq.
*Paratum cor eius ſperare in domino, con* 7.
*firmatum eſt cor eius: non cõmouebitur:*
*donec deſpiciat inimicos ſuos.*

Tunc non cõmouebitur iuſtus:quia ſolitũ
ſibi eſt dum in hac peregrinatione viuit: con
fidat in dño. Et iam ita confirmatum eſt cor
eius:ꝙ non commouebitur.habens cum apo
ſtolo propoſitam ſpem quaſi anchorã animæ Heb.6.d.
tutã ac firmam, & incedẽtem vſq; ad interio
ra velaminis:ideſt vſq; ad obtentionẽ futuræ
gloriæ quæ reuelabitur in nobis.Paratum(in
quit)cor eius ſperare in dño:qui robur illius
eſt.ſpes autem non cõfundit, iſdẽ ait Paulus. Ro.5.a.
Ecce iam confirmatum eſt cor eius.Ipſe enim
dixit(ait iſdẽ apoſtolus)nõ te deſerã neq; de Heb.13.a.
relinquã:ita vt cõfidenter dicamus:dñs mihi Ioſue.1.a.
adiutor,nõ timebo q̃d faciat mihi homo,&c. Pſ.117.v.6.
pauciſq; interiectis ſubdit: Chr̃s Ieſus heri &
hodie:ipſe & in ſecula.doctrinis varijs & pe
regrinis nolite abduci:optimũ eſt enĩ gr̃a ſta-
bilire cor: ꝙ igit̃ hic firmũ habet cor, paratũ
ſemp ſperare in dño,& cõfirmatũ eſt cor ei',
veræ charitatis vinculo incõmutabili adhæ-
rens bono.hinc eſt,ꝙ non cõmouebit̃,donec
deſpiciat inimicos ſuos in gloria.Iã(vt reor)
ex.109.p̃s noſti hui' aduerbij donec ſignificã
tiam:& quẽ facere ſenſum cõſueuit.deſpiciet
tũc profectò diabolũ & angelos ei' cęteroſq;
perſequutores:quos quaſi verſutos,ante mili
tans formidabat. ſic etenĩ illi euenit:vti euẽ-
turum ſperauit.Sequitur.
*Diſperſit, dedit pauperib', iuſtitia ei' ma* 8.
*net in ſeculum ſeculi: cornu eius exaltabi*
*tur in gloria.*

De eleemoſyna & pia in ſanctos elargi-
tione ac ſubuentione agens Paulus, Corin- 2.Cor.9.c.
thijs ſecundo ſcribens,hũc citat locum: quò

magis ad beneficentiam corda poſsit fideliũ excitare, hoc enim magnum charitatis eſt opus: quod in ea quæ prior ad Corinthios eſt (1.Cor.13.b.) epiſtola, in exemplum iſdem adducit Paulus. ſi diſtribuero (inquit) in cibos pauperum omnes facultates meas, &c. ſed nec is actus qui & heroicus eſſe videtur, vitæ æternæ meritorius eſt, nec hominem iuſtificat: niſi ex charitate fiat. Eſſet forte vt de genere: ita & moraliter bonus. At ſi fiat ex inſtigatione grãæ: iuſtus eſt & meritorius. Tranſit quidẽ actus: ſed meritum & iuſtitia manet. Et cornu eius (ſic vtiq; cæleſte illud præmium nũcupatur) exaltabitur in gloria. quandoq; enĩ hoc apud homines magnifit atq; laudibus in altum effertur opus: ſed cornu eius, ipſaq; vera laus: exaltabitur in gloria apud Deũ. Diſperſit quidem diſtribuẽs iuxta illorum indigentiã pro loco, tempore & facultate: vt indigentiã pauperũ ſubleuaret. Et quaſi negotiator ſeruusq; fidelis & prudens: non eam quam à domino (Luc.19.c.) acceperat mnam, repoſitã habuit in ſudario: quia dedit potius pecuniam ad mẽſam, dum ipſam pauperibus erogauit. Nunquid (rogo) ſic diſperſa pecunia: non manet iuſta negotiatio? Non manet iuſtitiæ meritum? non manet luchrum: & quæ repoſita eſt erogãti lucri corona, atq; iuſtitiæ merces? Manet profectò. Ecce ait, iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi, quæ & pretioſior ſubſtantia eſt. potentior vtiq; manebit negotiator, factus ex creditore rex: quum cornu eius exaltabitur in gloria. At contra.

9. *Peccator videbit & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet: deſiderium peccatorum peribit.*

Sathanas ille abſolutè peccator: videbit iuſtum exaltatum, quemadmodum & damnatus quiſq;. Et furens ſibi ipſi (heu fruſtra) iraſcetur, dentibus ſuis fremet. Atquè inuidia corroſus tabeſcet: ꝙ iam boni impotens ſit. Peccator etiam homo videbit quod non viderat, & iraſcetur ſibi: qui ante non iraſci ſed blandiri voluit. fremet qui inuido torquetur odio, & tabeſcet concepta rabie: dum viuentibus inferre mortem ipſamq; oppetere infœlicis vitæ pertæſus optabit: ſed huiuſmodi deſiderium peribit. viuent quidem impij morientes ſemper: & ſine fine finem optantes. Tormenta patientur frementes: & tabeſient triſtitia atq; conſcientiæ putredine gementes. deſideria etiam illa vana & inepta, quæ habuerunt in hoc ſeculo: tunc peribunt. dicentq; illud ſapientiæ: quid profuit (Sap.5.b.) nobis ſuperbia: aut diuitiarum iactãtia, quid contulit nobis? &c. qui tandem? peribunt ipſi ſine fine flentes: Et regnabunt cum Chriſto iuſti gaudentes: cui ſit honor & gloria in ſeculorum ſecula. Amen.

EPILOGVS. PSALM. 111.

BEATVS *uir qui timet dominum: in mandatis eius uolet nimis. Timor domini, & exacta cuſtodia mandatorum: pulchra ſupellex. Erit enim potens in terra ſemen ſucceſſioq; timentis Deum: & ditabitur generatio atq; poſteritas rectè operantium. Nam gloria & diuitiæ affluent in domo generationis huius: & iuſtitia ac rectitudo hæc, perpetuò permanebit in conſpectu domini, ut retribuat. Audi iam diuitias iuſtorum. Exortum eſt primum in tenebris lumẽ rectis, quos Chriſtus illuminat gratia præueniens, dirigensq; in uiam ſalutis æternæ: quia miſericors eſt dominus miſerator & iuſtus, natura pariter & effectu. ob id igitur homo qui iucundus, hilaris, manſuetus, & lenis, miſeretur pauperi, ac per hoc cenſum commodat Deo ſuo: certè id agens, diſponit ſermones ſuos in iudicio, nec ſibi deerit quid tunc roganti ac iudicanti reſpondeat Deo. Nec commouebitur in æternum, cum diabolo & angelis eius in terram illam obliuionis deiectus à domino, igne perpetuo cruciãdus: quin gaudebit potius intrepidus & ſecurus. Nempe in memoria æterna erit iuſtus: ab auditione mala non timebit, eò ꝙ uiuens ipſe timuerit Deum. paratum enim eſt cor eius ſperare in domino: confirmatum eſt cor eius, & gratia ſtabilitum. hinc eſt ꝙ non commouebitur, donec deſpiciat inimicos ſuos: ſathanam ſcilicet ac reliquos hoſtes, quos non ulterius formidabit. Et quia ſic diſperſit, ꝙ dedit pauperibus ex charitate: iuſtitia eius manet in ſeculum ſeculi. Nam licet erogationis tranſierit actus: non trãſiuit meritum, ſed* (2.tim.4.b.) *manet ſemper ad cornu exaltationem, atq; coronam iuſtitiæ & gloriæ, quam repoſitam reddet illi in illa die iuſtus iudex. At contra peccator ille qui erat homicida ab initio: uidebit, & ſibi ipſi iraſcetur. ꝙ* (Io.8.f.) *propoſito ſit fruſtratus. dentibus ſuis (rabie inteſtina commotus) fremet, & tabeſcet: peribuntq; uana deſideria peccatorum. Intellexiſtis hæc omnia commilitones mei? intellexiſtis opinor. Reuertamur igitur ad Dei laudem: qui nobis rectitudinem contulit & puritatem.*

PSALM. 112.

L*Audate pueri dominum: laudate nomen domini.*

Huic etiã pſalmo titulus eſt alleluia: eò ꝙ tot⁹ ad dei laudẽ inuitet. quia excelſior & ſup oẽs glorioſior eſt dñs beneficus, diueſq; in miſericordia, qui propter nimiam (Ephe.2.a.) charitatẽ ſuã qua dilexit nos, & cùm eſſemus mortui peccatis: cõuiuificauit nos in Chr̃o, cuius gr̃a ſumus ſaluati: & conreſuſcitauit & cõſedere



ſedere fecit in cæleſtibus in Chr̃o Ieſu: quiq; ſterilẽ eccleſiam gentiũ conuocans, matrẽ filiorum fecit: dum eam fideli prole fœcundauit. gentes igitur quas iam ad Chr̃m cõuerſas in ſpiritu præuidet: ad Dei laudẽ conuocat diuinus pſaltes, eos pueros appellans: ꝙ vocatione & cõuerſatione iuniores filij Dei ſint. Is quidem populus, adoleſcentior ille fili⁹ eſt. qui dixit patri ſuo: pater da mihi portionem (Luc.15.c.) ſubſtantiæ quæ me contingit. Et peregrè profectus eſt in terram longinquam: atq; ibi diſſipauit ſubſtantiam ſuam, viuendo luxurioſè: in ſe autẽ reuerſus, redijt ad patrem: cui & ſenior filius iudæorũ populus, inuidit redeunti. ꝙ mortuus ergo erat & reuixit, perierat, & iuuentus eſt. Laudate, laudate vos (inquit) (1.The.2.c.) pueri dominũ: vt ambuletis dignè Deo, qui vocauit vos in ſuum regnũ & gloriã. Vos (inquam) pueri ſimplices & ſancti laudate dominum: vt virtutes annuntietis eius, qui de tene- (1.pet.2.b.) bris vos vocauit, in admirabile lumen ſuum. laudate etiã nomen domini quam admirabile in vniuerſa terra. quia ex ore infantium & lac- (pſ.8.v.1) tẽtium ſuam ſibi placuit (propter inimicos ſuos) perficere laudem. Laudate nomen domini, quod eſt ſuper omne nomen: & vti ſerui humiles & fideles, illud ſummis laudibus prædicate. Idq; magnipẽdite: ꝙ eius ſitis nomine inſigniti.

2. *Sit nomen domini benedictũ: ex hoc nũc, & vſq; in ſeculum.*

Nec tempus nec locus ſit, ab huius nominis laude alienus. Nomen eius, forte olim ex (Eſa.52.b.) (Ro.2.d.) ignorãtia iugiter blaſphemaſtis. Ecce, quam magnum ſit & omni laude dignum: vel ex ipſa vi vocabuli iam vobis innotuit. ſaltem igitur ex hoc nunc, cum primum ad fœlices annos peritiæ perueniſtis: ſit apud vos benedictum; & ad caniciem vſq;, & vltimũ vitæ terminum, diducite benedictionem. decet quidem illud ſemper & vbiq; benedicere & prædicare. Totum huius vitæ tempus, ſi ad futuri ſeculi durationem conferatur: quaſi nunc, vel inſtans temporis apparebit. hinc igitur benedictionis & laudis initium ſumite: deinde illud in æternum laudaturi. Erit enim tũc ſine intermiſsione laus: quando interminabilis & ſine fine gloria. quamobrẽ ex hoc nunc nomen domini benedicite: quia (vt Petri apo- (1.Pet.3.b.) ſtoli verbis vtar) in hoc vocati eſtis: vt benedictionem hæreditate poſsideatis. Nolite ergo eam interrumpere: quin ex hoc nunc potius & vſq; in ſeculum: iugi ac perpetua continuatione, hoc benedicẽdi peragite munus, ſit nomen domini benedictum: ex hoc nunc, & vſq; in ſeculum.

3. *A ſolis ortu vſq; ad occaſum: laudabile nomen domini.*

Hoc vtiq; apud Malachiam dominus de ſe (Mala.1.c.) protulit teſtimoniũ. Eſt enim diuinum vbiq; laudabile nomen. In cælo & in terra: inter angelos & homines. vbi dies & nox: proſpera & aduerſa: vitæ initium & finis. Ecce ortus eſt ſol iuſtitiæ Chriſtus Dñs noſter. Et viſitauit nos oriens ex alto: ſit nomẽ domini be- (Mala.4.b.) (Luc.1.f.) (Pſal.103.) (ve.20.) nedictum, quia à ſolis ortu laudabile nomen ei⁹. At ſol occidit & cognouit occaſum ſuũ, qui & aſcendit ſuper occaſum; dominus no- (Pſ.67.v.4.) men illi: ſit etiam nomen domini benedictũ: quia vſq; ad occaſum & ſuper occaſum, laudabile nomen domini. porro natiuitas Chriſti hominibus honorem attulit: & mors eius, vitam detulit & ſalutem. omnis deniq; Chriſti actio, ſiue vita, ſiue mors: laudabilis & glorioſa, cui⁹ memoria in benedictione eſt. Seq.

4. *Excelſus ſuper omnes gẽtes dominus: & ſuper cælos gloria eius.*

Cauſam laudis ſumit à præeminenti eius natura: & excellenti gloria & dignitate. Eſt enim (ait) ſuper omnes homines & angelicos ſpiritus: excelſior, glorioſior & excellentior dominus: cui⁹ imperio cæleſtia, terreſtria ſub ſunt & inferna. Tanto melior angelis effectus (ait Paulus) quanto differentius præ illis no- (Heb.1.b.) men hæreditauit, &c. Eſt vtiq; Deus, qui cuncta creauit: ſimulq; homo qui redemit hominem: & diabolum ſubiugauit. Rex ipſe regũ & dominus dominantium: cui obediunt angeli, & creata oĩa famulantur: põtifex etiam (Heb.7.b.) ſanctus, innocẽs, impollutus, ſegregatus à peccatorib⁹: & excelſior cælis fact⁹, vt in ea quæ ad Hebreos eſt epiſtola iſdem Paulus ait. Seq.

5. *Quis ſicut dñs De⁹ nr̃ qui ĩ altis habitat: & humilia reſpicit in cælo & in terra?*

Eſt ne qui Deo deorum dño conferri aut coæquari poſsit, nõ ſolum natura, maieſtate, gloria, & dignitate: verũ etiã prouidẽtia, & erga angelos homineſq; benignitate & miſa: qui cũ in altis cælis habitet, ſanctis ſuis gloriã impartiens: ſũma prouidẽtia oĩa proſpicit, regit atq; gubernat: & vt cæleſtia, ita & terrena moderat. Nõ quidẽ dedignat altiſsimus ipſe, hoc humile aſpicere ſolũ: quin reſpicit potius humiles diuino fauore: vt eos in cælũ euehat, faciatq; potẽtes. Et quos reperit in cælo ciues, humiles ac ſibi ſubiectos: perpetua ciuilitate donauit. Reliquos verò quos rebelles inuenit, & ſuperbos debellauit, atq; ad tartareas ſedes deiecit: quippe qui mirũ in modũ eſt humiliũ ac veræ humilitatis amãs. Nam vt apoſtolorũ vertex ait: ſuperbis reſiſtit, humilib⁹ (1.Pet.5.b.) autem dat gratiam.

6. *Suſcitans à terra inopem: & de ſtercore*
*erigens pauperem.*
Annotaſti prophetici ſpiritus artificiũ,qui
vt magis ac magis ſeruulos ad domini ſui lau
dem accendat:toties hanc vocem ingeminat
& inculcat.Nec enim vllus tranſactus eſt ver
ſus:quo non ſemel aut bis dominum nomina
rit. Nempe dignus eſt omni laude dominus:
qui magnitudine & magnificentia, omnes ſu
perat dominos. quippe miſericordia motus:
hominẽ in terra terrenis affectibus iacẽtem,
nec ſi quid cæleſte & æternum ſit conſiderã-
tem,ſed dormiẽtem,ac pene mortuum: ſuſci
tat,ipſumq; in ſterquillinio vitiorum ſedentẽ
erigit.Non enim aliunde ſibi auxilium obue-
nire poterat:quia inops & pauper erat homo
Iohel.1.d. de terra conditus,natura puluis & cinis:& vi
tio,quaſi iumentum computruerat in ſterco
re ſuo.ſuſcitat igitur iacẽtis hominis affectũ
à terrenis cupiditatibus: ipſumq; à vitijs deli
cijsq; huius ſeculi abſtrahens & diuellẽs(quę
omnia Paulus arbitratus eſt ſtercora, vt Chri
Phi 3.c. ſtum lucrifaciat)in altũ erigit:vt cæleſtia ap-
petat & æterna.hoc autem.

7. *Vt collocet eum cum principibus: cũ prin*
*cipibus populi ſui.*
Principes populi ſui angelos appellat: ad
quorum ordines electi & iuſti(qui & paupe
res ſpiritu)ſunt aſſumẽdi, & iuxta exigentiã
meritorum collocãdi. vel ſi mauis, principũ
nomine,apoſtoli veniunt intelligẽdi,quos &
conſtituit principes ſuper omnem terram:Et
nimis confortatus eſt principatus eorũ.Cum
his igitur omnibus ſuſcitans de terra inopẽ,
& de ſtercore erigẽs pauperẽ collocabit; qui
(vt ait eliphas apud Iob) ponit humiles in Iob.5.c.
ſublime: & merentes erigit ſoſpitate. Se-
quitur.

*Qui habitare facit ſterilem in domo: ma-* 8.
*trem filiorum lætantem.*
Quid Sarram ſterilẽ & annoſam referam:
cui iam defecerant muliebria,& Iſaac iam no Gen. 18.b.
nagenaria peperit?quid Sanſonis & Samuelis
matres? quid poſtremo Annam fœliciſsimo
pignore fœcundatam:aut Eliſabetã quæ Ioã-
nem peperit Zachariæ?Non ne hæ omnes ſte
riles:diuina virtute filios habuerunt? Nec ſe-
cus plebs illa gentium,quæ deſpecta & quaſi
deſtituta viro, viſa eſt poſt greges ſodalium
ſterilis vagari: dum a Chriſto ſponſo ſuo ad Cant.1.c.
ſpiritales nuptias conuocatur: plures quam
emula ſinagoga, ſibi parit filios adoptionis.
Iuxta prophetæ vaticinium dicentis: adhuc Eſa.49.c.
dicent in auribus tuis filij ſterilitatis tuæ: An
guſtus eſt mihi locus:fac ſpacium vt habitẽ.
Et dices in corde tuo:quis genuit mihi iſtos?
Ego ſterilis & non pariens, &c. Et iterum:
lauda ſterilis quæ non paris:decãta laudem
& himnos,quæ nõ pariebas:quoniã multi fi-
lij deſertę,magis quã eius quæ habebat virum,
dicit dominus. ſit ipſe benedictus in ſecula.
Amen.

EPILOGVS PSALM. 112.

*L*AVDATE *pueri dominum,laudate nomen domini. vos appello gẽtes qui et puritate fi*
*dei & animi ſimplicitate pueri eſtis atq; conuerſione iuniores:ut laudetis dominum & ſan*
Ro.15.b. *ctum nomen eius:ſuper miſericordia honorantes* Deum *. ſit nomen domini benedictum ex*
*hoc nunc uitæ præſentis:uſq; in ſeculum uitæ futuræ.ſit etiam omni loco benedictum: à ſolis*
*ortu uſq; ad occaſum. Eſt enim omni loco & tempore laude dignum:quia excelſus ſuper omnes gen-*
*tes dominus qui & angelos natura ſuperat & gloria ac dignitate. Nam quis ſicut dominus* Deus *no-*
*ſter qui in altis habitat:angelicos ſpiritus atq; ſupernos ciues quos humiles in cælo reperit beãs? quiq;*
*humilia hęc terreſtria atq; abiecta:illa benignitate ſua ac prouidentia reſpicit & gubernat? Suſcitans*
*à terra inopem,& de ſtercore erigens pauperem:ut illum ditet, & exaltet,euehat in cælum,collocetq;*
*cum pricipibus populi ſui,angelis & hominibus?qui deniq; habitare facit plebem illam gentium ſteri-*
*lem olim,ipſamq; in eccleſiam ſuam conuocans,ſpiritali ſibi cõiugio copulauit, effecitq; matrem filiorũ*
*lætantem:dum quotidie filios parit adoptionis?* Nec *etiam omnino Iſraeliticæ plebis oblitus eſt* Deus*,cu*
*ius conuerſionem in exitu ab ægypto depinxit.*

PSALM. 113.

*IN exitu Iſrael de ægypto: domus*
*Iacob de populo barbaro.*
Eſt etiã huic pſo,titulus alleluia.eò
quod ad laudẽ Dei excitet,quędam olim collata
patribus in figura recẽſẽs beneficia: vt ex his
ad altiora contemplanda(quæ eccleſię ſuę cõ
tulit Chriſtus)ſubleuemur. Ait igitur, quum
Iſraeliticus populus totaq; domus Iacob: in
manu forti & brachio extento, educeretur à
domino,de ægyptiaca ſeruitute,& populo il
lo,lingua,cultu,& moribus,barbaro,duro atq;
crudeli:in quo exitu iam tunc altera ſpirita-
lis depingebatur egreſsio,qua homines ſub ty- Tit 3.a.
rannica diaboli poteſtate, ſeruientes deſide-
rijs & voluptatibus varijs, tenebris obſcuratũ
habẽtes intellectũ,alienati à via dei per ignorã
tiã,quę eſt in illis propter cęcitatẽ cordis ipſo Ephe. 4.c.
rum,vt apoſtolus ait:relictis tenebris,ad lu-
cem tranſeunt,& à culpa reuocantur ad gloriã:
tunc vtiq;.

Facta



2. *Facta eſt iudæa ſanctificatio eius: Iſrael*
*poteſtas eius.*
Sanctificatus denuo, atq; Deo ſuo dicatus
Mat.21.d. eſt iudęorũ populus,qui & Iſrael:Et in poſſeſ
ſionem domini atq; peculium ( à quo fructũ
boni operis exigeret & cultum)ſequeſtratus
eſt.quæ ſanctificatio primitijs frugum Deo
Hie.2.a. oblatis, rectè apud Hieremiam comparatur:
quibus ſolis ſacerdotibus & eorundem fami-
lijs veſci licitum erat.Ecce ait, ſanctus Iſrael
domino:primitiæ frugum eius.quandoquidẽ
Pſ.75.v.1. notus in Iudæa Deus: in Iſrael magnum no-
men eius. Ibi magnalia operatus eſt:& mira-
bilem potentiã ſuam oſtẽdit. Ibi ſpeciali quo
dã modo habitare:& illorum Deus ac domi-
nus vocari dignatus eſt eccleſiam ſuam ſanctã
præfigurans:quę per lauachrum regeneratio
nis & chriſtiani nominis confeſsionem ſancti
ficata,& ſponſo ſuo fide,ſpe & charitate con
iuncta:atq; ſub viri poteſtate plene conſtitu-
ta eſt.quæ deniq; Deũ verũ & hominem cõfi
tetur dñm Ieſum, ipſumq; fide(dũ militat)cõ
templatur:Et in cælo triumphans,eum ſicuti
eſt videt intuitione clara. Mirabilior profe-
1.Io.3.c. ctò, fœlicior atq; ſuauior fuit hæc mutatio
dexterę excelſi:quam exitus ille patrum.Se-
quitur.

3. *Mare vidit, & fugit: iordanis conuerſus*
*eſt retrorſum.*
Mirabiliter mare illud rubrũ ( ſic à rubro
Exo.14.g. littore nuncupatum)iubẽte domino diuiſum
eſt:Et in greſsi ſunt filij Iſrael per mediũ ſic-
ci maris. Erat enĩ aqua quaſi murus à dextra
eorum & leua:ita vt aqua à loco ſuo(ac ſi res
animata eſſet)fugiſſe videretur à domini in-
crepatione ſub Moyſe duce: manuum ſuam
extendẽte, & eleuante virgã ſuper mare.Ior
Ioſue.3.d. danis etiam fluuius ſub Ioſue, qui ripas aluei
ſui tempore meſsis impleuerat:ſtantibus atq;
intumeſcentibus aquis inſtar montis,quaſi in
dorſum deſcendiſſe viſus eſt,ita vt retrorſum
conuerti viderentur ſuperiores illius aquę:
quę autem inferiores erãt in mare mortuum
deſcenderunt, vſq; quo omnino deficerent:
omniſq; populus per arentem alueum pertrã
ſibat.ſed mirabilius(ita domino diſponente)
ſeuiens mundus: ad prædicationem apoſto-
Pſ.106. ve. 25. lorum ſedatus eſt.Is quidem qui imperat ven
tis & mari dixit,& ſtetit ſpiritus procellę, &
exaltati ſunt fluctus eius,&c. Et ſtatuit pro-
cellam in auram,& ſiluerunt fluctus eius. Et
qui velut riui effluentes decurrebãt,ſecundũ
Iudæ.vlt.c. deſideria ſua ambulãtes in impietatibus:iam
baptiſmi aquis intincti ac mente compũcti,
conuerſi ſunt retrorſum: ſpiritu ambulantes:
Gal.5.c. & deſideria carnis non perficiẽtes. Sequitur.

*Montes exultauerunt vt arietes: & col* 4.
*les, ſicut agni ouium.*
Tanta erat tunc omnibus exuberans læti-
tia: quod montibus & collibus etiam materialibus
& circunſtantibus,impertiri illam Deus(ſi di
xerim) viſus ſit.primores etiam populi tran-
ſeuntis:& minores atq; plebei,miro tripudio
lætabantur.Ii quidem in modum agnorum la
ſciuientium,ſaltibus & geſtibus internam læ
titiam oſtentabant:illi verò vt arietes,magni
ficantes dominum exultabant. Nec ſecus le-
gimus, quod apoſtoli quaſi arietes dominici gre
gis ductores & patres, atq; cæteri euangelici
verbi auditores:non ſemel lætati ſint, mirabĩ
lia domini contemplãtes,Vide apoſtolorum Act.13.g.
acta.ſed vnde hoc rogo?

*Quid eſt tibi mare quòd fugiſti: & tu ior* 5.
*danis, quia conuerſus es retrorſum?*
Vnde hæc vobis contigit repentina muta
tio?dic mare ſeuiens,& perſequendi rabie in
ſoleſcens:quis te inflatum ac tumidum, tran
quillum fecit,& ex furente mitem reddidit?
dic munde immunde, procax & audax: quis
te freno cohibuit & ex tumente timẽtem fe-
cit:vt deſiſteres ab incepto? Tu etiam Iorda
nis,qui cõtinuo fluxu in mortem currere vi
debaris:quo pacto retrocedens conuerſus es
ad vitam?Et quomodo vos itidem.

*Mõtes exultaſtis ſicut arietes: & colles* 6.
*ſicut agni ouium?*
Vnde maris fuga?vnde Iordanis couerſio?
vnde montium & collium tam admirabilis
exultatio?Audiuimus enim, quod ibant apoſtoli
gaudentes a conſpectu concilij:quoniam di- Acto.5.g.
gni habiti ſunt,pro nomine Ieſu cõtumeliam
pati.Non quidẽ ad hoc natura ſagax,nõ pro-
pria virtus,aut quicquam vos humanum im-
pulit.dicite ergo,quæ horum effectuum mi-
rabilium, niſi diuina virtus potuit eſſe cauſa?
Sequitur.

*A facie domini mota eſt terra: à facie* 7.
*Dei Iacob.*
Nempe qui reſpicit terrã & facit eam tre-
mere,qui tangit mõtes,& fumigãt: is eſt qui Pſ.103.v.32
deterruit mare, Iordanem conuertit ac re-
troire fecit:montibus quaſi arietibus,& col-
libus ipſis quaſi agniculis, internam lætitiam
indidit atq; exultationem. Quid ſtabilius ter
ra,quæ fundata eſt ſuper ſtabilitatem ſuam? Pſ.103 v. 6
Et ij terreni & pertinaces homines, à fa-
cie domini ( quum diuinus acceſsit fauor )
commotione bona commoti ſunt: cum me- Phili.2.b.
tu & tremore ſalutem ſuam operantes. fa-
cies quidem Dei Iacob: benignus fauor eſt.
quippe qui poſt colluctationem in phanuel. Gen.32.g.

 faciem

faciem Dei ſe vidiſſe gaudet dicens:vidi do-
minum facie ad faciem:& ſalua facta eſt ani-
ma mea.Sequitur.

8. *Qui conuertit petram in ſtagna aquarũ:*
*& rupem in fontes aquarum.*

Is eſt qui emolit duritiem cordis, & ob-
duratos homines ac pene ſaxeos adeò in te-
neritudinem vertit:vt in Deum cõmiſſa do-
lentes,ab eorum oculis fontes aquarum ſca-
turire videantur.ſicut in deſerto olim coram
Exo.17.b. patribus è petra percuſſa virga: largiſsimas
Num.20.a nõ ſemel exijſſe aquas nouimus.Aderat quip
pe ibi facies domini operantis.ſic Moyſi di-
cente domino ꝗ ſcriptum eſt:En ego ſtabo co
ram te ibi ſupra petram oreb, percutiesq́; pe
tram:& exibit ex ea aqua.Sequitur.

9. *Non nobis domine, non nobis:ſed nomi-*
*ni tuo da gloriam.*

In his omnibus,nobis commodum tribui-
ſti: ſed tibi gloriam reſeruaſti. quamuis non
nihil gloriæ etiam nobis apud exteras natio-
nes accreſcat: eòꝙ Deus noſter ſis, & toties
vel in hoc apparueris glorioſus: ꝙ nullis no-
ſtris præcedentibus meritis, tot præſtiteris
beneficia.fac igitur dñe, ſic ſemp nobis bona
conferas:vt noſcamus ꝙ nõ à nobis.ſic nobis
bona elargiaris: ꝙ huius elargitionis gloria
nomini tuo ſit aſcripta. ſic nos etiam ſentia-
mus, & ꝙ tu nobis quicquid obuenerit boni
præſtiteris,& ꝙ propter nominis tui gloriã.
illud nobis contuleris:ne quid nobis arrogan
ter & inſolenter vendicemus.Sequitur.

10. *Super miſericordia tua, & veritate tua:*
*ne quando dicant gentes, vbi eſt Deus*
*eorum.*

Id quidem feceris propter miſericordiam
tuam & veritatem tuam: vt quam ſis miſeri-
cors & verax,quam pius & iuſtus: etiam gen
tibus qui te non nouerunt oſtendas. diſcant
vel ab affectu cognoſcere cauſam.vtrunq; tuũ
eſt: & miſericordia & veritas. quæ te ſimul
quaſi indice prodũt:oſtenduntq́; ꝙ ſis,& quã
tus & qualis ſis.Deus enim illis manifeſtauit
Ro.1.c. ait apoſtolus.Inuiſibilia enim ipſius à creatu
ra mundi,per ea quę facta ſunt intellecta cõ-
ſpiciuntur: ſempiterna quoq; eius virtus &
diuinitas: ita vt ſint inexcuſabiles. Ne ergo
dicant gentes vbi eſt Deus eorum,tibi & no
bis improperantes: innoua ſigna & immutą
Ecc.36.a. mirabilia, glorifica manũ & brachiũ dextrũ.
Ita etenim nobis ydolatræ & pagani inſulta-
re ſolent dicentes. vbi eſt Deus eorum?quod
nos multum angit:ſed nos illis huiuſmodi re
ſponſa damus.

*Deus autem noſter in cælo: omnia quæ-*
*cunq; voluit fecit.* 11.

Nec ꝙ in cælo ſit Deus vbi ſicuti eſt vide
tur:ideo quis illi obſiſtere poteſt. omnia enĩ
quęcunq; voluntatis ſuæ beneplacito voluit:
hæc & fecit. Eſt quidem voluntas eius, om-
nium cauſa rerum.Nam ſicut ſcriptũ eſt in li-
bro Iob,ſi ſubuerterit omnia,vel in vnum co Iob.11.b.
arctauerit:quis contradicet ei,vel quis dice-
re poteſt,cur ita facis?Ipſe in cælo eſt:qui &
vbiq; eſt.Et ſe ipſa ſibi:cuiq; rei intimior eſt
Deus. hic nõ videtur:ſed eſt,adeſt & poteſt.
Nec ſi velit:quicquã ſibi obſtaculo eſſe pote
rit,ne fiat.At contra.

*Simulachra gentium argentum & aurũ:* 12.
*opera manuum hominum.*

Idolatriam confutat. Nam ſimulachra gen
tium,ſi ad illorum materiam attẽdas: aurum
vel argẽtum vel id genus ſunt res.Nec æs,fer
rum,lignum,lutũ & quæ viliora ſunt alia ex
quibus ſolent confici, nunc recenſere libuit:
ſed argentum duntaxat & aurum dixit, quæ
precioſiora metalla videnẽ eſſe:quo & à ma-
iori procedat irriſionis argumentum.Et de-
teſtabilem auaritiam(quæ iuxta Pauli dictũ, Ephe.5.b.
eſt idolorum ſeruitus)vel his nominibus car
pere videatur.ꝙ ſi illorum artificem ſcrute- Colo.3.a.
ris: opera manuum hominum eſſe reperies.
Erubeſce igitur ò homo: opus hominis tibi
in Deum ſtatuens,pudeatq; dignitatem tuam
tam indigne ſubijcere ſeruituti, ne dicam mẽ
dacio & vanitati.lege librum ſapientiæ, vt ſa Sap 15.a.
pientior fias:& de ſtultitia confundaris.Seq.

*Os habent, & non loquentur: oculos ha-* 13.
*bent, & non videbunt.*

Inanimata ſunt prorſus, nec vera ſenſuum
organa habentia:ſed fictitia potius & menti-
ta,habent ſiquidem oris ſimilitudinẽ:ſed nec
loqui poſſunt.oculorum effigiem: ſed non vi
debunt.vnde infertur,ꝙ nihil diuinitatis ha-
bent nec cognitionis:cuius proprius effectus
eſt loquutio.Cum ergo nõ tm̃ homo cui pro
prium eſt id eloquutionis munus:verũ etiam
cætera animantia,quib⁹ & ſenſus cum homi-
ne ſunt cõmunes,ſimulachris oĩbus ſint præ-
ponenda:indignũ eſt huiuſmodi ydola diui-
no adorare cultu, quæ nec loquela nec viſu,
ſuos iuuare poſſunt adoratores.obidq; ea tal
pas & veſpertiliones Eſaias appellat. Eſa.2.d.

*Aures habent, & nõ audient: nares ha-* 14.
*bent, & non odorabunt.*

Hęc adeò manifeſta ſunt: vt celari non poſ
ſint.At ſunt rudiores, quibus hæc non ſemel
inculcare neceſſe eſt.Ideo hęc ſpirit⁹ ſanctus
tam diffuſe proſequitur. Aures (inquit) ha-
bent, aurium ve ſimilitudines: ſed quas illis
fuderis preces non audiẽt. Nares habent etiã
fabrefactas:ſed ſacrilegã thurificationẽ tuam
non odorabũt. Effunde quantum vis coram
ipſis animã tuam,crebreſcãt ſuſpiria ab immo
pectore,gemit⁹ & ſingult⁹; id feceris fruſtra,
non quidẽ audient.Incenſum appone & thi-
miamata:fuliginoſa vtiq; reddentur: ſed non
odorabunt.quid tandem?

15. *Manus habent, & non palpabũt, pedes*
*habent & non ambulabunt: non clama-*
*bunt in gutture ſuo.*

Quòd ſi munera illis offeras:nec fictis ſuis
manibus accipere aut contrectare, aut tibi
opẽ ferre poterunt vnquã.Ipſi q́; ementiti pe
des:ambulationi ſunt inepti, nec ſe à loco in
locum transferre poterunt.Nihil demum vi-
tale habent: vt velut paſerculi inter minuta
animalcula garrire,vel vt corui crocitare, ne
honoris gratia,rudere, vel grunire dixerim:
Iã zelo Dei excãdeſcit animus:nec in re tam
turpi & abominabili tẽpus abſumere fas eſt,
Eſa.44.b.c tantũ irriſioni vacantes.atqui pulchre ydo-
lorum fabros atq; cultores deridet Eſaias ca
pite. 44.vide ibi.Sequitur.

16. *Similes illis fiant qui faciunt ea: & om-*
*nes qui confidunt in eis.*

Erubeſcant impij & deducantur in infer-
pſ.30.v.21. num:muta fiant labia doloſa:quę loquunẽ ad
uerſus iuſtum iniquitatẽ in ſuperbia & in a-
buſione. Tollatur etiã impius ne videat glo-
Eſa.6.c. riam Dei:& (ſicut Eſaias ait)Excæca cor po
puli huius,& aures eius aggraua: & occulos
ei⁹ claude,&c.quorũ verborũ ſenſum doctor
Acto.vl.g. gentiũ Paulus in actis apoſtolorũ explicuit
optime:dũ eos q̃ à ſe diſcedebãt iudęos verę
doctrinę diſſẽtiẽtes,huiuſmõdi verbis carpit.
bene(inquit)ſpũs ſanct⁹ loquut⁹ eſt per Eſaiã
prophetam ad patres noſtros dicens:vade ad
populum iſtum & dic:aure audietis & non
intelligetis,& videntes videbitis,& non per-
ſpicietis:incraſſatum eſt enim cor populi hu
ius, & auribus grauiter audierunt, & oculos
ſuos oppreſſerunt: ne quando videant ocu-
Mat.13.b. lis & auribus audiant,& corde intelligant &
conuertantur,& ſanem eos.& apud Mattheũ
Chriſtus dominus eadem vſus eſt phraſi. ſimi
les ergo ſunt ydolis quæ coluerunt: quibus
Eſa.3.d. erit pro ſuaui odore fœtor,&c. Et ligatis
manibus ac pedibus mittentur in tenebras ex
Matt.22.b teriores. vbi pro exultatione in gutture: erit
illis fletus & ſtridor dentium. vt vel in hoc ſi
miles ydolis fiant: ꝙ cum deceſſerint, nihil
boni operis meritorium vè, infœlices illi y-
dolorum cultores operari poſsint: ſed per-
petuo diuina fruitione carentes: cum diabo-
lo & angelis eius,in ignem deicijantur æter-
num.quia vti Paulus ait, commutauerunt ve Ro.1.d.
ritatem Dei in mendacium: & coluerunt &
ſeruierunt creaturæ potius quam creatori:
qui eſt benedictus in ſecula, amen. Sequitur.

*Domus Iſrael ſperauit in domino: adiu-* 17.
*tor eorum, & protector eorum eſt.*

Ita eſt ſane. ſed audio apoſtolum dicen- Ro.9.b.
tem:Non omnes qui ex circunſione ſunt Iſ-
rael: hi ſunt Iſraelitæ, &c. ſunt etenim non
carne ſed ſpiritu veri Iſraelitæ:in quibus do-
lus non eſt. qui & fide Deum contemplan- Io.4.c.
tur,& vt veri adoratores adorant patrem in
ſpiritu & veritate:nam & pater(Chriſtus ait)
tales quærit qui adorent eum. ij profecto à
ſuo capite Chriſto chriſtiani denominantur.
qui & ſperant in domino: quem celebrant
omni cultu.Et ipſe vicem ſeruulis rependens:
adiutor eorum eſt, vt operentur bonum: &
protector, vt malum declinent & euadant.
Sequitur.

*Domus Aaron ſperauit in domino: adiu-* 18.
*tor eorum & protector eorum eſt.*

Et ſi latryæ ſeruitus, quæ & theoſebia
nuncupatur, ſit omnibus erga Deum neceſ-
ſaria: his maximè qui in miniſterium Deo di-
cati ſunt. quibus non ſolum illa interior quæ
in fidæ,ſpe & charitate conſiſtit: verum etiã
altera huic ſubalterna, quæ & exterior eſt
cultus: conuenit ex officio.hos nunc, ſacer-
dotis illius (Aaron nomine, quaſi ex omni
chriſtiano grege ad Dei cultum & miniſte-
rium ſequeſtratos) ſignat diuinus pſaltes di-
cens:domus Aarõ ſperauit in domino. Equũ
enim eſt,vt de his peculiaris mentio fiat, qui
in ſortem domini aſciti: altiorem gradũ ob-
tinuiſſe conſtat. vt qui inter Deum & homi-
nes mediatores futuri ſint.Ii profecto ſperẽt
in domino, cui preces aſsiduas offerant &
oblationes:quos ad votum vel vtilitatẽ,ſem
per exaudit adiutor & protector Deus.Seq.

*Qui timent daminum, ſperauerunt in* 19.
*domino: adiutor eorum, & protector*
*eorum eſt.*

In veritate comperio(ait princeps apoſto
lorum)ꝙ non eſt perſonarum acceptor De⁹: Acto.10.c.
ſed in omni gẽte,qui timet eum,& operatur
iuſtitiam,acceptus eſt illi:ſit maſculus,ſit fœ
mina,gentilis & iudæus,berbarus & ſcytha, Col.3.b.
ſeruus & liber. qui timet dñm nihil trepida-
bit(ait ſapiens)& nõ pauebit,qm̃ ipſe eſt ſpes
ei⁹:quippe qui adiutor & protector eſt.ocu-
li domini ſuper timentes eum,protector po- Ecc.34.c.
tentiæ,firmamentũ virtutis,tegmen ardoris,
& vmbraculum meridiani,deprecatio offen-



 ſionis,

ſionis,& adiutorium caſus,exaltans animam & illuminans oculos : dans ſanitatem & vitã & benedictionem.Sequitur.

20. *Dominus memor fuit noſtri: & benedixit nobis.*

Audi latryę fructum:ęternũ & temporalẽ. Memor (inquit)fuit noſtri:qui obliuiſci non poteſt. More humano loquutus eſt propheta.tunc enim aliquem nr̃i recordari dicimus, quum nobis bona tribuit.Ita & dominus memor fuit electorũ,& duplici bñdictione benedixit illis:quibus tẽporalia cõtulit & ęterna.bñdictus Deus & pr̃ domini nr̃i Ieſu Chr̃i Ephe.1.a. (ait apoſtolus)qui benedixit nos in omni benedictione ſpũali in cæleſtib⁹ in Chr̃o.Seq.

21. *Benedixit domui Iſrael: benedixit domui Aaron.*

Fidelibus & cultoribus ſuis, benedictionẽ ſuam impartitus eſt dñs.benedixit vtiq; credentibus iudęis,ipſisq; leuitis & ſacerdotib⁹, eccleſiæ Chriſti typum gerentibus:quibus & gratiam pręſtitit & gloriam.Sequitur.

22. *Benedixit omnibus qui timet dominũ:puſillis cum maioribus.*

Iudæis quidẽ & gẽtibus timentibus eũ, maiori ſcilicet populo& minori benedixit dñs, vnã ex his omnibus cõſtituens eccleſiam,ipſãq; in dies multiplicans:quã donis oĩbus abũdare fecit , adijciens illi ſanctorũ numerũ, & meritorũ cumulum.quamobrem, ſubiungit.

23. *Adijciat dominus ſuper vos : ſuper vos, & ſuper filios veſtros.*

Quod pręcipuũ eſt:regnũ Dei eſt & iuſtitia eius.reliquũ verò:quaſi aditũ & adiectũ. Mat.6.d. dicẽte Chr̃o(dum ageret de rerũ tẽporalium abijciẽda nimia ſollicitudine)quærite primũ regnũ Dei & iuſtitiã eius:& hæc oĩa adijciẽtur vobis.Non enim tẽporalia bona primum & potiſsimũ locum,apud chriſtianũ hominẽ obtinere debent:ſed poſteriorẽ. quaſi media duntaxat,data ad vitæ ſubſidiũ:ſtatim aũt peritura. hæc igit̃ adijciet: ſcit enim pr̃ veſter, quia his oĩbus indigetis ait dñs. Adijciet etiã paſtores & doctores ſuper vos pr̃s. Adijciet etiã filios per euãgeliũ genitos:ſup eos quos hactenus genuiſtis. Adijcietq; demũ ſup oẽs dona:& omnium incrementa virtutum.Seq.

24. *Benedicti vos à domino: qui fecit cælum & terram.*

Cæleſtia & terrena dabit bona:cõditor cæli & terræ dñs. Et qui totũ creauit hominẽ, atq; aĩam & corpus invnũ copulauit:toti etiã homini prouidebit. Is ipſe eſt qui fecit cælũ & terram:& omnia quæ in eis ſunt. qui ergo fecit dominus:hic & benedicet vos vt creſcatis in illo & multiplicemini.Sequitur.

*Cælum cæli domino:terram autem dedit filijs hominum.* 25.

Audi in primis moſaicę legis(quæ terrena promittit)defectũ,& euãgelicę perfectionẽ: quę cælorum regnũ pollicętur æternum.deinde conſidera ꝙ cælum cæli, ſupremũ ſcilicet cęlorum : deputatũ eſt dño filijſq; ipſius iam regnantibus,in glorioſam habitationem: terrã aũt dedit filijs hominum adhuc militantibus,ad habitandũ.ꝙ ſi legas cælũ deputatũ eſſe cæli dño:in eundẽ ſenſum recidet vtraq; lectio.ſic tñ vt cum audis,cælum cæli dño deputatum:mẽbra eius à cælo excluſa non intelligas:cũ ipſe dixerit,vbi ego ſum:illic & miniſter meus erit. Io.12.d. his igit̃ vti cohæredibus,cælum cæli dedit nunc viuentibus in ſpe:triumphantibus vero in re.At filijs hominũ,ꝙ graui ſint corde diligentes vanitatem & quærẽtes Pſ.14.ve.3. mendacium:terrenam illis duntaxat ſubſtantiam dedit.Sequitur.

*Non mortui laudabunt te domine : neq; omnes qui deſcendunt in infernum.* 26.

Multiplex eſt mors,quę & bonis bona,ma Ezec.1.d. lis mala:vt naturalis vel violẽta. Eſt quidem bona,mala,& peſsima.prima qua quis morit̃ peccato.de qua apoſtolus : qui enim mortui Ro.6.a. ſumus peccato:quomodo adhuc viuemus in illo?Secunda , qua quis gr̃æ Dei moritur, per culpã:Tertia vero , qua traditur gehenæ, ac perpetuæ dãnationi.Non ergo illi mortui dicẽdi ſunt,qui in dño moriunt̃:ſed illi qui ob- Apo.14. ſtinato animo in culpã prolapſi ſunt, & finali pereunt impœnitentia:ad gr̃am non vlterius ſurrecturi:qui & deſcẽdunt in infernum morientes.Hæc quidẽ,mors ſecũda dicitur.in a- Apoc.2.20.21. pocalipſi.Nec enim ſic mortui laudabunt do Eccle.17.d. miuũ:ab huiuſmodi enim quaſi nihil perit cõfeſsio.porro timidis,& incredulis, & execratis,& homicidis,& fornicatorib⁹, & veneficis,& ydolatris,& oĩbus mendacibus: pars illorum erit in ſtagno ardẽti igne & ſulphure: quod eſt mors ſecunda,ait euangeliſta Ioan- Apoc.21.b. nes.qui enim culpa mortui ſunt: quãdoq; laudant Deũ lingua,quãuis nõ opere,ac per hoc indigne:quia nõ eſt ſpecioſa laus in ore pec- Eccle.15.b. catoris.dãnati verò,nec corde nec opere nec ore laudant:quin blaſphemãt potius.ſic enim ſcriptũ eſt.Cõmanducauerũt linguas ſuas prę dolore:& blaſphemauerũt Deũ cæli,&c.Seq. Apo.16.b.

*Sed nos qui viuimus , benedicimus dño: ex hoc nunc, & vſq; in ſeculum.* 27.

Qui nũc viuimus vita gr̃æ,expectãtes beatam ſpem & aduentũ glorię magni Dei & ſaluatoris nr̃i Ieſu Chr̃i:benedicimus dño , quẽ Tit.2.c. colimus & adoramus dicentes:benedictio & claritas



claritas & ſapientia & gratiarum actio , ho- Apo.7.a. nor & virtus & fortitudo Deo noſtro, in ſecula ſeculorum amen. Idq; pro viribus agemus:ex hoc nũc,& vſq; in ſeculũ, in quo cum Chriſto viuẽte viuemus:nunquã amplius morituri.Cantabimuſq; plena ſecuritatę alleluia illud gloriæ:quam nobis tribuat qui ſine finè regnat.Amen.

EPILOGVS. PSALM. 113.

*IN exitu Iſrael de ægypto,domus Iacob de populo barbaro:ſanctificatus eſt denuò populus ille Deo:atq; in eius poſſeſsionẽ addictus.Rubri maris & iordanis mirabiliter ſubſtitit aqua : ut populus ſicco pede trãſiret.Mõtes & qui circũſtabant colles: quaſi huius lætitiæ participes effecti,Deo & populo cõgratulari uidebãtur.Vñ(obſecro)tibi mare,unde iordani,mõtibus , & collibus,hæ mutationes extraneæ prouenere:niſi à facie dñi,cuius nutu cælum,terra,mare, & cætera mouentur omnia:atq; propriæ oblita naturæ,quaſi in alterã cõmutantur?An non is dñs qui conuertit petram in ſtagna aquarũ:& rupium duritiẽ emolliuit?Is utiq; eſt potẽtiſsimus & glorioſus:qui hæc & ſi-* Eccl.36.a. *milia præclara facinora geſsit.Innoua nunc ergo ſigna,& immuta mirabilia : glorifica manũ & brachium dextrũ.ſit nobis cõmodum:tibi gloria.Non nobis dñe non nobis,ſed nomini tuo da gloriã : ut te potentẽ,pium,iuſtum,& ueracẽ oſtendas,& gentibus & barbaris qui te non nouerũt:ne quando inſultantes dicant,ubi eſt Deus eorũ?ſcimus equidem ſcimus,ꝙ Deus noſter in cælo & ubiq; eſt,adeò potẽs: ut oĩa quæcũq; uoluit fecit.At ſimulachra gentiũ,non dij ueri,ſed fictitij, ex argẽto & auro fabrefacti ſunt:ne ex ære, ligno,aliauè materia dixerim uiliore,ſunt deniq; opera manuũ hominũ:qui tametſi os, oculos,aures,nares,manus,pedes,gutur, atq; alia corporis membra,organaq; habeant apparentia & ementita:nullũ tñ actũ habent.ſimiles illis fient,qui faciunt ea:atq; Deo odibiles & abominabiles erũt. Non ſic uerus Iſrael:in quo dolus non eſt.Non ſacerdotalis & chriſtiana proles,ſed uerum Deum ado-* Io.4.e. *rant:patrem ſcilicet in ſpũ & ueritate,ut ueri adoratores.Ii ſunt qui timent dñm,credunt,ſperant,diliguntq;:& quorum ipſe adiutor atq; protector eſt.gaudeamus nunc igitur genus electum,regale ſacer-* 1.Pet.2.b. *dotium,gens ſancta,populus acquiſitionis:ꝙ dñs memor fuit noſtri,& benedixit nobis timentibus eum, puſillis & maioribus.Benedixit uos utiq; chriſtianos:de rore cæli,quæ præcipua & primaria benedictio eſt.Adijciat dñs ſuper uos(precor)ſuper uos , & ſuper filios ueſtros chriſtianæ fidei imitatores:* Mat.6.d. *ut benedicat etiam de pinguedine terræ.Adijciantur uobis omnia:qui primum quæritis regnũ Dei & iuſtitiam eius.Potens eſt enim utrãq; elargiri benedictionem:qui fecit cælum & terram , quiq; cælum empireum dño & filijs eius triumphantibus ſequeſtrauit:terram aũt atq;terrena & tranſitoria,quaſi media quædam:filijs hominum militãtibus deputauit.Iterum dico, gaudeamus uiuentes in Chriſto , &* 1.Pet.2.b. *uirtutes annuntiantes eius:qui de tenebris nos uocauit in admirabile lumen ſuũ. Nec enim mortui laudabunt te dñe:neq; omnes qui deſcendunt in infernum:ſed nos qui uiuimus à te benedicti : benedicimus tibi,ex hoc nunc uitæ præſentis:uſq; in ſeculum uitæ futuræ.Huius rei gratia,in tui amorem accẽſa eccleſia ipſa benedicta,hilaris,& lætabunda,in te unum unicèq; ſibi dilectum,ſe ſe totam effundit.*

PSALM. 114.

*DIlexi,quoniã exaudiet dominus: vocem orationis meæ.*

Titulus eſt alleluia, ꝙ ſe totũ lætabũdum in Dei laudẽ vir ſanctus cõuertat:cum de obſidionis anguſtia,nutu illius iam ſe nouerit liberatum.Dilexi(inquã)qui circũdatus inimicorum vallo:inter præſſuras clamaui, nec deſpectus ſum:quin exauditus potius, & à dño liberatus.dilexi quidẽ:ſed iam dilect⁹.In hoc eſt charitas:nõ quaſi nos dilexerimus Deum 1.Io.4.c. (diſcipulus dilect⁹ ait)ſed quoniã ipſe prior dilexit nos.dilexi vtiq; dñm diligentem me, idq; operibus cõprobantem: quandoquidem exaudiet vocẽ orationis meę.Clamauit olim humanum genus miſerijs vndiq; præſſum. dilexit quippe illum,cui credidit & in quo ſperauit:& ex miſericordia exauditũ eſt. dicat nunc igitur eccleſia ſacroſancta à ſponſo ſuo dilecta,dum ſibi ipſi congratulatur, ꝙ de incarnatione verbi, de aduentu ſcilicet dilecti ſui ſollicita,iam fuerit exaudita:& hinc ad futuras precationes ſpem ſuam fulciat,& audaciam ſumat.dilexi,quoniam exaudiet dñs vocem orationis meæ. quid de cætero negare poterit:qui ſe ipſum dedit? quis ergo nos ſeparabit à charitate Chriſti,&c.ait apoſtolus? Rom.8.g.

*Quia inclinauit aurem ſuam mihi : & in diebus meis inuocabo.* 2.

Auris Dei vnigenitus filius eſt , qui & inclinatus eſt,mortalitatis nr̃ę carnẽ aſſumens: per quẽ ſemp exaudiri petimus & ſperamus, gaudet igitur eccleſia,ꝙ inclinauerit De⁹ aurem ſuam ſibi:quum benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris nr̃i Dei.Et in diebus meis Tit.3.b. (inquit)inuocabo. dies huius peregrinationis pauci,mali & defectibiles:dies tribulationum & doloris:dies mei ſunt. de quibus ait Iob.Nihil.n,ſunt dies.mei.& rurſus:Nunc au- Iob.7.c. tem in me metipſo marceſcit aĩa mea:& poſ- Iob.30.c. ſident me dies afflictionis.In his igitur dieb⁹ meis inuocabo dominum quem dilexi: certe de exauditione ſecura.

3. *Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.*

Pœnales oẽs defectus, qui ex primorũ parẽtum peccato, nobis (iure hęreditario) cũ morte prouenerunt: dolores mortis merito nuncupantur. Sed derelictus fomes, ipſaq; ad malum propẽſio, atq; difficultas ad bonũ: vel ex ipſis nominibus, inferni pericula dicta ſunt. hæc quidẽ (ait) dũ omni ex parte circumeũt:
Rom.7.d. inuenerũt me (etiã inuitam) iuxta illud Pauli Non.n.ꝙ volo bonum hoc facio. & paucis interiectis: video aliam legẽ in mẽbris meis repugnãtem legi mentis meæ: & captiuantẽ me in lege peccati, quæ eſt in membris meis, &c. Nã ſuperuenerunt peccata ꝓpria & actualia, quæ cum tribulationis & doloris ſint cauſa: non ipſa me, ſed ego illa quæſiui & inueni: quæ volũtariè commiſi & perpetraui. de quibus ſequitur.

4. *Tribulationem & dolorem inueni: & nomen domini inuocaui.*

Hæc etiã vbi experta ſum, & egrã me eſſe cognoui (quod nõ exiguæ grãæ Dei fuit) cœpi medicũ inquirere atq; medicinam: & ecce tribulationẽ & dolorẽ inueni. Eſt enim pœnitentia: dolor volũtarie aſſumptus pro peccato. hunc quæſiui, hunc inueni: & nomẽ dñi inuocaui. Nec enim aliud nomẽ eſt ſub cælo da-
Act.4.b. tum hominib⁹, in quo oporteat nos ſaluos fieri: niſi in nomine Ieſu, ait apoſtolorũ primas. tribulationẽ igitur & dolorẽ inueni: qui peccata cõmiſi. Inueni etiã: qui præmentia mala cognoui. Inueni deniq; dolorẽ, quo cõmiſſa delerẽ: & nomẽ dñi inuocaui: ĩ quo eſt ſalus, vita & reſurrectio noſtra: hoc autem inuocationis verbum.

5. *O domine libera animam meam miſericors dominus & iuſtus: & Deus noſter miſeretur.*

Obſecro (inquã) dñe libera aĩam meã. Nec dixi ſurdo, crudeli aut fallaci: ſed illi cui proprium eſt miſereri. Eſt quidẽ natura miſericors & iuſtus: & miſerator effectu, qui peccatores ex miſericordia vocat ad grãm, Errata corrigit, & iuſte punit, tandẽq; omniũ quos ſuos futuros eſſe præ nouit, miſeretur: & eos dirigit ad coronã. Eſt enim Deus nr̃, refugiũ
Pſ.45.v,1. & virtus: adiutor in tribulationibus quę inuenerunt nos nimis. Sequitur.

6. *Cuſtodiens paruulos dominus: humiliatus ſum, & liberauit me.*

Eſt humiliũ cuſtos paſtor & cõſeruator dominus. Hos reſpicit: quos apud ſemetipſos deſpectos videt, ditat pauperes ſpũ, & exaltat corde depreſſos, ob id igitur eius manu potẽti humiliat⁹ ſum, flagellis percuſsit: vt me vel ſic humilẽ effectũ liberaret. Nec enim ſuperbos ac ſibi ipſis fidentes liberat & elatos: ſed hos duntaxat, qui propriã agnoſcẽtes infirmitatem, ſe ſe totos in eum proijciunt: ipſumq; inuocat adiutorem. Sequitur.

*Conuertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.* 7.

Quid iam ſupereſt ò aĩa mea: quæ nũc habitas cũ habitãtibus cedar, & exul à patria pe- Pſ.119.v.5.
regrinaris à dño: niſi vt cõuertaris in requiẽ tuam, vbi incõmutatabili bono frueris? Nõ ꝙ tibi aut dignitati naturæ, proprijſq; viribus aut meritis, hoc ipſum aſcribas: ſed quia dñs benefecit tibi. Benefecit vtiq;, quĩ eripuit à malis. ſed meli⁹ faciet & maiora adijciet, quũ te repleuerit bonis. donum enim Dei eſt: de cuius largiſsima manu id te accepiſſe cõſtat. Nolo tibi vendices, quod diuinũ eſt: niſi pro quãto tibi datum eſt. hec requies tua eſt: ſed quia dñs benefecit tibi. Non quidẽ exigua accepiſti dona, quę etſi multa ſint: ea tñ paucis abſoluam. Vos mortales omnes audite: vt ſi id ipſum vobis contingat: mecum alleluia cantetis.

*Quia eripuit animã meã de morte, oculos meos à lachrimis: pedes meos à lapſu.* 8.

A morte ad vitã, ab infidelitate ad fidem, à peccato ad grãm, eduxit aĩam meã dñs: Et anguſtijs, tribulationibus & dolorib⁹ pene obrutam cõſolatus eſt: vt vel intercalari ſolatio à lachrimis tẽperare poſſem. Et ne deficerem in via: ſuſtẽtauit laſſam, ſed hoc tẽporaneum beneficiũ eſt. Audite iam æternũ. Et vt ſpem certã innuã: futurũ quaſi præteritũ enarrabo. Ecce eripuit animam meã de morte: dum vitam tribuit ſempiternã. Et oculos meos à lachrimis: miſerijs finem imponẽs. pedes meos à lapſu: affect⁹ meos in eũ cõfirmans, & nuſꝗ̃ cadendi, plena ſecuritate donans. Nempe talis erit triũphalis ille ſtatus ſanctorũ. ſic enĩ in apocalipſi ſcriptũ eſt: & abſterget De⁹ om- Apo.21.a.
nem lachrimam ab oculis eorum, & mors vltra non erit, nec dolor erit vltra: quæ prima abierunt. Sequitur.

*Placebo domino: in regione viuorum.* 9.

Hæc regio: terra viuentium alibi nuncupatũr, eſt quidem beata illa regio ciuium ſupernorum: in qua cum Chriſto regnant omnes ſancti. vbi plenum gaudium & lætitia ſempiterna. vbi nihil coinquinatum, nihil ſpurcũ aut fœdum: ſed pulchrum & delectabile ac Deo placitum. Nihil corruptioni aut morti obnoxium: ſed viuens ſine metu mortis cum Chriſto; qui viuit & regnat Deus per infinita ſeculorum ſecula, Amen.

Dilexi,



## EPILOGVS. PSALM. 114.

DILEXI, *quoniam exaudiet dñs: vocẽ orationis meæ. Fide, ſpe & charitate vigens: dilexi dñm, qui prior dilexit me: & ſemper exaudiuit orantẽ, exaudietq; de ipſo præſumentẽ, quia inclinauit aurem ſuam mihi, factus homo ex tempore, ab æterno* Deus. *quod & mihi inuocan-*
Iaco.1.a. *di audaciã præbuit: & fidutiam impetrandi. hinc eſt, ꝙ in diebus meis inuocabo. poſtulans in fide, nihil hæſitans.* Nam *circũdederunt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me: à primis parentibus, quaſi hæreditario iure diducta & deriuata. hæc omnia à primo derelicta peccato, inuenerunt me: ego autem tribulationem & dolorem inueni.* Et *egra; medicum ſic de profundis clamans inuocaui.* O *domine libera animam meam qui miſericors es & iuſtus: humilitatis amans, atq; humilium ſubleuator.* At *ipſe humiliatam uidit: & liberauit me.* Non *eſt igitur ò anima mea, ꝙ deinceps triſteris: nõ eſt ꝙ crebris huius ſeculi erumnis deijciaris. uiue in ſpe adhuc modicũ, & conuertere anima mea in requiẽ tuã, tibi paratam à cõſtitutione mundi, ac perpetuo duraturã: quia dominus benefecit tibi.* At *qui eripuit animam meam de morte æterna, oculos meos à lachrimis, educens me de lacu miſeriæ & luto fæcis, pedes meos à lapſu, confirmans in gratia: ne* Deo *meo diſpliceam unquam. quin* placebo *potius domino, eroq; illi grata: æternum uiuens in terra uiuentium.* Nam *quæ dilexi credidi & ſperaui, hæc loquor.*
2.Tim.1.c *ſcio enim cui credidi & certa ſum: quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem.*

## PSALM. 115.

C*Redidi, propter quod loquut⁹ ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.*

Hic pſalm⁹ apud Hebreos nullum habet titulũ: quin præcedẽti annectiẽ potius, ita vt vnũ pſalmũ efficiant. In nr̃is tamẽ codicibus, quaſi diſtincto pſalmo, pro titulo, ſicut & antecedẽtibus & quibuſdam conſequentibus apponitur alleluia: ꝙ etiã ad laudẽ Dei pertineat. Nempe tres ſunt præcipui habit⁹ nobis infuſi, has virtutes theologicas appellamus: fides ſcilicet, ſpes, charitas: quas
1.Cor.13: etiã vas electionis Paulus, in ea quæ ad Corinthios prior eſt epiſtola receſet. His quidẽ & earũ actibus, vel maximè Deum colimus. Ab ea igitur quæ maiorẽ locum obtinet, charitate ſcilicet: diuinus vates trãſactum exorſus eſt pſalmũ, hoc breuiculo & abſoluto verbo, dilexi. Nunc verò à fide quæ fundamentum eſt: huius pſalmi principiũ ſumit dicens: credidi. At ex fide quæ per dilectionẽ operatur: inſurgit tertia, quæ ſpes eſt, harũ virtutũ media: cuius in priore pſalmo. 113. meminit dicens, domus Iſrael ſperauit in dño, domus Aaron & qui timent dñm: ſperauerunt in domino, &c. Et ſequenti. 117. eandem proſequitur dum ait: bonũ eſt cõfidere in dño. Et rurſum: bonũ eſt ſperare in dño: quam ſperare in principib⁹. qui ergo dixerat, dilexi quoniam exaudiet dñs, &c. nunc ait: credidi, propter quod loquutus ſum. vbi ſanctus propheta videtur Chr̃i martyrẽ agere: cuius perſonam induit cum ait: credidi, propter quod loquut⁹ ſum. firmiter quidẽ adhæſit theologicæ veritati, & corde credidi ad iuſtitiam: propter quod loquutus ſum ad ſalutẽ. Nam quod mẽte cõcepi: ore cõfeſſus ſum, atq; cæteris libera voce ꝓpalaui. Abſit à me illud quod apud
Eſa.6.b. Eſaiam ſcriptũ noui, vę (inquit) mihi quia ta-
Ro.10.b. cui. Corde enim creditur ad iuſtitiã: ore autẽ confeſsio fit ad ſalutem, ipſe ait Paulus. Non vtiq; præpoſtero ordine vſus ſum: ſed prius ipſe credidi: quod poſtea alijs credendũ verbo diffudi. Nec timui aut erubui: ſed occaſione accepta (quia hoc credidi neceſſarium) loquut⁹ ſum: ego aũt afflictus ſum nimis ab impugnantibus veritatem. Non fides aut verbũ Dei, quod (iuxta apoſtolum) nõ eſt alligatũ: 2.Tim.2.b
ſed ego, qui in euãgelio laboro vſq; ad vincula, quaſi male operans. habẽtes aũt eundẽ ſpiritũ fidei, quẽ ſcilicet is habuit qui in huiuſmodi verba prorrupit (ſicut ſcriptũ eſt) credi- 2.Cor.4.c
di, propter quod loquutus ſum: Et nos credimus, propter quod & loquimur, &c. Credimus (inquam) futura bona, nobiſq; obuẽtura ſperamus, in regione viuorum: propter quod ꝙ loquimur. liberè & confidenter. Sequitur.

*Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mẽdax.* 2.

Perſecutionibus & anguſtijs vallatus vndiq;: rem ipſam alti⁹ cõſiderare cœpi. Nec ſolùm mecũ habitans: verùm etiã me ipſum ſuperans & excedens, quaſi in extaſi poſitus: dixi, apud me tacitus: omnis homo mẽdax. Nõ de illo dixi, ad quem ſermo Dei fact⁹ eſt. qui Io.10.g.
& aliud quidẽ maius eſt quã præſefert, eò ꝙ homo eſt. Nempe credidi: ſed Deo veraci, nõ homini mendaci. Mẽdaci vtiq; & fallaci: quia omnis homo mendax. quis (rogo) innitatur illi: quem nouerit eſſe mandacem? Sequitur.

*Quid retribuã domino: pro omnibus quæ retribuit mihi?* 3.

In extaſi poſitus cõſiderationis meæ: rem paucis abſolui primũ. Nã dixi in exceſu meo: omnis homo mendax. Nunc aũt oportet inueſtigare ſecundũ. ꝗd retribuã dño? Agnoſco me debitorẽ. Nec ſum tam excors, qui nõ nouerim: quã ſim illi deuinctus: à quo & eſſe accepi, & bene eſſe. Ecce apoſtolus clamat: ꝗd 1.Cor.4.b.
habes quod non accepiſti? ſi aũt accepiſti: ꝗd

gloriaris

gloriaris quaſi nõ acceperis? ſcio equidẽ quã tum mihi tribuit: qui me rationalem cõdidit creaturã, ad imaginẽ & ſimilitudinẽ ſuam: fecitq́; ſui ipſius capacem. Et mihi demum (ne ſermonẽ lõgius traham) retribuenti malũ pro bono: ſemetipſum retribuit in redẽptionem. qui ergo fecit me & refecit: in creatione mihi dedit me, & in reparatione ac redẽptione mihi dedit ſe. Eius, n. ſemp̃ eſt dare: vti meũ eſt accipere. quid nũc ergo retribuã dño, pro omnib⁹ que retribuit mihi? ſcio quid illi pro tenui facultate mea rependã.

4. *Calicem ſalutaris accipiam: & nomẽ domini inuocabo.*

Et ipſe dñs Ieſus, calicẽ quem dedit illi pr̃: pro me bibit, bibit moriens: & mihi illi⁹ meritum retribuit ad vitã. Nã vt mihi me ipſum redderet: ſe ipſum dedit in preciũ. hũc igitur calicẽ, voto & animi prõptitudine accipiã: indictãq́; mihi mortem, pro Chr̃i nomine acceptã feram. Non enim omnibus datũ eſt hunc ebibere calicẽ: & ad ſanguinis effuſionẽ peruenire. ſit illis ſatis, vel ſũmis labijs deguſtaſſe: Id quidẽ calicem accepiſſe eſt. Accipiã igi-

Phi.4 c. tur & ego quia oĩa poſſum in eo qui me con-

Pſ.107.v.1. fortat: paratũ cor meum Deus, paratum cor meũ: Et nomẽ dñi inuocabo. qui enim emptitiũ me ſeruũ agnoſco, & precioſo Chr̃i ſanguine redẽptum: non erubeſcã aut cõfundar nomẽ dñi inuocare, atq; publicè cõfiteri. Seq.

5. *Vota mea domino reddam, corã omni populo eius: precioſa in conſpectu dñi mors ſanctorum eius.*

Mos iudæis erat, pacto bello & iam parta victoria: gr̃as agentes, in Dei gloriã & laudẽ parare cõuiuium ibiq́; memoriã agere diui. ctorũ: ſimulq́; Deo vota vouere, & fidẽ illius proteſtari. cuius rei gr̃a nũc ait Quod expetiui corde: id cõfitebor ore: Actuq́; reddam atq; effectu dño meo vota mea: quoties articulus publicæ & chriſtianæ cõfeſsionis inſtabit: Et ad gloriam nominis eius, ſalutẽ animę meę, & fideliũ ædificationẽ: mortẽ oppetam coram omni cętu, teſtimoniũ præbens fidei veritati. Eſt enim in conſpectu dñi precioſa mors ſanctorũ eius: cui precioſa & excellens etiã datur immarceſibilis gloriæ corona. ſciẽ-

1.Pet.1.d. tes q̃ nõ corruptibilibus auro vel argẽto, redempti eſtis de vana vr̃a cõuerſatione paternæ traditionis: ſed precioſo ſanguine, quaſi agni incontaminati & immaculati Chriſti, ait Petrus apoſtolus. Ideo non me ingloriũ eſtimabo: ſi pro Chriſto, etiam ignominioſè morti tradar: quin potius cum Paulo nõ inſipien-

Phil.1.c. ter dicã, mihi viuere Chriſtus eſt: & mori luchrum. Sequitur.

*O domine, quia ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus, & filius ancilæ tuæ.* 6.

Profecto magna nec ſimpla dignitas: quę geminã obligationẽ includit. Nam & creationis & redẽptionis iure ſeruus tuus ſum dñe. ſeruus (inquã) & eccleſię tuę filius. vides, quã iuſte tibi me ipſum impendã? quippe qui apoſtolũ tuum dicentẽ audiui: pro omnib⁹ mor- 2.Cor.5.c.

tuus eſt Chr̃s, vt qui viuunt, iam non ſibi viuant: ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit: tu redemiſti ancillã quę & me peperit filium: & tuę doctrinę lacte nutriuit. Reddã igit̃ emptori meo: quod ſuũ eſt. Nemo enim nr̃m ſibi viuit, & nemo ſibi moritur: ait iſdẽ Rom.14.b

Paulus. ſiue enim viuimus, dño viuimus: ſiue morimur, dño morimur, &c. Ideoq; precioſa & glorioſa mors, Eò q̃ eccleſiæ filij ſit: q̃q́; in domino & pro domino ſit. Sequitur.

*Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: & nomen dñi inuocabo.* 7.

Peccatorũ vinculis & cathenis colligatus eri: vti profugus, qui à te & à me diſceſſerã. At miſericors ipſe, perditũ & errantẽ reduxiſti, condonaſti errata, dirupiſti vincula: & in tuã demq; gr̃am (nullis meis præcedentibus meritis) recepiſti. Ad martyriũ etiã vocaſti, cuius tanta eſt vis: q̃ vti baptiſmus, peccatorum vincula dirumpit omnia. quid ergo pro his oĩb. tibi retribuã? Vota mea tibi reddã, me ipſum offerã, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, quod totũ cedet ĩ tui nominis laudẽ, q in cõfeſsione cõſtantiam tribuiſti: Et quo ad viro (licet impares) tibi referã gratiarũ actiones. Inuocabo etiã nomen dñi ſalutiferũ. ſcriptum eſt enim: Et erit, omnis qui inuocauerit nomen domini: ſaluus erit, quia in mõte ſion Iohel.2.g.

& in Ieruſalem erit ſaluatio, ſicut dixit dominus. Sequitur.

*Vota mea domino reddam, in conſpectu omnis populi eius: in atrijs domus domini, in medio tui Ieruſalem.* 8.

Quid iam deeſt credẽti, & per dilectionẽ operãti: niſi vt perueniat ad illũ quẽ ſibi propoſuit optatũ finem? vota (inquit) mea quæ à dño accepi: domino reddã. Reddã in conſpectu omnis populi conregnantis. primum, ſ. in atrijs domus dñi. hoc eſt in eccleſia militante: deinde in triumphante. Ibi etenim dilatabor in amœnitate pacis, plena ſecuritate gaudens: in medio tui Ieruſalem. Illa enim quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt, quæ eſt ma- Gal.4.d.

ter noſtra, ait doctor gentium Paulus. vbi electis Dei erit interminabilis gloria, cum capite ſuo Chriſto, qui viuit & regnat Deus per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

Credidi.



EPILOGVS. PSALM. 115.

CREDIDI, propter quod loquutus ſum: ego autẽ humiliatus ſum nimis. Corde cre-

Rom.10.b. ditur ad iuſtitiam: ore autem confeſsio fit ad ſalutem. Credidi ergo ſoli Deo & ueraci, non homini mendaci & fallaci. quia ego dixi, & uerè dixi, rem ipſam animo uoluens, pẽſans, diſcutiensq́; omnis homo mendax. non eſt cui fidam niſi domino: ſed quid illi retribuam, pro omnibus quæ retribuit mihi reddens bona pro malis: quod utiq; ſummæ illius bonitatis fuit? Nempe rem gratam ipſiq; nimis acceptam noui. Calicem ſalutaris accipiam: & nomen domini inuocabo. bibam quidem uoto calicem, quem dedit illi pater: & lubens oppetam pro illo mortẽ, ſi ſe offerat caſus. Nec nomen illius confiteri erubeſcam: immo ipſum inuocabo. Inuocabo, & publicè

1.Cor.2.a. annuntiabo. Annuntiabo, & prædicabo. Non enim iudicaui me ſcire aliquid niſi Ieſum Chriſtũ: & hũc crucifixum. hæc uota mea, & ardẽtia animi deſideria, offeram domino; reddãq; illi effectu opportuno, coram omni plebe gaudens: quoniam dignus habitus ſum pro nomine Ieſu contumeliam pati. Eſt quidẽ

1.Pet.1.b. precioſa in conſpectu eius mors ſanctorum eius. Eo q, probatio fidei illorum (ut Petrus apoſtolus ait) multo precioſior ſit auro, quod per ignem probatur. quid magnum eſt, ſi tibi debitam impendam ſeruitutẽ bone Deus? An non tu dominus meus es, & ego emptitius ſeruus? ò dñe quia ego ſeruus tuus, qui & cum talis homo, ueneundatus ſub peccato: iam tuo ſum cruore redẽptus. Et ideo ſeruus, utinam utilis ſer-

Ro.7.c. uus, qui & ancillæ tuæ eccleſiæ filius ſum. tu quidem dirupiſti uincula peccatorum meorum, quibus colligatus eram: quamobrem tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, gratias agens immortales. Et nomen dñi inuocabo: aſcribens illi omnia quæ ab eo uti à domino meo me confiteor accepiſſe. Reddamq́; (ut dixi) uota mea illi, in cœtu ſanctorum, in atrijs domus domini: ubi uiſio pacis erit æterna. pro hac igitur miſericordia, qua redemiſti ſeruum, eiuſq; uincula dirupiſti: omnes participes redemptionis ad Dei laudem, breuiculo uerbo inuitare libet.

PSALM. 116.

*LAudate dominũ omnes gentes: laudate eum oẽs populi.*

Titulus huic pſo. eſt alleluia: q̃ omnes ſine diſcrimine, ſiue gentes ſiue iudæos: ad Dei laudem excitet diuinus pſaltes atq; inuitet, paucula & anguſta verborũ ſerie: ſed miro ſenſuũ epithomate, & cordis affectu plura concludens. laudate (inquit) dñm vos omnes gentes: vt dignetur vos ſua vocatione Deus nr̃. Non enim eſt di-

Ro.10.c. ſtinctio iudæi & greci (Paulus ait) nam idem dñs omnium: diues in omnes qui inuocãt illum. quod vtiq; dauidicũ teſtimoniũ, in eã ipſa quę ad Romanos eſt epiſtola (iudęos ſimul & gentes ad mutuã dilectionem cõmonefaciens) citat apoſtolus dicens: ſuſcipite inuicẽ,

Ro.15 b. ſicut & Chr̃s ſuſcepit vos in honorẽ Dei. dico enim Chriſtum Ieſum miniſtrum fuiſſe circumciſionis, propter veritatem Dei ad confirmandas promiſsiones patrum: gentes aũt ſuper miſericordia honorare Deum, ſicut ſcriptum eſt, &c. Laudate omnes gentes dñm, & magnificate eũ oẽs populi. Non aduertis vel in frontiſpitio, diuini ſpiritus conſonantiam? ad confirmãdas (ait Paulus) promiſsiones patrum, &c. Et Dauid ſanctus.

2. *Quoniã cõfirmata eſt ſuper nos mĩa eius: & veritas dñi manet in æternum.*

Sunt qui legit quoniã multiplicata eſt, &c.

Eſa.9.a. Nam iuxta vaticiniũ Eſaiæ de vocatione gẽtium ad Chriſtũ, multiplicabitur eius imperium; & pacis non erit finis. promiſerat olim Deus ex mĩa daturũ ſe, Iudæis quidẽ: nã gentibus nõ ita ſpecifica de rege meſsia facta eſt promiſsio. Deus igitur verax, propter veritatem ſuã ad cõfirmandas promiſsiones patrũ:

vbi venit plenitudo tẽporis, miſit filium ſuũ Gal.4.a.

factum ex muliere, factũ ſub lege: vt eos qui ſub lege erant redimeret: ſed quid gẽtibus reliquũ eſt? dicat Paulus. gẽtes aũt ſuper mĩa honorare Deũ, ſicut ſcriptũ eſt: laudate oẽs gentes dñm, &c. hæc quidẽ iudęis mĩa promiſſa; quæ eſt ad gentes extenſa, atq; veniente Chriſto ſuper nos oẽs confirmata eſt. Nec promiſſionis veritas perpeſſa eſt detrimentum: quin potius manet in æternum. Tibi igitur ò iudee ſatisfactum eſt abũde. Noli fratri tuo iuniori

inuidere, qui peregre profectus in regionem Luc.15.f.

longinquã; diſsipauit ſubſtantiam ſuam viuẽdo luxurioſe, & cupiebat implere ventrẽ ſuũ, de ſiliquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat. Noui enim ingens illud ſuperciliũ tuum, quo gloriari ſoles: q̃ ſemẽ Abrahæ ſis atq; Dei peculiũ; cui lex data, & vera religio, excellensq́; illa promiſsio facta de rege Meſſia, ex progenie Dauid naſcituro. vñ criſtam erigẽs, & quaſi dicere videaris nõ ſum ſicut cæteri: populũ gentiũ paternæ ſubſtantiæ coheredẽ, ac diuinæ gr̃æ dedignaris habere cõſortes. Atqui meminiſſe deberes diuinæ mĩę & æquitatis: perinde ac prophetici oraculi obnixe ita Deum interpellantis: Emitte agnũ

dñe dñatorem terræ de petra deſerti, ad mõ Eſa.16.a.

tem filię ſion. Agnus vtiq; Chr̃s eſt. Et petra deſerti, natale ſolũ fuit Ruth moabitidis, atq; gentilis vxoris Booz iudei, qui & proaui fuere Dauid regis. De illis igitur proceſsit Chr̃s

ſecundum

ſecundū carnē, qui pro vtroq; populo venit:
ſicut de vtroq; naſci dignatus eſt. Ecce frater
tuus eſt. abierat: ſed reuerſus eſt ad patrem.
Noli ipſi inuidere: ꝙ ſtola prima grę & annu-
lo ſponſionis fidei ſit in baptiſmate decora-
tus, ꝙq; pro filio olim perdito, vitulus ille ſa-
ginat' & pinguis, cui nō eſt datus ſpūs ad mē-
ſuram: occiſus ſit. Nihil tibi deperit. Noli (ob-
ſecro) inuidere, ꝙ pr̄ miſericordia motus, ac-
currens cecidit ſup collum eius: & oſculatus
eſt eum, Noli emulari. Noli deniq; indignari.
quin epulari & gaudere oportebat potius, ꝙ
frater tuus hic mortuus erat & reuixit: perie-
rat & inuentus eſt. Ne pater ipſe liberalis &
miſericors tibi dicat: quod & vineæ opera-
rijs: Amice nō facio tibi iniuriā. Tolle quod Mat.20.b.
tuum eſt & vade: volo autē dare & huic no-
uiſsimo, ſicut & tibi. At non licet mihi quod
volo facere? Aut oculus tuus nequā eſt: quia
ego bon' ſum? lauda ergo & collauda. Et vos
gētes olim deſpectæ, laudate dn̄m ꝙ cōfirma-
ta ſit ſup nos oēs mīa eius: ꝙ etiā præſciuit,
ꝙ prędeſtinauit, ꝙ vocauit, ꝙ iuſtificauit, ꝙ
deniq; magnificabit, ꝙ magnificentiam ſuam
cōfirmabit in gloria: qui viuit & regnat De',
per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

## EPILOGVS PSALM. 116.

*LAVDATE dn̄m omnes gētes, laudate eum oēs populi. Cōmune eſt gaudiū, cōmune lucbrū: ſit etiā cōmune omnibus hoc laudandi munus. Eſt enim hæc copioſa materia laudis, quoniā confirmata eſt ſuper nos mīa eius: & ueritas dn̄i manet in æternū, nec uerbum amplius addam. promiſerat olim Deus ex mīa & uiſceribus charitatis, daturū ſe nobis: hoc utiq; miſericors ipſe & uerax adimpleuit, & cōfirmauit effectu. Nam uer-*
Io.1. *bum caro factum eſt, & habitauit in nobis. qui mortuus eſt deniq; propter delicta noſtra: & reſurre-*
Ro.4.d. *xit propter iuſtificationē. An non ea quæ effuſo fit ſanguine, confirmatio uera? uera profecto & ſolida: cuius ueritas manet in æternum. quamobrem totis uiribus & mentis conatu laudate dominum.*

## PSALMVS. 117.

*CONfitemini domino quoniā bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.*

Huic etiam pſalmo titulus eſt
alleluia: eo ꝙ eccleſia ſancta pro incarnatio-
ne verbi & redemptione, ac ſui ipſius ædifica
tione, alijsq; immenſis à deo acceptis benefi-
cijs, Deo grās agit: cæterosq; ad hoc munus
inducat, inuitās. Nec enim aliter quā de Chri-
ſto intelligi poteſt hic pſalm', in quo tanquā
in angulari lapide, illi duo parietes coniuncti
ſunt iudaicus ſcilicet & gentilis populus, ad
vnius eccleſiæ ſtructurā. Cum dn̄s in euange
lio, hinc pro ſeipſo extraxerit teſtimoniū di-
Mat.21.d. cens: Nunq̄d legiſtis in ſcripturis: lapidē quē
reprobauerunt ædificātes, hic factus eſt in ca
put anguli: A dn̄o factū eſt iſtud, & eſt mira-
bile in oculis nr̄is? Et in actis apoſtolorū Pe-
Acto.4.b. trus dixerit, hic eſt lapis qui reprobatus eſt à
vobis ædificātibus, qui factus eſt in caput an-
guli, & nō eſt in aliquo alio ſalus. Ait igit̄ ec-
cleſia ſancta: Confitemini dn̄o, & laudē dici-
te illi. quoniam bonus eſt: & miſericordia
eius inexhauſta, hec vox actus latriæ & reli-
gionis eſt, quæ veſtro ſemper reſonet in ore,
ꝙ bonus ſit dominus: ꝙq; miſericordia eius
ſit in ſeculū duratura. Nemo quidem bonus
Mar.10.c. niſi vnus Deus, qui & natura ſumme bonus
eſt: & erga creaturas à bono non deſtitit vn-
quam. Ipſe eſt miſericors, cui proprium eſt
pſ.102.v.16 miſereri ſemper & parcere. Miſericordia au-
tem domini ab æterno & vſq; in æternū ſu-
per timentes eum. Sequitur.

*Dicat nunc Iſrael quoniam bonus: quo-* 2.
*niam in ſeculum miſericordia eius.*

Dicant angelici & beati ſpūs, qui facie ad
faciem Deum contemplantur, eiuſq; perenni
bonitate fruuntur: ꝙ bonus ſit, ꝙq; magnifi-
cata ſit vſq; ad cælos miſericordia eius. Pſ.56.v.13.
*Dicat nunc domus Aaron: quoniam in* 3
*ſeculum miſericordia eius.*

Dicāt homines in hac lachrimarū valle de
gētes: ij maximè qui diuino cultui ſequeſtra-
ti ſunt: ꝙ bonus ſit Deus, & diues in mīa. ꝙ Ephe.2.c.
bonus ſit dn̄s ſperantibus in eum: animæ quę Thre.3.c.
renti illū, ꝙq; ſuauis ſit & mitis: & multæ mi
ſericordiæ omnibus inuocantibus eum. Pſ.85.v.4.
*Dicant nunc omnes qui timet dn̄m: quo-* 4.
*niam in ſeculum miſericordia eius.*

Dicat nunc etiam omniū fideliū grex: cui
timor dn̄i, ipſe eſt theſaurus eius, & cum me- Eſa.33.b
tu & tremore ſalutē ſuam operatur: dicat, & Phi.2.b.
cum fœlici timpaniſtria noſtra decātet: ꝙ mi
ſericordia eius à progenie & in progenies, ti- Luc.1.e.
mentibus eum. Sequitur.
*De tribulatione inuocaui dominum: &* 5.
*exaudiuit me in latitudinē dominus.*

Dicā & ego, quod non ſemel experta ſum
(ait eccleſia, vel pſaltes illius perſonā agens)
vt auditor mea ex cauſa ſumat exemplum: ò
quoties in tribulatione poſita, inter preſſu-
ras & anguſtias inuocaui dn̄m adiutorē? qui
ſtatim (vt opē ferret) præſto fuit: quippe qui
exaudiuit me ad votū vel vtilitatē, congruū
parans iter, aperienſq; viā: qua ab anguſtia in
latitudinem



latitudinē educeret. præmebar enim quaſi in
ter anguſtos parietes coarctata: occluſus vn
diq; videbat̄ locus. At vbi inuocaui dn̄m, qui
Pſ.54.v.8. ſaluū me fecit à puſillanimitate ſpūs & tem
peſtate: grā ipſius dilatato corde, atq; ad euā-
gelicam libertatem redacta, ambulabā in lati
tudine charitatis. porro nihil iam eſt quod
cōtrahat animū meum dn̄e Ieſu, vbi teſtimo-
Pſ.118.v.o- nia tua intellexi: & omnis cōſummationis vi-
cto.6.v.5. di finē, latū mandatum tuū nimis. Sequitur.
6. *Dominus mihi adiutor: non timebo quid*
*faciat mihi homo.*

Non eſt oblitus huius verſiculi Paulus ad
Hie.13.b. Hebreos ſcribens. ſint mores (inquit) ſine aua
ritia, contenti pn̄tibus: ipſe enī dixit, nō te de
ſeram neq; derelinquā: ita vt confident̄ dica-
mus, dn̄s mihi adiutor, non timebo q̄d faciat
Pſ.26.v.2. mihi homo. ſic etiā alibi iſdē pſaltes ait: dn̄s
protector vitæ meæ: à quo trepidabo? ſi con
ſiſtant aduerſum me caſtra: non timebit cor
meū, &c. Ipſeq; vas electionis Paulus, ſi Deus
Ro.8.f. pro nobis, quis cōtra nos? haud dubiū, ſit mi-
hi adiutor Deus & homo: & nō timebo quid
faciat mihi homo, & inimicus homo. Ecce
Luc.12.a. Chr̄s ex euāgelio clamat: dico aūt vobis ami
cis meis: ne terreamini ab eis qui occidūt cor
pus: & poſt hoc non habent amplius quid fa-
ciant, &c. quid rogo faciet homo (ſi me Chr̄s
amat) quod mihi non cedat in commodum?
pugnent quantumuis inimici, & inimico in
me animo malignentur.
7. *Dominus mihi adiutor: & ego deſpiciam*
*inimicos meos.*

Sit quantumlibet fortis: qui mihi inimica-
1.Pet.5.b. tur homo. ſit aduerſarius diabolus, qui tanq̄
leo rugiens, circuit quærēs quē deuoret: cui
Iob.41.d. non eſt ſuper terrā poteſtas quę cōparetur, q̄
factus eſt vt nullū timeret. Adſit mihi dn̄s ad
iutor fortis: & ego deſpiciā inimicos meos.
Ipſe enim ſic omnia tēperat & moderatur: vt
tētatus non ſuperet̄ niſi volēs: quamuis infir-
1.Cor.10.d mus homo, quinimo vt Paulus ait, fidelis De'
eſt: qui nō patiet̄ vos tētari ſupra id quod po
teſtis: ſed faciet etiā cum tentatione prouen-
tum, vt poſsitis ſuſtinere. Iure igitur aīa mea
pſ.34.v.10 exultabit in dn̄o & delectabitur ſup ſalutari
ſuo. Cōfitebitur illi, quoniā bonus: & in iubi
lo alleluia cātabit. omnia oſſa mea dicent, do
mine quis ſimilis tibi: eripiens inopē de manu
fortiorum eius: egenum & pauperem à diri-
pientibus eum? Sequitur.
8. *Bonum eſt confidere in domino: quàm*
*confidere in homine.*

Conſequitur ex dictis, ꝙ melius ſit confi-
dere in dn̄o: quàm confidere in homine. Nec
fruſtra arbitramur poſitiuū pro comparatiuo
poſitum: ſed cōſulto id actum eſſe credimus:
quia nō eſt bonū cōfidere in homine: vt con
fidentia in Deo illi debeat cōparari. dicit enī
dn̄s per prophetā ſuum Hieremiā. Maledict' Hier.17.a.
homo qui cōfidit in homine: & ponit carnē
brachiū ſuum, &c. Rurſuſq;: benedictus vir q̄
confidit in dn̄o: & erit dn̄s fidutia ei'. Homo
quidē baculus arundineus eſt, & cōquaſſatus,
cui ſi innitaris: in terram cadas neceſſe eſt. At
cōtra qui confidūt in dn̄o, non cōmouebunt̄: Pſ.124.v.1.
ſicut mōs ſion non cōmouebitur, qui habitat
vel ſitus eſt in Ieruſalem. quid tn̄ ſi homo po
tens ſit, fortis, diues, ſapiens, princeps glorio-
ſus, & amicus: q̄d ſi bonus angelus cui fidas?
*Bonum eſt ſperare in domino: quàm ſpe-* 9.
*rare in principibus.*

Sint homines, ſint angeli, ſiue boni ſiue ma
li, oēs enim principes nūcupantur. ſicut Mi-
chael (apud Danielem) de principibus primis Dan.10.c.
deſcribit̄ vnus: & Chr̄s in euangelio, diabolū
principē vocat: Nunc (inquit) princeps hui' Io.12.c.
mundi eijciet̄ foras. An non oēs creaturæ, &
potentiæ limitatæ: à ſummo opifice depen-
dentes & in eſſe, & operari? Illi igitur ſoli fi-
dam: qui independens & incōmutabile bonū
eſt. Anchorā ſpei meæ in tutiſsimo loco po-
nam: nec quieſcam, donec vltimatū ſpei meæ
finem attingā. Ipſe enim dominus factus eſt Pſ.93.v.22.
mihi in refugiū: & Deus meus in adiutoriū
ſpei meæ. Sequitur.
*Omnes gentes circuierunt me: & in no-* 10.
*mine domini quia vultus ſum in eos.*

Iudæi, greci & barbari, philoſophi ſapien-
tes & rudes, potentes & tyranni, principes &
plebei, ſeducti & ſeductores, etiam dęmones,
omni me ex parte inuaſerūt: vt minis ac ter-
roribus, vi, potētia & multitudine, me opreſ
ſam perderēt: at ego de tribulatione inuoca-
ui dn̄m, pro cuius nomine hæc perpeſſa ſum:
ſit illud benedictum, ꝙ victrix & vltrix euaſi.
Nam in nomine dn̄i (cui, rei huius ſit gloria)
peruerſi cōuerſi ſunt: Et effecti ſunt ei' fidei
defenſores: cuius ante perſequtores erāt. Nec
id meis viribus arrogāter adſcribo: ſed nomi
ni dn̄i quod inuocaui, cui fidi, in quo vici, &
piam vltionē feci. ſic enim ſcriptū eſt. quoniā 1.Io.5.a.
omne quod natū eſt ex deo: vincit mundum.
Et hæc eſt victoria quę vincit mūdum: fides
noſtra. vici ergo: ſed in capite meo Chriſto
& ſalutifero nomine eius Ieſu, vici. Sequitur.
*Circundantes circundederunt me: & in* 11.
*nomine dn̄i, quia vultus ſum in eos.*

Is qui apud Iob, circuiuit terram, & circuit
quærens quē deuoret, ſimulq; mēbra eius, qui
in circuitu impij ambulant iudæi: circundede Pſ.11.ve.9.
rūt me, dū caput meū toties circundederūt. Io.10.
Vnde

Pſ.12.v.12. vnde meritò circundantes appellati ſunt.
Et qui vt vituli & tauri pingues, atq; canes
multi & rabidi nõ ſemel Chr̃m dominũ obſe
derunt: me ſibi fide & charitate vnitam, cir-
cundantes circundederunt. ſed quid? profe-
ctò vici in nomine dñi, ſit illud benedictũ in
Pſ.98.v.9. ſecula: vlciſcens in oẽs adinuentiones eorũ.
12. *Circundederunt me ſicut apes, & exarſe*
*runt ſicut ignis in ſpinis: & in nomine*
*domini quia vultus ſum in eos.*

vtranq; capitis ſcilicet & membrorũ: diui
nus pſaltes proſequitꝰ perſequutionẽ. Circun-
dederũt me (inquit) ſicut apes, quę murmure
& aculeo infeſtare ſolent: ſed fauũ (non ſibi)
melle refertũ conficiunt. Nec ſecus Chr̃m vo
ciferãtes iudæi occiderũt: & redẽptionis nr̃ę
dulcedinẽ confecerunt. Illis quidẽ Barrabbas
dimiſſus eſt: nobis Chr̃s occiſus. guſtate nunc
Pſ.33.v.8. (obſecrò) & videte fideles oẽs: quã ſuauis eſt
dñs: beatus vir qui ſperat in eo. qui & traditꝰ
eſt propter delicta nr̃a: & reſurrexit propter
Ro.4.d. iuſtificationẽ nr̃am. Exarſerunt etiã ira & fu-
rore ſucceſſi: ſicut ignis in ſpinis. pungebant
vtiq; ſpinæ peccatorũ: ſed perſecutionis igne
cõſumptę ſunt, & cum ſonitu perierunt, atq;
ignis charitatis in me efferbuit magis. Nã cõ
Pſ.38.v.4. caluit cor meum intra me; & in meditatione
mea exardeſcet ignis, dum ſæpius mente vo-
luo: ꝙ in hoc apparuit charitas Dei in nobis,
1.Io.4.b. quoniã filiũ ſuum vnigenitũ miſit Deꝰ in mũ-
dum: vt viuamus per eum, ſicut dilectus diſci
pulus ait. quid nũc ergo ſinagoga victa & cõ
uicta gloriaris in malitia: quæ venenũ tibi, &
nobis antidotũ pręparaſti? Audi Ieruſalẽ: quę
tuũ in Babilonẽ cõmutaſti nomen. Audi quid
feceris, & quid de te per prophetã ſuũ pręnũ
Hiere.51. f. tiauerit dñs. Et apprehẽſi ſunt (inquit) fortes
eius, & emarcuit arcus eorũ: quia fortis vltor
dñs reddẽs retribuet. Et inebriabo principes
eius, & ſapiẽtes eius, duces eius, & magiſtratꝰ
eius, & fortes eius, &c. An non hæc ſiue in bo
num ſiue in malũ vltio? Rectè igitur quaſi de
victoria gaudẽs, & alleluia decãtans: hos ver
ſus eodem ſine concludit dicens: & in nomi-
ne domini quia vltus ſum in eos. Sequitur.
13. *Impulſus, euerſus ſum vt caderẽ: & do-*
*minus ſuſcepit me.*

Cum primũ eccleſia Chr̃i (iacto fundamen
to) ędificari cœpit: vario impetu impulſa eſt
ab aduerſarijs, qui eam euertere nitebantꝰ: ne
in altũ aſcẽderet ſtructura. cuius rei figuram
1. Eſdre. 3. & 4. deſcripſit Eſdras. ſed dñs adfuit; ne diuus la-
pis euerſus caderet: & ſicut ſcriptũ eſt, cũ ce-
Pſ.36.v.25. ciderit nõ collidetur: quia dñs ſupponit ma-
num ſuã. Huius igitur beneficij meminit nũc
pſaltes Deũ laudans, ꝙ à vehementi tentatio
nis ſpiritu, à conſilio malignantium hæreti-
corum & potentia tyrannorum: propulſata,
non corruit eccleſia. Sequitur.
*Fortitudo mea & laus mea dominus: &* 14.
*factus eſt mihi in ſalutem.*

Hunc etiam verſiculum eodẽ ſpũ afflatus
vſurpat Eſaias: dum eccleſiam Chr̃i alloquitꝰ. Eſa.12.a.
Et dices (inquit) in die illa, cõfitebor tibi do
mine, &c. quia fortitudo mea & laus mea do
minus: & factus eſt mihi in ſalutẽ. Et iterum:
Dei laudẽ proſequutꝰ ait: dñe, Deꝰ meꝰ es tu,
& exaltabo te: & confitebor nomini tuo. &c.
Et poſt pauca: ſuper hoc laudabit te populus Eſa.25.a.
fortis: ciuitas gentiũ robuſtarum timebit te:
quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo
egeno in tribulatione ſua, ſpes à turbine, vm-
braculũ ab æſtu. ſpũs enim robuſtorum, quaſi
turbo impellens parietẽ. lege hoc. 25. mirabi-
le caput. Certe cadit, qui ſibi tribuit ꝙ nõ ca-
dit. Nolo igitur fortitudinẽ tuam & ſtabilita
tem proprijs viribꝰ aſcribas: ſed forti dño &
fortificãti, qui te gr̃æ ſuæ pondere fixit, & in
fide ſtabiliuit: ac veræ charitatis bitumine
colligauit. dic cum eodẽ pſalte: fortitudinem
meã ad te cuſtodiã: quia Deus ſuſceptor meꝰ Pſ.58.v.10.
es. Tibi fortitudinem meam, tibi laudem: tibi
tribuam & ſalutem. Sequitur.
*Vox exultationis & ſalutis: in taberna-* 15.
*culis iuſtorum.*

Sit ſemper hæc veræ & gratæ cõfeſsionis
vox: vox quidẽ exultationis ſalutis, & redẽ-
ptionis in omni chr̃iano cætu. ſit in interiori
bus exterioribuſq; iuſtorum habitaculis, vox
hęc lęta, omni gaudio & iucũditate plena. Eſt
quidẽ electis oĩbus cõmune bonũ. ſit etiã om
nibus vox vna: eademq; de tanti boni perce-
ptione lætitia. dulcis profectò cãtilena & ſua
uis enarratio rei: quæ Deo gloriã, atq; huma
no generi commodum attulit & honorẽ. Di-
cat igitur fidelis quiſq;, dicam & ego.
*Dextera dñi fecit virtutẽ, dextera domini* 16.
*exaltauit me: dextera dñi fecit virtutem.*

Vnigenitus Dei filius per quẽ fecit & ſecu
la, & cuncta operatꝰ Deus, quiq; merito dexte
ra dñi & brachiũ eius dici ſolet: fortiter egit.
Qui & factus homo, exaltauit hominẽ: & mo
riens: in manu forti & brachio extẽto, ipſum
de mortis faucibus liberauit. Eduxit de lacu
miſeriæ & de luto fæcis, de tenebroſo carce-
re & vmbra mortis: ipſumq; iacentem erexit, Pſ.39.v.8.
atq; erectũ exaltauit & magnificauit. Carmẽ
igitur hoc dulce, humanæ redẽptionis myſte
rium cõtinens: in Dei laudẽ modulata voce
depromã. Illudq; repetã, ꝙ neſcio quid ele-
gans & feſtiuũ ex huiuſmodi repetitione ac-
creſcat:



creſcat: quo vel affectum meum exprimere,
poſsim. Sequitur.
17. *Non moriar ſed viuam: & narrabo ope-*
*ra domini.*

Quę morti æternę fueram addicta: iã agni
immaculati ſemel redempta cruore; non mo-
riar ſed viuam. Non in peccatum recidã, quæ
veraaĩæ mors eſt: ſed vitam vita gratiæ, per
petuo & inſeparabili charitatis vinculo ſocia
ta, & coniuncta ſpõſo & capiti meo Chriſto:
qui vita atq; toti vitæ fons eſt & origo. Nõ
moriar, ſed viua potiꝰ: & narrabo opera quæ
Eccl.17.d. in me fecit dominus mirabilia. ſcriptũ eſt enĩ:
A mortuo quaſi nihil perit confeſsio. Conſi-
teberis viuens, viuus & ſanus confiteberis, &
laudabis Deum: & gloriaberis in miſerationi
Eccl.15.c. bus illius. Et iterum: Non eſt ſpecioſa laus in
ore peccatoris. Sequitur.
18. *Caſtigãs caſtigauit me dominus: & mor-*
*ti non tradidit me.*

Cur iam moriar: quæ reuixi mortua? Nec
me ideo arbitremini æterna morte damna-
tam: ꝙ ſim aſsiduis percuſſa flagellis. hæc qui
dem percuſsio non eſt ad mortem: ſed ad cor
rectionem paterna eſt eruditio: non inimica
interfectio, aut æternalis pœnę irrogatio.
2.Cor.6.b quaſi morientes ait apoſtolus. Et ecce viui-
mus, vt caſtigati: & non mortificati. caſtigãs
Apo.3.d. caſtigauit me dñs: quippe qui quos amat: ar-
Heb.12.b. guit & caſtigat. quem enim diligit Deus ca-
ſtigat, ait apoſtolus: flagellat autem omnem
filiũ quẽ recipit. Et ſapiens. quẽ enim diligit
Pro.3.b. dñs corripit: & quaſi pater in filio compla-
cet ſibi. Cum illum verberat: nõ occidere fla-
ad gris, ſed iuſtitiæ metas reducere intendit.
Sequitur.
19. *Aperite mihi portas iuſtitiæ, & ingreſ-*
*ſus in eas cõfitebor domino: hæc porta do*
*mini, iuſti intrabunt in eam.*

Hæ portæ iuſtitiæ ſunt ꝙ rectè ſentias: &
Ro.10 b. rectè de Chriſto loquaris. ſcriptum eſt enim:
corde creditur ad iuſtitiam: ore aũt cõfeſsio
fit ad ſalutem. ſed quomodo credẽt ei, quem
non audierunt? aut quomodo audient, ſine
prædicante: ait apoſtolus? ſint igitur qui euã
gelicæ fidei ianuas aperiant: operæprecium
eſt. quamobrem vos apoſtoli, quibus hoc mu
nus creditum eſt: aperite mihi portas iuſtitię
ait eccleſia de gentibus cõuocata. quia ex o-
Ro.3.c. peribus legis (vt idem ait apoſtolus) nõ iu-
ſtificabitur omnis caro. Portas dixi, ſed vna
eſt fides: & vna eſt fidei rectitudo: qua Chri-
ſtum verũ Deũ & verũ hominem cõfitemur:
vnũ ſcilicet diuinũ ſuppoſitum, in duabus na-
turis. has etenim portas ingreſſa: confitebor
domino. Nec præter hũc vnũ: alius eſt ingreſ
ſus aut acceſſus ad Deum. hæc porta dñi: iuſti
intrabunt in eam. Et hæc oĩs iuſtitię porta ad
quã oẽs portæ tendũt. qui de ſe ait: Ego ſum
oſtium. per me ſi quis introierit: ſaluabitur, Io 10.b.
Et ingredietꝰ & egredietꝰ, & paſcua inueniet.
Et iterum: Nemo venit ad pr̃em: niſi per me. Io 14.a.
ſimus ergo ſolliciti (ſicut idẽ apoſtolus ait) Ephe.4.a.
ſeruare vnitatem ſpũs: in vinculo pacis. vnum
corpus & vnus ſpũs, &c. vnus dominus, vna
fides, vnum baptiſma. Nõ enim iuſti ſunt: qui
aliunde intrant. Nec confitentur: ſed blaſphe-
mant, & diffitentur. Sequitur.
*Cõfitebor tibi, quoniam exaudiſti me: &* 20.
*factus es mihi in ſalutem.*

De tribulatione clamaui: & tu miſericors
exaudiſti. ò quotiens te meum in carne veniẽ
tem expetiui ſaluatorem? Ecce vbi portas iu
ſtitiæ ingreſſa ſum: iam te aduenisse firma fi-
de teneo. Ideo confitebor tibi, ꝙ me exaudie
ris proclamantem: factuſq; mihi ſis in ſalutẽ,
veniſti tandem pientiſsime Ieſu, & operatus
es ſalutem in medio terræ: cuius & ego parti
ceps effecta ſum. ꝙ ſi non audiſtis modũ: au-
ſcultate parumper, nam rem ipſam paucis ab-
ſoluam. bipartitus erat electorum numerus.
Alij quidem ex iudæis, alij verò ex gentibus
futuri erant. Nempe illi quibꝰ lex, ſacerdotiũ,
circuncíſio, & id genus cætera data ſunt: pro
pe videbantur eſſe. Ii aũt longè, ꝙ deſpectui
haberi viſi ſint. Ex his omnibus quaſi ex vi-
uis lapidibus vnam ſibi ſanctã ipſamq; catho-
licam eccleſiam conſtruere decreuit ſummus
ille artifex: & ſapientiſsimus architectus. ve-
nerunt quidam, qui ędificantes dicebantur. Ii
huius ſtructuræ lapidem quem futurum præ
uiderat, & diſpoſuerat dominus angularem:
ignorantia ſimul & malitia occęcati, repro-
barunt: ſed mirabile dictu.
*Lapidem quem reprobauerunt ædifican-* 21.
*tes: hic factus eſt in caput anguli.*

Vt iam diximus: hũc locum adduxit domi
nus, cum de locatione vineę occiſisq; ſeruis Mat. 21. d.
atq; filio hærede ageret dicens: nunquã legi-
ſtis in ſcripturis: lapidem quem reprobauerũt Mar.12.a.
ædificãtes, hic factus eſt in caput anguli. à do
mino factũ eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis
noſtris? Ideo dico vobis, ꝙ auferetur à vo- Luc.20.c.
bis regnum Dei, &c. quod vtiq; teſtimonium
de Chriſto Ieſu dictum aſtruit in actis apo-
ſtolorum Petrus; principibus populi & ſe- Act.4.b.
nioribus Iſrael dicens: hic eſt lapis qui re-
probatus eſt à vobis ędificantibus: qui factus
eſt in caput anguli. &c. Et coapoſtolus eius
Paulus ad Romanos ſcribens, de Iſraeli-
tis ait: ꝙ offenderunt in lapidem offenſionis,

Ieſum Chrum ſcilicet. ſup quo vtriq; apoſto
1.pet.2.b. li & principes, dnm per Eſaiam dicentẽ indu
Ro.9 d. cunt. Ecce pono in ſion lapidẽ ſummũ angu-
Eſa.28.d. larẽ,&c. At q non ineptè Chrum lapidẽ angu
larẽ appellat. Ipſe enĩ eſt lapis à principib' &
phariſeis plebẽ docẽtib' reprobatus: ſed à pře
Deo probat'. Eſt ictibus tũſionibuſq; fact' in
paſsione precioſus: atq; in reſurrectione exal
tatus, qui in natiuitate exciſus de monte ſine
manib': ineffabili myſterio (iuxta Danielis va
Dan. 2.g. ticiniũ) fact' eſt mons magnus De' & homo.
Et is pax nr̃a q fecit vtraq; vnum: ait Paulus
Ephe.2.d. apoſtolus in ea quę ad epheſios eſt epiſtola,
vbi eo quo ſolet ſpũ, de hac ædificatione diſe
rens: præmiſit. Nũc aũt in Chro Ieſu, vos q ali
quãdo eratis lõgẽ facti eſtis ppe, in ſanguine
Chri. Et quibuſdã interiectis infert: ergo iam
nõ eſtis hoſpites & aduenę: ſed eſtis ciues ſan
ctorũ & domeſtici Dei: ſuperędificati ſupra
fundamentũ apoſtolorũ & prophetarũ. Ipſo
ſummo angulari lapide Chriſto Ieſu, in quo
omnis ędificatio cõſtructa: creſcit in tẽplum
ſanctum in domino,&c. lege (ſi vacat) totum
caput. Sequitur.

22. *A domino factum eſt iſtud: & eſt mira
bile in oculis noſtris.*

Certè diuinum nõ humanũ fuit opus: vt in
vnũ coirent: qui omnino diſpares erant, quid
(rogo) mirabilius? haud dubium, mirabile eſt
in oculis nr̃is, ꝙ Deus ſit homo ex virgine ſi
mul & matre. quòd iudæis exoſus & gẽtibus
ignotus: in vnũ copularit vtroſq;, factus om-
nium fidelium caput, iuſtificans circũciſionẽ
Ro.3.d ex fide: & prę putiũ per fidem. miramur vtiq;
molẽ hãc ſpiritualem: & artificis bonitatem
ſimul & ſapientiam ac potentiam colimus,&
humiliter adoramus. Sequitur.

23. *Hæc eſt dies quam fecit dominus: exulte-
mus & lætemur in ea.*

Vbi ſol iuſtitiæ Chr̃s Deus nr̃ nobis exor-
tus eſt: tempus illud acceptum, & dies ſalutis
Eſa. 49. b. (de quo apud Eſaiam) illuxit nobis. dies qui-
dem remiſsionis & gratiæ: in quo redemptio
2.Cor.6.a. nis noſtræ myſteriũ peractum eſt: cum tradi-
Ro.4.d. tus eſt dñs (vt Paulus ait) propter delicta no-
ſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem no
ſtram. hæc eſt igitur dies celeberrima, quam
dominus fecit illuſtrem: exultemus & læte-
mur in ea. Nullus ſit iam triſtitiæ locus, vbi
vita redijt: & vtili ſuperaditur honor. Nem-
pe ꝙ mortuus eſt Chr̃s, vtile nobis fuit: hono
rificũ aũt ꝙ reſurrexit. Nõ eſt ꝙ ignominioſa
mors nobis dẽt opprobrio, vt confundamur:
cũ glorioſa ſuperuenerit reſurrectio, qua iu-
ſtificamur, & exprobrãtib' reſpondemus: ſur
rexit dominus verè, qui verè iacuit in ſepul-
chro. Crucifixum prædicamus, mortuum &
ſepultum: ſed à mortuis reſurgentem, ac de
morte triumphãtem. Exultemus igitur & læ-
temur in hac die: qua efficax nobis ſignum, &
futuræ noſtræ (quã ſperamus) reſurrectionis
datur argumentum. ſi autem Chriſtus prædi-
catur ꝙ reſurrexit à mortuis (Corinthijs ait
Paulus) quomodo quidã dicũt in vobis, quo- 1.Cor.15.b
niam reſurrectio mortuorũ non eſt? Et poſt
pauca. Nunc autẽ Chriſtus reſurrexit à mor-
tuis primitiæ dormientiũ: quãdoquidem per
hominem mors, & per hominem reſurrectio
mortuorum. Exultemus ergo, & corporis &
animę tripudio lętemur: ꝙ ſurrexit dominus
propter iuſtificationem noſtram. Eſt quidẽ
quo (de ea quæ in nobis eſt futuræ reſurre-
ctionis fides & ſpes) rationem reddentes iu-
ſtificemur. Sequitur.

*O dñe ſaluum me fac: ò dñe bene proſpera 24.
re: benedictus qui venit in nomine dñi.*

Hinc (vt arbitror) & qui præcedebant, &
qui ſequebantur, Chriſtum dominũ ſuper aſi
nam ſedentẽ, & in Ieruſalem venientẽ: piam Mat.21.a.
illam vocem in eius laudẽ vſurparunt, dicen-
tes: oſi anna filio Dauid, &c. vt eſſet eadem
vox: quibus eadẽ fides erat & ſalus. O domi-
ne qui aduenisti ſaluator: ſaluationis hui' per
fice miniſterium. Intende proſpere, procede Pſ.44.v.5.
& regna: & ad votum cuncta ſuccedant, bene
dictus ſit qui venit in nomine domini. domi- Pſ.3.ve.8.
ni eſt ſalus: & ſuper populum tuũ benedictio
tua. ſis ipſe benedictus: qui promiſſam adfers
benedictionem & ſalutem. Sequitur.

*Benediximus vobis de domo domini: De' 25.
dominus & illuxit nobis.*

Vox maiorũ videtur eſſe, qui dicenti gre-
gi. Aperite mihi portas iuſtitiæ: reſpondiſſe
viſi ſint, benediximus vobis de domo dñi, im
mo De' dominus benedixit, qui & illuxit no
bis. Etenim benedictionem dabit legiſlator. pſ.83.v.7.
dominus virtutẽ populo ſuo dabit: dominus
benedicet populo ſuo in pace. Ipſe reliquit Pſ.28.v.10
in domo ſua benedictionem: qui veniens in
carne illuxit nobis. quamobrem vti miniſtri
illius, benediximus vobis de domo domini:
vbi theſaurus benedictionis eſt. Eſt enim ibi Pſ.132.v.2
vnguentum in capite, quod deſcendit in bar-
bam barbam Aaron: quod deſcendit in oram
veſtimenti eius: quoniam illic mandauit do-
minus benedictionẽ & vitam vſq; in ſeculũ.
benediximus ergo (quia iuxta verbũ apoſto-
li Petri) in hoc vocati eſtis: vt benedictionẽ 1.Pet.3.b.
hæreditate poſsideatis. Sequitur.

*Conſtituite diem ſolennem in condenſis: 26.
vſq; ad cornu altaris.*

vt ſit



Vt ſit ſemp ſub oculos redemptionis vr̃æ
memoriale, & debitã redẽptori Chro ſeruitu
tem, & gr̃arum actionẽ cõmodius impẽdere
valeatis: cõſtituite diẽ ſolennẽ, in qua frequẽ
ti cõcurſu, vnanimes cõueniatis in tẽplo dñi.
vt nunc de Chri natiuitate, nunc de benignaa
cõuerſatione, de morte, de reſurrectione, cæ
teriſq; beneficijs & myſterijs, gr̃as agẽtes: to
to mẽtis affectu ob nimiã multitudinẽ cõfer-
ti & ſtipati, vſq; ad cornu altaris, vbi ſacrifi-
cium offert: inter denſos arborũ ramos aliaq;
interioris lætitiæ ſigna, in huiuſmodi ſtrato
tẽplo, feſtiua gaudia celebretis. Vnde quidã,
nõ in condẽſis: ſed in frõdoſis tranſtulerunt
hinc vt arbitror (ita ſancto ſpũ diſponente)
pius inoleuit vſus: vt in feſtis præcipuis, tem
pla apparatu ſimili adornentur. Sequitur,

27. *Deus meus es tu, & cõfitebor tibi: Deus
meus es tu, & exaltabo te.*

Totius eccleſiæ verba ſunt: latryam prote
ſtantis. Cõfitebor tibi (inquit) cõfeſsione lau
dis, dicãq; ꝙ miſericors & benignus ſis, qui
exaudieris me: & factus ſis mihi infirmãti in
ſalutem. Deus quidem omnium es, ſed mihi
peculiaris: qui ex gr̃a mihi miſerrime con-
ſuluiſti pereunti. Non hoc beneficiũ ẽ pecto-
re meo labetur vnquã. Sequitur.

*Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: 28.
& factus es mihi in ſalutem.*

Id circo vos omnes fideles.

*Confitemini domino quoniã bonus: quo- 29.
niam in ſeculum miſericordia eius.*

Sit diuinæ laudis non ſemel repetita vox:
Reſpondeat principio finis. Confitemini re-
demptori, qui redempti eſtis: dicite ꝙ bonus
ſit, ꝙq; miſericors, qui nobis ſuam largit' eſt
gratiam, & dabit gloriam: in qua viuit & re-
gnat per infinita ſeculorum ſecula. Amen.

## EPILOGVS. PSALM. 117.

CONFITEMINI *dño quoniã bonus: quoniã in ſeculũ mĩa eius. Hoc dicat nũc Iſrael ſpirita
lis, dicãt ſacerdotes, quibus maximè ex officio incũbit, dicãt ſimul qui timẽt dñm: & unã ſanctam
catholicã q; cõſtituunt eccleſiam. Ipſaq; illi gratias agat, dicatq; quaſi unus: de tribulatione in-
uocaui dñm: & exaudiuit me: ab anguſtia in latitudinẽ ducens. Dñs mihi adiutor: nõ eſt q hominẽ ue-
rear, immo deſpiciã inimicos meos: uiſibiles & inuiſibiles. hoc unũ ſcio, & periculo cõprobaui: q me-
lius eſt cõfidere in dño: quã in hoĩe. Melius eſt ſperare in dño: quã in principib', angelis, uel hominibus.
Ecce gẽtes circuierũt me (ſit dñs bñdictus) q uictor euaſi. Circundederunt me ſicut apes, murmure &
aculeo infeſtãtes: magnoq; ſtripitu inſurrexerũt exardeſcẽtes, nõ ſecus ac ignis, quũ diſcurrens deuo-
rat ſpinas: ſed in nomine dñi cõſumpti ſunt pſequentes, & ipſe illæſus remãſi. qd pluras Impulſus ſum
ferè ad caſum uſq;: ſed dñs ſuſcepit me: qui fortitudo mea eſt in me donũ fortitudinis cauſans, laus mea
atq; ſaluator. quãobrem ſemp reſonet hæc uox in tabernaculis iuſtorũ: dicat eorũ quiſq;, ſoli Deo uicto
riæ gloriã tribuens atq; triũphi: dextera dñi fecit uirtutẽ, &c. Iam nõ moriar: ſed uiuã. Nam iuſtus ex
Ro.1.c. fide uiuit: & fide ex auditu, auditus aũt p uerbũ Chriſti. uos ergo prædicatores uerbi, & iuſtitiæ quæ
ex fide eſt diſpẽſatores: aperite mihi portas iuſtitiæ, & ingreſſus in eas, cõfitebor dño. hæc etenĩ porta
Ro.10. fides eſt qua corde creditur ad iuſtitiã: ore aũt confeſsio fit ad ſalutẽ. hæc porta dñi, iuſti intrabũt in eã.
Ro.6.d. de qua apoſtolus romanis ait: liberati à peccato: ſerui facti eſtis iuſtitiæ. p hãc utiq; ad oĩum uirtutum
aulam patet ingreſſus. quamobrẽ, Ingrediar etiã ipſe, & cõfitebor dño: q me exaudierit, factuſq; ſit
mihi ſaluator. Is profectò eſt, per lapidẽ illũ ſignificatus, qui ab ædificantibus olim reprobatus: nunc fa
ctus eſt angularis inſtructura eccleſiæ: duos quaſi parietes cõnectens in ſe populos. certè à dño factum
eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris. lætemur ergo fideles ſimul. hæc enim eſt dies quam fecit dñs:
dies ſanctificata, & humanæ redẽptioni cõſecrata. Ecce ſaluator uenit: petat unuſquiſq; ſalutẽ dicatq;:
ò dñe ſaluũ me fac. tibi oĩa ad uota ſuccedant. ſit omniũ uox una: bñdictus qui uenit in nomine dñi. Con-
gratulẽtur ſubditis principes ipſi dicẽtes: benediximus uobis de domo dñi: immo Deus dñs qui illuxit no-
bis. quãobrem uos nouo tripudio exultantes: cõſtituite diẽ ſolẽnem in cõdenſis: fideliũ magna in unum
coeunte caterua, uſq; ad cornu altaris: ut ſitis uenĩeti obuiam Chriſto. Et dicat ueſtrũ quiſq;: De' meus
es tu, & exaltabo te. pariterq; illũ oẽs ſummis efferte laudibus. Cõfitemini dño quoniam bonus: quonia
in ſeculũ miſericordia eius. Attẽdite tamen, q non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris: ideo mundi eſtote Ad Paulam vrbicã par
& immaculati.* te.2. epiſto

## PSALM. 118.

la.61. trac.5
Aleph. *BEati immaculati in via: qui ambu- Ad eandẽ
lat in lege domini.* epiſtola cu

Hui' pſalmi titulus eſt alleluia. Eſt enim ius initũ,
à Dauid conditus in dei laudem: quo bonis quis dabit
moribus inſtituat hominem: vt fœlicitatem capiti meo
adipiſcatur ęternam. Nam (vt doctori Hie- aquã. pte.3
ronymo placet) omnem moralem locum in trac.13. epi
ſe comprehenſum habet, ob idq; ab eo ethi- ſtola.65.
cus appellatur. Artificioſè quidem eſt Hebrea
lingua deſcriptus. Et iuxta hebraicarum lite-
rarum numerum, quę duę & viginti ſunt: in
viginti duas ſectiones verſuum, diuiſus eſt.
quos octonarios appellare licebit: ꝙ earum

 quęlibet

quelibet, verſus continet octo ab eadē litera
incipiētes, ad finē vſq; ſeruato alphabeti ordi
ne. Eſt enī litera prima Aleph. à qua octo pri-
mi verſus incipiūt. ſecūda Beth. tertia Gimel:
quarta Daleth. vltima verò Thau. quod qui-
dem elegās artificiū, alij etiā tres pſalmi, ſcili
cet triceſſimus ſextus, centeſſimus decimus,
centeſimus quadrageſimus quartus, dunta-
xat habent, licet non æquo ſequentium ver-
ſuum numero apud Hebræos: quod vtique
latinus interpres ſeruare noluit, aut nequiuit.
Eſt hoc vnū etiā ſilētio non prætereundū: ꝙ
vix verſum reperies: vbi via, aut lex, teſtimo
nia, mādata, iuſtificationes, iudicia, ſermones
eloquia, verbū, veritas, ordinatio, bonū, iuſti
tiā, æquitas, aut ſingulari aut plurali numero
nō noīetur. Quę ferè oīa quaſi idē ſignifican-
tia, & in eundē finē tendentia, appoſita ſunt.
Ait ergo nūc diuinus pſaltes: beati immacula
ti in via, &c. Nēpe illi verè beati cēſendi ſunt
in re: q cōſūmato curſu, iam ad beatitudinis
pſiam pueneruut. At qui adhuc in hoc corpo
re cōſtituti peregrinanť à dño: beati dicendi
2. Cor. 5. b. ſunt in ſpe, ſi in via peregrinationis huius im
maculatā vitā ducāt (vtq; id breuiori ac no-
tiore cōpendio dicā) ſi ambulēt in lege dñi.
Oēs enī hoiēs ſuapte natura cupiūt eſſe beati:
ſed forte ad beatitudinē cōſequendā, viā ip-
ſam ignorāt: ꝙ ſi q dixerint, quod apud Hie-
Hier. 42. a. remiā ſcriptum legimus, Annūtiet nobis dñs
De' tuus viā per quā pgamus, & verbū quod
Eſa. 30. c. faciamus: Ecce ait: lex domini immaculata,
hæc eſt via, ambulate in ea, & non declinetis
neq; ad dexterā, neq; ad ſiniſtrā, quia beati nō
ſunt qui ambulāt ſecundū deſideria carnis in
voluptate ſua: ſed q ambulant in lege dñi. In
lege aūt dñi exerceri, & mādata eius ſeruare:
nō eſt gradū ſiſtere, nō à via deficere aut de
clinare: ſed recta incedere & ambulare. Et
hæc prior, notior, & cōmunior eſt via: quam
actiuam noncupamus. Sequitur.

2. *Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: in
toto corde exquirunt eum.*

Pſ. 35. v. 3. Sūt quidā qui noluerūt intelligere, vt bene
agerēt. Ii profectò, nō beati, ſed infœlices di
cendi ſunt. Alij verò noctes atq; dies ſcriptu
ræ ſanctæ ſcrutanť teſtimonia: vt ſe ipſos prę
dicēt, nō Chrum. os populi mereanť, nō Dei:
quęſtum pietatē arbitrātes, & quærētes quæ
ſua ſunt, nō quę Ieſu Chri: quo ditior ſit arca,
non conſciētia. Ii etiā etſi teſtimonia ei' ſcru
tentur: beati dicendi nō ſunt, quia nō in toto
corde exquirūt eum. quippe curioſus ſcruta
tur: vt in ſcripturis doctior videatur. ſcruta-
tur hæreticus: vt calumnieť, horū intellectus
eſt in lege dñi: non voluntas. Exquirunt for-
tè: ſed non toto corde. Exquirūt vt ſciant: nō
vt bonū operentur. ſpeculationi vacant: pra-
xim fugiūt. Exquirūt teſtimonia eius: cui cre
dere nolunt, aut obtēperare contēnunt: beati
igitur ſunt: qui Deū ſuper omnia diligētes, to
to corde perquirūt. Et quo ſibi placeāt, & vo
luntatē eius ſcire poſsint vt adimpleant: teſti
monia eius pia inueſtigatione ſcrutantur. hęc
quidē fœlix & proficua legis meditatio eſt:
quę in via, contemplationem ſimul comple-
ctitur & actionem. Sequitur.

*Non enim qui operantur iniquitatem: in* 3.
*vijs eius ambulauerunt.*

Vel vt quidā legunt, qui enim nō operan-
tur iniquitatē: in vijs eius ambulauerūt. Am-
bulare (vt diximus) operari eſt. ſed ij ambulāt
in vijs dñi: qui bonū operanť. qui aūt iniqui-
tatē faciunt, malo cōſentientes: non ambulāt
in vijs eius. diſtant nimiū à vijs dñi: qui ope-
rantur iniquitatē. vti falſum à vero, bonum à Pro. 3. c.
malo, rectū à curuo. vię dñi, viæ pulchræ: im- Eſa. 55. c.
piorū viæ peruerſæ. Non enim cogitationes
meæ, cogitationes vřæ: neq; viæ meæ, vię ve
ſtrę, dicit dñs. quia ſicut exaltātur cæli à ter-
ta: ſic exaltatę ſunt vię meę à vijs vřis. vos in
perditionē tenditis: viæ meæ ducunt ad vitā.
quæ nunc (obſecro) viarum cōuentio: vbi tā-
ta diſtantia finis? Nō ergo qui operanť iniqui
tatem: in vijs eius ambulauerunt. quo modo
in vijs eius ambulant: qui declināt à Chriſto: Io. 14. a.
qui via, veritas & vita eſt: nec præcepta eius
& prohibitiones obſeruant? Sequitur.

*Tu mādaſti: mādata tua cuſtodiri nimis.* 4.

Diſtrictè præcepiſti dñe, mandata tua dili
genter obſeruari dicēs: omne mandatū quod Deut. 8. b.
ego præcipio tibi hodie: caue diligēter vt fa
cias. Rurſumq; ſicut erudit filiū ſuum homo:
ſic dñs De' tuus erudiuit te, vt cuſtodias má
data dñi Dei tui, & ambules in vijs eius, & ti
meas eū. Et iterū: obſerua & caue, ne qñ obli
uiſcaris dñi Dei tui: & negligas mádata eius,
&c. Non quidē oſcitāter aut ſegniter: ſed to-
tò animi & viriū conatu obſeruāda ſunt. Nō
diminutè, vt vel minimū paruipēdas, quia: mā
data Dei ſunt. Nedū ea quę ipſe pcepit: verū
etiā præpoſitorū iuſſa, ſemp attēde. vide quid
in Ioſue ducis laudē: ſcriptura dixerit, ſicut
pceperat dñs Moyſi ſeruo ſuo: ita præcepit
Moyſes Ioſue, & ille vniuerſa cōpleuit. Non
præterijt de vniuerſis mādatis, nec vnum qui Ioſue. 11. c.
dem verbū: quod iuſſerat dñs Moyſi. videte
etiā quid in euangelio dñs dicat: qui vos au-
dit, me audit. Et qui vos ſpernit: me ſpernit. Luc. 10. c.
qui aūt me ſpernit: ſpernit eum qui miſit me.
Et apoſtolus theſſalonicenſibus ſcribens ait
itaq; qui hæc ſpernit: non hominē ſpernit: ſed 1. Theſ. 4. b
Deum:



Deum: Qui etiam dedit ſpiritū ſuum ſanctū:
in nobis. Sequitur.

5. *Vtinam dirigantur viæ meæ: ad cuſtodiē
das iuſtificationes tuas.*

Libertatis meæ eſt ambulare: ſed grę tuæ
eſt vias meas dirigere, ad cuſtodiēdas iuſtifi-
cationes tuas dñe. quāobrē opto, idq; humili
ter peto: dirigant vię meę, nō ſolūm ad diſcē-
das: verū etiā ad cuſtodiendas iuſtificationes
Hier. 10. f. tuas. ſcio dñe (Hieremias ait) quia nō eſt ho-
minis via eius: nec viri eſt vt ambulet, & diri-
gat greſſus ſuus. Ambulare quidē hoīs, niſi te
duce & directore: errare eſt. Errat quippe in
uiuſ quiſquis etſi viā nouit, viā ſine te ambulare
præſumit. vtinā ergo viæ meæ dirigātur à te.
vt cuſtodiēs iuſtificationes tuas per te: iuſti-
ficatus peruenire merear ad te. Sequitur.

6. *Tunc non confundar: cum perſpexero in
omnibus mandatis tuis.*

Cōfundor cū ea cōſpicio: quę valdè cuſto-
diri mādata iuſiſti. quorū me in dies cōſtituo
trāſgreſſorē: nūc omittēs, nūc vero in ea com
2. Pet. 2. d. mittēs. Melius enī erat (Petrus apoſtolus ait)
nō cognoſcere viā iuſtitiæ: q poſt agnitionē,
retrorſum cōuerti ab eo quod illis traditum
eſt ſancto mādato. Ecce ſic aſpexi: & cōfun-
dor. ꝙ ſi gřa tua adiuueris, vt perſpiciam oīa
mādata tua, ea opere cōplens: tūc non cōfun-
dar. Cū non ea noſſe: ſed oīa ex gřa tua cuſto
diſſe: ad ſalutē ſit ſatis. Tu ergo qui dediſti &
docuiſti mādata, ipſaq; valdè cuſtodire māda
ſti: fac (obſecro) per grām tuā dirigantur viæ
meæ: ad cuſtodiēdas iuſtificationes tuas. Tūc
quidē non cōfundar: ſi ex tua cooperāte gřa
& adiutrice, perficiēs oīa: perſpexero in om-
nib' mādatis tuis. In oībus dixi: quia (vt ait ſa
Eccle. 9. d. piēs) q in vno peccauerit: multa bona pdet.
Iaco. 2. b. Et Iacob' apoſtolus: quicūq; enim totā legem
ſeruauerit, offendat aūt in vno: factus eſt om
niū reus. qui enim dixit nō mechaberis: dixit
& non occides. Mandata igitur omnia obſer
ues neceſſe eſt: ne pecces in legem, ac legis la
torem, & confundaris. Sequitur.

7. *Confitebor tibi in directione cordis: in eo
quòd didici iudicia iuſtitiæ tuæ.*

Illuminaſti & direxiſti. vtrunq; tuū eſt: in
vtroq; confitebor tibi. In directione cordis
mei ſcilicet: & in eo ꝙ te docēte, didici iudi-
cia iuſtitiæ tuæ. Tu quidē oſtendiſti mihi ea:
per quæ iudicaturus ſis hominē trāſgreſſorē.
ſed quid mihi prodeſſet hæc ſciſſe: ſi cor meū
ad illorū cuſtodiā nō direxiſſes? cōfitebor igi
tur tibi cōfeſsione laudis, & tibi hāc tribuam
cordis mei directionē: vt ea quę à te didici iu
dicia cuſtodirē. Cōfitebor, ꝙ ignorātiam de
puliſti ſimul & cōfuſionē. Nam etſi cor meū
eſt, liberumq; eſt: tñ directore illi opus eſt: vt
opereť bonū. gřas tibi agā immortales: vnice
director & optimè, ꝙ tu direxeris cor meū:
ꝙq; docueris quę didici iudicia iuſtitię tuæ:
vt illa cognoſcerem: & ſic cognita adimple-
rem. Sequitur.

*Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me de* 8.
*relinquas vſq; quaq;.*

Legis teſtimonia ſcrutat' ſum. Noui māda
ta quę valdè cuſtodiri iuſsiſti. didici iudicia.
ſed ꝙ te ſentiā directorē: cōfitebor tibi in di-
rectione cordis. Et qui à te manu duct', iuſti
ficationes tuas pfiteor cuſtodire: pprię infir
mitatis cōſcius (precor) non me derelinquas
multū. quinimo nimis adiuua qui mādata tua
nimis cuſtodire iuſsiſti. ſoles quidē interdum
tuos derelinquere vtiliter vt pbes. Nō ergo Ro. 5. a.
tribulationē fugio: ſciēs ꝙ tribulatio patien-
tiam operať, patiētia aūt probationē, pbatio
verò ſpē, ſpes aūt non cōfundit, vt apoſtolus
ait. ſed q fragilitatē nřam & vires aduerſantiū
noui: mihi ipi & meipm timeo. Ideoq; clama
re cōpellor: ne derelinquas me dñe De' me', Pſ. 37. v. 22
ne diſceſſeris à me. Cū defecerit virtus mea: Pſ. 70. v. 10
ne derelinquas me, quia dixerūt inimici mei:
Deus dereliquit eū, perſequimini & cōprehē
dite eū, quia nō eſt qui eripiat. Deus ne elon
geris à me: nō me derelinquas vſq; quaq;. ſuc-
curre pietiſsime, effūde frāmeam, & cōclude
aduerſus eos qui pſequunť me, dic aīæ meę ſa
lus tua ego ſum. Inſonet meis aurib' ſuaue il- Pſ. 34. v. 3.
lud tuū toti' cōſolationis verbū: quod apud
Eſaiam. Ad punctū in modico dereliqui te: & Eſa. 54. b.
in miſerationib' magnis cōgregabo te. Iuſtifi
cationes ergo tuas cuſtodiā: id qdē mihi ſem
p mēti erit. tibi curæ ſit, ne penit' derelīquas
me. Nā ſi ex toto deſeras: de me actum erit.

OCTONARIVS 2.

Beth. *IN quo corrigit adoleſcētior viā ſuam:
in cuſtodiendo ſermones tuos.*

Pulchrè interrogat: pulchri' ſatiſfacit. hic
nō tā corpore q̄ mēte iunior intelligēdus eſt.
Col. 3. b. Eſt enī (iuxta apoſtolū) vet' & nouus homo.
2. Cor. 4. d qui etiā Corinthijs ſecūdo ſcribens ait: licet
is qui foris eſt noſter homo corrumpatur: ta
men is qui intus eſt, renouatur de die in diē.
Ille ergo qui priſtinæ vitæ vetuſtate relicta
induit nouū hoīem qui ſecundū Deū creatus
eſt, cui' renouať vt aquilę iuuentus: adoleſcē Pſ. 102. v. 5
tior dicēdus eſt cōuerſione ac vitę nouitate,
quāuis corpore ſeneſcat. In quo nūc rogo (di
uinus pſaltes ait) is adoleſcētior corrigit viā
ſuā, dū adhuc flexibilis ac tenellus à malo gra
dum reuocat ipmq; dirigit in bonū? vel ī hoc
profecto dñe, ſi cuſtodiat ſermones tuos. tu

quidẽ malũ ꝓhibes & præcipis bonũ. Sed tũc
is aptus videreť ſenſus: ſi ꝓpheta quęſiſſet, in
quo adoleſcẽtior fact⁹ & renouatus, correxit
viã ſuã? At nõ dixit correxit, ſed corrigit: vn
de quęſiſſe videtur: quonã pacto ignorãs, in-
cõltans & imperfect⁹, qualis adoleſcẽtulus eſ
ſe ſolet, qui à ꝓpria cõcupiſcentia illectus ad
quoduis illecebroſum incaute volitat ſignũ:
viã ſuã corrigit, vt ad ꝓpoſitam ſibi vitam at
tingat? Cui reſpõdens ait, in cuſtodiendo ſer-
Mat.19.c. mones tuos. ſcriptũ eſt enĩ: ſi vis ad vitam in
gredi: ſerua mãdata: hoc eſt, nõ eſt aliud huic
adoleſcẽti viæ ſuæ directoriũ aptius: quã di-
uinorum obſeruantia mandatorũ. Sequitur.

2. *In toto corde meo exquiſiui te: ne repel-
las me à mandatis tuis.*

Repellere à ſe dicit Deus: quos ſuis exigẽ-
tib⁹ malis, eò ꝙ ponãt obicẽ, nõ adiuuat vt ac
cedãt. Repellit quidẽ fictos, ſubdolos, hypo-
critas, ſeipſos amãtes, & cor ſuũ ad caduca hu
ius ſeculi declinãtes, atq; id genus hoĩes, qui
aut nõ quęrunt dñm: aut nõ toto corde & af
fectu, ſed bipartito & dimidiato, tepide ac de
ſidioſe quęrũt. hos etenĩ quos cęcutientes &
claudicãtes, varijs deſiderijs errare ꝑmittit:
repellere videť de⁹. At nũc pſaltes ꝙ toto cor
de exquiſierit deũ: gr͞a ipi⁹ adiuuari petit: ne
à ſciẽtia & obſeruantia mãdatorũ repellať in
dignus. Nõ me ꝑmittas (inquit) à via mãdato
rum tuorũ errare: qui pro virili portione, in
toto corde meo exquiſiui te. Adiuua me nũc
De⁹ facientẽ quod ĩ me eſt: vt in via mãdato
rum ambulans: te inueniã quem quæſiui. Seq.

3. *In corde meo abſcondi eloquia tua: vt nõ
peccem tibi.*

Vtilia ſunt eloquia dei: quę hoĩes frenãt &
cohibẽt ne peccẽt. Ideo ipa nõ ſolũ ore, verũ
etiã imo pectore recõdant operępreciũ eſt:
velut antidotũ à morte præſeruans. ſed ecce
Matt.25.b peccat, q talentũ ſibi creditũ abſcõdit ĩ trr͞a,
Luc.19.d. aut repoſitũ habet in ſudario: qñ illud cõmu-
nicãs fœlici poſſet augere cõmercio. hui⁹ rei
Pſ.39.v.12. gr͞a alibi ſanctus propheta ait: Annũciaui iuſti
tiã tuã in eccleſia magna: ecce labia mea non
ꝓhibebo, dñe tu ſciſti. Iuſtitiã tuã non abſcõ-
Pſ.50.v.14 di in corde meo. Et iterum: docebo iniquos
vias tuas: & impij ad te conuertentur. peccat
etiã è diuerſo, qui Dei myſteria ſcienter pro
dit deriſorib⁹ & indignis: cũ id ꝓhibeat Chr͞s
Mat.7.a. dicẽs: Nolite ſanctũ dare canib⁹, neq; mittatis
margaritas vr͞as ante porcos: ne forte cõcul-
cẽt eas pedibus ſuis, & canes cõuerſi dirũpãt
vos. Cũ ergo fidelis ſeruus & prudẽs ſe vide-
rit in ꝓdicatione nõ proficere, quin vilipendi
potius ab auditoribus Dei verbũ: nõ illud pã
dat, ſed abſcõdat in corde, & inter ſalices in-
fructuoſas ſuſpendat organa ſua: ne peccet
Deo, verbũ ſuum exponẽs deriſioni. Illud mẽ Pſ.136.v.2.
te conceptũ ruminet ſibi, & quaſi theſaurum
imo pectore cõdat: quod tp͞e cõgruente poſ-
ſit poſtmodum erogare. Abſcõdat itidẽ ver-
bum quaſi frumentũ in ſulco pectoris ſui: ne
volucres cæli comedant illud, quin timorem Mat.13.a.
dñi germinet potius & amorem. Sequitur.

*Benedictus es dñe: doce me iuſtificationes
tuas.* 4.

Verè bñdictus es dñe Ieſu, bñdictionibus
dulcedinis, benedictionibus cæli deſup, bene Gen.49.c.
dictionibus abyſſi iacẽtis deorſum, bñdictio
nibus vberũ & vuluæ: ſuperãs deniq; Ioſeph
illũ typicum filiũ accreſcentẽ & fr͞es ei⁹. Nã
(vt de cæteris taceã) tu es verus Nephtalim,
ceruus emiſſus & dãs eloquia pulchritudinis:
quę in corde meo abſcõdi: vt nõ peccẽ tibi.
qui ergo bñdictus es dñe, à quo oĩs bñdictio
emanat: tu me benedicens, duplici bñdictio-
ne cõfirma. vt et quæ agẽda ſunt videã: & ad
implenda quæ viderim, conualeſcã. Illumina
ſti olim, vt tibi placita ſcirem. Nunc vires ex
gr͞a ſubminiſtra: vt exequi valeam & perfice
rẽ illa. Sic me tandem iuſtificationes tuas do
ce: vt eas non tantùm verbo, verùm opere &
exemplo poſſim cæteris enuntiare.

*In labijs meis: pronuntiaui omnia iudi-
cia oris tui.* 5.

Pronũtiat eccleſia ſancta in labijs ſuis: oĩa
judicia quæ didicit ab ore ſpõſi. Nẽpe iudi-
cia eius oĩa, quę ſunt vt abyſſus multa: inſcru Pſ.35.v.6.
tabilia ſunt, vt quę humanã omnẽ atq; angeli-
cam indaginẽ ſuperãt. Quamobrẽ non abſo-
lutè oĩa: ſed oĩa oris ſui iudicia, quę illi dñs re
uelare dignatus eſt ꝑ prædicatorũ ora, fideli
bus ſuis pronunciare conať. Ipſa quidẽ labijs
ꝓprijs verba profert: ſed Deus illis viã parat,
& quo ad intima cordis ꝑuenire poſſint, hali
tum & aditũ pręſtat. Eſt enim ipſe qui docet
hoĩem ſcientiã, ob idq; iure tibi dixerim, bea Pſ.93.v.12
tus homo quẽ tu erudieris dñe: & de lege tua
docueris eum. Nimirũ ego tãtum labijs meis
pronũciaui oĩa iudicia oris tui, quæ ꝑ os pro
phetarum olim, nouiſsimè aũt diebus iſtis: lo
quutus es nobis in filio. ſed tu dñe penetrans Heb.1.a.
interiora cordis, atq; gratia ſimul & verbo
pulſans: docuiſti ea. Sequitur.

*In via teſtimoniorum tuorum delectatus
ſum: ſicut in omnibus diuitijs.* 6.

Via teſtimoniorũ Dei, qua teſtať eã quã er
ga nos hũit charitatẽ: Chr͞s eſt nobis dat⁹, no-
bis natus, & in mũdo conuerſatus. quippe qui
apud pr͞em manens, & ad nos veniẽs: rei hui⁹
apertiſsima præbuit teſtimonia. In hac igitur
via qua per Chr͞m itur ad pr͞m, ſe delectatũ di Io.14.a.
cit



cit ſicut in oĩbus diuitijs ſpũalibus: quia in ip
Colo.2.a. ſo ſunt (vt Paulus ait) oẽs theſauri ſapiẽtiæ &
ſciẽtiæ abſcõditi. Eſt etiã via teſtimoniorum
oĩs exẽplaris Chr͞i actio: quę & nr͞a eſt inſtru
ctio. lex quoq; euangelica, quæ nobis ſcripto
relicta eſt: via teſtimoniorũ Dei iure poterit
appellari. hęc enĩ nobis Dei voluntatẽ oſten-
Sap.7.a. dit. In hac (inquit) delectat⁹ ſum. Nam vt ſa-
piẽs, prępoſui illã regnis & ſedib⁹: & diuitias
nihil eſſe dixi in cõparatione illius, &c. Dele
ctatus ſum (inquam) cõſiderans magnifica &
mirabilia teſtimonia tua: ipſaq; intellectu &
affectu deguſtans ruminans atq; opere exer-
cens: Non ſecus ac ſolet auar⁹ diuitiarũ cumu
lo delectari, immo lõge dulci⁹ ſuauiuſq;. Seq.

7. *In mandatis tuis exercebor: & conſidera
bor vias tuas.*

Dũ in viã gradior, vtrunq; cõplector: pra-
xim. ſ. & ſpeculationẽ. quid enim eſt aliud in
mandatis exerceri: quã mandata eo quo ſunt
ꝓcepta modo ſeruare? Exercebor ergo in mã
datis tuis: eò ꝙ dilectionẽ Dei & proximi, ac
verã pietatẽ pręſeferant cõtineãtq;. Audi nũc
apoſtolũ, diſcipulũ ſuum timotheũ cõmonen
1.Tim.4.b tẽ: ineptas (ait) & aniles fabulas deuita. Exer
ce aũt te ipm ad pietatẽ. Nã corporalis exer-
citatio ad modicũ vtilis eſt: pietas aũt ad om
nia vtilis eſt, promiſsionem habens vitæ quæ
nunc eſt, & futuræ. At conſiderare vias dñi,
nihil aliud eſſe arbitramur: quã illa duo viarũ
cõpendia cõtẽplari, quę (ſemel loquẽte Deo)
iſdem propheta ſe alibi audiſſe teſtatur dicẽs:
Pſ.61.v.12. ſemel loquutus eſt De⁹, duo hæc audiui: quia
poteſtas Dei eſt, & tibi dñe mĩa, quia tu red-
des vicuiq; iuxta opera ſua. porro in mãdatis
dñi ſe exercenti nihil vtilius eſſe poterit: quã
ſi has dñi quas didicit vias quaſq; ad binariũ
redegit numerum: haud oſcitãter meditetur.
Nam cũ dixiſſet, docebit mites vias ſuas: eas
ſtatim duobus digitis recenſet dicens: vniuer
ſæ viæ dñi mĩa & veritas: requirentibus teſta Pſ.24.v.11.
mentũ ei⁹ & teſtimonia ei⁹. Atqui vtranq; viã
contemplari neceſſe eſt: quo & ſpe ſimul eri-
garis, & timore concutiaris. Sequitur.

*In iuſtificationibus tuis meditabor: non
obliuiſcar ſermones tuos.* 8.

Iuſtificationes meditari: eſt mãdata Dei cõ
tẽplando obſeruare, & obſeruando contẽpla
ri. quia vt huiuſmodi mandata iuſtificationes
ſint: non ſatis eſt ea quę ſint & qualia, intelle-
ctu diſcutere, aut verbo diſputare. Operępre
cium eſt etiã, illa ex Dei gr͞a adimplere. Non
enim auditores legis iuſti ſunt apud Deũ ait
Paulus: ſed factores legis iuſtificabunť. Et ia- Ro.2.b.
cobus apoſtolus. Eſtote (inquit) factores ver Iac.1.d.
bi, & nõ auditores tantùm: fallentes vos me-
tipſos. Et poſt pauca, qui aũt perſpexerit in le
ge perfectæ libertatis, & permãſerit in ea, nõ
auditor obliuioſus factus, ſed factor operis:
hic beat⁹ in facto ſuo erit. Sic igiť homini ne
ceſſe eſt ad ſalutẽ mandata Dei meditari fer-
uẽter atq; deuotè: vt ea iuxta intentionẽ præ
cipientis debita obſeruatione perficiẽs, iuſti-
ficationes ſibi faciat apud deũ: Nec memoria
excidẽt vnquã, ea quæ toties actitauit. Dicat
ergo iuſtus, dicat eccleſia ſancta (quæ ocioſa
eſſe neſcit) vt actiuã pariter & cõtemplatiuã
vitã amplectať: in mãdatis tuis exercebor, &
in iuſtificationib⁹ tuis meditabor. Non vtiq;
obliuiſcar ſermones tuos: quin tenaci memo
ria cõſeruabo potius, cõferens in corde meo,
eoſq; interiore palato ruminãs atq; deguſtãs.

## OCTONARIVS. 3.

Gimel. R*Etribue ſeruo tuo: viuifica me, &
cuſtodiam ſermones tuos.*

Cõpoſitum pro ſimplici poſitũ eſt ver
Ro.11.d. bum. Nã vt Paulus ait, quis prior dedit illi: &
retribueť ei? qm̃ ex ipſo & per ipm, & in ipſo
ſunt oĩa. Niſi fortè hæc verba talẽ poſsint ha-
bere ſenſum. Anteq̃ lumẽ à te perciperẽ dñe:
Errans, mihi ipi ac proprijs virib⁹ & meritis
bona oĩa tribuebã. At vbi te ipm Deum meũ
bonorũ omniũ largitorẽ agnoui: tibi quicq̃d
boni eſt, tribui & aſcripſi: tu ergo retribue
gr͞am viuificantẽ, tibi tribuẽti gloriam viuifi
catoris: & cuſtodiã ſermones tuos. Non vtiq;
ſine te in iuſtificationibus exerceri, nõ conſi-
derare meditariuè potero: aut non obliuiſci
ſermones tuos. ꝙ cum vita ſis, totiuſq; autor
vitæ: nõ ſemel tribue. ſed iterũ atq; iterũ re-
tribue augmentum ſpiritualis vitę, cui primũ
etiã tribuiſti vitã. Atqui mortuus erã, & te vi-
uificãte reuixi. Nunc fidẽ adauge quę per di-
lectionẽ operatur: & viuificabis me fideleq;
efficies & iuſtũ (nã iuſtus ex fide viuit) & cu
ſtodiam ſermones tuos. Ecce à primi homi-
nis lapſu rerum omnium patior indigentiam:
fac igitur ſeruo tuo benignè ſuccurras.

*Reuela oculos meos: & conſiderabo mi-
rabilia de lege tua.* 2.

Quid tibi ignorantiã meam, hebetudinem
ac cæcitatem exponã: cuius oculis omnia nu- Heb.4.c.
da ſunt & aperta? Ecce mirabilia & admiran-
da myſteria occluſa ſunt & abdita ĩ lege tua,
quæ ſcrutari nimium concupiſco: ſed vela-
men obſtat ignorantię ob oculos poſitum,
ipſaq; mentis ex peccato prouenſens hebetu
do. quamobrem dirumpe velamen, remoue
prohibens, reuela oculos: & de lege tua tunc
mirabilia cõſiderare licebit. fiduciam aũt talẽ
habemus per Chr͞um ad Deũ (ait Paulus) non 2.Cor.3.a.

ꝙ ſufficiẽtes ſimus cogitare aliquid à nobis,
quaſi ex nobis: ſed ſufficentia nr̃a ex Deo eſt.
Exo.34.d. Et rurſus: habẽtes igitur talẽ ſpẽ, multa fidu-
tia vtimur, & nõ ſicut Moyſes ponebat vela
men ſup faciẽ ſuã, vt nõ intẽderent filij Iſrael
in faciem, propter gloriã vult' eius quę eua-
cuatur: ſed obtuſi ſunt ſenſus eorũ tu ergo q.
hunc regiũ vatẽ & Chr̃i apoſtolũ audis, ſi viui
ficari petis atq; oculos reuelari, vt legis mira
bilia cõſiderare poſsis: Caue in primis iuxta
ipſius Pauli monitũ, ne occidentẽ tm̃ literam
ſequaris, ſed ſpũm viuificãtem. Ac deinde cõ-
uerſus ad dñm, fac ex animo cuſtodias ſermo
nes eius, vt mirabilia ſcrutari queas: lege eun
dem apoſtolũ id ſtatim his verbis pollicentẽ.
Cum aũt (inquit) cõuerſus fuerit ad Deũ: aufe
rẽ velamen. Nos vero oẽs reuelata facie glo
riam Dei ſpeculantes: in eandẽ imaginẽ tranſ
formamur, à claritate in claritatẽ tanq̃ à dñi
ſpũ. Reuelatione igit̃ oculorũ op' eſt dñe, ac
tui luminis claritate: quo legis tuæ mirabilia
atq; archana indagare poſsim.

3. *Incola ego ſum in terra: non abſcondas à
me mandata tua.*

Aduena ego ſum apud te, & peregrinus ſi
cut oẽs p̃res mei: fideles. ſ. qui nõ hic arbitra
mur habere ciuitatẽ manentem, ſed futurã in
quirimus. Nõ quaſi terrigenæ, his terrenis hę
rem': ſed anhelo ſpũ ad cæleſtẽ patriam con-
tendimus peruenire. Iccirco nõ abſcondas à
me mandata tua, ac ſi me reputes indignũ qui
ea mẽte diſcutiã, homo nedũ corpore, ſed &
animo malè affecto terreſtris: cui inſipidũ eſt
& inſulſum, quod diuinũ eſt atq; cæleſte. Ec-
ce aduena ſum in terra: nõ abſcõdas à me mã
data tua, quæ viaticum ſunt peregrinationi
meæ. Illuſtra faciẽ tuã ſuper ſeruũ tuum. ſcio
enim, q̃ ſit magna multitudo dulcedinis tuæ
Pſ.30.v.23 dñe: quã abſcondiſti timẽtibus te. Non etiam
abſcõdas mandata: ad quorũ obſeruantiã, ab-
Mat.19.c. ſcõſam dulcedinẽ promiſiſti dicens: ſi vis ad
vitam ingredi, ſerua mandata. Tunc quidem
abſcondes: ſi ſpecialis auxilij gratiam, ad illo
rum obſeruantiam non præſtiteris.

4. *Concupiuit anima mea deſiderare iuſtifi-
cationes tuas: in omni tempore.*

Nempe imbecilles & infirmi, aut potentes
ſed ſuperbi & elati: faſtidire ſolent mandata
tua. At verò aĩa mea non ſic: quę iam per gra
tiam tuã ab egritudine cõualeſcens, iuſtifica-
tiones tuas, ideſt opera iuſtitiæ quæ cõduce
re videt ad ſalutẽ, etſi adhuc lãguenti appeti
tu non deſiderat: cõcupiuit tñ deſiderare om
ni tẽpore, vt ea delectabiliter operet̃. hæc ete
nim quędã diſpoſitio eſt præuia, & quaſi pri
mus obtinẽdæ ſalutis gradus, quem aſcendit
præcurrens ratio: cum tñ adhuc debilis & tar
dus nõ accedat appetitus. veniat iam ergo fa
mes & ſitis illa iuſtè & rectè operandi: Et tu
dñe appetitũ excita tepeſcentẽ. Nã beati, qui
Mat.5.a. eſuriũt & ſitiũt iuſtitiã. Niſi forte (quod ma-
gis arbitramur) is loquendi modus, intẽſioris
affectus rationalis ſit expreſsiuus: qualis ille
Luc.22.b. ſaluatoris nr̃i dicentis: deſiderio deſideraui,
hoc paſcha mãducare vobiſcũ antequã patiar:
quaſi feruidę charitatis ſit, & aĩę diuino igne
æſtuantis, nõ vt cunq; deſiderare: ſed vehemẽ
ti perinde atq; efficaci deſiderio, deſiderare
iuſtificationes Dei, easq; (vt par eſt) velle om
ni tempore cuſtodire: quod iuſtorũ eſt & hu-
milium. Sequitur.

5. *Increpaſti ſuperbos: maledicti qui decli-
nant à mandatis tuis.*

Superbus erat ille qui cecidit è cęlo Satha
nas. ſuperbi etiam primi homines: quos incre
Gen.3.d. paſti dicens: in ſudore vultus tui, &c. Et mul-
tiplicabo erumnas tuas. Certe tot erumnarũ
congeries: homini increpatio eſt. ſuperbiẽtes
increpat dñs & arrogantes, quia illis reſiſtit:
Iaco.4.c. humilibus aũt dat grãm. his etenim (ꝙ ex in-
1.Pet.5.b. firmitate peccẽt) cõpatitur benignus & pius:
illos verò deijcit omni maledictione dignos,
ꝙ ex malitia declinẽt à mãdatis eius: qq; viã
iuſtitiæ relinquũt, declinantes à recto, & prę
cipitia vitiorũ amãtes. Iuſte igitur increpat,
iuſte punit, & anathemate pcutit, iniuſte de-
clinãtes. quos ita ſibi ex malitia nouit, eſſe re
belles: vt nuſquã reſipiſcere velint. quod vel
maxime ſuperbię eſt, quinetiã magnę demen
tię: nam deteſtabili ſubſanatione improperãt
rectè gradientibus, exquirentibusq; teſtimo-
nia Dei. Sequitur.

6. *Aufer à me opprobrium & contemptũ:
quia teſtimonia tua exquiſiui.*

Ecce facta ſum dñe opprobriũ abũdantibus
Pſ.122.v.5 & deſpectio ſuperbis (nũc orans ait eccleſia)
Nã ab inimicis crucis tuę mihi datur oppro-
brio: ꝙ martyria tua exquiſiui, quaſi id con-
temptibile ſit & ingloriũ: cũ nihil apud te ac
cepti' & glorioſius ſit. Mihi aũt abſit gloria
Gal.6.d. ri, niſi in cruce dñi nr̃i Ieſu Chr̃i: per quẽ mi-
hi mũdus crucifixus eſt, & ego mũdo. Aufer
à me igit̃ opprobrium, Id quidem ages: ſi hos
ad te ſic cõuertas inimicos: vt ſimul ĩ his glo
riantes, teſtimonia tua mecum exquirant. Au
fer à me etiam opprobrium illud & contem-
ptum ſempiternum: qui tui tuorũq; teſtimo-
niorum cõtemptoribus paratus eſt, cum dia-
bolo & angelis eius mihi aduerſantibus.

7. *Etenim ſederunt principes, & aduerſùm
me loquebantur: ſeruus aũt tuus exerce-
batur in iuſtificationibus tuis.*





Ita eſt ſanè. ſiue ad caput (qui Chr̃s eſt) ſiue
Pſ.2.v.2. ad eius mẽbra referas: ſuperbientes illi princi
pes tenebrarũ ipſiq; iudæorũ principes, horũ
Pſ.49.v.21 ſugeſtione praua conuenerũt in vnũ. Et ſedẽ
tes, non ſolùm aduerſùm fratrẽ ſuũ loqueban
tur, & aduerſùs filiũ matris ſuæ ponebãt ſcã-
dalũ: ſed aduerſùs dñm & aduerſùs Chriſtum
ei'. quippe ſtabat rex regũ humilis corde: & a
ſedebãt principes ſuperbientes, iniquè loquẽ-
tes, & iniquius iudicãtes. Ita ergo (ſicut alibi
ait ipſum caput) aduerſùm me loquebantur
qui ſedebant in porta: ita etiam aduerſùm me
(quę, & myſticũ ſum huius capitis corpus) ſe-
derũt principes illi ſeuiſsimiq; tyranni: & lo-
quebant̃. ſeruus aũt tuus fidelis quiſq;, per pa
tientiam & tollerantiam perſeueranter obſi-
ſtens, exercebar in iuſtificationibus tuis: hæc
quidẽ ſunt iuſtorum & martyrum arma belli-
ca. Audi quod ſequitur.

*Nã & teſtimonia tua meditatio mea eſt:
& conſilium meum iuſtificationes tuæ.*

Hæc duo inter anguſtias, tibi propugnacu
la erunt vir conſtans: ſi martyria atq; oppro-
bria Chriſto illata mediteris: & verba illius,
affectus, & charitas erga perſequutores (quæ
& iuſtificationes eius ſunt) à conſilijs ſint ti-
bi ſemper, vt ſequaris veſtigia eius. Nam ſi
martyria illius conſideres: nihil ex his quæ ti 1.pet.2.d.
bi inferuntur, reputabis acerbum. Et ſi ſecun-
dum audias, idq; imiteris: iuſtificatus ſemper
& victor euades.

## OCTONARIVS. 4.

Daleth. *ADhæſit pauimento anima mea: Vi-
uifica me ſecundùm verbum tuũ.*

Sap.9.c. Pauimentũ: terrenum hoc nr̃m eſt cor
ruptibile & mortale corpus: quod ſuo ponde
re cõiunctam ſibi & colligatam aggrauat ani
mam. hæc quidem adhæſio, qua anima terre
no huic corpori adhæret ipſum informãs: na
turalis illa cõiunctio eſt corporis & aĩæ, qua
eſt & viuit homo. Nec huius adheſionis que
ritur hic pſaltes, ꝙ terreno corpori ſic adhæ-
ſerit anima: vt illi vitam tribuat corporalem:
diſſoluet̃ enim quandoq; per mortẽ. ſed eſt
altera ſpiritualis adhæſio, & quidẽ pernitio-
Gal.5.d. ſa: qua carni concupiſcenti aduerſùs ſpũm (in
ſui ipſius pernitiẽ) affectũ adhæret anima, &
Ro.8.c. hæc generat mortẽ. Ergo f̃res (ait apoſtolus)
debitores ſumus non carni, vt ſecundũ carnẽ
viuamus. ſi enim ſecundũ carnẽ vixeritis, mo
Gal.5.d. riemini. Manifeſta ſunt aũt opera carnis, quæ
ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, lu-
xuria, ydolorũ ſeruitus, &c. ꝙ ergo animam
ſuam ita carni videat adhærentẽ: diuini auxi
Io.1.c. lij (ne pereat) grãm poſtulat viuificantẽ. gra-
Heb.1. tiam aũt Dei per Ieſum Chriſtũ, qui verbũ pa
tris eſt, quiq; portans oĩa verbo virtutis ſuæ,
purgationẽ peccatorum faciens: ſedet ad de-
xteram maieſtatis Dei in excelſis. Adhæſit
nunc (inquit) pauimento ac terreſtri corpori
aĩa mea. At veniet tẽpus cum mortale hoc in
duerit immortalitatem: & corpus fœlici aĩæ
adhærebit, anima vero Deo. Nũc tu interim
dñe viuifica me ſecundùm verbũ tuũ: qui ver
bo reſtauras vniuerſa. vel aliter. tu ſuperbo-
rum increpator es: & humiliũ ſubleuator. de
Eſa.57.c. quib' Eſaias ait: hæc dicit dñs excelſus & ſu-
blimis habitans æternitatem, & ſanctũ nomẽ
eius. In excelſo & in ſancto habitans, & cum
contrito & humili ſpũ: vt viuificet ſpũm hu-
milium, & viuificet cor cõtritorum, &c. viui
fica nunc ergo me: iuxta verbũ tuũ. Ecce pro
nus in terra, non ſolùm corpore verũ etiã ani
ma, & humili corde, adhæſi pulueri: propriã
miſeriã agnoſcens, & tuã mĩam implorans.

2. *Vias meas enũciaui, & exaudiſti me: do
ce me iuſtificationes tuas.*

Optime vitã ſuam cõponit, qui in humili-
tate cordis ſe ipm̃ diſponit & viuificari pe-
tit. deinde cõtritus, in Deũ cõmiſſa fatet̃, de-
mũq; mandata ſic edoceri cupit: vt in ipſis ſe
exercens iuſtificetur. vias (inquit) meas enũ
tiaui, peccata propria proprio ore confeſſus
ſum: & exaudiſti me, quia remiſiſti. hæ ſunt
viæ meæ quas tu noſti. fac cognoſcam vias
tuas, non ſolũ vt ſciã: ſed in ipſis ambulẽ opę-
rãdo, vt ſint mihi iuſtificationes. Nã vię meę
iniuſtæ: quæ tẽdebant ad perditionẽ: viæ tuę,
iuſtificationes ſunt, quæ iuſtificant hominem
per eas ambulantem, & ducunt ad vitam ſalu
tis æternæ. Enunciaui meas, vt ex me noſcas
& ignoſcas: iamq; exaudiſti, qui ignouiſti.
Nunc doce tuas: qui noſti meas,

3. *Viam iuſtificationum tuarũ inſtrue me:
& exercebor in mirabilibus tuis.*

Viam & ordinẽ quo iuſtificetur: ex lege
Dei noſſe cupit. Audierat enim ſcitũ illud ſa-
pientis: iuſtus prior eſt accuſator ſui. ſcriptũ Pro.18.c.
eſt etiã: diuerte à malo & fac bonum. optat Pſ.33.v.14.
etiã proficiens, ad ſecretiora myſteria perue
nire: & per gradus virtutũ, à planitie præce-
ptorũ ad cõſiliorum aſcẽdere culmẽ: vt in mi
rabilibus Dei exerceatur, quæ humanũ inge-
nium ſuperare videntur. Viam (inquit) iuſti-
ficationũ tuarum inſtrue me. fac me illã intelli
gere graphice deſcriptã: quo modũ & ordinẽ
ſciam: vt quid agendũ, quid vè fugiendũ? quid
prius, quid poſterius? vbi diuerticula ſint re-
tardantia? vbi compita, vbi compendia? quę à

dextris adiuuantia, quæ à ſiniſtris impedientia? cæteraq; id genus articulatè norim. ſunt quidẽ multa, quæ perfectos aut perfectionẽ amãtes: noſſe decet. hęc mihi inſinua: & exercebor in mirabilib' tuis. doctore opus eſt, vt quæ ſub verborũ cortice latent: inueſtigare poſsim ſacramẽta. ductore etiam: quo in eis opere exerceri queã. Ecce beneuolum me ipſum offero auditorẽ: fac me docilem & attentum. Et qui me præueniſti in benedictionibus dulcedinis: luminis & gratiæ mihi tribue incrementum: & exercebor in mirabilibus tuis. Ardua ſunt & intellectu difficilia, quæ humana non valet infirmitas perſcrutari: niſi tu pater luminum, lumen effuderis opportunum.

4. *Dormitauit anima mea præ tedio: confirma me in verbis tuis.*

Vereor ne in grauẽ decidã ſomnũ atq; ſoporem: qui aĩam meam prętedio dormitantẽ perſenſi. Ipſam quidẽ tepeſcentem, & neſcio quo tempore laſſam experior & oſcitantem: ꝙ adhuc infirma ſit & incõſtans. Nec ſum tã excors, qui periculũ non ſentiam: vt qui ſciã, hoc genus accedię eſſe, cui vel in ipſis initijs nimiũ obſiſtendum eſt. quãobrem debiliũ ſuſtẽtator optime precor: me interiore & exteriore afflatu atq; affatu corrobores & cõfirmes. Confirma me in verbis tuis. Id quidẽ ages, ſi obſcurũ illorum ſenſum aperueris: vt illuminans, tediũ elimines inueſtigãdi: & ſuccus extract⁹, ad ſuccũ prouocet extrahẽdum. Aqua ſapientiæ ſalutaris aſperge aĩam prętedio dormitantẽ: vt tibi: & ſaluti propriæ inuigilet experrecta. fac ipſam ſtare, de ambulare, totiq; aciẽ in te dirigere. Cõfirma me deniq; nutantem: verborũ tuorũ robore. dic aĩę 
Naum.2.a meę quod apud Naũ prophetã: Aſcendit q̃ diſpergat corã te, qui cuſtodiat obſidionẽ. contemplare viam, cõforta lumbos, robora virtutem valdè. verba tua: nutrimentũ aĩę ſunt. ſcri
pſ.103.v.17 ptum eſt enim: panis cor hominis confirmat.
Deut. 8.a. Et ꝙ nõ in ſolo pane viuat homo: ſed in omni verbo quod egreditur de ore dñi. Ne ergo à dormitatione ad dormitionem deſcendam: confirma me in verbis tuis.

5. *Viam iniquitatis ammoue à me: & de lege tua miſerere mei.*

Iniquitas, nõ innata eſt homini: ſed aduẽtitia. vti viatori via quæ ſibi non ineſt: niſi volens ipſam proprijs pedibus terat. duplex quidem eſt via, iniquitatis & iuſtificationũ, mendacij & veritatis. ſi alterã ingreſſurus ſis: relinquas alterã neceſſe eſt. Nam vę duplici cor
Eccle. 2.c. de, labijs ſceleſtis, & manibus malefacientib': & peccatori terrã ingrediẽti duabus vijs. væ etiam his qui perdiderũt ſuſtinentiam, & qui dereliquerũt vias rectas: & diuertunt in vias prauas. viam igiť iniquitatis ammoue à me, ne peccandi occaſionem incurrã: ſed viam iuſtificationũ apprehendã. Atq; vt legem tuã (vti decet) ſcrutari, & adimplere poſsim: fac mecum benignè in miſericordia. quia ſine te: nęc vitare peccatũ, nec legis tuæ potero ſeruare præcepta.

*Viam veritatis elegi: & iudicia tua non ſum oblitus.* 6.

Varias ſibi homines propoſuere vias: quibus ad fœlicitatẽ tẽdant. verũ tñ vani filij hominum (ait Dauid ſanctus) mendaces filij ho Pſ.61.v.9.
minum in ſtatheris: vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum. Certè deceptores & decepti: diſtorto iudicio dilexerunt vanitatẽ, & men Pſ.4.v.3.
dacium quęſierunt. Ego aũt non ſic, ſed viam veritatis elegi: quia iudicia tua nõ ſum oblitus. Elegi te ſequi Chr̃m, qui via, veritas & vi Io.14.
ta es, in cuius ore non eſt inuentũ mendaciũ, vel ipſis emulis dicentib⁹: magiſter, ſcim' quia Mat.22.b.
verax es, & viam Dei in veritate doces. Memor ergo iudiciorum tuorum. ſiue proſpera ſuccedant ſiue aduerſa: ſemper viam veritatis elegi.

*Adhæſi teſtimonijs tuis domine: noli me confundere.* 7.

Vide quantũ profecerim in via veritatis: quã elegi. Adhæſit quidẽ olim pauimẽto anima mea, & præ tedio dormitauit: nunc vigilans teſtimonijs tuis mordicus adhæſit. nã & teſtimonia tua meditatio mea eſt, & conſiliũ meum iuſtificationes tuæ. Adhæſi fide: teſtimonijs tuis credens. Adhæſi affectu: ſimul & effectu. Fac me illis adeò adglutinari: ne deſeram vnquam. Noli me confundere. Non me ſeparari permittas: nec huius adhæſionis fructu atq; fine fruſtrari. Et qui attraxiſti volentem: adiuua proficientem, confirma firmiter adhærentem, & noli me confundere: tibi ſoli vero ac veraci Deo fidentem. Sequitur.

*Viam mãdatorum tuorum cucurri: cum dilataſti cor meum.* 8.

In primis cõſiderare libet, ꝙ apoſtolus excellẽtiorem viã qua tendim' ad patriam: no 1.Cor.12.d.
minat charitatem. Ecce nũc dñe repens incepi: iam proficiẽs ambulaui. At vbi cor meum augmento gratiæ dilataſti: delectabiliter operans, viam mãdatorum tuorũ cucurri, ſed curſum nondum conſummaui. ſic (precor) mihi currenti, te ſemper prębeas adiutorẽ. quo tan
dem ad ſupernę vocationis brauium valeam Phi.3.c.
peruenire. Ego quidem cucurri: ſed tu vt currerem, cor meum conſtrictum dilataſti, capa

tiusq;



tiusq; feciſti. Igitur non volentis neq; ſolum Ro.9.d.
currentis: ſed miſerentis eſt Dei. Nempe donum tuum eſt domine: quòd viam mandatorum tuorum meum cucurrit arbitrium. ſic etenim charitatis tuæ largiſsima effuſione, meum dilataſti cor: vt mandata tua Ro.5.a.
promptè & delectabiliter adimplerem. Id quidem currere eſt.

OCTONARIVS. 5.

He. *Legem pone mihi dñe viã iuſtificationum tuarũ: & exquirã eam ſemper.*

Viam iuſtificationum tuarum, ſic velim oſtendas, vt illã mihi ſtatuas in legem: & eam (dum vixero) toto corde & affectu perquiram: via ſit ſimul & lex vti lex euãgelica: quę etiã eſt via quæ ducit ad vitã. ſit mihi via per quam vtiliter ambulẽ: & lex, ne ab ea impunè declinẽ. hoc etenim ita futurũ in ſpũ iſdẽ præ
Pſ.24.v.13. uiderat pſaltes dicẽs: dulcis & rect' dñs: propter hoc legẽ dabit delinquentibus in via. Et iterũ: quis eſt homo qui timet dñm: legẽ ſtatuit ei in via quam elegit? Ideo quaſi nunc reſpõdens ait, Ecce ego dñm timeo: cui vet' illa timoris data eſt lex. Sed q̃ te rectũ & Deũ vltionum expertus ſum: dulcem etiam futurum ex fide noui. Nam cum legẽ ante dediſſes, quæ ex ſe nulli, via iuſtificationum erat: eam ex miæ tuæ dulcedine abrogaſti. Reprobatio quidẽ fit præcedentis mandati, propter
Heb.7. infirmitatem eius & inutulitatem ait apoſtolus: nihil enim ad perfectum adduxit lex. Et perfectionis legem dediſti, delinquentibus in via. Et qui legẽ timoris dederas: amoris præſtitiſti legem. Nõ enim accepiſtis ſpũm ſerui
Rom.8.c. tutis iterũ in timore (clamat iſdẽ Paulus) ſed accepiſtis ſpũm adoptionis filiorum Dei: in quo clamamus abba pr̃. ꝙ ſi accerſiri iubes hominẽ timentem dñm, vt in legẽ ſtatuas illi viam quam elegit. Ecce ego Deũ timeo, qui ſub legę timoris eram: & viã veritatis elegi, euangeliũ quod via iuſtificationũ tuarũ eſt. Illam pone mihi in legem iuſtificantẽ: & exquiram eam ſemper. pone illam, vt per ipſam operando pergam: & proficiendo exquiram vt perficiam.

2. *Da mihi intellectum, & ſcrutabor legẽ tuam: & cuſtodiam illam in toto corde meo.*

Voluntas non fertur in incognitũ. vt ergo legẽ (vti proteſtatur) in toto corde cuſtodire poſsit: intellectus lumine, non qualicunq;, ſed ſupernaturali à Deo præſtito: vt illã ſcruteť, opus eſt illi. Rectè igitur intellectum ſibi dari petit: quo legem dñi ſcrutari queat. Nã deficiet in ſcrutinio, nec accedet od cor altũ: ſi proprijs viribus duntaxat innitatur. da mihi igitur intellectũ (petit orans diuinus pſaltes vel qui peregrinať homo) quo lex tua ſimul & via, qualis ſit & in quem finem tendat valeam perſcrutari, vt cuſtodiam illam in toto
1.Pro.14.d. corde meo. Scriptum eſt. n. acceptus eſt regi miniſter intelligens. ꝙ ſi via iuſtificationum eſt: ad Chriſtũ tendit. finis enim legis Chr̃s: ad
Rom.10.a iuſtitiã omni credẽti ait Paulus. ꝙ ſi teſtimoniorũ via: finis teſtimoniorũ Chr̃s eſt, qui ex euangelio clamat, ſcrutamini ſcripturas: quia vos putatis in ipſis vitã æternam habere: &
Io.5.f. illæ ſunt quæ teſtimonia perhibent de me, & non vultis venire ad me: vt vitam habeatis. ſi aũt ſit mandatorum aut præceptorum via: in Chriſtũ nos dirigit: cuius charitas diffuſa eſt
Ro.5.a. in cordibus nr̃is. finis aũt præcepti eſt chari
1.Tim.1. tas (Paulus ait) de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. Id deniq; vobis noſſe ſit ſatis: ꝙ ſiue lex dñi, iuſtificationũ, teſtimoniorũ aut mandatorũ ſit via: ſi ipſam legitime cuſtodiatis, ſemper vos ducet ad Chr̃um. In quẽ nũc quoq; non videntes creditis (ait apo
1.Pet.1.b. ſtolorum princeps) credentes aũt exultabitis lætitia inenarrabili & glorificata: reportãtes finem fidei vr̃æ, ſalutem aĩarum veſtarũ. ſeq.

*Deduc me in ſemita mandatorum tuorum: quia ipſam volui.* 3.

Lex dñi immaculata cõuertens aĩas: nunc via, nunc ſemita nuncupať, iuxta eius qui per eam ambulat qualitatem, & cordis dilatationem. hanc proſequi vult homo iuſtus: ſed non
Ro.9.d. volentis ſolùm eſt neq; currentis, ſed miſerẽtis eſt Dei. Et nemo poteſt venire ad me (ma
Io.6.c. giſter ipſe veritatis ait) niſi pr̃ qui miſit me traxerit eum, fidem ſcilicet illi infundẽs: quame filiũ credat pr̃i ęqualem. hæc quidẽ attractio: interna eſt inſpiratio. Rectè igiť orat dicens: deduc me quia ipſam volui, volui, quia tu præueniſti vt vellem. Nec id ſatis: niſi tu viæ dux & comes, volenti ducatum pręſtes. Ecce nõ ſemel id orans petij: & volens petij. ſed tunc ipſam quam volui mandatorũ ſemitam proſequutus ſum: quum tenuiſti manum
Pſ.27.v.23. dexterã meam, & in voluntate tua deduxiſti
Io.15.a. me. verè quidẽ ex euangelio clamas: ſine me nihil poteſtis facere. Adeoq; hoc verũ eſt: vt etſi mei cõpos & euſq; meæ voluntatis arbiter ſim, vt liberè velim: tu me gr̃a præueniẽs,
Phi.2.b. feceris vt vellẽ. Cũ Philipẽſibus dicat apoſtolus: Deus eſt enim qui operať in vobis, & velle & pficere pro bona voluntate. quãobrem.

*Inclina cor meum in teſtimonia tua: & non in auaritiam.* 4.

Ecce ſemitam mandatorũ volui: ſed tu ſimul inclina cor meũ in teſtimonia tua, vt de

lectabiliter, vtiliter, & meritoriæ, nedum am
bulans: ſed etiã currens poſſim operari. Ecce
1. Cor. 15. b. cum apoſtolo dicere auſim: grã aũt Dei ſum
id quod ſum: & grã eius in me vacua nõ fuit.
ſed abundantius illis oĩbus laboraui, non ego
aũt: ſed grã Dei mecũ. vt ergo ex inſtigatione
grãæ, proficiẽs indies, meritoriè agam: inclina
cor meũ in teſtimonia tua, & non in auaritiã.
Inclina, vt non ſpes luchri: ſed ꝙ ſis, & ſummũ
bonũ ſis, potior ſit te diligendi & colẽdi cau
1. tim. 6. b. ſa. Radix enim omniũ malorũ eſt cupiditas,
quã quidã appetentes errauerũt à fide, ait a-
poſtolus. ſic igiẽ inclina, vt te ex aĩo diligã coĩ
lamq; non mercedis grã, quaſi auarus: quod
Ephe. 5. b. eſt ydolorũ ſeruitus. Cor meũ in teſtimonia
tua inclina, quib' qualiter ab homine coli vel
lis, ipſe teſtaris: non in auaritiam, quæ à vero
Dei cultu, homines abducere ſolet. videte (ait
Luc. 12. c. dñs) cauere ab omni auaritia: quia non in abũ
dantia cuiuſquã vita eius eſt, ex his quæ poſ-
ſidet. hæc aũt nec noĩetur in vobis, ſicut de-
Ephe. 5. a. cet ſanctos: epheſijs, eius apoſtolus ait. Seq.

5. *Auerte oculos meos ne videant vanita-
tem: in via tua viuifica me.*

Eccl. 1. a. b. Vanitas vanitatũ dicit eccleſiaſtes: & om
nia vanitas. Non ſaturaẽ oculus viſu: nec au-
ris auditu impleẽ. famelici quippe ſunt ſenſus
Eccl. 15. d. nři: qui vel ſiliquis hui' ſeculi rugiẽtẽ ſuũ cu-
piunt ſaturare ventrẽ. qui cib' inflat: nõ ędifi-
Ro. 8. d. cat: vanitati enĩ creatura ſubiecta eſt: & vni-
Pſ. 38. v. 8. uerſa vanitas oĩs homo viuens. porro vnũ eſt
neceſſariũ aĩę nutrimentũ, idq; ſolidũ & opti-
mũ. hoc exquiram' oportet: quo ſemp viuere
valeam'. Qui ergo viã dñi ingreſſus eſt: ſẽſus
ſuos à vanitate petat auerti, & ĩ via per ſpũm
viuificãtem poſtulet viuificari. vt nunc is ad
perfectionẽ peruenire cõtendens expoſcit di
cens: Auerte oculos meos: quia ipſi me euo-
lare fecerunt. quandoquidẽ difficile eſt: quin
viſis tangamur. Nam vt quidã deflẽs ait: ocu
Tre. 3. e. lus meus deprędatus eſt aĩam meã, in cunctis
filiab' vrbis meę. venatione ceperũt me: quaſi
auẽ inimici mei gratis. quamobrẽ pepigi fœ-
Iob 31. a. dus cum oculis meis (ſanctus Iob ait) vt ne co
gitarẽ quidẽ de virgine. Aſcẽdit enĩ mors ꝗ ſi
Hiere. 9. f. per feneſtras: quũ incautè ſenſus nři ad vanita
tem deflectunẽ. prudenter igitur orat dicens:
auerte oculos meos. oculos dixi: vt oẽs, tum
interiores tum exteriores (oculorũ noĩe) ſen
ſus comprehendam, ꝙ nobilior ſit ſenſus vi-
ſus: quia plures rerũ differentias nobis oſten
dit, obidq; aliorũ ſenſuum ſibi vendicet actio
nes. hos tu cohibe dñe, ne laſciuientes ſenſus,
& ad vanitatẽ cõuerſi: me à via veritatis aut
declinare aut retardari faciant. Hos cõpeſce,
& frena, ne libeat videre: quæ nõ licet con-
cupiſcere. lege tu qui hæc legis: eccleſiaſtici Eccl. 9. b.
nonũ caput: & dic dño cum propheta, auerte
oculos meos, &c. Et in via tua: tuæ grãæ vita
viuifica me: vt operationes meæ vitales ſint:
& æternæ vitæ meritoriæ vtrunq; neceſſariũ
eſt: quo declinare poſſim à malo: & quod cœ
pi perficere bonũ. Auerte igiẽ oculos meos:
ne videant vanitatẽ. præcipua enĩ eſt in quo
uis opere circunſtantia finis. Attẽdite (ait ſer
uator nř Chrs) ne iuſtitiã vřam faciatis corã Mat. 6. a. c.
hominibus. Multum quidẽ intereſt an huc, an
illuc intentionis vřę dirigatis obtutum. lucer
na corporis tui, eſt oculus tuus. ſi oculus tu'
fuerit ſimplex: totum corpus tuum lucidum
erit. At cõtra, ſi nequam: tenebroſũ. Sequiẽ.

*Statue ſeruo tuo eloquiũ tuum: in timo-
re tuo.* 6.

Cõſtantiam petit, & in cœpto itinere perſe
uerantiã. cum ſcriptum ſit: qui aũt perſeuera Mat. 10. c.
uerit vſq; in finẽ: hic ſaluus erit. Tu ergo nunc
dñe, legem pone quam ſemper exquiram. da
intellectum: quo illã ſcrutari, & toto poſſim
cuſtodire corde. deduc me volentẽ, per ſemi
tam mãdatorum: & fac me in teſtimonia tua
inclinari: & ab auaricia atq; nociua cupidita-
te declinare. cohibe oculos meos à vanitate:
meq; viuifica in via tua gradientẽ. Iam nunc
ſeruo tuo eloquiũ tuum ſtatue. Nõ quaſi ſer
uo, in timore ſeruili: ſed in timore tuo caſto
& filiali. ſit mihi immobile ſtatutũ: quod te
diligens in timore, & in dilectione timens:
nuſquã infringam. Is vtiq; timor, amor eſt. In
quo mihi eloquium tuũ ſic ſtatuas precor: vt
illud non deſeram, quamuis intercedat vitæ
diſcrimen. Sequitur.

*Amputa opprobriũ meum quod ſuſpica-
tus ſum: quia iudicia tua iucunda.* 7.

Quando opprobriũ illud ſempiternũ non
timui? de quo apud Hieremiam dñs. Et dabo Hie. 23. g.
vos in opprobrium ſempiternũ & in ignomi
niam æternam, quæ nunquã obliuione delebi
tur. dicam illud apoſtoli: Nihil enim mihi cõ 1. Cor. 4. a.
ſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. qui
aũt iudicat me, dñs eſt. Ideo dum viã pergo,
iuxta illius conſiliũ, ſalutẽ meam operor: cũ Phili. 2. b.
metu & tremore. Cum aũt ad charitatis ve-
nero perfectionẽ (quę foras mittit timorem) 1. Io. 4.
ab huiuſmodi ſuſpitione liber ero. Nunc in-
terim amputa (quaſi falce) opprobriũ illud:
quod ſuſpicatus ſum. Nam etſi ſunt iuſti & ſa
piẽtes, & opera eorũ in manu Dei (aĩt ſapiẽs) Ecc. 9. a.
tñ neſcit homo, vtrũ amore aut odio dignus
ſit: ſed oĩa in futurum ſeruantur incerta. ſcio
equidem (cũ Paulo) cui credidi: & cert' ſum, 2. Tim. 1. c.
quia potens eſt depoſitum meũ ſeruare. ſed
adhuc neſcio, an bonũ certamen certaui, cur-
ſum



ſum cõſummaui, fidem ſeruaui: vt repoſita ſit
mihi corona iuſtitię. Ideo tẽ diligens in timo
re precor: amputes opprobriũ quod ſuſpicatus
ſum. ſuccides ſuſpitionem: ſi charitatẽ augeas
& dilectionẽ, quia iudicia tua iucũda. vel ali-
ter. quod aliquando in me expertus ſum, pro
pter vanũ & indebitũ finẽ agens: hoc (temera
rio quidẽ iudicio) de alijs ſuſpicat' ſum. quod
non exiguæ imperfectionis eſt: & in meũ ce-
dit opprobrium. Tu amputa opprobrium id
quod ſuſpicatus ſum: qui ſtatui & vero indi-
cio iudicas oĩa. Certè vera, certè iuſta, certè
iucunda & amabilia ſunt iudicia tua dñe: cæ-
tera verò incerta, & ſæpius amaritudine ple-
na. vel ſi tibi alius magis arridet ſenſus, vt il-
lud quod ante dixerat: aufer à me opprobriũ
& contemptũ, quia teſtimonia tua exquiſiui:
nunc etiã his verbis inculcans & ingeminans,
viſus ſit inſinuare. Amputa (inquit) oppro-
briũ illud à me, quod ſuſpicatus ſum. Fac non
in ignominiã ſed in gloriam mihi imputẽ, ꝙ
dignus habitus ſim pro nomine tuo cõtume-
liam pati: id quidem perfectorũ eſt. Ecce iu-
dicia tua cæteris abdita & occulta: mihi (qui
ea noui) iucunda ſunt. Sequitur.

8. *Ecce concupiui mandata tua: in æquita-
te tua viuifica me.*

Tu noſti quam ex animo deſiderauerim
tua adimplere mãdata. velle quidem adiacet
mihi, perficere aũt bonũ: non inuenio. Conde Ro. 7. d.
lector enim legi Dei ſecundũ interiorẽ homi
nem: video aũt aliã legẽ in mẽbris meis, &c.
Infœlix ego homo: quis me liberabit de cor
pore mortis huius? grã Dei per Ieſum Chri-
ſtum. Et hæc eſt æquitas, vti è cõtrario: pec-
catum iniquitas, quãdoquidem grã viuificat:
quod per peccatũ mortuũ erat. ſtipẽdia enim
peccati mors (ait iſdẽ Paulus) grã autẽ Dei, vi Ro. 6. d.
ta æterna. In hac ergo æquitate tua nõ mea,
viuifica me: vt viuens implere poſſim, quæ
tua cõcupiui mandata. vel ita (vt quẽ ante di
ximus proſequamur ſenſum) Mandatũ tuum
eſt: nolite iudicare ſecundũ faciẽ, ſed iuſtum Io. 17. c.
iudicium iudicate. Et apoſtolus tuus: nolite 1. Cor. 4. a.
ante tempus iudicare: quoadvſq; veniat dñs, qui
& illuminabit abſcondita tenebrarum, & ma
nifeſtabit conſilia cordiũ. Iterũq;: tu quis es: Ro. 14. a.
qui iudicas alienũ ſeruũ? dño ſuo aut ſtat aut
cadit. de proximo igitur temerè ſuſpicatus
ſum: quod de me nollem ſuſpicari, hoc autem
iudicium verſum eſt in opprobrium meum:
quod vt amputares petij. Ecce mandata tua
æquiſsima eſſe cognoui: eaq; concupiui. Am-
puta ſuſpitionẽ: & in huiuſmodi viuifica me
æquitate.

## OCTONARIVS. 6.

Vau. ET veniat ſuper me miſericordia tua
domine: ſalutare tuum ſecũdum elo-
quium tuum.

Dixerat in ęquitate tua viuifica me: et is vi
uificandi modus: veniat ſuper me, &c. hęc mi
ſericordiarũ mĩa: qua iuxta verbi ſui promiſ-
ſum, vnigenitũ ſuũ Deus ipſumq; ſalutare, mi
ſit in mundum: vt in illo: mortuum viuifica-
ret hominẽ. Audi apoſtolũ (in ea quę ad ephe
Ephe. 2. a. ſios eſt epiſtola) hunc viuificandi modũ diſſe
rentẽ. Eramus (inquit) natura filij iræ ſicut &
cæteri. De' aũt qui diues eſt in miſericordia:
propter nimiã charitatẽ ſuã qua dilexit nos,
& cum eſſemũs mortui peccatis, conuiuifica
uit nos in Chřo, &c. Illã igitur mĩam viuificã
tem longè ante promiſſam: petit nũc diuinus
pſaltes dicẽs: & veniat ſuper me mĩa tua dñe.
quam exprimens ſubiungit: ſalutare tuũ ſecũ-
quod dum eloquium tuũ, quid veniat ſuper me vti
caput. hanc etenim mĩam tunc ipſe cum cæte
ris expectabat ſanctis. Cuius & inter alios Ba
Bar. 4. d. ruch propheta meminit dicẽs: Ego enim ſpe-
raui in æternũ ſalutẽ vřam: & venit mihi gau
dium à ſancto, ſuper mĩa quę veniet vobis, ab
æterno ſalutari nřo, quã etiam & Dauid ipſe
Pſ. 84. v. 6. ſanctus, ante potierat. Deus (inquit) tu cõuer
ſus viuificabis nos: & plebs tua lætabiẽ in te.
oſtende nobis dñe miſericordiam tuã: & ſalũ
tare tuũ da nobis. Ac ſi dicat, tu qui vita es: ad
auerſos in mortẽ conuerſus, illos viuificabis,
& lætitiam meſtis, mĩam miſeris, atq; ad mor
tem vſq; infirmantibus, tribues ſalutẽ. Seq.

*Et reſpondebo exprobrantibus mihi ver-
bum: quia ſperaui in ſermonibus tuis.* 2.

Non omnino aberrat à vero, mulier illa ſa
maritis: quæ ſe alloquẽti dño dixit: ſcio quia Io. 4. d.
meſsias venit, qui diciẽ Chrs. Cum ergo vene
rit: ille annũtiabit nobis oĩa. Et fœlix illa, quę
tale meruit audire verbũ: ego ſum qui loquor
tecum. Nempe promiſſo regi meſsię in carne
veniẽti: futurũ erat ſummũ legis magiſteriũ,
& eruditio ſingularis: vt ſecretiora pateface-
ret ſacramenta. hoc igitur ſingularis eruditio
nis beneficium nunc referens hic ait: & reſpõ
debo, &c. Non deſunt q̃ mihi exprobrẽt: ꝙ te
ſequar hominẽ factũ, crucifixũ, mortuũ, atq;
ſepultum. verbũ enim crucis (ait Paulus) pere 1. Cor. 1. c.
untibus quidẽ ſtultitia eſt: his aũt qui ſalui fi-
unt, ideſt nobis: Dei virtus eſt. Eia ergo ve-
niat ſuper me mĩa tua dñe, veniat & ſalutare.
Et à te (qui verba vitæ æternæ habes) ſuffi-
cienter edoctus: mihi exprobrantibus reſpõ-
debo efficax verbũ. Nec enim verbũ deerit:
in verbo credenti, quo eos cõpeſcere poſſim.
Audite

Io.1.a. Audite exprobrantes magnificũ illud euãge-
liſtæ Ioannis verbũ,quo Chriſtum Deum &
hominem eſſe credatis.In principio (inquit)
erat verbum,& verbum erat apud Deum, &
Deus erat verbũ. hoc erat in principio apud
Deum.oĩa per ipſum facta ſunt,&c.Et verbũ
caro factum eſt:& habitauit in nobis.hoc re-
ſpõdebo exprobrãtibus mihi verbũ: quia ſpe
raui in ſermonib' tuis. quaſi iam te audierim
Luc.12.b. dicẽtẽ; nolite ſolliciti eſſe qualiter aut quid
reſpõdeatis aut quid dicatis:ſpũs enim ſanct'
docebit vos in ipſa hora:quid oporteat vos
dicere. Mortuum exprobratis: in ipſo vita
erat:& vita erat lux hominum. Mortui enim
Colo.3.a. eſtis(ait Paulus) & vita vr̃a abſcõdita eſt cũ
Chr̃o in Deo,tutiſsimo quidẽ loco poſita eſt.
Cum autem Chr̃s apparuerit vita vr̃a:tunc &
vos apparebitis cũ ipſo in gloria ſi obijciatis
ſepultum & dormiẽtẽ. Nũquid qui dormit,
Pſ.40.v.9 non adijciet vt reſurgat?Conſepulti enim ſu-
Ro.6.a. mus cum illo per baptiſmũ in mortẽ: vt quo
modo Chr̃s ſurrexit à mortuis per gloriã pa-
tris:ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.
ſcientes ꝙ Chr̃s reſurgẽs ex mortuis iam nõ
Rom.14.b. morit̃:mors illi vltra non dominabitur. Im-
mo in hoc Chr̃s mortu' eſt & reſurrexit(iſdẽ
Paulus ait)vt & viuorum & mortuorũ dñe-
tur.hoc igit̃ vel ſimile reſpõdebo: quod (ſup
me miſericorditer veniẽs) edocuiſti verbũ.

3. *Et ne auferas de ore meo verbum verita-
tis vſq; quaq;: quia in iudicijs tuis ſuper
ſperaui.*

Iob. 7. a. Si militia eſt vita hominis ſup terrã: ſemp
armatus incedam operę pretiũ eſt.quãobrem
ne auferas(precor)de ore meo verbũ verita-
tis.qm̃ non eſt in ore eorũ veritas qui verbũ
3.eſdre.3.b iniquũ cõſtituerunt aduerſum me:& ſup om
nia vincit veritas.Non ergo verbũ permittas
excidere penitus ab ore : quod meo inſidere
feciſti corde.quin immo quod corde credidi
ad iuſtitiã:illud ore cõfitear ad ſalutẽ. verbũ
ſit veritatis in ore:quod ꝓcedat à corde.hoc
ſi exciderit:protinus inermis ero. Non ergo
ab ore meo nimiũ omniq; ex parte verbũ ve
ritatis tuæ auferri ſinas:dum timore concuſ-
ſus obriguero.ſit etiã vita loquẽti linguę cõ
formis,quod honoris tui pręconẽ & euãgelij
prædicatorẽ decet.ſic ergo me non deſeras,
ne te deſerã: quia in iudicijs tuis ſuperſpera-
ui.Iam enĩ mihi olim perſuaſi, ꝙ flagellas om
Heb.12. c. nẽ filiũ quem recipis.Ideo non cõfundar:quã
tumlibet tormenta crebreſcant. Nec vincẽdi
ſpes minuet̃:quin augeſcet potius. Sequitur.

4. *Et cuſtodiam legem tuam ſemper: in ſecu
lum: & in ſeculum ſeculi.*

Pſ.22.v.4. Quòd ſi miſericordia tua ita ſuper me ve-
niat,vt ſubueniat:non timebo mala, quoniam
tu mecũ es.galeã ſalutis aſſummã, & gladium Ephe.6.c.
ſpũs quod eſt verbũ Dei. Et deuictis ac ſupe
ratis hoſtibus:cuſtodiã legem tuã quãdiu vi-
xero.tandẽq; huius vitæ cõſummato curſu: Ro.13.c.
in ipſa legis plenitudine ac perfectione,quæ
(vt apoſtolus ait) eſt dilectio:in ſeculũ & ĩ ſe
culũ ſeculi ſine fine gaudebo.Tunc quidẽ etſi
legi nõ ſim aſtrict':vel in hoc legẽ plenius ac
perfectius obſeruabo : ꝙ ipſam (quæ finis eſt 1.Tim.1.
ꝑcepti)perfecte attigerim charitatẽ, dum te Deut.6.a.
Deũ ſuper oĩa ex toto corde & in tota aĩa & Mat.22.d.
in tota mente diligam:Et proximum vti me
propter te.Nec enim tunc erit: quod me ab
huiuſmodi fine diuertat.Sequitur.

*Et ambulabam in latitudine: quia man- 5.
data tua exquiſiui.*

Hæc latitudo charitatis eſt,qua cor homi
nis dilatatur: vt amicũ capiat & inimicum. In
charitatis(inquit)latitudine ambulabã,quip-
pe qui te audiui dicentem:audiſtis ꝙ dictum Mat.5.g.
eſt:diliges proximũ tuũ,& odio habebis ini-
micum tuum, quod vtiq; ſtricti cordis erat:
Ego autẽ dico vobis,diligite inimicos vr̃os,
benefacite his qui oderunt vos,& orate pro
perſequentibus & calũniantibus vos.hæc ete
nim mãdata tua exquiſiui, vbi mĩa tua venit
ſup me,ſalutare tuum ſecũdum eloquiũ tuũ.
Et ideo mandatis tuis obtemperans,ambula-
bam in latitudine charitatis.Certè in latitudi
ne ambulabat vas ille electionis Paulus,q ſe-
cundo Corinthijs ſcribens aiebat:os nr̃m pa- 2.Cor.6.b
tet ad vos ò Corinthi:cor nr̃m dilatatum eſt.
Non anguſtiamini in nobis: anguſtiamini aũt
in viſceribus vr̃is·Eandẽ aũt habentes remu-
nerationẽ tanquam filijs dico : dilatamini &
vos, nolite iugum ducere cum infidelibus. ſi
enĩ diligitis eos qui vos diligũt( ſubiũgit ma
giſter ipe totius ꝑfectionis Chr̃s) quam mer
cedẽ habetis?Non ne & publicani hoc faciũt?
etſi ſalutaueritis fr̃es veſtros tantũ:quid am-
plius facitis?Non ne & ethnici hoc faciũt? di-
latamini igitur.Nolite iugũ Chr̃i ducere cum
infidelibus: qui tantum diligentes ſe diligũt.
vos autem non ſic: ſed in latitudine charita-
tis ambulate.Id quidẽ agetis:ſi mandata eius
toto exquiſieritis corde.Sequitur.

*Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpe 6.
ctu regum: & non confundebar.*

Docuiſti verbum quod exprobrantib' re-
ſponderẽ,quo etiã ſpem meam fulciui. ſed &
magnam loquẽdi audaciã præſtitiſti:fortitu-
dinis tuæ robur infundens.dixeras enim ele-
ctis tuis:Ecce ego mitto vos ſicut oues ĩ me Mat.10.b
dis luporũ.Et (paucis interpoſitis) ad præſi-
des & reges ducemini propter me : in teſti-
monium



monium illis & gentibus. Cum autem tradẽt
vos:nolite cogitare quo modo aut quid lo-
quamini:dabit enĩ vobis in illa hora,quid lo-
quamini,&c.Audiui verbum:& loquebar de
teſtimonijs tuis in cõſpectu regum:& nõ cõ-
fundebar.Non vtiq; confundebat̃ Petrus,non
Paulus,nõ cęteri apoſtoli & martyres:ſed au
dacter loquebant̃ verbũ Dei cum fiducia. le-
Acto.4.f. ge apoſtolorũ acta.Nam virtute magna red-
debant apoſtoli teſtimonium reſurrectionis
Ieſu Chr̃i domini nr̃i:& gratia magnã erat in
omnibus illis.Non quidẽ confundebantur. In
2.Cor.4.b omnibus(ait Paulus)tribulationem patimur:
ſed non anguſtiamur.Aporiamur ſeu labora-
mus & depauperamur:ſed non deſtituimur,
perſequutionẽ patimur: ſed non derelinqui-
mur.humiliamur:ſed non confundimur.Con
Phili.1.b. gratulatur etiã,ꝙ plures è fratribus in dño cõ
fidentes:in vinculis ſuis abũdantius auderẽt
ſine timore ,verbũ Dei loqui.tantum deniq;
Acto.9. d. aberat,vt vas ille electionis portans Chr̃i no
men coram gentibus & regib' & filijs Iſrael,
confunderetur : ꝙ ipſe multo magis conua-
leſcebat & cõfundebat iudæos,qui habitabãt
damaſci:affirmans quoniã hic eſt Chr̃s.Seq.

7. *Et meditabar in mandatis tuis : quæ
dilexi.*

Quandoq; meditãdi dabatur ocium.Nem
pe meditabar,mandata tua ruminans:mentis
interiore palato. Memor fui dierũ antiquo-
Pſ.142.v.5. rum,meditatus ſum in omnib' operibus tuis:
in factis manuũ tuarum meditabar. Expandi
manus meas ad te:anima mea ſicut terra ſine Pſ.38,v.4.
aqua tibi: Meditabar (inquam) & concaluit
cor meũ intra me: ita vt in meditatione mea
exardeſceret ignis charitatis:dum mandato-
rum tuorũ quę dilexi contemplarer ſuauita-
rem. Ecce ex meditatione ad flammã dilectio- Eccl.23. d.
nis aſcendi: mandatorũ tuorũ dulcedine ille-
ctus:ſcriptũ eſt enim,nihil dulcius,quã reſpi-
cere in mandatis dñi. Aſcendi inſuper quaſi
per gradus.

*Et leuaui manus meas ad mandata tua, 8.
quæ dilexi: & exercebor in iuſtificatio-
nibus tuis.*

Vbi mĩa domini venit ſup me : annotaſtis,
quot mihi aduenere incrementa virtutũ? Ec-
ce verbo ſuperatur hoſtis, oris confeſsio ſta-
bilitur, voluntas in bono radicatur, charitas
dilatatur,audacia loquendi datur,ſitq; ocium
meditandi,demumq; modus confertur prõ-
ptius atq; rectius operãdi:iuxta eorũ (quę di
lexi) mãdatorum formam:quæ vtiq; ſe in eis
ſemel atq; iterũ exercẽti:iuſtificationes ſunt.
Cum ergo mandata tua dñe ex animo dilexiſ
ſem:ipſa adimplẽdi cupidine exarſi nimium,
& leuaui manus meas ad mandata tua quæ di
lexi.Non quaſi ad ima & terrena depreſsi:ſed
quaſi ad altiora & diuina mandata atq; cæle-
ſtia:leuaui manus,opus meum in te vnũ re-
ferens, qui cæleſtia etiam largiturus es præ-
mia.Et exercebor in iuſtificationib' tuis:me
ditatione,dilectione,verbo,opere, & operis
cõtinuatione.ſis ipe bñdict' in ſecula. Amen.

## OCTONARIVS. 7.

Zain. *MEmor eſto verbi tui ſeruo tuo : in
quo mihi ſpem dediſti.*

Nempe hoc eſt illud magni ſolatij &
ſpei verbum:quo perſequutionẽ pro Chr̃o pa
tienti,vitam ipſe promiſit æternã,qui volue-
Mar.8.d. rit (inquit) aĩam ſuam ſaluam facere:perdet
eam.qui aũt perdiderit aĩam ſuã propter me
& euangelium:ſaluã faciet eam.Magnĩ quip
de fiduciã præſtat homini in tribulatione po
ſito:hoc aut ſimile diuinę promiſsionis ver-
bum.Cuius nũc orans meminit pſaltes,ſubob
ſcure tñ:ſciens ꝙ dñm alloquat̃,qui vel ſemel
promiſsi,obliuiſci neſciuerit vnquã.Non enĩ
eſt deus quaſi homo vt obliuiſcatur:ſed quò
magis propriũ innuat affectum,totumq; Deo
miſeranti tribuat : humano & vrbano more,
promiſsionis effectũ poſtulat dicens:memor
eſto verbi tui atq; promiſsi iam olim ſemel
atq; iterũ facti mihi ſeruo tuo:in quo ſpẽ ſo-
lidam firmã fixã & ſtabilẽ,me habere feciſti.

2. *Hæc me conſolata eſt in humilitate mea:
quia eloquium tuum viuificauit me.*

Hæc ſpes vtiq; futuri præmij: cõſolata eſt
me,in deiectione mea.Qualis aura lenis affli-
ctum hominẽ,frontis ac pectoris ſudore ma-
dentem,ipſumq; animi deliquio laborantem,
ac pene iam deficientẽ,cõſolari ſolet:& mol-
li flatu,animum vireſq; miniſtrat . Nec ſecus
ſpes illa,me anguſtijs vallatum vndiq;,erexit
ac roborauit: quia eloquiũ tuum viuificauit
me,ac ſi ſpiraſſes in faciẽ meam ſpiraculũ vi-
tæ:mihi tribuens ſpũm viuificantẽ.quãdoqui
dem tu ſpẽ dediſti , quæ prouexit humilem,
ſuſtentauit laſſum,& anhelitũ reſtituens: me
pene exanimem viuificauit.Conſideraui pro-
miſsionis eloquium.Et quia ab ore tuo pro-
greſſum:iam præ dolorum multitudine mor
tificatum,viuificauit me.Sequitur.

*Superbi iniquè agebant vſq;quaq; : à le- 3.
ge autem tua non declinaui.*

Impij perſequutores mei:nimis iniquè in-
ſurgebãt in me ſuperbientes: quò me ſuis in-
curſibus à cœpta deterrerent via.At ego hu-
milis & deiectus,nec illis ad momentũ ceſsi:
vt à lege tua vel tãtillum declinarẽ vnquam.
Aderat quippe ſpes illa promiſsi : quę animũ
augebat

augebat.Nempe illud apoſtoli mente volue-
Ro.8.d. bam ſæpius.Exiſtimo(inquit) q̃ nõ ſunt con
dignę paſsiones huius temporis ad futuram
2.Cor.4.d gloriã quæ reuelabitur in nobis.Et iterũ: id
quod in preſenti eſt momẽtaneum & leue tri
bulationis nr̃æ: ſupra modum in ſublimitate,
æternũ glorię pondus operatur in nobis,&c.
Non igitur declinaui eo q̃ legem tuam,viam
veritatis eſſe ſcirem.Sequitur.

4. *Memor fui iudiciorum tuorum à ſeculo domine: & conſolatus ſum.*

Rerum etiã præteritarũ memoria non ni-
hil ſolatij mihi attulit. Atqui recolebã electo
rum tuorũ vitam à primo homine:& malorũ
atq; bonorũ progreſſus & fines conſiderabã.
Pſ.88.v.10 hinc inſurgebam ad contẽplanda iudicia tua
vera, iuſtificata in ſemetipſa. Magna ſunt enĩ
iudicia tua dñe, & inenarrabilia verba tua
Sap.17.a. (ait ſapiens)propter hoc indiſciplinatæ aĩæ
errauerunt. Quis nunc(obſecro)miranda illa
iudicia tua recẽſere poterit: quibus ad inte-
ritum improbos inter proſpera perduxiſti:
Et ad refrigerium inter aduerſa deduxiſti
pios?hæc vtiq; iudicia(vt potui)ad memoriã
aduocaui:& cõſolatus ſum. ſatius quidẽ eſſe
duxi,perſequutiones hominũ impiorũ:quam
acerbiſsima illa infernorũ tormẽta pati. Quę
2.Cor.4.d enim vidẽtur,tẽporalia ſunt:quę aũt nõ vidẽ
tur,æterna.cõſolat⁹ ſum igit̃ inter anguſtias:
memor iudiciorũ tuorũ à ſeculo domine.

5. *Defectio tenuit me:pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.*

Defectio quædam animi,quæ ex nimia tri
ſtitia cordis ſuboriri ſolet: hæc ( vel ipſa vr-
gente charitate)tenuit me & præcordiorum
intima inuaſit oĩa:q̃ peccatores viderim tam
impudẽter legem tuã trãſgredi, eam quaſi ni
hili pendentes porro doleo illorũ infœlicita
tem:q̃ nec te vereant̃,nec feralẽ illã timeant
quã in eos laturus es ſententiã. Non enim tam
meam afflictionẽ:quã iam nunc illorũ miſeriã
defleo futurã.hęc ſiquidem cõpaſsio iuſtorũ
eſt:eorum ſcilicet,qui ſpũ Dei aguntur,quib⁹
& inſigne illud chriſtianæ pietatis veſtigium
impreſſum eſt.Hui⁹ erat ingenij Paulus,q̃ ro
manis ſcribẽs,q̃ gẽtis ſuæ doleret obſtinatio
Ro.9.a. nem,aiebat:veritatẽ dico in Chr̃o Ieſu(nõ mẽ
tior, teſtimonium mihi perhibẽte conſciẽtia
in ſpũ ſancto)quoniã triſtitia mihi magna eſt,
& cõtinuus dolor cordi meo.optabã enĩ ego
ipſe anathema eſſe à Chr̃o pro fratribus meis,
qui ſunt cognati mei ſecundum carnem. Rur
2.Cor.11.g ſuſq; Corinthijs:quis infirmatur: & ego non
infirmor,&c.Sequitur.

6. *Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ: in loco peregrinationis meæ.*

Adeò mihi ſuaues erãt iuſtificationes tuæ;
vt velut carmina,quędã & cantica, in viæ hu
ius ſolatiũ ac lenimenta laborum:voce & men
te decantarẽ.fateor,hic mũdus meæ peregri
nationis eſt locus.Ad patriã tendo, cæleſtem
illam(inquã)ciuitatẽ:quã mihi paraſti Deus. Heb.11.d.
Abrenũtians igitur huius ſeculi curis: vti pe
regrinus viã agens,iuſtificationes tuas in tui
laudẽ decantabam.quas & miſericordias me
alibi appellaſſe memini dicens:miſericordias Pſ.88.v.1.
dñi in æternum cantabo.Et hoc vnũ ſcio , q̃
is dulce canit:qui mãdata Dei perinde ac iu-
ſtificationes:cantando(hoc eſt amore non ti-
more)in hac peregrinatione cuſtodit.Audiat
qui volent,quas ſic memoria teneo iuſtifica-
tiones : vt abſente codice eas poſsim efferre
cautu,diſcãt vna mecũ gr̃as agentes, concine
re tibi:ſeſeq; ſimul ad illarũ cuſtodiam exci-
tare.depellant ſomnum improbũ, ipſumq; ſa-
thanam ſomnia ſuadentẽ:aut ſugeſtiones pra
uas peregrinis(quo à via declinent)immitte-
re conantẽ.Nec enim hæc ſolùm quæ enume
raui: ſuauis hic cant⁹ atq; ſalubris peregrinis
& iter agentibus adfert bona:ſunt & alia plu
ra,quæ experiri cuiq; licebit.quádoquidẽ ti-
mores quoſdam nocturnos,qui paſsim viam
dñi gradiẽtibus:velut larue & puerorũ terri
culamẽta ſe ſe obijciunt:vel hoc diuinarũ iu-
ſtificationum cantu fugare datum eſt.Seq.

*Memor fui nocte nominis tui dñe : & cuſtodiui legem tuam.* 7.

Nox,hoc ſeculũ eſt:ignorãtiæ tenebris cir
cumfuſum, varijſq; offendiculis abundans:tẽ
pus vtiq; tentationibus aptũ atq; expoſitum.
In quo nomẽ dñi aſsidue interpellare neceſſe
eſt. quippe q̃ ſe ſe offerant ſępius vitæ diſcri
mina:nec ſit tutum quicquã. quamobrẽ om-
nes ſiue iuſti ſiue iniuſti : clamare coguntur.
hoc tñ intereſt:q̃ iniuſtus Deum nõ inuocat
adiutorem.Et nõ dixit(ſicut in libro Iob ſcri Iob.35.c.
ptum eſt)vbi eſt Deus qui fecit me,qui dedit
carmina in nocte,qui docet nos ſuper iumen
ta terrę:& ſuper volucres cæli erudit nos?At
contra iuſtus,nominis Dei memor: nocte cla
mat ad dñm qui fecit illũ,& legẽ ſuam cuſto-
dit:illud eccleſiæ orans,procul recedãt ſom-
nia,& noctium fantaſmata,hoſteq; nr̃um cõ-
prime,ne polluant̃ corpora.Is ergo qui ad o-
ptatum vitæ terminũ peruenire cupit:dũ le-
gem dñi die ac nocte (vt cuſtodiat) medita-
tur:ſibi ipſi præcauens q̃ grauiora ſentiat pe
ricula noctis,recte ait:memor fui nocte no-
minis tui dñe.q̃ ſi impiorũ hominum perſe-
quutio,hominibus facta pijs,nox etiã dicẽda
ſit,vel præſentis miſeria vitæ à primo in nos
homine deriuata,adhuc ea quæ diximus , in
eundem recidunt ſenſum.& ſequitur.





8. *Hæc facta eſt mihi : quia iuſtificationes tuas exquiſiui.*

Quod antecedens referat,quamve rem ſi
gnet & oſtendat pronomẽ hæc:meritò quis
ambigat.ſit ne forte hæc memoria diuini no
minis in nocte? an hæc perſequutionis aut
humanæ miſeriæ nox:quam incidimus prio
rũ præuaricatione parentum?quæ vel in hoc
facta eſt mihi:vt ꝑ me ſit,& mihi cedat in bo
num.quia legem diſcutiens:vnde mihi in te-
nebris exortum ſit lumen inueſtigare cœpi:
& iuſtificationes tuas exquiſiui.vel hæc per-
ſequutionis nox facta eſt mihi,vtiq; ab emu-
lis & tyrãnis:quia iuſtificationes tuas exqui-
ſiui.poſtremo hæc nominis tui memoria fa-
cta eſt mihi,& hinc ortum habuit:quia iuſtifi
cationes tuas exquiſiui.vel ſi id tibi magis ar
ridet,fœminini generis pronomẽ : (beato hie
ronymo interprete)neutrius loco poſitũ eſſe
credas,quale eſt illud:vnã petij à dño,hãc req Pſ.26.v.7.
rã &c.ꝓ vnũ petij à dño:hoc requirã.quo ſen
ſu totũ tibi factũ oſtẽdes,quod ãte pręceſsit:
q̃a iuſtificationes dei toto exq̃ſiueris corde.

OCTONARIVS. 8.

Heth. *PORTIO mea dñe:dixi cuſtodire legẽ tuã.*

1.Cor.9.a. Quis plantat vineã(ait apoſtolus ) &
de fructu eius nõ edit? quis paſcit gregẽ,
& de lacte gregis nõ manducat? q̃m debet (in
quit)in ſpe qui arat arare:& q̃ triturat, in ſpe
fructus percipiendi. Ita eſt ſane.bonorũ enim
Sap.3.d. laborũ,glorioſus eſt fructus.et dicet homo:
Pſ.57.v.11. ſi vtiq; eſt fruct⁹ iuſto?vtiq; eſt Deus. hic fru
ctus ſatians,hæc laborũ merces,hoc pręmiũ.
ſed attẽde.obſeruãtia legis opus eſt:vt in præ
mium legiſlatorẽ accipias.optio datur. Cum
multa tibi propoſita ſint,& modus adquiren
di præfixus:elige quod mauis.vide tñ dũ eli-
gis,ne iudicio falſo eludaris. is ergo qui viã
veritatis elegit,recte nũc ait:portio mea dñe,
dixi cuſtodire legẽ tuã.dñe Deus meus , qui
& portio mea es:ecce dixi & apud me ſtatui,
cuſtodire legẽ tuã,quo te aſſequi poſsim:quẽ
ꝓpoſui mihi finẽ.vel dixi dñe, idq; iã ſtatui:
q̃ portio mea ſit,cuſtodire legẽ tuã.hoc me-
diũ efficax,quo finẽ attingam. Alij ſibi hono
res,diuitias,luxus ſeculi,atq; id genus cętera,
ſibi in ſortẽ ſuã ſtatuant:quos iã vel ex nunc,
his apoſtolicis verbis cõmonere iuuat. Quẽ
Ro.6.d. ergo fructum habuiſtis tũc in illis : in quibus
nũc erubeſcitis?nã finis illorũ mors eſt.at nõ
Luc.10.c. ſic ego:ſed optimã partẽ elegi. nõ aurũ nõ ar
gentu,nõ fundum,aut quoduis aliud tẽporale
bonum:ſed bonorũ oĩum largitorem.tu por
Pſ.72.v.24 tio mea dñe.quid.n. mihi eſt in cælo : & à te
quid volui ſup terrã? De⁹ cordis mei & pars
mea Deus in æternũ. mihi aũt adhærere Deo
bonũ eſt:ponere in dño deo ſpẽ meam. et iterũ:
P.141.v.27 clamaui ad te dñe,dixi,tu es ſpes mea,portio
mea in terra viuẽtiũ.Intẽde ad deprecationẽ
meam:quia humiliatus ſum nimis.noli me(in
q̃)optata diu portione mea defraudare.Seq.

2 *Deprecatus ſum faciẽ tuam in toto corde meo: miſerere mei ſecundũ eloquiũ tuũ.*

Elegi te in portionem.pars mea dñs, dixit
Tre.3.c. aĩa mea:ꝓpterea expectabo eũ. ſed id mun⁹,
nõ mei ſolũ eſt eligentis:ſed tui præeligentis
etiã & miſerentis.Ideo ante cõſpectũ tuũ hu
iuſmodi orõnem fudi,miſerere mei ſecundũ
eloquiũ tuum,promiſſum petit orõ, nõ debi
tum.ſubueniat mĩa miſerantis : & infirmitatẽ
adiuuet deprecantis. Ecce ad cuſtodiã legis
tuæ,iã obtuli cordis affectũ: tu ex mĩa tribue
benignus effectum.deprecatus ſum faciẽ tuã,
in cordis integritate:nõ deſpicias meam,in ꝓ
miſſæ mĩæ largitate. Miſerere mei ſecundum
eloquium tuũ,& dimittam aduerſum me elo Iob.10.a.
quiũ meũ.in me quidẽ errata incipiam accuſa
re,quę impudens ante excuſare conabar.Seq.

*Cogitaui vias meas : & conuerti pedes meos in teſtimonia tua.* 3.

Cogitatus meos meaq; diſcuſsi opera:& me
hactenus à recta aberraſſe via,perpẽdi.quam
obrem oẽs greſſus & aĩæ meæ affectus,cõuer
ti ſtatim ad tuorũ obſeruantiã mandatorum:
errores meos fateor ingenue,quos ipſe noſti:
refero tñ in gloriam tui nominis & laudẽ, q̃
te dirigente cõuerti pedes meos hoc eſt aĩæ
meæ motus in teſtimonia tua,cõſultum illud Pro.16.a.
ſapientis ſub oculos habens, oẽs (inquit)viæ
hoĩum patent oculis eius:ſpirituũ põderator
eſt dñs.Reuela dño opera tua: & dirigentur
cogitationes tuæ.ſuperius dixi,vias meas e-
nuntiaui:nunc aũt cogitaui.vtrunq; dixi, vtrũ
q; feci:q̃ vtrunq;(ſi facultas adſit) neceſſariũ
ſit,Cogitaui cõtritus, enuntiaui cõfeſſus. tu
ignoceus exaudiſti,& ego ad me reuerſus,&
à te adiutus:conuerti pedes meos in teſtimo
nia tua.Cogitaui igit̃:quia hæc cogitatio ho-
minis cõfitebit̃ tibi, & reliquiæ cogitationis
diẽ feſtũ agent tibi.Cogitaui,& qui cogitatio Pſ.75.v.10.
ne mihi ipſi diſplicui,tibi placui.nam auerſos
ex mĩa cõuertiſti pedes meos,quos ego (non
renuens)cõuerti ſimul ex arbitrio,in teſtimo
nia tua.id quidem in meum cõmodum, & in
tuam ceſsit gloriam & honorem.Sequitur.

*Paratus ſum , & non ſum turbatus : vt cuſtodiam mandata tua.* 4.

Ita apoſtolorũ vertex Petr⁹ ad ꝓpoſitũ certa
mẽ paratũ ſe eſſe dixit.dñe(inq̃t)tecũ parat⁹ Luc.22.d.
ſum,& in carcerẽ & ĩ mortẽ ire.et doctor gẽ
tiũ Paulus:ego nõ ſolũ alligari,ſed & mori in Acto.21.c.
Ieruſalẽ paratus ſum:ꝓpter nomen dñi Ieſu.

Pſ.49.v.19 nec ſecus is iuſt' q̃ viã veritatis elegit,& por
tionẽ ſuam nõ cũ adulteris,ſed firmo ac ſtabi
li voto in legis dñicę poſuit obſeruatione:pa
ratũ ad diuinorum cuſtodiá mandatorũ , nec
tyrannorũ minis & terroribus,vllisve tormẽ
tis ac mortibus inflictis,turbatũ ſe eſſe dicit:
ſed prõpto ac deliberato animo ſeſe offert,ad
mortẽ etiam oppetendã feſtinaui(inquit)nec
moram feci. Vide quantũ in hoĩe diuina gr̃a
adueniẽs operetur:quæ robur & cõſtantiã tri
buit,ipſumq́; inuincibilem reddit.Sequitur.

5. *Funes peccatorum circumplexi ſunt me: & legem tuam non ſum oblitus.*

Impiorũ hoĩum minæ ac terrores,& cæte-
ra quę quotidie in me tormẽta machinãtur:fu
nes ſunt,quibus me vndiq; implicare nitũtur:
vt ad ſe trahãt,& in ſuá ſentẽtiã ducãt.ĩmiſcẽt
interdũ blanda quædam & illecebroſa lenimẽ
ta:vt alliciant volentẽ,quẽ trahere nequeunt
renitentẽ.ſed fruſtra has ſuas intorquent reſti
culas,vt me à legẽ tua diuellant:Ecce qui me
mor fui iudiciorũ tuorum à ſeculo dñe : legẽ
etiam tuã nõ ſum oblitus.Eſt quidẽ alta mẽte
repoſita:nec è meo pectore labetur vſquam.
dilaniẽt me igitur ſi volent hoẽs:dæmonesve
improbi & peccatores: parẽt funiculos ſuos,
me omni ex parte circũplectentes:perdent ꝓ
fecto operã & impẽſam.ſic.n.adhæſi teſtimo
Ro.8.g. nijs tuis:ꝙ in hæc oĩa paratus ſum,& nõ ſum
turbatus.quis nos ſeparabit à charitate Chr̃i
(ait Paulus)tribulatio,an anguſtia , an fames,
an nuditas,an periculũ,an perſecutio, an gla-
dius &c? tu dñe noli me cõfundere:& ſeuiant
Eſa.5.e. in funiculis ſuis peccatores. quib' ita dãnatio
nẽ æternam Eſaias prænũtiat dicẽs:vę qui tra
hitis iniquitatẽ in funiculis vanitatis:& quaſi
vinculum plauſtri peccatum.Sequitur.

6. *Media nocte ſurgebam ad confitendũ tibi: ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.*

Magna quippe eſt orationis vis,ad quã nos
cõfugere oportet:cũ angimur, & ab aduerſa-
rijs maximè oppugnamur , ac tormenta pati-
mur grauiora.tunc quidẽ media nox eſt: quũ
euſq; crebreſcens aſcendit,& fortior fit tenta
tio:vt humanas videaſ iã ſuperare vires.ſolici
tabat ante tentatio improba: meq́; vigilẽ red-
debat:ne ſuccumberẽ illi,at media adueniẽte
nocte,cũ iam fortior effecta vehementius in-
ſtaret:à te prudẽter edoctus ſurgebam ſtatim
ad cõfitendum tibi:ſup iudicia iuſtificationis
tuæ.Et neſcio quot rithmos,quos ante cõpo
ſueram:ad te clamans dirigebã, ac fere totum
pſalmum ſeptuageſimũ(& quos huius farinæ
nouerã pſalmos)decantabam dicẽs: In te dñe
ſperaui nõ cõfundar in æternũ: in iuſtitia tua
libera me & eripe me.Deus me' eripe me de
manu peccatoris:& de manu cõtra legẽ agẽ-
tis & iniqui. ne proijcias me in tempore ſene
ctutis:cũ defecerit virtus mea,ne derelinquas
me.ſurgebã igiſ in agone medio,cõſtanti aĩo:
vt te dñm inuocarẽ,& tibi pro victoria gr̃as
agerẽ immortales.deinde laudes tuas ꝓ modu
lo meo offerebam ſup iudicia iuſtificationis
tuæ:quib' & apud te hoẽs, & apud hoẽs te ip
ſum iuſtificas.dicebã ſiquidẽ quaſi tuba vocẽ
meam exaltans,cũ improbam tentationẽ illã,
te opitulante viciſſem:illud quod(clangenti-
bus tubis in cælo)Ioannes in apocalypſi audi
uiſſe narrat.laus & gloria & virtus Deo nr̃o Apo.19.a.
eſt:quia vera & iuſta iudicia ſunt eius, qui iu
dicauit de meretrice magna,quę corrupit ter
ram in proſtitutione ſua &c.Sequitur.

*Particeps ego ſum omnium timentium te: & cuſtodientium mandata tua.* 7.

Particeps.n.Chr̃i effecti ſumus,ait Paulus: Heb. 3.c.
ſi tñ initium ſubſtantiæ eius vſq; ad finẽ firmũ
retineamus,hoc eſt fidẽ charitate formatam:
quæ initium,fundamẽtum & ſubſtantia eſt re
rum ſperandarũ.nam vbi Chr̃s dñs humanita-
tis nr̃æ dignatus eſt fieri particeps, & diuini-
tatis ſuæ nos fecit etiã eſſe cõſortes : eò ꝙ in
eadẽ domo,ſub eodem pr̃e,eandẽ gr̃am acce
perimus,eiſdem fruamur bonis,eandem fidẽ,
ſpem & charitatem ſortiamur,eiſdem deniq;
ſacramentis initiemur,qui de vno pane & de
vno calice participamus:merito fr̃es eodem
ſpũ geniti & ſanguine regenerati, chariſmatũ
& bonorũ oĩum ſpũalium particepes nomina
mur,& ſumus.Ita vt fidelium quiſq; in chari-
tate exiſtentiũ,iure dicere poſsit:particeps e
go ſum &c.huic igitur charitati per ſpũm ſan
ctum cordi ſuo diffuſſę,totum illud tribuens,
quod ſe dixerat ante feciſſe, is qui viã verita-
tis elegit,nõ ineptè ſubjungit : particeps ego
ſum oĩum timentium te corde, & cuſtodien-
tium mandata opere : quippequi eadem fide
& lege viuo. nempe hoc vinculũ efficit chari
tatis,quo inuicẽ colligamur:vt in te vno capi
te,particeps ego ſim oĩum timentium te.et ſi
quid patitur vnum mẽbrum,cõpatiuntur oĩa
mẽbra.ſiue gloriatur vnum mẽbrum: cõgau-
dent oĩa membra.ſicut iſdẽ apoſtolus ait. qui 1.Cor.12.d
in ea quæ ad corinthios prior eſt epiſtola: rei
huius pulchrè meminit & diffuſè.Sequitur.

*Miſericordia tua dñe plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me.* 8.

Nullũ nõ moui lapidẽ:quo apud te iuſtificari
poſsim.optaui ſemper vias meas dirigi:ad cu
ſtodiẽdas iuſtificationes tuas:easq́; cuſtodire
promiſi,quas nõ ſemel petij me à te edoceri.
In quib' dũ meditarer:cõcupiuit aĩa mea eas
deſiderare in omni tẽpore.Adeoq́;exercebar
in illis:vt à conſilijs mihi eſſent.At cũ nondũ
mẽtem meã explere poſſẽ,quę illarum nimio
ardebat



ardebat deſiderio:vt doceres me pleni' iuſti-
ficationes tuas,& illarũ oſtenderes viã, illãq́;
mihi ſtatueres in legẽ,popoſci iterũ.Nec deſti
ti ab incępto.quandoquidẽ ſic in illis exerce
bar : vt cantabiles mihi eſſent iuſtificationes
tuæ:in loco peregrinationis meæ. Illas eteñ
& exquiſiui ſemp & exquirã. Illarũq́; ſcruta-
tor ĩprobus ero:donec ad pfectũ venero. Ec
ce iam nũc tẽpus acceptabile,quo iuſtificatio
num tuarũ ſcientiã:non deneges iuſte petẽti.
Nã domeſticus tu' ſum:particepsq́; omniũ ti
mentiũ te.iam deniq; mĩa tua(tãdiu petita &
deſiderata)venit ſup me : ſalutare tuũ. ſ. ſe-
cundũ eloquiũ tuũ.Et tã abundè venit:ꝙ mĩa
tua dñe plena eſt terra,qua ſufficiẽter impiũ
hominẽ iuſtificaſti.habes tñ mille iuſtificandi
modos,huic mĩę magnæ innitentes:quas ego
iuſtificationes tuas appello. has inueſtigare
cupio: has miſericors ipſe doce me. quia tu
es q̃ verã doces hominẽ ſcientiã, & beat' ho-
mo quẽ tu erudieris dñe : & de lege tua do- Pſ.93.v.12.
ceris eum.ſis ipſe bñdictus in ſecula.Amen.

OCTONARIVS. 9.

Teth. B*Onitatem feciſti cum ſeruo tuo domine: ſecundum verbum tuum:*

Bonitatẽ,iucũditatẽ ac ſuauitatẽ feciſti:
quũ me ex ſeruo feciſti filiũ.Nam ꝙ bonũ be
ne mihi ſapiat,ſit q; mihi ſuaue,iucundũ,& de
lectabile guſtu:donũ tuũ fuit.tu quidẽ ita fe-
ciſti cum ſeruo tuo dñe,iuxta ꝓmiſsionis tuę
verbũ:cum mihi præſtiteris charitatẽ,cui' eſt
ad ea quæ ſpũs ſunt irritare palatũ. Nõ enim
eſt aliud huic ſimile cõdimentum , quod guſ
aĩæ ita pficiat vt bonum ſibi placeat:ſicut eſt
charitas:quæ patiens eſt,benigna eſt,nõ emu
1.Cor.13. b latur,nõ agit ppeream,nõ inflaſ,nõ eſt ambi-
tioſa,nõ quęrit quę ſua ſunt,nõ irritaſ, nõ co
gitat malũ,non gaudet ſup iniquitate, cõgau
det aũt veritati.oĩa ſuffer,oĩa credit,oĩa ſpe-
rat, oĩa ſuſtinet ait Paulus. Audiſti ſchemata
& verę charitatis ſigna:quæ lõganimis eſt ſi-
mul & benigna,opprobria illata patienter fe
rens.Nec enĩ vllis iniurijs ad indignationẽ cõ
moueſ etiã laceſsita:aut ꝓximorum bonis in
uidet. Nõ eſt ꝓterua:quin parata poti' corre
ctioni.Nõ inſolẽs,& gloriæ mũdanę cupida:
Nec propriũ(cũ alteri' iactura )cõmodũ quę
rit.In oĩbus aũt decorũ ſeruat : nihilq́; deniq;
inhoneſtũ agit,quę & oĩa fidei conſona cre-
dit:nõ tñ omni ſpiritui.hæc iure(vtiq; ab ef-
fectu)bonitas nominaſ:quę bonum efficit ho
minẽ,& bonũ opus ei':ipſumq́; facit ſuauiter
& iucũde ac delectabiliter operari:ſpũm meũ
Ezec.36.f ponã in medio vr̃i(dixerat dñs p Ezechielẽ)
& faciã vt in præceptis meis ambuletis, & iu
dicia mea cuſtodiatis & operemini. hoc ſic
igitur proſequaris domine.

2. *Bonitatẽ & diſciplinam & ſcientiã doce me:quia mandatis tuis credidi.*

Inſpiraſti bonitatẽ,qua placẽt bona & diſpli
cent mala,hãc(vt ſemper creſcat) adauge.fac
me tuũ verũ eſſe diſcipulũ,nõ inanẽ audito-
2.Cor.9.b rem.potẽs eſt aũt De'(Corinthijs ait Paulus)
omnẽ gr̃am abũdare facere ĩ vobis,vt in om
nib' ſemp omnẽ ſufficientiã habẽtes: abunde
tis in omne opus bonũ.Et philipẽſib',hoc(in
Phili.1.b. quit)oro,vt charitas vr̃a magis ac magis abũ
det in ſciẽtia,& in omni ſenſu:vt probetis po
tiora,&c.doce me igiſ vt ſedulo & ſapiẽter
nouerim:ſecũdũ ipam quã mihi infudiſti gra
tiam eiusq́; inſtigationẽ operari,vt cũ apoſto
lo dicere poſsim:gr̃a dei ſum id quod ſum:& 1.Cor.15.b.
gr̃a ei' in me vacua nõ fuit. Adde etiã bonita
ti diſciplinã,quę nõ tm̃ verbo,ſed verbere ſit
hominis eruditio: vt ꝓ te diſcã,& ab alijs il
latas pferre paſsiones:& volũtarias tollere &
ſubire cruces.demũq; ſcientiã imbue, qua ſic
oĩa valeã tẽperare:vt rationabile ſit obſequiũ Ro.12.a.
meũ:Ne emulationẽ Dei habeã.ſed nõ ſecun Ro.10.a.
dum ſcientiã,ſi ignorãs iuſtitiã Dei,& meam
ſtatuere quærẽs:iuſtitię Dei nõ ſim ſubiect'.
Nõ enĩ ipam verebor inflãtẽ : ſi ſupeminentẽ 1.Cor.9.a.
ſciẽtię charitatẽ habuero ędificãtẽ. Quamob
rem doce me bonitatem,diſciplinam,& ſcien
tiam. Id quidem egeris,ſi animæ meę vaſculũ
pręparaueris diſpoſuerisq́;:& hos gratiæ tuę
liquores infundas:quia mãdata mihi propo-
ſita , tua eſſe credidi. vt ergo illa adimplere
queam:fidei meæ tribue charitatem, patien-
tiam,dona,rectamq; intelligentiam elargire.
Sequitur.

*Prius quam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum cuſtodiui.* 3.

Hoc vnũ ſcio,ꝙ priuſquã in eã(quã nũc ex
perior)miſeriã,à te deijcerer De':ego deliq
in prothoplaſti viciata radice.Ideo nũc maxi
me præſtandũ eſt:ne in alterã mãdatorũ tuo-
rũ recidã trãſgreſsionẽ,ꝓpterea eloquiũ tuũ
cuſtodiui.ſed neq; id ſatis,vt apud Deũ iuſti
ficeſ homo:quod formidine pœnę eloquium
ſuũ dixerit cuſtodiſſe.cũ rei huius nõ amor,
qui eſt caſtus ac filialis:ſed poti' ſeruilis fue-
rit in cauſa timor.Ideo ſubiungit.

*Bonus eſt tu: & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.* 4.

Adiuua dñe infirmitatẽ meam.bonus es tu,
miſericors & ſuauis,natura & effectu bonus:
qui das bona petentibus te.Eia ergo Deus & Mat.7.b.
magiſter bone. In bonitate tuá ( quæ diffuſa
eſt à te charitas ) doce me iuſtificari. docere
quidem,efficere eſt.Nõ igiſ in ſeueritate iu-
ſtitiæ:ſed in lenitate mĩę & gr̃æ. Nõ in mea:
ſed in bonitate tua iuſtifica me apud te, &

Ro.5.d. vbi abundauit delictum:ſuperabundet & gra
tia.Sequitur.

5. *Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſu-
perborum: ego autem in toto corde meo
ſcrutabor mandata tua.*

Excreuit malitia impiorũ,ſiue dęmonũ, ſi
ue hominũ:q̃ varia cõtra me cõfinxere cõmẽ
ta.Nec aliorſum tẽdit ſuperborũ iniquitas: q̃
vt me dimoueãt à tuorũ ſtudio mandatorũ.
Atqui,caſſo labore cõtendunt.tãto enim ſtu-
dioſius ſcrutabor mandata tua:quãto me in-
ſtãtius ab eis diuellere adnitãtur. Nẽpe horũ
malignantiũ machinatio ꝑuerſa:mihi coope-
ratur in bonũ.Nã dum illorũ multiplicať ini-
quitas : augetur in me charitas bonitasq́;. Et
fit mihi diſciplina ſalubris,atq; ſcientia ſaluta
ris:perſequutorum vehemens illa & impor-
tuna vexatio.

6. *Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum:ego ve
ro legem tuam meditatus ſum.*

Superbia,& inuidente maleuolentia, obdu
ratum eſt cor eorũ:vti coagulo lac quod cor
rũpiť,& in caſei duritiem vertitur.Nec ſe-
cus ij moribus corrupti, & occæcante mali-
tia:mentis hebetudinem inciderunt,& obſcu
Ro.1.c. ratum eſt inſipiens cor eorũ,factumq; eſt ob
ſtinatione proteruũ:Ego verò legẽ tuã medi
tatus ſum.vide q̃ diſtent,humiles à ſuperbis.
Illi exleges,nec Deũ nec ſe norunt:Ego vero
condelector legi Dei ſecundùm interiorẽ ho
Ro.7.d. minem, & ſuauitatem illius meditatus ſum.
dumq́; ipſam rumino : intellectũ paſco, affe-
ctum allicio,memoriã colo,& inde ſapidiſsi-
mum lac,delicatiſsimũ nectar, & ſolidiſsimũ
ac perfectiſsimũ extraho cibum.Ipſi aũt ob-
durantur,& coagulatũ eſt ſicut lac cor eorũ.
Ego in humilitatis teneritudinem : ipſi vero
in ſuperbæ obſtinationis tranſeunt duritiem.
ꝙ ſi legas , incraſſatum eſt ſicut adipe cor
eorũ:apertiſsimus erit ſenſus,Sequitur.

7. *Bonum mihi quia humiliaſti me: vt diſcã
iuſtificationes tuas.*

Bonũ eſt profecto:quod tm̃ humilitatis bo
num , attulit humiliatio.didici quidẽ ex his
quę paſſus ſum obedientiam.ſummiſi collũ le
gi,& mandatis tuis affectum, me deniq; totũ
diſciplinæ tuæ ferulæ ſubduxi:vt diſcã iuſti-
ficationes tuas.vide quã mihi bonũ ꝙ humi-
liaſti me.Ex tunc enim,inquirẽdis & addiſcẽ
dis iuſtificationibus tuis vacare cœpi, cõuer
ti animum,adhibui vires,totamq́; mẽtis aciẽ
in hoc direxi:vt diſcam iuſtificationes tuas.
bonum igitur mihi quia humiliaſti me. Nam
humiliatio aduerſitatis:me ad virtutem pro-
uexit humilitatis.hinc autẽ ad legis tuæ me-
ditationem aſcẽdi:quæ vera philoſophia eſt.
Nam qui olim prima elementa didici, id eſt
timorẽ domini , quod initium eſt ſapientiæ: Pſ.110.v.9.
deinde rudimenta illa de quib' apoſtolus ait: Heb.11.a.
credere enim oportet accendentem ad Deũ
quia eſt,& inquirentibus ſe remunerator ſit:
interceſsit interim humilitatis bonũ, quo hu
miliaſti me,& auctus eſt inquirẽdi amor,atq;
legem tuam meditatus ſum: vt diſcam iuſti-
ficationes tuas.verum, tunc me illas didiciſ-
ſe crediderim: quum ex gratia & earum ob-
ſeruatione apud te meruerim iuſtificari:qui
ab iniuſtis (te permittente)iuſtè merui humi
liari.Sequitur.

*Bonũ mihi lex oris tui : ſuper milia auri 8.
& argenti.*

Dominicę legis ipſiusq; euangelicæ : iam
in ſpiritu expertus ſuauitatem ait,bonũ mihi
lex oris tui.Nec enim aliunde tantundem lu-
chri mihi prouenire poterit:ſicut de lege gra
tiæ , quam ore proprio edicere dignatus es.
hoc quidem bonum eſt honeſtum,vtile& de
lectabile:quod recto calle ducit ad optimũ.
Eſt lex domini immaculata conuertens ani- Pſ.18.v.8
mas : teſtimonium domini fidele ſapientiam
pręſtãs paruulis. ſapiẽtiam(inquã) quã (cum
ſapiente)ſapienter præpoſui regnis & ſedib': Sap.7.a.
& diuitias nihil eſſe dixi in comparatione il-
lius. Nec comparaui illi lapidem precioſum:
quoniam omne aurum in comparatione il-
lius,arena eſt exigua,& tanquam lutum exti-
mabiť argentũ in conſpectu illius,ꝙ ſi millia
auri & argenti me vanũ diuitẽ faciũt: lex illa
ſuauiſsima oris tui, verũ me efficit diuitiarũ
huius ſeculi cõtemptorem,& cæleſtium ama
torem,ob idq́; ditiorem.

OCTONARIVS. 10.

Ioth. *MAnus tuæ fecerũt me, & plaſma
uerunt me: da mihi intellectũ , vt
diſcam mandata tua.*

Dignitatem conditionis meæ noui.Nã po
tentia & ſapientia tua domine,quæ & metha
phoricè atq; humano vſu loquẽdi,manus tuę
dicuntur:ipſę me ex nihilo fecerunt interio-
rem hominem,& de limo terræ plaſmauerũt
exteriorem:ꝙ ſpiritali ſimul & corporea na-
tura cõſtem,anima ſcilicet & corpore. æquũ
eſt igitur,vt opus opifici ſuo debitam ſerui-
tutem impendat atque honorem:& tu illi fa-
ueas. quamobrem da mihi intellectum, &c.
Me equidem intellectualem feciſti creaturã,
ſed qui dediſti potentiam: fac me actu intel-
ligentem.Et rectæ intelligentiæ lumẽ infun-
de,quo diſcã mandata tua:vt tibi autori meo
obſequ



obſequi valeã,ſi quę iuſiſti ſciã:& ſcita cuſto
diam.Ecce iam te in ſpiritu dicentẽ audio no
Io.6.c. uę legiſlator,omnis qui audiuit à patre & di
dicit:venit ad me.Sequitur.

2. *Qui timẽt te,videbunt me,& lætabun-
tur:quia in verba tua ſuperſperaui.*

Vita iuſti immaculata:iuſtis omnibus læti
tiam parit.Nimirũ ſunt eiuſdẽ corporis mẽ-
1.Cor.12.d mẽbra.Et ſi quid patitur vnum mẽbrum: cõ-
patiunť omnia membra ( ait apoſtolus) ſiue
gloriatur vnum membrum : cõgaudent om-
nia membra.hoc etenim operatur ea(qua in-
1.Cor.13.b uicẽ conectunť)charitas,quæ non gaudet ſu-
per iniquitate: congaudet aũt veritati. huius
rei gr̃a,is qui intellectũ poſtulat ad diuinorũ
obſeruãtiam mãdatorum:vt oſtendat ꝙ co-
mune bonũ inde ſequať adiungit:qui timẽt te
videbunt me & lætabuntur:ꝙ me videant re
cta gradientẽ via,quia in verba tua ſuperſpe
raui. Superſperaui dixi:ſciens cum apoſtolo
Ephe.3.d. tuo,ꝙ potens ſis omnia facere ſuperabundã
ter q̃ petimus aut intelligimus. Eſt enim om
nium noſtrum eadẽ ſpes: quibus & eadẽ pro
Ro.12.c. miſsio regni facta eſt. Iccirco omnes ſumus
ſpe gaudẽtes, in tribulatione patiẽtes,oratio
ni inſtantes.Sequitur.

3. *Cognoui dñe , quia æquitas iudicia tua:
& in veritate tua humiliaſti me.*

Hoc mihi ſatis perſuaſum eſt:ꝙ æquiſsima
ſint iudicia tua,lætentur igiť & exultẽt gen-
Pſ.66.v.4. tes,qm̃ iudicas populos in æquitate,& gẽtes
pſ.18.v.10. in terra dirigis.Iudicia quidẽ dñi vera iuſtifi
cata in ſemetipſa.æquiſsima enim ſunt:ſi dei
ſunt.Nec alia exquirẽda æquitatis ratio:quã
ꝙ diuina ſunt & ab eo progreſſa, qui falli &
fallere neſcit.qui ergo noui ꝙ æquitas ſint iu
dicia tua,& potentiſsimam manũ tuã me hu-
miliantẽ ſenſi:ſtatim intuli, ꝙ in veritate tua
humiliaſti me.humiliaſti:vt exaltares,depreſ
ſiſti:vt ſubleuares.deniq; in veritate tua & iu
ſtitia deieciſti:quem humilẽ effectum ex mi
ſericordia coronares.Sequitur.

4. *Fiat miſericordia tua vt conſoletur me:ſe
cundùm eloquium tuum ſeruo tuo.*

Afflictus ſum & humiliatus ſum nimis:ru-
Pſ.37.v.8. giebam à gemitu cordis mei. Adſit nũc ergo
miſericordia tua viciſim,vt cõſoleť afflictũ:
quem iuſtitia & veritas tua,iuſtè fecit humi-
liatũ.An nõ miſericors es dñe natura,ſicut &
iuſtus?Nec ſum adeò procax,qui ex toto au
ferri petam humiliationem:cum dixerim,bo
num mihi quia humiliaſti me.ſed ne deficiã:
miſericordiam peto conſolantẽ.Non enim id
Eſa.16.a. à te alienũ eſt:Qui per Eſaiam dicis: ſpũs do-
mini ſuper me,eò ꝙ vnxerit dominus me.Ad
annũciandũ mãſuetis miſit me, vt conſolarer
omnes lugentes,&c.Et ex euangelio clamas: Mat.5.a.
beati qui lugent:quoniam ipſi cõſolabuntur.

*Veniãt mihi miſerationes tuæ, & viuã: 5.
quia lex tua meditatio mea eſt.*

Diuinę mię effect'(vti ſæpius dixim') mi-
ſerationes dicunť.quæ homini adeò neceſſa-
riæ ſunt:vt ſine ipſis , miſer ſemp exiſtat.his
fit remiſsio peccatorũ, danť vires vt vltiora Vlteriora
vitemus,cõfertur gr̃a ad meritũ,atq; ſpiritalis
vita,& ipſa deniq; in bono perſeuerãtia ad co
ronã.Has igiť nũc ſibi venire optat : is qui ſe
ſenſerat humiliatũ dicẽs:veniant mihi miſera
tiones tuæ,& viuã.ſubueniant vigilanti iura:
quia lex tua meditatio mea eſt.Nõ mihi deſi
di aut dormiẽti,nec poetarũ fabulas inueſti-
gãti,ſed legẽ tuã aſsiduè meditãti:quo eam in
tellectu capere,ipſamq́; affectu ſimul & ope
poſsim adimplere.quãobrẽ miſericors & mi-
ſerator dñe: huic pio & iuſto faue labori. Et Phi.2.b.
da perficere:qui proficere das & velle.Seq.

*Confundãtur ſuperbi,quia iniuſte iniqui- 6.
tatem fecerunt in me: ego autem exerce-
bor in mandatis tuis.*

Duplex eſt confuſio.Eſt enim cõfuſio ad-
ducens peccatũ(ait ſapiẽs)& eſt cõfuſio ad- Eccl.4.c.
ducens gloriã & gr̃am. hac vltima (precor)
confundanť ſuperbi.Efficianť humiles, & pœ
nitẽtia ducti,ad te conuertantur.Nam etſi tu
in veritate tua humiliaſti me , ac per hoc iu-
ſte mala quæ mihi intulerunt perpeſſus ſim:
ipſi tñ iniuſte iniquitatẽ fecerũt in me ſuper-
bientes.Confundanť ergo & pudefiant: ego
aũt exercebor in mandatis tuis.Illorũ perſe-
quutio : mihi fuit exercitatio. Et quod illis
venenũ : antidotũ mihi fuit.Idcirco exerce-
bor ego in mãdatis tuis:& confundanť illi,vt
mecum ſimul exerceantur.Confundanť iuſte:
qui iniquitatem fecerunt iniuſte.Sequitur.

*Conuertantur mihi timentes te : & qui 7.
nouerunt teſtimonia tua.*

Conuertãtur ad me,qui te caſto timore ti
ment , & quam ſalubria & vera ſint teſtimo-
nia tua nouerunt:vt me videant & lætentur,
quia in verba tua ſuperſperaui.ſit illis de te
gaudium:ꝙ iudiciorum tuorum videãt æqui
tatem . quippe qui me in veritate tua humi-
liaſti:in mĩa & miſerationibus conſolatus ſis,
vt viuam. Congratulenť mihi etiã, ꝙ lex tua
meditatio mea ſit,ꝙq́; de iniuſte in me actis
cõfundanť ſuperbi: & in mãdatis tuis me me
videant exercentem. vt quibus eadem eſt fi-
des & ſpes : eadem ſit de fœlici ſucceſſu læ-
titia.Sequitur.

*Fiat cor meũ immaculatum in iuſtifica 8.
tionibus tuis:vt non confundar.*

Ecce cogitaui vias meas:& conuerti pedes
meos in teſtimonia tua, vias meas enũciaui:
Eſa.43.d. iuxta illud ꝓphetę: Narra ſi q̃d habes:vt iuſti
ficeris. Qui tãdem? Exquiſiui iuſtificationes
tuas:vt cãtabiles mihi eſſent in loco peregri-
nationis meę. fiat nũc igiť(obſecro) cor meũ
immaculatũ,in iuſtificationib⁹ tuis. Nõ meis:
ſed tuis. Nec ſum tam excors, q̃ moſaycæ le-
gis opera iuſtificationes appellẽ:cum apoſto
lum tuũ Paulũ(in ea quę ad Romanos eſt epi
Ro.3.c. ſtola)audiã decernẽtem:ꝗ ex operibus legis
nõ iuſtificabiť omnis caro. per legẽ enim(ait)
cognitio peccati,nunc autẽ ſine lege: iuſtitia
Dei manifeſtãta eſt, teſtificata à lege & pro-
phetis. Iuſtitia autẽ Dei:per fidẽ Ieſu Chri, in
oẽs & ſuper omnes qui credunt in eum. Non
enim eſt diſtinctio,omnes enĩ peccauerũt: &
egent gloria Dei. Iuſtificati gratis ꝑ grãm ip
ſius:per redẽptionẽ quę eſt in Chro Ieſu,&c.
vt ſit ipſe iuſt⁹ & iuſtificãs eum q̃ ex fide eſt
Ieſu Chri. paucisq; interiectis ſubiũgit, arbi-
tramur enĩ iuſtificari hominẽ per fidẽ ſine o-
peribus legis,qm̃ quidẽ vnus eſt Deus,qui iu
ſtificat circuciſione ex fide:& præputiũ per
fidẽ. In his itaq; fidei Chri iuſtificationib⁹:fiat
cor meũ immaculatũ. ſicut elegit nos in ipſo
ante mundi conſtitutionẽ(ait iſdẽ Paulus)vt Ephe.1.a.
eſſemus ſancti & immaculati in cõſpectu ei⁹
in charitate:qui prędeſtinauit nos in adoptio
nem filiorum, &c. Propter quod chariſsimi 1.Pet.3.d.
(ait etiã alter eccleſiæ princeps)hæc expectã
tes: ſatagite immaculati & inuiolati inueni-
ri,&c. quod nũc ego inſtãter expoſco dicẽs:
fiat cor meum immaculatum per te: vt non
confundar à te, qui es benedictus in ſecula.
Amen.

## OCTONARIVS. II.

Caph. DEfecit in ſalutare tuũ anima mea:
*& in verbum tuum ſuperſperaui.*
Fragilitatem propriam confitetur: &
affectum innuit vehemẽtem, amoris quidem
impatientem & morę. laudabilis vtique is eſt
aĩæ defect⁹,quo abũdans quæriť profect⁹: vt
deum eſuriẽs atq; ſitiens,ſatietur affect⁹. hoc
enim deficere:in Dei amore proficere eſt:qñ
aĩa præ nimia in Deum dilectione liqueſit
ęſtuãs,modũ atq; menſurã neſcit,quin ſitibũ-
da potius ferť in dilectũ,ardet illũ expectãs:
nec ſic affecta, vllas perpeti valet moras. Ita
etiam alibi iſdẽ pſaltes(ꝗ ſibi nimiũ dilecta
Pſ.83.v.1. eſſent diuina tabernacula) anhelo ſpiritu ait:
cõcupiſcit & deficit aĩa mea in atria dñi. Nec
ſecus hic:defecit (inquit) anima mea. Non à
ſalutari:ſed in ſalutare tuũ, Chriſtum ſcilicet
quẽ promiſiſti venturum, iam ipſum videre
optans. ſic tñ defecit:ꝗ in verbũ tuũ ſuperſpe
raui. Nã quod ſpopõdiſti:te abundãtius datu
rum ſpero. dixeram ante, & veniat ſuper me
miſericordia tua domine:ſalutare tuũ ſecun-
dum eloquiũ tuũ. Nunc aũt quid? defecit in
ſalutare tuũ aĩa mea. defecit deſiderans: quę à
deſiderio & ſpe deficere neſcit:nam in verbũ
tuum ſuperſperauit.
*Defecerunt oculi mei in eloquium tuum:*
*dicentes, quando conſolaberis me:*
Repetij iterũ(ſi bene memini)dicens: fiat
mĩa tua vt conſoletur me:ſecundũ eloquium
tuũ ſeruo tuo. Et ecce interiores oculi men-
tis,in eloquiũ ꝓmiſsionis tuę defixi ſunt. An
Pſ.76.v.4. ticipauerũt vigilias oculi mei: quò te venien
tẽ & ſubuenientẽ, glorioſius poſsẽt & ſuaui⁹
intueri:quippe qui nimio te inuiſendi exar-
ſerunt deſiderio. Et defecerũt ipſi non ab elo
quio tuo veraci:ſed in eloquiũ tuum,q̃ quaſi
philo capti,fideli ſpectatione pẽdentes,dice-
re viſi ſint:qñ conſolaberis me? An tu nõ etiã
cõſolator es? q̃ in euãgelio,ſubtili & eleganti
narratione hoc nomine gaudes dũ ais:ego ro Io.14.b.
gabo pr̃em & alium paracletũ dabit vobis,vt
maneat vobiſcũ in ęternũ ſpũm veritatis. qñ
ergo erit tempus illud acceptum:quo veniẽs
conſoleris afflictum, conſolator optime?
Sequitur.
*Quia factus ſum ſicut vter in pruina:iu*
*ſtificationes tuas non ſum oblitus.*
Mortalis vel poti⁹ mortificat⁹ hic exterior
nr̃ homo, vtri nõ inepte poterit cõparari: q̃
ex animaliũ exuuijs confectus,liquorẽ conti
net pretioſum. pruina vero,cæleſte beneficiũ
eſt:à ſupernis ſedibus irroratũ. dic nunc ergo
clemẽtiſsime conſolator,vt ſpẽ augeas verbo
ſuaui:qñ conſolaberis me? Nam quaſi ab hu-
manis abſortus,& in te vnum trãſlatus:ita pe
ne cõtractus adhæſi cuti: ꝗ factus ſum ſicut
vter in pruina,rigidus & exiccatus. Eſt qui-
dem mihi rugis arata frons:& pelli meæ con
ſumptis carnibus adhæſit os meum. Immo to Iob.19.d.
tus ex oſsis factus ſum:tñ iuſtificationes tuas
non ſum oblitus. hoc aũt pruinæ & irroratæ
gr̃æ tuæ beneficium fuit,quia ſic carnales cõ
cupiſcentiæ friguerunt: ꝗ dum mens caſtiga
to corpore liberior ac potentior manet:iuſti
ficationes tuas nõ ſum oblitus. Cum enim in
firmor:tunc potens ſum. Ecce quoniam om- 2.Cor.12.c.
ne quod eſt in mundo(vt dilectus diſcipulus
ait)concupiſcentia carnis eſt,& concupiſcen 1.Io.2.c.
tia oculorum,& ſuperbia vitæ. hęc omnia hu
ius octonarij tribus primis verſibus, à malo
defeciſſe & ĩ bonũ ꝓfeciſſe innuit:quo diuini
ſalutaris aduẽtu(tã diu ſpectato atq; dilato)
cõgruentiùs conſoleť. defecit q̃dẽ ei⁹ caro à
laſciuiente



laſciuiẽte cõcupiſcentia:quia fact⁹ eſt refrige
ratus,nec improbis motib⁹ laceſsit⁹:ſicut vter
in pruina. defecerũt oculi à cõtuitu cõcupi-
ſcibiliũ tẽporaliũ:in diuinæ promiſsionis elo
quium vehemẽti contẽplatione tendẽtes. De
fecit deniq; anima à ſuperbia vitę: Chriſtum
Ieſum conſiderans, in humilitate carnis ve-
nientem. Sequitur.
4. *Quot ſunt dies ſerui tui? quãdo facies de*
*perſequentibus me iudicium.*
Primũ tunc expetiuit diuini ſalutaris aduẽ
tum:iã nũc poſcit ſecundũ. quot ſunt(inquit)
dies ſerui tui? quantũ erit (obſecro) meę hui⁹
peregrinationis & afflictionis tẽpus? Non ne
huic rogatiunculæ ſimilis eſt illa, quã alibi
Pſ.38.v.5. iſdẽ pſalmographus ait:Notũ fac mihi dñe fi
nem meũ,& numerũ dierum meorũ quis eſt:
vt ſciã quid deſit mihi? Ecce circundederunt
Pſ.39.v.16. me mala quorũ non eſt numerus. qñ ergo ve
nies vt mundũ iudices,faciasq; de perſequen
tibus me iudiciũ? Non curioſe rogo, quaſi ſci
Acto.1.b. re velim tẽpora vel momẽta,quę pr̃ poſuit in
ſua poteſtate:ſed conſolationẽ meam exqui-
ro. Et qui te expetiui veniẽtem in carne: iam
nunc te expecto iudicẽ veniẽtem in throno.
ꝗ ergo hęc quæſierim:meus erga te affectus
fuit in cauſa. Et vltimum adieci: nequis falſo
arbitretur,ante iudicij diem,tuam in hoc ſe-
culo defuturam eccleſiam. Sequitur.
5. *Narrauerũt mihi iniqui fabulationes: ſed*
*non vt lex tua.*
Siue dæmones,ſiue homines vaniloqui,fa-
bulationes quas ante ſõniarũt & cõfinxerũt,
ac neſcio quo verborũ lenocinio (vt facilius
fallerent auditores,mellitũ toxicum propinã
tes)cõdiuerunt:has mihi iniqui, iniquius nar
rauerunt quaſi mihi foueas fodientes. quales
ſunt poetarũ nugæ,philoſophorum ſectæ, &
ſecularium literarũ figmenta,cæteraq́; hæreti
corum atq; impiorũ hominũ cõmenta & me
racisſima mẽdacia:nihil ferè ſolidum aut ve-
rum cõtinentia. Certè non vt lex tua, quæ to
ta immaculata,vera,iuſta,& ſancta:falſi nihil
habet admixtum, quin potius ſanctum ſpũm,
& diuinam redolet autoritatem. propter hoc
Eſa.24.c. (ait Eſaias) in doctrinis glorificate domi-
num. Sequitur.
*Omnia mandata tua veritas: iniqui per-* 6.
*ſequuti ſunt me, adiuua me.*
Quomodo non veritas:quæ primæ innitũ
tur veritati? vera ſunt quæ vera docent. Nam
mandata tua:veram viam oſtẽdunt, qua itur
ad veram vitam. Nihil in eis eſt:quod aberret
à vero, quod ab æquo, quod à iuſto,quod à
ſancto,pio,pudico,& caſto. ſolida ſunt & om
ni maieſtate plena. ſi verborum ſeriẽ videas,
ſenſumq́; introſpicias. ſi media & intẽtum fi
nem cõtempleris:omnia neſcio quid mirabi-
le præſeferunt. Ab his me dimouere conanť
iniq̃,ob idq́; ꝑſequuti ſunt me:vt tua veritate
relicta,eorũ ſubijciar vanitati. ꝓpter te hæc
patior bone Deus:adiuua me adiutor fortis.
*Paulominus conſummauerunt me in ter* 7.
*ra: ego autẽ non dereliqui mandata tua.*
Tam acerrima in me fuit impiorum homi
num perſequutio:ꝗ ad mortẽ vſq; corpora-
lem me perduxerunt,quæ nõ ex toto:ſed ex
parte,hominis eſt conſummatio atq; in terra
finis. Ideo paulo minus dixi: quia potuerunt
occidere corpus:& poſt hoc non habent am Luc.12.a.
plius quid faciant. ſed quid? perſequutionib⁹
laceſsitus: dereliqui vel ad pũctum mandata
tua? ceſsi ne illis:vt momento à te diſcederẽ?
Abſit à me hoc facinus. Non quidem dereli-
qui: quia nec tu dñe dereliquiſti me. Atqui
miſericordiæ tuæ fuit:ꝗ nõ ſim conſumpt⁹.
Niſi quia dñs adiuuit me:paulominus habitaſ Pſ.93.v.17.
ſet in inferno anima mea. ſi dicebam motus
eſt pes meus:miſericordia tua domine adiu-
uabat me. Sequitur.
*Secundum miſericordiã tuã viuifica me:* 8.
*& cuſtodiam teſtimonia oris tui.*
Gratia tua, ex miſericordia gratis animæ
meę diffuſa: vita illius eſt. Iniqui viſi ſunt,hac
me vita priuare:ſi(hei mihi) contigiſſet tuas
dereliquiſſe iuſsiones. Tu è diuerſo viuifica
me,gratiæ tribuens incremẽtum:& cuſtodiã
perfectiora quæ ore tuo dediſti mandata.

## OCTONARIVS. XII.

Lamed. IN æternum domine: verbum tuũ per-
*manet in cælo.*
In tribulatione poſitus,is qui peregrinatur
à dño:humanæ cõditionis mutabilitatẽ & in
cõſtantiã deflet. oculos mentis in cęlũ leuat,
circuit contẽplatione terrã,totamq́; humanę
fabricæ diſpoſitionem cõſiderat. Et dum vi-
det,quã inuiolabili lege omnis creatura ſuo
obſequatur autori,& exulem hominẽ cõſpi-
cit claudicantem,nec Dei præceptis (vt par
eſt) obtemperantem:ad deum conuerſus ait:
in æternum domine:verbum tuum permanet
in cælo. In materiali cælo quod oculis cor-
poris viſibile eſt expoſitum: ſemper ſit,quod
verbo tuo ſtatuiſti. Non enim cælum trãſgre
ditur præceptum tuum: ſed ea qua ordinaſti
lege mouetur. Cæleſtes etiã & angelicę vir-
tutes:tibi per omnia obſequuntur, nec à ſibi
iniuncto declinant.
*In generatione & generationem veritas* 2.
*tua: fundaſti terram & permanet.*
Permanet etiã verbum tuũ verum in terra:

quam fundaſti ſuper ſtabilitatem ſuam. Nam
Eccli.1.a. generatio præterit,& generatio aduenit:ter-
ra aũt in æternũ ſtat. Nec veritas fidei tuę de
ficiet:quãdiu peregrinantiũ fuerit generatio.
fundaſti enim eccleſiã tuam ſupra firmam pe
tram,& in ſtabilitate fidei tuæ firmaſti: ideo
permanet. Nam etſi varijs ſit vndiq; concuſſa
tormentis:non tamẽ à fide deficiet vnquam,
quam tibi integram ſeruat & illibatam.

3. *Ordinatione tua perſeuerat dies : quoniã omnia ſeruiunt tibi.*

Sunt qui legant,perſeuerat hodie, vt ſit ſen
ſus,ꝙ terra p̃manet ordinatione diuina, vſq;
in hodiernum diem. Nos aũt verſionem vul-
gatiorẽ ſequamur. Hic materialis ſol nõ rece
dit ab emiſpherio nr̃o,vſq; ad tẽpus à te præ
fixum, vt ſit dies:quo abeunte,ſuccedit nox.
Non prætergreditur ſol, nec ea quæ ſub ſole
ſunt:quĩ illis ſemel ſanxiſti legẽ. At nõ ſic ho
mo,qui(proh pudor)ſtatim illi obſtitit:faci-
lis præcepti tranſgreſſor effectus. Nempe iu-
ſtitiã perdidit originalẽ,deiectus & humilia-
tus eſt homo:atq; in huius vitæ miſerias pro
lapſus.occupatio magna creata eſt oĩbus ho
Ecc.40.a. minibus(ait ſapiens)& iugum graue ſuper fi-
lios Adam,à die exitus de vẽtre matris eorũ:
vſq; in diem ſepulturæ,&c. ꝙ ſi tu legiſlator
optime,illi ex gr̃a non ſubueniſſes:iam de ho
mine actum erat. ſed miſericors ipſe ſuccur-
riſti perdito,legem illi tribuens: & gratiã co
adiuuantẽ.fatebor enim ingenuè,quid de me
ſentiam:quid vè non ſemel expertus ſim.

4. *Niſi quod lex tua meditatio mea eſt: tunc forte periſſem in humilitate mea.*

Adeò neceſſaria eſt,tuę meditatio legis ad
ſalutem : vt ſi tot vallatus anguſtijs, lege tua
ſuaui nõ oblectarer:periſſem vtiq;. At quum
ipſam meditat⁹, fortia intueor geſta virorũ:
nouerimq; ex lege ꝙ non derelinques in finẽ
ſperantes in te:reaſſumptis viribus reuiuiſco.
Magnũ quippe mihi ſolatiũ adfert, legis tuæ
meditatio:quę me ad vitã reuocat,iam tribu
lationum pondere pereuntẽ. Sequitur.

5. *In æternum nõ obliuiſcar iuſtificationes tuas: quia in ipſis viuificaſti me.*

Se gratũ oſtedit:dum beneficij accepti nõ
fore immemorem proteſtat̃ dicens:Non obli
uiſcar(dum vixero)iuſtificationes tuas, quæ
& mandata tua ſunt:quia in ipſis ( quũ ea ex
gr̃a adimplere dediſti)viuificaſti me:& iã pe
ne deficientẽ,propoſitis ſanctorũ tuorũ exẽ-
plis erexiſti:& prę dolorũ multitudine,quaſi
exanimẽ ad vitã reuocaſti. Recordabor ęqui
dem quam iuſte ſemper egeris & pie cum ele
ctis tuis,quos etſi ad horã deſerere viſus ſis:
oportune tamẽ ne deficerent conſolatus es.
Non enim longe aberas: qui paululum decli-
naueras vt probares,& hunc faceres cum ten
tatione prouentũ:ꝙ plene cognoſcerent,qui
à te,& qui ſine te eſſent. Sequitur.

6. *Tuus ſum ego ſaluum me fac: quoniã iuſtificationes tuas exquiſiui.*

Is hoc vere dicere poterit,qui cum ſe Chr̃i
ſanguine redemptũ nouerit,ſic ipſi ſoli ſe di-
cauerit in ſeruitutẽ : vt cum apoſtolo dicere
Ro.14.b. poſsit:ſiue enim viuimus, dño viuimus, ſiue
morimur,dño morimur. ſiue ergo viuimus ſi
ue morimur,dñi ſumus. In hoc enim Chriſt⁹
mortu⁹ eſt & reſurrexit:vt & viuorũ & mor
tuorũ dominetur. qui ergo ſe ſe totum ſpon-
te ita Chr̃i ditioni ſubiecit,vt nec ſibi ipſi nec
alteri viuat,cui non pro Chr̃o ſubdatur:dicat
audacter,tuus ſum ego ſaluũ me fac. Mei cu-
ram habe,foue & ſaue tuus ſum(inquam)nõ
ſolùm creationis & redẽptionis iure:ſed ado
ptionis gr̃a,atq; voluntaria ſummiſsione:quo
niam iuſtificationes tuas ex tota aĩa & tota
mente quæſiui,vt mandatis tuis obtẽperans:
apud te merear iuſtificari. vere igitur tu⁹ di-
car:qui non meas,ſed iuſtificationes tuas ex-
quiro. Sequitur.

7. *Me expectauerunt peccatores, vt perderent me: teſtimonia tua intellexi.*

Siue dęmones ſiue eorum miniſtri homi-
nes,quippe iuſtorũ perſequutores ac pecca-
Pſ.10.v.2. tores illi,qui intenderunt arcũ,& parauerunt
ſagittas ſuas in pharetra,vt ſagittent in obſcu
ro rectos corde:expectauerunt me inſidian-
Pſ.63.v.5. tes: vt ſagittent in occultis immaculatũ, ſed
ego inter media illorum iacula, teſtimonijs
tuis armat⁹ inceſsi:nec inſidiãtibus ceſsi,quia
ea quę ſup his teſtificat⁹ es intellexi. Ais enĩ:
Mat.10.c. nolite timere eos qui occidunt corpus:aĩam
non pñt occidere. ſed potius timete eum,qui
poteſt & aĩam & corpus perdere in gehẽnã.
Intellexi martyria tua:& quæ pro me multo
maiora perpeſſus es diſpendia. vt quid enim
Chr̃s cum adhuc infirmi eſſemus,ſecundũ tẽ-
Ro.5.a. pus pro impijs mortu⁹ eſt(ait apoſtolus) vix
enim pro iuſto quis moritur:Nam pro bono,
forſitã quis audeat mori. Cõmendat aũt cha-
ritatem ſuam Deus in nobis, &c. Hæc igitur
cõſiderans martyria tua,& exuberantẽ tuam
erga nos charitatem:nihil timui.

8. *Omnis conſummationis vidi finẽ : latum mandatum tuum nimis.*

Te primum aſpexi,qui totius perfectionis
ſupremus es finis. charitatẽ tuã inexhauſtam
Mat.5.g. conſideraui. mãdatum tuũ illud nimis latum
de diligendis omnibus etiã inimicis propter
te,intellexi: quod culmẽ hebeat toti⁹ boni,fi-
1.Tim.1.a. nis autẽ præcepti eſt charitas ait Paulus. vidi
tandem



tandem ꝙ vno ſtrictoq; mortis fine claudun
tur omnia. Et quod magis vires auxit:manda
tum illud latum contemplatus ſum,quod le-
gis eſt plenitudo,ad cuius obſeruantiã æter-
nę vitæ latitudinem promiſiſti,ſis ipſe bene-
dictus in ſecula.

OCTONARIVS. 13.

Mem. *QVomodo dilexi legem tuam dñe: tota die meditatio mea eſt.*

Proſequitur diuinus pſaltes(quod ſe vi
diſſe dixerat)mandatum dilectionis latum. ò
quantũ(inquit)dñe dilexi legem tuã? quã ex
toto corde, mente & aĩa:quam ſine intermiſ
ſione? Nã tota die lex tua meditatio mea eſt.
dilexi legem:quia legiſlatorẽ dilexi, cui pare
re in omnibus concupiſco ſpontaneo ſtudio:
non obſequio coacto. quomodo dilexi legẽ
tuam dñe? qui ſic dilexi: ꝙ modum non tenui
aut menſurã. Tota die illius frequenti medi-
tationi vacaui, ſemp excogitans ne qd omit
tam:quod tuæ ſit placitũ voluntati. Tota di-
xi die:quia legem tuã meditati, ac per hoc in
lumine vultus tui ambulanti:nec nox nec te-
nebræ ſunt vllæ. Rei huius indagator optim⁹
dilectus diſcipulus tuus,in epiſtola catholi-
1.Io.2.b. ca ita ait. Iterũ mandatum nouũ ſcribo vobis
quod verũ eſt & in ipõ & in vobis:quia tene
brę trãſierunt,& verũ lumẽ iã lucet,&c. Seq.

2. *Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo: quia in æternũ mihi eſt.*

Primũ annotare licebit:mãdato tuo,ſexto
aut ſeptimo poſitum eſſe caſu. vt ſit ſenſus:ꝙ
per dilectionis mandatũ quia aĩo illius ſemp
inſederat,& caſtam atq; legitimã illius quam
perceperat intelligentiã : ſuis oĩbus inimicis
prudẽtior factus ſit:dum nõ illud in tẽpora-
le bonum:ſed in æternũ exiſtimat ſibi valere.
Ait igitur,ſuper eos qui mihi inimicant̃: pru
dentẽ me feciſti mãdato tuo. quo nõ (vt illi)
amicos duntaxat & proximos:verùm inimi-
cos etiã diligẽdos eſſe didici. Te dicẽte:au-
Mat.5 b g. diſtis ꝙ dictũ eſt antiquis, non occides, &c.
demùmq;. Audiſtis ꝙ dictũ eſt,diliges proxi-
mum tuũ,& odio habebis inimicũ tuũ: Ego
autẽ dico vobis diligite inimicos vr̃os, &c.
Nempe iudæi horũ altero vel vtroq; occæca
ti,odio ſcilicet & amore:imprudẽter hoc in-
Leui. 19. d. tellexere mandatũ. Non decipiet vnuſquiſq;
proximũ ſuum. Nõ facies calumniã proximo
tuo:nec vi oprimes eum. Iuſte iudica proxi-
mo tuo. Non ſtabis contra ſanguinẽ proximi
tui, Nõ oderis fr̃em tuũ in corde tuo. diliges
amicũ tuũ ſicut te ipſum. Et ſi quid eſt id ge-
nus aliud:quaſi hinc argumẽtum ſumere viſi
ſint:quo inimicũ,alterius vè gẽtis hominem:
amore proſequi non deberent, cum nihil tm̃
à vero diſtet. Nam is ſolus odio habendus eſt
inimicus:qui in euangelio ipſa veritatis voce
Mat.13.d. inimicus appellatur homo:eò ꝙ cum dormi
rent homines,veniens ipẽ in medio tritici ſu
perſeminauit zizania. Is quidẽ diabolus eſt:
inimicus homini deteſtãdus & fugiẽdus. Seq.

3. *Super omnes docentes me intellexi: quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.*

Super cathedram Moyſi ſederũt ſcribæ &
Mat.23.a. phariſei,legis vtiq; trãſgreſſores,ait dñs. Erãt
etiã ſacerdotes atq; doctores:quibus ex lege
docendi munus creditũ erat,ſic enim ſcriptũ
Deut.24.b. eſt:facies quæcunq; docuerint te ſacerdotes
leuitici generis : iuxta id quod præcepi eis.
Hic aũt interna inſpiratione doctus, nõ arro
ganter ſed verè ait:ſuper oẽs docentes me in
tellexi,ꝙ diuinorũ teſtimoniorũ meditatio-
ne,doctior euaſerit & ſapiẽtior. Nam(vt ſæ-
pe diximus)illa vera meditatio eſt:quã cũ de
lectatione ſequitur operatio. Illi quidem di-
cunt & non faciunt:is autem,quę opere com
plet teſtimonia meditatur. Sequitur.

4. *Super ſenes intellexi : quia mandata tua quæſiui.*

Eruditio eſt maxima,diuinorũ obſeruatio
mandatorũ. ſenes hic,ſenſu maturi veniũt in-
telligendi;qui omni exceptione maiores,ęta
te ſcilicet ſapientia,ſermone & opere, proba
tiores ſunt : de quibus plura laude digna, in
ſcripturis ſanctis cõgeſta reperies. tales quip
Num.11.d. pe Moyſi eligere præcepit dñs dicens:cõgre
ga mihi ſeptuaginta viros de ſeniorib⁹ Iſrael:
quos tu noſti ꝙ ſenes populi ſint & magi-
Ecc.8.b. ſtri. Et ſcriptũ eſt: Ne deſpicias narrationem
presbyterorũ ſapientũ,& in prouerbijs eorũ
conuerſare:ab ipſis enim diſces ſapiẽtiam &
doctrinã intellectus,&c. quãuis perfectioris
doctrinę ſenſu inſtructus,etiã iuniorũ quiſq;,
eorũ ſcilicet qui in ſchola dñi enutriti, tẽpo-
re poſteriores fuerunt:hoc veraciter dicere
potuit(dum tñ priſcorũ temporũ faceſſat in-
uidia)iuxta verbũ Chr̃i ad diſcipulos dicen-
Ma.13.c. tis:multi prophetæ & iuſti cupierunt videre
quæ videtis,& non viderũt:& audire quę au
Mar.10.b. ditis,& non audierunt. Et illud:erũt nouiſsi-
mi primi:& primi nouiſsimi. quippe qui fœ-
liciter & caſte mandata Dei iuxta intentum
præcipientis intellexerunt: ipſaq; feruentius
exquiſierunt. Sequitur.

5. *Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt cuſtodiam verba tua.*

Poſt lapſum primi hominis ſcriptum eſt,
Gen.8. ꝙ ſenſus & cogitatio humani cordis in malũ
prona ſunt : ab adoleſcentia ſua. Affectiones
autem quibus fertur anima:pedes illius ſunt.

à via mala omni ſollicitudine prohibendi: vt
via recta gradiantur. Ne ſi ponanť in lubrico:
aĩa in præcipitia vitiorũ cadat. qui ergo verba Dei cuſtodire cupit: ſatagat ante oĩa neceſſe eſt, quò modo greſſus ſuos à malo cohi
Pſ.33.v.14. beat: vt in bonũ dirigat. ſcriptũ eſt enim: diuerte à malo & fac bonũ. ꝙ ſi ſemel iuxta car
nis cõcupiſcẽtias pedes tuos per deuia queq;
abire permittas: Nõ verba dñi cuſtodiſſe: ſed
ab illis declinaſſe conuinceris. Chariſsimi ob
1.pet.2.c. ſecro vos (ait apoſtolorũ princeps) tanquã ad
uenas & peregrinos, abſtinere vos à carnalib⁹
deſiderijs: quę militãt aduerſus aĩam. hęc enĩ
præpediũt: ne verba dñi cuſtodiamus. Seq.

6. *A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem poſuiſti mihi.*

Duplex poterit eſſe ſenſus. Et is prior. Nõ
receſsi vel paululũ, ab his quæ me facere de-
Gal.3.c. creuiſti, vt tibi deferrẽ: qui non vt olim ordi
natam per angelos in manu Moyſi mediato-
ris: ſed per te metipſum legem poſuiſti mihi.
Heb.8.b. Nunc aũt (iuxta apoſtoli tui ſenſum) melius
ſortitus es miniſteriũ: quanto & melioris teſtamenti mediator es: quod in melioribus repromiſsionibus ſancitũ eſt. Nam ſi illud prius
culpa vacaſſet: non vtiq; ſecundi locus inquireretur. ſit alter ſenſus. Iudicia tua quę ſępius
mente reuolui: antecedenter fuerunt in cauſa ne in malũ declinarẽ, quin prohiberem potius pedes meos ab omni via mala: quia tu legem poſuiſti mihi. Ex qua didici: quam iuſto
iudicio, & bonis bona: & malis paraueris mala. Sequitur.

7. *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: ſuper mel ori meo.*

Ezec.3.a. Ezechielis ori, volumẽ quod comederat,
factũ eſt ſicut mel dulce: huic aũt quaſi perfectiori, eloquia dñi dulcia valde, & ſuper mel
ſuauia, interioris hominis ori & faucibus eſſe
dicit. verè dulcia ſunt amanti, quæ remiſsonẽ
peccatorũ & reſurrectionẽ mortuorũ prędi
cant: & conuerſis gr̃am, atq; perſeuerantibus
immarceſsibilẽ promittunt ęternę gloriæ coronam. dulcia profecto eloquia ſponſi, cuius
labijs tanta diffuſa eſt gr̃a: ꝙ de plenitudine Pſ.44.v.3.
eius nos oẽs accepimus, & gr̃am pro gratia. Io.1.
quia lex per Moyſem data eſt: gr̃a & veritas
per Ieſum Chriſtũ facta eſt. quo modo nõ dul
cia: quæ eccleſiæ ſponſę ſuæ labia (caſtiſsimo
oris ſui oſculo impreſſo) adeò dulcorauit: vt
in illius cõmendationem dixerit: quã pulchra Cant.4.a.
es amica mea, ſicut vitta coccinea labia tua,
& eloquiũ tuũ dulce? Et rurſus: fauus diſtillans labia tua ſponſa: mel & lac ſub lingua
tua. Sequitur.

*A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.* 8.

Et ideo dulcia eloquia tua: ꝙ ab ipſis intel
lexi (quaſi ab alphabeto exordiũ ſumens) qui
poſt op̃a, ſcientiã habere cœperim ſecretorũ.
Nẽpe mãdatorũ tuorũ obſeruatione: pruden
tior & ſapiẽtior fact⁹ ſum. Ipſa me docuerũt:
q̈ bonus & ſuauis ſis timẽtibus & diligẽtibus
te. Nec ſolũ à mandatis ipſa intellexi mãdata
quã iuſta & ſancta ſint: verũ etiã tuam ipſius
præcipiẽtis bonitatẽ, iuſtitiam, miſericordiã,
ſapientiam, atq; id genus cętera cognoui, propterea qui à mãdatis tuis viã quę ducit ad vitam ſic intellexi ꝙ dilexi: odiui omnẽ viã ini
quitatis, quæ nimiũ diſtat ab ea, immò illi ex
diametro aduerſať. quæ enim participatio iu
ſtitiæ cum iniquitate ait apoſtolus? aut quæ 2.Cor.6.c.
ſocietas luci ad tenebras? quæ autem conuen
tio Chriſti ad belial?

## OCTONARIVS. 14.

Nun. *Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen ſemitis meis.*

Qui ſuperius dixerat, ſe diuina mandata
quæſiſſe, & ab omni via mala ſuos prohibuiſſe pedes, nec à recta declinaſſe, quin odijſſe
potius omnẽ viã iniquitatis: Nunc verbo Dei
greſſuũ ſuorũ tribuit directionẽ dicẽs: lucer
na pedibus meis verbũ tuum. Mandatũ lucer
na eſt, & lex lux: & via vitæ, increpatio diſci
Pro.6.c. plinæ ait ſapiens. Quum ergo viã mandatorũ
tuorũ dilatato corde cucurri: tũc verbũ tuũ
pedibus meis lucerna fuit. lumen autẽ maius:
quũ ſtrictas & arctiores cõſiliorum ſemitas
ingreſſus ſum. Nec ineptus etiã erit ſenſus (vt
quibuſdã viſum eſt) ſi nõ tm̃ de verbo verbi
incarnati: verũ etiã de eo ipſo quod in princi
pio erat verbum, dictum accipias, lucerna pedibus meis verbũ tuũ. vniginitus quippe Dei
filius conſubſtantialis patri, lumẽ de lumine,
Deus verus de Deo vero, qui & lux vera quę Io.1.a.
illuminat omnem hominem venientẽ in hũc
mundum: meritò lucerna dici poteſt: ꝙ diuinitatis ſuæ lumen, ſub terrena nr̃æ carnis ſubſtantia occultauit quum verbũ caro factum
eſt: & habitauit in nobis. Tunc quidẽ Deus &
homo: lumẽ ſimul & lucerna fuit. Sit igiť hoc
vel illud verbũ: non refert, vtrunq; verũ eſt.
Et ꝙ verbũ Dei incarnatũ, lumen & lucerna
ſit: & huius verbi verbum, quod per prophetas & apoſtolos ſuos ad nos fecit. Cum lucer
na proficiẽtibus, & lumẽ perfectioribus poſſit ac debeat nuncupari: iuxta diuinæ diſpẽſationis beneplacitum, atq; humanæ conditionis exigentiam. Et de cæleſti illa Ieruſalẽ ſcri
ptũ legimus, ꝙ claritas Dei illuminauit eam: Apo.21.d.
& lucerna eius eſt agnus, & ambulabunt gen
tes



tes in lumine eius, &c. Sequitur.

2. *Iuraui & ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ.*

Ecce affectiones animę (qui & illius pedes) in via mandatorũ & cõſiliorum ſemitis
politi ſunt: diuinũ itidẽ verbũ illuminãs vt lu
cerna & lumen adeſt. Adſit etiã voluntas effi
cax, ſtabile firmũq; propoſitum ad finem &
ſcopum perueniẽdi: & nihil deerit ad currendam viam. hoc nũc igitur ſe adhibuiſſe dicit.
Iuraui (inquit) & ſtatui inuiolabili voto, &
quaſi ſtatuto iuratione firmato decreui: cuſtodire iudicia iuſtitiæ tuæ. ſcio enim ꝙ nullum, malum impunitum: & nullum ſit bonum
(te iudice) irremuneratũ. talẽ igitur me exhibere ꝓpoſui: vt quod de iudicijs iuſtitiæ tuæ
fide credidi, id ipſum opere videar cuſtodiſſe, ſtatui etiã (quæ iudicia iuſtitię tuę ſunt) pa
tienter & æquo animo ſuſtinere flagella, di-
Iob.13.b. camq; quod Iob ille patientiſsimus aiebat: Et
ſi occiderit me: in ipſo ſperabo: veruntamen
vias meas in cõſpectu eius arguã: & ipſe erit
ſaluator meus. Non enim veniet in conſpectu
eius omnis hypocrita. Sequitur.

3. *Humiliatus ſum vſq; quaq; domine: viuifica me ſecundùm verbum tuum.*

Heus tu qui iuraſti, & ſtatuiſti cuſtodire
iudicia iuſtitiæ Dei: audi regulã quã (thimoteum dilectum ſuũ inſtruẽs) ponit apoſtolus:
2.Tim.3.c. ne ſcandalum patiaris. Et oẽs (inquit) qui piè
volunt viuere in Chr̃o Ieſu: perſecutionẽ patientur. Mali aũt homines & ſeductores, proficient in peius: errantes & in errorẽ mittentes. Tu verò permane in his quæ didiciſti, &
credita ſunt tibi: ſciens à quo didiceris. hæc
nũc igitur expertus ait pſaltes, humiliat⁹ ſum
nimis dñe. Nam vbi piè volens viuere, iuraui
& ſtatui cuſtodire iudicia iuſtitię tuę: ſtatim
perſequutorũ euſq; in me increbruerunt tormẽta: ꝙ penè ad interitũ redactus ſum. Tu vi
uifica me ſecũdùm verbum tuum. Ecce verbum tuũ incarnatum, non ſolùm lucerna & lu
men eſt: verùm etiã vita, euangeliſta dicente
Io.1.a. Ioanne: in ipſo vita erat: & vita erat lux hominũ. verbi etiã incarnati verbũ, vita eſt: ſi-
Io.6.g. cut idem Chr̃s ait, verba quæ ego loquutus
ſum vobis: ſp̃us & vita ſunt. Cuius rei gr̃a rogati duodecim, an vellent abire? reſpõdit Petrus: dñe ad quem ibimus? verba vitæ æternę
habes. Et nunc is humiliat⁹, & in petitione humilis, nihil de ſe præſumens: viuifica me (inquit) iuxta promiſsionis tuæ verbum. viuificet me verbum, in quo mihi ſpem dediſti. &
is viuificandi modus.

4. *Voluntaria oris mei beneplacita fac domine: & iudicia tua doce me.*

Dum tribulationibus premor: in laude tui
nominis me totum effundo, quaſi me ipſum
tibi in ſpontaneũ offerens holocauſtũ. quod
ſi tibi iucũdũ fuerit & acceptum: me hoc ipſo reuocabis ad vitã, & ad grauiora propter
te ferẽda efficies fortiorem. fac igiť tibi ſint
grata: quę ore proprio & ſincero corde progreſſa obtulero munera laudis: hæc quidẽ voluntarie ſacrificabo tibi: & cõfitebor nomini
tuo dñe, quoniã bonũ eſt. doce me inſuper Pſ.53.v.6.
iudicia tua: ideſt, fac ſciam iudicia tua quæ
iuraui & ſtatui cuſtodire. Id mihi erit ſatis,
vt libenti animo feram: ſi mihi vel ſemel ſit
perſuaſum, ꝙ tu hęc me decreueris pati. vt ſit
mihi in profectum, quod tibi acceptum: &
à me ſpõte fuerit acceptatum. Sequitur.

*Anima mea in manibus meis ſemper: & legem tuam non ſum oblitus.* 5.

Hæc propoſitio prægnans eſt: quæ plures
videť ſortiri ſenſus. ſit prior & propoſito accõmodatior. periculis expoſit⁹ ſum ſemper,
quod ſignificans, mulier illa phitonẽ habens
in endor: ſic ſaulem alloquuta ait: Ecce obedi
uit ancilla tua voci tuæ: & poſui aĩam meam 1.reg.28.d.
in manu mea. Dicat nunc vates, quotidie periclitor inter aduerſantia mala, ita vt aĩam vi
tamq; propriã in manib⁹ portare videar, omni diſcrimini expoſitã: ſed nec id efficere poteſt, vt legis obliuiſcar tuę, iuxta illud Pauli:
quis ergo nos ſeparabit à charitate Chr̃i: tri- Ro.8.g.
bulatio an anguſtia, an fames, an nuditas, an
periculũ, an perſequutio, an gladius? ſicut ſcri
tum eſt, quia propter te mortificamur tota
die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis. ſed
in his omnibus ſuperamus, propter eum qui
dilexit nos, &c. Ad alium tñ ſenſum ait Iob,
quare lacero carnes meas dẽtibus meis: & ani Iob.13.b.
mam meã porto in manibus meis. lacerabat
vtiq; internis ſenſibus conterens ſi quæ carnalia erant, vt ſoli Deo placeret: & per exteriora opera interiorem animum (quo proximos ad bonum alliceret) demõſtrabat, quod
eſt in manibus aĩam portare. vel tanta potit⁹
ſum (ait) arbitrij libertate: ꝙ aĩa mea ſit in manibus meis ſemper, vt pro libito valeam operari, hoc vel illud ſequi. Nec tñ tãta libertate
gaudens: legẽ tuam oblitus ſum vnquã. quandoq; etiã dñe me ipſum mihi adeò dereliquiſſe viſus es: quaſi non ſis mihi futurus adiutor.
Et legem tuã non ſum oblitus. vel aĩa mea in
manibus meis ſemper eſt, quaſi res precioſa,
quam tu dñe tanti emiſti: quouſq; ad manus
tuas perueniat plene. Eam ſemper ob oculos
defero: nequis furto auferat, ſeu fraude à te
diuellere poſsit: quin in promptu ſit potius,
quo tibi offerã viuificandam. Manibus etiam
illam fero, dum (legem tuam cuſtodiẽs) exte-
rioribus

rioribus actibus qualis intentio ipſa interius
ergo te ſit oſtēdo: vt videntes opa bona, glori-
ficent prem ſuum qui in cælis eſt. Sunt etiam
qui legē in manibus nō meis ſed tuis: Et tūc
facilior eſt rei huius intelligētia. iuſtorū qui-
dem aīę in manu Dei ſunt, & illius protectio
ne fulciuntur, ne in tribulatione legis diuinę
obliuiſcantur. Sequitur.

6. *Poſuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui.*

Dæmones ſeu illorum miniſtri homines:
laqueum parauerunt pedibus meis, vt minis
vel illecebris, à recto tramite declinarem. ſed
aderat lucerna pedibus meis verbū tuū, & lu-
men ſemitis meis. Aderat quippe illuminās in
tellectum: & viuificans affectū. Ideo te dire-
ctore: à mandatis tuis non erraui: peccatores
laqueum poſuerunt, vt me venatione caperēt,
Pſ.90.v.3. & efficerent peccatorē: tu verò liberaſti me
Pſ.123.v.7 de laqueo venantium, immo laqueus contri-
tus eſt. Nam ipſi ſeductores caſſo labore fru-
ſtrati perierunt: ego verò à mandatis tuis nō
erraui. Sequitur.

7. *Hæreditate acquiſiui teſtimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei ſunt.*

Teſtimonia tua, veluti in propriā mihi vni
cè dilectam elegi hæreditatē: q̄ delitiæ meæ
ſint. ob idq; aſsidua ac perpetua cultura ea ob
ſeruare decreui, quæ hæreditate acquiſiui:
quia vnigeniti filij tui cohæres fact⁹ ſum, qui
tibi factus eſt obediens vſq; ad mortem. Nam
etſi dura videantur & acerba: tñ cordi meo
interiorem afferunt exultationem: quia non
exiguos & temporaneos quādoq; perituros:
ſed vberrimos & æternos in cæleſti hæredita-
te parient fructus. Audi iam apoſtolum in ea
quæ ad Romanos eſt epiſtola hoc ipſum re- Ro.8.c.
ferentē. quicunq; n. ſpū Dei aguntur, hi ſunt fi
lij Dei. Non. n. accepiſtis ſpūm ſeruitutis ite-
rum in timore: ſed accepiſtis ſpiritū adoptio
nis filiorum Dei, in quo clamamus abba pa-
ter. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpi
ritui nr̄o, q̄ ſumus filij Dei. Si autē filij: et hæ
redes. hæredes quidē Dei: cohæredes autem
Chri. Si tñ compatimur, vt glorificemur. Seq.

*Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternum: propter retributionem.* 8.

Dixeram grām tuam implorās, inclina cor
meum in teſtimonia tua: & non in auaritiam.
Ecce iam ex arbitrij ſimul libertate, inclina-
ui humiliter cor meū: vt ſic ea faciens mihi
ſint iuſtificationes, quas retributio æterna &
glorioſa conſequetur. Non q̄ hæc ſit præci-
pua & motrix huius meæ inclinationis cau-
ſa: nam vera charitas, affectus eſt, non contra
ctus. ſed quia præmij vacua eſſe non poteſt:
ideo propter retributionē dixi. quāuis in he-
breo, hoc non reperiri ferūt. Atqui tu es: qui
es potiſsima mihi te diligēdi cauſa: qui & mi Gene.15.a.
hi futurus es retributio & merces magna ni-
mis. ſis ipſe benedictus in ſecula. Amen.

## OCTONARIVS. 51.

Samech *Iniquos odio habui: & legē tuā dilexi.*

Iniquorum legi tuæ aduerſantiū & in eam
tumultuantium, odio habui prauitatē: non
quā tu dn̄e condidiſti naturā. Id verò ex hoc cō
ſtat: q̄ legē tuā dilexi, quā & diligere præci-
Mat.5.g. pis inimicos: & pro perſequentibus & calum
Hiere.15.g niantibus orare. qui ergo precioſum à vili ſe
parare noui: iniquos ex legeſq; odio habui: &
Sap.11.d. legem tuā dilexi. Id quidē tibi gratū eſt. Qui
& diligis oīa quæ ſunt: & nihil eorum odiſti
Pſ.44.v.9 quæ feciſti. Et dilexiſti iuſtitiā, & odiſti ini-
quitatē. lex enim Dei non homini, ſed iniqui
tati hominis eſt inimica. qui ergo dilexi legē
non hominē cui data eſt, ſed iniqui hominis
odio habui tranſgreſsionē, atq; prauū dogma
legi Dei & orthodoxæ fidei contrariū. Seq.

2. *Adiutor & ſuſceptor meus es tu: & in verbum tuum ſuperſperaui.*

Nec id mihi tribuo, q̄ odio malum fugiā
& proſequar dilectione bonum, q̄q; iniquos
odio habui: & legem tuā dilexi. Ecce adiu-
tor & ſuſceptor me⁹ es tu, cui vtrumq; adſcri-
bo: q̄ adiutor ſis ad bona facienda: ſuſceptor
verò defenſor & ſuſtentator, ad mala euaden
da. Et in verbum tuum ſuperſperaui, ſpei meę
ſemp addēs. ſcio. n. promiſsionis tuæ verbū:
quod abundātius te impleturū ſpero. Non eſt
eſt q̄ verſutias timeam impiorum: ſi verbum
tuum adſit illuminans, adiuuans, ſuſcipiens,
laſſumq; ſuſtentans. Sequitur.

*Declinate à me maligni: & ſcrutabor mandata Dei mei.* 3.

Qui mandata Dei ſcrutari proponit: abigit
à ſe primū oēs ſathanicas ſuggeſtiones, & im
piorum hominū fraudes, atq; in legē Dei fal-
lacia & peruerſa cōmenta: ne his obrutus de
ficiat in ſcrutinio. declinate (inquit) à me ma
ligni, ſemp declinātes in obligationes ſiue o- Pſ.124.v.5.
bliquationes: quos adducet dn̄s cum operāti-
bus iniquitatē. diſcedite à me vos etiā omnes Pſ.6.v.8.
qui operamini iniquitatem: nulla quidem eſt
mihi vobiſcū grata cōmunio, quippe qui cō-
tagium, vel impedimentum afferatis: dum me
in errorē inducere, aut improbitate vr̄a à ſua
in ſcrutinio dimouere cōtenditis. declinate à
me ergo malignantes: qui à doctrina fidei de
clinaſtis.



clinaſtis. Audiui enim apoſtolū, dilectos ſuos
timotheū titumq; cōmonefaciētem. hæc (in-
I.tim.6.a.d quit) doce & exhortare. Si quis aliter docet,
& non acquieſcit ſanis ſermonib⁹ dn̄i noſtri
Ieſu Chri, & ei quæ ſecundū pietatem eſt do-
ctrinæ: ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens
circa quæſtiones & pugnas verborū: ex qui
bus oriunt̄ inuidię, cōtentiones, blaſphemię,
ſuſpitiones malæ, conflictationes hominum
mente corruptorum, & qui à veritate priuati
Tit.3.c. ſunt. Et iterū: ò thimothee, depoſitū cuſtodi,
deuitans prophanas vocū nouitates, & appo-
ſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam
promittētes: circa fidē exciderūt. Ruſumq;,
ſtultas quęſtiones & genealogias & cōtentio
nes & pugnas legis deuita: ſunt enim inutiles
& vanæ. hæreticū hominē, poſt vnam & ſecū
dam correptionē deuita: ſciens quia ſubuer-
ſus eſt, qui huiuſmodi eſt & delinquit, cū ſit
proprio iudicio condēnatus. declinate à me
igitur, qui à Deo vero & veritate fidei perti
naciter declinaſtis. Sequitur.

4. *Suſcipe me ſecūdùm eloquium tuum: & viuam: & non confundas me ab expectatione mea.*

Quē ante adiutorē ſuum dixerat & ſuſce-
ptorē: nunc ad ſuſceptionis & adiutorij cōti
nuationē interpellat dicēs: ſuſcipe me, &c. &
adiuua me & ſaluus ero. ſuſcipe me (inquit)
ad grǣ incrementū, & deinde ad gloriæ coro
nam: qui per humanæ naturæ aſſumptionem,
ſuſceptor meus es, ad hipoſtaticā vnionem.
ſuſcipe me (inquit) iuxta promiſsionis tuę ver
bum, vt æternū viui. Nam iſtud nr̄m viuere,
triſte eſt: & corruptioni obnoxiū. Aliud qui-
dem à te expecto: ideo ſpes mea non confun
das me ab expectatione mea. Sequitur.

5. *Adiuua me, & ſaluus ero: & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.*

Qui affectu magis ac magis accēditur: ſine
intermiſsione orat, dum verba inculcare vi-
detur: & auxiliū ſemper petit. quo ſe quoti-
die indigere cognoſcit. Iccirco qui ante dixe
rat, iniqui perſequuti ſunt me, adiuua me: nūc
oronem ſuam proſequutus ait: adiuua me &
ſaluus ero. Nec enim vera ſine ſaluatore ſalus
eſſe poterit. ſed quid inde? Et meditabor (in-
quit) in iuſtificationib⁹ tuis ſemp. vtilis vtiq;
homini & ſuauis obtētę ſalutis fructus eſt: di
uinarū iuſtificationū meditatio, quibus ſemp
apud homines iuſtificat̄ De⁹: eò q̄ iuſte ſemp
egerit in oībus vijs ſuis. hic incipit huiuſmodi
meditatio: ſed in ſeculo futuro manet. Seq.

6. *Spreuiſti omnes diſcedētes à iudicijs tuis: quia iniuſta cogitatio eorum.*

Iuſte ſpreuiſti eos: qui te & mandata tua
ſpreuerūt iniuſte. Ad nihilū deduxiſti eos: q̄
meditati ſunt inania. qui diſcedētes à iudicijs
tuis: non in tuis, ſed in ſuis iuſtificationibus
meditantur: vt phariſeus ille euangelicus: ie-
iunās bis in ſabbato, qui publicanū ac cęteros Luc.18.c.
ſpernebat homines. hos quippe omnes diſce-
dentes corde, nihilipendis quaſi paleas: quos
æternis ignibus deputaſti: eò q̄ iniuſta ſit co
gitatio eorū. peruerſę enim cogitationes ſe-
parant à Deo, ait ſapiens. iure igitur ſpreuiſti Sap.1.a.
& à te diſcedere feciſti cum diabolo & ange
lis eius: quos diſcedentes à iudicijs tuis, & in
iuſte cogitantes reperiſti dicens: diſcedite à Luc.13.f.
me omnes operarij iniquitatis. Sequitur.

*Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi teſtimonia tua.* 7.

Vbi non eſt lex: nec præuaricatio, apoſto-
lus ait. At peccatum Adæ præuaricationē vo Ro.4.c.
cat: eò q̄ iniuncti mādati tranſgreſsio fuerit. Ro.5.c.
verum ij quibus nulla lex poſita eſt: quo mo
do pręuaricantes dicēdi ſunt: ſi (vt apoſtolus
ait) vbi non eſt lex nec præuaricatio? Certe
apoſtoli diffinitio vera eſt: nec minus pſalmo
graphi ſentētia dicentis: præuaricantes repu
taui, &c. Cum vtraq; aſſertio ab eodē ſpū &
veritatis fonte manauerit. Audi nūc ergo do
ctorem gentiū (eo quo ſolet ſenſu) hęc oīa di
ſerentem. Non enim eſt (inquit) acceptio per Ro.2.b.
ſonarum apud Deū. quicunq; enim ſine lege
peccauerūt: ſine lege & peribunt. Et quicūq;
in lege peccauerūt: per legem iudicabunt̄. Cū
enim gentes quæ legē non habēt, naturaliter
ea quæ legis ſunt faciunt: eiuſmodi legē non
habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtēdunt opus
legis ſcriptū in cordibus ſuis: teſtimoniū red-
dente illis cōſcientia ipſorū, &c. Nullus ergo
qui ſui compos eſt ſine lege eſt: ſi ampla ac-
ceptione legis vtaris. Recte igitur ait Paulus:
vbi non eſt lex, nec præuaricatio. Eſt quidem
lex verbo aut ſcripto data: eſt etiā & lex in-
dita cordi, quæ omnibus ratione vtētibus cō
munis eſt. Cuius præuaricantes & tranſgreſ-
ſores appellat diuinus pſaltes oēs peccatores
terræ: vt in ſimilitudinē præuaricationis Adę, Ro.5.c.
etiā paruulos cōprehendat. Atqui ſunt pecca
tores cæli, vti angeli apoſtatæ qui de cęlo ce
ciderunt. ſunt & homines peccatores terræ:
qui terrena ſapiunt & amplexant̄. quāuis etiā
& hi terreni in cælū peccare dicātur: q̄ in pa-
trem ſuum qui eſt in cælis peccauerūt, à quo
& imbrem cæleſtis grǣ receperunt. Nam ab
eo atq; iudicijs ſuis diſcedentes: in regionem
longinquā abierunt, inique cogitantes, & ini
quius operantes: ſicut filius ille prodigus, qui Luc.15.c.
vbi diſsipauit ſubſtantiā ſuam viuendo luxu-
rioſe:

rioſe:reuerſus in ſe dixit,pater peccaui in cælum & corã te. Hos igitur omnes & tu ſpreuiſti immo (vt quidã verterũt) vti ſcoriã eraſiſti:& ego quaſi nihilũ reputaui, vti legis tuæ præuaricatores. quãobrem mãdatorum tuorum præuaricationẽ fugitans:dilexi teſtimonia tua,ne cum ipſis præuaricatorẽ me cõſtituam,& legis tuæ transgreſſorẽ.propterea
Heb.2.a. (Paulus ait) abundantius oportet obſeruare nos ea quę audiuimus:ne forte pereſluamus, hoc eſt obdurato aĩo ad in obedientiæ malũ decurrentes,damnationẽ incurramus æternã ac per hoc perfecte pereamus.Si enĩ qui per angelos dictus eſt ſermo factus eſt firmus & oĩs pręuaricatio & inobedientia accepit iuſtam mercedis retributionẽ: quo modo nos
8. effugiem⁹, ſi tantam neglexi mus ſalutẽ?Seq.

*Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui.*

Diſceſſerunt illi præuaricantes à iudicijs tuis:quia nõ timorata,ſed omnino iniuſta cogitatio eorum,ꝗ ſi timuiſſent:forte nõ penitus diſceſsiſſent, nec tam facile in legẽ tuam præuaricati fuiſſent. quamuis nec id ſatis:ꝗ oderint peccare mali formidine pœnæ.Ecce enim à iudicijs tuis timui:hoc tñ timore(eõ ꝗ ſeruilis ſit) petulantẽ carnẽ comprimere, eiuſq; laſciuientes & procaces cõcupiſcẽtias cõpeſcere nequeo frenare aut cohibere. Eſt quidem hic timor carnalis:& ideo indulget carni. Non ipſam crucifigit carnẽ:ſed quaſi lineo & fragili filo ligat. Tu cõfige dñe carnes meas,hoc eſt carnales cõcupiſcentias timore caſto & filiali:qui firmus & ſanctus eſt, permanens in ſeculum ſeculi. Cõfige clauis amoris tui,carnes meas. Confige igitur qui delẽs (*vt Paulus ait*) quod aduerſus nos erat chirographum decreti,quod erat contrariũ nobis: & ipſum tuliſti de medio, affigens illud cruci:ita vt cum eodẽ apoſtolo tuo dicere poſſim: ego enim per legẽ legi mortuus ſum,vt Deo viuam: Chrõ confixus ſum cruci. Viuo autẽ iam non ego:viuit vero in me Chriſtus. hoc enim timore tuo confixus:non diſcedã à te peccans,ſed nec diſcedendi erit voluntas: quãuis peccandi facultas adſit & impunitas. A iudicijs tuis timui pœnã:ſed ſi caſto timore tuo(qui & amor eſt)meas confixeris carnes:charitatis vinculo fixus ero,nec tam pœnam:quã tui verebor offenſam.

Pſ.18.v.10. Golo.2.a. Gal.2.d.

## OCTONARIVS. 16.

Hain. *FEci iudicium & iuſtitiam: non tradas me calumniantibus me*

Non arrogãtis nec ſe extollentis & glorioſi,verba ſunt:ſed humilis Deum interpellantis,& ab infeſtantibus accuſatorũ iaculis ſe ipſum defendentis,allegãtisq;,ꝗ iuxta cõditionis ſuæ fragilitatem, ex Dei grã fecerit quod in ſe eſt,dum ait:feci iudiciũ & iuſtitiã diuinã legem obſeruãs. quĩ ſuis iuſtitia,animæ virtus ſit:iudicium aũt huius virtutis actus: hic tñ idem ſonit, vt iudiciũ & iuſtitia opus iuſtitiæ ſignificent quod rectum ſit,qui ergo propriæ conſcientię examini ſe ipſum ſubiecit,& diuinæ iuſtitiæ(pro vt potuit) ſatiſfecit pœnitẽtia,quæ actus iuſtitiæ eſt: non iniuſte petit ne perſequentibus tradatur & improbè accuſantibus:qui non iuſtitiæ regulis, ſed calumnijs illum torqueãt & cauillis. Cauſam(inquit)mei diſcuſsi iudicio recto, & iuſtitiam feci,vindictã ſumens de peccato: non tradas me ergo dæmonijs calumniatoribus, aut eorum miniſtris hominibus tentandũ puniendum vè: Ne ſic traditus & in tentationẽ
1. inductus,illi forte ſuccũbam & peream. Seq.

*Suſcipe ſeruum tuum in bonum: non calumnientur me ſuperbi.*

Impellunt ſuperbi dæmones ad malum:tu
1.Cor.10.c impulſum me ſeruum tuum ſuſcipe in bonũ.
Pſ.36.v.25. ſuſcipe proiectum grã tua:& fac cũ tentatione prouentum. ſuppone protectionis tuæ manum:ne collidar. Intentum ab illis malum: tu in bonum conuerte,vt vincam in bono malũ. tu qui humiliaſti ſicut vulneratũ ſuperbũ: humilia calũniatorem,& ſeruũ tuum in bonum ſuſcipe humiliatũ. ſuſcipe etiã in bonũ:ſi quid minus caute egi. Ecce ſimpliciter & in integritate ambulaui:& ideo cõfidenter, tu iuſte dñe,qui noſti corda hominum:ſuſcipe in bonum:quod ſuperbi me feciſſe calumniãtur in malũ. Nõ me ſimplicem & humilem, ſuperbi calũnientur. Agnoſcant me ſeruum tuum:ſub tua protectione ſuſceptũ. Nam ſi calũnia (vt ait Salomon)conturbat ſapientem, & perdet robur cordis eius:quãto magis cõcuciet ſimplicem,& conturbabit incautum?Sequitur.

Pſ.28.v.11. Pſ.71.v.4. Pro.10.b. Ecc.7.b.

3. *Oculi mei defecerunt in ſalutare tuũ: & in eloquium iuſtitiæ tuæ.*

Vehemens(quo Chriſti inuiſendi ardet)deſiderium oſtendit:qui hæc toties videtur inculcare verba. Ecce qui ſuperius dixerat: defecit in ſalutare tuum anima mea, & defecerunt oculi mei in eloquium tuum, nunc iterato mentis interiores oculos in ſalutare & in eloquium defeciſſe ait:quippe qui præ nimia dilectione in ſuæ ſalutis autorem contemplatione defixi erant:cupiunt aduentus ſui gratia ſatiari. Intenſa igitur expectatione pendens ait,oculi mei defecerunt in ſalutare tuũ: & in eloquium iuſtitiæ tuæ. Vtrunq; expectans expectaui:ſalutare, & eloquium iuſtitiæ,legiſlatorem,& legem iuſtificantem, ſaluatorem,& ſalutem:Chrum deniq;, & euãgelij ſui eloquium. Sequitur.



4. *Fac cũ ſeruo tuo ſecundũ miſericordiam tuam: & iuſtificationes tuas doce me.*

In ſeruum tuum emptitium me ipſum agnoſco & hunc inutilem:flagris & plagis dignum:tu ſecundum miſericordiam tuam fac (ꝑ gratiam adoptionis)de ſeruo filium: cui pium te exhibeas patrem,doce me etiam magiſter bone,quomodo apud te iuſtificari poſſim:ecce tua iam noui mandata. fac tñ ſciam ſic ea ex gratia adimplere: vt mihi ſint iuſtificationes,nam iſtud eſt verum ſcire. doce me etiam veros ac legitimos ſcripturæ tuæ ſenſus:in quibus quàm iuſtus ſis & quàm iuſte diſponas omnia,fideliter indagantibus apparet. fac ſciã (hæc enim eſt totius negocij ſumma)quomodo ſicut Paulus ait,lex ſpiritus vi-
Ro.8.a. tæ in Chro Ieſu liberauit me à lege peccati & mortis? Nã quod impoſsibile erat legi in quo infirmabatur per carnem: Deus filium ſuum mittẽs in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne: vt iuſtificatio legis impleretur in nobis qui non ſecundũm carnem ambulamus,ſed ſecundũm ſpiritum. qui enim ſecundum carnẽ ſunt:quę carnis ſunt ſapiunt.qui vero ſecundum ſpiritum ſunt:quæ ſunt ſpiritus ſentiunt.cum igitur hæc ſcire non poſſim,niſi lumen fidei & gratiam tribuas eleuãtem:obnixè precor,fac cum ſeruo tuo ſecundum miſericordiam tuã: & iuſtificationes tuas doce me. Sequitur.

5. *Seruus tuus ſum ego: da mihi intellectũ, vt ſciam teſtimonia tua.*

Non intellectum naturalem peto, quem iã dediſti olim quum me hominem intellectu vigentem & rationis compotem condidiſti: ſed donum intellectus, quo poſsim abdita myſteria & legis tuæ ſecretiora rimari. Ecce id ipſum ante petij dicẽs:da mihi intellectũ, & ſcrutabor legem tuam:nũc eodem affectu inſto,da mihi intellectum, vt ſciam teſtimonia tua:quia ſeruus tuus ſum ego, cui eſt caſtam veramq; & fidelem teſtimoniorum tuorum aperire intelligentiam. ꝗ ſi teſtimonia tua interiori homini quaſi in edulium ſtatuiſti:da mihi intellectum quo archana & duriora legis,veluti dente molari mandi poſsint: vt vel ſic in ſtomachum animæ traijciantur. Res etiam tua agitur non tantum mea: & in mora periculum eſt.

*Tẽpus faciendi dñe:diſsipauerũt legẽ tuã.*
6. Hoc aptiſsimum ſubuentioni tempus.tempus(inquam)faciendi quod importunè & opportunè peto: vt ſcilicet mecum facias ſecũdũm miſericordiam tuam,&(quo ſciam teſtimonia tua)intellectum elargiaris. Ecce præuaricatores & legis tuę corruptores inſtant: iã falſis atq; adulterinis interpretationibus, ſuperbi & impudentes illi legem tuam diſsipauerunt. quamobrem ſpiritali interprete ac doctore ydoneo opus eſt: qui cum apoſto-
lo tuo dicere poſsit:nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus,ſed ſpiritum qui ex Deo eſt:vt ſciamus quæ à Deo donata ſunt nobis. quæ & loquimur,non in doctis humanæ ſapientiæ verbis,ſed in doctrina ſpiritus,ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Et quibuſdam interiectis ſubjũgit, quis enim cõgnouit ſenſum dñi,aut quis inſtruxit eũ? nos autem ſenſum Chri habemus. Et eiſdem corinthijs ſecundo ſcribens ait: ſufficientia nrã ex Deo eſt.qui & ydoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti non litera ſed ſpiritu. tẽpus eſt etiam miſericordiam faciendi: quum tãtum hominis excreuit miſeria. nunc igitur tempus eſt miſerendi: quia hominibus tempus eſt faciendi & fructuoſe operandi, dum dies eſt. venit nox, qñ nemo poteſt operari. tunc quidem,quum vltima vitæ aduenerit dies,non tempus faciendi, ſed tempus erit percipiendi,vt referat vnuſquiſque propria corporis pro vt geſsit:ſiue bonum ſiue malum. Sequitur.

1.Cor.2.c. 2.Cor.3.b. Io.9.a. 2.Cor.5.b.

*Ideo dilexi mãdata tua:ſuper aurum & topazion.* 7.

Perfice intellectum,qui ad mandata tua direxiſti affectum. nã ideo dilexi mandata tua ſup aurum & topaziõ: ꝗ ſuperbos homines, impios & transgreſſores legem tuam ſpernere & diſsipare vidi, conculcantes vt porci margaritas. porro neſcierunt neque intellexerunt,in tenebris ambulant. vir inſipiens nõ cognoſcet,& ſtultus nõ intelliget hæc, ꝗ deſiderabilia ſint mandata tua ſuper aurum & lapidem precioſum multum. nempe meus in dilectione ſuccreuit affectus: aucta malitia impiorum hominum. Ita vt cum auaro quopiam de ſiti cõtendere auſim:quia dilexi mãdata tua,ſuper omne ſecularium diuitiarum genus. Sequitur.

Pſ.81.v.5. Pſ.91.v.6. Pſ.18.v.11.

*Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnẽ viam iniquam odio habui.* 8.

Proprius dilectionis actus eſt:in dilectum dirigere diligentem. qui ergo dilexi mandata tua:ad cuſtodienda & implẽda omnia,charitate dirigebar. plenitudo quidem legis, eſt charitas,quæ & cohibet à malo, & in bonũ dirigit:et ideo omnem viam iniquam odio habui. Ro.13.b.

habui, conſequens enim eſt: vt qui dilexi mã
data, atq; correctus à vitijs, ad illorum om-
nium plenam obſeruationem tum animi affe
ctu, tum operis effectu dirigebar, ne offendẽs
in vno factus eſſem omniũ reus, omnem viã
iniquã etiã odio habuiſſem, veluti huic dire-
ctioni cõtrariã. ſis ipſe benedictus in ſecula:
qui me ad mandata tua dirigere dignatus es.

## OCTONARIVS. 17.

Phe. *MIrabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt anima mea.*

Ro.1.c. Inuiſibilia Dei (ait Paulus)
ex creatura mundi per ea quæ
facta ſunt, intellecta conſpiciuntur: ſempiter
na quoq; eius virtus & diuinitas. Creata er-
go: teſtimonia ſunt maieſtatis, potentiæ, ſa-
pientiæ, & bonitatis illius. nec minus verba
& ſcripturæ: ſigna & teſtimonia ſunt diui-
næ voluntatis: quæ omnia mirabilia ſunt. quã
magnifica, quam pulchra, quam vera, iuſta, &
æquiſsima, hæc & illa, decente ordinatione
diſpoſita? quæ fidelibus, non curioſa, ſed pia
& fideli inueſtigatione ſcrutari licet: vt hinc
ad laudem Dei inſurgat animus, debitamq; il
li conetur impendere ſeruitutem. ait igitur
is qui ad perfectionem tendit: varia ſunt &
mirabilia bone Deus, quæ teſtificantur & te
quaſi indice produnt. Conſideraui opera tua,
& expaui. audiui doctrinam: & demiratus
ſum. exquiſiui mandata: & iuſtiſsima reperi
ac ſuauiſsima. perſpexi cõſilia perfectiſsima,
promiſsiones veraciſsimas expertus ſum. Et
ideo ꝙ omnia hæc teſtimonia ſint, & admi-
ratione digna: omni etiam humilitate, reue-
rentia & cultu ſcrutata eſt anima mea addiſ-
cendi auida: vt te plenius cognoſcere poſsit,
feruẽtius diligere, & tibi copioſius inſeruire.

2. *Declaratio ſermonum tuorũ illuminat: et intellectum dat paruulis.*

Vides ne quantum boni diuinorum teſti-
moniorum ſcrutinium operetur? declaratio
(inquit) ſermonũ tuorum illuminat: & intel
lectum dat paruulis. humilibus ſcilicet de qui
Mat.11.d. bus ait Chrs: cõfitebor tibi pater dñe cæli &
terræ: quia abſcondiſti hæc à ſapientibus &
prudentibus & reuelaſti ea paruulis. quibus
verbis, naturales & morales philoſophi ſapiẽ
tes & prudentes ſecundùm ſeculum intelli-
guntur elati, tumidiq;. Eſt quidem in diuinis
eloquijs, diuinum etiam quoddam lumen ab
ſtruſum. quod vbi ea humiliter inueſtigare
cœperis: ignorãtiæ tenebras effugabit, oſten-
det obſcura, apertaq; & clara efficiet: quæ in
troclusa, perpendere nequiuerunt hi qui ela-
to ſupercilio inueſtigarũt. obidq; ſcrutantes
defecerunt in ſcrutinio: vbi humilis accedit
ad cor altum. ſic tu igitur ſcrutare: vt lumen
Pſ.63.v.6. expoſcas à patre luminum. tu igitur pete in-
Mat.7.a. ſtãter, quære diligenter, pulſa reuerenter. om
nis enim qui petit accipit: & qui quærit inue
nit: & pulſanti aperietur. Sequitur.

3. *Os meum aperui, & attraxi ſpiritũ: quia mandata tua deſiderabam.*

Eſtuabat ſanè, qui os ſuum aperuit, & attra
xit ſpiritum: vtiq; vt reſpiraret. flatu quippe
viuimus, qui exteriore ad interiora corpo-
poris attracto fit aere, poſteaq; emiſſo: vt
pulmo animæ prælargus anhelet. ſed is longe
vtilius os ſuum aperuit: anxius orans & affe-
ctum pandens, atq; ſpiritus ſancti gratiam po
ſtulans. Et attraxit ſpiritum: dum quod petie
rat donũ impetrauit, quo diuina poſsit ex ar-
bitrio & gratia adimplere mandata. Aperuit
quidem petens quærens pulſans, & attraxit.
petijt & obtinuit. hoc autem non ad tempo-
ralem: ſed ad vitam æternã eſt reſpirare. por
ro præueniens aſpirat Deus: vt os ſuum ape-
riat homo. Inſpirat adiuuãs & gratiam infun
dens, vt reſpiret homo meritorie agens. dat
enim pater cæleſtis de cælo ſpiritum bonum Luc.11.b.
petentibus ſe: qui intentum finem nouit, &
petentis videt affectum. ſiquidem petitio iu
ſta in ſalutem animæ directa: exauditione di
gna eſt. audi iam orationis ſeriem.

4. *Aſpice in me, & miſerere mei: ſecũdùm iudicium diligentium nomen tuum.*

Nempe clamauit hic pauper ſpiritu paruu
lus & humilis, dum os ſuum aperuit non vo-
ce ſed deſiderio. Et attraxit ſpiritum: nam
deſiderium pauperum exaudiuit dñs, præpa- Pſ.9 v.41.
rationem cordis eorum, exaudiuit auris ſua.
hæc autem deſiderij vox: aſpice in me & mi
ſerere mei. Aſpicere Dei, miſereri eſt. iuſte &
recte petis ò homo, dum à miſericorde, miſe
ricordiam petis: qui coronat te in miſericor
dia & miſerationibus, qui replet in bonis deſi Pſ.102.v.4.
derium tuum. Inſta, quoniam oportet ſemp Luc.18.a.
orare: & non deficere. dic, aſpice in me anhe-
lantem ad te: & miſerere mei ſecundùm iudi
cium diligentium nomen tuum. id eſt prout
agere decreuiſti cum his qui non ſuam quæ-
runt: ſed nominis tui gloriam diligunt & ze-
lant. vel ſicut iuſti te facturum iudicant, cre-
dunt & ſperant, Sequitur.

5. *Greſſus meos dirige ſecundùm eloquium tuum: & non dominetur mei, omnis iniuſtitia.*

Greſſus, affectiones ſunt & interiores ani-
mi motus: quibus quaſi paſsibus, ab altera in
alteram rem ſe transfert & mouetur anima.





hos quidem dirigi perficiq; optat is qui per-
fectionis culmẽ attingere cupit. ſcio (inquit)
Hier.10.f. dñe cum Hieremia, quia non eſt hominis via
eius: nec viri eſt vt ambulet & dirigat greſ-
ſus ſuos. dirige tu director: iuxta promiſsio-
Eſa.45.c. nis tuæ verbũ, quod per Eſaiam dicis: ego fe
ci terrã, & hoĩem ſuper eã creaui ego, ego ſu-
ſcitaui eũ ad iuſtitiã: & oẽs vias eius dirigã.
conſulit etiam Salomon dicens: habe fidu-
Pro.3.a. tiam in domino ex toto corde tuo: & ne inni
taris prudentiæ tuæ. in omnibus vijs tuis co
gità illum: & ipſe diriget greſſus tuos. dirige
Pſ.16.ve.6. ergo, & (ſicut alibi dixi) perfice greſſus meos
in ſemitis tuis: vt nõ moueãtur veſtigia mea.
nõ (inquam) dominetur mei oĩs iniuſtitia. ſic
greſſus dirige & perfice: ꝙ peccato nõ cõſen
tiam, ita vt ſeruus illius fiam. an neſcitis (ait a
Rom.6.c. poſtolus romanis) qm̃ cui exhibetis vos ſer-
uos ad obediendum: ſerui eſtis eius cui obedi
ſtis: ſiue peccati ad mortem: ſiue obeditionis
ad iuſtitiã? et paulo ante. non ergo regnet pec
catũ in veſtro mortali corpore, vt obediatis
cõcupiſcentijs eius. ſed neq; exhibeatis mem
bra veſtra arma iniquitatis peccato: ſed exhi
bete vos Deo tanquam ex mortuis viuentes:
& membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. peccatũ
enim, vobis non dominabitur. Sequitur.

6. *Redime me à calumnijs hominum: vt cuſtodiam mandata tua.*

Interiora & exteriora cõponere ſatagit vir
prudens. nimio primũ deſiderio actus: os ape
rit, attrahit ſpiritum, & ad mandata Dei ſuſpi
rat, tunc ſuos ſic dirigi petit greſſus: vt nulla
prorſus iniuſtitia dñetur illius. nunc exterio
rà impedimẽta calumniantiũ remoueri: & lu
men fidei ceteraq; ſibi aũgeri dona depoſcit.
redime me (inquit) à calũnijs hominũ. Calum
nia: grauiſsimũ tẽtationis humanæ genus eſt:
quod nõ facile quis ſuperare poteſt. q̃nquidẽ
nõ ſolum hæc falſa cõfingit, verũ etiã quæ be
ne geſta reperit (tum cõpoſito verbo, tũ ſig-
nis, nutibus, ac geſtibus corporis) decolorat
denigratq;. ab his igit̃ calũnijs ſic redimi po-
ſtulat: ꝙ victor euadat, & diuina mãdata (hoc
teterrimo impedimento ſemoto) plenius li-
beriuſque poſsit cuſtodire. Sequitur.

7. *Faciem tuam illumina ſuper ſeruũ tuũ: & doce me iuſtificationes tuas.*

Adauge fidẽ: & grãæ tuæ me benigno fauo
re proſequere. præſentiã tuã exhibe, vultũq;
ſerenum: quo & ſubuenias opportunè hoĩs na
turã aſſumens: & me ſeruũ tuũ apud te facias
iuſtificari, fac etiam vt me tibi gratũ oſtẽdas,
ne reſpuas quam tibi ex animo ſeruitutem im
pendo: et qui hilarem datorem diligis: iucun 2.Cor.9.b.
dũ (precor) te exhibeas ſuſceptorẽ. ſatis enim
triſtitiæ ineſt cordi meo: vt non amplius tri-
ſtari debeam. hos quatuor verſus præceden-
tes: ſemper magni feci: & mihi à lectulo ſur-
genti, orationi & ſolatio fuerunt.

8. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.*

Viſcera mea cõmouentur: dum impiorum
hominum video tranſgreſsiones. & lachrima
rum diductis riuulis, aquã diſtillãt oculi mei:
ꝙ apertam illorũ videam damnationem. hoc
quidem iuſtis propriũ eſt: vt errores deſleãt
proximorum, charitate inſtigante idq; exigẽ
te: quæ vt Paulus ait, non gaudet ſuper iniqui 1.Cor.13.e.
tate, congaudet autem veritati.

## OCTONARIVS. 18.

Sade. *IVSTVS es dñe: & rectũ iudicium tuum.*

Noui ꝙ miſericors ſis: ſed iu
ſtus. eſt vtiq; rectũ æquiſsimũq;
iudiciũ tuum. nõ eſt enim ꝙ vt
quiſquã de te cõqueri poſsit ꝙ mala iniuſte
patiatur, qui iuſte diſponis oĩa, quiq; vindex
es in oẽs qui operantur malũ. nemo igitur iu
ſtitiæ derogans: ſibi de tua mĩa blandiatur. iu
ſtus enim es dñe, & rectum iudicium tuum,
quod ad dexteram vel ſiniſtrã declinare neſ-
cit. ad hoc accedit ꝙ.

2. *Mandaſti iuſtitiam teſtimonia tua: & veritatem tuam nimis.*

Mandata tua quibus te velle ab hominibus
coli, lege teſtatus es, diſtricte adeò obſeruari
præcepiſti: vt ab illis (vel trãſuerſo vngue) de
uiaſſe peccatum ſit. æquiſsima enim ſunt, & in
promiſsis vera teſtimonia tua, ꝙ cum iuſtus
ſis qui iudicio iudicas recto, & mandata tua
valde iuſſeris cuſtodiri: væ illis qui tranſgre
diũtur ea. quãobrẽ meritò infœlicitatẽ illorũ
lamentatus ſum, & exitus aquarũ deduxerũt
oculi mei. cõpatior nunc illis, qui proprij ar-
bitrij mucrone ſeipſos cõfodiunt, dũ ꝓ re fu
tili mãdata tua ſpernere nõ verentur. Sequit̃.

3. *Tabeſcere me fecit zelus meus: quia obliti ſunt verba tua inimici mei.*

Iuſtitiæ zelo quaſi tabe cõfect' ſum: ꝙ videã
illos q mihi ꝓpter te inimicant̃, verborũ tuo
rũ obliuiſci penitus: quaſi parui momẽti ſint,
nec illorũ meminiſſe quicq̃; adferat illis fru
ct'. cũ tñ ea cordi hoĩum eſſe voluiſq; infixa eſſe vo
lueris: vt hui' rei gr̃a) quãuis occultiori ſacra
mẽto) præceperis Moſi ſeruo tuo dicens: lo- Num.15.d.
quere filijs Iſrael & dices ad eos, vt faciãt ſibi
fimbrias ꝑ angulos quatuor palliorũ, ponẽtes
in eis vittas hiacintinas. quas cũ viderint: re-
cordẽtur omnium mãdatorum domini. ne ſe
quantur cogitationes ſuas, & oculos per res

varias fornicantes:ſed magis memores præ
ceptorũ dñi,faciãt ea, ſintq; ſancti Deo ſuo.
Mat.23.a. nunc aũt cũ illos fruſtra dilatare cõſpiciã phi
lacteria ſua,& magnificare fimbrias,dum prę
cepta tua cõtemnunt,quaſi iam ſint verborũ
tuorum obliti:corroſus animo & legis tuæ
zelo cõmotus,totus ipſe tabeſco.Sequitur.

4. *Ignitum eloquium tuum vehementer: & ſeruus tuus dilexit illud.*

Nec mirũ ſi zelo ſuccẽſum ardeat cor meũ:
quia ignitum eſt eloquiũ tuum,quo vehemẽ
ter inflãmaſti me. Illuminat quidẽ intellectũ:
& inflãmat affectũ.exarſit igitur in me chari
Hier.20.c. tas,& ſicut in Hieremia, factus eſt in corde
meo quaſi ignis exęſtuãs,clauſusq; in oſſibus
meis:& defeci ferre nõ ſuſtinens. certè hunc
Luc.12.f. ignẽ dñe veniſti in terrã mittere, & quid vis
niſi vt accendatur?vnde per eundẽ prophetã
Hier.23.f. tuũ ais:nũquid nõ verba mea ſunt quaſi ignis?
cũ ergo eloquiũ tuũ ignitũ ſit, & ego ſeruus
tuus dilexerim illud:meritò dũ illud recolo,
& illius memoria quã ſit vtilis ꝓpendo: dete
ſtandã lamẽtabileq; inimicorũ doleo obliuio
nẽ.cui⁹(obſecro)in impios,vel hoc pio intui-
tu nõ excandeſcat animus:ꝙ eloquiũ dñi ig-
nitũ,caſtũ,ꝓbatiſsimum & examinatũ deſpi-
ciant,& ad anileſq; inutiles fabulas & mũdi
huius ſcoriã toto aĩo cõuertant?neq;.n.conſi
liũ illud audierunt:quod in apocalypſi Ioãnis
angelo laodiceæ eccleſiæ,teſtis fidelis & ve-
Apo.3.d. rus ſcribere iubet.ſuadeo tibi(inquit) emere
à me aurum ignitũ,ꝓbatũ:vt locuples fias.Se.

5. *Adoleſcentulus ſum ego & contẽptus: iuſtificationes tuas non ſum oblitus.*

Iunior illis ſum(ait hic ſanctus)certe humi-
lis & cõtẽptus,ita vt cũ apoſtolo dicere poſ-
1.Cor.4.d. ſim:tãquã purgamẽta huius mundi fact⁹ ſum,
oĩum peripſema ſiue reiectio,vſq; adhuc. & cũ
Dani.13.f. ipſi ſeniores ſint,quales apud danielẽ iudices
inueterati dierũ malorũ:verba tua(quæ à re-
tro tot ſeculis toties audierant)obliti ſunt.e-
go aũt adoleſcẽtior & cõuerſione poſterior,
Mat 20.a. qui ad vineã tuã circa horã vndecimã veni:iu
ſtificationes tuas(quas vix didici,nuper qui-
dẽ vel ſemel audiui)nõ ſum oblit⁹.ipſi in deu
Deut.4.b. teronomio audierũt dicentẽ:ne obliuiſcaris
verborũ quę viderunt oculi tui,& ne excidãt
de corde tuo cũctis diebus vitę tuæ:& obliti
ſunt. at ego adoleſcentulus, iuſtificationes
tuas nõ ſum oblitus: vbi obiter doctorẽ gen-
tiũ dicentẽ audiui.per legẽ.n.cognitio pecca
Rom.3.c. ti,nunc aũt ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata
eſt,teſtificata à lege & prophetis.iuſtitia aũt
Dei:per fidẽ Ieſu Chri,in oẽs & ſuper oẽs qui
credũt in eũ.nõ enim eſt diſtinctio. oẽs enim
peccauerunt:& egent gloria Dei, iuſtificati
gratis per gratiã ipſius,per redẽptionem quæ
eſt in Chriſto Ieſu. quẽ propoſuit Deus pro-
pitiatorẽ per fidẽ in ſanguine ipſius: ad oſten
ſionẽ iuſtitiæ ſuæ,ꝓpter remiſsionẽ præcedẽ
tiũ delictorũ in ſuſtentatione Dei,ad oſtẽſio
nẽ iuſtitiæ eius in hoc tempore.vt ſit ipſe iu-
ſtus & iuſtificans eũ,qui ex fide eſt Ieſu Chri.
tu autem qui hæc legis:indulge affectui.nam
ꝙ prolixius apoſtoli verba citarim:fuit in
cauſa ꝙ aurea ſint:atque vt tu legens,iuſtifi-
cationes Dei nõ obliuiſcaris.Sequitur.

*Iuſtitia tua iuſtitia in æternum: & lex tua veritas.* 6.

Dixerat ante:iuſtus es dñe,& rectũ iudiciũ
tuum. mãdaſti iuſtitiam teſtimonia tua & ve
ritatẽ tuam nimis,nunc aũt (ꝙ ad nouum re
ſpiciat teſtamentũ,legemq; euangelicã perpe
tuò duraturã)ait:iuſtita tua, iuſtitia in æter-
nũ:& lex tua veritas.nempe illa qualis qualis
quæ ex lege erat iuſtitia:nõ æterna, ſed tẽpo
ralis erat.Moyſes enĩ ſcripſit(ait Paulus) qm̃ Rom.10.a.
iuſtitiam quę ex lege eſt:qui fecerit homo,vi Leui.18.a.
uet in ea.nam ſicut iſdem Paulus ait:ex ope- Rom.3.c.
ribus legis nõ iuſtificabitur omnis caro corã
illo.et ſubiungit,ſi enim Abraam ex operibus
legis iuſtificatus eſt:habet gloriã,ſed nõ apud
Deum.rurſumq; dicimus quia reputata eſt fi Rom.4.a.
des Abrææ ad iuſtitiam.quomodo ergo repu
tata eſt:in circunciſsione,an in præputio? nõ
in circunciſsione,ſed in præputio.et ſignũ ac
cepit circunciſsionis, ſignaculum iuſtitiæ fi-
dei,quæ eſt in præputio:vt ſit pater omnium
credentiũ,per præputiũ:vt reputetur & illis
ad iuſtitiã.lex igitur & legis circunciſsio: nõ
iuſtitia,ſed ſignaculum iuſtitiæ fuit. at vero
iuſtitia tua quæ ex fide eſt,quæq; ꝑ dilectio Gal.5.a.
nem operatur:iuſtitia permanens eſt & æter
na,& lex tua veritas.nempe illa figura:hęc fi
gurata. vmbra illa:hęc veritas eſt.lex quidem
(ait euangeliſta Ioannes) per Moyſem data Ioan.1.b.
eſt:gratia autem & veritas, per Ieſum Chri-
ſtum facta eſt.ꝙ ſi huiuſmodi veritas fuiſſet
in lege:non dixiſſet, ꝙ per Ieſum Chriſtũ fa
cta eſt.recte igitur ait:iuſtitia tua, iuſtitia in
æternum.non qualis ea quæ hominum eſt &
apud homines,quandoq; peritura iuſtitia:ſed
iuſtitia in æternum,promiſsionem habens vi
tæ quæ nunc eſt & futuræ.et lex tua euange- 1.Thi.4.b.
lica, fidei & gratiæ lex non vt illa vmbram
habens futurorum bonorum,non ipſam ima- Heb.10.a.
ginem rerum: ſed veritas eſt promiſſorum
continens veritatem: obidq; memoratu dig-
na:quæ è mente nulla vnquam excidat obli-
uione.Sequitur.

*Tribulatio & anguſtia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea eſt.* 7.

Inter



Inter tribulationes & anguſtias huius ſecu
li,quę vndiq; me præmunt:nõ ſolùm iuſtifica
tionũ tuarũ nõ ſum oblitus:verùm etiã in ip
ſis aſsidua meditatione delector,ꝙ cõſolatio
nis mihi adferũt plurimũ.plane gaudeo,ꝙ tri
bulationes & anguſtię inuenerunt me paratũ:
quia per eas arbitror me inuenire te. Et for-
tè periſſem:ſi tribulationes & anguſtię me nõ
inueniſſẽt,nõ in delitijs & luxu ſeculi tu quæ
ras Chr̃m:ſed inter præſſuras & anguſtias.ſic
Deut.4.c. enim ſcriptũ eſt.cũq; quæſieris ibi dñm Deũ
tuũ:inuenies eum.ſi tñ toto corde quæſieris:
& tota tribulatione animæ tuæ,poſtquam te
inuenerint omnia quæ prędicta ſunt:in deute
ronomio ait Moſes. Inuenies ergo Chriſtum,
ſi te inueneris:inuenies autem bona,ſi te pœ
næ inuenerint mala.Sequitur.

8. *Aequitas teſtimonia tua in æternum: intellectum da mihi & viuam.*

Id mihi ſatis perſuaſum eſt,ꝙ iuſta & ęquiſ
ſima ſunt teſtimonia ſeu martyria tua & mi-
hi in tribulatione poſito, vitæ ac iuſtitiæ æ-
ternæ cauſa,id enĩ quod in pręſenti eſt momẽ
taneũ & leue tribulationis noſtrę,ait Paulus: 2.Cor.4.d.
ſupra modũ in ſublimitate æternũ gloriæ põ
dus operatur in nobis &c. Tu quidẽ dñe rite
& rectè diſponis oĩa.ꝙ ſi ſeruis tuis tribula-
tiones immittis & flagella,ita vt ad mortẽ tẽ
dere videantur:da mihi donũ intellectus,vt
ſciã,ꝙ vita aĩę:in mortificatione corporis de
liteſcit,nõ enim meus ſuopte hoc ingenio at
tingere poteſt intellectus.ideo da mihi intel
lectũ,quo religioſè ac fideliter ꝑcipere poſ-
ſim:ꝙ huius vitæ finis alterius melioris vitæ
(æternæ.ſ.)initiũ ſit:obidq; tribulatio illa & 
anguſtia,cõtẽnenda & patiẽter tolerãda:qua
tẽporaneũ in æternũ fœlici comertio cõmuta
tur.et tunc nõ illi ſuccũbam,ſciens & ſpe cer
ta cõfidẽs:ꝙ in te & pro te moriẽs:ęternũ vi
uã.quia æquitas teſtimonia tua in æternũ:ſis
ipſe benedictus in ſecula amen.ò fœlices chri
ſticolæ:ſi hæc ſua bona norint.

OCTONARIVS. 19.

Coph. *Clamaui in toto corde, exaudi me dñe: iuſtificationes tuas requiram.*

Angitur is tribulationũ vi: qui in angu
ſtia poſit⁹ toto cordis affectu clamare cõpel
litur dicẽs:exaudi me dñe,iuſtificationes tuas
requirã.clamat profectò & in toto corde cla
mat q vehemẽter amat:quiq; à deò opt.max.
nõ exigua,ſed grãdia petit orans.nec aliò in
tẽtionẽ dirigit,quin in ipſum potius intẽſum
figit affectũ:à quo expetitę rei ſperat effectũ.
clamaui(inquit)& exaudiri petij:tu piè fero
pẽ.propoſui.n.requirere iuſtificationes tuas,
nõ tñ vt ſciã,ſed vt adimpleam: quod(niſi te
adiuuãte)efficere nequeo.ſuccurre igitur piẽ
Ph.li.2.b. tiſsime.et qui operatus es in me velle:da per
ficere pro bona voluntate.Sequitur.

2. *Clamaui ad te,ſaluum me fac: vt cuſtodiam mandata tua.*

Dixi tibi animi voto clamãs:tibi inquã ſalua
tori,nõ alteri homini vel angelo:ſed tibi hu-
manæ ſalutis autori.ſaluũ me fac,libera me à
ꝑſequentibus me,da robur & fortitudinẽ: ne
infirmus ꝑſequutori cedã.agitur.n. de ſalute
aĩæ:quæ in mãdatorũ tuorũ cõſiſtit obſerua
tione.vt ergo ea cuſtodire queã: infirmitati
meæ cõſule gr̃æ tuæ adiumento. qm̃ non eſt
nobis colluctatio aduerſus carnẽ & ſangui-
Ephe 6.b. nẽ:ſed aduerſus principes & poteſtates &c.
ait apoſtolus.Sequitur.

3. *Præueni in maturitate, & clamaui:quia in verba tua ſuperſperaui.*

Siue ſic dixeris,ſiue in immaturitate,aut im
maturitate vt dictio ſit vna legas: vel vt alij
codices habẽt,intẽpeſta nocte:in idẽ recidũt
oẽs hi dicẽdi modi.ſignãt.n.immaturũ tẽpus,
ſilẽtio & dormitioni dũtaxat,& nulli alteri a
ctioni opportunũ.hoc igitur(ait)pręueni cla
mis.tũ quia vrgẽtibus vndiq; pręmebar angu
ſtijs,nec vlla quies:icçirco doloris impatiẽs,
importune clamaui.tũ etiã:quia in verba,quę
à te non ſemel audieram,abũdantius ſperaui.
præueni etiam clamans,optans,& expoſcens
aduentum tuũ,ante tẽporis plenitudinẽ:quia
in ꝓmiſsionis tuæ verba ſuperſperaui. Seq.

*Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.* 4.

Interioris mẽtis oculi vigiles & experrecti:
ſummo mane inſurrexerũt in tę intẽti,& acie
tota defixi diluculũ præueniẽtes vt ſine ſtre-
pitu ac mũdano tumultu,& abſq; vlla diuaga
tione,dulciſsima perinde atq; ſuauiſsima tua
poſſem eloquia cõtẽplari.ſed quæ eſt hæc o-
culorũ meorũ præuẽtio:niſi oratio,quæ intẽ
ta eſt in te Deũ ſuũ mẽtis eleuatio?hæc te po
tẽtiſsimũ matutina ſalutatione præuenit.hęc
te(& ipſa præuenta) ante oĩa in adiutorium
meũ intẽdentẽ inuocauit quatenus ꝑ te mihi
liceat ſic eloquia tua meditari: vt in medita- Pſ.38.ve.4
tione mea tuæ charitatis exardeſcat ignis.&
hæc ſalutationis antelucanę & orõnis ſeries.

*Vocẽ meã audi ſecundũ miſericordiã tuã dñe: & ſecundũ iudiciũ tuũ viuifica me.* 5.

Audi,nõ ſpernas miſerũ,miſericors & miſera-
tor.Mortuũq; viuifica:qui fons es & verę vi
tæ largitor.miſericordiã tuã appello,nec piæ
correctionis iudicium fugio, vtrunq; enim ſi
mul:miſericordiam ſcilicet & iudicium cãta Pſ.100.v.1.
re tibi decreui. nã miſericordiæ tuæ tribuo:

ꝙ me reſpicere velis.iudicio aũt recto:ꝙ me
flagellis cedas de te malè merentem, vt penè
mortuũ viuifices atq; ad te trahas,audi ergo
vocẽ meã:nõ ſecundùm meã iuſtitiam, ſed ſe
cundùm tuam mĩam:& eo quo ſoles iudicio
corripe me.corripe me pater,ne vnquam ob
dormiã in morte:vitalis eſt enim correctio
tua.quiobrem rex ille Ezechias cũ ægrotaſ-
ſet & cõualuiſſet de infirmitate ſua:ſapienter
Eſa.38.c. aiebat.dñe ſi ſic viuitur,& in talibus vita ſpi
ritus mei:corripies me & viuificabis me, ec-
ce in pace amaritudo mea amariſsima. tu aũt
eruiſti animam meã,vt nõ periret &c.& in li
Iob.5.c. bro Iob ſcriptũ eſt:beatus homo qui corri
pitur à dño:Increpationem ergo dñi ne re-
probes,quia ipſe vulnerat & medetur:percu-
tit,& manus eius ſanabunt.Sequitur.

6. *Appropinquauerunt perſequẽtes me ini
quitati:à lege autem tua longe facti ſunt.*

Cõſequens eſt, vt qui cõtrariorũ alteri ap
propinquat:elõgetur ab altero.at lex Dei &
iniquitas:ex diametro pugnãt.qui ergo ad ini
quitatẽ accedũt,in dies iniquius operantes:
vtiq; à lege Dei diſcedunt. non quidem loci
intercapedine : ſed morum diſsimilitudine.
ſunt etiam qui legant appropinquauerũt per
ſequentes me iniquitate vel iniquè, ꝙ vſque
ad carnis occiſionem acceſsiſſe viſi ſint:cum
tamen ad animã accedere non poſsint.in hoc
tñ à lege Dei longius receſſerunt.ſed quid?tu,
fortè lõgè aberas dñe?abſit.nõ ſum tã excors,
qui cũ Martha dixerim,dñe ſi fuiſſes hic.ſcio
enim ꝙ vbiq; prẽſens ſis:& ſi interdũ iuſto re
ctoq; iudicio abeſſe ſimules,qui ſanctos tuos
ad horã deſeruiſſe videris:vt ipſos tentari pa
1.cor.10.c. tiaris,faciasq; cum tentatione prouentum.

*Prope es tu dñe: & oẽs viæ tuæ veritas.*

7. Vtrunq; optime noui,& millies proteſtatus
Pſ.144 v.18 ſum : ꝙ iuſtus ſit dñs in omnibus vijs ſuis: &
ſanctus in omnibus operibus ſuis. ꝙq; prope
ſit omnibus inuocantibus eũ:omnibus inuocã
tibus eum in veritate. appropinquent igitur
quantumlibet perſequentes vt perdant: tu ꝓ
pior es, vt ſalues. ipſi mendaces:tu verax, &
oẽs viæ tuæ veritas.nec huic teſtimonio ad-
uerſatur,quod alibi me dixiſſe recolo.vniuer
ſæ viæ dñi,mĩa & veritas. tum ꝙ viarũ noĩe Pſ.24.v.11
mandata tua hic accipere velim: tũ etiã ꝙ vi
deã mĩam & veritatẽ adeò ſibi inuicẽ adglu-
tinari:vt nõ immeritò, alterius altera ſortita
ſit nomen, vt & veritas in miſericordia ; &
miſericordia in veritate ſit.Sequitur.

*Initio cognoui de teſtimonijs tuis: quia in* 8.
*æternum fundaſti ea.*

Hoc vnũ in primis & ante oĩa,de tuis teſti
monijs noui : ꝙ ſtabilia ſint & firma,nec vlli
obnoxia mutationi:quia in perpetuũ(dũ hoc
manebit ſeculũ) fundaſti ea.nõ.n. his abroga-
tis ſuccedent alia.vel(vt nõnulli codices ha-
bẽt)ab initio cognoui &c.à prima.n. cæli &
terræ atq; ipſius hominis cõditione: medita-
tionis meæ initiũ ſumpſi.& ꝑ ſingula diſcur-
rens reperi:ꝙ in æternũ fundaſti ea,ſed vnde
ꝙ teſtimonia Dei ſint in æternum fundata:
niſi de teſtimonijs ipſis iſte cognouit?de mul
tis igiẽ vel vnũ accipe teſtimoniũ : vt ſcias ꝙ
teſtimonia Dei, quæ vitã promittũt æternã:
in Chr̃um( vtiq; fundamẽtũ æternũ ) fundata
ſunt.hic etenim toti' fabricæ finis eſt.audi iã
fabricæ initiũ:vt in fabrica,Chr̃i regnũ(quod
eius teſtimonia promittunt)agnoſcas ęternũ.
hoc quidẽ paradiſus eſt.formauit igiẽ dñs de'
hoĩem de limo terrę &c.plãtauit aũt dñs de'
paradiſum voluptatis à principio:in quo po
ſuit hoĩem quẽ formauerat,lignũ etiã vitæ in Gen.2.c.
medio paradiſi. progredere vlterius ac medi
tare:& cõperies ꝙ nõ vanè cõſtituerit filios
hominum.cum ergo id quod electis per te-
ſtimonia ſua promiſit Deus, æternum ſit,non
caducum & temporale : rectè hic ſanctus ſe
ab initio de teſtimonijs Dei cognouiſſe ait,
ꝙ in æternum fundauerit ea.

OCTONARIVS. 20.

Res. *Vide humilitatẽ meá, & eripe me:
quia legem tuam nõ ſum oblitus.*

Perſequentes appropinquauerunt
dñe:& tu prope es,qui oĩa proſpicis & iudi-
cio examinas recto.ſcio ꝙ oẽs viæ tuæ veri-
tas,& de teſtimonijs tuis noui,ꝙ ĩ ęternũ bo
nũ ac præmiũ fundaueris ea.hæc patientiã &
vires augẽt:ſed tñ opprimẽtiũ vi deiect' ſum
valdè nec ab oĩone deſiſtã:quę mĩam ĩpetret
& coronã.vide humilitatẽ meã, tribulationẽ,
miſeriã, atq; calamitatẽ,& eripe me:quia tot
malis penè obrut':adhuc legẽ tuã nõ ſũ obli
t'. vide eñ ꝙ me ipſũ humiliauerĩ corã te:nec
oblit' ſim tuæ legis edictũ: quo poſtq; phari
ſeũ elatũ ac de ſe prẽſumẽtẽ,& publicanũ hu
milẽ induxeras in te cõfidẽtẽ,dixiſti: oĩs q ſe Luc.18 c.
exaltat humiliabiẽ:& q ſe humiliat exaltabiẽ.
eripe me igitur humiliatũ , & exalta humilẽ:
qui humiliaſti ſicut vulneratũ ſuperbũ, in bra Pſ.88.v.11.
chio virtutis tuę diſpſiſti inimicos tuos.Seq.

*Iudica iudicium meũ & redime me:pro* 2.
*pter eloquium tuum viuifica me.*

Humiliatus ſum,nec legẽ tuã oblitus.abſol
ue iã iuſtiſsime iudex,cauſam meã.pro me iu
dica cõtra aduerſantes,& redime me à calũ-
nijs hominũ:atq;(iuxta promiſsionis tuæ ver
bum)æternam mihi tribue vitam. vide humi
litatem ac deiectionẽ meam propter te (hæc
enim ſunt totius merita cauſæ ) & legẽ tuam
non ſum oblitus.porro actore non probante
ſathana



ſathanã debet abſolui reus.nũc ergo viuifica
me mortificatũ ac penè mortuũ ꝓpter elo-
quiũ promiſsionis tuæ, nõ enim viuificari pe
to ex meritis:ſed ex grã ꝓmiſsionis. iudica de
niq; an recte me ipſũm iudicauerim:& ex grã
redime me,viuificãs ex ꝓmiſsionis pacto.Se.

*Longe à peccatoribus ſalus: quia iuſtifica
tiones tuas non exquiſierunt.*

5. Dixerat,appropinquauerunt ꝑſequẽtes me
iniquitati:à lege aũt tua,lõge facti ſunt, & ꝓ
pe es tu dñe. Cũ ergo in diuinæ legis obſerua
tione cõſiſtat ſalus hominis,& iuſtificatio:cõ
ſequẽs eſt,vt ab illis ſit lõge ſalus:quia à lege
Dei elõgati,iuſtificationes nõ exquiſierunt.
nẽpe diſtat nimium ſalus ab egris : his potiſsi
mũ qui ipſam negligunt,nec ſatagunt exquire
re illã:quales illi qui apud Eſaiã dixerunt: ex
Eſa.59.b. pectauimus iudiciũ & nõ eſt:ſalutẽ,& elõga-
ta eſt à nobis. quales etiã & iudæi,qui ſaluato
rẽ expectantes:venientẽ in propria nõ recepe
Ioan.1.a. runt,quin illũ ſpreuerunt potius & ſalutẽ:q̃a
iuſtificationes eius exquirere noluerunt. Cũ
tñ ſæpius per prophetã,dñm audierint incre-
pantẽ dicentẽq;:audite me duri corde:qui lõ
Eſa.46. d. gè eſtis à iuſtitia, ꝓpe feci iuſtitiã meã nõ elõ
gabitur:& ſalus mea nõ morabiẽ,dabo in Syõ
ſalutẽ,& in Iſrael gloriã meã. qui ergo ſalua-
toris venientis iuſtificationes non exquiſie-
runt : longè à ſalute illius remanſerunt. Audi
iam iuſtificationes domini Ieſu in propria
Ioan.15. d. ~~ꝑim~~ venientis, ſi nõ veniſſem (ait) & loquutus
nõ fuiſſem eis:peccatũ nõ haberẽt.nunc autẽ
excuſationẽ nõ habẽt de peccato ſuo,qui me
odit;& patrẽ meũ odit. ſi opera non feciſſem
in eis,quæ nemo alius fecit:peccatũ nõ habe-
rent.nunc aũt & viderunt & oderunt, & me
& patrẽ meũ. At nõ ſic eccleſia de gẽtibus cõ
Ephe.2. c. uocata,quã ita Paulus alloquitur,nunc aũt in
Chr̃o Ieſu,vos qui aliquando eratis longè:fa-
cti eſtis prope in ſanguine Chriſti. Sequitur.

*Miſericordiæ tuæ multæ domine: ſecun-*
4. *dum iudicium tuum viuifica me.*

Multę ſunt mĩæ dñi,quia miſerationes mul
Eſa.55.c. tæ:& iuxta Eſaię verbũ,multus ipſe ad ignoſ
cẽdum.benignus quidẽ & miſericors eſt: pa-
tiens,& multæ mĩæ & præſtabilis ſuper mali
Ioel.2 c. tia,ait Iohel propheta.quis(obſecro) miſera
tionũ dñi multitudinẽ dinumerare poterit?
Cũ ergo,tam multæ ſint(ait)vt hoc etiã ꝙ iu
ſtificationes tuas exquiſierim,tua fuerit miſe
ratio , fac me vel in hoc miſerationum tuarũ
participem:vt iuxta iudicium tuũ mitiſsimũ
ſed verum , quod ſuperexaltat mĩa viuifices
Iaco.2.c. me.nõ iuxta hominũ iudiciũ fallax & crude-
le.ſic enim iudiciũ tuũ tẽperas ex mĩa: vt ſan
ctis optandum ſit potius & amplectendũ,quã
humanũ.audierat iã in ſpũ ( nec enim fallor)
euangelicum illud. ſicut pater ſuſcitat mor- Ioan.5.d.
tuos,& viuificat:ſic & filius quos vult viuifi
cat.neque enim pater iudicat quẽquã ſed om
ne iudicium dedit filio &c.ruſumq;,ſicut pa
ter habet vitam in ſemetipſo., ſic dedit filio
habere vitam in ſemetipſo. Et poteſtatem
dedit ei iudicium facere; quia filius hominis
eſt.dum ergo Deum & hominem futurum iu
dicem cõtemplatur,ipſumq; viuificantem au
dit: non imprudenter hic ſanctus ſecundum
iudicium ſuum viuificari petit.Sequitur.

5. *Multi qui perſequuntur me & tribulãt
me: à teſtimonijs tuis non declinaui.*

Perſequutores multi ſunt viſibiles & inui-
ſibiles;variaq; tentationum & tribulationum
Rom. 8.g. genera, quæ adeò grauia ſunt , vt cum apo-
ſtolo dixerim,ꝙ propter te mortificamur to
ta die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.
ſed in his omnibus ſuperamus : propter eum
q dilexit nos.Certus ſum enĩ,quia neq; mors
neq; vita, neq; angeli , neq; vlla creatura &c:
poterit nos ſeparare à charitate Dei. hoc ſit
probationi:ꝙ à teſtimonijs tuis nõ declinaui.
Sed vnum præ alijs omnibus egre fero, quod
cor meũ angit & me totum mœrore cõſumit.

6. *Vidi præuaricãtes, & tabeſcebã: quia elo
quia tua non cuſtodierunt.*

Quòd nimium affligat animum: iterũ hoc
verbum repeto.nam tabeſcere me fecit zelus
meus:quia obliti ſunt verba tũa inimici mei.
hos vidi in legẽ tuã præuaricantes:atq; mãda
ta tua infringentes.Et tabeſcebã,ꝙ malitioſè
& impudẽter agerẽt: q eloquia tua nõ cuſto
dierũt. Cum ſint tñ omni obſeruatione & cul
tu digna:quia ęquiſsima,quia iucunda , vtilia
& honeſta:quia deniq; diuina ſint eloquia.ta
beſcebam etiam,ſi quos viderã præuaricãtes,
nõ obſeruantes pactum,quales illi qui in tor
mentis puſillamines effecti:primam fidem ir
ritam fecerunt:corpus ſuum,non eloquia tua 7.
cuſtodientes.Sequitur.

*Vide quoniam mandata tua dilexi dñe:
in miſericordia tua viuifica me.*

Quod omnium eſt maximũ,vt ex mĩa ęter
nam mihi tribuas vitã:id aſpicere digneris ob
ſecro:(nec enim alius præter te vnũ , illud ci
tra omnem fallentiam cognoſcere poterit)vi
delicet ꝙ mandata tua ex charitate & inſtiga
tione gratiæ cuſtodiui.porro is mandata di-
ligit,qui ea ex dilectione operaẽ ſpõte:nõ vi,
neceſsitate aut timore.dilexi ergo mandata,
q̃a præcipientẽ amaui ſup omnia: qui ſumma
ęquitas,ſumma bonitas,ſumma veritas,& to
tius deniq; boni eſt principiũ & origo. Seq.

*Principium verborum tuorũ veritas : in* 8.
*æternum omnia iudicia iuſtitiæ tuæ.*

 Tu

Tu veritas prima es, capũt & fundamentũ:
cui verba tua innituntur, qui nec falli nec fal
lere potes. mihi etiam omnium credẽdorum
principium: veritas fidei eſt: cui nulla ſubeſt
falſitas. præteritorum itidem exhibitio prin
cipium eſt: quo promiſſa futura, vere (vt pro
miſſa ſunt) futura eſſe credamus. et in æternũ
iudicia iuſtitiæ ſuæ: quibus in æternum puni
re malos, & tecum ſine fine regnare bonos
decreuiſti. ſis ipſe benedictus in ſecula Amẽ.

OCTONARIVS. 21.

Sin. *PRincipes perſequuti ſunt me*
*gratis: & à verbis tuis for*
*midauit cor meum.*
Principes & poteſtates te-
nebrarum atq; huius ſeculi tyrãni: abſq; vlla
cauſa & culpa (nõ enim illis nocui) me inuaſe
rũt. minis & terroribus, atq; plurimis inflictis
malis me pſequuti ſunt: vt te ſpreto, illorum
iuſsionibus obtemperarem. at auribus meis
hæc tua & ſimilia ſemper intonare viſa ſunt
Mat. 10.d. verba: qui amat patrem aut matrem pluſquã
me: nõ eſt me dignus. et qui amat filiũ aut fi-
liã ſuper me: nõ eſt me dignus. Et qui nõ acci
pit crucẽ & ſequitur me: non eſt me dignus.
qui inuenit animã ſuã: perdet illã. et qui per-
diderit aĩam ſuã propter me: inueniet eam. et
iterũ, dico aũt vobis, omnis quicunq; cõfeſſus
fuerit me coram hominibus: & filius hominis
cõfitebitur illũ corã angelis dei. qui aũt dene
gauerit me corã hominibus: denegabitur co-
rã angelis Dei. his ergo verbis, terroribuſq;
collatis inuicẽ: pſtiti, neq; pſequutores timui
quin à verbis tuis potiꝰ formidauit cor meũ.
gehẽnam exhorrui: ſed tuĩ magis offẽſam. Se.
2. *Lætabor ego ſuper eloquia tua: ſicut qui*
*inuenit ſpolia multa.*
Deuictis hoſtibus, lętabor ego in armis mi
litiæ meæ triũphans, quæ eloquia tua ſunt: ſi-
cut exultãt victores capta præda, qũ diuidũt
Eſa 9.a. ſpolia. iugũ enim oneris eiꝰ (Eſaias ait) & vir-
gi humeri eius, & ſceptrũ exactoris eius ſupe
raſti: ſicut in die madiã. nã vt in libro iudicũ
Iudicũ. 7.8 ſcriptũ legimꝰ: madianitę, dei nutu & verbo,
in paucis electis à gedeone deuicti ſũt, ac de
prędati. nec ſecus, p apoſtolos cęteroſq; apo
ſtolicos viros euãgeliũ prędicantes: Chrĩs dñs
debellauit mũdũ diabolumq; deuicit atq; ſpo
liauit. inueniunt etiam acquirũtq; martyres
ac cæteri ab iniquis perſequuti ſpolia multa:
dum pſequutores & circũſtantes, patiẽtiã illo
rũ & fidei cõſtãtiã vidẽtes: ad illorũ exẽplum
cõuertũt. qmerito ſpolia nũcupãtur: ꝙ de im
maniſsimi tyrãni manibꝰ faucibꝰq; diaboli de
tracti, in dñicam (iure belli) tranſierunt ſerui
tutẽ. inueniunt etiã ſpolia multa: dũ eloquia
Pſ. 67. v. 13. dñi corde retinẽtes (quæ rex virtutũ ſpeciei
domus ſuæ tanquã dilectiſsimi filij ſui diuiſit
ſpolia) & ſibi ipſis vim inferẽtes: regnũ cælo
rum rapiunt, vbi precioſum illud gloriæ mar
garitum, & ſtatus eſt omnium bonorum ag-
3. gregatione perfectus. Sequitur.

*Iniquitatem odio habui & abominatus*
*ſum: legem autem tuam dilexi.*
Caſta illa formido & filialis iuſtitiæ ac di-
uinę legis eſt amor, odium verò & abomina
tio iniquitatis, pugnant enim inter ſe lex Dei
& iniquitas. qui ergo harũ alterã diligit, odio
alteram pſequatur (virtute ſaltẽ & ſequela)
neceſſe eſt. cõgrue igiẽ quaſi explicans quod
ante dixerat, iniquos odio habui & legẽ tuã
dilexi: nunc ait, iniquitatẽ odio habui & abo
minatus ſum: legẽ aũt tuã dilexi. qa & tu dñe
ſub cuiꝰ vexillari ſigno milito: dilexiſti iuſti
tiã & odiſti iniquitatẽ: ppterea vnxit te Deꝰ,
Pſ. 44. v. 9 Deus tuꝰ oleo lætitiæ præ cõſortibus tuis. vt
ergo vnctionis tuę ſim particeps: quod dilexi
ſti diligo, & quod horres abominatꝰ ſum. Seq.
*Septies in die laudem dixi tibi: ſuper iudi*
*cia iuſtitiæ tuæ.* 4.
Multa ſunt quæ me promouent excitãtq;
ad tui laudẽ. vt pote creata omnia: cælũ, ter-
ra, mare, & omnia quę in eis ſunt. At cũ repa
rationis humanæ beneficium intueor: ad ma
iorẽ tui nominis aſſurgo laudẽ. quid aũt quũ
peccatorum remiſsionẽ, gratiæ collationem,
& (vt verbo concludam) impij iuſtificationẽ
glorificationemq; cõtemplor? totum me tũc
vellem in angelicas vertere linguas: ne vnquã
à tui laude ceſſarem. dixi tñ ſepties in die lau
dẽ tibi nõ mundo: ꝙ is numerus perfectionẽ
ſignet, dixi omni tẽpore, omni loco, omni ſta
tu, omni conatu, omni deniq; qua potui inte
gritate: ſup iudicia iuſtitiæ tuæ, ꝙ ſint copio
ſa materia laudis. Sequitur.
*Pax multa diligentibus legem tuam: &* 5.
*non eſt illis ſcandalum.*
Nõ eſt pax impijs. eſt tñ abundantia pacis: Eſa. 57. d.
diligentibus legẽ tuã. eſt quidẽ illis cũ pecca
tis & vitijs cõtinuũ bellũ: ſed à lege Dei nõ re
cedẽtes: ſemp victores euadũt. & quia in nul
lo, Chri pacẽ abrrũpũt: pax illis eſt multa, nec
ſcadalũ vllũ, quod puſillos deterrere ſolet. qa
lex charitatis in cordibꝰ eorũ eſt, pficiẽs eos.
vnde inter fructus ſpũs: pax ipſa cõnumeraẽ. Gal. 5. d.
quibꝰ recenſitis ſubiũgit Apoſtolus, aduerſus
huiuſcemodi nõ eſt lex. qui ergo legẽ tuã pfe
cte diligũt: nullũ illis eſt offẽdiculũ, ſed iuxta
Artaxerxis epiſtolę exordiũ dũ tibi ſoli Deo Heſter. 13. a
vero ſubiecti ſunt: abſq; nullo terrore vitam
ſilentio tranſigentes: optata cunctis mortali-
bus pace fruuntur. nempe gaudent interio-
re pace, cum omni tranquillitate tibi ſoli
vacantes



vacantes, & in lege tua die ac nocte meditan
tes. ꝙ ſi quid illis arduum ſe ſe offerat, inuiũ
& cautibus plenum: nõ ſtatim impingunt, ſed
occultum ibi ſacramẽtum, primitus pio quo
decet affectu obſeruantes, & intelligentiæ de
fectum, propriæ imperitiæ tribuentes: ipſam
Iaco. 1. a. (qua indigent) ſapientiam à te poſtulant,
qui das omnibus affluenter, & non imprope
ras, poſtulant aũt in fide nihil hæſitantes. pax
etiam illis erit multa, nec vllum ſcãdalũ: quũ
ad illius ſupernæ ciuitatis peruenerint pacẽ.
à facie enim malitiæ collectus eſt iuſtus (ait
Eſa. 57. a. dñs) veniat pax. requieſcat in cubili ſuo, qui
ambulauit in directione ſua. ſic enim alibi me
Pſ. 36. v. 10. dixiſſe memini. Et adhuc puſillum, & nõ erit
peccator: & quæres locum eius, & non inue-
nies: manſueti autem hæreditabũt terram, &
delectabuntur in multitudine pacis. Sequiẽ.
*Expectabam ſalutare tuum dñe: & mã*
*data tua dilexi.*
Te meum adiutorem, & totius humanæ ſa
lutis autorem: expectabam in carne venturũ.
veniſti tãdem: & te iam iterum expectabam
& expecto viuorũ & mortuorum futurũ iu-
dicem. atq; huius etiã rei gratia, mandata tua
1. Cor. 5. b. dilexi. et ideo cõtẽdimus (ait apoſtolus) ſiue
abſentes ſiue præſentes placere illi. oẽs enim
nos manifeſtari oportet ante tribunal Chri:
vt referat vnuſquiſq; propria corporis prout
geſsit, ſiue bonũ ſiue malũ. Cum ergo ſcriptũ
ſit: ante iudiciũ para iuſtitiã: & ante langorẽ
Eccl. 18. c. adhibe medicinã &c. iterũq;: Deũ time, & mã
Eccl. vlt. d. data eius obſerua. cuncta quæ fiunt adducet
Deus in iudiciũ pro omni errato, ſiue bonũ
ſiue malũ ſit: hinc eſt, ꝙ mandata tua dilexi,
quæ iuſtitiæ viã oſtẽdunt. dilexi quidẽ & di
ligẽter ex animo obſeruaui cuſtodiuiq;: ſapiẽ
ter cũ ſapiẽte, ſecluſa omni diſceptatione cõ
cludens: ꝙ hoc ſit mediũ efficax legitimũq;,
vt vere beatus euadam. Sequitur.
*Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua:*
*& dilexit ea vehementer.*
Nõ enim tepida,ocioſa aut oſcitãte, ſed ſolici
ta & vehemẽti, intima & ſpũali dilectione di
lexi. Ex animo equidẽ & omni adhibita ope
ra: mãdata (quæ etiã teſtimonia tua ſunt ꝙ ti
bi placita eſſe teſtatus ſis) & cuſtodiui dili-
gẽs: & ea dilexi cuſtodiens: ſubſtantiã ſimul
præcepti, & intentionẽ obſeruans præcipien
tis. Cuſtodiuit (inquã) aĩa mea: nõ ex vi timo
ris, ſed charitatis. & quia tua ſunt: dilexit ni-
miũ. tanta quippe eſt vis charitatis, quã tu po Cant. 8. b
ſuiſti vt ſignaculũ ſuper cor meũ: ſignaculũ
ſuper brachiũ meum, quia fortis eſt vt mors
dilectio, dura ſicut infernus: ꝙ lãpades eius,
charitatis ſcilicet lãpades ignis atq; flãmarũ,
& aquæ multę calamitatũ ingruentiũ, nec flu
mina erumnis inundantia obruẽt illã. fortior
enim eſt, & vehemẽtior tormentis omnibus
atque præſſuris. Sequitur.
*Seruaui mãdata tua, & teſtimonia tua:* 7.
*quia omnes viæ meæ in cõſpectu tuo.*
Ne quis arbitretur, ꝙ præmiſſa oĩa ſibi ipſi
tribuat: nunc totũ diuinæ mĩæ aſcribit dicẽs:
ſeruaui mandata tua & teſtimonia tua. Cuius
rei cauſa, gratioſus ac benignus fuit mĩæ tuæ
aſpectus: quia oẽs viæ meæ in cõſpectu tuo.
ꝙ niſi tu dñe ſuper ſeruum tuũ faciẽ tuã illu-
ſtrares, pręueniens, adiuuans, greſſus denique
& omnes vias meas dirigens, ac demum ex li
beralitate obſequium meum acceptans: nihil
omnino boni efficere potuiſſem. nunc aũt ſer
uaui mandata, & ea quę fieri (vt fieri iuſsiſti)
faciens. & ab his quæ prohibuiſti declinans:
ſimul etiam teſtimonia tua cuſtodiui. nec illo
rum quicquam prætergreſſus ſum: quia vijs
meis omnibus proſpexiſti, qui omnia conſpi-
cis. ſeruaui etiã, affectũ ſimul & effectum in
te vnum dirigens: cuius oculis oĩa nuda ſunt Heb. 4. c.
& aperta. ſcio enim (vt Iob ſanctus ait) ꝙ om Iob. 42. a.
nia potes, & nulla te latet cogitatio.

OCTONARIVS. 22.

Tau. *APpropinquet deprecatio mea in cõ-*
*ſpectu tuo dñe: iuxta eloquiũ tuũ*
*da mihi intellectum.*
Dirigatur dñe, aſcendat, & accedat orõ
mea: ſicut incenſum in cõſpectu tuo. aſcẽdat
Pſ. 140. v. 2. tuo fulta præſidio: accedat & appropinquet
quaſi domeſtica, nulliq; vereatur repulſam.
ſit tuo cõſpectui grata. quia & ſi pãnoſa & ru
dis ac porãdi ignara: humilis tñ eſt & ſince-
ro affectu pgreſſa. nõ fucis illita, nõ cõpta, ſed
ſimplex, & natiuo colore deprõpta: quæ &
pedibus tuis obuoluta, priſtinũ meũ in primis
fateatur errore. et vt cautior ſim in futurũ: tu
iuxta eloquiũ tuũ da mihi intellectũ. Mihi, n;
pœnitentiæ viam aggredienti, pmiſiſti olim Pſ. 31. v. 10.
dicens: intellectum tibi dabo, & inſtruã te in
via hac qua gradieris: firmabo ſuper te ocu-
los meos. Da mihi nũc igitur intellectum op
timum: quo te & mirabilia tua, ipſamq; libe-
ralitatem tuam contemplari queam.
*Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſe* 2.
*cundum eloquium tuum eripe me.*
Hæc repetitio affectũ orãtis oſtendit. appro
pinquet (ait) deprecatio, vt obtineat remoue
ri mali mala: intret poſtulatio, quæ bona cęle
ſtia ĩpetret mihi dari. appropinquet depręca
tio tremẽs: ſed ãxia intret more ĩpatiẽs poſtu
latio, dicat altera, iuxta eloquiũ tuũ da mihi

intellectum, quo ſuperna noſcam & æterna:
altera vero, ſecundùm eloquium tuum eripe
me ne terrenæ cogitationis viſco ad ima &
caduca declinem. Sequitur.

3. *Eructabunt labia mea hymnum: cum do*
*cueris me iuſtificationes tuas.*

Se gratũ fore proteſtatur qui in magiſtri
gloriam & laudem erumpat, atq; cæteris ore
proferat, quam corde ſe nouerit percepiſſe
doctrinam. ait ergo: cum docueris me iuſtifi
cationes tuas (id quidem ages ſi intellectum
præſtiteris & iuuamen, quo & malum fuge-
re valeam, & conſequi bonum) tunc eructa-
Pſ.70.v.8. bunt labia mea hymnũ: & in te cantatio mea
& 9.ſ ſemper. replebitur quidem os meum laude:
vt cantem gloriam tuam.

4. *Pronuntiabit lingua mea eloquium tuũ:*
*quia omnia mandata tua æquitas.*

Pſ.50.v.14 Sic alibi, docebo iniquos vias tuas, & im-
pij ad te conuertentur. ſe tunc etiam futurũ
diuini verbi miniſtrum atq; præconem profi
tetur: qui eloquia Dei caſta per orbem diſſe
minet. ait ergo: pronuntiabit lingua mea elo
quium tuum: & quam fuerit in promiſsionẽ
verum, omnium auribus intimare curabo. ꝙ
q; omnia mandata tua ſint æquiſsima: vt tibi
ſponte ſubdantur omnes, accreſcatq; nume-
rus fidelium populorũ, qui & tibi inſeruiant,
& vnà mecum tibi debitas laudes impendãt:
atq; nomen tuum liberrima voce (omni ſeclu
ſo timore) confiteantur. Adſis tamen adiutor
protectorq; neceſſe eſt. inſurgent enim im-
pij, qui ſermonibus meis contradicant: & me
totis niſibus perſequantur. Ideoq;.

5. *Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniam*
*mandata tua elegi.*

Pſ.143.v.8. Succurre potentiſsime Deus. emitte manũ
tuam de alto. ſalua me in manu forti, & bra-
chio extento. eripe me & libera me de aquis
multis: & de manu filiorum alienorum. ma-
nus tua, quæ vnigenitus tuus per quem feci-
ſti omnia: fiat homo, vt ſaluet me. veniat me
dicus, vt ſit ſanus ægrotus. extendat manum
diues, vt pauperem ditet atq; egenum. Ex
trahat manu fortis vinctum hominem, de te
nebroſis & vmbra mortis. Fiat deniq; manus
tua in adiutorium debilis & infirmi, vt ſaluet
me: quia mandata tua elegi. Elegi enim tua:
& impiorum hominum mandata ſpreui ac re
probaui. Sequitur.

6. *Concupiui ſalutare tuum dñe: & lex tua*
*meditatio mea eſt.*

Non mihi vitio detur: quod toties ſaluta-
re tuum expoſcam, toties viuificari petam,
iuſtificationes exquiram, miſericordiam im-
plorem, teſtimonia diligam, eligamq; manda-
ta. Quia concupiui ſalutare tuum dñe: & lex
tua meditatio mea eſt. parcendum eſt concu
piſcenti animo & æſtuanti: atq; nimio amore
languẽti. lex quidem tua meditatio mea eſt.
Ibi promiſſa lego, & omnia rumino: vt intel-
ligã in via immaculata, quãdo venies ad me. Pſ.100.
Etenim concupiui ſalutem: cõcupiui & vitã.

*Viuet anima mea, & laudabit te: & iu-* 7.
*dicia tua adiuuabunt me.*

Concupiui primum ſalutare tuum: Chrũm
ſcilicet in carne venientem vt ſaluet me. veni
ſti dñe Ieſu veniſti: ecce iã viuet anima mea,
& laudabit te. nunc iterum te expecto ven-
turum iudicem: & toto animo concupiſco. Apo.vlt.d
ſpiritus & ſponſa dicunt veni: & qui audit, di
cat veni. Et qui ſitit veniat, & qui vult, acci-
piat aquam vitæ gratis. Audio te in apocaly
pſi Ioannis conteſtantem & dicentem: ecce
venio citò, & merces mea mecum eſt: redde
re vnicuiq; ſecundùm opera ſua. Ego ſum al-
pha & o: primus & nouiſsimus, principium
& finis. ſum qui prius veni: nunc autem ſecũ-
do, nouiſsime & in fine. dicit qui teſtimoniũ
perhibet iſtorum: etiam venio citò amen. ve
ni dñe Ieſu: viuet anima mea & laudabit te.
veni iuſte iudex: & iudicia tua adiuuabunt
me. veni igitur & dic: veni benedicte patris
mei &c. Sequitur.

*Erraui ſicut ouis quæ perijt: quære ſeruũ* 8.
*tuum quia mandata tua nõ ſum oblitus.*

Paſtor optime qui deducis velut ouem Io Pſ.79.v.i.
ſeph: erraui olim à caſu primi parentis, vſque Luc.15 a ad
aduentum tuum. veniſti relictis alijs nona-
ginta nouem gregis tui ouibus: quæſiſti ouẽ
perditam, inueniſti, & humeris tuis impoſitã
vſq; ad caulas tuas adduxiſti. Qui ergo nunc
ſedens ſuper ſedem maieſtatis tuę, & tuis cir
cum ſtipatus angelis: ſeparas gentes ab inui-
cem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hædis, vt Mat.25.c.
ſtatuas oues quidem à dextris, hædos autem
à ſiniſtris: quære ouiculam tuam, quęre ſeruũ
tuum, & ab iniquis ſecerne, vt illum cum
electis reponas: quia mandata tua non ſum
oblitus. non igitur mei tunc obliuiſcaris cle-
mentiſsime quin me benedic potius de thro
no tuo in æternũ: qui es benedictus in ſecula
Amen.

EPILOGVS. PSALM. 118.

*B*EATI *immalati in uia: qui ambulant in lege domini. Quiq; ſcrutantur teſtimonia eius, ut obſeruẽt. Nam qui male agunt: non ambulant uias eius. ſcio q, præceperis domine: mandata tua exactiſsime obſeruari, quamobrẽ opto uias meas ſic dirigi: q, apud te poßim iuſtificari.*





*tunc non confundar, quum tibi obſequutus, perfecerò ea quæ imperaſti. confitebor tibi in directione cordis, & cætera faciam quæ ſequuntur. non enim ultra progrodi neceſſe eſt, nec epithomate aut epilogo eget pſalmus: cum totus ipſe elucidationis ſuæ epilogus ſit, cuiuſmodi ſunt alij huius farinæ pſalmi. ſubſequens igitur canticum graduum aggrediamur. quod ille decantat, qui aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in ualle lachrimarum: quibus aſcendat in montem domini, in illam quæ ſcilicet ſurſum eſt Ieruſalem, quæ libera eſt, & eſt mater noſtra.*

PSALM. 119.

*AD Dominum contribularer clama-*
*ui: & exaudiuit me.*

Huic primo & quatuordecim ſe-
quentibus pſalmis præmittitur loco tituli,
canticum graduum: eò quod magnificum il-
lud Salomonis templum quindecim habue-
rit gradus, quos vſque ad templi ingreſſum
aſcendentes ſacerdotes, omnes hos quinde-
cim pſalmos (vt ferunt) gradatim etiam ele-
uando vocem decantabant. quanuis hoc nuſ-
quam apud quenquam autorem grauem me
reperiſſe memini. Sit tamen vt libet, ita forte
in figura diſpoſuit ſpiritus ſanctus: vt nobis
innueret, illum virum beatum dicendum fo-
re: qui dilecta tabernacula domini virtutum
concupiſcens vbi beatorum habitatio eſt, qui
pſ.83.vc.6 in ſecula ſeculorum laudabunt dñm: adiutus
à dño, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in
valle lachrimarum, in loco quem poſuit. Ete-
nim benedictionem dabit legislator (ait pro
pheta ſanctus) ibunt de virtute in virtutem:
videbitur Deus deorum in Sion. nunc ergo
2.Cor.5.b. qui peregrinamur à domido exules à propria
patria: (per fidem enim ambulamus & nõ per
Gal.4.d. ſpem) ecce aſcendimus Hieroſoliman. Non
vtiq; illam quæ in ſeruitutem generat: ſed
cæleſtem & liberam. Illa autem quæ ſur-
Mat.51.a. ſum eſt Hieruſalem libera eſt, quæ eſt mater
noſtra, apoſtolus ait. An nõ ſpiritus ſancti do
na ſeptem, & (quas in euangelio ſeruator no
ſter enumerat) beatitudinis octo, aſcenſiones
in corde ſunt, & gradus quindecim: per quos
aſcendimus in montem domini, vt ſtemus in
loco ſancto eius? An non etiam virtutes illæ
(quas theologicas & cardinales appellãt) gra
dus ſunt: quibus incipientes, & proficientes,
ad culmen perfectionis aſcendunt? Sit igitur
hominis in tribulatione poſiti prior ad aſcen
ſum gradus: pia, deuota, & humilis oratio. cla
met ex affectu, & conſtans in clamore perſi-
ſtat: donec ad votum vel vtilitatem exaudiri
mereatur, et cum propheta dicat: ad dominũ
cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me. por
rò inſtabant oblatrãtes iniqui ac peruerſi ho
mines, & me ſubdolis ſermonibus ac diaboli
co aſtu, ab inſtituto & bono propoſito dimo
uere conabantur. ꝙ cum me ſerpentinis flati-
bus hinc inde impulſum conſpicerem: vo-
ce mea ad dñm clamaui: et exaudiuit me: qui
Pſ.90.v.15. exaudire ſolet toto corde clamãtes ad ſe. Cla
mauit ad me (inquit) & ego exaudiam eum:
cum ipſo ſum in tribulatione &c. Sed quæ
clamoroſæ orationis vox?

*Domine libera animam meam: à labijs* 2.
*iniquis, & à lingua doloſa.*

Illa profecto iniqua ſunt impiorum homi Eſa.5.c.
num labia: qui dicũt malum bonum, & bonũ
malum: ponentes tenebras lucem, & lucẽ te-
nebras. ponentes amarum in dulce, & dulce
in amarũ. lingua vero doloſa eſt: quæ offert
imaginem conſulendi: ſed infert perniciẽ no-
cendi. Iniqua etiam labia dęmonum ſunt ſug
geſtiones prauæ: & lingua doloſa, deceptio- Heb.4.c.
nes ſub ſpecie recti. tu ergo dñe (cui non eſt
vlla creatura inuiſibilis, ſed omnia nuda ſunt
& aperta) libera animam meam ab his omni
bus nocendi modis. Cõprime horũ labia ve-
nenoſa: frena, reprime, & cõfunde linguã, quę
dũ lãbere ſimulat, peſtiferũ vulnꝰ infligit. Se.

*Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi:* 3.
*ad linguam doloſam?*

Verba ſunt Dei, aut tribulati hominis, ani-
mam ſuam (quam videt afflictam) alloquen-
tis atque rogantis. quale eſt illud: quare tri-
ſtis es aĩa mea, & quare conturbas me? quid
(inquit) ò anima mea dabitur tibi, aut quid
ſupra datum adijcietur: quod tibi ſit tutami-
ni ac propugnaculo aduerſus linguam dolo-
ſam? omnis enim natura beſtiarum & volu- Iacõ.3.b.
crum, & ſerpentium, & cæterorum, doman-
tur & domita ſunt à natura humana, beatus
Iacobus apoſtolus ait: linguam autem, nullus
hominum domare poteſt: inquietum malum,
plena veneno mortifero. quid ergo, ò anima
mea dabitur tibi, aut quid apponetur tibi, vl
tra ea quæ à natura inſunt: quo tantum poſ-
ſis propulſare malum? ſagitta vulnerans, lin- Hier.9.b.4
gua eorum (ait per Hieremiam dñs) dolum lo
quuta eſt. in ore ſuo pacem cum amico ſuo Pſ.27.vc.4
loquitur: & occulte ponit ei inſidias. ꝙ ſi tan
tum malum lingua doloſa eſt, vt nec illud hu
mana poſsit explicare lingua: quid tibi dabi-
tur aut apponetur, ad linguam doloſam co-
rum, qui ſagittant in occultis immaculatum? Pſ.63.vc.9.
ſubito ſagittabunt eũ, & non timebunt: firma
uerunt ſibi ſermonẽ nequã. at tribulatæ aĩæ
ſed rectè ſapientis, in promptu reſpõſio eſt.

*Sagittæ potentis accutæ: cum carbonibus*
*deſolatorijs.*

Sagittæ potentiſsimi Dei verba ſunt, quæ
ſi potenter iaciantur:corda hominum transfi
gunt.de quibus iſdem propheta ſanctus dn̄m
Pſ.44.ve.7 alloquutus ait:ſagittæ tuæ acutæ: populi ſub
te cadent.at vero carbones vaſtatorij ſunt:
exempla ſanctorum.quæ cum ſimul in me-
dium adducuntur: atq; ob oculos ponuntur
carnales omnes ac peſsimas diſsipant, conſu-
munt atq; deuorant cogitationes. Nam dum
hi qui ante vti carbones mortui & fragiles
fuerunt perinde ac denigrati peccatis,quales
diuino amore ſuccenſi poſtea fuerint oſten-
duntur:& tribulantes victi confunduntur, &
in ſancto propoſito tribulati confirmantur.
Retunduntur igitur in eoſdem ac retorquē
tur malignantium detractorum atq; doloſe
palpantium accuta verba,quibus velut ſagit
tis pauperculam animam interimere nitebā-
tur:dum ipſi ſcripturæ teſtimonijs ſibi potē
tiſsime obiectis:quaſi accutioribus appetun-
tur ſagittis.Et illorum multi, adductis ſan-
ctorum patrum exemplis,non ſecus ac vaſta
torijs ignitisq́; carbonibus admotis accendū
tur,atq; accenſi conuertūtur: et(terrenarum
cogitationum affectionumq́; ſpinis atq; ve-
pribus cōbuſtis,ac penitus deſolatis) flagra-
re incipiunt veræ charitatis incēdio.niſi mul
tiplicem in neceſsitatibus beneficentiā erga
maledicum linguacem atq; doloſum, per car
bones deſolatorios intelligere velis, iuxta
Rom.12.d. ſenſum Pauli dicētis:ſi eſurierit inimicus tu',
ciba illum.Si ſitit,potum da illi.hoc enim fa
ciens: carbones ignis congeres ſuper caput
eius.charitatem ſcilicet excitabis erga te,ſu-
per mentem eius.Etenim redamabit amatus:
vel ſic prouocatus.quod vtiq; teſtimoniū: ex
Pro.25.d. prouerbijs Salomonis extractum nouimus.
Sequitur.
*Hei mihi quia incolatus meus prolonga-*
5. *tus eſt, habitaui cum habitantibus cedar:*
*multum incola fuit anima mea.*
Dolet hic(iam per gradus in altum cōſcen
dere optās)oblongā peregrinationem ſuam:
& inter obſcuros impios ac teterrimos ho-
mines,tandiu dilatum incolatum deflet. nam
in hoc ingemiſcimus(ait apoſtolus)habitatio 2.Cor.5.a.
nem noſtram quæ de cælo eſt, certe feruen-
tiſsimo deſiderio gratię moti & inſtigati:ſed
retardamur à deſiderio naturæ ſuperindui cu
pientes:ſi tamen veſtiti & non nudi inueniā-
mur.hei mihi:vox eſt doloris & gemitus.ſed
quæ doloris cauſa?quia incolatus meus (ait)
prolongatus eſt.Sum etenim longæ peregri-
nationis tedio afflictus:qui habitaui cum ha-
bitantibus cedar.cedar vtique ex progenie a
gar fuit ancillæ Sarræ,filius quidem Iſmaelis Gen.25.b.
filij Abraæ carnalis,non ex promiſsione,filij:
qui & Iſaac,eum ſcilicet qui ſecundùm ſpūm
erat perſequebatur.Cuius habitatio, commu
nio,& conuerſatio:tenebroſa eſt & obſcura,
cedar enim tenebras ſonat.meritò is igitur la
mētatur,q; habitet cum habitantibus cedar:
hoc eſt cum tetris & fuliginoſis, perinde at-
q; efferis & doloſis hominibus,magnisq́; pec
catoribus,per cedar figuratis.et ſubdit.
*Cum his qui oderunt pacem eram pacifi-* 6.
*cus: cum loquebar illis, impugnabant me*
*gratis.*
Cum hæreticis & ſchiſmaticis eram pacifi
cus.illis pacis vinculum,vnitatem ſpiritus,ac
bonam mentem optans, illudq́; apoſtolicum
eloquiū ſemper in ore verſans:fratres gaude 2.cor.vlt
te,perfecti eſtote,exhortamini, idipſum ſapi
te,pacem habete: & Deus pacis & dilectio-
nis erit vobiſcum.ſalutate inuicem,in oſculo
ſancto.at illi vti verę & chriſtianæ pacis oſo
res,è contrario aiebant:quid tibi & paci? quū 4 reg.9.
pacificè loquebar illis:impugnabant me gra-
tis.perſequebantur vtiq; innocētē,inſuper &
beneficum,nulla illis præbita occaſione, nul-
lo nucumento:quemadmodum & Chriſtum
dominum gratis perſequuti ſunt, & perſequū
tur, qui eſt Deus ſuperbenedictus in ſecula
Amen.

EPILOGVS PSALM. 119.

*AD Dominum cum tribularer clamaui:& exaudiuit me.Clamaui dicens:ò domine libera animā*
*meam à labijs iniquis,& à lingua doloſa.atq; ad animam meam uerſus aiebam: quid detur tibi*
*commodius ſatiusq́; ad hæc propulſanda mala ò anima mea,quæ hac uirulenta æſtuas uexatione,*
*non inuenio:quam ſi dentur ſagittæ potentis accutæ,diuina ſcilicet ſacræ ſcripturæ uerba, quæ*
*maledicis & doloſis obiecta,atq; in eos potentiſsime iacta:transfigunt corda,ſcindunt linguas,obſtruūt*
*q́; ora loquentium iniqua.ſunt etiam proficui carbones igniti perinde ac deſolatorij:quæ exempla ſan-*
*ctorum ſunt,officiaq́; & bona opera.hos ſi in perſequutorem ieceris carbones è diuerſo: illum inflam*
*mabis,conuinces,ac in compunctionem duces. ſi eſurierit inimicus tuus,ciba illum.ſi ſitit, potum da illi*
Rom.12.c. *(apoſtolus ait)hoc enim faciens:carbones ignis congeres ſuper caput eius.Noli uinci à malo.ſed uince*
*in bono malum:id autem non exiguæ perfectionis erit. fateor ingenuè fateor,huiuſmodi conſilium ſa-*
*lubrius eſſe:ſed uicem meam doleo,qui per tot ſecula exul à patria inter conuicaneos gemo.nec iuxta*
Phili.1. *uiperas ſecuros ſomnos capio:quæ & ſi non percutiant,ſed certe ſollicitant.q; ſi uiuere in carne,hic mi*
*hi fructus operis eſt:& quid eligam ignoro.coarctor autem è duobus,deſideriū habens diſſolui,& eſſe*
*cum Chriſto.eiuſdem apoſtoli uerba ſunt.Anhelans ergo ſuſpiro & in hanc uocem prorumpo:hei mi-*
*hi*



*hi quia incolatus meus prolongatus eſt &c,& cuum his qui oderunt pacem eram pacificus.* Nam *ipſi*
*labijs loquebantur iniquis,& lingua doloſa:ego autem leni ac molli uerbo,corde ſimplici, & ueridica*
*lingua.& quum loquebar illis,pacificè reſpondens:illi impugnabant me gratis,hoc eſt ſine cauſa, inno-*
*cuum pariter beneficumq́; ſtringebam humeros miſer,atq; ſubleuans in cælum oculos: à te Deo meo,*
*opt. Max.auxilium poſtulabam.*

PSALM. 120.

***L****EVAVI oculos meos*
*in montes: vnde veniet au-*
*xilium mihi.*
Titulus eſt, qui & præce-
dens, ſcilicet canticū graduū,
iam explicitus.Ecce iam ſecundum gradum
aſcendit,qui ad altitudinem perfectionis per
uenire ſatagit. conquæſtus eſt primum, q; in
colatus ipſius habitantis inter iniquos,fuerit
prolongatus: ob idq́; à labijs iniquis & à lin-
gua doloſa poſtulat liberari.Nunc gradū ſcan
dens,mentem eleuat in Deum,interceſsiones
ſanctorum adhibet,cōfirmationē in bono pe
tit:& à ſpiritu, interiorem cōſolationem pro
meretur audire.ait ergo:leuaui oculos meos
in montes,qui aut diuinarum perſonarū mō-
tes excelſi, & coæquales colles æterni intelli
gendi ſunt,de quibus patriarcha Iacob bene-
Gen.49.c. dicens filium ſuum Ioſeph ſic ait: benedictio
nes patris tui confortatæ ſunt benedictioni-
bus patrum eius:donec veniret deſiderium
collium æternorum &c:aut angeli atq; cæte
ri ſancti, eò q; ſtatu & gratia ſublimiores &
firmiores ſint.ad quos(inquam) leuaui ocu-
Iob.5.a. los, vt viderem anxius:vnde veniet auxilium
mihi iuxta illud in libro Iob:voca ergo ſi eſt
qui tibi reſpondeat: & ad aliquem ſanctorum
conuertere.hos igitur mediatores interpella
ui:non primarios adiutores.
2. *Auxilium meum à dn̄o: qui fecit cælum*
*& terram.*
Is adiutor fortis:qui & conditor eſt orbis.
ſit mons quantumlibet dignitate & meritis
excelſus,ſit quantumlibet ſanctus & immacu
latus:medius eſt & ſequæſter, qualis Moſes
qui de ſe ait:dn̄s Deus noſter pepigit nobiſ-
cum fœdus in oreb:ego ſequæſter & medius
fui inter Deum & vos. Dominus ipſe, mons
eſt ſuper omnes mōtes excelſior:de quo Eſa
ias ait:& erit in nouiſsimis diebus, præpara-
tus mons domus domini in vertice mōtium:
& eleuabitur ſuper colles. Ab hoc igitur qui
ceteros fecit & ſanctificauit montes,Deo ſci
licet opt.max. qui etiam bonorum omnium
largitor eſt:meum proueniet auxilium. Seq.
3. *Non det in commotionem pedem tuū: ne*
*que dormitet qui cuſtodit te.*
Verba diuini ſpiritus ſunt,introrſus reſpō
dentis:cogitationes tuas bonas atq; pios affe
ctus cuſtodiet dominus.ſecurus eſto(inquit)
nō dabit dominus in commotionem pedem
tuum.Non enim permittet cadas per ſuper-
biam:à gradu quem per humilitatem aſcendi
ſti.quippequi alibi dixeras: non veniat mihi pſ.35.ve.2.
pes ſuperbiæ:& manus peccatoris non mo-
ueat me.Ibi ceciderunt qui operantur iniqui
tatem:expulſi ſunt,nec potuerunt ſtare. ſit ti
bi etiam perſuaſum:q; non dormitabit qui cu
ſtodit te.omnis quidem dormitionis eſt ex-
pers:qui cuſtos tui eſt.nullus igitur metus ſit
tibi cadendi ob incuriam deſidiamq́; cuſto-
dis(vt loquar humano more) quādoquidem
nihil eſt que à diuina natura alienum: quam
dormitio vel dormitatio vlla.
*Ecce non dormitabit neque dormiet: qui* 4.
*cuſtodit Iſrael.*
Fidelium omnium,atque in eum creden-
tium cuſtos,ſimpliciū maxime qui veri ſunt
Iſraelitæ in quibus dolus non eſt: non quaſi Ioan.1.g.
dormiēs aut dormitans dn̄s, oſcitāter vè curā
gerit.quia nō dormitat etiam neque dormit
ſathanas ad armā durus: qui impugnat Iſrael.
Eſt ergo dominus peruigil ad fideles omnes;
qui per fidem intuentur illum.ij etenim ſunt
verus Iſrael,quem inuenit in terra deſerta: in Deu.32.a.
loco horroris & vaſtæ in ſolitudinis: circun
duxit eum & docuit,& cuſtodiuit quaſi pu-
pillam oculi ſui. Si ergo cuſtodit dn̄s omnes
diligentes ſe:cuſtodiet te etiam illum diligē- P.144.v.21
tem.an non tu ipſe es,qui olim animæ tuę cō
gratulabaris dicens: cuſtodiēs paruulos dn̄s, Pſ.114.v.6
humiliatus ſum,& liberauit me? Conuertere
anima mea in requiem tuam:quia dn̄s benefe
cit tibi.quia eripuit animā meam de morte,
oculos meos à lachrimis:pedes meos à lapſu.
Sequitur.
*Dominus cuſtodit te. dn̄s protectio tua:*
*ſuper manum dexteram tuam.* 5.
Quid hic per manum dexteram intelligi-
mus:niſi poteſtatē liberè & benè operandi,vt
bona adipiſcamur æterna?ſicut per alteram ſi
niſtram manum,poteſtatē accipere licet: qua
circa temporalia vtimur.hanc (etiam inniti)
amittimus interdum:dum exterioribus bo-
nis quandoque nolentes expoliamur,Illā ve-
rò nunquam perdimus niſi volētes. eſt enim
dn̄s protectio ſuper manum dexteram. hoc
igitur ò homo ſit tibi ſatis q; dn̄s cuſtodit te,
dn̄s protectio tua:ſuper manū dexteram tuā.
quid perdere times,quod amiſſum,nullum ti
bi incommodum adfert?nihil dextrum(te in
uicto)

uicto)tollet à te quiſquam.non fidem, ſpem,
charitatem,cæteraſq; virtutes. non gaudium
internum in ſpiritu ſancto,de quo dominus:
Ioan.16. c. gaudebit cor veſtrum:& gaudium veſtrũ ne
mo tollet à vobis.nam qui dedit poteſtatem
Ioan.1.a. filios Dei fieri,his qui credunt in nomine e-
ius:is cuſtodit te eritq; protectio tua : ſuper
hanc manum dexteram tuam.

6. *Per diem Sol non vret te:neque luna per noctem.*

Protegit quidem per diem:dum proſperi-
tati conſulit,ne mundanæ claritatis,& gloriæ
extollentia,veluti quadam ſolis pereas adu-
ſtione.nec minus etiam aduerſitati proſpicit
per noctem: ne deliquio animi deficiés,dum
varijs huius ſeculi quaſi lunæ mutationibus
perturbaris:in deſperationis barathrum deij
ciaris.Erit igitur tibi dñs in æſtu diei vmbra
culum,defenſaculumq; in humiditate noctis:
vt nec ſit ꝙ nimis proſpera timeas neq; aduer
ſa:qui protegentem habeas dominũ & hæc
& illa tẽperatem. Proteget enim te: vt olim
Iſraelem ſuum in figura.Cui egredienti ab æ-
Exo.13.d. gypto,& ad terram promiſsionis aſcendenti:
nunquam defuit columna nubis per diem: ne
que columna ignis per noctem.proteget (in
quam)ne circa permanentia & æterna, muta
bilia & temporalia:errore vllo deceptus laba
ris vnquam : ſed(quod ad æternam ſalutem
neceſſarium eſt)de ſole & luna , diuina pari-
ter & humana,memor ſis in Chrõ natura. Ita
tamen,ꝙ claritatem alterius cõtemplans: (vt
Pro.25 d. qui ſcrutator eſt maieſtatis) non opprimaris
à gloria, nec in alterius infirmitate cæſpitans
confundaris.Efficiet igitur,vt nec ſol per dié
vrat:nec luna tibi ſit nocumẽto per noctem.
Atque vt omnia breuiori protectionis com-
pendio claudam.

*Dñs cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat*
7. *animam tuam dominus.*

Sicut bona animæ, vera abſolute & ſim-
pliciter bona dicuntur,cætera verò cum ad-
ditamento bona,vti bona corporis, bona for
tunæ,& id genus alia:ita è diuerſo ſimplici-
ter & abſolute mala ea dicenda ſunt:quæ ma
la animæ ſunt.qualia ſunt crimina,atque carẽ
tia viſionis diuinæ, quæ maius immo omne
malũ eſt,maiorq; pro criminibus inflicta pœ
na:ſicut è cõtrario viſio & fruitio beatifica,
dicitur omne bonum,iuxta illud domini ad
Moyſem dicentis:ego oſtendam omne bonũ Exo.33. d. Mat.6.d.
tibi:ſed ſicut etiam anima (dicente Chriſto)
plus eſt,quam corpus.qui ergo te à peccato
& æterna illi debita pœna præſeruat:rectè di
citur ꝙ te cuſtodit ab omni malo. Cuſtodit
enim animam tuam dominus,cuſtodit & cu-
ſtodiat ſemper,vt non accedat ad te malum Pſ.90.v.10
culpæ:& ſi flagellum pœnæ (id quidem ſini-
ſtrũ eſt)appropinquet tabernaculo tuo. Seq.

*Dominus cuſtodiat introitum tuum &* 8.
*exitum tuum:ex hoc nunc , & vſque in ſeculum.*

Eſt introitus & exitus: vitæ , tentationis,
imò & cuiuſlibet actionis.nec opis aut facul
tatis eſt noſtræ,vt omnia ad vota ſuccedant:
Dei munus eſt hoc.quamobrem ait:dñs cu-
ſtodiat introitum tuum &c.introitũ (inquã)
quo ſimilitudines ſenſatarum rerum exte-
riorum ad animam intrant:et exitum, quo af
fectiones interiores egrædiuntur ad appeti-
ta. vt etiam ſit in perſeuerantia bonũ,ſubdit,
ex hoc nunc & vſque in ſeculum,totus enim
huius vitæ decurſus,velut nunc & inſtans tẽ-
poris eſt.nam ſicut quidam ait , de tempore
non habemus niſi nunc.futurum autem ſecu-
lum æternum erit.In quo aſcendentes in mõ
tem,accipient benedictionem à domino , &
miſericordiã à Deo ſalutari ſuo:qui in ſeculo
rum ſecula regnat Amen.

EPILOGVS PSALM 120.

*Leuaui oculos meos in montes:unde ueniet auxilium mihi.In altum,mentis erexi oculos. Ibiq; primũ altiſsimos illos mõtes,tres uidelicet in unitate eſſentiæ pſonas: cõtẽplatus ſum ac dein angelicos ſpiritus natura & gratia ſublimes cæteroſq; ſanctos:in huius uitæ ſuffragiũ interpellaui.ſed auxilium meum à ſolo dño potentiſsimo ac rerum omniũ conditore,tanquam à primario fonte prouenturum ſpero,quamobrem gradum intrepidus aſcendam:qui interius ſanctum commonentem audio ſpiritum meumq; augentem animum ſentio.atq; dicentem:non dabit dominus in commotionem pedem tuum ut labaris,non ex incuria illius cades,neq; dormiet qui cuſtodit te.Ecce non dormitabit nec dormiet:fidelium cuſtos.Dñs cuſtodit te , & ipſe protectio tua,ut proſpere agas,& à uirtute in uirtutem aſcendas: quo uitam adipiſcaris æternam. per diẽ ſol non uret te:neq; luna per noctem.nec enim (protegente Deo) extolleris proſperis:nec deijcieris aduerſis. quia dñs cuſtodit te ab omni malo culpæ,quod uerè,ſimpliciter,& abſolute malũ eſt:cuſtodiet quidem animam tuam dñs.Ipſe etenim eſt qui cuſtodiet introitum & exitum tuũ ſemper:ut operis tui initium,medium,& finis,cum perſueraṇtia dirigantur in bonum illud:quo fruuntur ſancti in cæleſti domo habitantes:ad quam tendere nitimur.& interim in hac peregrinatione,uel illius ſola memoria,& ſpe firma illuc perueniendi,lætamur.*

PSALM. 121.

Lætatus



LAETATVS *ſum in his quæ dicta ſunt mihi: in domum dñi ibimus.*

Huius pſalmi titulus eſt,
qui & duorum præcedentiũ;
ſcilicet canticum graduum,iam ſuperius elu-
cidatus.ecce iam tertium gradum aſcẽdit cæ
leſtis patriæ inflammatus amore:ꝙ à lege,&
prophetis,euãgelio, & apoſtolis, vel interna
inſpiratione , hæc paucula verba audierit, in
domum domini ibimus.quamobrem gaudẽs,
& interioris ſuæ lætitiæ rationem reddens:in
hæc verba prorumpit,lætatus ſum in his quæ
dicta ſunt mihi.ꝙ ſi tãta de ſola auditione læ
titia:quanta erit(obſecro)de fœlicíſsima illa
æterna hæreditatis perceptione poſſeſsione
ac fruitione exultatio?magna erit vtiq;:quan
do gaudium erit plenum,& perpetua nuſquã
illam amittendi ſecuritas.nũc enim fides quæ
ex auditu eſt,ſpes,& charitas te exulem à pa
tria conſolantur & peregrinum: tunc autem
Eſa.60.a. cum videbis & afflues, & mirabitur & dilata
bitur cor tuum,&(ſicut ante iſdem propheta
Eſa.33.d. dixerat)oculi tui videbunt Ieruſalem habita.
tionem opulentam,tabernaculũ quod nequa
quam transferri poterit,nec auferentur claui
eius in ſempiternum,& omnes funiculi eius
non rumpentur,quia ſolúmmodo ibi magni-
1.Per.1.b. ficus dominus Deus noſter:tunc(inquã)exul
tabis lætitia inenarrabili & glorificata &c: di-
ceſq; cum cęteris ſanctis,ſicut audiuimus ſic
Pſ.47. v.7 vidim' in ciuitate dñi virtutũ,in ciuitate dei
noſtri , Deus fundauit eam in æternum.Seq.

*Stantes erant pedes noſtri:in atrijs tuis*
2. *Ieruſalem.*

Ecce nunc interim ò domus ſuperna & ve
rè beata Ieruſalem:ſtãtes ſunt cogitatione &
auiditate pedes noſtri qui & affect': in atrijs
tuis quæ hinc quaſi rapti contemplamur:nec
Exo.16.a. vti ſedentes ſuper ollas carnium,bonis huius
ſeculi delectamur:noſtra enim conſolatio, in
Phili.3.d. cælis eſt.dixi ſtantes:quia & ſi ibi fixi ſint af-
fectus:in tranſitu tamen,nec enim permanen
Phili.3.c. ter aut plene quieſcunt.nõ ꝙ iam acceperim
aut iam perfectus ſim(ait Paulus)ſequor aũt
ſi quomodo comprehendam:in quo & com
prehenſus ſum à Chriſto Ieſu.fratres (inquit)
ego me non arbitror comprehendiſſe. vnum
autem,quę quidem retro ſunt obliuiſcens:ad
ea verò quæ ſunt priora extendens me ipſum
ad deſtinatum : perſequor ad brauium ſuper
næ vocationis.dixi etiam ſtantes: quia nõ ad
caſum procliues,ſed in hac via recto tramite
gradientes ac benè operantes.Sequitur.

*Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas:cu-*
3. *ius participatio ,eius in idipſum.*

Eccleſia hæc ſancta militans:in dies ædifi
catur:cuius ciues in vnam fidem coeũt,id ip-
ſum pariter ſentientes,cæleſtis etiam illa Ie-
ruſalem quæ viuis ex lapidibus ædificatur vt
ciuitas ; ciuitas quidem Dei de quaglorioſa Pſ.56.v.
dicta ſunt:ipſa eſt de qua loquimur. cuius cõ
munio eſt:vnius eiuſdemq; boni & æterni,in
veræ ac perfectæ charitatis connexione om
nium ciuium participatio.nec aliunde ſibi p
uenit annona abundans illa & glorioſa:qua ci
ues cælici fruuntur & ſine faſtidio ſatiantur:
eſt enim eius,in idipſum.Sequitur.

*Illuc enim aſcenderunt tribus , tribus do-* 4.
*mini teſtimonium Iſrael:ad confitendum nomini domini.*

Materialis Ieruſalem adquam ter in anno iu
daicę tribus diuinam excellentiam proteſtan
tes aſcendere conſueuerunt, alterius cæleſtis
typum geſsit, ad quam ire expectamus. nec
enim caſſa eſt ſpes noſtra, aut illuc aſcenden-
di fruſtrabitur noſter affectus:nunc maximè,
vbi Chriſtus ad nos venit,cuius incarnationis
myſterium nobis(qua cęlum aſcendimus)ſca
la fuit eodem dicente dño:nemo venit ad pa Ioan.14.a.
trẽ niſi per me.Illuc igitur iam tribus, tribus
(inquam)domini,quæ per fidem formatam
illi adhæſerunt:pia meditatione,in illam ſcili
cẽt cæleſtem Ieruſalem aſcenderunt. quippe
qui teſtimonio fidei probati inuenti ſunt , ꝙ
vere fuerint Iſraelitæ,in quibus dolus nõ eſt:
aſcenderunt illuc,vt ſine intermiſsione nomi
ni eius laudem tribuant. nec id exiguum eſt
Iſraeli teſtimonium: cui olim ſcala oſtẽſa eſt
ſtans ſuper terram,& cacumen illius tangens
cælum &c.ꝙ ſi illæ primum tribus medita-
tione & ſpe,poſtea vero re aſcenderunt:quid
miramini ſic illuc etiam pedes & affectus no
ſtri nunc primum aſcendant: vt cõtemplẽtur
ciuitatem in æternum permanſuram?

*Quia illic ſederunt ſedes in iudicio : ſedes* 5.
*ſuper domum Dauid.*

Nec ſolùm ij(quos diximus)aſcenderunt:
verùm etiam illic ſederunt in iudicio,vt cum
Chriſto iudice,iudicent ſuper eam quæ nunc
militat eccleſiam,quę & domus Dauid appel
latur in typo.cũ tñ & ipſi ſedentes:Dei ſedes
ſint in quibus habitat,ſedet, & requieſcit. ſi-
cut ipſe per Eſaiam ait:cælum ſedes mea eſt Eſa.66.a.
&c.quia ſancti & iuſti perfectiores:ſedes do
mini ſunt,qui & in futuro iudicio ad iudicia
riam dignitatem ſtatuentur:iuxta Chriſti pro
miſſum dicentis:amen dico vobis,ꝙ vos qui Mat. 19. d
ſequuti eſtis me:in regeneratione quum ſede
rit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ: ſede
bitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicãtes
duodecim tribus Iſrael,quod cum ita futurũ

ſit

ſit:propter certitudinem tamen prophetiæ,
non ſedebunt,ſed(quaſi præteritum) ſederūt
dixit Dauid ſanctus.mirabile dictu , ꝙ ſedes
ipſæ ſedeant coniudicantes.ponitur enim cō
tinens pro contento,hoc eſt ſedes pro ſeden-
te.ſicut appellantem ad papam:ad ſedē apo-
ſtolicam appellaſſe dicimus.Sequitur.

6. *Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem: & abundantia diligentibus te.*

Verba ſunt adhuc peregrinantis militantis
q;:& cæleſtem illam Ieruſalem vbi plena pax
eſt,alloquētis.ò tu(inquit) Ieruſalem ſancta,
dicta pacis viſio.cuius ſeras portarum cōfor
P.147.v.2. tauit dn̄s,& benedixit filijs tuis in te,qui po-
ſuit fines tuos pacem: non ſis oblita fratrum
tuorum,qui adhuc in agone contendunt. Ro
gate vos ciues ſuperni,quæ ad pacem ſunt:eā
illis à rege pacifico, cui ſemper aſsiſtitis po-
ſtulate,vt filij eius & cohæredes regni voca-
Mat.5.a1 ri mereantur.nam beati pacifici, quoniam fi-
lij Dei vocabuntur.omnia igitur illa quę chri
ſtianam pacem concernunt:illis veſtris præci
bus impetrate.inſta opportunè & importun-
nè vrbs Deo dilecta:quo ſit etiam diligenti-
bus te chariſmatum ac donorum omnium a-
bundantia.augeatur hic charitas in via: vt au
cta,perfici mereatur in patria:in eminētiori-
bus principibus , ducibus , ac prælatis. hæc
enim caſtrorum acies ſic ordinata:virtus tua
bellica eſt eccleſia ſublimis & ſancta.

7. *Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.*

Fiat pax in fortalitio & exercitu tuo : vt
virtutum omnium abundantia fiat. proſpice
ergo illi turribusq; & roboris ac bonorū om
nium veniant incrementa : vt nihil proficiat
inimicus in eis,& filius iniquitatis non appo-
nat nocere eis.fiet enim pax:ſi homo Deo,&
ſenſus rationi ſubdantur.quod vt fiat,in turri
bus animæ(quæ ſuperiores potentiæ & vires
ſunt)adſit gratia neceſſe eſt:adſit charitas er
ga Deum & proximum,omnia pacans & cō-
ponens.pro cuius habundantia orat apoſto- Phili.1.b.
lus ad philipenſes ſcribens:& hoc oro ait, vt
charitas veſtra magis ac magis abundet.ecce
præcationem meam,paucis abſolui:tu ſuper
na ciuitas,non tam verba quam affectum re-
ſpice.Sequitur.

*Propter fratres meos & proximos meos: loquebar pacem de te.* 8.

Pacem petitis & quæ ad pacem ſunt , (ait Phili.4.b.
eccleſia quæ triumphat in cælis ) & pax Dei
quæ exuperat omnem ſenſum: cuſtodiat cor
da veſtra & intelligentias veſtras in Chriſto
Ieſu.nempe hoc eſt charitatis munus: vt inui
cē diligamus. vos quidem fratres mei & pro-
ximi,qui adhuc in ſtadio eſtis,& ideo bellum
geritis,vt pacem habeatis:pergite,& ſic cur-
rite vt comprehēdatis. Ego interim propter 2.Cor.9.
vos quos meos conciues ſpero:cōmuni ſpon
ſo preces effundam. age dum ſoror mea ec-
cleſia adhuc militans & exul à patria:parum-
per expecta,loquebar enim & loquar pacem
de te atque negocia pacis agam.

*Propter domum domini Dei noſtri: quæſiui bona tibi.* 9.

Porro vt ædificatio conſtructa creſcat in Ephe.2.
templum ſanctum in domino,& ciuium nu-
merus augeatur:precibus quæſiui bona tibi,
quæ ex Dei gratia acquiſiui mihi.ſit ipſi ho-
nor & gloria viuenti in ſeculorum ſecula A-
men.

EPILOGVS PSALM 121.

*LÆtatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi:in domum domini ibimus.* Didici fide( *quæ ex auditu eſt)& ex diuinæ ſcripturæ dictis perpendi : q, in domum domini ibimus, de qua glorioſa & mirabilia ſcripta ſunt mihi,& lætatus ſum,iam nimia arripiendi itineris a uiditate affectus.ecce ſtantes erant pedes noſtri:quaſi in procinctu ad atria tua pergen di Ieruſalem ſancta.non terrenam alloquimur,ſed cæleſtem Ieruſalem , quæ ædificatur ut ciuitas:cuius participatio,communio,atq; comertium,eſt eius in idipſum.à ſummo quidem progredi tur Deo:& in ipſum redit.nec erit caſſus labor.Illuc enim aſcenderunt tribus,tribus(inquam)domini fi deles:ad confitendum nomini dn̄i.quod utiq; munus:illius domus cæleſtis habita[illegible]ibus perpetuum eſt.* tor *an non rei huius ſcala quam uiderat:teſtimonium fuit Iſraeli?Illic etiam ſederunt principes illi,qui in fi nali iudicio cum Chriſto,ſuper duodecim ſedes erunt:quaſi aſſeſſores coniudicantes orbem.Eia uos er go fideles tribus dn̄i,interrogate quæ fieri debeant,ad illam pacem conſequendam,quæ exuperat omnē ſenſum.& tu Ieruſalem ſancta,uosq; ciues ſuperni rogate quæ ad pacem ſunt.Exulum eſto memor ciui tas ſancta quæ gaudes amœnitate pacis & fœlici tranquillitate quieſcis : & deprecare dominum, cuius faciem intueris.ſit etiam huiuſmodi pacis abundantia:& te diligentibus & ad te ſuſpirantibus.fiat pax in chriſtiano exercitu primoribusq; illius:ex his enim conſtat ea quæ in hoc ſeculo militat eccleſia quæ tua bellica uirtus eſt:terribilis ut caſtrorū acies ordinata.Reſponde iam exuli & anxius deprecanti:Ie ruſalē ſancta dicta pacis uiſio.& ipſa,propter fratres meos:et proximos meos annuā uotis.quādoquidē nō ſolum eorum:uerum etiam res agitur mea chariſſima ſoror. Ideoq; propter domum dn̄i Dei noſtri, quæ conſtruitur in cælis,ubi mecum conuiuentes,domeſtici tui futuri ſunt:quæſiui bona tibi orans cum*

Paulo



Phili.1.b. *Paulo ut charitas ueſtra magis ac magis abundet in ſcientia & in omni ſenſu. quæſiui utiq; & acqui ſiui: eaq; à ſponſo nobis dilectiſſimo impetraui.tu interim ora : uigila & clama opportunè & impor*
1.Co.9.b. *nè:potēs eſt autem Deus(iſdem Paulus ait)omnem gratiam abūdare facere in uobis,ut in omnibus ſem per omnem ſufficientiam habentes,abundetis in omne opus bonum.*

PSALM. 122.

*AD te leuaui oculos meos: qui habitas in cælis.*

Titulus eſt,canticum graduum,iam
expoſitus. Nunc quartum aſcendit gradum
qui culmen attingere cupit : & terrena ſper-
nens,mētis ſuæ oculos in bonorum omnium
dirigit largitorem. non ſecus ac ſeruus pen-
dens à manu heri, vel ancilla manus dn̄æ ſuæ
contemplans:expectanſq; benedictionis ſua-
uitatem,ait ergo,ad te leuaui &c.leuat ocu-
los in cælū, q ad cæleſtia ſuā dirigit intentio
nē:vt in eū ſit mēs tota defixa:de cuius largiſ
ſima manu,bona expectat oı̄a prouētura. Se.

*Ecce ſicut oculi ſeruorum: in manibus dominorum ſuorum.*

2. Serui Dei ſumus empti pretio magno,& v-
tinam nō inutiles ſerui:qui ſub ditione ac po
teſtate illius viuimus,mouemur & ſumus.do
minus mortificat,& viuificat:deducit ad infe
1.Reg.2.a ros & reducit. dn̄s pauperem facit & ditat:
humiliat & ſubleuat &c.vt ergo ſerui ad tem
poralium dominorum ſuorum manus inten-
ti ſunt,ꝙ inde miſericordiā ſint accepturi. &

3. *Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad dominum Deum noſtrum,donec miſereatur noſtri.*

Quippe ancilla vel dum fuſte aut flagellis
ceditur: vel dum quoduis beneficium expe-
ctat:manus intuetur heriles. nec ſecus oculi
noſtri dum bona expectamus vel dum flagris
à domino corripimur:pia quadam & fiducia
li expectatione in dominum Deum noſtrum
defixi ſunt quo tādem miſereatur noſtri. por
ro miſeriam propriam agnoſcimus:& diuinā
potentiam ſummamq; erga nos bonitatem cō
templamur.contemplamur(inquam)indigen
tiam noſtram.atq; illius largitatem.et vt ſer-
uuli,interiore affectu ipſoq; mentis intuitu:
clamamus dicentes.

4. *Miſerere noſtri domine,miſerere noſtri: quia multum repleti ſumus deſpectione.*

Ecce nos miſeros ac miſerabiles:te autem
miſericordem dominum confitemur. et quo
doloris magnitudinem & vehementem peti
tionis noſtræ oſtendamus affectum: non ſim
plo quin hoc potius geminato miſericordiā
imploramus verbo:miſerere noſtri domine,
miſerere noſtri ſecundùm magnam miſeri-
cordiam tuam & ſecundùm multitudinē mi-
ſerationum tuarum:quia multum repleti ſu-
mꝰ deſpectione.verè qui ſic clamāt:vt ancil-
la dn̄ę,ita rationis & fidei ſubdūtur imperio,
clamamus igitur aſcendētes,& in timore cla
mamus ad dominum qui habitat in cælis:quē
forte proficientes amicū vocamus quale eſt
illud euāgelicum:amice,commoda mihi tres Luc.11.a.
panes.deinde cum ſponſa fratrem: quis mihi
det(inquit)te fratrem meum ſuggentem vbe
ra matris meæ,vt inueniam te ſolum foris,&
de oſculer te:& iā me nemo deſpiciat.poſtre Cant.8.a.
moq; ipſum vocamus patrē:ꝙ acceperimꝰ ſpi
ritum adoptionis filiorum Dei in quo clama Rom.8.c.
mus abba pater.ipſe enim ſpiritus teſtimoniū
reddit ſpiritui noſtro: ꝙ ſumus filij Dei. quā
obrem præceptis ſalutaribus moniti,& diui-
na inſtitutioni formati , audemus dicere:Pa-
ter noſter qui es in cælis, ſanctificetur nomē
tuum &c. Miſerere igitur miſerere, quia ni-
mium deſpecti ſumus.

*Quia multum repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus , & deſpectio ſuperbis.* 5.

Vel ſicut alij tranſtulerunt,multum reple-
ta eſt anima noſtra opprobrio abundantium,
& deſpectione ſuperborū. anima noſtra (ait)
adeò repleta eſt malis:vt iam diuitibus huius
ſeculi opprobrium,ipſiſq; ſuperbientibus de
ſpectio ſimus,dæmones enim vitam noſtram
conculcare:atq; in puluerem deducere conā-
tur. ecce ipſi peccatores abundantes in ſecu- Pſ.72.v.12
lo,qui obtinuerunt diuitias : deſpiciunt nos,
& conſortium noſtrum abominantur.conui-
cia in nos cōgerunt & maledicta:& quaſi de
ſpicabiles omnino & contemptibiles,ſua nos
reputāt communione indignos.Succurre igi
tur piiſſime Deus: & miſeris atque abiectis
tuæ miſerationis fauorem imple, atque ma
nu tua potēti ſuperbiā illorū cōprime , noſq;
humi iacētes erige,gratiā præſta, & promiſ-
ſam tribuæ æternæ gloriæ coronā:qui viuis
& regnas Deꝰ,ꝑ infinita ſeculorū ſecula amē.

EPILOGVS PSALM. 122.

AD *te leuaui oculos meos:qui habitas in cælis.Nec ſecus ac ſerui in manus dominorum ſuorū, aut ancillæ oculi defixi in manus dominæ ſuæ:ita oculi noſtri in dn̄m Deum noſtrum defixi ſunt, ex pectantes miſericordiæ ſuæ largiſſimam benedictionem. nempe nutibus & ſignis, ipſaq; flebili uoce prorumpimus in hæc uerba:miſerere noſtri domine,miſerere,quia abiecti,& amaritudini bus oppleti,ſumus adeò:ut opprobrium facti ſimus diuitibus:ipſiſq; ſuperbientibus deſpicabiles cōtemp*

tibiles

*tibileſq;. porro miſericordiæ Dei fuit: q iam miſerijs obruti non fuerimus & conſumpti.*

PSALM. 123.

*NISI quia dominus erat in nobis (dicat nunc Iſrael:) niſi quia dñs erat in nobis.*

Titulus eſt: canticum graduum, iam ſuperius elucidatus. nunc quintum gradum aſcendit accepta beneficia recognoſcens: & pro illis atq; obtenta victoria Deo gratias agens. qui quandoq; vt vnus loquitur, quandoq; verò vt plures: eò ꝙ multi vnum ſint in Chriſto, & in multis vnus iſdemq; ſit ſpiritus. dicat ergo is cuius vita militia eſt ſuper terram. et ea quæ toties euaſit pericula recolẽs: qui ex ſupplantatore Iacob in ſpe certa nunc factus eſt Iſrael, quiq; aliquando verus Iſrael, facie ad faciem videns Deum eſt futurus in re: dicat, niſi quia dñs erat in nobis. iterum atq; iterum, quæ olim præmentia mala perpeſſus eſt, mente perluſtret: & deuicta miretur portenta. nec ſibi ipſi triumphum aſcribat ſed dño virtutũ: gaudeatq; ſe iuxta periculum non periſſe, & plenis (vt aiunt) buccis in Dei laudem dicat, niſi quia dñs erat in nobis. aderat quippe dñs, qui ſi vti adiutor fortis non adfuiſſet.

Iob. 7. a.

2. *Cum exurgerent homines in nos: forte viuos deglutiſſent nos.*

Inſurrexerunt homines iniqui, & blanditijs primum, deinde minis, terroribus, ac tormentis, & vltra quam dici poteſt immaniſsima feritate, eũſq; nos inuaſerunt: ꝙ niſi dominus aſtitiſſet auxiliator: citra omnem ambiguitatem, vti imbelles & viribus deſtitutos, viuos etiam nos deglutiſſent: non ſecus ac cete grandia, paruos ſolent piſciculos deuorare. dixi forte, nõ ꝙ in re certa dubitem: ſed ꝙ hoc verbum maieſtatem quandam & grauitatem afferat aſſertioni. nec per hoc velim arbitrij libertati (cui ad bonum diuinum auxilium neceſsarium eſt) vel in aliquo derogare. porro viui adhuc pereũt in certamine: qui rei veritatem agnoſcentes, nec malitiam iniquorum ignorantes: ipſorum prauis dogmatibus acquieſcunt. Reliqui verò craſſæ ignorantiæ tenebris obuoluti: non adhuc viui, ſed iã mortui, dũ fallaci ſuaſioni cõſentiũt: ꝑpetuæ damnationis faucibus abſorbẽtur. Seq.

3. *Cum iraſcetur furor eorum in nos: forſitã aqua abſorbuiſſet nos.*

Ij (quos diximus perſequutores) inſidiantur primum in occulto: vt ſuis artibus interficiant innocentem. de quibus iſdem propheta ait: errauerunt ab vtero, loquuti ſunt falſa, furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis &c. at vbi aperte iraſci & inſolentiſsima immanitate ſæuientes furere cœperunt: (haud dubium) ſi non aſtitiſſet dñs: periſſemus. nam veluti aqua ſubitò ac vehementer innundans: abſorbuiſſet nos: demergeretq; in profundũ, quis (obſecro) tam cõſtans: qui eorũ impulſibus obſiſtere poſſet: niſi quia dñs erat in nobis opem conferens ſalutarem? Sequitur.

Pſ. 57. ve. 3.

4. *Torrentem pertranſiuit anima noſtra, forſitam pertranſiſſet anima noſtra: aquã intolerabilem.*

Quidam non ſic tranſtulerunt: ſed torrens pertranſiſſet animam noſtram: pertranſiſſet animam noſtram aqua intolerabilis. quod vtiq; in idem recidit. ecce miramur nũc molem magnam & tribulationum congeriem, quaſi innudantium aquarum torrẽtem vi magna & impetu decurrentem: quem (mirabile dictu) pertrãſiuit anima nr̃a quia dñs erat in nobis. putas ne ꝑtrãſiſſet aĩa nr̃a aquam intolerabilẽ: niſi quia dominus erat in nobis? abſit hoc à ſano capite: vt quis hunc fœlicem trãſitum proprijs viribus imputare contendat. Munus Dei fuit & potentiſsimi ducis noſtri: qui vt nos inſtrueret, fortitudinẽq; tribueret & audaciam: prior de torrente in via bibit, & propterea exaltauit caput. tantę molis erat horribilem hunc & rapidum permeare torrentem: ꝙ poſt tranſitum, nos ipſi quaſi rem vix credibilem demiramur. erat enim aqua intolerabilis & immenſa. at totum hoc cedit in ſummi Dei laudem. proinde.

Pſ. 109. v. 8.

5. *Benedictus dñs: qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.*

Venatores ſunt dæmones dæmonumq; miniſtri: qui venatoriam ſuam artem in ſanctos exercere conãtur. de quibus in ſcripturis ſanctis non rarus nos commonet ſermo: ne horum ignorantia nos reddat incautos. ij habẽt mille nocendi modos, nihilq; intentatũ relinquũt: vt capta potiantur præda, quam dentibus attritam in ventrem ſuum traijcere ſibiq; incorporare nituntur. at benedictus dominus, qui non hactenus nocere permiſit, vt illorum voluntati pariter & voluptati obſequentes: eorum delitiæ eſſemus, & damnabile nutrimentum. carnem dilacerare potuerunt: animam autem tangere non permiſsi ſunt.

6. *Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium.*

Inuenti ſunt in populo meo impij inſidiantes quaſi aucupes (Hieremias ait) laqueos ponentes & pedicas: ad capiendos viros, ſed cũ adeſſet eripiens inopem de manu fortiorum eis: anima noſtra erepta eſt non ſecus ac paſſer de laqueo venantium. ſpreuit quidẽ vitæ præſentis

Hier. 5. d.

Pſ. 34. v. 12.



præſentis dulcedinem ac delectationem: qua veluti laqueo detinebatur anima. Et ſupernorum auida contemplatione ac deſiderio conſcendit in altũ atq; pennigero volatu laqueũ aufugit, vt infernos euaderet pœnas. quid tandem?

7. *Laqueus contritus eſt: & nos liberati ſumus.*

Perit fallax illa dulcedo & tranſitoria delectatio: quæ quaſi flos egreditur & cõteritur? Rumpuntur illi nexus, de quibus apoſtolus liberari cupiebat dicẽs: infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Ieſum Chriſtum: & nos ita liberati ſumus. Atqui vere liberi, quia filius nos liberauit. quamobrẽ hæc gratiarum actionis vox nostro ſemper reſonabit in ore.

Rom. 7. d.

Ioan. 8. e.

8. *Adiutorium noſtrũ in nomine dñi: qui fecit cælum & terram.*

Non aliunde nobis adiutorium, niſi à Deo cæli & terræ cõditore prouenit. hoc nos aliunde quæremus, aut expectabimus vnquam. ſit ipſe ſuperbenedictus in ſecula. Amen.

EPILOGVS PSALM. 123.

*Niſi quia dominus erat in nobis dicat nunc Iſrael: niſi quia dñs erat in nobis, vox martyrum. cum exurgerent homines in nos: fortè uiuos deglutiſſent nos. ſit ipſi gloria ſeruatori noſtro Chriſto: qui fautor nobis aſtitit, adiutor & protector. quis nunc (obſecro) in nos debacchantium furori obſiſtere poſſet? nempe ſi non obſtitiſſet Deus: forſitam perſequutio quaſi ſubito inundans aqua abſorbuiſſet nos. torrentem utiq; inſolentiſsimum rapidumq; pertranſiuit uita noſtra opitulante Deo, & tranſacto periculo, rei magnitudinem conſiderantes: rogamus inuicem dicentes, putas ne pertranſiſſet anima noſtra aquam immenſam, niſi dominus adiuuiſſet? benedictus dominus qui compeſcuit rabiem furentium inimicorum: nec nos dedit in prædam, eorum dentibus coterendam. porro anima noſtra erepta eſt ſicut paſſer de laqueo uenantium. nam contritus eſt laqueus, quo detinebamur captiui: & nos liberati ſumus. quippe qui adiuti ſumus à domino, qui fecit cælum & terram. Quamobrem illi ſoli fidamus, & nõ erit quod timeamus.*

PSALM. 124.

*QVI cõfidunt in dño, ſicut mõs Siõ: nõ commouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem.*

Titulus eſt; canticum graduum. iam ſextũ gradum aſcendit: plenam in dño confidentiã habens. Hic multipex eſt legendi modus; vt ſit ſenſus, qui confidunt in dño: erunt vtiq; fixi & ſtabiles ſicut mons Sion. & deinde ſequatur; non enim cõmouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem: ſicut & mons ille nõ cõmouetur, ſed immobilis perſeuerat. vel ſic, qui cõfidunt in dño nõ cõmouebuntur: ſicut mons Sion nõ cõmouebitur in æternum: qui mons habitat vel ſitus eſt in Ieruſalem. vel aliter. qui confidunt in dño, qui habitat in Ieruſalem: non cõmouebuntur. vt ſit parentheſis (ſicut mons Sion non cõmouebitur in æternũ). eſt quidem adeo firmus: vt humana virtute moueri non poſſit. lege vt libet, omnes hi modi ferè in eundem ſenſum recidunt. pręſefert etenim in hoc verſu ſpiritus propheticus: per hanc ſimilitudinariam collationem: fiduciã hominis in dño roborare. optimũ eſt enim (vt apoſtolus ait) grã ſtabilire cor. Per Ieruſalẽ aũt, nõ terrenã quæ varijs mutationibus ſubacta eſt: ſed cæleſtem illã accipe nobilẽ & immobilẽ, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio, eius in idipſum: vbi viſio pacis, plena ſecuritas, nullum malum, omne deniq; bonũ eſt. quoniam cõfortauit dñs ſeras portarum ſuarum: benedixit filijs ſuis in ſe. recte igitur ait, ꝙ qui confidunt in dño, qui habitat in Ieruſalẽ: non cõmouebũtur ſicut mõs Siõ idest eccleſia Chriſti ſancta quę adhuc militat, non commouebitur à fide, ſpe & charitate: ſed in æternum cũ ſponſo ſuo firma & ſtabilis permanebit: nec enim cõmouebitur qui habitat in Ieruſalẽ: quia Ieruſalẽ non cõmouebitur, ſed erit perpetua ſtabilitate firma. Seq.

Heb. 13. b.

2. *Montes in circuitu eius: & dñs in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & vſque in ſeculum.*

Quomodo cõmouebitur ciuitas: cuius fundamenta in mõtibus ſanctis? & diligit dñs portas Sion: ſuper omnia tabernacula Iacob. mõtes etiam in circuitu eius, angeli ſcilicet potẽtes & ſublimes: ad eiuſdẽ cuſtodiam deputati. Et circuit eã dñs, illi proſpiciens vndequaq;: nõ eſt ꝙ poſsit cõmoueri. putas ne dormitabit aut dormiet, qui cuſtodit Iſrael? aut nõ erit ꝓtectio ſingularis eius: quã in æternũ eſt permanſura? at cũ mõtes ſint in circuitu eius: ocioſum dices, ꝙ dñs ſit in circuitu populi ſui. ſed audi: niſi dñs cuſtodierit ciuitatẽ: fruſtra vigilat qui cuſtodit eã. ipſe cuſtodes apponit: & ſine intermiſsione cuſtodire iubet, & robur tribuit ad cuſtodiã. ipſe in medio eius ꝙ nõ cõmouebitur: adiuuabit eã Deus mane diluculo, ne commoueatur. & dñs in circuitu populi ſui: vt ex hoc nunc & vſq; in ſeculum: fixus & ſtabilis perſeueret. neceſſe eſt ergo, vt Deus apud quem non eſt tranſmutatio

Pſ. 86. v. 2.

Pſ. 126. v. 2.

Pſ. 45. v. 5.

Iac. 4. c.

Iob.4.c. mutatio, nec vicissitudinis obumbratio: super omnes sit protector & custos. ecce qui ſeruiunt ei non ſunt ſtabiles: & in angelis ſuis reperit prauitatem, quantumlibet igitur mōtes ſint plurimi in circuitu ciuitatis: ipſe tamen dñs in circuitu populi ſui. operepretium eſt: ne in ſeculum ſeculi commoueatur. Sequitur.

3. *Quia non relinquet dñs virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: vt nō extendant iuſti ad iniquitatē manus ſuas.*

hoc magnum eſt ſolatium oppreſsis. nō enim perpetua erit iniquorū hominū poteſtas: qua nunc iuſtis dominari videntur. non ergo cōmouearis, nec ab inſtituto retrocedas: eo ꝙ cum iuſte viuas, tibi dominetur iniuſtus. hæc temporalis eſt: & tibi quādoq; profutura ſeruitus. tu ſubditus eſto dno: & ora eum. obſeruabit peccator iuſtum: & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis. dns autem irridebit eum: quoniam proſpicit ꝙ veniet dies eius. veniet quidem, & adhuc puſillum, & non erit peccator: & quæres locum eius & non inuenies, mirab eris tunc & dilataberis, dicesq; quod apud Eſaiam. quomodo ceſſauit exactor, quieuit tributum: contriuit dominus baculum impiorum, virgam dominantium, cędentem populos in indignatione, plaga inſanabili, ſubijcientem in furore gentes, & perſequentem crudeliter? noli itaque conturbari: quia non relinquet dominus virgam peccatorum: ſuper ſortem iuſtorum. hæc nunc humilis & exigua ſors: ſortem aliam tibi pariet, in præclaris. ne dixeris: quomodo ſcit Deus: & ſi eſt ſcientia in excelſo? ecce ipſi peccatores & abundantes in ſeculo obtinuerunt diuitias: ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum &c. non ob id extendas ad iniquitatem manus tuas: eſt qui omnia moderatur & recto iudicio penſat, quiq; non reliquet virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: ne ſic commoti, declinent à recto. Sequitur.

(margin: Pſ.36.v.6. — Eſa.14.a. — Pſ.72.v.11.)

4. *Bene fac domine bonis & rectis corde.*

Tu domine, qui natura bonus & benignus es: bene & benigne fac bonis, his ſcilicet qui recto ſunt corde: quibus ſic ſemper agere cōſueuiſti. ſic etenim in iam citati pſalmi primo limine idem propheta canit: quam bonus Iſrael Deus: his qui recto ſunt corde. æquum eſt quidem iuſtiſsime iudex: vt bonis bona reddas, hæc obnixe præcamur: quæ fide certa te nouimus eſſe facturum.

5. *Declinantes autem in obligationes, adducet dominus cum operantibus iniquitatē: pax ſuper Iſrael.*

A via diuinorum mandatorum recta recedentes, ac per hoc declinantes in obligationes vel obliquationes: atq; ad pœnas æternas ſemetipſos ſponte deuincientes & obligātes: tradet dominus cum diabolo & angelis eius, æternis ignibus (ligatis manibus & pedibus) cruciandos. tu ergo qui hęc legis: dum viuis, dic vale peccatis. audi dominum per Eſaiam dicentem, diſſolue colligationes impietatis: ſolue faſciculos deprimentes &c. hoc enim agens: diuina pace frueris, filius Dei factus ex filio perditionis, in nouitate vitæ ambulans poſt veſtigia Chriſti: In Chriſto enim Ieſu, (apoſtolus ait) neq; circuncifio aliquid valet, neque præputium: ſed noua creatura. et quicunque hanc regulam ſequuti fuerint: pax ſuper illos & miſericordia, & ſuper Iſrael Dei. Ambulemus igitur in nouitate ſpiritus: nec à rectitudine recedamus, ad carnem & ſanguinē cæterasq; varias huius ſeculi obligationes declinantes, ob idq; viam veritatis deſerentes: vt inhabitet Chriſtus pax noſtra in cordibus noſtris, & in hoc ſeculo per fidē, & in futuro per interminabilem gloriam: in qua viuit & regnat Deus, per infinita ſecula ſeculorum Amen.

(margin: Eſa.58.b. — Gal.vlt.d.)

## EPILOGVS. PSALM. 124.

QVI *confidunt in domino ſicut mons Sion: non commouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem. Ita erit ſane, non commouebuntur in domino confidentes, ſicut mons ille nō commouebitur, qui eccleſiæ Chriſti typum geſsit. ſunt etenim montes angelici, ſublimes & fortes in circuitu eius, ad cuſtodiam deputati. eſt etiam dominus protector illius ſemper. non eſt ergo quo debeant commoueri iuſti in domino confidentes, tametſi uideant peccatores ipſis dominari, quia temporale dominium erit. non utiq; relinquet dominus iniquorum potentiam extendi: ne iuſti commoti nimium, extendant & ipſi ad iniquitatem manus ſuas male operantes: uti illi qui arbitrati ſunt impunè agere, & illorum potentiam perpetuò duraturam, nempe iuſtus eſt dominus, & iuſtitias dilexit. Ideo bona bonis: & mala retribuet malis, utiq; rectis corde gratiam & gloriam dabit dominus: obliquos autem, nec recta gradientes uia, ſed declinantes ad peccata, adducet dominus cum operantibus iniquitatem, cum diabolo ſcilicet & angelis eius, in ignem æternum. Et erit pax Dei æterna, quæ exuperat omnem ſenſum, ſuper Iſrael, in quo dolus non eſt, qua uidens Deum perpetuò potietur, gaudens q, manus euaſerit peccatorum.*

## PSALM. 125.





I*N conuertendo dñs captiuitatem Sion: facti ſumus ſicut cōſolati.*

Titulus eſt: cāticum graduū, iam ſeptimum aſcēdit gradū homo gaudēs, ꝙ à vinculis ſit abſolutus: quibus propter primi hominis tranſgreſsionem, ante Chriſti aduentum fuerat implicatus. ait ergo: dum conuerteret dñs captiuitatem Siō: facti ſumus ſicut conſolati. ſunt etiam qui legant: ſicut ſomniantes. vel ſic incredibile gaudium de libertate percepta æſtimantes: etiam rem ipſam cariorem facientes. exul à patria peregrinabatur homo, & venundatus ſub peccato: captiuus detinebatur, redemptoremq; in dies miſer ille expectabat & redemptionem. venit tādem, pretium redemptionis exoluit, mortuus eſt & reſurrexit: & aſcendens in altum, captiuam duxit captiuitatem. delensq; quod aduerſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci. & expoliās principatus & poteſtates: traduxit confidenter: palam triumphās illos in ſeipſo. ſed quid. adhuc ingemiſcimus habitationem noſtram quæ de cælo eſt (ait iſdem apoſtolus) ſciētes, quoniam dum ſumus in hoc corpore peregrinamur à dño. per fidem enim ambulamus, & non per ſpēm. Et iterum: ipſi intra nos gemimus adoptionem filiorum Dei: expectantes redemptionem corporis noſtri. ſpe enim ſalui facti ſumus. conuerſa eſt igitur captiuitas Sion, eccleſiæ ſcilicet ſanctæ, ſed nondum aduenit alter noſtræ redēptionis effectus quē quidem expectamus adhuc redemptionē corporis noſtri: ideo facti ſumus ſicut conſolati. nunc quidem in ſpe: tunc autē quando gaudiū noſtrum ſit plenum, cōſolabimur in re.

(margin: Colo.2.c. — 2.Cor.5.a. — Rom.8.c.)

2. *Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum: & lingua noſtra exultatione.*

Dum conuerteret dñs: facti ſumus ſicut cōſolati: quia gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. ſpe enim ſalui facti ſumus. ſpes aūt quæ videtur: nō eſt ſpes. nā quod videt quis: quid ſperat? ſi autem quod nō videmus ſperamus: per patientiam expectamus. at quum captiuitas ex toto cōuerſa fuerit, & mortale hoc induerit immortalitatem: tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt, abſorta eſt mors in victoria. tunc replebitur gaudio os nrm: nō ſolùm hoc corporeū quū exultationes Dei erūt in gutture: verùm etiā quod nobis eſt ſpiritale, lōgè capatius, ſitū in corde. tūc videbis & afflues (Eſaias ait) & mirabitur & dilatabitur cor tuū, quū cōuerſa fuerit ad te multitudo maris: fortitudo gentium venerit tibi. repletū eſt (inquit) gaudio os nrm, nec mouearis ꝙ propter certitudinē ꝓphetiæ, quaſi præteritū referat, quod adhuc futurū ſperatur. Replebitur quidē tūc gaudio os nrum: quia replebimur in bonis domus Dei. & lingua noſtra inenarrabili exultatione, laudes dñi decantabit.

(margin: Rom.5.a. — Rom.8.c. — 1.Cor.15.f. — Pſ.149.v.6 — Eſa.60.a. — Pſ.64.v.5.)

3. *Tunc dicent inter gentes: magnificauit dominus facere cum eis.*

Magnificè fecit qui creauit. & qui redemit. magnificè, qui prædeſtinauit, qui vocauit, qui iuſtificauit. ſed magnificentiam addidit: qui tādem quos iuſtificauit: gloria & honore coronans magnificauit. quid ergo dicemus ad hæc, ait Paulus? ſi Deus pro nobis: quis contra nos? iure igitur inter gentes, videntes ꝙ ij qui facti ſunt ſicut conſolati, nō cōfuſi aut fruſtrati ſunt ſpe: ſed computati ſunt potius inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt: certè magnificauit dñs facere cū eis. magnificentiæ ſuæ fuit: ꝙ ad ſe conuerterit auerſos, & humiles exaltauerit in gloria. nec gentes ſolùm dicēt: verùm nos ipſi experti, quorum os repletum eſt gaudio, & lingua noſtra exultatione: dicemus.

(margin: Rom.8.f. — Sap 5.a.)

4. *Magnificauit dñs facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.*

An nō ante ſic futurū prædixerat Eſaias? audi Siō, audi eccleſia ſacroſancta, audi quid tibi dixerit Eſaias. & dices (inquit) in die illa, cōfitebor tibi domine, quoniam iratus es mihi: conuerſus eſt furor tuus, & conſolatus es me. Et poſt pauca: cantate domino quoniam magnificè fecit, annuntiate hoc in vniuerſa terra. exulta & lauda habitatio Sion &c. grati ergo benefactori noſtro, & illi totius negotij gloriam tribuentes, dicemus: magnificauit dominus facere nobiſcum. nam qui ante facti ſumus ſicut conſolati: iam facti ſumus lætātes. Repleti ſumus mane miſericordia tua, exultauimus & delectati ſumus, in omnibus diebus noſtris. lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti: annis quibus vidimus mala. Sequitur.

(margin: Eſa.12.a. — Pſ.89.v.16.)

5. *Conuertere domine captiuitatē noſtram: ſicut torrens in auſtro.*

Conuerte, plures codices habēt. nec enim conuertere domine captiuitatem noſtram, capit latinus ſermo qui eſt in vſu, licet hoc verbum pro deponente habuere priores. niſi forte loco gerundij poſitum ſit, vt ſit ſenſus, ꝙ magnificauit dominus facere nobiſcū ad conuertendum captiuitatem noſtram. ſed obſtat interiectus vocatiuus domine. ſit ergo præcantis oratio atq; dicētis: perge, reduc dñe. cōuerſionem ad te (quā expectamus) accelera.

Ad te clamamus exules filij Euæ:ad te ſuſpi-
ramus. cõuente iam dñe captiuitatem noſtrã,
vt ad te celeri feſtinatione curramus : ſicut
torrens flante auſtro decurrit.tunc enim im-
bres abundant,liqueſcunt niues, riuuli vnde-
quaq; fluunt,& rapidus fit torrens. ſic igitur
nationes electorum tuorum congrega:prop
ter quos & breuietur dies.vel aliter. ecce tri
Mat.24.b. bulationum torrentes inundauerunt. conuer
te nos iam dñe ad te,abſterge lachrimas ab o-
culis noſtris, fletus noſtri atq; ſingultus finẽ
habeant,redigantur in ſiccitatem:ſicut torrẽs
nimio vigore ſolis,in meridie & auſtrali pla
ga ſiccatur.qui & ſi varij ſenſus videantur: in
eundem tamen ſcopum tendunt.

6. *Qui ſeminant in lachrimis: in exultatio-
ne metent.*

Gal.6.b. Nolite errare(ait apoſtolus)Deus non irri
detur:quæ enim ſeminauerit homo : hæc &
metet.quoniam qui ſeminat in carne: de car-
ne & metet corruptionem. qui autẽ ſeminat
in ſpiritu:de ſpiritu metet vitam æternã. bo-
num autem facientes non deficiamus,tempo
re enim ſuo metemus nõ deficiẽtes. ſed quid
nunc diuinus pſaltes ait? qui ſeminãt in lachri
mis(inquit) in exultatione metẽt.quid(obſe
cro)eſt in lachrimis ſeminare: niſi in hoc ſe-
culo inter labores & erumnas,pietatis opera
ſpargere? exerce autem te ipſum ad pietatẽ
1.Thi.4.b. (dilecto ſuo Thimoteo ait apoſtolus) nã cor
poralis exercitatio ad modicum vtilis eſt:
pietas autem ad omnia vtilis eſt,promiſsio-
nem habens vitæ quæ nunc eſt & futuræ. ſe
men tuum,opus bonum ſit bonaq; voluntas.
ſparge ſemen compatiens indigenti, & maxi
mo cum fœnore accipies.bonorum enim la-
Sap.3.d borum glorioſus eſt fructus.lege apoſtolum
in ea quæ ad Corinthios ſecũda inſcribitur epi
2.Cor.9.b. ſtola:huius piæ erogationis fructum & pro-
uentum vberrimum deſcribẽtem. lege etiam
Eccl.31.c. eccleſiaſticũ dicentem, ſplendidum in pani-
bus benedicent labia multorum.iccirco qui
hæc legis:abundanter tribue.et iuxta cõſiliũ
Eccl.11.a. ſapientis)mitte panem tuũ ſuper tranſeuntes
aquas:quia poſt tempora multa inuenies illũ.
Da partes ſeptem. necnon & octo, quia igno
ras quid futurum ſit mali ſuper terram.in la-
chrimis etiam compunctionis & pœnitentiæ
ſemina:& in exultatione metes, vtiq; vitam
æternam.Sequitur.

*Euntes ibant: & flebant mittentes ſemi* 7.
*na ſua.*

Euntes quidem per mandatorũ viam: ibãt
proficientes,& flebant:fratrum ſuorum miſe
rię compatientes;mittentes ſemina ſua.ſua(in
quam)bonorum operum ſemina ex miſeri-
cordia iaciẽtes.oportet enim primum adim
plere præcepta,& erumnis ac neceſsitatibus
compati proximorum,illiſq; pro viribus ſub
uenire,vt recte ſeminent.ij profecto ſic eun
tes: percipient incrementa frugum iuſtitiæ
tuæ.Sequitur.

*Venientes autem venient cũ exultatione:* 8.
*portantes manipulos ſuos.*

Nempe manipulus,à manus collectione di
ctus:præmium eſt,bonæ operationi ex gra-
tia reſpondens.ſic enim ſcriptum eſt: impius Pro.11.c.
facit opus inſtabile.ſeminanti autem iuſtitiã:
merces fidelis. venientes igitur,iamq; ad pa-
triam redeũtes:venient cũ exultatione. exul 1.Pet 1.b.
tabunt ſiquidem lætitia inenarrabili & glori
ficata:reportantes finem fidei ſuæ,ſalutẽ ani-
marum ſuarum.Recte igitur ait,portãtes ma
nipulos ſuos.apparebunt enim in die illa co-
ram dño:non vacui quaſi deſides & ignaui:
ſed labores ſuos in conſpectu omnium quaſi
manibus deferentes: vt repromiſsionem acci
piant qui vocati ſunt æternæ hæreditatis,iux Heb.9.c.
ta verbum Chriſti dicẽtis:nõne vos dicitis quod Ioan.4.
adhuc quatuor mẽſes ſunt:& meſſis venit?&
ecce dico vobis.leuate oculos veſtros:& vi-
dete regiones quia albeſcunt iam ad meſſem.
Et qui metit,mercedem accipit: & cõgregat
fructum in vitam æternam: vt & qui ſeminat
ſimul gaudeat,& qui metit.ò quotiens iuſtiſ
ſime Deus,per ora prophetarum in ſcriptu-
ris ſanctis,ac demum ore proprio in euange-
lio:ſemen iuſtitiæ ſeminantibus ,abundantes
gloriæ fructus promiſiſti?(ais illa die & exul Luc.6.d.
tate,ecce enim merces veſtra multa eſt in cę
lo.conuertere ergo dñe captiuitatem noſtrã,
ſicut torrens in auſtro.nec enim deprecatio-
nis noſtræ initium aut ſeriẽ obliti ſumus. da Eccl.36.c.
mercedem ſuſtinẽtibus te, vt prophetæ tui fi
deles inueniantur:& exaudi orationes ſeruo
rum tuorum miſericors & verax Deus:qui ſi
ne fine regnas in ſecula ſeculorum Amen.

EPILOGVS PSALM. 125.

IN conuertendo dñs captiuitatem Sion:facti ſumus ſicut conſolati. Redemit eccleſiã ſuã Deus,
eduxitq; de tyrannica poteſtate captiuam:dũ ad ſe conuertit auerſam. Et qui deſolati eramus,
Ioan.8.c. facti ſumus ſicut conſolati:quia tametſi uerè liberi,qua libertate Chriſtus nos liberauit, tamẽ
1.Ioan.3.a. adhuc exules ſuſpiramus.quippe qui Dei ſumus: & nondum apparuit quid erimus. at cum redemqti
Colo.3.a. à domino:, apparuerimus cum ipſo in gloria , tunc pleniſsime conſolabimur : & replebitur
Ioan.16.f. gaudio os noſtrum & lingua noſtra exultatione. Eerit enim gaudium noſtrum plenum , & nemo
tollet à nobis.tunc dicent inter gentes:magnifice ſe habuit Deus erga eos; quos ante(deſtructæ captiui
tate ) proprio cruore redemit.magnificauit nos utiq;,quos glorificauit:& facti ſumus lætantes lætitia
ſempiterna.accelera igitur dñe,deduc nos ad te currentes:ut torrens decurrere ſolet flante auſtro:cõ
uerte deniq; lachrimas noſtras in riſum.haud dubium ita erit,nam qui ſeminant in lachrimis:in exulta-
tione metent.& qui ante flentes ibant proficientes,ac pœnitentes,& miſericordiæ opera ſeminantes:
uenientes ad patriam fœlicitatis æternæ,uenient cum exultatione,portantes manipulos frugum,& bo
norum operum fructus:percipientq; pro labore mercedem,immarceſsibilemq; æternæ gloriæ coronam,
ſic diſponente Deo:ſine quo nec fructuoſus labor,nec condignum erit præmium laboranti.



PSALM. 126.

NISI dñs ædificauerit domum:in
vanũ laborauerũt,qui ædificãt eã.

Titulus eſt: canticum graduum ſalomo-
nis, hoc ideo:quòd de ædificatione domus
dñi eiuſq; augmento fiat mentio.id quidem
eſt(vero ſcripturę ſenſu)domum ædificari:quod
Exo.1.d prolem & rem familiarem augeri,iuxta illud
exodi:quia timuerunt obſtetrices Deũ:ædifi
cauit illis domos,hoc eſt,earum familiam au
xit,quod ſimiliter ſenſerunt ij, qui ad booz
proauum Dauid regis,ſuper ruth moabitidẽ
Ruth.4. quam accepit vxorem: ita imprecati ſunt. fa
ciat dñs hanc mulierem quæ ingreditur do-
mum tuã,ſicut Rachel & Liam, quæ ædifica
uerunt domum Iſrael,vt ſit exemplum virtu
tis in ephrata. hanc igitur domum in typo
Chri,Salomõ ædificauit.hic etenim verus eſt
Salomon,qui & ſapientia patris eſt: vere rex
Ephe.2.d. pacificus,& pax noſtra,qui fecit vtraq; vnũ,
duos condens in ſemetipſo,in vno nouo ho-
mine faciens pacem:vt reconciliet ambos in
vno corpore Deo,per crucem,interficiẽs ini
micitias in ſemetipſo.Et veniens,euangeli-
zauit pacem his qui longe , & his qui prope
&c.Is domum ædificat,in quo (vt apoſtolus
ait)omnis ædificatio conſtructa,creſcit in tẽ
plum ſanctum in dño,qui etiam ſeipſum ſig-
Luc.11.d. nans ait:& ecce plusquã Salomon hic.de ædi
ficatione igitur eccleſiæ ſanctæ:ſanctus ipſe
propheta loquuturus,& iam octauum gradũ
aſcendens:vt totius rei negotium vti archite
cto maximo , Chriſto dño ac vero tribueret
Salomoni:addidit titulo,canticum graduum
Salomonis.ne quiſquam ſibi arroget ædificã
di peritiam aut poteſtatẽ, vimq; ſtructuram
ipſam conſeruandi, & proprijs viribus fidẽs,
in elatione ſua ſurgere ante lucem, & ſummũ
præire magiſtrũ arbitretur. ait ergo,niſi dñs
ædificauerit domũ, vel hanc quæ militat,vel
illã quæ triũphat:caſſo labore vexãtur qui eã
ædificare nitũtur.nempe Dei gratia adiutrice
cum libero hominis arbitrio concurrente o-
pus eſt.Ipſe quidẽ eſt artifex opifexq; ſupre-
mus:qui dignam ſibi nouit ædificare domũ.
ſic enim in prouerbijs ſcriptum eſt. ſapientia
Pro.9.a. ædificauit ſibi domum:excidit columnas ſep
tem &c.ſeptenario quidem numero apoſtoli
& apoſtolici viri,ſanctiq; doctores eccleſiæ,
atque verbi euangelici prædicatores compu-
tantur,& columnis conſtantiſsimis compa-
rantur,ad eccleſiæ ſtructuram aptis:vbi lau-
tiſsima menſa,ac ſolidæ doctrinæ dapes appo
nuntur. id enim muneris Dei eſt, cui rei ſe
imparem ſapientiſsimus ille Salomon reputa 2.Par.2.b.
uit dicens:domus,quam ædificare cupio, ma
gna eſt,magnus eſt enim Deus noſter ſuper
omnes Deos.quis ergo poterit præualere,vt
ædificet ei dignam domum?ſi cæli & cæli cæ
lorum capere eum nequeunt : quantus ego
ſum,vt poſsim ædificare ei domum? ſunt ete-
nim in eccleſia Dei operarij multi, docto-
res atque paſtores, poſiti in ædificationem,
an non ædificator erat Paulus?qui Corinthijs
de ſe ait:& ſi amplius aliquid gloriatus fuero 2.Cor.10.b.
de poteſtate noſtra,quam dedit nobis domi
nus in ædificationem,& non in deſtructionẽ
veſtram:non erubeſcam.Et iterum:corã Deo
in Chriſto loquimur,omnia autem chariſsi-
mi propter ædificationem veſtram . & ante
in priore epiſtola, Dei ædificatio eſtis.ſecun 1.Cor.3.b.
dùm gratiam Dei,quæ data eſt mihi, vt ſapiẽs
architectus fundamentum poſui,alius autem
ſuperædificat. ædificator etiam erat Petrus
cęteriq; coapoſtoli atque apoſtolici viri:qui
omnes laborauerunt,prout illis diuiſit ſpiri-
tus dona gratiarum, hi tamen omnes fruſtra
exterius laboraſſent,niſi dñs interius ædifica
ret operareturq;.Sequitur.

*Niſi dñs cuſtodierit ciuitatem: fruſtra vi* 2.
*gilat qui cuſtodit eam.*

Eadem eſt ciuitas , id eſt ciuium vnitas,
quæ & domus in qua habitat Deus , cuius ip
ſe præcipuus eſt cuſtos,qui huius ſpiritualis
ſtructuræ primarius conditor & opifex eſt.
par igitur eſt ratio.nam dominus per Eſaiam Eſa.62.
eccleſię ſuæ ait:ſuper muros tuos Ieruſalem,
conſtitui cuſtodes , tota die & tota nocte,
perpetuo non tacebunt. Et ij quidem angeli
ſunt , & ſuperintendentes epiſcopi ac præ-
lati. ſed vigilent quantumlibet & præſint in
ſollicitudine:haud dubium , quin id fruſtra
fiet , niſi cuſtos hominum ſuperintendat Iob.7.d.
Deus.quamobrẽ inuigilent ſimul & orẽt,qui

 poſiti

poſiti ſunt cuſtodes operæprecium eſt: vt is
cuſtodiat qui ſuper vigilantes vigilat:& dor
mire neſcit aut dormitare. Sequitur.

3. *Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſur
gite poſtquam ſederitis, qui manducatis
panem doloris.*

Quod ſi ita res habet: etiamſi omnem dili
gẽtiam adhibeatis vos ædificantes, ante dilu
culum ſurgentes, vt operi vacetis: rem ipſam
abſq; primario artifice, cuſtode, & protecto-
re Deo aggredientes, nũquã ad perfectũ ad-
ducetis. neceſſe eſt enim, lux eius atq; gratia
antecedat & viſitatio. hæc quidem lux vera
quæ illuminat omnẽ hominem venientem in
hunc mũdũ: Chr̃s eſt. Chr̃um igitur præeuntẽ
ſequimini, ipſum imitamini, qui mitis eſt &
Phili.2. humilis corde. qui factus eſt obediens vſque
Pſ.109.v.vl ad mortẽ, propter quod & Deus exaltauit il
lũ. qui de paſsionis torrente in via bibit: prop
terea exaltauit caput, qui prius ſedit ſatura-
tus opprobrijs, & iacuit in ſepulchro: & po-
2.The.3.c ſtea ſurrexit de morte triũphans. ita & vos
qui in ſudore vultus apoſtolũ imitantes: neq;
gratis panẽ manducatis ab aliquo, ſed in labo
re & fatigatione nocte ac die operãtes, panẽ
erumnoſum mãducatis. ſiue ꝙ triſtitia vobis
Rom.9.a. magna ſit & cõtinuus dolor cordi, cõuerſio-
Phili.2.b. nẽ fratrũ optantibus. vel cũ metu & tremore
veſtrã ſalutẽ operãtibus. nolite ergo ſurgere
ante lucem: neq; ordine præpoſtero caput eri
gere cõtendatis. ſed ſurgite ad gloriã: poſtq;
primũ ſederitis in ſacco & cinere. in humilita
te, patiẽtia, pœnitẽtia, dolore cordis, vos qui
præeſtis. vos etiã ſubditi, ſi forte aliquãdo ſe
deritis (quod abſit) in peccatis: nolite in eiſdẽ
recubantes ſupini, vel reſupini, atq; in finẽ vi-
tæ obdurati, iacere: ſed toto cordis affectu at
q; conatu, ſurgite poſtquã ſederitis. propter
1.The.vlt.c quod cõſolamini inuicem (Paulus Theſaloni
cenſibus ait) & ædificate alterutrum: ſicut &
facitis. rogamus autem vos fratres, vt noueri
tis eos qui laborant inter vos: & præſunt vo
bis in dño & monent vos: vt habeatis illos a
bundantius in charitate, propter opus illorũ,
& pacem habete cum eis. Sequitur.

4. *Cũ dederit dilectis ſuis ſomnũ: ecce hære-
ditas dñi, filij merces fructus ventris.*

Per ſomnum, mortẽ intellige corporalem,
Ioan.11.b. iuxta illud Chriſti de Lazaro dicentis: Laza-
rus amicus noſter dormit: ſed vado vt de ſom
Luc.8.g. no excitem eum. & de Archiſinagogi filia: nõ
eſt mortua puella ſed dormit. & de Stephano
Act.7. lapidibus obruto ſcriptũ eſt: ꝙ obdormiuit
in dño. cũ ergo dñs ſanctis ſuis, mortis huius
ſomnum intulerit: tunc non ante, veniet here
ditas domini. quæ autem ſequitur appoſitio
nes ſunt: elucidantes quæ ſit hæc hæreditas
domini. filij (inquit) quos pater familias ge-
nuit in iuuẽtute. erunt quidem illi adiutorio
laboranti ac ſeneſcẽti. hoc autem ad literam.
myſtice etiam hæreditas dñi filij ſunt quos
Deus ſibi regenerauit. videte (ait Ioãnes apo
ſtolus) qualem charitatem dedit nobis pater 1.Ioan.3 a
vt filij Dei nominemur & ſimus. Rurſumq;
nũc filij Dei ſumus: & nõdum apparuit quid
erimus. hæc eſt igitur hæreditas: filij ſcilicet,
merces (inquã) huius fructus ventris. fructus
quidem ventris naturalis: vnigenitus Dei &
hominis filius eſt, de quo ad Mariã Angelus:
benedictus fructus vẽtris tui. at filij adoptio Luc.1.
nis, quos in aluo ſuo concipit in dies & parit
eccleſia: meritò fructus vẽtris ſui vocant. cu
ius fructus: glorioſa illa (de qua loquimur)
hereditas merces eſt, præmiũ, gloriæ poſſeſ-
ſio, & corona laborum. cuius Eſaias meminit
dicens: dicite filiæ Sion, ecce ſaluator tuus ve Eſa.62.
nit, ecce merces eius coram ipſo. ij profectò
ſunt electi atq; redempti, opus eius & operis
merces. ſi hanc igitur quæritis hereditatẽ (ait
diuinus vates) lucẽ expectate, & tunc ſurgite
poſtquam ſederitis. veniat primum labor &
dolor: cui delectatio ſuccedat & gloria. præ
cedat ſomnus mortis: vt reſurrectionis im-
mutatio ſequatur, vita, & merces hæreditatis
æternæ. Sequitur.

*Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij ex 5.
cuſſorum.*

Apoſtoli domini: excuſsi, excuſſores, & ex
cuſſorum filij recte dicuntur. non ſicut quidã
arbitratus eſt: eò ꝙ præcepto domini dum Mat.10.b.
non recipiebãtur, puluerem de pedibus excu
tiebant. ſicuti Paulum & Barnabam in actis a
poſtolorum feciſſe legimus. ſed quia (vt Hie- Act.13.g.
ronymus doctor illuſtris ad Marcellam ſcri-
bens ait) excuſſos, conſuetudo ſermonis hu- Part 2.trac
mani vegetos & robuſtos, atque expeditos 3.epiſt.44.
vocat. & ipſi ſeptuaginta interpretes in eſ-
dræ libro pro iuuenibus tranſtulerunt, medij 2.Eſdr.4.c
excuſſorum faciebant opus: & medij eorum
habebant haſtas & ſcuta, & arcus, & thora-
ces. & principes erant poſt omnem domum
iuda &c. ex quo (inquit) animaduertimus &
in præſenti loco pro adoleſcẽtibus atque pu
beribus excuſſos poſitos. excuſſores etiam
non ineptè appellantur: vel ꝙ ad eccleſiæ æ-
dificationem ſpiritalis excuſſoriæ artis, à ſpi-
ritu ſancto edocti, peritiam habuerunt: vel ꝙ
miram perſcrutandi, ſiue diligenter inquiren
di, ac verum diuinarum ſcripturarum ſeſum
quaſi in ſaccis propheticis abſtruſum: excutiẽ
di propalandiq; induſtriam adepti ſint. excu
tere enim: hanc & illã ſignificationem habet,
excuſsi



excuſsi identidem fuerũt iudæi apoſtolorum
prẽs: vel ipſis Paulo & Barnaba in apoſtolorũ
Act.13.b. actis conſtanter dicentibus, vobis oportebat
primum loqui verbum Dei: ſed qm̃ repellitis
illud: & indignos vos iudicatis æternæ vitæ:
ecce conuertimur ad gentes. ſic enim præce-
pit nobis dñs. non ergo iniuria, apoſtoli filij
excuſſorum denominantur, ꝙ ex horum ſe-
mine procreati ſint: qui (ſuis exigentibus me-
ritis) à templo, lege, & gratia dñi, fuerint ab-
iecti. atq; hinc expulſi, pro eo ꝙ eſt reprobi;
nuncupentur patres, ipſiq; apoſtoli filij excuſ
ſorum: qui in ſimilitudine ſagittarum, manu
dñi contineantur. quem ſenſum beatus iſdem
Hieronymus loco iam citato: elegantem vo-
cat, ꝙ ſi tibi magis alij arrideant ſenſus: certè
doctores & apoſtolici viri, quos apoſtoli per
euangelium genuerunt, & fidei doctrina, ac
vera ſcripturarum intelligentia, inſtruxerũt:
filij excuſſorum dicendi ſunt. fortium ſcilicet
ac robuſtorum: qui pro Chriſti nomine bello
ſemper accincti fuerunt: & infracti, atq; inui-
cti, ſanguinem ſuum fuderunt, & ipſi apoſto
li filij excuſſorum ſunt: quia ꝓphetarũ è qui-
bus abdita & occulta myſteria excuſſa ſunt.
Nec eſt etiam cui non peruium ſit: chriſtia-
nos omnes filios iuuentutis, adoleſcentiæ, &
pubertatis, recte denominari. ſiue ergo hos
vel illos accipias: conueniens eſt diuini huius
vatis aſſumpta ſimilitudo. ſicut ſagittæ (in-
quit) in manu potentis: ita filij excuſſorum.
nempe tales fuerunt apoſtoli à Chriſto dño
vſq; ad fines orbis terræ, in euangelij prædica
tionem potenter emiſsi: qui ſicut ſagittæ in
manu potentis potentiſsime iactæ: omnia ce
leri & fœlici volatu peragrarũt, corda homi
num transfigẽtes. ſicut ab eodem vate eidẽ
potentiſsimo regi Meſsiæ ante fuerat prænũ
Pſ.44.v.4. tiatum. accingere (inquit) gladio tuo ſuper fe
mur tuum potentiſsime &c. Rurſumq; ſagit-
tæ tuæ accutæ, (populi ſub te cadent) in cor-
da inimicorum regis. Sequitur.

*Beatus vir qui impleuit deſiderium ſuũ
6. ex ipſis: non confundetur, cũ loquetur ini
micis ſuis in porta.*

Hic diuus Hieronymus optimus diuinarũ
ſcripturarum interpres ſic ait: deniq; in ſequẽ
ti verſu exceptis ſeptuaginta qui aliter trãſtu
lerunt: & in hebreo & in cunctis editionibus
ita reperi. beatus vir qui impleuit pharetram
ſuam ex ipſis. vt quia metaphoram ſemel ſum
pſerat ex ſagittis: & in pharetra quoque tran
ſlatio ſeruaretur. ſed nec myſterio & erudi-
tione vacat: ꝙ pro pharetra deſiderium poſi
tum ſit, quod prima fronte à pharetra tãtum
diſtare videtur quandoquidem id fortè (ſic
ſancto diſponẽte ſpũ) actũ eſt: vt cũ hoc audi
res: non materiale ſed ſpiritale harũ ſagittarũ
repoſitorium (quod hominis cor eſt) cogita-
res. beatus (inquit) vir qui impleuit deſideriũ
ſuum ex ipſis ſagittis. qui & filij excuſſorum
ſunt, in manu potentis. inſatiabile quidem eſt
cor hominis: donec Deum quẽ deſiderat, ap-
prehendat. cum autem ſagittis ardentibus re
pletum, imò & ſauciatum fuerit, & ſanctorũ
apoſtolorum teſtimonijs, ſic transfixum, vt
pio charitatis vulnere confoſſum, ſe totũ cõ-
ferat in ipſum: tunc implebitur deſideriũ ſuũ,
nec confundetur homo, cum loquetur inimi
cis ſuis in porta. Chriſtus porta eſt, qui de ſe
ait: ego ſum oſtium per me ſi quis introierit, Ioan.10.b.
ſaluabitur. porta etiam eſt huius vitæ exitus,
vltimaq; vniuerſalis iudicij dies. vbiq; autem
inimici adſunt: ſed non confundetur, qui (vt
diximus) teſtimonijs excuſſorum ſuum imple
uerit deſiderium: vti pharetram ſagittis ele-
ctis. porro is non confundetur: ſiue quum de
Chr̃o Deo & homine loquetur, ſiue quum in
feſtantibus inimicis huic vitę conceſſerit: vel
quum deniq; Chriſtus aduenerit iudicaturus
orbem, ſederitq; cum ſenatoribus terræ. ecce Pro.31.d.
in porta iuxta priſcorum ritũ iudicia fiebãt.
de quo Amos ait: odio habuerunt corripien Amos.5.b.
tem in porta, hoc eſt, iudicem in porta ciuita
tis ſedentem. & de ſtulto etiã apud Iob ſcrip
tum legimus: ꝙ lõge fient filij eius à ſalute, & Iob.5.a.
cõterentur in porta: pro eo quod eſt, iudicio
condemnabuntur. Rurſuſq; in prouerbijs, ꝙ
excelſa ſit ſtulto ſapientia: in porta non ape Pro.24.a.
riet os ſuum, ideſt in conſeſſu iudicum & ſa
pientum. omnes enim nos manifeſtari opor-
tet ante tribunal Chriſti: vt referat vnuſquiſ- 2.Cor.5.b.
que propria corporis prout geſsit, ſiue bonũ
ſiue malum. tunc ſiquidem iuxta ſapiẽtis edi
ctum: cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudi Eccl.vlt.d.
cium, pro omni errato, ſiue bonum ſiue ma-
lum ſit. accuſet igitur quantumuis inimicus:
criminetur aduerſarius: non vtiq; confunde-
tur in porta: quin omni potius impedimento
ſecluſo, ad ſupernã ciuitatem illi patebit adi-
tus: vbi cum Chriſto regnabit per infinita ſe-
cula ſeculorum Amen.

EPILOGVS PSALM. 126.

*NISI dominus ædificauerit domum: in uanum laborauerunt qui ædificant eam.* Eſt *enim dominus ſtructuræ primarius autor: fundator eccleſiæ ſuæ, conſeruator & cuſtos. ꝙ ſi dominus non cuſtodierit quam condidit ciuitatem: frustra uigilant uicarij cuſtodes, in hoc poſiti munus.* Nolite ergo *præſumentes erigere chriſtam, quaſi*

*artifices*

2.Co. 3. b. *artifices præcipui, quia ſufficientia ueſtra à Deo eſt, qui ydoneos uos fecit miniſtros. Imitatores Dei*
*eſtote, ſequimini ueſtigia eius. uanum eſt enim uobis præmaturè & ante lucem ſurgere, ut uacetis ope*
*ri, præcedat Chriſtum neceſſe eſt. & uos qui manducatis panem doloris, quem panem non uos, ſed Chri*
*ſtus effuſione ſanguinis acquiſiuit: ſurgite, ut ipſe fecit humilimus omnium, ſurgite (inquam) ad opus mi*
1.Pet.5.a. *niſterij huius, regiminiſq; uobis iniuncti, paſcite quantum in uobis eſt, gregem Dei prouidentes nõ coa*
*ctè, ſed ſpontaneè ſecundum Deum, nec turpis lucri gratia: ſed uoluntariè, neq; ut dominantes in cleris:*
*ſed forma facti gregis ex animo. hoc tamen poſtquam ſederitis humiliter de uobis ipſis ſentientes, &*
*quum apparuerit princeps paſtorum, percipietis immarceſſibilem gloriæ coronam. nam quum dederit*
*dilectis ſuis ſomnum: ecce hæreditas domini filij merces, fructus uentris. decedet utiq; ab hac uita electi,*
1.Pet 3.b. *& ubi illi conceſſerint: ecce hæreditas domini ſuccedet ſtatim. in hoc enim uocati ſunt (iiſdem ait apoſto*
*lorũ uertex) ut benedictionẽ hæreditatis poſſideant. audi iam (ſi uacat) quales epiſcopi ſuperintendẽtes*
*eccleſiæ Dei, & cuſtodes, perinde atq; Apoſtolorũ filij & ſucceſſores: futuri ſint, ſicut ſagittæ (inquit)*
Act.6.a. *in manu potentis: ita filij excuſſorum, apoſtolorum ſcilicet qui orationi & miniſterio uerbi Dei inſtan*
*tes: uiuorum lapidum excuſſores fuerunt: ut politi, ſic ad ſtructuram eccleſiæ apti eſſent. tales quidem*
Rom.12.c. *deberent eſſe horũ filij, (faxit Deus) ut ſint ſicut ſagittæ à manu Dei potentis emiſſæ. ſollicitudine nõ pi*
*gri, ſpiritu feruentes, domino ſeruientes, ſpe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi inſtantes, ne*
*ceſſitatibus ſanctorum communicantes, hoſpitalitatem ſectantes, & q minoris eſt gratiæ: ſcientia diui* nõ
*narum ſcripturarum ſapientes, atq; illarum doctrina quaſi ſpiculo, ſubditorum corda transfigentes, &*
*ad Chriſtum adducentes. porro beatus erit uir ille, qui impleuit animæ ſuæ pharetram ex ipſis: non uti*
*q; confundetur, quum loquetur inimicis ſuis in porta, tum dæmonijs tum hæreticis, ſchiſmaticis, & paga*
*nis eccleſiam Dei infeſtantibus, (quæ alterius cæleſtis eſt porta) quia uigilans & armatus: quin illorum*
*potius thegnis & cauillis ſatisfaciẽs reſpondebit. ij profecto qui huiuſmodi ſunt eccleſiæ principes &*
*columnæ: nunc ſpe beati dicendi ſunt, re ipſa futuri beati & cũ principibus collocati, in cœtu ciuium ſu*
*pernorum.*

## PSALM. 127.

*BEATI omnes qui timent dñm,*
*qui ambulant in vijs eius.*
Titulus eſt: canticum graduum.
Hic nonus eſt huius ſcalæ gradus, quẽ etiã
aſcendere oportet: in filiali & caſto timore:
quo non iam pœnitentiam iudicis, aut ſuppli preſentiã
tium timeamus: ſed ne patrem aut ſponſum
offendamus, & ita ipſo careamus. Beati ſunt
igitur (ait propheta ſanctus) omnes qui caſto
timore & filiali timent dñm, quiq; ambulant
in vijs eius. nunc quidem in ſpe, ſed finita pẽ
regrinatione: beati erunt in re. ambulãt enim
in vijs domini: in quibus & ipſe ambulauit.
nam ambulare hominis, feruere eſt in itineri
bus bonorum operum: ad Chriſti imitationẽ.
Sequitur.
2. *Labores manuum tuarum quia mandu-*
*cabis: beatus es & bene tibi erit.*
Promiſſiones quæ ſequuntur non magni
habendæ ſunt, ſi omnino tẽporales ſunt. quid
magnum eſt (rogo) q ſubſtantia tua, vxore
fœcunda, & ſobole multiplicata fruaris: cum
hæc (velis nolis) ſis quandoq; relicturus? ecce
1.Cor.15.c. apoſtolus ait: ſi in hac vita tantum in Chriſto
ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omni
bus hominibus. oblectentur his, qui beatum
Pſ.143.v.18 dixerũt populũ cui hæc ſunt, nec æterna quæ
ſierunt. tu autem chriſtiana plebs quæ dicis,
beatus populus cuius dñs Deus eius: nõ hæc
carnalia quaſi pro benedictione & premio ti
bi promiſſa arbitreris: ſed longè alia potiora,
vtique æterna his temporalibus ſignificata.
tẽpus breue eſt (ait apoſtolus) reliquum eſt, 1.cor.7.c.
vt & qui habent vxores, tanquam non haben
tes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes,
& qui emunt, tanquam nõ poſſidentes: & qui
vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur.
præterit enim figura huius mundi. Audi iam
quid etiam Eſaias dicat: dicite iuſto quoniã Eſa.3.b.
benè, quoniam fructum adinuentionum ſua
rum comedet: Tu ergo quiſquis es, qui deũ ti
mes, & ambulas in vijs eius: labores manuum
tuarum manducabis, quum requieſces à labo Apo 14.c.
ribus tuis. reddet enim iuſtis dñs mercedem Sap.10.
laborum ſuorum. porro merces illa: eſca ſpiri
talis eſt, per manna illud ſignificata, de qua a
poſtolus Corinthijs ait: patres noſtri omnes 1.Cor.10.
eandem ſpiritalẽ eſcam manducauerunt &c.
Eſt quidem panis angelorum, de quo angelus
ad Thobiam: videbar quidem vobiſcum man Tho 12.d.
ducare & bibere: ſed ego cibo inuiſibili & po
tu (qui ab hominibus videri nõ poteſt) vtor.
Cum ergo dicente dño: dignus ſit operarius Mat. 10. a.
cibo ſuo, ſi vos operamini non cibum qui pe Ioan. 6. c.
rit, ſed qui permanet in vitam æternam, quẽ
filius hominis dabit vobis: labores vtiq; ma
nuum veſtrarum manducabitis. his ſiquidem
ex gratia & meritis potiemini. an non tu dñe
ita in euangelio promiſiſti dicens: & ego di Luc.22.c.
ſpono vobis, ſicut diſpoſuit mihi pater meus
regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam
meam, in regno meo: dic nunc ergo magiſter
bone, quomodo diſpoſuit tibi pater? tu autẽ
audi



Luc.24 d. audi popule Dei, & ab ore ipſius diſce: nõne
Eſa 53. (inquit) hæc oportuit pati Chriſtum: & ita in
trare in gloriam ſuam? & Eſaias: pro eo q la
borauit anima eius, videbit & ſaturabitur. tu
igitur Deus & homo hominumq; redemptor,
labores manum tuarum manducabis: beatus
es & bene tibi erit. idipſum etiam, qui meme
brum huius es capitis: beatus es nunc ſpe, &
bene tibi erit: qui futurus es beatus in re.
3. *Vxor tua ſicut vitis abundans: in lateri*
*bus domus tuæ.*
Quia apud iudæos maledicta ſterilis: hæc
pro benedictione maxima ponebatur. Nunc
autem myſticè, vxor tua, quæ & eccleſia tua
Chriſte, adeo fœcunda erit: vt ſicut vitis fer
tilis & abundans, nõ paucos tibi pariat filios
adoptionis. & ſaluabit eos dominus Deus eo
Zach.9.d. rum in die illa, vt gregem populi ſui (ait vnus
ex prophetis) quia lapides ſancti eleuabũtur
ſuper terram eius. quid enim bonum eius, &
quid pulchrum eius: niſi frumentum electo
rum, & vinum germinans virgines? erit igitur
vxor ſicut vitis abundans: & multi filij deſer
Eſa.54.c. tæ, magis quam eius quæ habeat virum. In his
ſcilicet qui tibi fortibuſq; domus tuæ parie
tibus (quales erat apoſtoli) adhæſerunt. ij ete
nim, totius ædificij latera firmiſſima extite
runt, nempe ſic in apocalypſi deſcribitur ab
Apo. 14.c. angelo dicente: veni & oſtendam tibi ſpon
ſam vxorem agni. & ſuſtulit me in ſpiritu in mõ
tem magnum & altum (ait euangeliſta Ioan
nes) & oſtendit mihi ciuitatem magnam ſan
ctam Ieruſalem deſcendentem de cælo, à Deo:
habentem claritatẽ Dei. & paucis interiectis
ſubiungit, & murus ciuitatis habens fundamẽ
ta duodecim: & in ipſis, duodecim nomina a
poſtolorum & agni. & ciuitas in quadro po
ſita eſt &c. an non etiam ad abundantiam at
que vxoris fœcunditatem pertinet: qui adhæ
ſerunt Petro & Paulo cæteriſq; domus Dei
lateribus: quales illi fuerunt de quibus in apo
Act.17.g. ſtolorum actis legimus, quidam vero viri ad
hærentes ei, (vtiq; Paulo) crediderunt. in qui
bus & Dionyſius numeratur Ariopagita &
mulier nomine Damaris, atque alij cum eis.
vxor etiam tua chriſtiane qui times dominũ,
pars ſcilicet inferior animæ, quæ eſt ſpiritui
(vti viro) ac dictamini rationis ſubiecta: erit
ſicut vitis abundans, in lateribus conſcientiæ
tuæ intra quã habitas: vti in quadrata ac per
hoc tutiore domo. cuius latera ſunt: pruden
tia, temperantia, fortitudo, iuſtitia, ceteræq;
virtutes. nõ quidem hæc portio ſterilis erit:
1.Thi.2.c. ſed fœcunda. quæ, ſi (quod iuxta apoſtolum
decet mulieres promittentes pietatem per o
pera bona) in ſilentio diſcat cum omni ſubie
ctione: ſaluabitur per filiorum generationẽ,
id eſt bonorum actuum propagationem: ſi ta
men permanſerit: in fide, & dilectione, & ſan
ctificatione, cum ſobrietate. creſcet vtiq; pro
les Deo grata; & multiplicabitur, boniſq; re
plebit terram (hoc eſt carnem) ac dominabi Gen.1.d.
tur illi, ne improbis motibus inſoleſcat. Seq.
4. *Filij tui ſicut nouellæ oliuarum: in circui*
*tu menſæ tuæ.*
Erunt etiam filij tui vbertimis charitatis
fructibus abundantes: menſæ huius altaris, at
que illius cæleſtis participes effecti. nunc ſpe
virentes, & vti nouellæ oliuarum, pace, lenita
te, ac miſericordia, redundantes: tunc autem,
bonorum omnium matura plenitudine, actu,
& poſſeſſione perpetua affluentes. Erunt qui
dem in circuitu menſæ tuæ, typum perfectio
nis habentes: & à te bonorum omnium largi
tore, dulciſſimum doctrinæ, gratiæ & gloriæ
cibum percipientes. filij itidẽ tui, homo qui
times dominum, quales ſunt cogitatus, ipſiq;
interiores atque exteriores actus à te proge
niti, ſimul tibi aderũt, vt ipſis quaſi adhuc vi
uentibus oblecteris. dicentq; domino, quod
& Ioſepho fratres ſerui tui venerunt vt eme Gen.42.b.
rent cibos. omnes filij vnius viri ſumus: paci
fici venimus, neque quicquam famuli tui ma
chinantur mali. Sequitur.
5. *Ecce ſic benedicetur homo: qui timet do-*
*minum.*
Sic (vt diximus) benedicetur homo timens
Deum in propriæ ſubſtantiæ vſu: dum ma
nuum ſuarum laboribus & operum ſudorum
fructibus (eo ſpiritali quo elucidauimus mo
do) potietur: ſimulq; & vxore fœcunda atq;
liberis abundabit: quamuis celibem vitam du
cat, nec vxorios norit amplexus, ſitq; omnis
carnalis ſobolis expers. ditabitur quidem ab
eo: qui benedicet nos in omni benedictione Ephe.1.a.
ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto. nos etiam
omnes qui ex inſtigatione gratiæ, huiuſmodi
cõgratulamur homini timenti Deum: has no
ſtras precationes agemus ex animo dicentes:
6. *Benedicat tibi dñs ex Sion, & videas bo*
*na Ieruſalem: omnibus diebus vitæ tuæ.*
Ex illa (vbi ſicuti eſt Deus videtur) alta Siõ:
& de rore cæli ſit benedictio tua. videas bo
na illa æterna cæleſtis Ieruſalem: quæ neque
oculus vidit &c. bona (inquam) quæ verè bo
na ſunt: & quibus ſoli boni fruuntur. videas,
& ſic videas vt poſſideas. non die aut anno
quandoq; defuturo: ſed omnibus diebus vi
tæ tuæ. erit quippe tunc vita, cui mors non
ſuccedet vlla: quia ibi eſt fons vitæ, & in
lumine ſuo videbis lumen. nempe tunc vi
debis & afflues: & mirabitur & dilatabitur Eſa.60.a.
cor tuum.

7. *Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſrael.*

Filij tui:opera tua.at filij filiorum,bonorũ
operum fructus ſunt:& pręmia quæ cõſeque
ris æterna.hic fortè verbo aut exemplo plu-
res etiam genuiſti filios, qui non in vacuum
Dei gratiam recipientes:& ipſi alios genue-
runt.hos & illos videbis,æterna pace ac ple
na ſecuritate gaudentes cum Chriſto: cui ſit
honor & gloria in ſeculorum ſecula Amen.

EPILOGVS PSALM 127.

*BEati omnes qui timent dominũ:quia ambulãt in uijs eius.Hæ uerę diuitiæ ſunt:ſi timeas Deũ ac aſtco filiali timore,& mandata eius obſerues.Multa hinc tibi bona prouenient, ſpiritualia quidem non carnalia;quæ nihili habenda ſunt.indecẽs quidem eſſet,q; minoris bonitatis res:in principalius detur pręmium quam ſit meritum.bona autem temporalia minoris bonitatis ſunt,quam opera uirtutum.qui ergo uerè diues eſſe cupis:auſculta, in primis labores tui non erunt caßi.non potietur extraneus prǽmio debito operibus tuis: nemoq; accipiet coronam tuam,ſed illa gaudebis.beatus quidem es nunc ſpe, & bene tibi erit re,cum in regno Dei uidebis & affiues.Erit uxor tua,prole ſicut uitis abundans.nec enim ipſa inferior animǽ portio ſterilis erit:ſed rationi ſubiecta,fœtus pariet non ſpernendos:filij tui,qui & ultronei actus erunt, eliciti ex inſtigatione gratiæ:ſicut nouellæ oliuarum pullulabunt,miſericordiam redolentes & charitatem. ecce ſic benedicetur homo,qui timet dominum:hiſq; ditabitur bonis,quibus cæleſte poßit comparare regnũ. ſit qui huiuſmodi eſt,benedictus à domino:dilectus Deo & hominibus,cuius memoria etiam in benedictione erit.benedicamus & nos illum,qui conſerui ſumus illius,erimuſq; conciues: & hæc benedictionis uerba.Benedicat tibi dominus à ſummo cęlo & uideas bona ſupernæ Ieruſalem, omnibus diebus uitæ tuæ uideasq; longeuam poſteritatem,te imitantem nec degenerãtem,eadem plena perpetuaq; pace gaudere:qua ſancti & electi in illa fœlici patria Deum uidentes,potiuntur & gaudent. interim tamẽ, ſub protectore Deo,tibi ipſi congratulare,q; ab oppugnanitbus euaſeris liber.*

PSALM. 128.

*SAEPE expugnauerunt me à iuuentute mea: dicat nunc Iſrael.*

Titulus eſt: cãticum graduũ.
iam enim aſcenditur gradus decimus: in pa-
tientia & malorum tolerantia.dicat nunc igi
tur aſcendens Iſrael, dicat eccleſia & fidelis
quiſque vere Iſraelita,in quo dolus non eſt,
Ioan.1.g. qui nunc in hoc corpore exiſtens peregrina-
2.Cor.5.q. tur à dño,per fidem ambulans,& non per ſpe
ciem.ſæpe oppugnauerunt me,vtique munda
ni & inimici:à tempore quo vitam nouam in
choaui.nam q; verbum alterũ pro altero po-
ſitum eſt,expugnauerunt ſcilicet pro oppug
nauerunt:id apertè indicat quod ſequitur. &
nõ potuerunt mihi præualere.nõ eſt(inquit)
mihi nouum,nec omnibus piè viuere volen
tibus in Chriſto:tribulationes multas perpeti
ab inimicis.Et omnes qui piè viuere volunt
2.Thi.3.c. in Chriſto Ieſu(Thimot.ait Paulus)perſequu
tionem patientur: mali autem homines & ſe
ductores proficient in peius:errantes & in er
rorem mittentes.

*Sæpe expugnauerunt me à iuuẽtute mea:*
2. *etenim non potuerunt mihi.*

Non vtiq; potuerunt (ita enim de ſe iſdẽ
2.Thi.3.c. præmiſit apoſtolus)perſequutiones ſuſtinui:
ex omnibus tamẽ eripuit me dominus.iunior
fui etenim ſenui:& in laboribus à iuuentute
Pſ.36.v.26 mea,nunc cum eodem pſalte ſanta dicat eccle
ſia.nam ſtatim vt primũ ad te cõuerſa ſum:
iniqui perſequuti ſunt me, filij etiam matris
meæ pugnauerunt cõtra me,in caſſum tamẽ: Cant. i. b.
etenim nõ potuerunt pręualere.nequiuerunt
agere vt illis acquieſcerem.non potuerũt mi
hi auferre fidem,ſpem & charitatem. eſt qui Iob.5.b.
diſsipat cogitationes malignorũ; ne poſsint
implere manus eorum quod ceperãt. dixerat
enim mihi dominus:quod apud Hieremiam.
dabo te populo huic in murum æreum for- Hier.15. g.
tem,& bellabunt aduerſum te,& non præua-
lebunt: quia ego tecum ſum vt ſaluem te &
eruam te,dicit dominus.an non audiſtis dñm
in euangelio conteſtantẽ? ſuper hanc petram Mat. 16. c.
(inquit) ædificabo eccleſiam meam, & por-
tæ inferi non præualebunt aduerſus eam: cre
bræ ſcilicet perſequutiones illam oppugnan
tium.Sequitur.

*Supra dorſum meum fabricauerunt pec-*
*catores prolongauerunt iniquitatem ſuã.* 3.

Patiẽtia mea charitate ſuffulta,quę oĩa ſuffert 1.co.13.c
oĩa credit, oĩa ſperat, oĩa ſubſtinet: dorſum
meum eſt.ſuper hanc fabricauerunt peccato
res mihi coronam iuſtitiæ:ſibi autem igno-
miniam propriæ iniquitatis.quoniam proba
ſti nos Deus(ait Dauid ſanctus)igne nos ex Pſ.65.v.
aminaſti ſicut examinatur argentum: induxi
nos in laqueum: poſuiſti in tribulationes in
dorſo noſtro, impoſuiſti homines ſuper ca-
pita noſtra.hæc enim omnia(te permittente)
iniqui fecerunt homines.fabricauerunt qui-
dem & verbis mendacij confinxerunt iniqui
tatem



tatem ſuam;mihi illam(licet falſo) imputan-
tes,ipſamq; prolongauerunt impunè magnifi
cantes.prolongauerũt etiam,magis ac magis
à me moribus diſtantes:dum in dies deterio
ra committunt ſcelera,& atrociora facinora
perpetrare conantur.hæc omnia importabi-
lia ſunt onera, quæ dorſo meo impoſuerunt
peruerſi:ſed quid?nihil Deum amanti graue.
Id enim quod in præſenti eſt momentaneum
2.Cor.4.d. & leue tribulationis noſtræ(Corinthijs Pau-
lus ait)ſupra modum in ſublimitate ęternum
gloriæ pondus operatur in nobis,non contẽ
plantibus nobis quæ videntur,ſed quæ nõ vi
dentur.quæ enim videntur,temporalia ſunt:
quæ autem non vidẽtur,æterna ſunt. Alij ve
rò non fabricauerunt:ſed arauerunt & prolõ
gauerunt ſulcos ſuos,interpræțati ſunt: vt ab
agricolis terram vomere proſcindentibus:a-
nalogia ſumpta ſit.hæc vtique conſideratio
patientiam auget:fortificatq; dorſa iuſtorũ.
Sequitur,

*Dominus iuſtus concidet ceruices peccato*
4. *rum: confundantur & conuertantur re-*
*trorſum: omnes qui oderunt Sion.*

Superborum concidet ceruices erectas iu
ſtus dominus,eorum ſcilicet qui iugum Chri
ſti ſuaue & onus leue abiecerunt:nec humilia
ri voluerunt.ignorantes enim iuſtitiam Dei
Rom.10. a. (ait apoſtolus)& ſuam quærentes ſtatuere:
iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti,iuſtus ergo do
minus horum ſuperbiam ad humilitatem re-
diget: vel ad æterni ſupplicij humiliationẽ.
cõfundatur ergo & cõuertantur retrorſum:
per pœnitentiã.q; ſi ſecus:confundantur per
iuſtiſsimam Dei animaduerſionẽ: omnes qui
eccleſiam ſuam ſanctam odio habuerũt. Seq.

*Fiant ſicut fœnum tectorũ; quod priuſ-*
5. *quam euellatur exaruit.*

Gloria & proſperitas impiorum:citò ter-
minatur. ſic etenim iſdem propheta dixerat
Pſ.36.v. 2. ante:quoniam tanquam fœnum velociter a-
reſcent:& quemadmodum olera herbarum
pſ.91.vc. 7. cito decident,& iterum:cum exorti fuerint
peccatores ſicut fœnum,& apparuerint om-
nes qui operantur iniquitatem,vt intereãt in
ſeculum ſeculi.breui quidẽ temporis ſpacio
virent:ſicut fœnum tectorum quod in ſubli-
mi loco poſitum areſcit: & à viridiatis ſuæ
gloria decidit inane,priuſquam euellatur.nec
aliter peruerſi homines & in malitia ſua glo-
riantes:multotiẽs ante mortem, iuſto Dei iu
dicio,in ignominiam cadunt.& ſequitur.

*De quo non implebit manũ ſuam qui me* 6.
*tet: & ſinũ ſuũ qui manipulos colliget.*

Infructuoſi ſunt elati: quia radicem chari
tatis non habent.promittunt magna laſciuien
tes:ſed mentiuntur.vani enim ſunt ſicut fœ-
num tectorum:de quo non implebit manum
ſuam qui metet.non ipſi, qui malum ſemen
ſeminarunt.non angeli,qui meſſores in euan
gelio vocantur.non Deus,qui cõgregans tri
ticum in horreum ſuum:hos vti paleas com-
burendos in ignem æternum abire iubebit.
quorum cogitationes & opera inania ſunt:
non præmio, ſed æterna damnatione digna.
Sequitur.

*Et non dixerunt qui præteribant, benedi*
*ctio dñi ſuper vos: benedicimus vobis in* 7.
*nomine domini.*

Vti fœnum tectorum nullus benedicere
conſueuit,eò q; innutile ſit:lætis autem ſege
tibus,tranſeuntes omnes benedicere, quòdq;
ad culmum atq; optatum maturitatis ac per-
fectionis finem perueniant imprecari ſolẽt:
ita & his ſuperbiẽtibus & infructuoſis(q; nõ
ſolùm inutiles ſint ſed obnocui) benedicet
nullus:quin cæleſti potius & terrena benedi
ctione carebunt. non enim viatores aut qui
cælum habitant comprehenſores homines
angeliuè,dicẽt illis,benedictio domini ſuper
vos:cum maledictionem illis futuram portẽ
dant.nec dicent, benediximus vobis in nomi
ne domini. quaſi iã ipſum audierint illis dicẽ Mat. 25. d.
tem:diſcedite à me maledicti in ignem æter-
num:qui paratus eſt diabolo & angelis eius.
ſit gloria Chriſto domino,qui iudicabit iudi
cio recto,& nunc & in perpetuum Amen.

EPILOGVS. PSALM. 128.

*SAEPE expugnauerunt me à iuuentute mea,dicat nunc Iſrael,ſæpe expugnauerunt.Etenim non potuerunt aduerſum me,quicquam facere mali.ij nec timent dñm: nec ambulant in uijs eius.ideo ut peccatores obdurati non benedicentur:ſed maledictioni æternæ ſubiacebunt,(ait eccleſia Chriſti,)eò q; non ſemel me recẽns natam,paruulam,iamq; adultam,impugnauerunt;licet fruſtra.ſupra dorſum meum fabricauerunt,mihi utiq; coronam iuſtitiæ:ſibi autẽ perditionem.prolongauerunt enim iniquitatem ſuam,peccata peccatis annectentes,non ſecus ac ſi armillæ armillam addentes: cathenam ſibi ad infernum uſq; protelarent.at dominus iuſtus concidet ceruices peccatorum ſuperbientium:qui eccleſiaſticæ diſciplinæ & chriſtianæ fidei ſeſe ſubdere noluerunt,in captiuitatem redigentes intellectum in obſequium Chriſti.Confuſiq; retrocedent,qui me odio habuerunt eccleſiam Dei:fient inutiles ſicut fœnum tectorum,quod priuſquam euellatur exaruit.quibus non dicent prætereuntes; quod iuſtis perinde ac lætis ſegetibus dicere ſolent:benedictio domini ſuper uos &c.*

at con

*At contra,ego etiam oppugnata creſcam tibi fidens : ad quem inter anguſtias poſita clamaui ſem-*
*per.*

## PSALM. 129.

*D E profundis clamaui ad te dñe: do*
*mine exaudi vocem meam.*
Titulus eſt:cãticum graduũ. ecce
iam vndecimũ aſcendit gradũ:qui pœnitẽtis
eſt quædam humilis in ſpe ad Deum pro pec
catorum venia deprecatio. nam quaſi is qui
in malorum profundũ deciderat,in luto vo-
lutans,neq; caput erigere valens,niſi adiutus:
infixus(vt erat)in limo profundi clamare cœ
Pſ.56. v.3. pit dicens primum apud ſe : clamabo ad Deũ
Pſ.55.ve.10 altiſsimum,Deum,qui benefecit mihi. dein-
de ad Deum conuerſus;in quacunq; Die(in-
Pſ.141.v.7. quit)inuocauero te: ecce cognoui quoniam
Deus meus es.quamobrem clamaui ad te do
mine,dixi,tu es ſpes mea, portio mea in ter-
ra viuentium, intende ad deprecationẽ meã:
quia humiliatus ſum nimis.clamaui(inquam):
& de profundis clamaui; & ad te dñm vnicũ
refugium meum clamaui : tu domine exaudi
vocem meam,qui me clamare feciſti:exaudi
Pſ.68.v.18: & ſuccurre benigne, in multitudine miſeri-
cordiæ tuæ : exaudi me in veritate ſalutis
tuæ.eripe me de luto vt non infigar &c. non
me demergat tempeſtas aquæ: neque abſor-
beat me profundum:neq; vrgeat ſuper me pu
teus os ſuum.exaudi de profundis gemẽtem:
qui affectum excitaſti ad te vociferãtem.me
quidem agnoſco ſeruum : qui dum clamito,
te meum recognoſco dominum.
2. *Fiant aures tuæ intendẽtes : in vocem de-*
*precationis meæ.*
Pietas & clementia tua intendant voci la
pſi:ſed pœnitentis & fiducialiter deprecan-
tis.ſic tamen intendant:(vt humano more lo
quar) ꝙ affectum audiant, admixtosq; voci
ſingultus,ipſaq; ſuſpiria,ex intimo corde pro
greſſa.nec tãtum quid vox explicet:ſed quid
exprimere ac depromere velit auſcultent au
res:vt votis annuas ſupplicãtis.id quidem in
tendere eſt:ſi ſubuenias pereunti. Sequitur.
3. *Si iniquitates obſeruaueres domine : dñe*
*quis ſubſtinebit?*
Rom.3.c. Omnes enim peccauerũt(ait apoſtolus)&
egent gloria Dei.hæc lamẽtabilis vox noſtra
Thre. 5.b. eſt,ꝙ patres noſtri peccauerunt & non ſunt:
& nos iniquitates eorum portauimus.nos au
tem in dies addimus præuaricationes, quas
omnes ſi obſeruaueris dñe vt punias : quis
obſecro ſuſtinebit?quis ante faciem iræ tuæ
Pſ.78.ve.8 ſubſiſtet:ſi præſentium & iniquitatum noſtra
rum memineris antiquarum? citò igitur anti
cipent nos miſericordiæ tuæ: quia pauperes
facti ſumus nimis.adiuua nos Deus ſalutaris
noſter:& propter gloriam nominis tui libera
nos,& propitius eſto peccatis noſtris prop-
ter nomen tuum.
*Quia apud te propitiato eſt : & propter* 4.
*legem tuam ſuſtinui te dñe.*
Scio ꝙ vnigenitus filius tuus qui apud te 1.Ioan.2.a.
eſt;propitiatio noſtra ſit dicente Ioanne : ad
uocatum habemus apud patrem Ieſum Chri
ſtum iuſtum:& ipſe eſt propitiatio pro pecca
tis noſtris.non pro noſtris autem tantùm:ſed
etiam pro totius mundi. Cum ergo apud te
ſit propitiato:non illam aliunde quæram. fa
teor ingenuè, iniquitas eſt apud nos: ſed a-
pud te propitiatò eſt:& propter legem tuam
ſuſtinui te dñe.quid enim aliud lex & pro-
phetæ ſonant:quam per te futuram propitia-
tionem?nõ igitur obſeruabis iniquitates: ſed
illis propitiaberis clementiſsime Deus. ꝙ ſi
obſeruaſſes:nullus vtique ſuſtineret. at cum
ſciam ꝙ natura miſericors ſis,facilis & pro-
nus ad miſerendum,nouerimq; ex lege, ꝙ a-
pud te ſit propitiatio : propterea ſuſtinui te
domine & expectaui.iam meus ad vos homi
nes dirigetur ſermo:quo veſtram in dño ſpẽ
erigam.ſcitote quid fecerim.
*Suſtinuit anima mea in verbo eius: ſpe-* 5.
*rauit anima mea in dño.*
Verbum illius: pro pignore ſatis mihi eſt.
nempe eloquia Dei adeò firma ſunt : vt iota Mat.5.c.
vnum aut apex vnus non prætereat à lege:do Luc.21.f.
nec omnia fiant.& iterum ait dominus:cælũ
& terra tranſibunt : verba autem mea non
tranſibunt.quomodo igitur non credam ſum Pſ.88.v.28
mæ veritati dicenti : in æternum ſeruabo illi
miſericordiam meam & teſtamentum meum
fidele ipſi?rurſumq;: miſericordiã meam non
diſpergam ab eo &c:& quæ procedunt de la
bijs meis non faciam irrita.eſt ne tanti valo-
ris totius orbis aurũ : quanti ponderis tantæ
huius maieſtatis verbum?iure igitur ſuſtinuit
aĩa mea in verbo ei⁹, ſperauit aĩa mea in dño,
illius ꝓmiſsioni fidẽs.quia ꝓpitiationẽ ſimul
& peccatorũ remiſsionẽ, ac demum vitã pro
miſit æternam.dicat nũc Eſaias:dñe ſuſtinui- Eſa.26.b.
mus te, nomen tuum & memoriale tuum in
deſiderio animæ. Anima mea deſiderauit te
in nocte:ſed & ſpũ meo in præcordijs meis:
de mane vigilabo ad te.Sequitur.
*A cuſtodia matutina vſque ad noctem:* 6.
*ſperet Iſrael in dño.*
Quod romanorum militum cuſtodiæ, in
quatuor vigilias diſtinguerentur, quarũ quæ
libet trium horarum contineret ſpaciũ: cuiq;
peruium



peruium eſt:vt ergo totius vitæ tempus, hic
diuinus vates inſinuet,ab ortu,ſ.hoc eſt,à pri
mo luceſcente ſole & rationis vſu, ad mortẽ
vſq;:iccirco à cuſtodia ſeu vigilia matutina,
vſque ad noctem, vel(vt quibuſdam placet)à
ſole iuſtitiæ Chriſto iam mundo corruſcãte,
& à ſepulchro (diluculo illo ſuperbenedicto
& cuſtodia matutina)reſurgẽte,vſque ad hu-
ius ſeculi finem:ſperet fidelis quiſq; in dño.ſi
autẽ Chriſtus prædicatur ꝙ ſurrexit à mor-
1.Cor.15.b tuis(ait apoſtolus)quomodo quidam dicunt
in vobis:quoniam reſurrectio mortuorũ nõ
eſt?nunc autem Chriſtus ſurrexit à mortuis
primitiæ dormientium.quoniam quidem per
hominem mors:& per hominem reſurrectio
mortuorum.ſperet vtique fidelis, & meritò
ſperet.
*Quia apud dñm miſericordia: & copioſa*
7. *apud eum redemptio.*
Eſt enim apud dñm miſericordia qua ani-
ma reſurgit ad gratiã:& qua totus homo(vl
tima vniuerſalis iudicij die reunitis anima &
corpore)reſurget ad gloriam vtriuſq;. ſic ete
Rom.8.c. nin ait Paulus : ipſi intra nos gemimus adop-
tionem filiorum:expectantes redemptionem
corporis noſtri:ſpe enim ſalui facti ſumus. vi
de quam fuerit copioſa:ꝙ traditus eſt ipſe ꝓ
Rom.4. d. pter delicta noſtra,& reſurrexit propter iu-
ſtificationem noſtram, quãdoquidem noſtro
non ſolùm proſpexit cõmodo: verùm etiam
honori.quippe qui & moriens,noſtrum exo-
luit debitum:& à mortuis virtute propria re-
ſurgens,ſe verum Deum oſtendit. à quo re-
dempti copioſe,& abundè fuimus iuſtificati:
dum moriens ſeſe contulit in precium,& re-
ſurgens in ſolatium abundans, quo iuſtifice-
mur reſpondentes his qui nobis improperãt,
ꝙ cum Paulo prædicamus Chriſtum crucifi-
xum,iudæis quidem ſcandalum, gentibus au
tem ſtultitiam.nempe Chriſto reſurgente:nõ
eſt ꝙ ignominiam crucis erubeſcamus : qui
prædicamus ſtatim gloriam reſurrectionis.
ꝙ ſi verbum crucis percuntibus ſtultitia eſt:
nobis tamen Dei virtus eſt ſimul & ſapientia
reſurrectio ſubſequuta.
*Et ipſe redimet Iſrael: ex omnibus iniqui* 8.
*tatibus eius.*
Nõ per alium,ſed per ſe redimet in ſe cre
dentes.ipſi quidem ſe vendere potuerunt, at
vero redimere:ſolius redemptoris fuit,qui ꝑ
Eſaiã ait:noli timere vermis Iacob,qui mor- Eſa.41.c.
tui eſtis ex Iſrael:ego auxiliatus ſum tui di-
cit dominus & redẽptor tuus ſanctus Iſrael.
Ieſus quidem nomen eius eſt:ipſe enim ſaluũ
fecit populum ſuum à paccatis eorum. cui Mat.1.c.
honor & gloria in ſecula ſeculorum Amen.

### EPILOGVS PSALM 129.

*D E profundis clamaui ad te domine.* Ego *in luto iacens,clamaui ad te altiſsimum:ſed pium atq;*
*benignum.tu ſuccurre clamanti,& aures tuæ pietatis inclina ſupplicãti. proijce poſt tergum*
*peccata mea,quæ ſi obſeruaueris ut punias:de me actum erit.nihil enim à te alienum peto,ſed*
*quod tibi proprium & innatum:mihi autem uel maxime neceſſarium eſt.Ecce qui legem tuam noui &*
*pactum,te ſuſtinens expectaui redemptorem.quia apud te propitiatio eſt:& propter legem tuam ſuſti*
*nui te domine.qua ſcriptum legi:q, propitius eris terræ populi tui.uos nunc mortales appello iudices.*
Deut.32 .f. *dicite an ſapienter egi,qui ueraci credidi* Deo? *ſuſtinuit anima mea in uerbo eius:ſperauit anima mea*
*in domino.ſperet etiam fidelis quiſq;,non enim deluſus erit:quia apud dominum miſericordia & redem*
1.Ioan,2 a *ptio copioſa.aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum(Ioannes apoſtolus ait ) & ipſe*
*eſt propitiatio pro peccatis noſtris.non pro noſtris autem tantum:ſed etiam pro totius mundi. & ipſe*
*redimet in ſe credentes,uenturus iudex,qui ante ueniens in humilitate carnis,à ſuis iniquitatibus rede-*
*mit eoſdem. quamobrem illi,non mihi rei huius gloria nuncupabo.*

## PSALM. 130.

*D O MINE non eſt exalta-*
*tum cor meũ: neque elati ſunt*
*oculi mei.*
Titulus eſt : canticum gradũ.
In humilitate cordis aſcenditur hic duodeci-
mus gradus.ſcriptum eſt enim:quanto mag-
Eccl,3.c. nus es humilia te in omnibus:& coram Deo
inuenies gratiam.intẽdit igitur ad perfectio
nem tendens:ſacrificio accepto,ſpiritu ſcili-
cet contribulato,corde contrito & humilia-
Pſ.50.v.18. to placare dominum.non eſt(inquit) exalta-
tum cor meum,neque mei elati ſunt oculi,ita
Hier.17.c. vt cum Hieremia dicere poſsim : ego nõ ſum
turbatus te paſtorem ſequens:& diem homi-
nis non deſideraui,tu ſcis.nec affectus,nec in
tellectus meus,exaltatus eſt dicens in corde
meo:in cælum conſcendam , ſuper aſtra Dei Eſa.14.c.
exaltabo ſolium meum, & ſedebo in mõte te
ſtamenti in lateribus aquilonis.nõ addidi,aſ-
cẽdam ſuper altitudinem nubium:ſimilis ero
altiſsimo.ſcientiam inflantem abieci, charita 1. Cor.8.a
tem autem ædificantem amplexatus ſum.per
ambulabam in innocentia cordis mei:nõ pro pſ.100.v.3
ponebam ante oculos meos rem iniuſtam.nõ
adhæſit mihi cor prauum: reſtiti quin potius
ſuperbis.nã ſuperbo oculo & inſatiabili cor-
de:cum hoc non edebam.Sequitur.
*Neque ambulaui in magnis:neque in mi*
*rabilibus ſuper me.* 2.
Altiora

Eccl.3.c. Altiora te ne quæſieris(ait ſapiens) & for
tiora te ne ſcrutatus fueris &c.& ſicut quidã
dixit,de his quę ſupra nos:quid ad nos?an nõ
ſatis mihi erit ſcrutari quæ operatus eſt De⁹
mirabilia in me:quanuis non ambulē in mag
nis,neq; in mirabilibus ſuper me? ſatius mihi
erit,mirabilia ſuper me credere:quam de am
bulatorio diſcurſu,vltra regulam & menſurã
Rom. 11.c. inueſtigare.tu autem fide ſtas:noli altum ſa-
pere,ſed time.& rurſus,dico enim per gratiã
quę data eſt mihi,omnibus qui ſunt inter vos
Rom.12.a. (eiſdem Romanis apoſtolus ait) non plus ſa-
pere quàm oporteret ſapere, ſed ſapere,
ad ſobrietatem: & vnicuique ſicut Deus di-
uiſit menſuram fidei,non etiam ambulaui in
magnis magnificè ſuper me, me ipſum exal-
tans:ſed te dñe,à quo magna & mirabilia cũ
1.Cor.12.b. cta procedunt.tu es qui largiris diſtribuisq;
bona: diuidens ſingulis prout vis. non ergo
(quaſi glorioſus)ambulaui in magnis: vento
Rom. 4.b. vanæ gloriæ inflatus.ſcitũ illud apoſtoli me
cum voluens: quid (inquit) habes quod non
accepiſti:ſi aũt accepiſti quid gloriaris quaſi
non acceperis?Fateor igit̃ accepi à te magna:
ſed nõ ambulaui in magnis,magna quę in me
3. & per me operatus es mihi aſcribens.Sequit̃.

*Si non humiliter ſentiebam:ſed exaltaui animam meam.*

Aliud eſt ſe humilem oſtentare:aliud de ſe
humiliter ſentire. ſe quidem humilem com-
monſtrat:qui victu,veſtitu,inceſſu,loquella,
Gal. 6.a. pariter & communione humiliter inter ho-
mines verſatur.at ſi ſecum habitans exiſtimat
(vt Galathis Paulus ait)ſe aliquid eſſe,cũ ni-
hil ſit: ipſe ſe ſeducit.humiliter enim ſentie-
Act. 9.c. bat ille:qui cum vas electum eſſet ad Chriſti
Rom.1.a. nomen portandum coram gētibus & regibus
& filijs Iſrael,vocatus apoſtolus, ſegregatus
1.cor.15 b. in euãgelium Dei &c:Corinthijs primo ſcri
bens de ſe ait:reſurgens dominus viſus eſt Ia-
cobo, deinde apoſtolis omnibus:nouiſsimè
autem omnium tanquam abortiuo viſus eſt
& mihi. ego enim ſum minimus apoſtolorũ
qui non ſum dignus vocari apoſtolus:quoniã
perſequutus ſum eccleſiam Dei.gratia enim
Dei ſum id quod ſum.porro non ſtatim quis
humiliter de ſe ſentit,ſi humiliter de ſe loqua
tur:eſt ſiquidem fallax lingua. ſed ſi interius
id habeat,quod exterius depromit,cuius rei,
inſpector & cēſor Deus eſt.Eſt ergo pendens
ac deficiēs hæc oratio,ſi nõ humiliter ſentie
bam,vt tu noſti dñe.ſed exaltaui animã meã,
vti multi hypocriſi & falſa ſimulatione re-
ſperſi:qui oculis in terram defixis, curuato
collo,cæteriſq; corporeis membris compo-
ſitis:cultu atque inceſſu,humilitatem promit
tere ac præſeferre vidētur:cum nihil minus.
habent enim depreſſum corpus: ſed erectum
animum.illud quippe quaſi humiles deijciũt,
ſed animam per ſuperbiam exaltant. quod fa
cile comperies,nam ſi vel leui digitulo illos
tangas:videas illos opido fumigare, criſtam
erigere,inflare buccas,& ſpumantia verba ef-
futire omneſq; deſpicere,quaſi non ſint ſicut
cæteri,ſed ſolem & lunam cæteraq; aſtra cla-
ritate & meritis ſuperare arbitrentur.cum er
go munus tuum ſit domine,animam hominis
ſeſe humiliantis exaltare, abſit à me,vt quod
tuum eſt vſurpauerim vnquam.ꝙ ſi non hu-
militer ſentiebam,ſed exaltaui animam meã:
quid tunc?

*Sicut ablactatus eſt ſuper matrem ſuã:ita retributio in anima mea.* 4.

Triplex huius verſus poterit eſſe ſenſus, vt
ſit imprecatio,prænuntiatio, vel deprecatio
ſeu gratiarum actio.ac ſi dixerit, hæc faciat
mihi Deus,& hæc addat.ſit retributio in ani
ma mea atq; vindicta,vt mihi cōtingat:quod
& ante tēpus ablactato in ſinu matris ſuæ,dũ
adhuc illius egeret fotu contingere ſolet.qui
vbi à lacte depulſus eſt,cuius dulcedinem an
te fuerat expertus:maiorē in modum accendi
tur,& ad materni pectoris vbera ſugenda ac
cedere geſtit.nec mihi ſecus eueniat: qui iam
gratiæ tuæ conſolationem noui, ſi non humi
liter ſentiebam &c.hæc ſit imprecatio.vt au-
tem ſit prænuntiatio:ſit ſenſus.talis erit retri
butio,& animæ meæ inflicta pœna, qualis &
ablactato ſuper matre ſua.Deus enim ſuper- 1.Pet.5.b.
bis reſiſtit: humilibus autem dat gratiam. ſit
etiam deprecatio,vt ſic ſonet.ſi non humili-
ter ſentiebam &c:corripe me domine vt ad
te trahas,ſit tamen mitis atque lenis retribu-
tionis pœna.Appone vberibus conſolationis
& fauoris tui,parum aloes:vti mater infantu
lum lactans, quum illum ablactare intendit.
quod & ſi amarum:proficuum tamen eſt. nec
ſic ipſũ à lacte mater ipſa depellit: vt nullam
poſtea curam illius habeat: quin illum fouet
potius,brachijs geſtat,micis pulthiculis, leui
buſq; & pręguſtatis cibis ipſum alit:donec ſo
lidioribus epulis vti poſsit. ſit etiã talis retri
butio:qualis eſſe ſolet ablactati,dum in ma-
millas iratus,imbelli palmula maternum pe-
ctus quaſi ſibi infenſum percutit:quo ſibi a-
bunde ſatisfactum eſſe putat.ꝙ igitur ita me
corripueris dñe,nec deſerueris:gratias tibi a-
go immortales,eritq; ſemp retributio gratia
rum in anima mea,tibi tribuens:ꝙ per incre-
menta virtutum,ad hanc vſq; produxeris æ-
tatem.nam accepti beneficij nuſquam imme
mor ero:ſicut ablactatum decet,qui (vt ma-
tri inſeruiat)ea ſemper ſub oculos habet:quę
dũ ipſum aleret,pertulit faſtidia mater.atquę
dũ



vt præco tuæ in me bonitatis & miſericor-
diæ;fideles omnes alliciam:vt in te qui ſum-
me bonus es,fixam in perpetuũ habeat ſpem
dicens.

*Speret Iſrael in dño:ex hoc nunc,& vſque in ſeculum.*

Iaco.1.a. Speret in domino qui dat omnibus afflu ē-
ter,& non improperat,ſperet,ſed qui me ex- Pſ.141.v.10
pectant iuſti donec retribuas mihi: videant
quæ erga me egeris,videant,audiant,læten-
tur,& ſperent in domino,humilientur in cō-
ſpectu domini,& exaltauit eos:nunc quidem Iaco.4.c.
gratiam illis tribuet,& in ſeculo futuro glo-
riam:qui viuit & regnat Deus per infinita ſe-
cula ſeculorum.Amen.

EPILOGVS PSALM. 130.

Domine non eſt exaltatum cor meum:neque elati ſunt oculi mei.Hoc etenim ſuperborum eſt.
neque ambulaui in magnis honoribus intumeſcens:nec ea quæ in me & ſuper me operatus es
mirabilia:mihi ipſi uendicaui unquam:nam ſi non humiliter ſentiebam (ipſe mecum habitans)
& me quaſi uermiculum reputabam;quin ſi exaltaui potius quandoq; animam meam,propriæ conditio
nis oblitus:tu ſtatim miſericors & iuſte domine,manu pia & caſtigatione leui humiliaſti me:non ſecus
ac ſolet ablactatus maternũ tundere pectus,an non rei huius gratia,tibi inſeruiam mitiſſime Deus:inſer
uiam utiq;,& me totum dedam:tibiq; iure fidam.quamobrem ſperet fidelis quiſque in domino:qui curã
noſtri gerit,& nobiſcum benigne agit,neque noſtri obliuiſcitur unquam.

PSALM. 131.

*MEMENTO domine Dauid: & omnis manſuetudinis eius.*

Titulus eſt:cãticum graduũ. Nunc
in manſuetudine apud homines,& in magno
deuotionis feruore erga Deum:tertium deci
mum aſcendit ſcalę gradũ.Memento(inquit)
dñe Dauid.quem pſalm.Dauid regem feciſſe
ipſumq; filio ſuo Salomoni tradidiſſe ferunt:
vt ſacerdotes(iam per eũ templo ædificato)
2.Reg.7. illum decantarent,& in templi dedicatione,
2.par.6. & in archæ domini introductione.propoſue
2. Par. 28. 29. rat quidem Dauid rex; templum ædificare
Iudit.9.d. domino,at vbi prohibitum eſt illi à domino,
& filio ſuo Salomoni reſeruatum: Dauid rex
(qui etiam pręparauit impenſas)pſalmum cō
didit decantandum,iam prophetico ſpiritũ a
liud præuidens templum longè ſanctius, per
regem Meſsiam verumq; Salomonem,in tem
poris plenitudine ędificandum.& quia humi
Iudi.9.d. lium & manſuetorum ſemper Deo placuit de
precatio:duo in oratione proponit,manſue-
tudinem ſcilicet,& deuotionem dum ait:me
mento domine Dauid, & omnis manſuetudi
nis eius.omnia enim in figura contingebant
illis:quippequi vnum offerebant intueti: ſed
aliud recte contemplanti ſignificabãt. Super
uacaneum eſt etiam recenſere,quanta Dauid
ſanctus non ſemel afflictus,vſus ſit manſuetu
dine ergã reprobum Saulem regem, & impiũ
filium Abſalonem,cæteroſq; omnes cum qui-
bus conuerſatus eſt:Chriſtum dominum fu-
turum ſibi filium ſecundũm carnē, vel ex tũc
imitatus.

2. *Sicut iurauit dño:votũ vouit Deo Iacob.*

Non ſolùm manſuetudinis(ait)verũm etiã
deuotionis maximæ( quam erga te habuit)
memorare,quemadmodum firmo & delibe-
rato animo ſtatuerit magnificam domum æ-
dificare tibi domino.Et feciſſet:ſi diuinæ vo
luntatis diſpoſitioni non contrairet. decre-
uerat enim antequam ſibi diuinum oraculum
innotuiſſet,dixeratq; apud ſe.

*Si introiero in tabernaculũ domus meæ: ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.* 3.

Non ingrediar regiam aulam: nec lectum
dormitioni paratum aſcendã,placido & quie
to animo.nullus mihi locus iucundus,nulla ſa
pida quies,non ampla & pulchra domus,non
lectulus purpura ſtratus,nec totus ille fulgēs
regius apparatus.et rurſus.

*Si dedero ſomnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.* 4.

Non permittam oculos meos ſomno dari:
nec oculorũ palpebras dormitationi.ſed pro
viribus vigil ero, noctu diuq; excogitans:
quonam pacto, quam propoſui rem perfice-
re queam?ꝙ ſi improbi à ſtomaho euaporan-
tes fumi,in cerebrum ac tempora aſcendant:
non veniam illis dabo.

*Et requiem tēporibus meis donec inueniã locum dño:tabernaculum Deo Iacob.* 5.

Frontem ac tempora perfricabo manu: nõ
requiem illis dabo vllam,nec blanda illis ac
ſuadentia ſomnum ceruicalia ponam.nõ oſci
tanti maxillæ manum,nec lubens fęſſo corpo
ri indulgere videbor: donec vicē reprendēs,
locum aptum inueniam,quo templum domi
no ædificare queam.tu autem fidelis,qui hęc
legis,contemplationis oculos in Chriſtũ do-
mini fige,qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſe
cundũm carnē:quique oſtenſus ſeu prædeſti Rom.1.a.
natus eſt filius Dei in virtute &c. cuius etiã
typum Dauid geſsit: & ſapientiſsimus filius
eius Salomon rex Iſrael,nempe hic manu for
tis,pulcher aſpectu,candidus & rubicũdus,e-
lectus ex milibus,totuſq; deſiderabilis: venit
in mundum atque templũ dño (vt Dauid ſan
ctus)

ctus) ædificare decreuit: & ecce pluſquam Sa
lomõ hic: qui eccleſiã ſanctam cõſtruxit, quã
Luc.11.d. & proprio ſanguine acquiſiuit. hoc quidem
munus perficere optauit: nimioq; deſiderio
deſiderauit. baptiſmo (inquit) habeo baptiza
Luc.12.g. ri: & quomodo coarctor, vſq; dum perficia-
tur. hoc enim verè per Zachariam prænuntia
Zach.6.c. tum eſt. ecce (ait) vir oriens nomẽ eius: & ſub
ter eum orietur. Et ædificabit templum dño:
& ipſe extruet tẽplum domino &c. qui etiã
de ſe ait: diſcite quia mitis ſum & humilis
corde. Et ad quem Dauid ipſe in ſpiritu, pro-
pter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiã
Pſ.44.v.6. &c. cuius totus etiã affectus: ſemper in Deũ
patrem ſuum directus fuit. quid enim aliud
ſonant euangelia, totaque vita Chriſti? Meus
cibus eſt (inquit) vt faciam voluntatem eius
Ioan.4.c. qui miſit me, & perficiam opus eius. et iterũ:
Ioan.5.c. nõ quæro volũtatẽ meã ſed volũtatẽ eius qui
miſit me. Rurſumq;: deſcẽdi de cælo, nõ vt fa
Ioan.6.a. ciã volũtatẽ meã: ſed voluntatẽ eius qui miſit
me. is irrefragabili decreto ſtatuit: ædificare
domum, quæ tum eccleſia, tum etiam aſſump
ta humanitas fuit dicens, nec introibo in ta-
bernaculum non manu factum, nec aſcendam
in cælũ in mihi vnita natura, vt ipſam ad dex
teram patris collocem, ſuper ſtratum quod
mihi paratum eſt ab origine mundi: nulla de-
nique oculis, palpebris, aut temporibus meis,
erit quies: donec inueniam locum domino,
tabernaculum Deo Iacob. venit vtique Chri-
ſtus & inuenit. venit diuina ſapientia & ædifi
Pro.9.a. cauit ſibi domum. Sequitur.

*Ecce audiuimus eã in effrata: inuenimus*
*eam in campis ſiluæ.*

6. Quis non nouit Bethleem natiuitati Chri
ſti, & Ieruſalem paſſioni atque morti fuiſſe
deputatas: quarum alteram ephratam, alterã
verò ſiluæ campos appellat? ac ſi dicat aper-
tius: ecce audiuimus eum in Bethleem natũ:
ſed inuenimus eum in Ieruſalem crucifixum.
Et quem illic audiuimus in præſepio iacen-
tem, & in medio duorum animalium vagien
Luc.2.b g. tem: hic inuenimus in tẽplo, in medio docto-
rum ſedentem, audientem illos, & interogan
tem eos: atq; in medio duorum latronum in
cruce clamantem, & non ad inſipientiam ſi-
bi. aduerte vlterius, quod ſiue eam, ſiue eum lega
mus: vtraque lecto vni & eidem vero ſenſui
cohæret. audiuimus (ait) eam domũ, vel Dei
habitationem, vel eum locum in ſilo: quæ eſt
in tribu Ephraim, vbi archa dñi aliquandiu ha
bitauit: ibidq; domus Dei eſt appellata.
ſic enim in libro iudicum ſcriptum legimus:
Iudi.20.c. ſurgentes venerunt in domum Dei, hoc eſt in
ſilo: conſulueruntq; dominũ &c. audiuimus
(inquam) narratione priorum, quod fuerit in ſilo
quæ ſita eſt in tribu & ſorte Ephraim. idq; au
diuimus dum eſſemus in Bethleem, quæ con
finium eſt: nunc autem ſedem & locum inue
nimus in monte moria, qui olim ſaltus erat &
Gen.22.b. campi ſiluæ: quum Abraam pater noſter, ibi
ſtructo altari, immolare voluit Iſaac filium
ſuum. & prohibitus, vidit poſt tergum arietẽ
inter vepres hærentem cornibus. vbi etiam à
Dauid rectè ſignatus eſt locus in quo poſtea
Salomon templum ædificauit. niſi alium ſen-
ſum myſticum velis accipere. nempe Bethleẽ
ciuitas; quæ domus panis dicta eſt, in qua
Chriſtus dominus (panis viuus de cælo deſcẽ
dens) naſci dignatus eſt: ephrata, ideſt, frugife
Mich.5.a. ra & fertilis nuncupatur. audi iam illud Mi-
cheæ celeberrimum vaticiniũ: Et tu (inquit)
Mat.2.a. Bethleem ephrata: paruulus es in milibus iu-
da? nec mireris, quod apud Mattheum, nequaquã
minima dicta ſit: quia ibi, non verba prophe-
tæ, ſed ſenſus attenditur intentus à propheta,
iam in ſpiritu illius ciuitatulæ excellentiam
præuidente, & ipſam ſimulatorie vel (ſi dixe
rim) ironice interrogante tu paruulus es? ac ſi
dixerit nequaquam, quia & ſi ciuium numero
parua: hac tamen dignitate magna. nam ex te
mihi egredietur, qui ſit dominator in Iſrael:
& greſſus eius ab initio, à diebus æternitatis,
hæc prima ſedes domini: in qua natus eſt ſe-
cundùm carnem. ecce audiuimus eã in ephra
ta: audiuimus & eum ibi vagientem in præſe
Rom.15.b. pio: qui ad iudæos primum miſſus eſt, prop-
ter veritatem Dei, ad confirmandas promiſ-
ſiones patrum. at inuenimus eam, eumq;, in
campis ſiluæ, inter gentes incultas: vbi erant
Pſ.95.v.12. idolatriæ vepres. audiuimus in ephrata iudæo
rum populo: inuenimus autem in campis ſil-
uæ, hoc eſt in latitudine gentiũ, & gauiſi ſunt
campi, & omnia quæ in eis ſunt: & exultaue-
rũt omnia ligna ſiluarum à facie domini quia
Eſa.49.b venit. ſic etenim prædixerat Eſaias dicens: pa
rum eſt, vt ſis mihi ſeruus ad ſuſcitandas tri-
bus Iacob: & fæces Iſrael conuertendas. dedi
te in lucem gentium, vt ſis ſalus mea, vſq; ad
extremum terræ. & ſic actum eſt. nam voca-
uit eccleſiam ſuam de gentibus cõgregatam:
ibiq; conſtituit ſedem ſuam, in qua habitat
per fidem. Sequitur.

*Introibimus in tabernaculum eius: adora* 7
*bimus in loco. vbi ſteterunt pedes eius.*

Eccleſia militans, tabernaculũ Chriſti eſt.
nec ſub Chriſto duce militat: qui tabernacu-
lum eius non intrat. introibimus autem in
tabernarculum eius: ſi orthodoxæ fidei vnita
tem habuerimus. & adorabimus in loco vbi
ſteterũt pedes eius, apoſtoli ſcilicet ac cæteri
ſancti



ſancti qui pedes Chriſti ſunt: quorũ ipſe eſt
caput. & vbi ipſi ſteterunt: adorabimus patrẽ
Ioan.4.c. in ſpiritu & veritate. nã & pater, tales quærit
qui adorẽt eum &c. hæc huius ædificij & ſpi
ritalis ſtructuræ ratio. introibimus (inquit) in
tabernaculũ eius, & adorabimus in loco vbi
ſteterunt pedes eius: intraturi poſtea in gau-
dium domini, militiæ noſtræ ſtipendia perce
pturi, & in æternũ regnaturi cũ Chriſto. Seq.

8. *Surge dñe in requiem tuam: tu & archa*
*ſanctificationis tuæ.*

Archa dñi, in ea quæ fœderis vel teſtamen
ti dicta eſt, figurata: eccleſia eſt, anima iuſti,
caro Chriſti, & virgineus (de quo aſſumpta
eſt) vterus. Incarnationem nunc igitur petit
diuinus pſaltes, mortem ſimul & reſurrectio-
nem: atq; Chriſti & eccleſiæ ſuæ in cælos aſcẽ
ſionem. ſurge (inquit) dñe, veni de ſinu patris
in vterum matris, ibi enim delitiæ tuæ. mun-
do etiam te ipſum exhibe, eccleſiam cõſtrue,
ipſamq; inhabita: nam ibi requies. redime, ſur
ge à mortuis, in cælum conſcende, (vbi plena
Pſ.7.v.8. quies) tu & archa ſanctificationis tuæ. pro-
pter hanc veni: & propter hanc in altum re-
gredere.

*Sacerdotes tui induantur iuſtitiam: &*
9. *ſancti tui exultent.*

Qui euangelico ſacerdotio fungũtur: (ve-
lut lõgo et lato amicti pallio) omni ex parte
abũdante iuſtitia, repleãtur: iuxta edictũ Chri
Mat.5.c. dicẽtis: niſi abũdauerit iuſtitia veſtra pluſquã
ſcribarum & phariſeorum: non intrabitis in
regnum cælorum. induantur ergo veſte cãdi
da charitatis quæ ad inimicos etiam exten-
datur. induantur gratia iuſtificante. accipiant
Ioan.1.b q; de plenitudine tua gratiã pro gratia: & ſan
cti tui in aduentu & reditu tuo exultent. in-
Pſ.64.v.14 duti ſint arietes ouium, pingueſcant ſpecioſa
deſerti: & exultatione colles accingantur. hi
Pro.31.c. etenim domeſtici tui ſunt: veſtiantur duplici
bus. abũdet fide, grã & ſanctitate: hæc domus
ſecũda. fortitudo & decor indumẽtum eius,
& ridebit in die nouiſsimo. ecce domũ tuam
decet ſanctitudo dñe, in longitudinem dierũ.

*Propter Dauid ſeruum tuum: non auer-*
10. *tas faciem Chriſti tui.*

Propter Dauid filiũ Yſai ſeruum aũt tuum,
qui nunquam te vero Deo relicto Deos ado
rauit alienos: non cõfundas faciẽ Chri tui Sa
lomonis, qui nomini tuo dicatam domum, &
(quam Dauid rex ipſe deſcripſit) ædificauit.
Et propter Dauid alterum, filium tuũ ſimul
Phili.2.a. & ſeruum, qui formam ſerui accipiens, habitu
eſt inuentus vt homo: non auertas faciẽ eiuſ
dem Chriſti filij tui, à pecculiari populo tuo.
fac ipſum agnoſcat in propria venientem. nõ
omnino ab illius notitia fideli, populum tuũ Eſa.10.d.
repelli patiaris: reliquiæ ſaltem conuertãtur Rom.9.f.
ex eo. Sequitur.

*Iurauit dñs Dauid veritatem, & nõ fru*
*ſtrabitur eum: de fructu ventris tui ponã* 11.
*ſuper ſedem tuam.*

Verè & immutabiliter promiſit dñs Dauid
regi ſeruo ſuo dicens, de fructu ventris tui
&c. nec defraudabit eũ, aut huius promiſsio-
nis pœnitebit vnquam. hæc autem promiſsio
de Salomone, ſed verius de Chriſto Ieſu in-
temeratæ virginis filio, facta eſt: quæ regali
ex progenie Dauid orta eſt. de fructu (in-
quit) ventris tui: ponam ſuper ſedem tuam.
de quo fructu & ſede Eſaias ait: ſuper ſolium Eſa.9.b.
Dauid & ſuper regnum eius ſedebit &c. & an
gelus ad Mariam: dabit illi dominus Deus ſe Luc.1.c.
dem Dauid patris eius, & regnabit in domo
Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.
non eſt quod in re tam peruia immoremur. de ſe
de quidem & regno æterno loquutus eſt: in
quo rex ſuper omnes angelos & homines cõ
ſtitutus eſt Chriſtus. & ipſe eſt caput corpo-
ris eccleſiæ (apoſtolus ait) qui eſt principium Colo.1.c
primogenitus ex mortuis: vt ſit in omnibus
ipſe primatum tenens. nec id ſolum. Sequitur.

*Si Cuſtodierint filij tui teſtamentum meum* 12.
*& teſtimonia mea hæc: quæ docebo eos.*

Et hic promiſsionis culmus. ad filios enim
& nepotes omneſq; credituros, non degene-
res, ſed Chriſti imitatores: extenſa eſt promiſ
ſio. ſi filij (inquit) tui ex aqua & ſpiritu ſan-
cto regenerati, præcepta & legem meam cu-
ſtodierint: quæ interiore & exteriore magi-
ſterio docebo eos, adde inſuper.

*Et filij eorum vſque in ſeculum: ſedebunt* 13.
*ſuper ſedem tuam.*

Et nati natorum & qui naſcentur ab eis, re
gnum illud obtinebunt, in quo cum Chriſto
regnant omnes ſancti: ſi cuſtodierint pactum
illud, de quo dominus per Eſaiam. audite (in- Eſa.55.a.
quit) audiẽtes me: & comedite bonum, & de
lectabitur in craſsitudine anima veſtra. quod
exponens ſubiũgit. inclinate aurem veſtram,
& venite ad me, audite & viuet anima ve-
ſtra: & feriam vobiſcum pactum ſempiter-
num, miſericordias Dauid fideles. ecce te-
ſtem populi dedi eum: ducem ac præceptorẽ Ioan.18
gentibus &c. verba Dei patris ſunt, eius ſcili-
cet qui poſtea in transfigurati vnigeniti ſui
honorẽ, de nube dixit: hic eſt filius meus dile Luc.9.d.
ctus, ipſum audite. audite (inquã) fide, atq; affe
ctione pia, vtile & honeſtũ doctrinæ illius pin
de ac delectabile: comedite bonũ ipſũq; in mẽ
tis vẽtrẽ traijcite: & delectabitur in craſitudine
charitatis & gratiæ anima veſtra, ſpũs feruore ſicut

adipe & pinguedine repleta. inclinate etiam aurem per obedientiam, & venite per bonorum operum executionem: & viuet anima veſtra vita gratiæ, cui ſuccedet vita ſempiternæ atque interminabilis gloriæ. cuius rei gratia dictis annectit, ecce teſtem populis dedi eum, hoc eſt in veritatis teſtimoniũ. quod & Chriſtus apud Ioannem de ſe aſtruit dicens: ego in hoc natus ſum, & ad hoc veni in mundum: vt teſtimonium perhibeam veritati. ò quoties vt teſtimonia ſua doceat, auditum
Rom.10.c. expoſcit dominus? id profecto quia fides ex auditu eſt, auditus autem per verbum Chriſti. ſed quæ (rogo) huius promiſsionis cauſa? non vtique alia quam diuinum beneplacitũ.
Eſa.62.a. audi eundem Eſaiam, eccleſiam Chriſti iam in ſpiritu alloquentem. propter Sion (ait) non tacebo: & propter Ieruſalem non quieſcam, donec egrediatur vt ſplendor iuſtus eius &c. & poſt pauca, & eris (inquit) corona gloriæ in manu domini, & diadema regni in manu Dei tui. non vocaberis vltra derelicta, & terra tua nõ vocabitur amplius deſolata, ſed vocaberis voluntas mea in ea: & terra tua inhabitabitur, quia complacuit domino in te. ſic ergo ſubiungit.

14. *Quoniam elegit dominus Sion: elegit eã in habitationem ſibi.*

Non meriti ſed gratuitæ electionis fuit: hæc Dei per fidem & gratiam habitatio. elegit quidem dominus, quos voluit ex gratia, in habitationẽ ſibi. cuius rei, in ea quæ ad romanos & quæ ad Epheſios eſt epiſtola: ſatis meminit apoſtolus, fœlix eccleſia terq; quaterq; beata, quæ ad tantum faſtigium euecta es: ꝙ te elegerit Deus tuus in habitationem ſibi, dicens.

15. *Hæc requies mea in ſeculum ſeculi: hic habitabo quoniam elegi eam.*

Non deſeram vnquam habitationem quam ſemel elegi, nec illam pro altera commutabo. non temporalis mihi erit, ſed perpetua manſio in qua requieſcam, ſic enim mihi complacuit perpetuò habitare in ea. ideo his bonis omnibus ipſam abundare faciam.

16. *Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius ſaturabo panibus.*

Sunt qui non viduã, ſed victui eius legant: nec diſſonat ſenſus. at nos verſionẽ ſequimur
1.Tim.5.a. vulgatiorem. quãcunq; animam huius habitationis viduam, auxilio ſcilicet humano deſtitutã, & quę ſic verè vidua eſt: ꝙ ſolius Dei, nõ alterius aut ſuimet, ſit innixa viribus: hãc vtiq; benedicã omni benedictione ſpirituali in cæleſtibus in Chr̃o. pauperes aũt eius ſpiritu qui verè humiles ſunt, nõ vento elationis pleni & quibus non tam curta ſuppellex eſt, quã mũdanarum rerum ſtrictus affectus: hos gratiæ & gloriæ panibus ſaturabo.

*Sacerdotes eius induam ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabunt.* 17.

Sacerdotes qui primas in eccleſia ſedes obtinent: induam veſtimento ſalutis. omni ſcilicet ſanctitate: vt induti nouũ hominem, qui Eph.4.f.
ſecundùm Deum creatus eſt, in iuſtitia & ſanctitate veritatis, & virtute ex alto: ſacrificiũ Luc.24.g.
Deo acceptabile offerre poſsint. cæteri etiã ſancti, ſancti ſpiritus exultatione exultabunt: vt ſicut lætantium omnium habitatio ſit in Pſ.86.v.7.
ea. quicunq; enim in Chriſto Ieſu baptizati eſtis (ait Paulus) Chriſtum induiſtis. omnes igi Gal.3.d.
tur hi & illi credentes, ſic induti exultabunt: 1.pet.1.b.
lætitia inenarrabili & glorificata, reportantes finem fidei ſuæ, ſalutem animarum ſuarũ.

*Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo.* 18.

Siue illic dixeris, ſiue illuc: vtrunq; conſonat. illic, ſanctum eccleſiæ Chriſti locum deſignat. ibi (inquit) gloriam, fortitudinem, potẽtiam, & magnificentiam veri Dauid hoc eſt manu fortis: erigam. vel illuc producam (ad viduam ſcilicet, pauperes, ſacerdotes, & ſanctos) vt benedictione, ſaturitate, ſalute, exultatione, & omni denique bono repleãtur. ſic enim actum eſt: erexit quidem cornu ſalutis Luc.1.g.
nobis: in domo Dauid pueri ſui, ſicut loquutus eſt per os ſanctorũ, qui à ſeculo ſunt prophetarum eius. illic etiã paraui (ait) lucernã Chriſto meo. lucerna quippe ardens & lucẽs, ipſa veritatis voce appellatus eſt præcurſor domini Ioannes. vos miſiſtis ad Ioannem (iudæis ait ſeruator noſter Chriſtus) & teſtimo- Ioan.5.f.
nium perhibuit veritati. ego autem non ab homine teſtimoniũ accipio: ſed hæc dico, vt vos ſalui ſitis. ille erat lucerna ardẽs & lucẽs: vos autem voluiſtis ad horam exultare in luce eius. vides ne quàm magnificè & copioſè: petita Dauidi conceſſerit dñs? petierat quippe dicens: ſacerdotes tui induantur iuſtitiam: & ſancti tui exultent, rurſumq;, non auertas faciẽ Chriſti tui. audi iam diuinæ promiſsionis verbum. ſacerdotes eius (inquit) induam ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabũt. & addit: paraui lucernam Chriſto meo. Erat quippe vox verbum præcedens, præcurſorq; Mat.3.a.
ipſi viam parans vt reciperetur: & lucerna quæ mundo domini ſui faciem demõſtrabat. cuius vitæ ſanctitas, iudæis ac gentibus adeò nota erat vt eius teſtimonium confunderet non credentes.

*Inimicos eius induã cõfuſione: ſup ipſum aũt efflorebit ſanctificatio mea.*

Ii pro



Ii profecto inimici crucis Chriſti ſunt: quibus iidem pſaltes alibi ita imprecari viſus eſt
Pſa.108.ve: 18. dicens: induãtur qui detrahunt mihi pudore: & operiãtur ſicut deploide cõfuſione ſua. &
Phil 3.d. philipẽſibus Paulus apoſtolus: multi enim ambulant quos ſępe dicebam vobis. nunc autem & flẽs dico, inimicos crucis Chriſti: quorum finis interitus, quorũ Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum, qui terrena ſapiũt, de quo etiam in actis apoſtolorum ſcriptum legimus: ꝙ ſaulus multo magis conualeſcebat Acto.9.d
& confundebat iudæos qui habitabãt damaſci, affirmans quoniã hic eſt Chriſtus. talẽ quidem erit inimicis Chriſti totius infœlicitatis & æternæ confuſsionis indumẽtum. at ſuper Chriſtum efflorebit nec marceſcet vnquam, totius diuinitatis ſanctificatio & glorioſum diadema, ipſaq; vnctio regia & ſacerdotalis: de qua in pſalmo ſequenti. ſit illi honor & gloria per infinita ſeculorum ſecula amẽ.

## EPILOGVS. PSALM. 131.

MEmento dñe Dauid: & omnis manſuetudinis eius. Quã manſuetus erga ſubditos ſibi homines, quã erga te pius fuerit atq; deuotus. qui iurauit & uouit domino dicens: nõ ingrediar domum meam, nec lectulum aſcendam, ut me ſopori dedam, curis hominum uale dicens: donec inueniam locum domino, quo templum poßim ædificare, illiq; dicare. ecce audiuimus fuiſſe locum ei conſecratum in ſilo, quæ eſt in tribu Ephraim, ubi archa domini habitauit: ſed inuenimus eum poſtea in monte moria, qui olim ſaltus & locus incultus erat, ubi poſtea tẽplum Salomonis fuit erectum. ſic etiam per omnem modum inuenimus Chriſtum natum in Bethleem ciuitate Dauid filij Ieſe Ephratei: quem poſtea inuenimus (relicto natali ſolo) translatum ad gentes barbaras, per campos ſiluæ ſignificatas. introibimus in tabernaculum eius (quod eſt eccleſia ſancta) acturi militiam in hoc ſeculo: & adorabimus in loco ubi ſteterunt pedes ſtrenui ducis noſtri. ſurge ergo dñe, ueni in requiem tuam, qui ſecunda es in diuina trinitate perſona. ueni tu & archa ſanctificationis tuæ: quæ aſſumpta humanitas erit, pura, ſancta, & immaculata. primores eccleſiæ & ſubditi, omnes quidem electi, induantur (te ueniente) pro ueſtimento omni uirtute, & iuſtitia iuſtificanto, ut decet ſanctos, & exultent in conſpectu tuo. induantur dixi iuſtitia (quæ eſt omnis uirtus) omnem habitum uirtutis habentes in corde fixum quo ornatiores incedaũt, facilius ac delectabilius operentur. precor itidem obnixè Deus, propter Dauid ſeruum tuum, non auertas faciem Chriſti tui, [illegible] typici [illegible] ueri Salomonis: uterq; enim tibi domũ ædificabit. nempe iurauit dominus meus. Dauid ſeruo ſuo, huiuſmodi ueritatem, & non fruſtrabitur eum. ecce (ait) de fructu uentris tui ponam ſuper ſedem tuam. quid clarius obſecro? addiditque, ſi cuſtodierint filij tui teſtamentum meum &c: ipſi & filij eorum, uſque in ſeculum ſedebunt ſuper ſedem tuam. quod utique non ex meritis, ſed ex gratia, ac diuino beneplacito fuit. quoniam elegit dominus eccleſiam, quam fundauit in habitationem ſibi dicens: hæc requies mea ſemper erit. uiduam eius benedicam, pauperes ſaturabo, ſacerdotes induam ueſtimento ſalutis & iuſtitiæ, & ſancti eius exultabunt. in hæc omnia producam cornu Dauid, eiusq; gloriam ſublimabo. arrigite aures, intelligite uerba, & auſcultate myſteria. ſunt enim hæc abſtruſa, fœta, & ſpiritu plena. paraui utiq; lucernã Chriſto meo. qualis erit humanitas uerbo: aut præcurſor regi meßiæ. inimicos eius nõ ita, ſed confuſione induam: ſuper ipſum autem, efflorebit ſanctificatio mea. at conſtructa domo, quid deeſt, niſi ut habitetur à ſanctis, in eandem fidem & charitatem coeuntibus?

## PSALM. 132.

*ECCE quam bonum & quam iucundum: habitare fratres in vnum.*

Titulus eſt: cãticum graduum. iam quartũdecimum propoſitæ ſcalæ gradum aſcendit: in fraternæ charitatis ſuaui iucunditate; atq; vnius & eiuſdem ſpiritus, fidei, ac morum cõformitate. & quaſi rei huius ſuauitatem expertus, vt omnes ad aſcenſum (quo tanto bono fruantur) inuitet: in hæc verba prorrumpit. ecce quam bonum &c. illi ſoli datum eſt noſſe: cui datum eſt experiri, quam bonum ſit, honeſtum, & proficuum, quam iucũdum, pulchrum, & delectabile: habitare fratres in vnum. fœlix profectò cohabitatio: vbi omnes dignè ambulant, vocatione qua vocati Ephe.4.a.
ſunt: cum omni humilitate & manſuetudine, cum patientia ſupportantes inuicem in charitate. ſolliciti ſeruare vnitatem ſpiritus: in vinculo pacis. vnum corpus & vnus ſpiritus: ſicut vocati ſunt in vna ſpe vocationis ſuæ. vnus Deus, vna fides, vnũ baptiſma: vnus Deus & pater omnium &c. cohabitantes ſecũdùm ſcientiam: ſicut & apoſtolorum vertex ait: in 1.pet 3.b.
fide autem omnes vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſti, humiles, nõ reddentes malũ pro malo, nec maledictũ ꝓ maledicto: ſed è cõtrario, benedicẽtes &c. vbi nõ factiones ac ſectæ: ſed id ipſum ſapiẽtes in alterutrũ, ſecũdũ Ieſum Chr̃m. Rom.15.b.
vnanimes, & vno ore honorificantes Deum,

 & patrẽ

& patrem dñi noſtri Ieſu Chri.& ſicut iſdem apoſtolus Paulus philipenſes cõmonefaciens
Phili.2.a. ait:ſi qua ergo conſolatio in Chriſto,ſi quod ſolatium charitatis,ſi qua ſocietas ſpiritus, ſi qua viſcera miſerationis:implete gaudiũ meũ vt idem ſapiatis,eandem charitatem habẽtes, vnanimes,id ipſum ſentientes.nihil per contẽtionem,neq; per inanem gloriam: ſed in humilitate,ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes, non quę ſua ſunt ſinguli conſiderantes:ſed & ea quæ aliorum.iure igitur diuinus vates & ſignanter ait:ecce,aduertite,perpendite, quã bonum ſit, quãq; iucundum habitare fratres
Mat. 23.a. in vnum:quorum vnus eſt pater qui in cælis eſt,qui & habitare facit vnius moris in domo,quos intra eccleſiam ſuam in eiuſdem fidei vnitate : coadunare dignatus eſt : extra quam non eſt ſalus.Sequitur.

2. *Sicut vnguentum in capite: quod deſcendit in barbam,barbam Aaron.*

Talis quippe eſt vnanimis illa & fraterna cohabitatio:quale erat in odoris ſuauitate, vnguentum illud optimum,in capite, & ſummi ſacerdotis vertice effuſum:quod bene olens,in barbam,& dehinc ad oram ſacerdotalis clamidis,alteriusvè indumenti, inſtilla-
Acto.10.f. bat.nec ſecus à capite Chrĩ, quẽ pater vnxit
Pſ.44.v.9. ſpiritu ſancto & virtute,atque oleo lætitiæ
Ioan.3.d. præ conſortibus ſuis,cui nõ eſt datus ſpiritus ad menſuram:ſpirituali quodam influxu,primum gratia cæteraq; dona in heroicos illos viros(apoſtolos dicimus)barbatos ac fortes, deriuata ſunt:ac deinde ad reliquos etiam infimos eccleſiæ ſanctos peruenerunt. venerat enim mirificis delibutus vnguẽtis ſponſus ipſe:quæ odorata,(dum ipſum deoſculatur ec-
Cant.1.a. cleſia)ait:meliora ſunt vbera tua vino,fragantia vnguentis optimis.oleum effuſum nomen tuum:ideo adoleſcentulæ dilexerũt te.trahe me poſt te:curremus in odorem vnguentorũ tuorum.profectò pilus barbæ illius erat, & vnguento à capite deſcendente litus apoſto-
2.Cor.2.d. lus ille:qui corinthijs ſecundo ſcribẽs aiebat: Deo aũt gratia,qui ſemper triumphat nos in Chriſto Ieſu,& odorem notitiæ ſuæ manifeſtat per nos in omni loco:quia Chriſti bonus odor ſumus Deo in his qui ſalui facti ſunt &c.hoc etiam vnguentum odoriferũ,deſcendit in oram veſtimenti eius:in minimum ſcilicet electorum quenq;. an non veſtis illa inconſutilis Chriſti,& deſuper contexta per totum:eccleſiã ſanctam ſignificauit? de hac igitur ſubiungit.

3. *Quod deſcendit in orã veſtimenti eius: ſicut ros Hermõ,qui deſcẽdit in montẽ Siõ.*

Non ſic legendum putes,quaſi ros à monte Hermon deſcendat in montem Sion : cum hi duo montes,magna loci intercapedine inter ſe diſtent:ſed Dei gratia,qua fideles in vnum habitare dicuntur: rori comparatur deſcendenti ſuper montem hermon & ſuper mõtem Sion:à quo(non à propria natura & virtute)illorum montium fœcunditas fertilitasq; prouenit.ſic à ſimili,gratia & fauor ille diuinus concordiaq; deſcendit primum in mõtes:deinde ad planitiẽ deriuatur. ſicut de pace,lumine,auxilio,cæteriſq; donis à Deo delapſis ſcriptum legimus.quale eſt illud: ſuſci-
Pſ.71.v.3. piãt montes pacem populo,& colles iuſtitiã.
Pſ.75.v.4 illuminans tu mirabiliter à montibus ęternis.
Pſ.120.v.1. & leuaui oculos meos in mõtes: vnde veniet auxilium mihi.atq; horũ ſimilia teſtimonia: quæ hoc negotium alludere videntur.Sequit.

4. *Quoniam illic mandauit dñs benedictionem: & vitam vſque in ſeculum.*

Vbi charitas,concordia,pax,& cohabitantium in eodem ſpiritu vnio,idemq; ſenſus eſt qualis in eccleſia ſua ſancta ſemper fuit,eſt,& erit:adeſt dominus , & totius benedictionis plenitudo,atq; ſpiritualium donorum & chariſmatum abundantia.ſicut dominus ipſe pro-
Mat.18.c. miſit dicens:iterum dico vobis , q̃ ſi duo ex vobis conſenſerint ſuper terram: de omni re quancunque petierint,fiet illis à patre meo qui in cælis eſt.vbi enim ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo:ibi ſum in medio eorum.promiſit etiam & vitam ęternam, quam nobis tribuat ipſe ſponſus & caput eccleſiæ Chriſtus , qui cũ patre & ſpiritu ſancto viuit & regnat per infinita ſeculorum ſecula Amẽ.

EPILOGVS PSALM 132.

*ECCE quam bonum & quam iucundum:habitare fratres in unum.Certe honeſtum eſt , utile ac delectabile bonum,pulchrum uiſu,& guſtu ſuaue atque omni denique appetibile affectu.ſicut unguentum in capite chriſto,quod ſuper effluens,diſtillat in myſtici corporis barbam,apoſtolos ſcilicet & apoſtolicos uiros:quod denique deſcendit in oram ueſtimenti eius,omnia membra perungens.uel ſicut ros,qui in hermon uel montem Sion ex alto cum ſuauitate deſcẽdit:ut inde ad planitiem uſque deriuetur. nempe iucunda eſt huiuſmodi habitatio,quoniam illic promiſit dominus benedictionẽ, & uitam non defuturam.eia ergo ſancti colentes eccleſiam Dei:partes ueſtras agite.*

PSALM. 133.





1. *ECCE nunc benedicite dñm:omnes ſerui domini.*

Titulus eſt:canticum graduũ.aſcẽderat hic quartum decimum gradũ in charitate erga proximum propter Deũ:aſcendit nũc vltimum,ad perfectionẽ tendens:in dilectione Dei propter ſe.ad quẽ iam in culmine exiſtens:omnes excitat & inuitat,dicens iterum ecce,ſignanter attendite,& totius ſalutis perpendite ſcopum.ipſe hic habitantibus in vnũ, benedictionem mãdauit,promiſſit & vitam. vos ergo præſtita benedictione digni,vicem illi rependentes vti ſerui & non inutiles: nũc dũ adhuc viam agitis,benedicite dñm.& quidem benedicere:bene viuere eſt: dñm propter ſe,& proximum propter Deũ diligentes: vt vitam æternam adipiſci,& cæleſtem illam domum habitare mereamini, de qua ſcriptũ
Pſ.83.v.5. eſt: beati qui habitãt in domo tua dñe: in ſecula ſeculorum laudabunt te.

2. *Qui ſtatis in domo domini : in atrijs domus Dei noſtri.*

Vos maximè exhortor:qui in hoc munus Deo,peculiari quodã modo dicati eſtis : vt nocte dieq; diuinis vacetis laudib', ſtãtes aĩo & corpore,fide,vita & moribus coram dño, quaſi mediatores inter Deum & reliquos homines:ſepties in die laudem dicentes,ac media nocte ſurgentes ad cõfitendum ei.vos(in quam)qui ſtatis vigilantes,& cuſtodiẽtes vi-
Luc.2.b. gilias noctis ſuper gregem, in eccleſia ſancta
Pſ.118.oct.8.v.5. Dei.quiq; vt perfectiores,ambulatis in latitudine charitatis,mãdata Dei exquirentes,vt fideli populũ verbo & exemplo legẽ dñi doceatis:vos oẽs appello,vos moneo & inuito.

3. *In noctibus extollite manus veſtras in ſancta: & benedicite dominum.*

Non ſolum in proſperis,verùm etiam in aduerſis,ſimplices & ſupplices tẽdentes ad ſidera palmas:benedicite dñm,omni tempore benedicentem vos.nõ ſint opera veſtra deiecta atq; humi reptantia.cęlum reſpiciant:non ad terrena ſed ad cæleſtia dirigant. extollite manus veſtras in ſancta illa ſanctorũ:ſurſum etiã corda leuate , quæ ſurſum ſunt quærite : vbi Chrs eſt in dextera Dei ſedens. quæ ſurſum
Col.3.a. ſunt ſapite:non quę ſuper terrã.mortui enim eſtis(ait apoſtolus)& vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo.Reſpuite prophana, extollite manus veſtras in ſancta:& benedicite dñm rectè operantes.volo ergo viros (iſ-
1.Tim.2.b dem apoſtolus ait)orare in omni loco:leuantes puras manus,ſine ira & diſceptatione : &
Pſ.144.v.17 benedicite dñm,qui implet omne animal benedictione.Sequitur.

4. *Benedicat te dñs ex ſion: qui fecit cælum & terram.*

Benedicat te dñs ex ſummo habitaculo ſuo, ex Sion illa ſancta,in qua ſancti cum Chriſto regnant. ô homo fidelis quiſquis es,qui tuas extuliſti manus in ſancta: te quaſi vnũ com-
Gal.5.a. mendo,q̃ vnitatem fidei amplexatus ſis. tãta quidem eſt vis fidei quæ per charitatem operatur:vt multi in vnum coeant , obidq; quaſi vnum alloquor dicens : benedicat te dñs ex magna illa eccleſia ſanctorũ:qui angelos condidit & homines.ſitq; ipſe benedictus in ſecula amen.

EPILOGVS, PSALM, 133.

*ECCE nunc benedicite dñm omnes ſerui dñi.benedicite eum qui eſt Deus ſuper omnia benedictus in ſecula.benedicite ſerui domini:cui ſeruire regnare eſt.benedicite bene uiuentes, uos maxime qui ſtatis in domo domini,quaſi à populo ſequeſtrati: & in huiuſmodi manus domino conſecrati.uos igitur epiſcopi & ſacerdotes non ſolum diebus,uerùm etiam noctibus in proſperis, & ad-*
1.Tim.2.b *uerſis , quaſi mediatores inter deum & homines , atq; aſſidui interceſſores:extollite manus ueſtras in ſancta,orantes,leuantesq; in cælum puras manus,ſine ira & diſceptatione,& benedicite dñm.benedicite ſimul eccleſiam eius:ut creſcat & multiplicetur.ſint benedictionis uerba,benedicat te dominus ex Sion,benedicat à ſummo cælo,& omni ſis benedictione repleta.benedicat qui te creauit,iuſtificauit, ac ſibi ſpirituali cõnubio aggregauit:& fecit cælum & terram.omni quidem iure,ſerui eſtis illius omnes. qui ergo gradus adiuuante domino aſcendiſtis:benedicite & laudate.ſit ſemper laus eius in ore ueſtro.*

PSALM. 134.

*LAVDATE nomen dñi: laudate ſerui dñm.*

Huius pſalmi titulus eſt,alleluya. cuius expoſitio ex ſuperioribus patet.Hic cõſiderare libet,q̃ vbi iam per gradus vir ſanctus aſcendit in templum:maiori ac feruẽtiore affectu:fideles ad Dei laudem inuitat. vos (inquit)ſerui dñi creationis , redemptionis, gubernationis,& quouis alio iure ſerui: efferte laudibus nomẽ domini, nihil enim dignius gratius & ſuauius. Id veſtri muneris erit : ſi nominis eius aſſiduè depromatis laudes : vt quod in illius ſit gloriam , in veſtrum cedat commod um.ideo laudate nunc ſerui,ſalutiferum nomen eius,qui(vt apoſtolus ait)præde-
Ephe.1.a. ſtinauit nos in adoptionem filio per Ieſum Chrm in ipſum,ſecũdum propoſitũ volũtatis

ſuæ, in laudẽ gloriæ grẽ ſuæ,inqua gratifica
uit nos in dilecto filio ſuo., in quo habemus
redemptionẽ &c.iuſtũ eſt igitur,vt dñs & be
neficus maximè laudetur à ſeruis:eiusq́; ſan=
cto nomini gloriæ & honoris iura reddãtur:
Acto.4.b. nec enim aliud nomẽ eſt ſub cælo datum ho
minibus:in quo oporteat nos ſaluos fieri. at
ſtantes,nõ in peccatorum cœno iacentes:ſed
intra domum Dei,in eccleſię ſcilicet gremio
per fidem atque in ſtatu gratiæ & charitatis
erectos:illi laudes & obſequia impendere de
cet iccirco ſubiungit:

2. *Qui ſtatis in domo domini:in atrijs do-*
*mus Dei noſtri.*

Vos qui perſeueranter ſtatis in domo do-
Ioan.8.f. mini:non vt angelus ille apoſtata & homici-
da,qui in veritate non ſtetit ſed cecidit è cæ-
lo.vos etiam qui non vt hoſpites & aduenæ:
2.Cor.6.b ſed vt ciues ſanctorum & domeſtici Dei,non
anguſtiamini in viſceribus veſtris:ſed per am
pla Dei atria diſcurritis,Deũq́; ſuper oĩa,atq; a
micum in eo & inimicum propter eũ diligen
tes,intra eccleſiæ Dei ambitum eſtis:vos (in
quam)qui poſiti eſtis quaſi genus electum,re
1.pet.2.b. gale ſacerdotium,gens ſancta,populus acqui
ſitionis:vt virtutes annuntietis eiusqui de te
nebris vos vocauit in admirabile lumen ſuũ,

3. *Laudate dñm,quoniam bonus dñs:pſalli*
*te nomini eius,quoniam ſuaue.*

Gen 1.d. Si(vt ſcriptum eſt)vidit Deus cuncta quæ
fecerat,& erant valdè bona:quanto excellen
tiore perinde ac infinita,& in infinitũ à crea-
tura diſtante bonitate:creator ipſe bonus di=
cendus eſt,qui omnes condidit creaturas?lau
date igitur dominum ꝙ ſit ſummè & abſolu
te,nec alio à ſe ſed ſe ipſo bonus:ſitq́; indepẽ
dẽter bonus:à quo reliqua omnia bona ſunt.
pſallite etiam nomini eius, quoniã ſuaue. ſua
ue quidem nomen ſicut & iugum, quod non
timoris onere præmit:quin ducit potius dul
cedine amoris. quomodo non ſuaue : quod
quietem erranti & laboranti : atque diu op-
tatam ſalutem attulit infirmãti?guſtate & vi
dete quam ſuauis eſt dominus,iſdẽ alibi pſal
Pſ.33.ve.8. tes ait(cui vti experto credẽdum eſt) beatus
vir qui ſperat in eo.Sequitur.

4. *Quoniã Iacob elegit ſibi dominus : iſrael*
*in poſſeſsionem ſibi.*

Primum diuinæ bonitatis & ſuauitatis in-
dicium,æterna illa prædeſtinatio eſt , & ele=
ctio præuia:qua nullis præcedentibus meri=
tis elegit nos. cuius in ea quæ ad Romanos
eſt epiſtola (de Iacob & Eſau agens ) memi=
Rom.9.c. nit apoſtolus dicens:cum enim nondum na=
ti fuiſſẽt , aut aliquid boni egiſſent aut mali,
vt ſecundùm electionem propoſitum Dei
maneret:non ex operibus ſed ex vocante,di-
ctum eſt ei:quia maior ſeruiet minori. ſicut Gen.25.c.
ſcriptum eſt:Iacob dilexi, Eſau autem odio Malach.1.a
habui.& ad Epheſios deinde ſcribens inquit: Ephe.1.
ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitu-
tionem:vt eſſemus ſancti & immaculati in cõ
ſpectu eius in charitate : qui prædeſtinauit
nos &c. bonus eſt igitur dominus & ſuauis:
qui chriſtianum populum diabolum ſupplan
tantem:ipſumq́; fidelem per ſpeculum & in
enigmate Deum ſuum contemplantem & vi
dentem, Iacob ſcilicet & Iſraelem:gratis ſibi
in poſſeſsionem elegit.quod aliud maius quę
ris (obſecro)ò homo,diuinę bonitatis & ſua
uitatis indicium?Sequitur.

*Quia ego cognoui, quòd magnus eſt do-*
*minus: & Deus noſter præ omnibus dijs.* 5.

Reuelatione & fide didici: ꝙ perfectiſsi-
mus eſt dominus.In his enim quæ non mo=
le magna ſunt:idem eſt magnum eſſe , ꝙ per
fectum eſſe. Magnus eſt ergo dominus , &
præ cæteris dijs , angelis ſcilicet & homini=
bus.qui vel gratia,& participatione,vel tem
porali potentia,aut vana ſuperſtitione,dij nũ
cupantur : in infinitum potentior eſt Deus,
nec eſt qui illi conferri poſsit aut coæquari.
cæteri quidem limitatæ potentiæ ſunt : ſed
Deus noſter infinitæ.

*Omnia quæcunq; voluit dñs:fecit in cælo* 6.
*& in terra,in mari,et in omnibus abiſsis.*

Dicis itaque mihi(ait apoſtolus) quid ad-
huc quærit?volũtati enim eius quis reſiſtit? Rom.9.d.
nempe voluntas Dei:rerum omnium eſt cau
ſa.nec huius voluntatis cauſa quærenda : vbi
non alia ſubeſt,quam volentis beneplacitum.
ipſe eſt enim ( ait Iob ) cui ſi ſubuerterit om= Iob.11.b.
nia,vel in vnũ coarctauerit:quis contradicet
ei,vel quis dicere poteſt:cur ita facis?quippe
cæleſtia atq; terreſtria pro libito ſuo cõdidit
& inferna,nulla prorſus neceſsitate coactus:
ſed ſuæ ductus arbitrio voluntatis.

*Educens nubes ab extremo terræ:fulgu-*
*ra in pluuiam fecit.* 7.

Mirabile quidẽ,ꝙ à terra quæ elemẽtorum Hier.10.d.
omniũ ab inferiore parte extremũ eſt ſicut à
ſuperiore extremũ alterũ ignis:atq; à terrę ſu
perficie(quæ & pars illius eſt extrema)vel à
mari,quod extremũ terræ & finis eſt: copio
ſos extrahat eleuetq́; vapores;qui cõdenſan=
tur in nubes.quòdq́; fulgura horrida,ac penè
hoĩbus deſtructionẽ,terribileq́; minãtia mor
tẽ:ad futurã pluuiã terrã ipſam fœcũdãtẽ in
aĩaliũ victũ:pręire facit. ſed mirabilius eſt:ꝙ
apoſtolos verbi ſui prædicatores,humiles &
abiectos



abiectos elegerit eduxeritq́;:quaſi ab extre-
1.cor.1.d. mo terræ.audi iam apoſtolum Paulum dicen
tem:quæ ſtulta ſunt mundi, elegit Deus : vt
confundat ſapientes.Et infirma mundi elegit
Deus:vt confundat fortia.Et ignobilia mun=
di & contemptibilia elegit Deus , & ea quæ
non ſunt:vt ea quæ ſunt deſtrueret:vt nõ glo
rietur omnis caro in conſpectu eius. audiſti
eductionem nubium ab extremo terræ: audi
iam cum aqua mirabilem ignis coniunctio=
nem.Et contemplare nunc quomodo fulgu=
ra illa, tonitrua , minas atque terrores anti=
Exo.19.c. quos(quos in exodo deſcriptos reperies) fe-
Pſ.67.v.10. cerit conuerteritq́; in pluuiam voluntariam:
quam ſegregauit Deus hæreditati ſuæ. eccle
ſiam enim ſuam per has nubes (poſt tremen-
da illa antiquæ legis fulgura) imbre cæleſtis
doctrinæ,& molli ac manſuetiſsimo delapſu
irrigauit.non enim accepiſtis ſpiritum ſerui=
tutis iterum in timore ( apoſtolus romanis
Rom. 8. c. ait)ſed accepiſtis ſpiritũ adoptionis filiorum
Dei:in quo clamamus abba pater. ꝙ ſi hæc
ſpiritui diffuſius coaptata deſideras: Hiero=
nymum lege parte 3.tractatu.1.epiſtola.3. de
tribus virtutibus diſſerentem. Sequitur.

*Qui producit vẽtos de theſauris ſuis: qui*
8. *percuſsit primogenita ægypti, ab homine*
*vſque ad pecus.*

Dominus eſt qui de cauernis ac terræ ab=
Hier.51. b. ditis(vbi plures ſapientiæ ſuæ effectus, quaſi
theſauros repoſuit)profert ventos, & in lu-
cem prodire iubet.quiq́; percuſsit omne pri-
Exo.12.c. mogenitum in terra ægypti , à primogenito
Pharaonis qui in ſolio eius ſedebat: vſque ad
primogenitum captiuæ quæ erat in carcere,
& omne primogenitũ iumẽtorum.nec ſecus
quos eduxit quaſi nubes ab extremo terræ:
hos & produxit ventos de potentiæ & ſapiẽ
tiæ ſuæ theſauris:quos vtique volatu celeri
per orbem diſcurrere fecit prædicantes, ipſe
Pſ.103.v.4. ambulans ſuper pennas ventorum. percuſsit
q́; errores ac mores priores quos habuimus
in tenebris & in regione vmbræ mortis ſe-
dentes:quum de tyrannica poteſtate educe=
ret,quem ſibi in poſſeſsionem atque in hære
ditatem ante mundi conſtitutionem elegerat
Iſraelem. Eratis enim aliquando tenebræ(e-
Ephe. 5. c. pheſijs ait Paulus)nunc autem lux in dño: vt
filij lucis ambulate.& alia etiam primogeni-
ta quæ percuſſorũ loco ſuſcitauit dñs: ſtatim
recenſet dicẽs:fructus enim lucis eſt in omni
bonitate & iuſtitia & veritate:probãtes quid
ſit beneplacitũ Deo.& ſequitur,nolite cõmu
nicare operibus infructuoſis tenebrarũ,&c.
ſit ipſe benedictus in ſecula: qui in nobis hu=
manos(illicitos tñ)percuſsit affectus,& car=
nales atq; brutales interfecit:aliosq; diuinum
redolentes ſpiritum,ſuſcitauit.Sequitur.

*Et miſit ſigna & prodigia in medio tui*
*ægypte:in pharaonẽ et in oẽs ſeruos eius.* 9.

Hæc adeo nota ſunt:vt maiori expoſitione
nõ egeãt.nouim' enim quas ægypto dñs intu
lit plagas.Et quomodo tandẽ pharaonẽ,prin
cipes & exercitũ eius ſubmerſit in mare.Seq.

*Qui percuſsit gentes multas : & occidit* 10.
*reges fortes.*

Ita ſane factũ eſt,quũ duceret dñs populũ
ſuum per deſertũ,vt introduceret eum in ter
ram promiſsionis.nec minus nũc agit. hoſtes
enim percutit inuiſibiles:dum ad terrã viuen
tium ducit electos.Sequitur.

*Seon regem amorreorũ, & og regem Ba-* 11.
*ſam: & omnia regna Chanaam.*

Hæc peruia ſunt legenti librũ Ioſue.tradi- Ioſue.6. 7.
dit etiã in manus populi ſui,regem hierico, &.10.
& hai,aliosq́; quinq; reges,regem Ieruſalem,
regem hebron,regem hierimoth,regẽ lachis,
& regem eglõ:atq; horum regum exercitus.

*Et dedit terram eorum hæreditatem: hæ-*
*reditatem Iſrael populo ſuo.* 12.

Vrbium ac ſediũ ſuarũ,eorum ſcilicet qui
victi ſunt,dñium tranſtulit dñs in victores,q
labores illorũ comederũt, prædiaq́; ac cętera
bona poſſederunt.hęc aũt omnia(Corinthijs 1.Cor.10 .c
ait Paulus)in figura contingebant illis.ſcripta
ſunt aũt ad correptionẽ noſtrã:in quos fines
ſeculorũ deuenerũt.ecce diſcipulis ait Chrs:a Ioan.4.c.
lij laborauerunt:& vos in labores eorum in-
troiſtis.Sequitur.

*Dñe nomen tuũ in æternũ:dñe memoria* 13.
*le tuũ in generatione & generationem.*

Certe nomẽ ſanctuũ tuũ glorioſum & terri
bile:manebit æternũ.nec vlla obliuione exci
dẽt ab hominum memoria quę feciſti magna
lia:quin à generatione in generationẽ ſcripto
& relatione peruenięt potius:quo te oẽs glo
rificent,diligentes ſimul & timentes, Sequit.

*Quia iudicauit dñs populum ſuum: &* 14.
*in ſeruis ſuis deprecabitur.*

Id ipſum & nũc aget dñs erga electorũ ſuo
rũ populũ:quod feciſſe nouim' erga priores.
nam cauſam illorũ aget. diſcernet quidẽ ſuos
ab exteris vt foueat & tueat:atq; illis depre-
cabilẽ propitiũ & exhorabilẽ ſe præbeat.por
ro oblectabitur,cõſolabitur, fietq́; placabilis
in ſeruis ſuis:cò ꝙ ipſe natura miſericors ſit,
dulcis & ſuauis,magnus & multus ad ignoſ- Iohe.2.c.
cẽdũ,ac præſtabilis ſuper malitia.adeòq́; mag
nus eſt præ omnibus dijs:vt dij gentiũ illi nõ
debeat comparari.

15. *Simulachra gentium argentum & aurũ: opera manuum hominum.*

Si ad ſimulachrorum precioſiorem (ne dicam luteam, gypſeam, ligneam, æream, aliã vè materiam vulgarem ac vilem) aſpicias: quid rogo ſunt (vt ipſa magnificare velis ydola) niſi argentum & aurum, vel huius farinæ ſupellex? ſi efficientem cauſam attendas, opera ſunt manuum hominum. porro artificio humano, ſathanicovè fabrefacta ſunt: deos atq; homines emẽtita.

16. *Os habent & non loquentur: oculos habent & non videbunt.*

Oris habent ſimilitudinem: ſed omnis loquutionis ſunt expertia. effigiem etiam oculorum habent: ſed viſu & viſiua potentia carent. depicti aut ſculpti ſunt hi corporei ſenſus: non veri. ſimulata ſunt organa: & imagine deceptoria.

17. *Aures habent & nõ audient: nec enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.*

Aurium formã habent: non tamen audiũt. eſt quidem vel hoc argumentum efficax: ꝙ nullus eſt illis anhelitus, reſpiratio nulla. non anima: quæ loquendi videndi audiendi aliarũ q; ſenſationum ſit principiũ. Sequitur.

18. *Similes illis fiant qui faciũt ea: & omnes qui confidunt in eis.*

Tales profectò ſunt quaſi ſtupidi & inſenſati: qui hæc ſibi ydola in deos ſtatuũt, vt proni colant & adorẽt. quippe (iuxta apoſtolũ) Rom.1.c. euanuerunt in cogitationibus ſuis: & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum. commutauerũt enim veritatem Dei in mendacium: & coluerũt & ſeruierunt creaturę, potiusquam creatori qui eſt benedictus in ſecula amen. quamobrem.

19. *Domus Iſrael benedicite domino: domus Aaron benedicite domino.*

Vos nunc omnes ad Dei optimi maximi laudem, intellectuales vbilibet exiſtentes interpello creaturas: ſiue in cælo Deum videntes, ſiue in terra ipſi ſacrificia offerentes, & fide ipſum contemplantes: laycos ſimul etiam inuito & ſacerdotes, ſubditos ac prælatos: quorum omnium Deus vnus eſt. Sequitur,

20. *Domus leui benedicite domino: qui timetis dñm benedicite domino.*

Vos itidem inuito, quos peculiari quodã modo ad diuinum cultum & miniſterium ſequeſtratos noui atq; dicatos: benedicite dño 1.Theſ.2.c bene viuentes, & ambulantes dignè Deo: qui vocauit vos in ſuum regnum & gloriam ſemper ſub oculos habentes, ꝙ ſitis de ſorte domini: & dominus pars veſtra ſit. vos etiã qui timetis dominum benedicite domino: ꝙ venturus ſit iudex viuorum & mortuorum, vnicuiq; redditurus ſecũdũ opera ſua. Sequitur.

21. *Benedictus dominus ex Sion: qui habitat in Ieruſalem.*

Sic tandem ab omnibus benedictus dñs: ex huius militantis eccleſiæ ſpecula ipſum per fidem contemplantibus. qui habitans in illa libera quæ ſurſum eſt Ieruſalem: ab illius ciuibus ſine intermiſsione laudatur, viuens & regnans Deus per infinita ſeculorũ ſecula Amẽ.

EPILOGVS PSALM 134.

*LAudate nomen domini, laudate ſerui dominum. Quid iuſtius? quid æquius? ſi illi uiuimus: cur non laudabimus eum, propter quem uiuimus? laudate ergo qui fide ſtatis in domo domini, cuius gratia non cecidiſtis, atq; (ut breuiore compendio dicam) laudate dominum, quoniam bonus dominus: pſallite nomini eius quoniam ſuaue. bonitatis utiq; ac ſuauitatis indicium eſt: ꝙ nullis præcedentibus meritis Iacob elegit, cui nomen iſraelis impoſuit. eſt etiam adeo magnus & potens dominus, ut non ſit Deus qui illi poßit æquari porro omnia quæcunq; uoluit fecit. quippequi à terra uapores educit, & condenſantur in nubes. fulgura conflat, emittitq; pluuiam ſubſequentem. producit uentos, ipſosq; exhalationes extrahit: quaſi de proprio ærario, repoſitorioq; theſauri. is ipſe eſt, qui percußit primogenita ægypti, ab homine uſq; ad pecus. quid alia ſigna & prodigia referam? quid gentes quas percußit, & quos occidit reges: quorũ terrã dedit in hæreditatẽ populo ſuo. ſunt adeò magna heroica & præclara facinora Dei: ut nuſquam excidat memoria eorum. nec ſecus nunc etiam ſicut olim, ſecernet populũ ſuũ ab alijs, illiq; fauebit, & ſe placabilem exhorabilẽq; oſtendet. nõ enim eſt ut dij gentiũ: qui non re, ſed ſolo noĩe dij fictitij, & ab hominibus fabrefacti ſunt. qui cum organa humani corporis ſculpta habeant, ſimulata atq; depicta, nullum tamen uitalem actum habent. atqui ſimiles erunt illis: qui ut ſtupidi & inſenſati, hos Deos colunt & adorant. non ſic fideles, ueri Deicultores, qui benedicunt Deum in ſecula ſeculorum: ad cuius laudes uos millies excitare iuuat.*

PSALM. 135.

*CONFITEMINI dño quoniam bonus: quoniam in ſeculũ miſericordia eius.*

Titulus eſt, alleluya, iam ſatis elucidatus. in hoc pſalmo, diuinus vates nos iterum atq; iterum ad Dei laudem excitat & inuitat: vbi inter alia, vel maxime Dei mĩa comendatur. cuius rei gratia, cuiq; verſuum confeſsionis & laudis hæc ſubnectitur cauſa: quoniam



quoniam in ſeculum miſericordia eius. tametſi nobis nunc illud verbũ amputare liceat: ob prolixitatem eiuſdem toties repetiti ſermonis vitãdam. magna quippe horum eſt verborũ virtus: quibus in dedicatione tẽpli dñi vterentur filij Iſrael: maieſtas domini impleuit domũ. ſic enim paralipomenon libro ſcriptum legimus: ſed & omnes filij iſrael vide- 2.par.7.a. bant deſcendentem ignẽ & gloriam dñi ſuper domum: & corruentes proni in terram ſuper pauimentum ſtratũ lapide: adorauerũt & laudauerunt dñm quoniã bonus, quoniam in ſeculum miſericordia eius &c. confitemini (inquit) domino, quoniã natura ſummè bonus & ſuauis eſt, cuius non eſt exhauſta miſericordia, quin in ſeculum protenditur potius. Seq.

2. *Confitemini Deo deorũ: quoniam &c.*

Sic alibi iſdem pſaltes eum nominat dicẽs: Pſ.49.v.1. Deus deorũ dñs loquutus eſt, & vocauit terram. omnes dij gentium dæmonia: & horum Pſ.95.v.5. conditor eſt vnus Deus. homines & boni & mali: dij nuncupantur. quos verus non ſolùm nuncupatione, ſed eſſentia & natura Deus: iudicat & diſcernit. ſic enim habes: Deus ſtetit Pſ.81.v.1. in ſinagoga deorũ, in medio autẽ Deos diiudicat. nõ eſt ꝙ in re tam peruia immoremur. Deut.6.a. dummodo id tibi ſit cordi, ꝙ dñs Deus tuus vnus eſt, cui vti Deo deorũ confitearis. Seq.

3. *Confitemini dño dominorũ: quoniã &c.*

Apo 19.d. Pro.8.b. Eſt enim rex regũ & dñs dominantium, ꝑ quem reges regnãt, & legũ conditores iuſta diſcernunt. nempe huic vti monarchæ, omnes ſubſunt: ij etiã qui cæteris præeſſe ac dominari videntur. non eſt enim poteſtas niſi à Rom.13.a. Colo.4.a. domino, ait Paulus. & Coloſſenſibus: domini quod iuſtum eſt & æquuum ſeruis præſtate, ſcientes quoniam & vos dominum habetis in cælo. Sequitur.

4. *Quia facit mirabilia magna ſolus: quoniam &c.*

Illi confitemini qui virtute propria mirabilia operatur, nunc ſe ſolo: nunc ſecundis interuenientibus cauſis, pro vt placitum eſt illi. non enim eget ſiue angeli ſiue hominis aut cuiuſuis alterius agentis adiumento, cum omnipotens ſit, ſed ſuo nutu (etiam ea quæ creatum ſuperãt intellectum) magna facit, & omni admiratione digna: quorũ aliqua nunc recenſere libet. Sequitur.

5. *Qui fecit cælos in intellectu.*

Quid obſecro mirabilius? omnẽ ipſam quã conſpicis cæleſtem fabricam: ipſe condidit in ſapientia ſua. omnia quidem verbo operatus eſt, cælos etiam ſpirituales longe excellentiores, hoc eſt angelos, apoſtolos, ac cæteros ſanctos fecit, intellectu ſublimi vigẽtes, quò ſcrutarentur archana, ꝙ myſteria fidei inueſtigarent, huic etiam cõfitemini, quoniam in ſeculum miſericordia eius.

6. *Qui firmauit terrã ſup aquas: quoniã eta.*

Ipſe terram ſtabiliuit. fecitq; illam adeo in mõtes excreſcere & tumores: vt aquis ad ima vallium defluẽtibus eminentia, ita vt videatur ſuper aquas liquidas fundari. quod profectò ad ſalutem animantiũ factum eſſe nouimus. huic igitur mortales oẽs dicite laudem: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

7. *Qui fecit luminaria magna, quoniã &c.*

Ita in geneſi ſcriptum eſt: fecit Deus duo Gen.1.b. luminaria magna, luminare maius, vt pręeſſet diei: & luminare minus vt præeſſet nocti. magna quidem, claritate, operatione, & virtute. quæ & ſi lucidiora ſint cæteris aſtris: non tamen ipſa colenda ſunt & adoranda, ſed ipſorum luminarium conditor Deus, qui hæc etiam ita diſpoſuit ad hominis ſeruitutem, quoniam in ſeculũ miſericordia eius.

8. *Solem in poteſtatem diei: quoniã &c.*

Hoc maius luminare fecit, ſolem ſcilicet, vt præeſſet ac per diem lumen ſuum in orbẽ diffunderet, varioſq; haberet effectus.

9. *Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis.*

In ſubſidium, & ad cæcæ noctis vtcunque depeliendas tenebras: lunam & ſtellas produxit dominus. quæ & ſi materialia ſint: neſcio quid ſpiritale & allegoricum nobis innuunt, quod facilè comperies, ſi volueris inueſtigare: hæc tamen omnia humano generi communia ſunt, iuſtis & impijs: bonis ac ſceleratis. fecit etiam & alia peculiaria, cum educeret populum ſuum de tyrannica ſeruitute: in quibus hominũ etiam principũ ac regũ, terræ & maris ſeſe dñm oſtendit. Sequitur.

10. *Qui percußit ægyptum cum primogenitis eorum: quoniam &c.*

Exo.12. Is ipſiſsimus eſt qui ægypto plagas intulit, & illius primogenita occidit, vel tunc deſignans: ꝙ mundi huius deſtructurus eſſet errores, & quæ in eo primogenita & primaria ſunt: quoniam omne quod eſt in mundo (ait 1.Ioan.2.d dilectus Chriſti diſcipulus) cõcupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum: & ſuperbia vitæ. huic igitur benefico dño confitemini: quoniam in ſeculũ miſericordia eius. Seq.

11. *Qui eduxit Iſrael de medio eorum: quoniam &c.*

Non furtim aut latenter eduxit populum ſuum dominus: ſed de inimicorum medio ipſis videntibus, immò iam rogantibus & exire cogentibus, qui nunc etiam electos ſuos (deuictis hoſtibus & confuſis) de tenebris educit

cit ad lucem.

12. *In manu potenti & brachio excelſo.*

Certè hoc potentiſsima fit Dei virtute. nã
Luc.18. iuſtificatio impij mirificũ Dei opus eſt: quod
vtique in brachio ſuo excelſo, ideſt vnigeni
Eſ.53.a. to filio ſuo facit: in quo & humanã operatus
eſt redemptionem.

13. *Qui diuiſit mare rubrũ in diuiſiones.*

Quod hiſtoricum eſt: iam ferè omnibus in
notuit. diuiſiones ait: ꝙ forte (vt quibuſdam
placet) ſingulis tribubus, ſingulæ aquarum di
uiſiones factæ ſint: & propria vnicuiq; via.
quod autem myſticum, tu ſcrutare ſi forte ti
bi dominus dederit intelligẽtiam. nempe ma
re rubrum, chriſtianũ baptiſma figurauit, Co-
1.Cor.10.a. rinthijs dicente apoſtolo: nolo vos ignorare
fratres, quoniã patres noſtri omnes ſub nube
fuerunt, & omnes mare tranſierũt, & omnes
in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari
&c: hæc autem omnia in figura contingebãt
illis. vide nunc ergo, an ideo hoc mare diui-
ſum ſit in diuiſiones: ꝙ triplex ſit baptiſmus:
fluminis ſcilicet, flaminis, & ſanguinis. vel ꝙ
1.Cor.12.a. iuxta apoſtolum, diuiſiones ſint gratiarũ: idẽ
autẽ ſpiritus. aut poſtremo: ꝙ baptiſmus (vt
2.Cor.2.d apoſtolus de ſe ait) alijs quidem ſit odor mor
tis in mortem: alijs autem odor vitæ in vitã.
Sequitur.

14. *Et eduxit iſrael per medium eius.*

Per hoc enim mare fidelem populum edu
cit dominus: ipſumq; vera libertate donat.

15. *Et excuſsit pharaonem & virtutem eius in mari rubro.*

Excutit etiam (vti puluerem) celerrime,
verbo ſimul & elemẽto diabolum, qui totius
Exo.14. peccati princeps eſt & caput, omnemq; vitio
rum exercitum ſuffocat & demergit: vt nec
illorum reatus maneat vllus, tanta eſt vis ſa-
cramenti, niſi ponat obicem baptizatus. Seq.

16. *Qui traduxit populũ ſuum per deſertũ.*

Et hoc mirabile, ꝙ populum ſuum quem
eduxit de ægyptiaca ſeruitute, traduxit qua-
draginta annis per deſertũ: & vti paſtor bo-
nus gregem ſuum pauit, & ab infeſtantibus
eripuit inimicis. quod vtique deſertum my-
ſtice, ſacramentum pœnitentiæ eſt, tres habẽs
partes illud integrantes, contritionem ſcilicet
confeſsionem & ſatisfactionem. de quo Moy
Exo.5.a. ſes & Aarõ Pharaoni olim dixerant in figura:
Deus hebreorum vocauit nos, vt eamus viã
trium dierum in ſolitudinem &c. idq; egre tu
lit ſathanicus ille rex, & iam quartam perpeſ-
ſus plagam ait: ego dimittam vos &c: verum
Exo.8.g. tamen longius ne abeatis. quippequi viã triũ
dierum, ac per hoc exactam pœnitentiã hor-
ret. Sequitur.

*Qui percuſsit reges magnos.* 17.

Horum ſuperius enumerauimus aliquot:
quos deuicit & percuſsit dñs.

*Et occidit reges fortes.* 18.

Fortes quidem erant: quos vtique niſi di-
uina affuiſſet virtus, iſraeliticus populus ſupe
rare non potuiſſet.

*Seon regem amorreorum.* 19.

Hic rex inurbanus fuit, qui populo Dei viæ Num.21.
tranſitum duntaxat ab eo humiliter petenti:
nõ conceſsit, vt trãſiret Iſrael per fines ſuos:
quin potius exercitu cõgregato, egreſſus eſt
obuiam in deſertum, & venit in iaſa, pugna-
uitq; cõtra eum: à quo percuſſus eſt in ore
gladij, & poſſeſſa eſt terra eius.

*Et og regem Baſam.* 20.

Et hic rex ſtatim occurrit iſraeli cum om
ni populo ſuo pugnaturus in edrai. pcuſerunt
igitur & hunc cum filijs ſuis, vniuerſumq; po
pulum eius, vſque ad internitionem: & poſſe-
derunt terram illius. Sequitur.

*Et dedit terram eorum hæreditatem.* 21.

Ita & quos poſſederat diabolus: dedit De⁹
in hæreditatẽ Chr̃o dño, dedit & terrã illã vi
uentiũ, à qua deiectus eſt ipſe. Sequitur.

*Hæreditatem iſrael ſeruo ſuo.* 22.

Id eſt Chriſto capiti, qui ſerui formam ac-
cepit, & membris eius fidelibus atq; electis.
nec enim alius æque, ac populus chriſtianus,
iſraelis ſortitus eſt nomen: eò ꝙ fide dominũ
contempletur, ſitq; verè iſraelita in quo do-
lus non eſt. Sequitur.

*Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri.* 23.

Id magnæ miſericordiæ fuit, ꝙ vel maxi-
mæ miſeriæ atque aſſlictioni tunc primum in
figura ſuccurrit: poſtea verò quum venit ple
nitudo temporis, nos humiles atq; deiectos,
& ſub tyrannica diaboli poteſtate depreſſos,
in vnigeniti filij ſui ſanguine redemit ac libe
rauit.

*Et redemit nos ab inimicis noſtris.* 24.

Copioſa quidem fuit apud Deum redem
ptio. ſic enim Deus dilexit mundum: vt filiũ Ioan.3.b.
ſuum vnigenitum daret: vt omnis qui credit
in eum non pereat, ſed habeat vitam æternã,
ait euãgeliſta Ioannes. id ipſumq; vas electio
nis Paulus, qui etiã (inquit) proprio filio ſuo Rom.8.f.
non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit
illum: quomodo non etiam cum illo omnia
nobis donauit? non ergo iam quod huic inex
timabilis miſericordiæ dono cõferas. ſed au-
di miſericordiarum cumulum.

*Qui dat eſcam omni carni.* 25.

Carnem ſuam dedit in verum animæ cibũ,
omni



omni homini dignè ſumenti, ſit genere iſraeli
ta, ſitvè gentilis: huic & illi ſe ſe contulit in eſ
cam. Sequitur.

26. *Confitemini Deo cæli.*

Ecce talis finis eſt pſalmi: quale illius exor
dium fuit, confitemini (inquit) Deo cęli. Deo
laudem dicite: cui cæleſtia ſubſunt ſimul &
terreſtria.

27. *Cõfitemini dño dominorum: quoniam in æternum miſericordia eius.*

Nõ perit miſericordia domini, miſeria pe-
empta. manet quidem in æternum ſuper om-
nes ſanctos eius. quamobrem confitemini illi
dicentes: magna & mirabilia ſunt opera tuã Apo.15.d.
domine Deus omnipotens: iuſtę & verę ſunt
viæ tuæ domine rex ſanctorum. quis non ti-
mebit te dñe & magnificabit nomen tuum?
quia ſolus pius es, tu ſolus ſanctus, tu ſolus
dominus, tu ſolus altiſsimus: Deus deorum,
ſanctus ſanctorum, rex regum, & dominus do
minantium. faciens mirabilia magna ſolus: cę
los, terrã, mare, & omnia quæ in eis ſunt. qui
creaſti hominem, redemiſti, vocaſti, iuſtifica
ſti, & magnificaſti: tandemq; gloria & hono-
re coronaſti, tecumq; regnare feciſti: qui vi-
uis & regnas Deus per infinita ſeculorum ſe-
cula Amen.

EPILOGVS PSALM. 135.

*Confitemini domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius. Eſt enim deo-
rum Deus & dominus dominorum: ac ſolus mirabilium patrator operum. qui fecit cæ-
los in intellectu, firmauitq; terram, & promontoria ſtatuit aquis eminentiora. fecit etiam
luminaria magna, ſolem ſcilicet qui diem efficiat: & lunam atq; ſtellas, in ſubſidium no-
ctis. qui percuſsit ægyptum cum primogenitis eorũ. eduxit iſrael, fecitq; alia prodigia, quæ
enarrare longum eſt. is dat eſcam omni carni, miſericors & miſerator dominus. quamobrem cõfitemini
Deo cæli quoniam in æternum miſericordia eius. non hæc ſunt obiter & oſcitanter: ſed ex propoſito,
articulatè & ſerio contemplanda. nunc igitur (ſi uacat) babylonicam, quam in medium adducere libet,
captiuitatem audite.*

PSALM. 126.

*SVPER flumina babylonis, illic ſedimus & fleuimus: dũ recordaremur tui Sion.*

Huic pſalm. titulus eſt: pſalm.
propter Hieremiam. quem quidã ab aliquo
religioſo viro, ob id appoſitum autumant: ꝙ
lamentationi Hieremiæ, huius pſalmi phraſis
aſsimilari videatur: nullum tamen apud He-
breos huic pſalmo titulũ reperiri ferunt. ſunt
enim qui dixerint, à Dauid ſancto captiuita-
tem babylonicam futuram iam in ſpiritu præ
uidente: fuiſſe conditum: cum tamen alij aſ-
ſerant non ab eo, ſed à quouis alio fuiſſe con-
ſcriptum poſt ipſam captiuitatem. quam dũ
deflet: alteram longè grauiorem ſignat, qua
inter huius ſeculi miſerias atque calamitates:
velut captiui & à patria exules, detinentur e-
lecti. illorũ igit̃ nunc perſonã agens: peregri-
nationem ſuam lamentatur, ipſamq; deſcribẽs
ait: ſuper flumina babylonis &c. duas eſſe ciui
tates, Ieruſalẽ ſcilicet & babylon, quas ꝙ duo
amores condiderunt, alteram amor Dei vſq;
ad contemptum ſui, alteram verò amor ſui,
vſq; ad contemptum Dei: quis non nouit? hu
ius quidem ciues, mali & peruerſi homines
ſunt: illius autem boni. cuius & rex eſt Deus:
ſicut alterius diabolus, rex ille ſuperbiæ. At
bonorum plurimi qui peregrinantur à domi
no: inter ciues babylonicos nunc habitare no
Phil 3.d. ſcuntur, quorum cõuerſatio in cælis eſt. ij dũ
inter malos verſantur (nunc autem & flens di
co præmittit & iſdem apoſtolus) inimicos
crucis Chriſti, quorũ finis interitus, quorum
Deus venter eſt, & gloria in confuſionem ip
ſorum qui terrena ſapiunt: amaro animo in-
colatum ſuum deflent. ſedentes vtiq; ſecus flu
mina babylonis, hoc eſt ſecus vitæ huius de-
curſus, & iuxta multitudinem peccantiũ: quia
illius ſanctæ Syon & liberæ matris quæ ſur-
ſum eſt Ieruſalem recordantur. Expectantes Gal.4.d.
interim beatam ſpem: & aduentũ gloriæ mag
ni Dei. vndè etiam iſdem in eadem ad phili- Tit.2.c.
penſes epiſtola ſubinfert Paulus: ſaluatorem Phili.3.d.
expectamus dominum noſtrum Ieſum Chri-
ſtum, qui reformauit corpus humilitatis nõ-
ſtræ cõfiguratum corpori claritatis ſuæ: ſecũ
dùm operationẽ virtutis ſuæ, qua etiã poſsit
ſubijcere ſibi omnia. ſedent igitur in hoc ſe-
culo ſancti, non ſubter: ſed ſuper trãſeuntia ac
decurrentia flumina, quæ babylonis ſunt bo-
na: ea deſpiciẽtes, & æterna deſiderãtes. Seq.

*In ſalicibus in medio eius: ſuſpendimus organa noſtra.* 2.

Salices, arbores infructuoſę ſunt: quales ho
mines mali in medio babylonis poſiti, qui de
litijs & trãſitorijs huius ſeculi bonis, tanquã
ipſis babylonicis affluẽtibus vegetãtur aquis:
nec tamẽ fructum boni operis habuerunt vn-
quam, vt qui de clientela diaboli ſunt, illi ſem
per inſeruiẽtes vti apparitores: de quibus ait
dñs apud Iob, ꝙ circundabũt eum ſalices tor Iob.40.c.
rentis. at qui inter hos verſantur iuſti: habent
organa ſua (quaſi ciues Ieruſalem) ſcripturã
ſcilicet ſacramq; doctrinam, pręcepta cõſilia
promiſſa

promiſſa atque id genus multa cõtinentem.
ſed inter infructuoſas ſalices & amaras,ſuſpẽ
Mat.7.a. dunt organa:dum(indignum arbitrantes ſan
ctum dare canibus)linguam cohibent à diui-
norum eloquutione:ne contemnantur ab his
qui delitijs ac voluptatibus huius ſeculi va-
Pro.9.b. cãt.ſcriptum eſt enim:qui erudit deriſorem:
ipſe ſibi iniuriam facit.Sequitur.
3. *Quia illic interrogauerunt nos, qui capti*
*uos duxerunt nos: Verba cantionum.*

Hic mundus:militiæ & tentationi eſt lo-
cus.vbi dęmonijs aduerſantibus & ſuggeſtiõ
ne praua tẽtãtibus:nos interrogare licet. por
ro illorum interrogatio:tentationis initium
eſt.at poſt huius vitę curſum:non erit illis in
Iaco.1.b terrogandi,ſicut nec tentandi locus.vnuſquiſ
que etiam(vt Iacobus apoſtolus ait)tentatur
à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus.nõ
Rom.7.d. enim fruſtra queritur apoſtolus dum ait: vi-
deo aliam legem in membris meis, repug-
nantem legi mentis meę: & captiuantem me
in lege peccati,quæ eſt in membris meis. Il-
lic igitur in ſtatu vię,tentantes interrgauerũt
nos qui captiuos duxerunt nos interioris no
ſtri ſolatij cauſam.dicite(inquiũt)quæ ꝓmi-
ſsiones?quæ fidei veſtræ & ſpei ratio?qui er-
ga Deum cultus?cuius præmij gratia? dicite
1.pet 3.c. tandem verba cantionum.nos autem & ſi pa-
rati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti
rationem de ea(quæ in nobis eſt)ſpe & fide:
in ſalicibus tamen(ex cauſa)ſuſpendimus or-
gana noſtra.ſuperſedimus ſedentes, atque ſi-
luimus flentes:& [illegible]ſimus exultantes.Seq.
4. *Et qui abduxerunt nos: hymnum canta-*
*te nobis de canticis Sion.*

Inſtabant ipſi quaſi irridentes ac nobis im
properantes,qui à ſedibus noſtris abduxerũt
nos dicentes: cantate nobis hymnum, vel v-
nam ex ipſis cantilenis, quas in Sion cantare
conſueſtis.curioſa eſt vtiq; poſtulatio illorũ
ſuperbientium,qui canticum audire volunt,
non vt nobiſcum credant,eodemq; ritu verũ
Deum venerentur & colant: ſed vt derideãt
religionem.at nos tum ꝙ in amaritudine eſſe
mus,tum etiam ꝙ carmina Deo dicata fas nõ
ſit prophanare:tũ demũ veriti ne ſacrilegis,
ſacra ludibrio ſint & irriſioni: reſpondimus.
5. *Quomodo cantabimus canticum dñi: in*
*terra aliena?*

Non licet litus arare aut aerem verberare.
quid enim proderit velle,duras vomere proſ
cindere rupes?non congruit loco & tempo-
ri:non cõgruit obſtinatæ genti,terræq; a Deo
alienæ:hoc verbi diuini ſemen.quomodo cã
tabimus canticum Deo ſacrum : in terra quæ
verum Deum non nouit?nempe in Ieruſalem
Tobi.13.d matre,cuius ex lapide candido & mũdo om-
nes plateæ ſternentur:per vicos eius alleluya
cantabitur.at in babylone iniuſta nouerca:nõ
cantus,ſed ſilentium conuenientius, aut plan
ctus erit.non ergo cantabimus canticum dñi
exteriore voce in terra aliena. ſcriptum eſt
Pro.25.d. enim:acetum in nitro:qui cantat carmina cor
di peſsimo.nimirum de his diriſoribus : falſis
ac ſimulatis hypocriſi infectis:prophetã ſuũ
Ezec.33.g dñs ſic allocutus ait:dicunt,venite & audia-
mus quis ſit ſermo egrediẽs à domino.& ve-
niunt ad te,quaſi ingrediatur populus. ſubdit
q; & audiunt ſermones tuos, & non faciunt
eos : quia in canticum oris ſui vertunt illos
&c.Sequitur.
6. *Si oblitus fuero tui Ieruſalem : obliuioni*
*detur dextera mea.*

Non obliuiſcar tui vnquam ciuitas ſancta
Ieruſalem.ꝙ ſi oblitus fuero tui:non ſit mihi
vita comes,nihil mihi eueniat dextrum,nihil
proſperum.dediſcat item dextra:in tuam ip-
ſius ac diuinam laudem, inſtrumenti tangere
fides.dextra quidem æterna ſunt:temporalia
verò ſiniſtra. prædicens igitur non imprecãs
ſibi malum:quaſi iureiurando ſe ipſum aſtrin
git,dum conuerſus ad Ieruſalem (cuius deſi-
derio & amore flagrat)in hæc verba prorũpit:
ſi oblitus fuero tui Ieruſalem &c, nuſquã
imago tui è pectore meo labetur:ita mihi cũ
cta ſuccedant proſpera:nec ne.nec ſolùm tui
memor ero,ſolatij mei cauſa:verùm etiã con
tribulatis & meis futuris concíuibus de te cõ
fabulatione aſsidua memoriam faciam.
7. *Adhæreat lingua faucibus meis : ſi non*
*meminero tui.*

Eſt mihi dira ſitis te inuiſendi.ſola interim
ſpe,me ipſum & coexules cõſolabor. nam de
ea quam expecto reparatione loquens: areſ-
cens humectatur lingua , ac penè deficiens
mens ipſa refocillatur.at contra , adhærebit
lingua palato ne loqui vel canere poſsit,præ
nimia amaritudine & ſiccitate:ſi tui memo-
riam non fecero beata ciuitas,ad quam anhe
lo ſpiritu redire cupio & ſpero.hęc igitur fa
ciat mihi Deus & hæc addat:
8. *Si non propoſuero tui Ieruſalem: princi-*
*pio lætitiæ meæ.*

Nempe te(velut omnis iucunditatis prin
cipium & caput)delitijs omnibus antepono.
nihil prorſus mihi lætum erit & gratum:niſi
à tui memoria & reſtauratione, tanquam ab
origine proficiſcatur.ſi quicquam obuenerit
delectabile:non ante illi meum in animum pa
tebit ingreſſus:quàm tu ciuitas ſancta tota deſi
derabilis



deſiderabilis primum locum occupes:vt à te
oblectatio mea ſumat exordium,aliter enim,
omnia inſipida mihi erunt & inſulſa.cuius rei
gratia:non propoſuero, ſed prępoſuero non
nulli legunt.Sequitur.
*Memor eſto domine filiorum Edon : in*
9. *die Ieruſalem.*

Ecce quaſi zelo commotus & ad Deum
conuerſus ait:memor eſto &c.quis(obſecro)
&ſi ferreus,temperet ab indignatione domi-
ne;ſi recolit quæ iniuſte perpeſsi ſumus & in
dies patimur ab impijs & ſanguinaris? quia
Rom.8.g. propter te mortificamur tota die:ęſtimati ſu
mus ſicut oues occionis.Edõ,ipſe eſt & Eſau
carnalis homo piloſus & peccator: qui fatrẽ
ſuum Iacob probum ac ſimplicem perſeque-
batur.& quomodo tunc is qui ſecundùm car
Gal.4.d. nem natus fuerat(ait apoſtolus)perſequeba-
tur eum qui ſecundùm ſpiritum:ita & nunc.
huius igitur Edon progenies, qui & idumei
nũcupantur,inuidi atq; peruerſi: babylonios
ad deſtructionem Ieruſalẽ incitabant. horũ
ſis memor dñe,vt punias.talia ferant ipſi:qua
lia in nos fecerunt,in die vaſtationis Ieruſalẽ:
qui & officio,tunc dæmones præfigurabant.
10. *Qui dicunt,exinanite exinanite : Vſque*
*ad fundamentum in ea.*

Dæmones, & eorũ prauis ſuggeſtionibus
acti peruerſi homines:quid aliud nixi ſunt &
quotidie nituntur:quàm eccleſiam Chriſti fun
ditus euertere,& illius fidem (quæ virtutum
omniũ fundamentũ eſt) deſtruere,& pro vi-
ribus ad nihilum redigere?nec ſecus erga fide
lem quanq; animam crudeles ipſi & immaniſ
ſimi ſe habent inſtigantes atq; dicentes: exina
nite exinanite,demolimini eam vſque ad fun
damentum fidei:vt totum corruat ædificiũ,
nec ſit ſuꝑ quo denuo reædificetur.nõ ſolùm
patientiam,obediẽtiam,humilitatem,caſtita-
tem,cæteraſq; virtutes,&(quæ maior omni-
bus eſt)charitatem deſtruite, verùm etiam fi
dem.omnia(inquam)occidite,iugulate,inter
ficite.non ſit in ea viuens vſque ad Chriſtũ,
qui fundamentum eſt.fundamentum enim a-
liud nemo poteſt ponere(ait apoſtolus) præ
1.Cor.3. b. ter id quod poſitum eſt &c. ſed propitius ſit
nobis Deus,id profectò fruſtra conantur. nõ
vtiq; proficiet inimicus in ea,& filius iniqui-
tatis non apponet nocere ei:vt eam funditus
euertat,is etenim qui cum in forma dei eſſet,
Phili.2.a. exinaniuit ſemetipſum formã ſerui accipiẽs:
& ſe ipſum tradidit pro ea vt illam ſanctifica
Ephe.5.c ret,mundans eam lauachro aquæ in verbo vi
tæ,vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam
&c:proteget eam,nec ipſam exinaniri permit
tet,vſque ad fundamẽtum in ea.quin potius,
*Filia babylonis miſera, beatus qui retri-*
11. *buet tibi retributionem tuam: quam re-*
*tribuiſti nobis.*

Benedicit Deum quiſper manum cyri(quẽ
Eſa 45.a. apud Eſaiam Chriſtum ſuum appellat)pœnas
ſumpſit de babylone condignas.Babylon, ci-
uitas confuſionis interpretatur. hæc quidem
Pſ.25.ve.5. iniquorum hominum congregatio eſt:quę &
alibi eccleſia dicitur malignantium:& mater
quandoq; appellatur,ꝙ generet & pariat fi-
lios iniquitatis : quandoq; verò in impiorum
ſucceſsione filia nuncupatur. ſicut è diuerſo
Sion & Ieruſalem in bonis ciuibus:nunc ma-
ter nunc filia denominatur. malorum igitur
congregationem,in vitiorum confuſione ge
nitam:babylonem & filiam babylonis vocat.
1.pet.5.c. ſicut & Petrus apoſtolus in calce prioris epi
ſtolæ ait:ſalutat vos eccleſia quæ eſt in baby
lone collecta.ipſamq; nunc pſaltes miſeram
clamat:ꝙ ſit plena peccatis,ideoq; dæmonio
rum captiua,atque ad perpetuę damnationis
miſeriam infœlix ipſa damnata.cuius miſeria
omnes ſuperat fugatq; voluptates:licet cæcu
Apo.3.d. tiens illa longè aliud arbitretur.Cui illud apo
calypſis congruè dici poſſet:quia dicis,diues
ſum & locupletatus & nullius egeo:& neſcis
quia tu es miſer & miſerabilis & pauper &
cæcus & nudus.audi nunc ergo filia babylo-
nis miſera,& ideo miſerior,ꝙ tibi paratã mi-
ſeriam non aduertis. beatus qui æquilibrium
(eius quam erga nos exercuiſti iniquitatis)ti
bi rependet.iuſtus quidem iudex eſt qui te iu
dicio damnabit iuſto.miſericors etiam domi
nus eſt & beatus:non miſer vt tu,ſed miſera-
tor.qui pro auerſione: conuerſionis bonum,
pro morte vitam,pro ignominia gloriam: tri
buet in Ieruſalem.Sequitur.
*Beatus qui tenebit: & allidet paruulos* 12.
*ſuos ad petram.*

Id etiam in bonum & in malum interpreta
ri licet.Beatus eſt(inquit)laudandus ab omni
bus & prædicandus:qui tenellos ſuos cogita
tus,malos atque peruerſos:ſtatim recens na-
tos,ad petram qui Chriſtus eſt excerebraue-
rit:ne excreſcentes, in pernitioſos prodeant
actus.Beatus(inquam)qui principijs obſtat,
& quam primum genitos,adhuc lactẽtes hos
necat filios,in Chriſtum referens proijciẽſq;.
ſicuti è diuerſo impius dicendus eſt & crude
lis : qui ſanctas cogitationes perimit ſtatim,
quaſi ab vtero tranſlatas ad tumulum. quod
factũ,crudeliter babylonios feciſſe conſtat:
in filios Ieruſalem,faciuntq; in dies filij huius
ſeculi in filios lucis :& facerent niſi à te dñe
prohiberentur,qui tutor paruulorum es. ſic
enim Dauid ſanctus ait:cuſtodiens paruulos Pſ.114.v.6.
dñs : humiliatus ſum & liberauit me.ſit tibi
gloria Deus per infinita ſeculorũ ſecula amẽ.
Super

## EPILOGVS PSALM. 136.

*SVper flumina babylonis,illic ſedimus & fleuimus:dum recordaremur tui Sion.Recordamur*
*q; exules ſumus à patria cœleſti,dum in hoc corpore peregrinamur à dño. Et poſt liminium*
*expectantes:ſedimus in hac lachrimarum ualle,quaſi ad babyloniorum fluminum ripas. &*
*gementes ſuſpiramus,atq; inter ſalices,ipſas amaras & infructuoſas,quales filij huius ſeculi*
*ſunt:nos in medio babylonis poſiti,ſuſpendimus organa noſtra.nempe abſtinuimus ſiluimusq;,nec de æ*
Pſ.38.ve.3. *ternis bonis quicquã loquuti ſimus huiuſmodi hominibus luxu ac uoluptate laſciuientibus,nec aliud quã*
*terrena cogitantibus,ut non eſſent illis uerba diuina deſpectui ludibrioq;.At illi qui captiuos duxerunt*
*nos:deridentes(non quidem diſcere cupientes)interrogauerunt nos noſtrarum uerba cantionum,ea ſci*
*licet quæ ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt:ut per patientiam & conſolationem ſcripturarum , ſpem*
Rom.15.a. *habeamus.dicite(inquiunt)nobis,aliquot rithmos ex ſolitis ueſtris cantionibus,quibus utimini in dolo-*
*ris ueſtri ſolamen ac lenimentum. cantate nobis uel unum de canticis Sion,quibus ita reſpondimus. quo*
*modo cantabimus canticum domini,in terra à Deo aliena,ſurdis ſcilicet ſathanæ ſeruis, & obſtinatis:*
*ueremur quidem ne deteriores fiant. ſiluimus ergo quaſi eſſemus tot carmina obliti,quæ (abſit) obli-*
*uiſcar unquam,ait electorum quiſq;.non enim immemor ero tui Ieruſalem ſancta,quæ ueris bonis abun*
*das,quandoquidem hæc mihi dextera:cætera uerò ſiniſtra ſunt.non ergo obliuiſcar,ne obliuioni detur*
*dextera mea.te ſitio urbs fertilis & iucunda, cur tacebo?lingua mea profecto faucibus adhærebit, præ*
*nimia ſiccitate:ſi non meminero tui & non propoſuero te ob oculos mentis,ut os meum humectet me-*
*moria tui:quum ſpe ad te adeundi gaudere incipiam & lætari.tu etiam dñe memor eris filiorum Edon:*
*ut illis uicem rependas. ij etenim ſanguinarij dæmones nos perſequuti ſunt:in nos,homines impios ex*
*citantes:qui dicunt exinanite funditus eccleſiam Dei,deſtruite totam,uſq; ad fidei fundamentum, ita ut*
*nullum maneat chriſtianæ religionis indicium ueſtigiumq;.ò filia babylonis miſera , ò ſathanica cohors*
*hominumq; peruerſa & damnabilis congregatio.fruſtra niteris demoliri:quam ſupra petram Chriſtus*
*ædificauit.beatus ipſe qui retribuet tibi &c. in caput tuum utiq; iuſtè conuertet:quæ tu iniuſte , in nos*
*agere cogitaſti.beatus autem erit qui tenebit fidem integerrimam, firmam & inconcuſſam,atq; huiuſ-*
*modi cogitatus,primoſq; & ſurreptios motus quaſi uiperinos fœtus,(quum adhuc tenelli & malitia*
*paruuli ſunt)allidet ad petram qui Chriſtus eſt,ipſoſq; excerebrabit.ne creſcentes exeant in actum de*
*liberatum & ducant hominẽ ad perditionem,id agere tamen non ſolius arbitrij,ſed gratiæ pariter eſt*
*tuæ dñe.operã igitur,quod hæc mihi donaſti:pro uiribus tibi immortales gratias agam.*

## PSALM. 137.

*CONFITEBOR tibi dñe*
*in toto corde meo: quoniã au*
*diſti verba oris mei.*

Titulus eſt:pſal.ipſi Dauid.re-
dẽpta plebs captiuata,quæ redit ad vitæ præ
mia:pro redemptione gratias agit Deo opti-
mo maximo,qui eã libertate donauit.& quæ
in cõſpectu hominum impiorum, quaſi in ſa
licibus ſuſpendens organa cantare renuerat
canticum domini,ꝙ in terra eſſet aliena: iam
ad propria remeans:ſe in conſpectu angelo-
rum domino confiteri & pſallere poteſtatur:
confitebor(inquit)tibi domine confeſsione
laudis in toto corde,mente,anima , viribus:
quoniam audiſti verba oris mei. os quidem
interioris mei hominis,apertum eſt ad te cla
mãs , nimioq; inhians deſiderio,hæ ſiquidem
tibi(qui ſcrutaris renes & corda)voces ſunt.
Pſ.9.ve.41. quas audis dum ſeruorum tuorum adimples
deſideria,quæ tibi verba ſunt. ſic enim alibi
idem David ſanctus ait : deſiderium paupe
rum exaudiuit dñs:præparationẽ cordis eo-
rum audiuit auris tua.Sequitur.

2. *In conſpectu angelorum pſallam tibi:ado*
*rabo ad templum ſanctum tuum, & con*
*fitebor nomini tuo.*

Præſentibus angelis,immò ipſis cõiunctus
pſallentibus:tibi pſallam.illos imitabor affe-
ctu,deuotione,& puritate:quos habere ſem-
per optaui in patronos atque interceſſores.
quorum officium eſt:hominũ conſeruorum
ſuorum orationes ad te perferre, & adora-
bo ad templum ſanctum tuũ,quod multiplex
eſt.noſtrum ſcilicet cuiuſq; aĩa:in qua habitas
per gratiã.aſſumpta humanitas:in qua quieſ-
cis per hipoſtaticam vnionem. & cælum ip-
ſum empyreum:in quo reluces per beatificã
(quam ſanctis impertiris)fruitionem. & con
fitebor nomini tuo,in quo eſt ſalus,uita & re
ſurrectio noſtra.per quod ſaluati ſumus, pſal
lam igitur,adorabo,& confitebor:

3. *Super miſericordia tua & veritate tua:*
*quoniam magnificaſti ſuper omne nomẽ,*
*ſanctum tuum.*

Vel (iuxta veritatem hebraicam,verbum
tuum hoc eſt, ſanctum filium tuum. vniuerſę Pſ.24.v.11.
viæ domini:miſericordia & veritas. hæ duæ Pſ.84.v.11.
obuiauerunt ſibi:& ſuper his confitebor tibi
quia miſericors es in ſubuentione & verax in
promiſsi exhibitione.veniſti dñe Ieſu(ex mi-
ſericordia non ex hominum meritis)quære-
re & ſaluum facere quod perierat : & ex veri Luc.19.b.
tate



tate tua impleſti oracula prophetarum , qui
etiam hominẽ redemiſti, pro homine factus
homo:adeò ſuper omnia nomẽ ſanctum tuũ
Phili.2. magnificaſti:vt in nomine tuo omne genu fle
ctatur,cæleſtium,terreſtrium & infernorum.
1.pet.4.c. Et iam ſiquis patiatur vt chriſtianus,non eru
beſcat:glorificet autem Deum in iſto nomi-
ne.Sequitur.

*In quacũq; die inuocauero te,exaudi me:*
4. *multiplicabis in anima mea virtutem.*

Faciam quod meum eſt,dum tibi pſallam,
adorabo,& confitebor:ſuper miſericordia &
veritate tua.nec vacuus à te diſcedã: qui ſem
per magnificè agis. agis quidem quod tuum
eſt.ecce in die petit:qui depoſcit æterna.Ex
audi igitur me inuocantem te.non enim peri
tura poſtulo & caduca:& quæ petere ſolent,
qui ambulant in tenebris.ideo exaudi me: &
animæ meę robur adauge.non petij diuitias,
non ſeculi luxus & honores,non denique vi
res corporis,aut quid ſimile:ſed fidem,ſpem,
charitatem,& id genus cętera:quæ ad patien
ter ferendas paſsiones ac tribulationes animã
fulciunt ſtabiliunt corroborantq;. id vtiq; pe
tij:& tu multiplicabis in anima mea virtutẽ,
quo leuius feram.Sequitur.

5. *Confiteantur tibi dñe omnes reges terræ:*
*quia audierunt omnia verba oris tui.*

De ſe dixerat in primo pſalmi limine:con
fitebor tibi domine in toto corde meo, quo
niam audiſti verba oris mei.nunc autem,fide
les omnes ad Dei laudem inuitans ait: confi-
teantur &c.ſed quæ confeſsionis cauſa?non
vtique ante prætexta dũtaxat,quoniam tu do
mine audiſti:verùm altera non minus efficax:
quia ſcilicet audierunt ipſi reges omnia ver-
ba oris tui. certè vtrinque miſericordia & ve
ritas tua fuit.ſic enim ante prænuntiauerat E
ſaias dicens:miſerans miſerabitur tui,ad vo-
Eſa.30.c. cẽ clamoris tui: ſtatim vt audierit reſponde-
bit tibi.& poſt pauca.erunt(inquit oculi tui
videntes præceptorem tuum.et aures tuę au
dient verbum poſt tergum monentis.hæc eſt
via ambulate in ea:& non declinetis neq; ad
dexteram neque ad ſiniſtram. poſt aſcenſio-
nem quippe domini:monitione & prædica-
tione apoſtolorum , omnes reges audierunt
verba diuini oris,obedientes euangelio. fide
les ſcilicet quos reges appellat:ꝙ ſe ipſos re-
xerint ſpiritui ſubdentes carnem:& in capti-
2.Cor.10.b uitatem redigentes omnem intellectũ,in ob-
ſequium Chriſti.cuius rei gratia confiteantur
illi omnes reges terræ:qui audierunt omnia
verba oris ſui.Sequitur.

6. *Et cantent in vijs dñi : quoniam magna*
*eſt gloria dñi.*

Iam igitur reduces ad patriam in nouitate Ro.6.a.8.
vitæ:non ſecundùm carnẽ,ſed ſecundùm ſpi Pſ.24.v.11.
ritũ ambulantes:cantent in vijs domini, quia
(vt diximus)vniuerſæ viæ domini miſericor
dia,& veritas ſunt.et hic cantus:quoniã mag
na eſt gloria domini.illi cantent in vijs domi
ni : qui in vijs eius ambulauerunt. porro
viæ eius viæ pulchræ:& omnes ſemitæ illius Pro.3.c.
pacificæ. cantent igitur in vijs eius , non eſt
enim quod timeant per eas gradientes,nec de
prædari vereantur:qui Chriſtum ſequentes,
ad patriam tendunt fœlicitatis æternæ. nam
omnia nihili faciunt:dum illius gloriæ mag-
nitudinem contemplantur. quoniam magna
eſt gloria domini,ſicut ipſe magnus, & mag-
nitudinis eius non eſt finis.Sequitur.

*Quoniam excelſus dñs, & humilia reſpi-* 7.
*cit: & alta à longè cognoſcit.*

Audi nunc ſimul Dei miſericordiã & iuſti
tiam.primum quidem non exiguæ miſericor
diæ eſt : ꝙ excelſus ipſe humilia reſpicere
non dedignatur:iuſtitiæ autem: ꝙ ſuperba à
longè cognoſcit.an non cogitas (ait elipham
themanites ad beatũ Iob) ꝙ Deus excelſior Iob.22.b.
cælo ſit:& ſuper ſtellarum verticem ſublimę
tur?& dicis:quid enim nouit Deus,& quaſi ꝑ
caliginem iudicat &c.abſit hic à pijs auribus
error. fatemur quidem ingenuè , ꝙ excelſus
ſit dominus:ſed humilia reſpicit,& alta à lon
gè cognoſcit:eò ꝙ ſuperbientes ſeſe elonga-
uerunt ab eo. quamobrem hos excelſus dñs
cognoſcit,vt deijciat:illos autem , vt exaltet
ſubleuet & coronet.in altero veritas & iuſti
tia:in altero verò,Dei commendatur miſeri-
cordia:confiteantur ergo omnes reges terrę,
& cantent in vijs domini ſuper miſericordia
& veritate ſua: ꝙ depoſuit potẽtes de ſede,
& exaltauit humiles. grandis quippe eſt &
diffuſa hæc materia laudis.Sequitur.

*Si ambulauero in medio tribulationis,vi*
*uificabis me, & ſuper iram inimicorum* 8.
*meorum extendiſti manum tuam: & ſal*
*uum me fecit dextera tua.*

An non abundans miſericordia fuit. ꝙ per
ditum hominem in medio tribulationum am
bulantem,quem deſcendentem ab Ieruſalem Luc.10.c.
in hierico,latrones deſpoliauerunt, & plagis
impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto:ſamarita
nus ille iter faciens venit ſecus eum , & vi-
dens eum,miſericordia motus eſt : & appro-
pians alligauit vlnera eius &c? quid tandem?
porro viuificauit eũ,qui viuificat mortuos: Rom.4.c.
& vocat ea quæ nõ ſunt tanquã ea quæ ſunt.
nec enim iuſtitia , huic impar miſericordiæ
fuit:ꝙ ſuper iram inimicorum hominem de-
prædantiũ,& qui eũ malè ſauciũ reliquerunt:
poten-

potentiſsimam manum ſuam extenderit ab al
Luc.11.c. to,qua alligauit dæmones tribulantes, abſtu-
lit eorum arma,& ſpolia diſtribuit. vtrunque
igitur intercesſit,miſericordia ſcilicet & iu-
ſtitia:quum dextera domini viuificauit mor
tuum,& deſtruxit inimicos:atque (vt com-
pendio dixerim)plenam homini contulit ſa-
lutem & libertatẽ. audi iam iuſtitiæ illius &
miſericordiæ exuberantiam.

9. *Dominus retribuet pro me,dñe miſericor*
*dia tua in ſeculum: opera manum tuarũ*
*ne deſpicias,*

Homo pauperculus pro peccato detineba
tur captiu⁹:nec habebat quod redderet, vt iu
ſtitiæ diuinæ ſatisfaceret. at dñs debitũ exol
uit:dũ veniens in carne,pro homine oblatus
eſt.quod tũc prævidẽs diuinus pſaltes ait:dñs
retribuet pro me.ecce iam ſatisfactum eſt a-
bunde hoc eſt ſufficienter. dñe miſericordia
tua in ſeculum,non dũtaxat temporanea eſt:
ſed æterna.ſolita igitur domine quos ſaluaſti
pietate cuſtodi:opera manum tuarum ne de
ſpicias.porrige dexteram,vt quibus propriã
tribuiſti vitam & in redemptionem: gratiam
conferas & coronam,miſericors & iuſte iu-
dex:qui cum patre & ſpiritu ſancto per infini
ta ſeculorum ſecula regnas amen.

EPILOGVS PSALM 137.

*Confitebor tibi domine in toto corde meo:quoniam audiſti uerba oris mei. & in cõſpectu angelorum,ipſiſq; audientibus,ſapienter(pro uiribus & conatu)pſallam tibi:quaſi te di-*
Cant.8.d. *centem audiuerim animæ meæ,quæ habitas in hortis,amici auſcultant te:fac me audire uocem tuam.toto quidem affectu,laudabo clementiam tuam Deus,& interceßoribus angelis pſallentibuſq; coniunctus,tibi pſallam.at introgreßus templum ſanctum tuum: te adorabo,& benedictum nomen tuum miris præconijs efferam:ſuper miſericordia tua & ueritate tua. his enim utrunq; populum,gentilem ac iudaicum redemiſti:& redemptorem unigenitum ſanctum tuum ſuper omne nomen magnificaſti & exaltaſti.eia ergo exaudi me dñe,quum inuocauero te:adauge robur meum quo poßim reſiſtere malo. audient me reges tibi confitentem,& confitebuntur ipſi,ac mecum pariter miſericordiam tuam & ueritatem(quæ uiæ tuæ ſunt)decantabunt:quoniã magna eſt gloria dñi. qui cum ſit excelſus,humilia reſpicit,illiſq; proſpicit:alta uero atq; ſuperba,à longè cognoſcit, quia deſpicit reprobatq;.eſt enim humilitatis amans,qui ſuperbis reſiſtit,humilibus autẽ dat gratiam. deiecit angelum ſuperbientem:& deiectum hominem ac tribulatum erexit.quamobrem laudabo benignitatem tuam Deus:quippequi me fere exanimem ac ſemiuiuum uiuificaſti,deuiciſti inimicos.& ſaluum me fecit dextera tua,ipſeq; filius tuus dñs meus,retribuet pro me moriens:ut tuæ iuſtitiæ ſit ſatis.domine miſericordia tua non eſt breuis & exhauſta,ſed uſq; in ſeculum perſeuerat.non ergo deſpicies opera manuum tuarũ:qui in infinitum miſericors es,fidelis & pius.probas hominem:ſed nõ deſeris:imò facis cum tentatione prouentum.*

PSALM. 138.

*DOMINE probaſti me, & co-*
*gnouiſti me: tu cognouiſti ſeſſionẽ*
*meam,& reſurrectionem meã.*

Titulus eſt:in finem pſal.Dauid,ſatis ſupe
rius elucidatus.In hoc pſalmo propheta ſan-
ctus rerum omnium etiam nondum exiſten-
tium,atq; cogitationum ſcientiam & præſen
tiam Deo tribuit.cuius miratur prouidentiã,
deinde præſentiam intimam,potentiã,ac ſum
mam erga omnes,& præſertim amicos ac ſi-
bi charos,bonitatem. ad quorum collegium
& ſocietatem ſe optat admitti:& à malorum
conſortio ſegregari.Eſt enim hic pſalmus ob
ſcurus & profundiſsimus:& qui plures perin
de ac varios continet ſenſus.quorum apertio
res & quos magis literæ cohærere nouimus:
proſequemur. nempe caput noſtrũ Chriſtus,
in forma ſerui ad patrem loquitur: hoc itidẽ
& membrorum ſuorum quodq; : tum maxi-
mè præcipuum illud:quod in vicarium ſuum,
& eccleſiæ principem conſtituit.cuius caſum
& reſurrectionem,Dauid præuidẽs ac deſcri
bens:inducit ipſum dicentẽ:dñe probaſti me
&c.dicat igitur primũ dominus Ieſus ad pa-
trem ex aſſumptæ carnis diſpenſatione:dicat
ex forma ſerui,& humili quam ſibi vniuit na-
tura.domine probaſti me & cognouiſti me:
qui me approbaſti,& in naturalem,tibiq; vni
cè dilectum filium cognouiſti dicens: hic eſt
filius meus dilectus:ipſum audite.& dum fie Luc.9.d.
ret vox(ſacer ait euangeliſta) inuentus eſt Ie
ſus ſolus.probaſti vtique dñe nõ vt ſcires qui
ab æterno omnia noſti:ſed ꝓbaſti, me ipſum
paſſioni exponens: vt cognoſcat mundus ꝙ Ioan.14.d.
diligo patrem,& ſicut mandatum dedit mihi
pater ſic facio.cuius rei gratia ſequitur:ſurgi
te eamus hinc.tu quidem cognouiſti ſeſſionẽ
meam ſpõtaneam ſcilicet mortem.quam (ob
id)non caſum,quin ſeſſionem potius diu op
tatam & voluntariam appello: ſimul & glo-
rioſam promeritamq; ac ſingularem reſurre-
ctionem meam.dicat autem fidelium pœnitẽ
tiũ quiſq;:dñe probaſti me & cognouiſti me:
qui me tribulari & prolabi permiſiſti, & qua
lis aut quantus à me ſim , quamq; ſint tenues
propriæ vires:me ipſum experiri , & ab alijs
cognoſci & comprobari feciſti. prauũ quidẽ
eſt



Hier.17.b. eſt(apud Hieremiã)cor hominis & inſcruta-
bile:quis cognoſcet illud?ego(inquit) domi-
nus ſcrutãs cor,& probans renes, qui do vni
cuique iuxta viam ſuam:& iuxta fructum ad
inuentionum ſuarum.tu igitur cognouiſti ſeſ
ſionem meam:quum miſericorditer reſpexi-
ſti me ſedentem in tenebris & vmbra mortis.
Eſa.42.b. & reſurrectionem meam : cum educeres de
concluſione victum , de domo carceris &c.
Petrus etiam apoſtolus caſum ſuum deflens
dicat amarè:domine probaſti me, qui me cũ
ancillula confligtare permiſiſti:& cognouiſti
me,fragilem futurum & inconſtantem. tu co
gnouiſti ſeſſionem meam:qui mihi proteſtan
Mat.26.c. ti atque dicenti:& ſi omnes ſcandalizati fue-
rint in te,ego nunquam ſcandalizabor: ſub cõ
teſtatione etiam reſpondiſti, amen dico tibi,
quia in hac nocte antequam gallus cantet,ter
me negabis. cognouiſti etiam reſurrectionẽ
meã,qui & dixiſti:tu aliquando conuerſus,cõ
firma fratres tuos.Sequitur.

2. *Intellexiſti cogitationes meas de longe: ſe-*
*mitam meam & funiculum meum inue-*
*ſtigaſti.*

Nihil clarius euidentiuſq; dici potuit,quã
ꝙ de longè cogitationes meas intellexeris:
quia ab æterno eas præuidiſti,antequã eſſent.
& ſemitam meã ipſumq; viuendi modũ atq;
funiculũ directorium,intentionẽ ſcilicet quã
(veluti perpendiculo) vnũquodq; ædificij no
ſtri opus dirigere,regere ac moderari ſole-
mus:ab æterno etiã inueſtigaſti. niſi funiculi
nomine:hæreditas illa Chriſto homini primo
Rom.8.f. genito in multis fratribus & Petro ac præde
ſtinatorum cuiq; repromiſſa , atq; ab æterno
præuiſa & inueſtigata:veniat intelligenda,vt
etiam prædictis omnibus hæc verba coapta-
ri poſſe videantur.Sequitur.

3. *Et omnes vias meas præuidiſti: quia non*
*eſt ſermo in lingua mea.*

Hoc eſt,nondum protuli verbũ quo animi
conceptus propalarẽ:& iam intellexiſti. ecce
tu dñe cognouiſti oĩa,quæ ſunt verba priora
verſus ſequẽtis.oẽs etiã actiones meas tũ inte
riores tũ exteriores præuidiſti:antequã exiſte
rẽt in eſſe reali,de te enim tuus ait apoſtolus:
Rom.4.c. vocat ea quæ non ſunt,tanquã ea quæ ſunt.&
Heb.4.c. ad hæbreos ſcribens:non eſt(inquit)vlla crea
tura inuiſibilis in conſpectu eius. omnia au-
tem nuda & aperta ſunt oculis eius:ad quem
nobis eſt ſermo.non eſt ergo vllus ſermo ne-
ceſſarius in lingua mea : quo tibi conceptus
pandantur abditi.ſunt etiam qui legant, quia
non eſt dolus in lingua mea: quum dicerem,
& ſi oportuerit me mori tecum &c. noſti qui
dem quam ex animo dixerim.quod etiam de
Chriſto dño Eſaias & ipſe apoſtolorum prin- Eſa.53.d.
ceps:omniſq; ſcriptura clamat. Dicat etiã Pe 1.pet.2.d.
trus vicẽ ſuam dolens:omnes vias meas præ-
uidiſti,& ꝙ non eſſet ſtabilis ſermo in lingua
mea.dixeram vtiq; propoſito firmo : etiamſi
oportuerit me mori tecum:nõ te negabo.rur Mat.26.d.
ſumque:domine,tecum paratus ſum & in car Luc.22.d.
cerem & in mortem ire.tu verò è diuerſo(fu
turæ rei præſcius)affirmabas me negaturum.
viciſti tandem domine Ieſu.proh me infœli-
cem ! quia non eſt ſermo conſtans in lingua
mea,neque etiam ſufficiens ſermo:quo præſ-
cientiæ tuæ(quæ vt infallibilis ita & ineffabi
lis eſt)magnitudinem efferre queam,cui anne
ctitur ſtatim vti appendix.

*Ecce,tu domine cognouiſti omnia nouiſ-* 4.
*ſima,& antiqua: tu formaſti me,& po*
*ſuiſti ſuper me manum tuam.*

Nouiſsima(ait) & antiqua hoc eſt ante &
retro: vt ſe totũ in circuitu plaſmatũ à Deo fa Iob.10.b
teatur.nec mirũ(inquit) ꝙ omnes vias meas
præuideris,ꝙq; non eſſet futurus efficax ſer-
mo in lingua mea:qui præterita atque futura
nouiſsimis temporibus,æquè vt præſentia no
ſti.quia non eſt ſermo in lingua mea:& ecce
dñe tu cognouiſti omnia nouiſsima etiam an
tiqua:qui me vndiq; à te plaſmatum fouiſti.
niſi temporalis & æterna generatio,humani-
tas & diuinitas,vtraq; in Chro cõſiſtens natu
ra:veniat intelligenda.nã qui ab æterno ex pa
tre:nouiſsime,(quando venit plenitudo tem
poris)factus homo,proceſsit ex matre. hæc
igitur(ait)cognouiſti:qui formaſti me in vte
ro matris,& potentiſsima protexiſti manu.di
cat etiã apoſtolorũ vertex, & nrum quiſq;.ec
ce dñe,tu cognouiſti omnia nouiſsima mea
& antiqua,qui aut qualis fuerim in præiacen
te materia qui aut qualis futurus ſim poſtea:
cognouiſti meũ inſuper perſonale : & quod
habui à primo parẽte peccatũ.cognouiſti de
niq; meũ oẽm(à principio ad finẽ vſq;)totius
vitæ decurſum: vt qui me ex nihilo creaſti,e-
duxiſti(ſi dixerim)de nõ eſſe ad eſſe,de tene-
bris ad lucem,ac de ſtatu culpæ reduxiſti ad
gratiã,& poſuiſti ſuper me manũ tuam,in eſſe
(quod formaſti & cõſeruaſti)cõſeruans. Seq.

*Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: cõ* 5.
*fortata eſt,& non potero ad eam.*

Ecce Deus magnus, vincens ſcientiam no
ſtram:heliu ait apud Iob.Iam hæc & quæ ſe- Iob.36.d.
quuntur verba:non Chriſto capiti,ſed cuiuis
membro pœnitenti,atq; eius apoſtolo Petro
caſum ſuũ deplorãti:coaptare licebit.mirabi-
lis(inq̃t)facta eſt ſciẽtia tua ex me.ipſa quidẽ
ſemper eadẽ eſt:quæ nec augeri nec minui po
teſt,ſed ex peccato meo:maior mihi cõtigit

 hebetudo:

hebetudo:ita, vt nunc mirabilior ac fortior
quam ante mihi viſa ſit.tua etiam in omnibus
mirabilis eſt ſcientia domine: ſed mirabilior
in homine & erga hominem apparet: atque
ex me maximè,vel prę me,quæ adeò inualuit
& confortata eſt:vt nec ipſam capere, nec e-
ius infallibilitati(etiam præmonitus) value-
rim contraire.certe mei compos eram, nec
repentinum & inopinatum poſſum prætexe-
re caſum:qui te dicentem audieram, ter me
negabis. at negaui infirmus,cecidi infœlix:
nec tu(caſum præſciens)me cadere coegiſti.
hoc vnum ſcio,ꝙ infallibilis ſit ſcientia tua,
& ex meo infortunio, hominibus etiam mi-
rabilis facta, adeòq; confortata: vt nec ex
me,ipſam comprehendere, vel ad modicum
illius attingere queam.quid etiam vbique lo
corum intimā ac replentē omnia ipſam diui-
nam tuā præſentiam referā?

6. *Quo ibo à ſpiritu tuo: aut quo à facie tua
fugiam?*

Gen.3.b. Cecidit adam in paradiſo voluptatis: quia
vxori acquieuit.& cum cognouiſſent ambo
ſe eſſe nudos,audiſſentq; vocem domini Dei
ambulantis in paradiſo ad auram poſt meri-
diem:abſcondit ſe adam & vxor eius à facie
domini.certe inſipiens factus:à Dei præſen-
tia fugere autumabat.at non ſic ego, qui & ſi
Luc.22.g. ad mulierculæ vocem, dum mori timui vitā
negaui:ſed vbi conuerſus dominus,ſidereis il
lis oculis atque pietatem omnem præſefe-
rentibus,me ipſum reſpexit:recordatus ver-
bi domini,egreſſus foras fleui amare. Non fu
Ion.1.a. gi vt Ionas,qui ſurrexit vt fugeret in tharſis
Zach.13.b à facie domini.nec abſcondi me:quoniam a-
dam exemplum meum ab adoleſcentia mea:
quin perpetrati facinoris grauitatem diſcuſ-
ſi potius & mecum habitans,gemens, & eiu-
lans,ſuper faciem meam pronus in terram cę
cidi:& quod mihi magis conſultum eſſet,co-
gitare atque tractare cœpi. Et animo plura
voluens:ſic(vel ipſo teſte) offenſum dominū
alloquebar. quo ibo à ſpū tuo:& quo à facie
præſentię tuæ fugiā? latere quidē erit impoſ
ſibile,apparere autē propudium intolerabile.

7. *Si aſcendero in cælum,tu illic es: ſi deſcen
dero in infernum, ades.*

Et ſi aſcēdere in cælum adnitar, vti lucifer
elatus,& ſibi ipſi fidens:tu illic es, deijciēs at
que diſperdens ſuperbos mente cordis ſui. ſi
autem deiectus nimium,nec tibi fidens,in de
ſperationis barathrum (cū Cayn parrhicida;
& proditore iuda)deſcendero verbo aut effe
Gen.4.c. ctu, dicens:maior eſt iniquitas mea quam vt
veniam merear:ſcio,ꝙ damnatorum vindex
in inferno ades.eſt ne locus in terra vel mari,
quo à te fugere,atq; tutus eſſe poſſim? mini-
mè profecto.quia nec ab oriente,nec ab occi Pſ.74.v.6.
dente,neq; à deſertis mōtibus:vllus patet exi
tus,quoniam Deus iudex eſt.audi (obſecro)
dn̄m per prophetam ſuum conteſtantem atq; Amos.9.a.
dicentem:non erit fuga eis qui fugerint,& nō
ſaluabiť ex eis qui fugerit.ſi deſcēderint vſq;
ad infernū:inde manus mea deducet eos.& ſi
aſcēderint vſq; ad cælū:inde detrahā eos &c.

*Si ſumpſero pennas meas diluculo: & ha* 8.
*bitauero in extremis maris.*

Sunt qui legant:pennas diluculi vel auro-
ræ:eò ꝙ pernici decurſu omnia luſtret. ait er
go:ſi mihi datū eſſet,ſummo mane & adhuc
nocte dubia,pēnas à quouis alite mutuare, vt
celerrimo ac pennigero volatu hinc poſſem
ad maris extrema tranſire,ibiq; vel latitans ha
bitare:porro nec ita potero aufugere, & po
tentiæ tuæ manum euadere.

*Etenim illuc manus tua deducet me: &* 9.
*tenebit me dextera tua.*

Tantum enim abeſt,vt à te fugere queam:
ꝙ niſi me tua illuc deduxerit manus: nullate
nus moueri aut quiquam operari poſsim.ete
nim manus tua deducet me & profugum ap-
prehendet,ac tenebit dextera tua: ne vltra ꝓ
gredi valeā.quanuis & hoc altiori ſenſu poſ-
ſit intelligi,vt trimembri diuiſione propoſi-
ta:dum hæc duo extrema reſpuit, aſcenſum
ſcilicet in cælum per ſuperbiam,& deſcēſum
in infernum per deſperationis deiectionem:
alterius(fœlici auſpicio)ſit illi optio.ſi ſump
ſero(ait)pēnas meas diluculo.quæ ſūt(rogo)
tantæ velocitatis pennæ?intellectus vtiq; om
nis erroris expers,& ſine obliquitate volun-
tas,ipſaq; memoria quæ circa præterita ver-
ſatur,& velut pēnis aui,& clauus naui:ſic ho
mini pro gubernaculo eſt: vt beneficiorum
ſit memor,quæ à Deo opt.max. accepiſſe cō
ſtat.ſimulq; in Deum cōmiſſa recolat,vt ipſa
deteſtetur homo:& pœnitentiæ lachrimis di
luat errata.has igitur(ait)ſi ſumpſero pennas
diluculo:ideſt dū vita fuerit(omnes,antequā
poſtrema aduenerit dies:ipſiſq;(vt diximus)
expanſis alis,habitauero in extremis amaritu
dinis,diluculo pœnitens, dū adhuc ſunt tene
bræ ante reſurrectionis tuæ diē,quaſi iā Hie
remiā audierim dicētē:filia populi mei accin Hier.6.g.
gere cilicio & cōſpegere cinere, luctū vnige
niti fac tibi,planctū amarū:tūc quidē ſic arma
t',fugere potero à te irato:ſed ad te placatū.
nec quicquā mihi obſtaculo erit.etenim illuc
manus tua deducet me,& tenebit me dextera
tua.ſunt & alæ:dilectio Dei & proximi.his ſi
meū ferať arbitriū,ſimulq; Dei dextera (qui
Chrs eſt)me ducat,& ad ſe trahat:ſaluus ero.
ſuū quidem ducere eſt ex gratia:& meū ex ar
bitrio ire.an diuitias bonitatis eius & patien
tiæ



Rom.2.a. tiæ & longanimitatis eius contemnis,ait apo
ſtolus,ignoras quoniā benignitas Dei ad pœ
nitentiam te adducit?Sequirur.

10. *Et dixi, forſitā tenebræ cōculcabunt me:
& nox illuminatio mea, in delitijs meis.*

Prima pars huius verſus,fortè (vt quibuſ-
dam placet)ſub ironia proferenda eſt, vt ſit
ſenſus,et dixi apud me tacitùs ſed formido-
loſus,cum ſic flens amarè, pœnitens atque in
Deum commiſſa dolens,manu tua deductus
à te fugerem irato, vt peruenirem ad te pla-
catum:forſitam peccatorum tenebræ concul
Iob.9.d. cabunt me?Nam certè(cum beato Iob)vere-
bar omnia opera mea:ſciens, ꝙ non parceres
delinquenti:niſi verè pœnitenti. dicebamq;,
ſi autem & ſic impius ſum:quare fruſtra la-
boraui? abſit hæc à me cogitatio, noui enim
Ezech.18.d quod tibi domine proprium ſit miſereri ſem
per & parcere,quòdq; promiſeris dicens: ſi
impius egerit pœnitentiam &c:vita viuet &
non morietur, & omnium iniquitatum eius
quas operatus eſt:non recordabor. ꝙ ſi alter
non ironicus tibi magis arridet ſenſus, vt is
Phili.2.b. qui cum metu & tremore ſuam ſalutem ope
ratur,pœnitens & dolens dicat.& dixi,forſi-
tam tenebræ conculcabunt me: non quidem
illi refragamur.ꝙ quædam formido pia pœ-
1.Cor.4.a nitentium animos ſæpius inuadat, iuxta illud
Pauli:nihil mihi conſcius ſum:ſed non in hoc
Pro.28.c. iuſtificatus ſum,& quod in prouerbijs ſcrip-
Eccl.9.a. tum legimus:beatus homo qui ſemper eſt pa
uidus.nam vt iſdem ſapiens ait: ſunt iuſti at-
que ſapientes,& opera eorum in manu Dei:
& tamen neſcit homo,vtrum amore an odio
dignus ſit:ſed omnia in futurum ſeruantur in
certa.timet hic igitur,ne tenebris conculce-
tur.ſed audi quod ſequitur. Et nox illumina
tio mea(inquit)in delitijs meis. certè oppor
tunè ſuccurris domine Ieſu, meſtorum ac tre
pidantium conſolator optime. ago tibi gra-
tias immortales domine:ꝙ reſurgens,me ſta-
Mar.16.b. tim conſolari dignatus ſis,per angelum tuum
mulieribus dicentem. ite dicite diſcipulis e-
ius & Petro,quia præcedet vos in galileam,
ibi eum videbitis,ſicut dixit vobis. quo audi
Rom.4.d. to reuixi & facta eſt nox illuminatio mea.
ſciensque,ꝙ traditus ſis propter delicta no-
Iob.17.b. ſtra, & reſurrexeris propter iuſtificationem
noſtram:quaſi in delitijs eſſem. cogitationes
Pſ.93.v.19. meæ diſsipatę ſunt torquentes cor meum.
Noctē verterūt in diem: & rurſum poſt tene
bras ſpero lucē.nā(ſicut alibi pſalmographus
ait,ſecūdùm multitudinē dolorum meorū in
corde meo: cōſolationes tuæ lætificauerunt
animā meam. quòd ſi noctis & tenebrarum
nomine, huius ſeculi aduerſitates accipias:
iuſte etiam pœnitens hic veretur, ne ipſis
euſque obruatur aduerſis: quòd gemine cha-
ritatis alis ad extrema malis nequeat per-
tranſire.ſcriptum eſt enim,quoniam abunda- Mat.24.L.
bit iniquitas: refrigeſcet charitas multorum.
Sed quid?dum hæc perterritus cogitarem: fa
cta eſt nox illuminatio mea,in delitijs meis.
vero ſiquidem iuſtitiæ ſole (qui occiderat)
reſurgente,iamq; à ſepulchro irradiante,mun
dumq; illuminante Chriſto: deiſcunt tene-
bræ,& nox ipſa recedit. quin & nox potius
& mundi aduerſa quæque, etiam mors ipſa
corporis corruptibilis abolita nube: meo in
tellectui lumen,& affectui delitiæ ſunt: ſcio
enim quòd hæc ad proſpera ducant,atque ad
delitias fœlicitatis æternæ. fateor inexpertis
non ſemel contigiſſe quod in libro Iob ſcrip- Iob.35.b.
tum eſt.propter multitudidem calumniato-
rum clamabunt & eiulabunt: propter vim
brachij tyrannorum.& non dixit, (vtique
qui cæcutit) vbi eſt Deus qui fecit me, qui
dedit carmina in nocte, qui docet nos ſuper
iumenta terræ: & ſuper volucres cæli eru-
dit nos?omnis autem diſciplina (coapoſto- Hier.12.c.
lus meus ait Paulus) in præſenti quidem vi-
detur non eſſe gaudij ſed meroris. poſtea au-
tem:fructum pacatiſsimum (exercitatis per
eam)reddet iuſtitiæ.Sequitur.

*Quia tenebræ non obſcurabuntur à te,* 11.
*& nox ſicut dies illuminabitur: ſicut te
nebræ eius, ita & lumen eius:*

Sit vnus ſenſus,tu domine non addes affli-
ctionem afflicto: quin potius (iuxta pro-
miſſum tuum)triſtitia vertetur in gaudium. Ioan.16.d.
vtraque enim res tua eſt:nox & dies, lux &
tenebra,& quæ arridet proſperitas: aut de-
terret aduerſitas.tu quidem pro libito quod
mauis ad vtilitatem immittis. Nam ſicut te-
nebræ eius: (ait propheta ſanctus) ita & lu-
men eius. quòd ſi tenebræ etiam peccata
ſunt:tu caue ò homo ne tenebræ tuæ obſcu-
rentur à te tacente,nec per confeſsionem pro
palante:ſed contemnente atque vlterius pec
cante.Non enim obſcurabuntur à Deo, qui
ea quæ in abſcondito vel propatulo, nocte
vel die,in lumine vel obſcuro ſunt:æquè no- Heb.4.c.
uit. quandoquidem oculis eius omnia nuda
ſunt & aperta. æqualeſq; illi ſunt & tenebræ
noctis:& lumen diei.hæc enim duo & ſi non
humanis:diuinis tamen oculis paria ſunt.ſint
igitur hæ vel illæ tenebræ: non obſcurabun-
tur à domino,qui in eum commiſſa quantun
uis abdita nouit, ipſaque odit, nec impunita
relinquit, quin flagellat potius peccantem,
ne peccata multiplicans: obſcuriores ac
denſiores illius tenebræ fiant: ſimulque
temperat flagella, ne frangatur peccator ad-
uerſis. Nempe de vtriuſque tenebris ait

 rex

rex & vates,non receſsit retro cor noſtrum,
Pſ.43.v.20 & declinaſti ſemitas noſtras à via tua, quo-
niam humiliaſti nos in loco afflictionis:& co
operuit nos vmbra mortis,ſi obliti ſumus no
men Dei noſtri : & ſi expandimus manus no-
ſtras ad Deum alienum , nonne Deus requi-
ret iſta ? Ipſe enim nouit abſcondita cordis.
1.Cor.4.b. nec id etiam reticuit Paulus. qui iudicat me
(inquit) dominus eſt &c. qui & illuminabit
abſcondita tenebrarum:& manifeſtabit con-
ſilia cordium , & tunc laus erit vnicuique à
Deo. dicat igitur Petrus apoſtolus ad ſe &
ad te conuerſus.iam non verebor ꝙ forſitam
hæ vel illæ tenebræ conculcent me:quia te-
nebrę non obſcurabuntur à te,vt affligas affli
Luc.5.f. ctum,qui veniſti vocare peccatores ad pœ-
Luc.1.g. nitentiam,& illuminare his qui in tenebris &
in vmbra mortis ſedent. Non obſcurabuntur
à te , qui eas noſti,& quales ante fuerint &
nunc ſint noſti. fido equidem miſericordiæ
tuę,ꝙ nox ſicut dies illuminabitur.hoc enim
facies:qui illud permiſiſti. nec eſt etiam ꝙ ſe
culi aduerſa timeam atque proſpera : tranſi-
toria ſunt enim,& ſicut tenebræ eius : ita &
lumen eius.idcirco æquè amplexabor omnia
& formidabo.Sequitur.

12. *Quia tu poſſediſti renes meos : ſuſcepiſti me de vtero matris meæ.*

Non vtique mirabile eſt,quòd vbique ad-
ſis , ac mihi & cuique rei ſis intime præſens:
eo primum ꝙ Deus ſis, quòdq; dominus , ac
proinde rerum omnium, atque renum meo-
rum poſſeſſor. id tamen plurimum nouitatis
affert:ꝙ non magis aut minus commouear
aduerſis quam proſperis,nec proſperis quam
aduerſis. quandoquidem non mihi hoc indi-
tum inſitumvè ſit a natura: ſed à te mihi pro
uenit,& ſi quid aliud boni eſt , qui & poſſe-
diſti renes meos,ipſosq; frenaſti & compo-
ſuiſti:& me de vtero matris meæ protegen-
dum perficiendumq; ſuſcepiſti. quod vtique
de ſpirituali & corporali perfectione intelli-
gendum eſt. ſuſcipit enim de vtero matris,
quem diligit Deus:vt non ſolùm in exterio-
re:verum etiam in homine interiore creſcat.
Ipſe etenim eſt autor artifexq; incrementi v-
triuſque hominis: qui & pſalmator in vtero,
& ipſe protector eſt & ſuſceptor à maternis
viſceribus qui creator & conditor.dicat nūc
igitur domino ſuo Simon Petrus,ſeruus & a-
poſtolus Ieſu Chriſti. Nedum cor meum &
cogitationes meas intellexiſti de longè : ve-
rùm renes meos ipſaq; præcordia poſſediſti
ac temperaſti:ex quibus ſcaturire ſolent de-
lectationes.in te etiam proiectus ſum ex vte
ro matris meæ:& tu ſuſcepiſti proiectum fo
uiſti,nutriuiſti,educaſti,& ad ætatem vſque
perfectam,per interiora & exteriora incre-
menta deduxiſti.de qua ſuſceptione: collega
& coapoſtolus meus Paulus ait : cum autem Gal.1.c.
placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris
meæ,& vocauit per gratiam ſuam,vt reuela-
ret filium ſuum in me , vt euangelizarem il-
lum in gentibus:continuò non acquieui car-
ni & ſanguini.in hoc vtique munus, (hoc eſt
ad præputij ſortem ) ſuſcepit me , pro qui-
bus omnibus,immortales tibi gratias agam.
Sequitur.

15. *Confitebor tibi,quia terribilietr magnificatus es:mirabilia opera tua, & anima mea cegnoſcet nimis.*

Te(inquit)ſummis laudibus efferam, quia
terribiliter(non quidem in te, qui idem ipſe
es)ſed in nobis & in me vno magnificatus es,
ita vt omni cultu,tremore,& reuerentia , de
te loquar.nec enim ſatis admirari queo mira
bilia opera tua : quæ virium mearum non eſt
recenſere aut connumerare.atqui vocaſti me
piſcatorem,iuſtificaſti peccatorem,feciſti pa
ſtorem,ſtatuiſti doctorem,conſtituiſti prin-
cipem,vicarium poſuiſti & ſucceſſorem ful-
ciſti fide,interiore inſpiratione,ac reuelatio-
ne me illuminaſti: vt te Chriſtum filium Dei
viui ſic illuminatus agnoſcerem, & forti fi-
dei confeſsione,ſupra firmam petram ſtabi-
litus prædicarem. quid hac (obſecro)cogni-
tione ac fideli confeſsione in hac via potuit
eſſe maius?iure igitur dixi,& anima mea cog
noſcet nimis.quia nec caro nec ſanguis reue-
lauit mihi:ſed pr̄ tuus qui in cælis eſt.nimis e
tiam cognoſcet in patria: vbi cognoſcam ſi- 1,Cor.13.d.
cut & cognitus ſum.id autē ex gratia qua in
omnibus magnificaſti me.Sequitur.

14. *Non eſt occultatum os meum à te , quod feciſti in occulto: & ſubſtantia mea in inferioribus terræ.*

A te qui poſſediſti renes meos,& me de v
tero educandum,fouendum , protegendum,
ac denique perficiendum ſuſcepiſti : non eſt
occultatum os meum , quod opertum carne
atque velatum,etiam intra maternorum viſ-
cerū latebras fabricaſti , quaſi carnis totiusq;
corporeę molis durius ac fortius fundamen
tum , & terreſtris domus meæ huius habi- 2.Cor.5.a.
tationis ſubſtātiam.ſum etenim vt primus ho 1.Cor.15.f.
mo de terra terrenus. Notiſsimæ quidem ti
bi ſunt omnes partes hoc totum integrantes
( etiam diſſoluto , iamq; incinerato corpo-
re , & intra terræ viſcera clauſo ) vt illud
ex eiſdem partibus reſtituas reędificesque
in



reſurrectione. Non itidem eſt occulta-
tum à te illud patientiæ & tolerantiæ do-
num quod feciſti , & intra cordis mei ſecre
tum ad ferendas paſsiones & tormenta huius
ſeculi ſtatuiſti,nō demum illud os fidei quod
intra cordis mei abdita,tu finxiſti.quod & re
ctè nunc ſubſtātia,ſicut(in ea quę ad hebreos
eſt epiſtola)ab apoſtolo tuo Paulo appellat.
Heb.11.a. eſt(inquit)fides ſperandarū ſubſtātia rerum,
argumentum non apparentium. ſubſtantia di
xi:quia cæteris virtutibus ſubſtat , ſpei ſcili-
cet & charitati ; velut oſſa carni & cuti. &
quia in doctrina chriſtiana(quæ circa futurā
beatitudinem conſequendam verſatur) prin-
cipium quoddam eſt,in quo ſubſtātialiter &
inchoactiuè,cōcluſiones illæ(quas ſperamus)
beatificæ viſionis,fruitionis ac fœlicitatis æ
ternæ,enigmaticè ſcilicet cōpendioſè cōtinen
tur.eſt etiam argumentum:quia firma & cer
ta adhæſio intellectus & voluntatis, circa ea
quæ reuelata ſunt à Deo:pro ratione motri-
ce diuinam autoritatem habens,cui ſoli prin-
cipaliter innititur.mea igitur fides ( ait apo-
ſtolorum princeps)quam tu intra mei cordis
archanum fabricaſti:notiſsima tibi eſt.de qua
Luc.22.g. mihi dixeras:Simon ecce ſathanas expetiuit
vos vt cribraret ſicut triticum: ego autem ro
Rom.10.b. gaui pro te vt non deficiat fides tua.hæc qui
dem pars interior qua corde, hoc eſt volun-
tate creditur ad iuſtitiam:tu ſcis dn̄e , quam.
illæſa,ſolida,& incōcuſſa remanſit. altera ve-
rò pars exterior,qua ore confeſsio fit ad ſalu
tem,vtiq; pro loco & tempore neceſſaria: ex
charitatis defectu(ò me miſerum & inconſtā
tem?)inuēta eſt debilis & infirma.te enim ne
gaui, & metu infrigidatus,cum iuramento di
xi,(nam verè in me hiems erat)non noui ho-
minem.Sequitur.

15. *Imperfectum meum viderūt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.*

In hoc verſu,nimis abſtruſus & quaſi in oc
culto abſconditus eſt ſenſus. ſunt enim illius
enigmatica & pręgnantia verba:ita vt inter-
dum nos oporteat hallucinari , verſione va-
ria huius pſalmi perinde atque obſcura cōpul
ſi.aperiat igitur illa nobis dn̄s:qui intellectus
noſtri nouit imperfectionem. imperfectum
(inquit)meum viderunt oculi tui,cum adhuc
rudis eſſem,& in vtero matris informis. vt
qui nōdum ad perfectiorem & vltimatam ho
minis formam perueniſſem : ſed omni pror-
ſus membrorum diſtinctione carens, & orga
nizatione confuſus, qualis in vtero impoli-
tus ille fœtus eſſe ſolet,quem embrionem ap
pellant. immo cum nondum eſſem : iam me
ab æterno videras,nec me ſolùm:verùm etiā,
omnes homines, qui & in notitiæ tuæ libro
deſcripti ſunt,quotq;, quales, & quando ſint
futuri. venient profectò & ſuccedent dies:
& nemo in eis erit,qui à te non ſitante cog-
nitus & præuiſus. at verò quidam legendum
putāt,non formabuntur,ſed formabantur, vt
ſit ſenſus,formabantur apud te dies ab æter-
no cogniti ac præuiſi:cum adhuc nil creatum
formatumvè eſſet in eis, dicat etiam altiore
ſenſu Petrus,me vtique imperfectū longe an
te viderunt oculi tui , ſcilicet te corde cre-
dentem : ſed ore negantem. viderunt etiam
trepidationem meam & inconſtantiam con-
feſsionis.& in libro tuo,qui ſecundùm præ-
ſentem iuſtitiam denominari ſolet : non ſo-
lùm ego verùm etiam omnes cadentes vel re
ſurgentes,digni odio vel amore,quales reper
ti fuerint deſcribentur : qui & ante mundi
conſtitutionem in tuo indelebili & nuſquam
cancellato prædeſtinationis ac reprobatio-
nis æternæ libro ( quæ æternum permanens
notitia tua eſt.)ſunt etiam ab æterno deſcrip
ti.iccirco quum ex imperfectione cecidi: im
perfectum meum viderunt oculi miſericor-
diæ tuæ.ſcriptum eſt enim:conuerſus domi- Luc.22.g.
nus reſpexit Petrum , & recordatus eſt Pe-
trus,verbi domini &c:& egreſſus foras Pe-
trus,fleuit amare.& quidem Petrus deſcrip-
tus erat in libro vitæ,at cecidit à vita gratię:
& dignum ſe cōſtituit morte ; qui læthaliter
peccauit ſecundùm ſtatum præſentis iuſtitię.
Nedum ipſe , verùm etiam alij coapoſtoli & Apo.17.d.
ſancti quorum etiam nomina ſcripta ſunt in
libro vitæ,à conſtitutione mundi.nam quum
comprehenſum viderunt dominum Ieſum; Mat.26.f.
tunc diſcipuli omnes relicto eo fugerunt. ij
quidem omnes de tenebroſis noctibus: dies
lucidiſsimi formati ſunt. immò poſt ſanctam
& glorioſam Chriſti reſurrectionem refor-
mati:iam non habentes nubilum formidinis,
aut partem aliquam tenebrarum:vt qui à ve-
ro ſole Chriſto ſunt illuminati.Et quot quot
etiam ſunt electi vſque ad vltimam iudicij
diem:dies formabuntur,ſed nemo in eis for-
mabitur,quaſi in primarijs principijs:ne quiſ
quam dicat : ego quidem ſum Pauli, ego au-
tem Appollo, ego vero Cephe , ego autem
Chriſti:vt apoſtolus Corinthios carpens ait. 1.Cor.1.b.
diuiſus eſt Chriſtus ? nunquid Paulus crucifi-
xus eſt pro vobis:aut in nomine Pauli bapti-
zari eſtis?in Chriſto igitur formandi ſunt: &
nemo in eis, conſerui ſunt enim omnes:ſolus
vnus dominus , Deus & homo Chriſtus.
Nam ſicut in Adam omnes moriuntur : ita 1.Cor.15.b.
& in Chriſto omnes viuificabuntur. per
quem omnia : & nos per ipſum. audi 1.Cor.8.b.

Eſa.45.b. quid apud Eſaiam dicat:ego dominus & non
eſt alter formans lucem &c.ꝙ ſi de futura re
ſurrectione loquatur:rectè ait: imperfectum
meum viderunt oculi tui:nempe indiuiduum
perfectum ſpeciei humanæ ex anima & cor-
pore, tanquam ex partibus ſuis eſſentialibus
conſtare perſpicuum eſt.at hominis morte
intercedente dum ſeparatur hoc ab hoc,velu
ti à corruptibili immortale:ipſum quidē (ꝙ
altera partium caret) imperfectū manet.hoc
vtique imperfectum meum ait,viderunt ocu
li tui.nihil enim hominum defunctorum abſ-
conditum eſt à te:nec os quantumlibet com-
minutum,& quoduis de ſubſtantia illius fuit,
in inferioribus terrę occluſum.quandoquidē
mortui & morituri omnes:in tuo reſurrectio
nis libro ſcribentur,quotquot de die in diem
formabuntur.Et nemo eſt in eis qui ibi ſcrip
tus non ſit.ecce myſterium vobis dico(apo-
1.Cor.15.f. ſtolus ait Paulus) omnes quidem reſurge-
Par.2.trac. mus:ſed non omnes immutabimur.cui expo-
3.epiſt.57. ſitioni beatus Hieronymus doctor illuſtris
quę incipit ad euſtochium ſcribens,fauere videtur.hunc
ſæpiſsimo etiam ſenſum conſolatur:quod paucis inter-
rogatu. iectis,ſtatim de reſurrectione ſubdit, exurre
xi,& adhuc ſum tecum.atque id fortè innue
re voluit dicens:dies formabuntur &c: quod
Chriſtum ſaducæis dixiſſe legimus.in reſurre
Mat.22.c. ctione enim, neque nubent neque nubentur
Luc.20.f. ſeu nuptui tradentur: ſederunt ſicut angeli
Dei in cælo.dies quidem tunc formabuntur,
ipſiq; æterni erunt:ſed tunc,nemo in eis for-
mabitur ex maris & fœminę commiſtione.
nec mirum ꝙ in his verbis elucidādis,tot ſint
expoſitiones(ne dicam piæ halucinationes)
cum is nimium obſcurus ſit ſermo. ꝙ autem
per dies etiam apoſtoli myſtico ſenſu veniāt
intelligendi(vti diximus:)oſtendit quod ſta-
tim de eiſdem ſubiungit dicens: mihi autem
nimis honorificati ſunt &c.Sequitur.

16. *Mihi autem nimis honorificati ſunt ami
ci tui Deus: nimis confortatus eſt princi-
patus eorum.*

In quo(inquit)libro:& ſi omnes reſurrectu
ri deſcribendi ſint:ſed quia nō omnes,ſed dū
taxat amici tui,apoſtoli cæteriq; dilecti, ſunt
in melius immutandi:iccirco nō mihi omnes
ſunt in amore & honore: ſed ſoli amici tui
Deus.nimis enim confortatus eſt principatus
eorum.ſiquidem participes eos tui ęterni im
perij repromittis eſſe futuros.nam hos quos
Pſ.44.v.18. conſtituiſti principes ſuper omnem terram:
Mat.19.d. ita alloqueris dicens:amen dico vobis,ꝙ vos
qui ſequuti eſtis me,& in regeneratione cum
ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ:
ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim: iudi-
cantes duodecim tribus Iſrael.ad quos etiam:
vos amici mei eſtis,ſi feceritis quę ego præci Ioan.15.b.
pio vobis.Rurſumq; iam non dicam vos ſer
uos &c.vos autē dixi amicos.hos igitur ama
ui,hos dilexi,hos maximo in honore habui:
ꝙ amici tui ſint,& ſtabiles in principatu, gra
tia prædíti,& gloria ſublimati. vt qui tibi in
hoc ſeculo totis viribus inſeruierunt,oratio
ni & miniſterio verbi inſtantes: quo fidem Acto.6.a.
tuam propagarent,& plures tibi filios acqui
rerent adoptionis.quos vtique tibi ſoli dinu
merare datum eſt:qui numeras multitudinē Pſ.146.v.6
ſtellarum &c: quique electorum veluti naza
ræorum olim,capillos apud te aſſeris nume- Mat.10.d.
ratos,nec perituros.ſic enim tibi placuit vi-
res animi illorum principum amicorum tuo-
rum:capillos à te ſuo capite dependentes ad Luc.21.d.
appellare.at ego:

*Dinumerabo eos, & ſuper arenam mul-
tiplicabuntur: exurrexi, & adhuc ſum* 17.
*tecum.*

Nunc fortè cū adhuc paruula eccleſia eſt,
& vbera non habet:amici tui facilè dinume- Cant.8.c.
rari poſſent.ſic tamen in dies excreſcent:ꝙ ſi
eos recenſere voluero,idq; tentauero dicens:
dinumerabo eos:mihi ſit impoſsibile:quia ſu
per arenam multiplicabuntur,eò ꝙ ſit ſemen
fideli abrahæ promiſſum,in te autem benedi
cendum ac multiplicandum.ſic enim ſcriptū
eſt:per me metipſum iuraui dicit dominus. Gen.22.c.
quia feciſti hanc rem, & non peperciſti filio
tuo vnigenito:benedicam tibi,& multiplica-
bo ſemen tuum,ſicut ſtellas cæli & velut are
nam quæ eſt in littore maris &c.Et benedicē
tur in ſemine tuo omnes gentes terræ. inter
quos ego adnumerari,atque illorum conſor-
tio aggregari cupiens:exurrexi qui ceciderā,
& adhuc ſum tecum perpetuò (vt propoſui)
& inſeparabili nexu cohærens.exurrexi (in-
quam)qui hæc ipſa contemplans obdormie-
ram quaſi placido raptus ſopore:& euigilans
eadem meditatione ductus,& flamma exar-
deſcens: adhuc ſum tecum.exurrexi etiam à
morte,vt tecum in ęternum viuam.dixi exur
rexi,quaſi præteritum: cum tamen futurū ex
pecto:propter ſpei certitudinē inſinuandum.
qua & reſurgere,& ſic in meli⁹ immutari ſpe
ro:vt ſanctorū catalogo adſcribi, & amicorū
tuorū collegio ( vt cōfido & opto)ex gratia Iob.19.
tua valeā aſſociari.repoſita enim eſt hæc ſpes
mea in ſinu meo.quod cōtra de peccatoribus
cēſendū eſt,quos nec honore dignos reputo,
nec principatu:quin ſupplicio potius & ęter
na morte,vti iā inuiolabili ſanxiſti lege ple-
ctēdos. quāobrē illorū cōmunionē horribilē
& pernitioſam fugere conſultū eſt.Sequitur.





18. *Si occideris Deus peccatores: viri ſangui
num declinate à me.*

Prior ſenſus ſit,vt illud ſi,vim habeat optā
di,vel in propria & innata ſignificatione,ve-
ram conſtituat conditionalē.quippe de quan
tumlibet peccatoribus(dum ſunt in hac vita)
deſperandum non eſt:cum poſsint à peccato
reſilire. at ſi ſemel in peccato deceſſerint mo
rientes,obidq; domine ſic morte ſecūda illos
occidi iubeas, ꝙ æternis ignibus tradideris
Mat.25.d. cruciandos dicens:diſcedite à me maledicti
in ignem æternum &c:vos tunc ſic diſceden
tes,iniqui & viri ſanguinum,qui proprijs ma
nibus vos ipſos interemiſtis:declinate à me,
Luc.16.g. etiam in inferno ſepeliēdi,vt inter me & vos,
chaos magnum firmatum ſit.ſic alter ſenſus.
vt ſi poſitum ſit pro quia,in hunc modum.
quia tu Deus occides peccatores confuſos &
confoſſos mucrone damnationis æternæ:ic-
circo obſtinati viri ſanguinum, ex nunc de-
Pſ.118.oct. clinate à me contagioſi.declinate à me malig
15.v.3. ni:& ſcrutabor mandata Dei mei.declinate à
me increduli & irriſores.

19. *Quia dicitis in cogitatione: accipiant in
vanitate ciuitates ſuas.*

Dicitis,prauè & iniquè cogitantes, atque
in Dei amicos,qui futuram expectant reſur-
rectionem, ſic inuehentes: ſinite accipiant
in vanitate corpora ſua, in quibus ſe perpe-
tuo victuros & habitaturos prædicant. qui
Heb.11.g. egentes, anguſtiati, afflicti, atque etiam di-
ſtenti ſunt, non ſuſcipientes redemptionem,
vt inuenirent(heu fruſtra) meliorem reſurre
ctionem. accipiant itidem in vanitate illas
ſuas ciuitates militantem ſcilicet & trium-
Ioan.14.a. phantem:atque manſiones multas quas in do
mo patris ſui eſſe confingunt, ſibique repro-
miſſas affirmant. ſecedite in partem qui hæc
impiè dicitis & cogitatis,viri ſanguinum ho
minesq; peruerſi. declinate à me: qui à vero
Deo & veritate fidei declinaſtis.nempe vos
eſtis qui accipietis in vanitate ciuitates ve-
ſtras,vbi non ciuium vnitas: ſed babylonica
confuſio eſt. Non pax & concordia: ſed in
Iob.10.d. teſtinum bellum. Non lux,ſed tenebræ ſunt:
nullusq; ordo, ſed ſempiternus horror in
habitat. has quidem veſtras vobisque para-
tas manſiones accipietis.Non vtique electo-
rum regias:quæ illis paratæ ſunt à conſtitu-
tione mundi.at nonnulli longe aliter & in a-
pertiorem ſenſum ita ſunt interpretati. qui
loquuntur contra te ſcelerate: aſſumunt in
vanum nomen tuum hoſtes tui.Sequitur.

20. *Nonne qui oderunt te domine oderā: &
ſuper inimicos tuos tabeſcebam?*

Præcepto proximus diligendus eſt prop-
ter Deum: ſed proximi defectus quem à ſe
vel à diabolo ſuggerente habere dignoſci-
tur, odio habendus eſt. hoc enim odium:
aut pars,aut dilectionis eſt ſequella.ſic tu igi
tur in proximo deteſtare peccatum, & iuſti-
tiæ defectum:vt diligas in eo naturam & gra
tiam.Cum autem hos Deo odibiles noueris,
qui peruerſe cogitant & loquuntur: rectè
ait, nonne qui oderunt te domine oderam?
quia & tu odiſti omnes qui operantur iniqui
tates: perdes omnes qui loquuntur menda-
cium,virum ſanguinum & doloſum abomina Pſ.5.v.6.
bitur dominus.caue tamen vt rectè diuidas,
non aberres à zeli rectitudine, non aborreas
eos qui tibi inimicantur:ſed in hoc tabeſcas,
ꝙ te perſequātur.quia ſeruus Dei ſis,cum ob
id maximè te diligere debuiſſent,ſi Deum di-
lexiſſent.Et opta illis ſanam mentem,ac vitæ
conuerſionem.Sequitur.

*Perfecto odio oderam illos: & inimici fa-* 21.
*cti ſunt mihi.*

Iam de perfecto odio, quod ab amore &
vera proficiſcitur charitate,loquuti ſumus.il
ludq; quale futurum ſit depinximus. qualis
que zelus:ne forte nobis contingat,quod his
de quibus apoſtolus ait:teſtimonium enim p Rom.10.a.
hibeo illis ꝙ emulationē Dei habent:ſed non
ſecundùm ſcientiam. nunc autem huius odij
alteram,immò eandem perfectionem: magis
explicemus.ſic enim in fratre abomineris pec
catum operæpretium eſt:vt non tepide aut
ignauiter,ſed odio perſeuerante & cōſumma
to proſequaris.illudq; totis viribus fugere,at
que omni ſtudio fugare coneris.ſcriptum eſt
enim:& dixit illis,attendite ab omni iniquo. Eccl.17.b.
Et mandauit illis,vnicuiq; de proximo ſuo.
huius perfecti & conſummatiſsimi odij, cū
iſdem alibi egregius meminiſſet pſaltes: illi
perfectionis culmum imponit dicens:in ma-
tutino interficiebam omnes peccatores ter-
rę:vt diſperderem de ciuitate domini omnes Pſ.100.ve.10.
operantes iniquitatem.ob id profecto,ꝙ illo
rum facinora mihi eſſent exoſſa,nō illi,quos
propter te domine ex animo diligebam. nec
huiuſmodi odiū erga exteros alienosvè aut
ſanguine diſtantes duntaxat habendum eſt:ve
rum etiam ad carne coniunctos,ſi Chriſto do
mino aduerſentur,iuxta illud Moſis:qui dum
in deuteronomio benedixiſſet leuiticam tri-
bum ait.perfectio tua & doctrina tua: à viro Deut.33.b.
ſancto tuo,quā probaſti in tentatione,& iudi
caſti ad aquas contradictionis.qui dixit patri
ſuo & matri ſuæ,neſcio vos, & fratribus ſuis
ignoro illos, & neſcierunt filios ſuos:hi cu-
ſtodierunt eloquium tuum, & pactum tuum
ſeruauerunt &c.ob eandē igitur cauſam qua

tibi.iſ qui tibi vti rebelles aduerſantur, inimi
ci facti ſunt mihi.eos enim vidi præuarican-
Pſ.118.oct. 20.v.6. tes, & tabeſcebam: quia eloquia tua non
cuſtodierunt,illoſque à me vti viros ſangui-
num declinare iuſsi:ne particeps illorum fie
rẽ:qui particeps ſum oĩum timentiũte,& cu
Pſ.118.oct. 8.v.7. ſtodientiũ mãdata tua. quæ cũ ita ſe habeãt.

*Proba me Deus,& ſcito cor meum:inter*
22. *roga me,& cognoſce ſemitas meas.*

Qui me non ſemel probaſti & cognouiſti
ſeſsionem meam & reſurrectioné meam: etiã
nũc proba me Deus,vt me ipſum ſcire facias
cor meum vtili probatione.id quidem eſt ve
rum ſcire,ſi me ipſum noſcam:& quis à te, ꝑ
te,& ſine te ſim ſciã. nouerimq́;, an perfecto
odio oderim illos,qui inimici facti ſunt mihi
ꝙ inimici facti ſunt tibi:idq́; mũdo & ĩmacu
lato fecerim corde,oĩ rãcore & appetitu vin
dicte depulſo:interroga me flagellis & pcuſſio
nepra ſemitas meas, ex ipſis cognoſcere me facias
~~ſione pia vt~~ videamq́;, an in rectum tendant
vel obliquũ?

*Et vide,ſi via iniquitatis in me eſt:& de* 23.
*duc me in via æterna.*

Quòd ſi me repereris errantem atq; à vijs
tuis auerſum,declinantemq; ad iniquitatem:
tu me in tramitem reuoca rectum.ſcio domi
ne cum Hieremia quia non eſt hominis via Hier.10.f.
eius:nec viri eſt, vt ambulet & dirigat greſ-
ſus ſuos.corripe me domine veruntamen in
iudicio & non in furore tuo:ne forte ad nihi
lum redigas me.errant vtique dicẽtes, vnum
quenque ſolo ſuo arbitrio regi & in bonum
dirigi.tu ergo domine dirige greſſus meos in
ſemitam rectam:&(vt verbo concludam)de
duc me in viam ſalutis æternæ,vt tecum glo
ria & vita fruar æterna,in qua cum patre &
ſpiritu ſancto viuis & regnas, per infinita ſe-
culorum ſecula Amen.

EPILOGVS PSALM. 138.

*Domine probaſti me & cognouiſti me:qui me metipſum cognoſcere,atq; qualis ex me, & qua lis ex te eſſem experiri feciſti,quiq; caſum meum & reſurrectionem præſciſti,intellexiſti etiã cogitationes meas ab æterno,meumq; uiuendi modum,intentionem, atq; propoſitum ſcopum inueſtigaſti,omnes deniq; uias meas præuidiſti:qui & noſti q, non ſit dolus in lingua mea.ecce dñe tu co gnouiſti omnia nouiſsima & antiqua,præterita,præſentia,atq; futura.tu creaſti me ex nihilo:& cõſer uans,poſuiſti ſuper me manum dexteram tuam.certe mirabilis eſt ſcientia tua in ſe:ſed mirabilior facta eſt contemplantibus ex me.ſemper ipſa eadem eſt:ſed in hominis conditione,reparatione & conſerua-*
Eccl.43.a. Gen.2.b. *tione:mirabilior apparuit.eſt enim homo(uti ſol)uas admirabile,opus excelſi,quod figulus ipſe ſapien tiſsimus formauit de limo terræ,& inſpirauit in faciem eius ſpiraculum uitæ,& factus eſt homo in ani mam uiuentem.qui licet finitus & potentiæ limitatæ:tamen Dei capax,ad imaginem & ſimilitudinem Dei factus,conditusq́; eſt ſcientia eiusq; infinita,q, confortata eſt,& non potero ad eam.quis huius(ob ſecro) microcoſmi fabricam,& ſummi artificis mirabilem ſcientiam,aut(ſi dicã)artificium ualeat enar rare?nec minor eſt etiam tua diuina potẽtia quæ ubiq; locorum eſt domine.nam quo ibo à ſpiritu tuo, aut quô fugiam à te irato?non eſt locus ad quẽ.non cælum,quia illic es.non infernus,quia etiam ibi ades. q, ſi datum eſſet mihi pennas ab alite mutuum accipere,totumq; tranſigere mare:ibi me inuenies quan tumuis latitantem,& quaſi profugum ſeruum,deducet me dextera tua.q, ſi deliteſcẽs ita dixiſſem,for ſitam tenebræ adeò conculcabunt uel(ut quidam legunt) obſcurabunt me:ut nec Deo perſpicuus ſim. ò me miſerum,fatuum & infœlicem? ecce me in delitijs exiſtentem, nox ipſa prodet,eritq; illuminatio mea:ac ſi eſſem in meridiana luce.quia tenebræ penes te Deus: non erunt obſcuræ, & nox ſicut dies illuminabitur.tibi enim tenebræ & lumen,æque lucent ſunt quidem omnia tua,tuæq; ditioni ſubacta:& pariter ego.quia tu poſſediſti renes meos,omniaq; interiora:cum ſis omnibus intime præſens. tu me etiam ab utero educandum ſuſcepiſti.quamobrem confitebor tibi:quia erga me magnificatus es uehemẽ ter.& anima mea,quæ ſcrutata eſt mirabilia tua:ipſa cognoſcet nimis.quippe quæ non ſolum naturali lumine:uerumetiam fide infuſa cognognoſcet.noui quidem,q, non eſt occultatum os meum à te,quod fe ciſti intra me,mihi etiam occultum uiuenti,illudq; habenti:nec etiam tibi occulta erit ſubſtantia mea poſt mortem,intra uiſcera terræ occluſa.imperfectum meum itidem(quem embrionem appellant) illud q; meum primum quod præfuit,quicquid illud eſt:uiderunt oculi tui & præuiderunt.ipſaq; membra fu tura ab illo informi elucenda & indies ad perfectum uſq; producenda.atq; in libro præſcientiæ tuæ, priores & poſteriores,uiuẽtes & mortui uel morituri,reſurrecturiq;:omnes ſcribentur.dies ſomabun tur,& nemo in eis erit qui non ſit in libro deſcriptus.ex quibus omnibus,dilexi duntaxat à te dilectos, (qui non facile poterunt dinumerari, quia ſuper arenam multiplicabuntur) quandoquidem his tecum regnaturis à mortuis reſurgens,cupio agregari,in regeneratione,cũ ueneris iudicare terram.at quan do occideris peccatores,eosq; iuſſeris in ignem æternum abire: (te iuſtum iudicem imitatus) diſceden tibus illis dicam,uiri ſanguinum declinate à me:qui fidelibus inſultantes dicitis in cogitatione, accipiant ij qui Chriſto adhæſerunt,manſiones illas æternas,quas ſibi promiſſas confingunt.accipiant cellaria illa*
Cant.1.a. *regia & ſponſi Chriſti ſecreta diuitiarum ac delitiarum cubicula:in quæ ſe introducendos putant.nunc*
*nos*



*uos impij declinate,& accipite ueſtras.nec id tunc erit chriſtianæ charitati contrarium,nam adhuc ui uens,eos qui oderunt te domine oderam,& ſuper inimicos tuos tabeſcebam.at perfecto odio oderam il los:quippe qui non naturam,non perſonam:ſed peccatum deteſtabar in illis.tu domine noſti, q, ita ſit. uerumtamen proba Deus & ſcito cor meum,dum recto examine iudicans,alios ſcire facies & uidere:q, non ſit uia iniquitatis in me,qui tuæ uellem ſemper obſequi uoluntati,atq; ipſi conformari:& deduc me ad uitam æternam.interim tamen,libera me ab his,quos peccatores ac uiros ſanguinum appellaui.*

PSALM. 139.

*ERIPE me dñe ab homine ma-*
*lo:à viro iniquo eripe me.*

Titulus eſt:in finem pſalmus Da-
uid, ſatis ſuperius elucidatus. pſalmus hic,
vox eſt Chriſti capitis, & myſtici corporis
quæ eſt eccleſia: qua petit à iudæis impijs
ipſiſque iniuſtis,& iniquis crucifixoribus li
berari: ac pia & miſericordi celeritate ſub-
ueniri. vbi & aſſumptæ carnis infirmita-
tem:& diuini maieſtatis potentiam profite-
tur.dicat igitur ad patrem Chriſtus,& ex hu-
manæ naturæ humilitate iam paſsioni proxi
mus clamet.eripe me dñe &c.eandem etiam
imitetur vocem eccleſia in tribulatione poſi
ta,& varijs impulſibus,tuum dæmonum,tum
etiam tyrannorum, ac peruerſorum hominũ
impetita. nec ſibimet,ſed illi fidens, & in eũ
quem credit & ſperat ſe totam proijciens di
cat,eripe me domine &c.tu quidem es Deus
Pſ.45.v.1. noſter,refugium & virtus:adiutor in tribula
tionibus quæ inuenerunt nos nimis.eripe me
gitur ab homine malo,qui ſola nocendi cupi
ditate illectus,non alia legitima cauſa, mihi
aduerſatur:& à viro iniquo,qui nedum mihi
aut alteri,ſed ſibi ipſi inimicatur. nam dũ me
perſequitur iniuſte:ſe ipſum interimit. non e-
nim ſibi parcit:qui alteri nocet. eripe me igi
tur ab homine malo:vbi pulchre ſingulare ꝓ
plurali poſitum eſt.audi quod ſequitur.

*Qui cogitauerunt iniquitates in corde:to*
*ta die conſtituebant prælia.*

Qui huiuſmodi ſunt mali & iniqui: nũc do
lo & machinatione occulta,nunc vi & aper-
to marte,omni tempore, die ac nocte in me
præliari non deſiſtunt.habent enim mille ar-
tes,varioſq; nocendi modos:qui cogitauerũt
iniquitates,& iniquè egerunt.bella bellis an-
nectunt,nec induciæ aut quies vlla.iam pri-
dem conſilium inierunt,vt me caperent in ſer
mone interrogantes:licet cenſum dare Cæſa-
Mat.22.b. ri,an non?quid (vt cætera taceam)rogatiun-
culam referam,de vxore à ſeptẽ fratribus du
Ioan.8.a. cta?quid de muliere deprehenſa in adulterio?
certe cogitauerunt iniquitates in corde,tota
die conſtituebant prælia:vti veræ pacis oſo-
res.Rogabant,non auiditate diſcendi:ſed ca-
lumniandi voto.

3. *Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes:ve*
*nenum aſpidum ſub labijs eorum.*

A ſerpentibus ſimilitudinem ſumit,qui lin
guam ſuam acuunt in mollem ſibillum: cum
tamen venenum habeant in promptu, quod
effundant.nec ſecus iniqui homines, & hi ma
xime quos ante commemorauimus: acuerũt
vtiq; linguas ſuas,terſo politoq́; ſermone di-
centes:magiſter ſcimus quia verax es,& viam Mat.22.b.
Dei in veritate doces,& non eſt tibi cura de
aliquo:non enim reſpicis perſonam hominis
&c.acuerunt etiam dicentes:tolle tolle cruci Iaon.19.b.
fige eum.iterumq;,ſi hunc dimittis:non es a-
micus Cæſaris. omnis enim qui ſe regẽ facit:
contradicit Cæſari.& alia id genus:quæ recẽ
ſere longum eſt.audite vos hæc ſimplices &
columbini,& cauete ſerpentinos homines,a-
dulatores,ac per hoc animarũ interfectores:
nam venenum aſpidum ſub labijs eorum.ver
ba illorum fucis illita ſunt:at venenũ ſub mel-
le latet.orate dominum ſine intermiſsione,di
cite quod ſequitur.

*Cuſtodi me dñe de manu peccatoris: &* 4.
*ab hominibus iniquis eripe me.*

Magna quippe eſt orationis vis,quæ & mẽ
tem noſtram eleuat in Deum,ipſamq́; in eum
directo tramite aſcendere,atq; Deum illi mi
ſericorditer condeſcendere facit. Recte igiť
orat:qui cuſtodiri,ac de diaboli tyrannica po
teſtate, necnõ ab hominibus iniquis atq; per
uerſis(qui miniſtri & membra illius ſunt) ſe-
ſe eripi anxie poſtulat & liberari.cuſtodi me
domine(inquit)qui cuſtos hominum es.cu- Iob.7.d.
ſtodi me præueniens & adiuuans de manu pec
catoris ( ſic enim hoc abſoluto nomine libet
diabolum appellare)ꝙ primarius fuerit pec
cati inuentor,ſitq; caput omnium peccatorũ:
ne quouis pacto attractus,in peccatum deci-
dam,& in cliẽtelam peccatoris adſcribar.Cu
ſtodi me(inquam)de ſathanica manu forti,
& in fortiori potentiæ tuæ manu,lapſum eri
pe:ne regnet peccatũ,hoc eſt fomes ille pec
cati per interiorem conſenſum & operis exe Rom.6.b.
cutionem.quandoquidem tu noſti, quàm fa-
gax,aſtutus & vafer ſit aduerſarius:quàm te
nues ſint noſtræ(niſi te adiuuante)vires,quã
deniq; impudentes atque ad malum procliues
huius peccatoris miniſtri militesq; iurati.

*Qui cogitauerũt ſupplãtare greſſus meos:*
*abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.* 5.

Aliquot quibus vtũtur dæmones vt deludãt

 hominec

hominesːpulchrè (per quaſdã ſimilitudines)
deſcribit artes.cogitant primum,ſupplantare
greſſus hominis,via recta gradientis:& abſcõ
dunt laqueos.deinde funes extendunt in la-
queum:ponentes ſcandalum iuxta iter. iuſte
igitur queritur caput noſtrum Chriſtus,ꝙ iu
dęi diabolico ſpiritu acti,cogitarũt(licet fru
ſtra)Dei et hominis ſupplãtare greſſus:& do
mino humilitatẽ profitenti ſuperbiæ laqueũ
abſconderunt ipſi ſuperbi.atq; ad tantam etiã
deuenerunt inſaniam & impudentiam:vt iux
ta iter rectum(qui Chriſtus eſt)peccatorum
ſuorum reſticulas extendentes,et procaciter
facinora ſua indies protelantes:ipſi quaſi inſi
pienti parare ſcandala nixi ſunt dicentes & fa
cientes:quo illi et ſimplicibus præberent oc-
caſionem ruinę.at cogitauerunt ipſi ſupplan-
Pſ.17.v.43. tare:ſed gratias ago tibi pater, (ait Chriſtus)
qui præcinxiſti me virtute ad bellum:et ſup-
plantaſti inſurgentes in me,ſubtus me. Et ini
micos meos dediſti mihi dorſum: & odien-
tes me diſperdidiſti. hoc de capite: quid de
corpore?quid de membris, de apoſtolis ac
viris apoſtolicis, cæteriſq; ſanctis per quos
Chriſtus graditur?quos etiam ſupplantare co
gitauerunt iniqui.dicentes quod apud Eſaiã:
Eſ.29.c. quis videt nos,et quis nouit nos?peruerſa eſt
hæc veſtra cogitatio.quaſi ſi lutum contra fi
gulum cogitet,et dicat opus factori ſuo,non
feciſti me:et figmentum dicat factori ſuo,nõ
intelligis.non eſt iam ꝙ caſum ſuum timeat
eccleſia ſacroſancta,ſponſo ſuo et capiti inni
xa Chr̃o:quantumlibet impij inania mediten
Pſ.36.ve.33 tur.quia lex Dei eius in corde ipſius: et non
ſupplantabuntur greſſus eius.Sequitur.

*Et funes extenderunt in laqueum: iuxta*
6. *iter,ſcandalum poſuerunt mihi.*

Peruerſorum & obduratorum eſt,peccata
peccatis addere, cæteriſq; pernitioſa exem-
pla parare,atque ea quę ad veram doctrinam
ſcripta ſunt,& pręcepta quibus velut funibus
aſtringuntur:extendere in laqueum, falſo &
mendaciter interpretantes, & ſcandalum iux
ta iter ac legis rectitudinem ponentes:vt vel
ſic ſimplices & puſillos(quos ſuis argutiolis
à via domini declinare fecerint) huiuſmodi
venatione deteſtabili capere poſsint, eosq; à
Chriſti corpore ſegregare, & in factionẽ ſuã
adducere.ſimili extenſione diabolus vſus eſt,
quando dixit domino:ſi filius Dei es, mitte te
Mat.4.a. deorſum.ſcriptum eſt enim,quia angelis ſuis
Pſ.90.v.11. mandauit de te, & in manibus tollent te, nę
forte offendas ad lapidem pedem tuum.iuſta
igit̃ tibi Chr̃o domino & eccleſiæ tuæ:de iu
dæis & hæreticis eſt querela. qui multiplicã
tes peccata,ipſamq; deprauãtes legem: funes
extenderunt in laqueum.et iuxta iter ſcanda
dalum poſuerunt,ſcrupulos ſuſcitãtes, & pra
ua dogmata confingentes:quibus deuiantes a
nimas illaqueare poſsint, & eccleſiæ pacem
deſtruere,ac ſcindere vnitatem:vbi pax mul-
ta diligentibus legem tuam,et non eſt illis ſcã Pſa.118.oct.
dalum. non enim in via domini ſcandalũ eſſe 21.ve.5.
poteſt.ideo non in itinere:ſed iuxta iter ſcan
dalum poſuerunt.audi vel ex multis vnũ: iu- Mat.15.a.
dæis dicente Chriſto:quare & vos tranſgredi
mini mandatum Dei propter traditionem ve Exo. 20.c.
ſtram?nam Deus dixit:honora patrem & ma
trem:& qui maledixerit patri vel matri,mor
te moriatur:vos autem dicitis,quicunq; dixe
rit patri vel matri,munus quodcunque eſt ex
me tibi proderit:& nõ honorificabit patrem
ſuum aut matrem ſuam &c.an non hoc ver-
bum:ſimplicibus iuxta iter ſcandalum erat?
adde(ſi vacat)nonnulla legis eo modo retor
ta:& falſo interpretata ſenſu.Sequitur.

*Dixi dño,Deus meus es tu:exaudi domi-* 7.
*ne vocem deprecationis meæ.*

Is à ſpiritu ſancto edoctus,confugit ad ora
tionem:vt euadat laqueum,& ſcandalum vi-
tet.dixi(inquit)domino,rerum omniũ crea-
tori & gubernatori: Deus meus es tu. vel in
hoc peculiaris:ꝙ mei ſpecialem geſſeris cu-
ram,lumen conferens,gratiã & iuuamen.qui
bus fultus:hæc omnia præcauere ac declina-
re poſſem.quamobrem vti deus meus,domi-
nus & pronnus: exaudi vocem deprecationis
meæ.eſt quidem deprecatio mea clamoroſa:
quæ ex intimo cordis affectu procedit. qui
ergo ſemper audis ad te clamantem & aſcen
dentem:exaudi condeſcendens ad votum vel
vtilitatem.Sequitur.

*Domine domine,virtus ſalutis meæ: obũ* 8.
*braſti ſuper caput meum,in die belli.*

Noui quã meus ſis:qui meus verus es dñs,
ac meæ totius es virtus ſalutis.nam cum mi-
hi in hac lachrimarum valle degenti, conti-
nuum bellum ſit:intellectum meum(quod &
caput meum eſt)fidei tuæ vmbra muniuiſti:
& quaſi ſalutis galea protexiſti: obumbraſti
quidem caput meum in die belli: vt euaderẽ
victor,ſancti enim per fidem vicerunt regna, Heb.11.f.
operati ſunt iuſtitiã &c,ait apoſtolus.et hæc
eſt victoria quæ vincit mũdum:fides noſtra. 1.Ioan.5.a.
Rarus eſt hic fauor: quo electos tuos trahis
ad fidem.inſurgant igitur impij,cogitent ini-
quitates in corde,conſtituant prælia tota die,
funes parent in laqueos, & ſcandala ponant:
non eſt ꝙ te protegente metuam:qui es vir-
tus ſalutis meæ, & obumbraſti ſuper caput
meum in die belli.Sequitur.

*Non*



9. *Non tradas me dñe à deſiderio meo pecca*
*tori,cogitauerunt contra me: ne derelin-*
*quas me,ne forte exaltentur.*

In primis annotare licebit,ꝙ ſint qui legãt,
ne tradas domine deſiderio peccatoris.quod
ſequentibus verbis non inepte cohæret. Nos
autem lectioni noſtræ innitamur.deſiderium
(inquit)meum noſti domine.quo tibi inſepa
rabili nexu adhærere cupio.non ergo per-
mittas me ab huiuſmodi caſto deſiderio di-
uulſum,& à te elongatum,in manus tradi ſa-
thanæ,quod fiet:ſi lubens peccato conſenſe-
rim.ecce ſeuiſsimi dæmones immaniſsimiq;
& crudeliſsimi hoſtes,cogitauerunt ſuperbiẽ-
tes contra me,quomodo me viuũ deglutiant:
tu ergo ꝓtector optime,ne derelinquas me:
vt non derelinquam te,ne forte capta præda
exultent de obtenta victoria: & exaltentur,
criſtam erigentes in perditione mea.ſed lon-
ge aliter illis euenturũ ſpero,nec enim fallor.

*Caput circuitus eorum:labor labiorum ip*
10. *ſorum operiet eos.*

Hæc prior & cõſequens pœna:huiuſmodi
torquebit iniquos,qui cogitauerũt ſupplanta
re greſſus meos,& circuierunt me vndiq;, tũ
verbis,tum factis in pernitiem meam compo
ſitis.me ſeducere adnitentes,ac ſeductum de
uorare cupientes. nempe operientur in pri-
mis confuſione ſua,ſicut dyploide: ita vt om
ni ex parte operti:Deum perpetuo videre nõ
poſsint.nã ſicut hui⁹ impiæ circuitionis & cir
cũuẽtionis caput principiũq;,labor labiorũ ip
ſorũ fuit, quo verba cõponere curauerunt,vt
deciperent innocẽtem ne cognoſceret verita
tem:ita is labor operiet eos nebula & confu-
ſione,ne faciem videant deitatis, ſed operti
Pſ.72. v.6. ſint iniquitate & impietate ſua, porro rectũ
eſt iudicium tuum domine,qui ex miſericor-
dia protexiſti inſontẽ: & ex iuſtitia,in ꝓpria
ipſorum malitia impios permittes inuolui,
quandoquidem obumbraſti ſuper caput meũ
in die belli:& caput circuitus eorum,labor la
biorum ipſorum,operiet eos.Sequitur.

*Cadent ſuper eos carbones:in ignem deij-*
11. *cies eos, in miſerijs non ſubſiſtent.*

Hæc eſt vtiq; pœna ſenſus.cadent enim ſu
per eos damnati & peccatores,ipſaq; ſeuiſsi-
ma ac denſiſsima turba ſathanæ:quorum om-
nium facies,fuliginoſa & denigrata eſt ſuper
carbones.tu enim dñe deijcies eos in ignem
æternũ,atq; in tartarea loca cum diabolo &
angelis eius præcipites abire iubebis: perpe-
tuis ignibus cruciandos:vbi miſerias importa
biles ſuſtinebunt:quas(niſi te ſic diſponente)
ferre non poſſent,aut præ grauitate & illarũ
acerbitate ſubſiſtere.Sequitur.

*Vir linguoſus non dirigetur in terra: vi-* 12.
*rum iniuſtum mala capient in interitu.*

Certe multilocus,difficile iuſtitiæ rectitu
dinem ſeruat,Salomone dicente:in multilo- Pro.10.c.
quio non deerit peccatum.qui autem mode-
ratur labia ſua:prudentiſsimus eſt.quod bre-
uiculo verbo aſtruit Eſaias dum ait:cultus iu Eſa.32.d.
ſtitiæ ſilentium.hoc vnum igitur ex præmiſ-
ſis omnibus inferre licebit.ꝙ vir qui linguam
acuit vt circumueniat fratrem: non dirigetur
in viam ſalutis viuens:quin peribit potius mo
riẽs:malis omnibus captus irretitusq; pœnis
facinoribus ipſis debitis:quæ dũ viueret per-
petrauit.hoc enim intereſt inter iuſtum & in
iuſtum,ꝙ flagella & huius ſeculi mala,iuſtum
inſectantur vt purgent,ipſumq, ducant ad vi
tam:at contra iniuſtum mala capiunt in inte
ritu: vt ad perpetuam deferant perditionem.
Sequitur.

*Cognoui quia faciet dñs iudicium inopis:* 13.
*& vindictam pauperum.*

Id mihi(inquit)ex fide compertum eſt:ꝙ
miſericors & iuſtus eſt dñs.faciet quidem iu
diciũ inopis pro eo iudicans,& cauſam illius
agens,Et pro pauperibus humilibusq;, vindi
ctam faciet contra ſuperbos: qui diues eſt in
miſericordia,& iuſtus in omnibus operibus
ſuis.gaudeat igitur inops & pauper:ꝙ Deum
habeat protectorẽ.at verò contremiſcant im
pij:ꝙ ipſum vindicem ſentiẽt & vltorẽ. Seq.

*Veruntamen iuſti confitebuntur nomini* 14.
*tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.*

Confitebuntur confeſsione laudis nomini
tuo domine,quoniam bonum eſt: illi omnia,
nõ ſibi ipſis tribuentes. id quidem iuſtorum
eſt:ſicuti è diuerſo ſuperborum hominũ eſt,ꝓ
prijs meritis obuenientia adſcribere bona.ha
bitabunt etiam recti,qui à recta via non de-
clinauerunt:cum vultu tuo(qui Chriſtus eſt)
illum perenniter contemplantes reuelata fa
cie,perpetua & interminabili gloria:quam ip
ſe nobis pręſtet,qui cum patre & ſpiritu ſan-
cto, per infinita ſeculorum ſecula regnat A-
men.

EPILOGVS PSALM 139.

*ERipe me domine ab homine malo:à uiro iniquo eripe me.Ij ſemper inique cogitãt,pacem rum punt,prælia ſuſcitantes.Acuerunt linguas in ſibilum ut ſerpentes,qui mollia uerba parant:ſed uenenum aſpidum ſub labijs eorum.libera me domine à poteſtate diaboli & hominum impiorum,qui cogitauerunt ſupplantare greßus meos,abſconderunt laqueum,extenderunt funes: & iuxta iter ut caderem offendicula poſuerunt.confugi ſtatim ad orationem:nec aliud ſalubrius inueni unquã.*

Dixi

*Dixi dño, Deus meus es tu: exaudi me ergo domine. an non tu uirtus ſalutis meæ: qui me protexiſti ſem*
*per, tu quidem obumbraſti caput meum in die belli, & intellectum fulciſti fide, ne ambulans in uia recta*
*ad offendicula poſita iuxta iter declinarem: & ſic lapſus aut commotus, à uero deciderem in errorem,*
*quem ſuperbi hæretici parauerunt, me cauillis ſuis capere ac debellare nitentes: qui ad te Deum meum*
*omni conatu peruenire contendo. non ergo tradas me dñe à deſiderio meo ſathanæ, ac ſatellitibus eius:*
*ecce cogitauerunt contra me malum, quod inferre conantur. ne derelinquas me ne forte exaltentur di-*
*cẽtes, præualuimus aduerſus eum. ij etenim tibi huiuſmodi pœnas dabũt. prior erit diuinæ uiſionis carẽ*
*tia, quæ operiet eos quaſi pallium: erit altera pœna ſenſus, nam cadent ſuper eos carbones, in ignẽ æter*
*num deijcies eos, nec illorum miſerijs dabuntur indutiæ. acuant igitur linguas, quantum uolent impij: &*
*parent loqueos ad prædam. hoc unum ſcio: q̃ uir linguoſus non dirigetur in terra: ſed (qua graditur) di*
*ſtorta uia peribit: & uirum iniuſtum, mala capient in interitu. id etiam ex fide cognoui: q̃ faciet dñs iu*
*dicium inopis: & uindictam pauperum. Et iuſti tandem confitebuntur nomini tuo, q̃ eripueris eos ab*
*homine malo: & habitabunt recti cum uultu tuo, ubi delectationes in dextera tua, uſq; in finem. dixi, di-*
*camq;: quia oportet ſemper orare & non deficere.*

## PSALM. 140.

*DOMINE clamaui ad te, exau*
*di me: intende voci meæ, cũ clama*
*uero ad te.*

Cuius titulus eſt: pſalmus Dauid ſuperius
rius elucidatus. hic pſalmus oratio Chriſti ca
pitis nr̃i eſt, pro myſtico corpore ſuo, quod
eſt eccleſia: cuius perſonam induit. ait igitur
ad patrem: clamaui ad te pendens in cruce, ex
audi me pro meis membris orantem & ſatiſ-
facientem. intende etiam voci eccleſiæ meæ,
quæ vox mea eſt: cum de cætero ad te clama
re contingat. ſit ipſi ex me meritum exaudi-
tionis: cui (vt vel ſic vocem meam agnoſcas)
Mat. 6. b. orandi modum & ſeriem ipſam orationis de
ſcripſi dicens: ſic ergo vos orabitis, pater no
ſter qui es in cælis &c. Sequitur.

2. *Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in*
*conſpectu tuo: eleuatio manuum mearũ*
*ſacrificium veſpertinum.*

Oratio mea acceptabilis tibi ſit, quia ex
Cant. 3. b. mundiſsimo & innocẽtiſsimo corde progreſ
ſa ad te aſcendit: ſicut virgula fumi ex aroma
tibus mirrhæ & thuris & vniuerſi pulueris pi
gmẽtarij. eſt enim eleuatio manuum mearum
in cruce: verum & tibi acceptiſsimum ſacrifi
Exo. 29. g. cium illud veſpertinum, quod in lege olim ad
veſperam offerri præceptum eſt in figura. hoc
nũc igitur tibi offero ſacrificium veſpertinũ,
pro totius mũdi ſalute, in odorem ſuauitatis:
quod etiam in memoriam paſsionis meę, re-
ſurrectionis, & aſcenſionis, tibi offert eccle-
1. Cor. 10. g ſia electorum meorum, in quos fines ſeculo-
rum deuenerũt. dirigatur (obſecro) illorum
oratio, meæ paſsionis merito innixa: vti odo
riferum incenſum ante conſpectũ diuinæ ma
ieſtatis tuæ. eſt enim is tibi maxime gratus la
tryæ actus. Sequitur.

3. *Pone dñe cuſtodiam ori meo: & oſtium*
*circunſtantiæ labijs meis.*

Petit ad literam moderamina linguæ, ne
Deum vel proximum lędat, deinde pro apo-
ſtolis & viris apoſtolicis diuini verbi prædi
catoribus, (qui os Chr̃i ſunt & labia) orat di
cens: pone dñe &c. ſic enim per hieremiã ait Hier. 15. g.
dñs: ſi ſeparaueris precioſum à vili: quaſi os
meum eris. tu igitur dñe pone cuſtodiã cor-
di meo (quod os eſt hominis interioris (vnde Mat. 15. b.
exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulte
ria &c. huic pone cuſtodiam cuſtos hominis,
& labijs oſtium quod depromat fidei verita
tem: nec quicquã miſceat falſitatis, diſcernat
precioſum à vili: verum à falſo. os & labia hu Mala. 2. b.
iuſmodi: cuſtodiant ſcientiam ſimul & chari
tatem. ſit ſermo rarus, grauis, ſuauis, nitidus,
& fidelis. ſit ad virtutum ędificationem, & vi
tiorum omnium deſtructionem: atq; vt ver-
bo concludam: ſermo redoleat Chriſtum. ne-
mini dantes (vt Paulus ait) vllam offenſionẽ: 2. Cor. 6. a.
vt non vituperetur miniſterium noſtrum, ſed
in omnibus exhibeamus nos metipſos ſicut
Dei miniſtros. Sequitur.

*Non declines cor meum in verba malitiæ:* 4.
*ad excuſandas excuſationes in peccatis.*

Vel vt alij tranſtulerunt, iuſtificationes in
peccatis. hæc inter alia cordis & labiorũ ma-
la damnabiliora ſunt, & quę diuinę miſericor
diæ fontem claudere videntur: & peccantis
exaugere miſeriam, obidq; meritò verba ma
litiæ nũcupantur: ſi quæ propria vel aliena ac
cuſari debuerant in Deum commiſſa: excuſen
tur doloſe, aut impudenter defendantur. quã
obrem peto, ne corporis mei cor in verba ma
litiæ declinare permittas. ſit illi oſtium circũ
ſpectionis: ſemp̃ excuſationi clauſum, acuſa-
tioni apertũ. pãdat vlcus medico p̃ cõfeſsio
nẽ: & vitijs aditũ cohibeat in futurũ. audiat
dñm, eos qui huiuſmodi ſunt ita p̃ prophetã Hier. 2. g.
ſuũ increpantẽ. quid iteris bonam oſtendere
viam tuam &c? ecce ego iudicio contendam
tecum: eò q̃ dixeris, non peccaui. & ſurſus: Hier. 8. c.
nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper pecca
to ſuo: dicens, quid feci? Sequitur.

*Cum hominibus operantibus iniquitatẽ:*
*& non*



*& nõ communicabo cum electis eorum.*

Contagioſa eſt peruerſorum hominum cõ
uerſatio, quam etiã vt mẽbra eius fugiant (in
infirmitate carnis conſtitutus,) patrem ſuum
dñs deprecatur: ne eiſdem peccatorũ funicu-
lis, ſimul cum inique operantibus in interitũ
deducantur. non (inquit) cõmunicabo cũ ele
ctis eorũ. ij etenim apud te reprobi ſunt: quã
tũuis ab hominib' ſint electi: ſinite (ait in euan
Mat. 15. b. gelio dñs) cæci ſunt, & duces cæcorum. cęcus
autẽ, ſi cęco ducatum præſtet: ambo in foueã
cadunt. ipſi principes electi ſunt: ſed iniquorũ
principes, cum quibus nulla eſt habenda com
Iob. 13. a. munio. ſunt enim fabricatores mendacij, &
cultores peruerſorum dogmatũ: quos recte
ſub amicorũ nomine Iob arguit. Sequitur.

6. *Corripiet me iuſtus in miſericordia, & in*
*crepabit me: oleum autem peccatoris, non*
*impinguet caput meum.*

Correptorem iuſtum optare videtur, non
adulatorem. quandoquidẽ fraternè corripiẽs
& miſericorditer: vulneri medetur. qui autẽ
palpat: leni ac molli verborũ contactu morbũ
auget, dũ fouet ac nutrit malũ: quod pia cor-
rectione ſecare & perdere debuiſſet, iuxta il-
Eſa. 3. c. lud Eſaiæ, populo meus, qui beatũ te dicũt, ip
ſi te decipiũt, & viã greſſuũ tuorũ diſsipãt. is
igit̃ qui iuſtus eſt ſimul & pius: corripiat me
delinquentem: melius eſt enim acre illius ver
bum: quam peccatoris vnctio & falſa laus ca
put meũ demulcentis. nempe molliti ſunt ſer
Pſ. 54. v. 24 mones eius ſuper oleum, (ait pſaltes) & ipſi
ſunt iacula. at qui conu...ti fecerit peccatorẽ
Iac. 5. d. ab errore viæ ſuæ (Iacobus apoſtolus ait) ſal
uabit animã eius à morte: & operit multitudi
nem peccatorũ. non igitur impinguet caput
meum vnctio blandiquentula, ac ſimulata di-
lectio peccatoris, quæ verius infringet, cum
tandem mortem adfert. corripiat me igitur
iuſtus: increpet atq; cedat. Sequitur.

7. *Quoniam adhuc oratio mea in beneplaci*
*tis eorum: abſorpti ſunt iuncti petræ, iudi*
*ces eorum.*

velit nolit mundus: adhuc oratio mea eſt
eritq; contra iniquorum vitia, in quibus ſibi
ipſis complacẽt. & quod illis auerſis videtur
amarũ: fiet ipſis dulce ac delectabile, illudq;
inter ſibi beneplacita computabunt: quum ad
me (priore relicta via) cõuertentur. ecce iam
eorum iudices & primarij errorum inuento
res: in pręcipitium abire. adiuncti enim petrę
1. Cor. 10. a hoc eſt mihi ipſi cõparati adeò abſorpti ſunt:
vt nullius ſint æſtimationis, ſed prorſus nihili
habeantur: non ſecus ac lucernulæ lumen: ſi
magnifico ſolis ſplendori conferatur. nã me
adueniente Chriſto vera ſapientia patris: oẽs
turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius, & om- Pſ. 106. ve. 27.
nis ſapientia eorũ deuorata eſt. Sequitur.

*Audient verba mea, quoniam potuerũt:*
*ſicut c...ſsitudo terræ erupta eſt ſuper ter-* 8.
*ram.*

Hoc quidẽ mirabile, q̃ audient verba mea
dicit dominus: quoniam præualida ſunt, ſua-
uia & potentia. audient (inquam) qui ante ob
ſurduerant: & verbis meis contradicentes im
pugnantesque continuerant aures ſuas. tanta
quippe erit verborum meorũ vis, me ipſo co Mar. vlt. d
operante & ſermonem confirmante ſequen-
tibus ſignis: q̃ libenti aĩo audient verba mea.
at fides ex auditu eſt: auditus autem per ver- Rom. 10. c.
bũ Chr̃i, ait apoſtolus. ſunt etenim verba mea
efficacia: & omni maieſtate atque autoritatẽ
plena, fideliq; auditione digna. hoc vtiq; olim
prænuntiauerat Eſaias dicens, erunt oculi tui Eſa. 30. c.
videntes præceptorem tuum: & aures tuę au
dient verbum monentis poſt tergum. hæc eſt
via, ambulate in ea: & non declinetis neq; ad
dexteram neque ad ſiniſtrã. Corda igitur ho-
minum, (diuino ſpiritu interius operante) di
ſponentur. & dũ per miniſterium apoſtolorũ
euangelizantiũ, quaſi vomere proſcinduntur:
fient feratiora meliusq; diſpoſita. quemadmo
dũ quum craſsitudo terræ erupta eſt ſuper
terrã, conuulſo ceſpite & vbere extracta gle-
ba. an non craſsitudo terræ huius ſpiritualis
eſt: prædicationis & vocationis gratia, erup-
ta deuotio, atq; pia cordis affectio? Sequitur.

*Diſsipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernũ,* 9.
*quia ad te dñe dñe oculi mei: in te ſpera-*
*ui, non auferas animam meam.*

Accedunt huic culturæ martyrum teſtimõ
nia: qui fide Chr̃i p̃ ĩmania pertulerunt tormẽ
ta, quiq; ſecti ſunt & in occiſione gladij mor- Heb. 11. g.
tui ſunt, de quibus nunc ait: diſsipata ſunt oſ-
ſa noſtra. quippe huius myſtici corporis for
tiora mẽbra, q̃ & martyres Chriſti: diſsipata
ſunt & ad mortis ſuppliciũ vltimum diducta,
vbi etiam craſsitudo terræ & vbertas eſt ec-
cleſiæ, proiecta ſunt etenim vt ſtercus terræ,
& inſepulta iacuerunt: iuxta illud Hieremiæ.
cadet (inquit) morticinũ hominis quaſi ſter- Hier. 9. f.
cus ſuper faciem regionis. quod alibi pſalmo
graphus ipſe deflens ait: poſuerunt morticina Pſ. 78. v. 2.
ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cæli: car
nes ſanctorum tuorum beſtijs terræ. effude-
runt ſanguinẽ ipſorum tanquam aquam in cir
cuitu Ieruſalem: & non erat qui ſepeliret. ob
idque viſi ſunt martyres oculis inſipientium
mori, & in profundum malorum omniũ, igno
minioſe deſcendere, ſecus infernum proiecti:
ipſi autem ſunt in pace, eccleſiam ſuo ſangui
ne fœcundantes, & in æterna requie cũ Chr̃o
gauden-

gaudentes. fidenter igitur horum meritis &
interceſsione dicat eccleſia vel eius nomine
Chriſtus : quia ad te domine domine ocu-
li mei, in te ſperaui, non auferas animam meã.
non permittas animã meam auferri & à te ſe
parari vnquã: quia ad te ſemper fidei leuaui o
culos, in te vno ſpem meam fixi & collocaui.
diſcerpantur in fruſtra corpora vti ligna quæ
confringuntur & obſecantur : animas autem
perire non ſinas. Sequitur.

10. *Cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerũt mihi:*
*& à ſcandalis operantium iniquitatem,*

Luc.18.a. Oportet ſemper orare & nõ deficere, ait in
euangelio dñs. ideo inter anguſtias ſine inter
miſsione clamat eccleſia, cuſtodi me &c. ecce
dæmones & peruerſi homines ſuis fraudibus
& cõmẽtis, laqueũ parauerunt pedibus meis,
blandas ſcilicet tentationes ſuggerendo: tu cu
ſtodi me, ne comprehẽdar, qui protector es,
omnium ſperantium in te. & ab apertis aſpe-
riſq; ſcandalis eripe: quibus inquieti & chri-
ſtianæ pacis oſores me in dies vexare conten
dunt. Sequitur:

*Cadent in retiaculo eius peccatores: ſingu* 11.
*lariter ſum ego, donec tranſeam.*

Hæc verba, & Chriſto capiti & membris
eius congruunt. cadent (inquit) in retiaculo
diaboli: qui ſine pœnitẽtia peccata perpetrãt
obdurati. at ego (ait eccleſia) quam Deus an-
te mundi conſtitutionem elegit vt eſſem ſan
cta, & ſanguine ſuo acquiſiuit atque munda-
uit, vt eſſem immaculata: ſingularis ſum, libe-
ra, immunis, & exẽpta: donec tranſeam ab hac
peregrinatione ad patriam, qua libertate ſpõ
ſus meus Chriſtus me liberauit : qui iure etiã
de ſe dicere potuit ante paſsionem, ſingulari
ter ſum ego & omnis peccati expers : donec
tranſeam ex hoc mundo ad patrem. Cadent
cæteri: ego autem de peccato & morte triũ-
phans ſingulariter ſum. ſit tibi domine, gloria
decus & imperium : in ſeculorum ſecula A-
men.

EPILOGVS PSALM 140.

*DOmine clamaui ad te, exaudi me &c, & dirigatur oratio mea, ac recto tramite gradiatur.*
*Non diuagetur per diuerticula: ſed ad conſpectum diuinæ maieſtatis tuæ quaſi incenſum aſcẽ*
*dẽs: deuota legatione fungatur ſitq; eleuatio manuum mearum tibi accepta, quaſi ſacrificium*
*ueſpertinum. immo illi uero ſacrificio meritoq; innitatur: quo Chriſtus expanſis in cruce manibus, iam*
Mat.27.f. *ueſperaſcente mundo & circa horam nonam, ſeſe tibi obtulit in odorem ſuauitatis. orationem audi ait*
*eccleſia: & pone domine cuſtodiam ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis ne quid impudicum uel*
*minus caſtum exeat, quod aures tuas offendat. non permittas declinare cor meum ad malitiæ culmum, ut*
*in te commiſſa excuſem & quaſi probe acta, impudenti ore defendam: ubi debui potius accuſare. nulla*
*ſit mihi communio cum iniquis & ſceleratis, nec cum illis quos in ſuum conſortium elegerunt : ne forte*
*illorum contagio infectus quis pereat quaſi peſtilenti flatu percuſſus nam ſi iuſto communicem ait: cor*
*ripiet me in miſericordia, ſi à recto me uiderit aberrantem. at contra, peccator palpabit in perniciem*
Eccl.7 a. *animæ meæ. non ergo molli uerbo: quaſi oleo impinguet caput meum. melior eſt enim ira riſu: quia per*
*triſtitiam uultus, corrigitur animus delinquentis. ita ego zelo commota adhuc carpo uitia peccatorum:*
*in quibus maximè delectantur, & ſibi ipſis complacere uidentur. ipſi autem eorum iudices ponentes a-*
Eſa 5.c. *marum in dulce: confuſi & abſorti iam Chriſto adhæſerunt, audientes efficacia uerba mea imò Chri-*
Colo.1.d. *ſti: in quo laboro certando ſecundùm operationem eius quam operatur in me in uirtute. uiuus eſt enim*
Heb.4.c. *ſermo Dei & efficax, ac penetrabilior omni gladio ancipiti. audient ergo uerba mea: quoniam potue-*
*runt. nam ubi uerbo quaſi uomere ſciſſa ſunt corda illorum: deuotio ſtatim atq; pia erupit affectio, & ſi*
*cut craſsitudo terræ erupta eſt ſuper terrã. ſed reſtiterunt quidam obdurati. quibus inſurgentibus in*
*nos: diſsipata ſunt oſſa noſtra uſq; ad mortem, & ſanguinis effuſionem at ego uti alij martyres, ſubleua*
*tis ad te oculis clamabam, in te domine ſperaui, non auferas animam meam. ſeparetur à corpore, non à*
*te. cuſtodi me à laqueo quem poſuerunt impij. ſæuiſsima quidẽ & doloſa turba ſathanæ. cadent in retia*
*culo eius peccatores conſerti & conglomerati: non ego, qui gratia tua & priuilegio ſingulari ero ab*
*huiuſmodi caſu libera, donec tranſeam ab huius ſeculi uita, hanc deniq; in tribulatione poſita orario-*
*nem proſequebar: a Chriſto domino edocta.*

PSALM. 141.

*VOCE mea ad dñm clamaui: vo-*
*ce mea ad dñm deprecatus ſum.*

Huius pſalmi titulus eſt: intellectus
Dauid, cum eſſet in ſpelunca oratio. condi-
dit enim (vt ferunt) pſalmum quum fugiens
1.reg.24. Saulis regis perſecutionem: latuit in ſpelũca.
nempe Dauid ipſe manu fortis, ruſus, & pul-
cher aſpectu, in ſpelunca latens: typum Chri
gerebat carnem inhabitantis, cliuũ crucis aſcẽ
dentis, ac demum in ſepulchro deliteſcentis.
Capitis igitur noſtri ſit vox hæc in tribulatio
ne poſiti : quæ & intellectus eſt & eruditio
mẽbrorum. porro clamat ad patrem, à iudæis
perſecutus dicẽs: eli eli &c. Deus meus Deus
meus, vt quid dereliquiſti me? Iterumq; mo-
riens clamat: in manus tuas cõmendo ſpiritũ
meum. clamemus & nos orantes dũ angimur:
ipſum



ipſum imitantes. voce (inquit) mea ad dñm
clamaui &c. vos afflicti, imitatores mei eſto
te ſicut filij chariſsimi.

2. *Effundo in cõſpectu eius orationem meã:*
*et tribulationẽ meã ante ipſum pronũcio.*

Hæc præcipua orationis qualitas eſt: vt ſit
effuſa ante conſpectum domini, nihil miſeriæ
pallians vel occultans: quo celerius Dei miſe
ricordiam impetrare poſsit, affectum pãdat:
vt conſequatur effectum. prothotypũ igitur
orandi nobis proponit Chriſtus: vt nos effun
damus corda noſtra coram domino, propo-
nentes in confeſsione (eas quas patimur) pec
catorum tribulationes. Sequitur.

*In deficiendo ex me ſpiritum meum: &*
3. *tu cognouiſti ſemitas meas.*

Luc.22.c. De Chriſto domino orante ſcriptum legi
mus, quod apparuit illi angelus de cælo confor-
tans eum : & factus in agonia prolixius ora-
bat, & factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſan-
guinis decurrentis in terram. legimus etiam,
Eſa.53.c. quod oblatus eſt quia ipſe voluit, ipſumq; dicen
Ioan.10.c. tem : pono animam meam & iterum ſumam
eam. nemo tollit eam à me: ſed ego ponam eã
à me ipſo &c. porro vtrunq; verum eſt. dicat
ergo ex infirmitate carnis, & præ triſtitiæ &
doloris acerbitate : cum deficeret anhelitus
meus, deficeretq; in anxietate ſpiritus, & ani
ma mea diſſolui & corpus ſum egredi cupe-
ret, quo pro homine iuſtitiæ ſuæ ſatisfaceret:
pater, vt ſit parentheſis (tu quidem cognoui-
ſti ſemitas meas) tunc vel maxime orabam: quod
huc ſcilicet tendebant omnes mei greſſus. nẽ
pe tibi fidens: in naturæ aſſumptæ humilitate.
vos ita filioli diſcite à me: quia mitis ſum &
humilis corde, eſtote pauperes ſpiritu: non in
flati vento ſuperbiæ. cum oratis: ſit oratio ve
ſtra humilis & deuota. deficiat in vobis hu-
manus: ſed abundet ſpiritus diuinus. tendat in
Deũ recto tramite: non diuagetur in via. Cur
rat anhela ac ſitibũda ad illum oratio: qui no
uit ſemitas eius, dicatq; mecum.

*In via hac qua ambulabam: abſconderũt*
4. *ſuperbi laqueum mihi.*

Superbi iudæi inſidiantes, vt me caperent
in ſermone: abſconderunt laqueum ſubdolis
verbis, in hac vitæ huius qua gradiebar via,
ait Chriſtus. dicat etiam iuſtus quiſque, aſtuti
dæmones & hæretici, ſuperbientes hoẽs: ab
ſconderunt mihi laqueum in via hac qua am
bulabam qui & Chriſtus eſt. ſic enim ipſi arbi
trati ſunt ſemetipſos fallentes : quandoquidẽ
non in via laqueus eſſe poteſt ſed iuxta viam,
Pſ.139.v.6. in quem incidant declinantes, vt ſuperius di-
ctum eſt. ideo cum circunſpectione & caute
ambulare & operari oportet: nec à graſſanti-
bus perinde ac inuidentibus latrunculis ſpo-
liemur. ſed quid?

*Conſiderabam ad dexteram & videbam:* 5.
*& non erat qui cognoſceret me.*

Dextera : potiora ſunt vti æterna. ad quæ
ſi tẽporalia conferas: ſiniſtra merito dici poſ
ſunt. ita & humanitas in Chriſto diuinitati cõ
parata ſiniſtra eſt: diuinitas vero dextra. di-
cat ergo Chriſtus in carnis humilitate perſe-
cutus. conſiderabam quod verbum patris & vni
genitus Dei filius eſſem coæqualis in maieſta
te: & videbã. at non erat qui cognoſceret me.
aufugerant enim dilecti mei diſcipuli: & illo
rum quidam iurauerat non noſſe me. dicat
etiam martyrum quiſq; in agone poſitus, con
ſiderabam ad dexteram, & contemplatione
videbam æterna: quæ corporeis oculis nõ ob 2.Cor.4.d.
ijciuntur. quæ enim videntur (ait apoſtolus)
temporalia ſunt: quæ autem non videntur, æ-
terna ſunt. Hæc igitur quæ non videntur, vi-
debam oculis fidei: & non erat qui cognoſce
ret me hæc cognoſcentem, & propterea tor-
menta acerbiſsima patienter & conſtanti a-
nimo tolerantem, torquentes ipſi & circun-
ſtantes, conſiderabant ad ſiniſtram: ideo mihi
cæcutientes improperabant. ego verò conſi-
derabam ad dexteram, & videbam: & præſen
tia quaſi ſiniſtra contemnebam. diuinam qui-
dem approbationem, non humanam laudem:
futuram etiam æternam vitam, non tempora
lem atque trãſitoriam quærebam. gaudebam
vtique quod mei ipſius te Deum habuiſſem cog
nitorem, idq; mihi ſatis arbitrabar: tametſi nõ
eſſet in hoc ſeculo neq;, qui cognoſceret
me. Sequitur:

*Perijt fuga à me: & non eſt qui requirat* 6.
*animam meam.*

Non erat mihi (inquit Chriſtus) animus fu
giendi, qui non dubitabam manibus tradi no
centium: & crucis ſubire tormentum. nec ta-
men eſt qui pro me pugnet, vt vitam meã cu
ſtodiat. non eſt enim ex notis aut perſequuto
ribus, qui vitæ meæ conſulat. eſt quidem qui
quærat animam meam vt perdat: ſed non qui
requirat vt ſequatur & imitetur. ſic etiam pe
rijt fuga à forti & conſtanti animo hominis
iuſti: qui obire mortẽ pro Chriſto decreuit.
nec eſt qui vitam illius quærat vt ſaluet: ſed a
des tu domine, vnicum ſanctorum tuorum re
fugium. Sequitur.

*Clamaui ad te dñe, dixi, tu es ſpes mea:* 7.
*portio mea in terra viuentium.*

Optimus eſt in neceſsitatibus ad orationẽ
recurſus. quamobrem clamaui ad te domine,
& me totum in te proieci: tibi ipſi fidens qui
adiutor es in opportunitatibus in tribulatione. Pſ.9.v.9.
dixi

dixi deliberato animo,tu es ſpes mea in terra
militantium:qui & portio mea in terra viuē
tium atque triumphantium.hic te ſpecto ſub
uenientem:quem tibi teneam, nec dimittam
coronantem.

8. *Intēde ad deprecationem meam: quia hu-
miliatus ſum nimis.*

Non ſpernas igitur orationem humiliantis
ſe,& à perſequutoribus humiliati atque affli
cti:quin intende potius deprecanti, & pieta-
tis tuæ aures benignus accommoda: vt cla-
manti ſuccurras,& eruas periclitantem.

9. *Libera me à perſequentibus me: quia con-
fortati ſunt ſuper me.*

Inſurrexerunt in me fortes : & confortati
ſunt qui perſequuti ſunt me inimici mei iniu
ſtè:tu ſolus me liberare poteris,qui potēs es.
libera igitur ſeruator optime ne peream,quia
adeò inualuerunt perſequentes:vt niſi te ad-
iuuante,ſuccumbam.

10. *Educ de cuſtodia animam,ad confitendū
nomini tuo: me expectant iuſti,donec re-
tribuas mihi.*

Si Chriſto domino hunc verſum adaptare
velimus:ſenſus erit,vt ſic loquatur ad patrē,
educ animam meā de cuſtodia corporis per
mortem,aut de cuſtodia ſepulchri per glorio
ſam reſurrectionem,hāc vtique illius Dauid
typici ſpelunca ſignauit. ecce ait, me expe-
ctant iuſti donec retribuas mihi:futurus ſum
etenim primitię dormientium.& ſicut in adā 1.Cor.15.d.
omnes moriuntur:ita & in me omnes viuifi
cabuntur. vnuſquiſque aūt in ſuo ordine.pri
mitiæ Chriſtus ait me' apoſtolus.ꝙ ſi iuſti ho
minis cum eodem apoſtolo diſſolui & eſſe
cum Chriſto cupientis,verba ſint:erit hic ſen
ſus.educ de huius ſeculi anguſtia atque huius
corporei carceris corruptione animam meā
domine: vt immortales nomini tuo referam
laudes. quia me expectant iuſti, donec retri-
buas mihi & de retributione gloriæ quam ex
pecto:mihi etiam congratulentur.cedet qui-
dem in meum cōmodum: ſed in nominis tui
gloriam,qui regnas Deus per infinita ſeculo-
rum ſecula Amen.

## EPILOGVS PSALM. 141.

*VOce mea ad dominum clamaui:uoce mea ad dominum deprecatus ſum.effundo coram illo ani-
mi mei affectum moriens in cruce ait Chriſtus.Et tu cognouiſti pater,quam recta uia inceſſe
rim,non eſt enim ꝗ quis me poßit arguere de peccato,nec me iudæi capere potuerunt. in ſer
mone:quanuis in uia hac qua ambulabam,abſconderunt ſuperbi(non ſemel)laqueum mihi.cō
ſiderabam ad dexteram & uidebam,uti omniſcius introſpiciens corda:& uiſis tot ſignis,non erat qui
cognoſceret me uerum Deum,ſub uelamine carnis deliteſcentem.oblatus ſum morti:ut uiuat homo.con
gredior cum principe huius mundi:ut is tyrannus eijciatur foras,& à captiuitate liberetur homo. nec
bellum fugiam qui congreſſurus ueni:& non eſt ex hominibus qui pro uita mea tuenda pugnet. quamob-
rem ad te Deus clamaui,qui unicum refugium es.dixi,tu es ſpes mea,ut ſuccurras morienti:& portio
mea præſtans uitam reſurgenti.intende ergo ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis.libe
ra me à perſequentibus me &c,qui in manus tuas commendo ſpiritum meum:& corpus ab incineratio
ne præſerua.educ de cuſtodia corporis animam meam,educ ipſam de limbo,educ deniq; me rediuiuum à
ſepulchro ad nominis tui gloriam:ecce me expectant iuſti,donec retribuas mihi:qui reſurgens à mor-
tuis futurus ſum primitiæ dormientium.iam prothotypum in Chriſto uidi,didiciq; uerba & affectum o-*
Rom. 7.d. *rantis.nempe ſic edoctus & diuino ſpiritu actus aiebat Paulus:infœlix ego homo, quis me liberabit de
corpore mortis huius?reliquum ergo eſt ut ad finem uſque ( ipſum imitatus)orem ſimul & laudem.*

## PSALM. 142.

*DOMINE exaudi orationē
meam,auribus percipe obſecra
tionem meam: in veritate tua
exaudi me,in tua iuſtitia.*

Huius pſalmi titulus eſt: pſalmus Dauid,
quando perſequebatur eum filius ſuus abſalō.
In qua perſecutione apertiſsime iudę prodi-
toris in Chriſtum perſecutio impudētiſsima
fuit figurata : nec minus ea, qua falſi fratres
Chriſtum dominum perſequūtur in membris.
orat igitur pro nobis & in nobis anxius Chri
ſtus,noſq; orare docet.atq; vt maximum affe
ctum oſtendat:in eundem ſenſum verba mul
tiplicat,ipſumq; veracem ac iuſtum interpel
lat Deum.dicat ergo noſtrum quiſq; , exaudi
me in veritate & iuſtitia tua (qui Chr̄s eſt)
quiq; ꝙ factus eſt nobis ſapientia à Deo & 1. Cor.1.d.
iuſtitia & ſanctificatio & redemptio vt apo-
ſtolus ait.exaudi (inquam) qui veritatem &
iuſtitiam dilexiſti: vt iuſtificeris in ſermoni-
bus tuis. non enim ſemel promiſiſti te exaudi
turū clamantem ad te.clamauit ad me(ais)& Pſ.90.v.15.
ego exaudiam eum.dicat igitur recte orans,
in veritate promiſsionis tuæ,& in tua iuſti-
tia,qua iuſtificas impium,quamq; tu ex miſe-
ricor fecisti meam:exaudi me.Sequitur.

*Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: 2.
quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo
omnis viuens.*

Nolo ego ſeruus cū dn̄o meo contendere:
ſcio



ſcio enim ꝙ facti ſumus vt immundi omnes
nos:& quaſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iu
ſtitiæ noſtræ &c.quid eſt homo vt immacu-
latus ſit:& vt iuſtus appareat,natus de mulie
re?cæli non ſunt mundi in conſpectu eius(ait
Iob.15.b. Eliphaz themanites apud Iob)quanto magis
abominabilis & inutilis homo: qui bibit qua
ſi aquam iniquitatem?non ergo tu domine in
tres in iudicium cum ſeruo tuo.nam ſi debi-
ta non dimiſeris:non iuſtificabitur in cōſpe
ctu tuo omnis viuens.prudenter vtique ( ait
Iob.9.a. Iob) verè ſcio ꝙ ita ſit:& ꝙ non iuſtificetur
homo compoſitus Deo.ſi voluerit contēde
re cum eo:non poterit reſpondere ei vnum
pro mille.rurſumq;:ſi lotus fuero quaſi aquis
niuis & fulſerint velut mūdiſsimę man' meę:
tamen ſordibus intinges me,ideſt ſordibus in
Iob.25.b. tinctum oſtendes.iterūq;:Baldath ſuites,nun
quid iuſtificari poteſt homo cōparatus Deo:
aut apparere mundus natus de muliere? Ecce
luna etiā non ſplendet,& ſtellæ non ſunt mū
dæ in conſpectu eius:quanto magis homo,&
putredo,filius hominis vermis?non libet vl-
tra progredi in re confeſſa.Sequitur.

3. *Quia perſecutus eſt inimicus animā meā:
humiliauit in terra vitam meam.*

Inimicus populus perſecutus eſt Chriſtū,
perſecutus eſt etiam diſcipulus:ipſumq; paga
ni,ſchiſmatici & hæretici perſequūtur in mē
bris in quibus viuit,atque illum in terra iterū
occidere tentant.affligunt fidelium corpora,
vt animas illorum à cæleſtibus & æternis qui
bus affectu hærent:ad humilia atque terrena
declinare faciant inhiantes.iuſte igitur queri
tur is qui peregrinatur homo: et ſapiēter o-
rans,diuinam miſericordiam non iudiciū im
plorat:qui poſt lapſum, perſequutione inimi
ci euſque ſaucius remāſit:vt ſuopte ingenio,
non alta ſed ima petat.Sequitur.

4. *Collocauit me in obſcuris,ſicut mortuos ſe
culi : & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus
meus,in me turbatum eſt cor meum.*

Nempe crucifixus eſt & cum iniquis depu
tatus. vere etiā mortuus & ſepultus & in ob-
ſcuris ſepulchri poſitus fuit dn̄s:ſicut mortui
ſeculi qui in Adam peccauerunt.cum tamē ip
ſe lux vera eſſet,quę in tenebris lucet:& tene
Ioan.1.d. brę eam non comprehenderunt.anxiatus fuit
etiam graui animæ triſtitia,vel ſicut alij codi
ces habent:tedium paſſus: quandoquidem le
gimus,ꝙ aſſumpſit Petrum & Iacobū & Ioā
Mar. 14.d. nem ſecum:& cœpit pauere & tedere, & ait
illis:triſtis eſt anima mea vſq; ad mortem. &
turbatū eſt cor illius: voluntariè tamen, nec
abſorta ratione, ſicut in ſuſcitatione Lazari
Ioan. 11.d. ſcriptū eſt.Ieſus ergo(ait euāgeliſta) vt vidit
eam plorantē,(Mariam vtiq;) & iudæos qui
venerant cum ea plorātes:infremuit ſpiritu,
& turbauit ſe ipſum.lamentatur nunc igitur
filius Adam,ꝙ propter peccatū illius ſit mor
ti ductus,& cum mortuis ſeculi deputatus:
anxiatus ſit ſpiritus eius præ multitudine paſ
ſionum & cor illius turbatum.Sequitur.

*Memor fui dierum antiquorum , medi- 5.
ditatus ſum in omnibus operibus tuis: &
in factis manuum tuarum meditabar.*

Qui ſunt hi dies antiqui(obſecro)quorum
ſe memorem fuiſſe ait Chriſtus:niſi illi primi,
in quibus & conditus & præuaricatus eſt ho
mo?memor igitur fuit dominus, ꝙ creauerit
hominem ad imaginem & ſimilitudinem ſuā,
quòdq; ceciderit,atque ſe ipſum deturpauer-
rit.et miſericordię ſuę commotis viſceribus,
vt vas iſtud excellens reficeret ſic confra-
ctum:venit in mundum , & ſalutem hominis
ſitiens,manus ſuas pro homine ad patrem ex
pandit in cruce.memor fui ( inquit) dierum
antiquorum,meditatus ſum in omnibus ope
ribus tuis:& in factis manuum tuarum medi
tabar.ecce vt culmum adderet miſericordiæ:
pro homine in cruce pependit,quod nō parū
fiduciæ confert noſtrū cuique peccāti.dicam
igit̄ & ego miſer in tribulatione poſitus,me-
mor fui dierum antiquorum, meditatus ſum
&c:& hinc thronū gratiæ tuæ accedendi:nō
imprudenter ſumpſi anſam.

*Expandi manus meas ad te : anima mea 6.
ſicut terra ſine aqua tibi,*

Quòd verbum iſtud conueniat Chriſto in
cruce pendenti:non eſt ꝙ explicemus. dicat
etiam illud:membrorum cauſam & perſonam
agens.arida eſt anima mea & ſitibūda,nec fru
ctum bonorum operum germinare poterit:
niſi tu fauorem impluas,& gratiæ tuæ imbrē
in eam infundas.ad te igitur anhelat , te expe
ctat,non ſecus ac terra ſine aqua. ecce anxius
expandi manus meas ad te,tibi opera mea re
ferens:ac de tua largitate dona optima recep
turus.quia omne datum optimum & omne
donum perfectum(Iacobus ait)deſurſum eſt Iaco.1.c.
deſcendens à patre luminum.

*Velociter exaudi me dn̄e: defecit ſpiritus 7.
meus.*

Dicat nunc miſer homo.domine ad adiuuā
dū me feſtina: quandoquidem periculū immi
net in mora. nā præ dolorū multitudine ma
gnitudineq;:iam defecit halitus,nec(te præ-
ueniente)ex toto indiſpoſitus ſum.veniat igi
tur ſpiritus tuus:quia defecit ſpiritus meus.
pauper ſiquidem ſpiritu, & humilis effectus
ſum.diſceſsit à me ſpūs ſupbiæ: cui tu reſiſte
re ſoles. ipſo quidē flante:oīa interiora mea

Pſ.103.v.31. exiccata ſunt, & in puluerem, (immo in nihilum) redacta, emitte nunc igitur ſpiritum tuũ & creabuntur: & renouabis faciem terrę. ꝙ ſi verba Chriſti ſint reſurrectionem ſuam petẽtis: ſenſus erit. accelera pater reſurrectionem meam: ecce iam in cruce expiraui. Sequitur.

8. *No auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.*

Facies Dei: verbùm eſt, cui vnita eſt humana natura. ideoq; fuit impeccabilis in Chriſto: Pſ.4.ve.10. & ſingulariter in ſpe celeris reſurrectionis cõſtituta. ait ergo ex carnis infirmitate clamãs: non auertas faciem tuam à me. ꝙ ſi me à verbo cui cõiuncta ſum, ſeparari permittas: ſimilis ero deſcendentibus in lacum. dicat etiam noſtrũ quiſque. non auertas Chriſtum tuum, eiusque gratiam & miſericordiã tuam à me. ꝙ ſi meritis meis exigentibus abſceſſeris: ſimilis ero deſcendentibus, aut in obduratione & profundum malorum per contẽptum: aut in damnatorum locũ. quamobrem.

9. *Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui.*

Diluculo & ſummo mane ſurrexit Chr̃s. quod vtique miſericordiæ fuit: ſicut mors & incarnatio, atque cætera myſteria quæ propter hominẽ operatus eſt Deus. nimirum traditus eſt propter delicta noſtra (ait apoſtolus:) Rom. 4.d. & reſurrexit propter iuſtificationem noſtrã. nempe vtrunque miſericordia fuit. an non miſericordia, ꝙ ſamaritanus ad ſauciatum venit Luc.10.f hominẽ, & alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinũ: illumq; impoſuit ſuper iumentum? quam duplicẽ miſericordiam: apoſtolorum vertex Petrus recenſens ait: ꝙ peccata 1.pet.2.d. noſtra ipſe pertulit in corpore ſuo ſuper lignum: certe vere moriens. deinde ſubiungit iuſtificationem dicens, vt peccatis mortui: iuſtitiæ viuamus. qui ergo debitum noſtrum exoluit, & inſuper gratiam contulit iuſtificãtem: is traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. nunc ergo mihi qui veſperi miſericordiã audiui morientis: auditam fac mane miſericordiam reſurgentis. vtrunque dixerat diuinus Pſ.29.ve.6. pſaltes, ad veſperum demorabitur fletus: & ad matutinum lętitia. ſuccedat vita poſt mortẽ, lætitia poſt fletum, & poſt ignominiam in cruce morientis: auditam fac mihi gloriã de morte magnifice triumphãtis. ſit mihi etiam miſericordia pręueniens: quia ſpem meam in te fixi ſuſpirans. Sequitur,

10. *Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.*

Chriſtus via eſt, per quã dũ imitatione gradimur: peruenimus ad vitã ipſo dicente: ego Ioan.14.a. ſum via, veritas & vita, nemo venit ad patrẽ niſi per me. via etiam eſt lex ipſa euangelica: quã ambulat qui obſeruat, & mandata illius adimplet. ait ergo: ſic miſericordiam peto: ꝙ nec rectè operari recuſo. vt ex gratia ſimul & arbitrio ad patriã valeam peruenire. & cũ i.Cor.15.b. apoſtolo dicere poſsim: gr̃a Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me vacua non fuit; ſed abundantius illis omnibus laboraui; non ego autem: ſed gratia Dei mecũ. quo circa auditã fac mihi mane miſericordiã tuã: & notam fac mihi viã in qua ambulẽ. ecce animam meã ad te direxi. ſic alibi ait: legẽ pone mihi dñe viã Pſa 118.oct 5.ve.1. iuſtificationũ tuarum: & exquiram eam ſemper. Sequitur.

11. *Eripe me de inimicis meis dñe; ad te confugi: doce me facere voluntatem tuã, quia Deus meus es tu.*

Sunt inimici viſibiles & inuiſibiles, qui à via recta præpediũt gradientẽ: ideo ductore atq; doctore, tutore & protectore opus eſt. ad te vnicũ refugiũ confugi: te Deũ meum, patrẽ, patronum, dñm, atq; magiſtrum agnoſco. te ſequi cupio & imitari: doce me facere voluntatẽ tuam, ne aberrem à recto, dũ fecero meam. Sequitur.

12. *Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectam: propter nomen tuum dñe viuificabis me, in æquitate tua.*

Spiritus neq; deducit hominẽ in viam obliquã atque peruerſam. at ſpiritus ſanctus, deducet me ad te per te, qui totius rectitudinis es via. quicunq; enim ſpiritu Dei aguntur ait Paulus: hi ſunt filij Dei. ipſo quidẽ ductore Rom.8.c. & directore, interius illuminamur, vt recta gradiamur via rectè operantes: & ſic tandem in terrã viuentiũ deducamur, illius inſtinctu atque motione acti: per ſeptẽ ipſius dona. tu etiam qui vita es, viuificabis me in æquitate tua: nõ in ea iuſtitia, idq; propter nomẽ tuũ, non propter opera mea, quæ ſine te nullius meriti ſunt. quamobrẽ ad te confugi, in ſpe firma ſalutis. Sequitur.

13. *Educes de tribulatione animam meã: & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos.*

Quid tandem? tribulatio hæc finietur breui. educes quidem animam meam, & perduces ad æternam requiem. Et miſericordiæ tuæ erit: quòd diſsipes omnes inimicos meos qui in hoc conuenerunt: vt perderent me.

14. *Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum.*





Incident in laqueum quem fecerunt inimici: & in eorum verticem iniquitas illorũ deſ- Pſ.7.v.16. cendet. perdes enim illos qui me perdere nixi ſunt: eò ꝙ ſeruus tuus ſim, tu vero dñs meꝰ & Deus meus, qui viuis & regnas per infinita ſeculorũ ſecula Amen.

## EPILOGVS PSALM. 142.

*Domine exaudi orationem meam &c. nec tecum uolo contendere uerbis, cum dominus meus ſis: nec me excuſare, qui me peccatorem agnoſco. hoc tantum precor, non intres in iudicium cum ſeruo tuo domine: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens. Clementia tua opus eſt: qua miſerearis afflicto. quia perſecutus eſt inimicus uitam meam &c. hucuſque membrorum cauſam egi, & illorum perſonam indui: ut docerem orare, ait Chriſtus. nunc autem totus ipſe loquar caput ſcilicet & membra. tu pater audi filium in carnis infirmitate de perſequutoribus conquerentem, & paßionis ſuæ compendium enarrantem: petentemque corporis reſurrectionem. quia perſecutus eſt inimicus atque humiliauit uitam meam uſque ad mortem & ſepulchrum: quandoquidem collocauit me in obſcuris, ſicut mortuos ſeculi &c. nam memor præuaricationis Adæ: conſiderans; q. propter hominem creaſti omnia, qui & pariter eſt opus manuum tuarum: nec ſolùm ſcientiam & potentiam, uerum etiam miſericordiam tuam agnoſcens: ueni in mundum hominem redempturus. Expandi in cruce pendens manus meas ad te: ſalutem illius ſitiens, non ſecus ac terra pluuiam congruentem, & expiraui tandem moriens. non ergo diſcedat uerbum: tametſi à corpore uerè diſceſſerit anima. quia tunc ſimilis eſſem alijs hominibus non reſurrecturis: uſque ad uniuerſalis iudicij diem, accelera tu pater reſurrectionem meam: & aſcenſioni in cælum uiam para. auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: & notam fac mihi uiam in qua ambulem. præueni etiam membra mea miſericordia tua: illaque dirige in uiam ſalutis æternæ, atque eripe me de inimicis domine. ad te confugi: doce me facere uoluntatem tuam. ſic etenim ea mihi uſque adeò coniunxi, & corpori meo (ſi dixerim) adglutinaui: ut iam uuum ſimus. quod ubi egeris: nihil aliud deerit, quam ut ſpiritus tuus ueniens deducat ea in terram rectam, uiuificet mortificata, educatque ea de tribulatione, perdat inimicos, ſaluetque eos quos ſibi ſeruos agnouit. ecce adhuc militant, teq; in militia laudant & benedicunt: illis ergo ſucurre.*

## PSALM. 143.

*BENEDICTVS dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium: & digitos meos ad bellum.*

Huius pſalmi titulus eſt, pſalmus Dauid aduerſùs Goliath. apertiſsima quidẽ in libro regũ primo deſcribitur hiſtoria: vbiglorioſa il- 1.reg.17. la perinde ac magnifica enarratur victoria, qua Dauid adhuc adoleſcẽs, baculo funda & lapide, in ſuperbum pręualuit philiſteum. per quam & Chriſtum in carne venturum, ipſumque cum diabolo congreſſurum, & de illo lõgè excellentius triumphaturum: diuinus ipſe pſaltes prophetiæ ſpiritu edoctus agnouit. Deo igitur primum pro parta victoria gratias agit, illi totam aſcribens: à quo ſolo, vires & induſtriam ſe accepiſſe ingenue profitetur ad pugnam. deinde humanæ naturæ propriã infirmitatem humiliter agnoſcens: ꝙ Deus ipſi innotuerit magni æſtimat, & pro eius vera (quam in ſpiritu viderat obtẽtione victoriæ: Chriſti depoſcit aduentum. eiusq; ab alto ad hęc ima deſcenſum petit: quo de ſathanica tyrannide ereptum hominem, & ab huius ſeculi cenoſa voluptate diuulſum: ad veram beatitudinem ipſamq; interminabilem, faciat aduolare. ait ergo, benedictus dñs qui me interius exteriusq; inſtruxit, & rectè docuit operari: atque ad præcepta eius ſimul & conſilia, ex ipſius gratia adimplenda: me habilem fecit inſtituit & erudiuit. Id quidem eſt manus atque digitos ad prælium docuiſſe. non eſt ꝙ iã (cũ ſim ſtrenuus miles) bellũ fugiam: qui Dei gratia adiutus edoctusq; atque ex arbitrio ſimul bonũ facere, & vitare malũ noui, quique (docente Deo) ſubtiles etiam atque implicitos peccatorum didici explicare nodos. ſiquidem vtriuſq; rei peritia per manus & digitos ſignificatur. pugnet igitur quantumuis diabolus exaduerſo, obſiſtat mundus, procax & laſciuiens caro: non terga vertã. quia benedictus dñs Deus meus. qui docet manꝰ meas ad prælũ: & digitos meos ad bellũ. ipſe mihi dedit animũ, & cõtulit arma: quibꝰ me ipſum fulciã, vt in bello nõ victꝰ ſed victor euadã. eſt enim,

2. *Miſericordia mea & refugium meum: ſuſceptor meus & liberator meus.*

Euſq; mihi impertitus eſt dñs miſericordiã ſuam: vt nõ immerito dixerim meã, ꝙ toties me ipſa donauerit, & hoc tã abũdãter impleuerit dono: ꝙ emoliuerit viſcera mea, & me in conſeruos effecerit miſericordẽ. porro ex tot acceptis beneficijs: didici miſeris commiſereri. nec id exiguum eſt armorum genus in bello contra ſathanam. ipſe igitur eſt dñs Deus meus, creans imperans gubernãs & ſubdens ſibi omnia. Miſericordia, mea relaxans facinora, & miſerię proſpiciens: refugiumq;

meum Deus, ad quem ſanctius & cõmodius
refugiam:etiam cum ab eo irato fugere con-
tingat.eſt etiam ſuſceptor meus : qui nuſquã
repellit venientem & reuertentem ad ſe:et li
berator meus:qui me,me in eum proijcientẽ
eruit à malo, erutũq; defendit,& in bono fir
mans atque confirmans enutrit.ſed perge vl-
terius propheta ſancte:noli à laude ceſſare.

3. *Protector meus, & in ipſo ſperaui : qui*
*ſubdit populum meum ſub me.*

Sub vmbra alarum ſuarũ protexit me ſem-
per Deus:ego autem me totum illi commiſi,
nec me vnquam ſenſi deluſum:quin auxit po
tius in dies collata dona.adhuc maiora pro-
mittens.profecto nunquam è pectore meo la
betur verbum illud,quod ex ore Nathan pro
2.reg.12.b. phetæ me audiſſe memini.hæc(inquit) dicit
dñs Deus Iſrael, ego vnxi te in regem Iſrael.
Et ego erui te de manu Saul,& dedi tibi do-
mũ domini tui, et vxores domini tui in ſinũ
tuo:dedique tibi domum Iſrael & iuda. Et ſi
parua ſunt iſta:adijciã tibi multo maiora.por
ro dedit mihi regnum,illudq; ſtabiliuit.iudai
cum populũ exterasq; nationes,immo(quod
his omnibus maius)proprias ſub me ſubdidit
paſsiones,& rebelles coercuit ſenſus:atq; ap-
petitus effrenes ipſosq; animi motus modera
mine miro cõpoſuit.et nedum aliorum: verũ
etiam mei ipſius conſtituit regem.quamobrẽ
ipſe mecum habitans,& hæc mente voluẽs:
non ſatis mirari queo, ita vt ipſum ex animi
feruore rogare compellar.

4. *Dñe,quid eſt homo quia innotuiſti ei:aut*
*filius hominis quia reputas eum?*

Primum à te ſcire cupio(ex tranſuerſo)ho
munculus ipſe qui hæc ſcribo ò propheta &
rex:huius tuæ rogatiunculæ rationẽ. quæris
ne qualis aut quantus ſit à Deo conditus ho-
mo:an qualis poſt lapſum, ex propria culpa
fuerit effectus?quippe qui ad imaginẽ & ſimi
litudinem Dei factus,cum in honore eſſet nõ
Pſ.48.v.12. intellexit: comparatus eſt iumentis inſipien
tibus,et ſimilis factus eſt illis.pudet nunc hu
manæ naturæ infirmitatem, & hominis poſt
lapſum recenſere defectus : eò ꝙ ipſe homo
ſim,didicerimque experimento (heu me mi-
ſerum)quam fragilis ſit homo.ſed quia cedit
in gloriam Dei ꝙ huiuſmodi homini innotue
rit Deus,adeoq; magnifecerit illum, vt hipo
ſtatice ſibi vnire dignatus ſit hominis naturã:
vel hoc verbulo,quid eſt homo facile depro
nam.

5. *Homo, vanitati ſimilis factus eſt:dies eius,*
*ſicut vmbra prætereunt.*

Nempe cecidit homo.Et qui ad imaginem
& ſimilitudinem Dei,ac per hoc ſimilis veri
tati fuerat creatus: deordinata cõcupiſcentia
vanitati ſimilis factus eſt.cuius dies ſicut vm
bra prętereũt:dũ veloci curſu tendit ad mor-
tẽ. ecce quid eſt homo.Et tamẽ huiuſcemodi
hominem diuinæ cognitionis participem fe-
cit Deus:illiq; innoteſcere dignatus eſt. filiũ
etiam hominis tanti habuit:vt filius hominis
etiã fieri voluerit ipſe & appellari. quid nunc
obſecro de homine glorioſius dici potuit
quidve ſublimius : quam ꝙ Deus innotuerit
homini vanitati ſimili, vt ipſum ad priorem
reduceret veritatem?quòdq; ipſum adeò re-
putarit:vt propter mortalem hominem & ip
ſe ſit factus homo:cui moriens, non vmbrati
lem & quandoq; perituram:ſed vitam dona-
ret æternam?noli ergo iam quærere tu quiſ-
quis es,quid eſt homo:poſtquã Deus factus
eſt homo. quæſiuit tunc merito Dauid ſan-
ctus ante Chriſti incarnationem: qui infirmũ
hominem & vanitati ſimilem conſiderabat:
et ad diuinitatis culmen hominis naturam nõ
dum aſſumptam,ſed aſſumendam adhuc ſpe-
ctabat.Cuius rei gratia,hoc inextimabile do-
num quod pręuiderat exoptans : ſupplex ad
Deum conuerſus ait.

*Dñe inclina cælos tuos, & deſcende: tan* 6.
*ge montes, & fumigabunt.*

Eia tu(inquit)adiutor fortis: miſce ſuper-
na imis.ecce homini continuum bellum eſt:
militia quidem eſt vita hominis ſuper terrã. Iob.7.a.
nam ſuperbi dæmones ( quorum typũ goliat
gigas ac cæteri gerunt allophili ) aſsidue illũ
infeſtant : imò ſuo altu ac tyrannide capti-
uum detinent.vt ergo illum redimas: inclina
cælos tuos,angelos ſcilicet qui iure cæli nun
cupantur:& illorum altiſsimum Gabrielem,
qui apud Mariã virginẽ legatione fungatur.
Et deſcende ad humilimæ conuallis vte[illegible]: de
eo carnem aſſumens,tange (vel in hoc ta[illegible]tæ
humilitatis & ſummæ charitatis opere) qui
altiſsimus & altiſsimi filius es : huius ſeculi
montes ſublimes elatos & ſuperbientes:et fu
migabunt.vel quia ſic attracti ſimul & confu
ſi,ac de ſe nihil de cætero præſumentes, quin
ſe ipſos velut fumum potius æſtimantes non
ad ſe ſolum vt ante,ſed ad te recto tramite cõ
ſcendent,orabunt,& animum ſuum dirigent:
vel quia fulmine potentiæ tuæ tacti deterriti
q;:te ipſum agnoſcent, atq; in te omnia refe-
rentes,ad tui nominis laudem dicent, gratia
ſumus id quod ſumus: qui ante inſoleſcentes
& blaſphemantes, ſibi ipſis propijsq; viribus
bona data tribuebant ac vendicabant.Sequit.

*Fulgura corruſcationẽ, & diſsipabis eos:* 7
*emitte ſagittas tuas, & conturbabis eos.*

Per



Per corruſcationes & ſagittas:diuina mira
cula & apoſtolicę prædicationis verba intel
lige,quibus Chriſtus mũdo corruſcauit, et ꝙ
verus filius Dei eſſet,in humilitate carnis in
notuit.his diſsipauit ac diſperſit ſuperbos pa-
riter & conturbauit.an non Chriſti miracula,
quaſi diuinæ potentiæ fulgurantis quædam
corruſcationes fuerunt : & euangelica verba
Pſ.76.v.18. ſagittæ: de quibus iſdem pſaltes ait: etenim ſa
gitæ tuæ tranſeunt, vox tonitrui tui in rota.
illuxerunt corruſcationes tuæ orbi terræ,cõ-
mota eſt & contremuit terra:et turſus: de a-
Pſ.63.v.8. poſtolis Chriſtum prædicantibus:ſagittæ par
uulorum factæ ſunt plagæ eorum, & infirma
tæ ſunt contra eos linguæ eorum, contur-
bati ſunt omnes qui videbant eos : & timuit
omnis homo,annunciauerunt opera Dei: &
facta eius intellexerunt. Recte igit̃ & oppor
tune propheta petit deſcendat Deus,montes
tãgat,fulguret corruſcationẽ, & ſagittas ſuas
emittat: quibus ſuum conteſtetur aduentum.
ſtatimque ſubiungit.

8. *Emitte manum tuã de alto, eripe me &*
*libera me de aquis multis: & de manu fi*
*liorum alienorum.*

Dextra manus tua Deus, vnigenitus filius
Heb.1.a. tuus eſt,per quem feciſti & ſecula.hanc (pre
cor)manũ tuam cęlo demittas ab alto,vt vas
iam cõfractum,me ſcilicet hominem reficias
per ipſam:quem ante feciſti.ecce iam intraue
Pſ.68.ve.1. runt aquæ peccatorum vſq; ad animam meã,
infixus ſum in limo profundi,et non eſt ſub-
ſtatia.ne ergo demergat me tempeſtas aquę,
neq; abſorbeat me profundũ: eripe & libera
me de aquis multis.emitte filiũ tuũ de alto,
vt educas ſeruum iacẽtem in profundo & ce
noſo lacu.emitte filium tuũ naturalem:vt me
repares & efficias adoptiuum. emitte deni-
q; magnificam potentiæ tuæ manum: vt eri-
pias fragilem & infirmum de manu fortiorũ:
de manu(inquã) dæmonum atque hominum
infidelium me quotidie debellantium,eò ꝙ
ipſi à te & fide tua quã profiteor ſint alieni.
ſunt quidem filij huius ſeculi,nec hæreditatis
tuę participes futuri vnquã,aut ſanctorum &
hæredum collegio adnumerandi,quin vt ex-
teri & penitus ex toto diuiſi repellendi, et in
exteriores tenebras proijciendi ſunt:atque æ
ternis ſupplicijs deputandi,quia (vt apoſtoli
verbis vtar) commutauerunt veritatem Dei
Rom.1.d. in mendaciũ,& coluerunt & ſeruierunt crea-
turæ,potius quã creatori: qui eſt benedictus
in ſecula amen.Sequitur enim.

9. *Quorum os loquutum eſt vanitatem: &*
*dextera eorum,dextera iniquitatis.*

Pſ.57.ve.3. Certe alienati ſunt peccatores à vulua,erra
uerunt ab vtero,loquuti ſunt falſa. verba qui
dem illorum mendacia:iniuſta & iniqua ope
ra.loquaces ſunt & potentes:ſed vana loquũ
tur,et operantur iniqua, probant inutilia &
vana:ſolidiora autem ac potiora reſpuunt.de
trahunt iuſtitiæ:et fauent iniquitati, ipſamq;
amplexantur.nempe dextera eorum,dextera
iniquitatis.vel in hoc induſtrij ac cæteris po
tentiores:ꝙ male agant.hos igitur comprime
& à malo cohibe bone Deus vt ex hoc nouo
opere,noua etiam inſurgat materia laudis.

*Deus,cãticum nouũ cantabo tibi: in pſal-* 10.
*terio decacordo pſallam tibi.*

Laudabo æquidem & miris efferam pręco
nijs victricem manum tuam de alto emiſſam:
pſallam tibi etiam in tuorum adimpletione
præceptorum.vt qui à te edoctus,ita digitos
in decacordo pſalterio nouerim ordinate mo
uere:ꝙ rectæ operationis faciam harmoniã,
vtrunque enim tibi gratum erit. ꝙ canticum
nouũ canã in aduentus tui laudẽ: & ambulãs
in nouitate vitę,illud tibi pſallã.tibi igit̃ cãta
bo nouum huius obtentæ victoriæ carmen,
ꝙ in te vno nouo homine veterem hominem
renouaſti:et in decalogi pſalterio decacordo
noctes atq; dies vigilanter inſeruiẽs,pſallam
tibi,

*Qui das ſalutẽ regibus,qui redemiſti Da* 11.
*uid ſeruum tuum: de gladio maligno eri-*
*pe me.*

Sic legendum arbitror : vt huius verſiculi
oratio ſuſpenſa ſit & trunca, ſitq; principium
ſequentis:eripe me & erue me de manu &c.
ait ergo,tu qui das ſalutem regibus:ſubintelli
ge proſpice mihi.non enim tam hebes aut ex
cors ſum:qui nõ ſciam,ꝙ tu ſolus etiã regibus
(qui potentiores eſſe videntur)ſalutem elar-
giaris.ſcriptũ eſt enim : equus paratur ad diẽ Pro.21.c.
belli:dominus autem ſalutem tribuet. idque
non raro didici experimento,qui noui ꝙ me
ſeruum tuum Dauid,quem vnxeras in regem:
de Saulis in me malignantis gladio ſæpius re
demiſti.fac me(obſecro)huius muniminis ſta
biliri gratia.

*Eripe me, & erue me de manu filiorum a* 11.
*lienorum,quorum os loquutum eſt vani-*
*tatem: & dextera eorum dextera iniqui-*
*tatis.*

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes:ſed Pſa.118.ode
non vt lex tua.Et ideo loquuti ſunt vanitatẽ 11.ve.5.
(vt à fide tua alieni ) qui & magni faciunt
terrena : et flocipendunt cæleſtia. dextera
enim illorum : dextera iniquitatis eſt. nam
tranſitoria æternis anteponunt, & cancel-
latis manibus ea dextera ſua benedicunt,

 amplexan-

amplexantur,& colunt:quæ ad ſiniſtram, vti
Gen. 48.c. viliora & abiecta collocanda erant.quod vti
que patriarcham illum Iacob in benedictione
nepotum feciſſe legimus. vt per hoc qualis
futurus eſſet iudæorum populus ſignificaret,
qui tunc pro Dei filio & primogenito ſe ge-
rebat:nunc vero alienati ſunt à Deo iudęi,vt
olim gentes. de quibus Epheſijs apoſtolus
Ephe.4.c. ſcribens ait : hoc igitur dico & teſtificor in
domino,vt iam non ambuletis ſicut & gen-
tes ambulant in vanitate ſenſus ſui:tenebris
obſcuratum habentes intellectum , alienati à
via Dei per ignorantiam quæ eſt in illis, pro
pter cæcitatem cordis ipſorum.qui deſperan
tes:ſemetipſos tradiderunt impudicitiæ in o-
perationem immunditiæ omnis,in auaritiam
&c. Rurſumque coloſſenſsibus : & vos cum
Colo.1.c. eſſetis aliquando alienati & inimici ſenſu in
operibus malis : nunc autem reconciliauit in
corpore carnis eius &c.& quidem qui huiuſ-
modi ſunt:dextrum in ſiniſtrum commutan-
tes inique:filij alieni meritò nuncupantur,nō
habentes hæreditatem in regno Chriſti &
Eph.5.b. Dei.dicente etiam Iob:pepigi fœdus cum o-
Iob. 31.a. culis meis:vt ne cogitarem quidem de virgi-
ne. quam enim partē haberet in me Deus de
ſuper & hæreditatem omnipotens de excel-
ſis?nunquid non perditio eſt iniquo , & alie-
natio operantibus iniuſtitiam?de horum igi-
tur manu ac poteſtate , qui vt exteri & quaſi
anathemate perculſi atque à domino ſeparati
& alienati,iniqua faciunt,iniqua docent , &
vana loquuntur:eripe me(ait)& erue me. ſer
pit enim vt cancer hoc malum : & interimit
vt pernitioſa peſtis gladiusvè malignus: ta-
metſi viſi ſunt ꝙ illis ꝓſpera cuncta ſuccedāt.
13. *Quorum filij:ſicut nouellæ plātationes in*
*iuuentute ſua.*
Nouimus quoſdam hæc & ſequentia, non
in tertia,ſed prima tranſtuliſſe perſona dicen
tes,vt ſint filij noſtri, & promptuaria noſtra
&c.at nos,vulgata vtimur tranſlatione. filij
alieni ob hoc ſe fœlices autumant:ꝙ tenellos
filios habeant,quotidie numero & naturę do
tibus excreſcentes:quibus omnia arrideant ſe
cularia,quales eſſe ſolent nouæ plantationes:
cum primum ſumptis viribus, cœperint laſci
uientes in altum ſurgere,quæ tunc maximam
& optimam de ſe offerūt ſpem,decorem, pul
chritudinem atque ornatum habentes.Seq.
14. *Filiæ eorum compoſitæ : circumornatæ,*
*vt ſimilitudo templi.*
De vtraque prole gaudent qui huiuſmodi
ſunt.& ad ſuæ fœlicitatis culmen agere arbi-
trantur:ꝙ filias etiam habeant,tum natiuo co
lore,tū peregrino cultu atq; ornatu ſpecioſas
& cōptas.non ſecus ac imagines ipſę videtur
quæ in templis & ſacris ędibus depingi ſolēt:
omnem pulchritudinem & decorē vndequa-
q; oſtentātes ac præſeferentes. ſed audiāt Eſa
iam comminantem atque dicētem: in die illa Eſa.3.d.
auferet dominus ornamentū.quod etiam arti
culate recenſet,illudque in ignominiam com
mutandum forę pollicetur.Sequitur.
*Promptuaria eorum plena : eructātia ex* 15.
*hoc in illud.*
Videas(inquit)horum promptuaria atq; cel
laria,his omnibus quæ ad humanum victum
ſpectant adeò referta : vt varios odores ſpira
re & redolere viſa ſint.porro nūc hos nunc il
los ita ꝓmiſcue fundunt:vt difficile ſit alterū
ab altero diſcernere,ac per hoc cōtēta atq; re
poſita dijudicare.ſunt tamen epicureis fauci
cibus aptiſsima irritamēta:ad ingluuiem pro
uocantia.quid plura?
*Oues eorum fœtoſæ,abundantes in egreſsi* 16.
*bus ſuis:boues eorum craſſæ.*
Res familiaris augetur in dies:& omnis ge
neris pecora multiplicātur.nam oues gemel-
los fœtus pariunt,& pręcoces ac ſerotinos ha
bent fructus:ꝙ partus fere partum attingat,
& ſemper diſtentis vberibus abundent lacte.
boues etiam eorum hyeme & æſtate craſſæ:
vt quę vberrimis diuagentur paſcuis.nihil de
mum in grege ſterile aut macilentum, adde a
liud,quod quietem tranquillitatem & pacem
ſignat:& continet ſummā huius vitæ beatæ.
*Non eſt ruina maceriæ,neque tranſitus:* 17.
*neque clamor in plateis eorum.*
Fortia atq; perpetua videntur eſſe illorum
ædificia,nec vlla ex parte diruta menia ciui-
tatis:vt ſecurius degant. integræ ſunt etiam
maceriæ quæ circumeunt vineas ac cætera
prędia:nec viatoribus latrunculisvè patet adi
tus. non eſt qui ciues inuadat,aut clamoroſis
vocibus illorum aures retundat : quin plena
potius & amœniſsima pace fungantur,atque
in proprijs ſedibus & plateis:cōmunione dul
ciſsima ac beneuola potiantur.eſt ne quod vl
tra expetere poſsit quiſquam?his igitur atque
alijs huius farinæ bonis recenſitis.
*Beatū dixerūt populum cui hæc ſunt:bea* 18.
*tus populus,cuius dn̄s Deus eius.*
Dixerūt filij alieni:ij ꝓfecto quorū os loqu
tū eſt vanitatē,& dextera eorū dextera iniqui
tatis.dixerūt vani filij hominū, mēdaces filij Pſ.61.v.9.
hominū in ſtateris:vt decipiant ipſi de vanita
in idipſū.ſed quid dixerūt?beatū(inquiūt)po
pulū cui hęc ſūt.hęc quidē dixerūt ſeducti &
ſeductores,ipſa vanitate ſeculi hui⁹ illecti: &
humani ſēſ⁹ appetitu decepti,at ī cōſiliū eorū Gen. 49.a.
non



non venat anima mea:& in cœtu illorum nō
ſit gloria mea.eſt quidē huiuſmodi aſſertio,
à chriſtiana veritate aliena.audi jam de huiuſ
modi falſa beatitudine dn̄m per prophetam
Eſa.3.c. ſuum dicentem:popule meus,qui te beatū di
dicunt:ipſi te decipiunt,& viam greſſuū tuo
rum diſsipant.dic tu etiam quod ſentis rex &
propheta ſancte: qui ſpiritu Dei afflatus, ve
radicere cōſueſti.beatus(inquit)populus cu-
ius dominus Deus eius.Is vere fœlix ait: qui
à domino poſsidetur,& dominus eſt poſſeſ-
ſio illius æterna,qui eſt ſuper omnia benedi-
ctus in ſecula Amen.

EPILOGVS PSALM. 143.

*Benedictus dominus Deus meus,qui docet manus meas ad prælium:& digitos meos ad bellum.*
*Sit ipſe benedictus:qui me in hoc ſeculo præliantem mandata docuit & cōſilia obſeruare:qui*
*que miſericordia mea eſt,refugium,ſuſceptor,liberator,protector,& ſpes mea: qui denique*
*ſubdit paſsiones & appetitus,rationis imperio:atque(ut uerbo concludam)qui mei ſemper curam ge-*
*rit,& omnia interiora mea atque exteriora componit.iam domine quærere iuuat:quid eſt homo quia*
*innotuiſti ei;aut quid filius hominis q, magni æſtimas illum?homo uanitati ſimilis factus eſt;dies eius ſi-*
*cut umbra prætereunt.dixi ſatis,nec eſt quod uanitate & umbra minus dicam.noſti figmentum hominis,*
*qui finxiſti eos:non eſt illis uis ulla aut qua poſsint obſiſtere fortitudo: quamobrem ſi libet: illos facile*
*poteris debellare.inclina cælos & deſcende,tange montes & fac cætera quæ ſequuntur : ut me ab illis*
*eripias,qui me perſequuntur.at hæc altius te acturum fore ſpiritū prophetico uidi:ac mirabilius intel*
*lexi.deſcendes utique à ſinu patris in uterum matris:quum primum tua præueniente gratia priſcorum*
*tetigeris corda patrum,eaq; incenderis in deſideriū tui.quibus tunc fumigantibus,& orationis incenſum*
*de ſe emittentibus:condeſcendes ipſe clemens,benignus,& pius.fulgura prius coruſcationes patriar-*
*charum,deinde ſagittas emitte prophetarum : & excitabis eos.Cumque uenerit plenitudo temporis:*
*emitte manum tuam de alto,eripe me & libera me penè obrutum,de aquis multis inundantium pecca*
*torum,& de poteſtate dæmonum,perindè ac hominum impiorum. qui tametſi filij tui ſint creationis iu*
*re:alienati ſunt tamen ſuperbientes,mendaces,& homicidæ,quorum os loquutum eſt uanitatem:& dex*
*tera eorum:dextera iniquitatis.nam loquuntur inique,& iniquius agunt.hoc fac Deus bone:& canti-*
*cum nouum cantabo tibi inclinanti cælos & deſcendenti.atque decalogi præcepta cuſtodiens : hoc tibi*
*grato concentu pſallam.eia ergo qui das ſalutem regibus , quiq; redemiſti Dauid de gladio malignantis*
*Saul:eſto nunc mihi ſaluator atque redemptor ab horum manu: quorum filij ſicut nouellæ plantationes*
*in iuuentute ſua excreſcunt:filiæ aureo & precioſo cultu compoſitæ & ornatæ incedunt:promptuaria,*
*cibarijs & uinis hinc inde ſpirantibus referta:oues etiam fœtoſæ & abundantes,ac boues craſſæ:urbes*
*domusque munitæ uallo , & menium nulla ruina:atque ciuium pax & alta quies. nempe his duntaxat*
*bonis intēdētes filij alieni:beatum dixerunt populum cui hæc ſunt:at ego nō hunc beatū dixerim,ſed ue*
*re beatus populus dicendus eſt:cuius dominus Deus eius.te igitur laudabo & exaltabo domine , q, non*
*ſit alius Deus præter te,nec aliud ſummum bonum:quod facere poſsit hominem eſſe beatum.*

PSALM. 144.

*EXALTABO te Deus meus*
*rex:& benedicam nomini tuo in*
*ſeculum,& in ſeculum ſeculi.*
Quatuor duntaxat pſalmi (vti beato Hie-
Par.2.trac. ronymo placet)ſecundùm ordinem hebreo-
5. epiſt. 61. rum incipiunt elementorum. triceſimus ſex-
ad paulam tus videlicet , centeſimus decimus , centeſi-
vrbicam. mus decimus octauus , & is centeſimus qua-
drageſimus quartus. cuius titulus eſt, lauda-
tio ipſi Dauid:eò ꝙ totus(veluti in ſcopum)
feratur in Dei laudē. ipſum quippe magnum
& laudabilem nimis prædicat,& cuius magni
tudinis nō ſit finis;potentiſsimū etiā atq; mag
nificum,glorioſum ſanctum, mirabiliū ac ter
ribilium conditorem. necnō benigniſsimum
ſuauem exorabilemq; iuſtum ac miſericordē
manſuetum atq; omnibus tractabilē:cuius mi
ſerationes omnia excellunt opera , regnumq;
eius glorioſum & æternū. ꝙq; monarcha ſit,
vbi vbi gentium imperans:in promiſsionibus
fidelis & verax,& recte ſemper agens.eſtque
ſubeniens omnibus:atq; omne animal manus
ſuæ largiſsima benedictione complens. volū
tatem demum timentium ſe faciens,& depre
cationem illorum exaudiens,ipſosque cuſto-
diens,ſaluans,pręmians,& coronans:atq; è di
uerſo diſperdens & puniēs peccatores.ait er
go exaltabo in his omnibus te Deus meus
qui me creaſti:& rex qui me dirigis & guber
nas : atque laudem dicam nomini tuo , dum
hanc miſeram ſed tranſituram vixero vitam:
& futuram æternum permanſuram.
*Per ſingulos dies benedicam tibi,& lau-* 2.
*dabo nomen tuum:in ſeculum , & in ſe-*
*culum ſeculi.*
Non ſolùm cum læta aduenerit dies aut
ſerena,quando lux arriſerit proſperitatis:ve-
rùm etiam quum nubila rigida ſcatens triſti-
bus atque aduerſis : abſque vllo diſcrimine
diebus ſingulis ( vtcunque mihi eueniat )

benedicam tibi.nec enim is ſum de quo antè
Pſ.48.v.19. dixeram:confitebitur tibi quum benefeceris
ei.noui quidẽ illud totius ſolatij carmen,quo
in hac lachrimarum valle anguſtia preſſus,no
men tuum laudare queam,dicens cum patien
Iob.1.d. tiſsimo Iob:dñs dedit,dñs abſtulit, ſicut do-
mino placuit ita factum eſt:ſit nomen domi-
ni benedictum. nec etiam à laude quieſcam:
quũ clariſsima illa fulſerit dies in atrijs tuis,
cui nulla ſuccedet nox: quin laudabo potius
ſine intermiſsione cum cæteris cõciuibus:ꝙ
non ſint quæ tunc præpediant vel tantillum
Cant.2.c. obſiſtant.iam enim hiems tranſijt,imber abijt
& receſsit:& omni loco & tempore tunc ſup
petet materia laudis.

3. *Magnus dñs, & laudabilis nimis: &*
*magnitudinis eius non eſt finis.*

Quæ vox?quæ poterit lingua retexere:quã
magnus ſit dominus ac per hoc quam lauda-
bilis?forte laudis eius præconia exordiri po
teris : finire nuſquam. eſt quidem laudabilis
nimis,& magnitudinis eius nõ eſt finis.tu in-
cipe, ſic tamen laudem toto proſequaris affe
ctu:vt cor tuum non ſubeat vnquam:ꝙ illam
finire poſsis,quia & magnitudinis eius nõ eſt
finis.lauda igitur iterũq; lauda: nec te deter-
reat ab incepto,rei laudabilis magnitudo. tu
Deus meus adiuua imbecillitatem noſtram:
qui omni laude & laudatore maior es.

4. *Generatio & generatio laudabit opera*
*tua: & potentiam tuã pronunciabunt.*

Non deſunt qui quotidie laudent,& gene
ratio præcedens & ſubſequens: mirantur qui
dem omnes,dum opera intuentur. Et perfe-
ctionum tuarum aliquot (quaſi admiratione
abſorti & ſemiuerbij)vtcunque proferunt,
proferentque & pronunciabunt potentiam
primum,quę in primo limine ſeſe offert,qua
creaſti omnia.quid ſtatim?

5. *Magnificẽtiam gloriæ ſanctitatis tuæ lo*
*quentur: & mirabilia tua narrabunt.*

Ecce ſecundo loco prædicabunt,quam ma
gnificę glorioſus ſis & ſanctus,quam diues in
miſericordia,& in iuſtitia rectus. tu quidem
es omnium diuitiarum abũdans cumulo: qui
bonorum meorum nõ eges.tu etiam ſanctus,
qui iuſtificas impium:ſanctum efficis & coro
nas.hoc profecto mirabile eſt, nec inter mira
bilia tua infimum : vt illud pudeat enarrare.
Sequitur.

6. *Virtutem terribilium tuorum dicent: &*
*magnitudinem tuam narrabunt.*

Legi ſanctum euãgelium tuum:minasq; &
quos incutis timores,expaueſcens conſidera
ui. Et nimis conturbor, dum cuidam debi-
tori audio te dicentem ; amen dico tibi non
exies inde:donec reddas nouiſsimum quadrã Mat.5.d.
rem.at magnifica largitatis tuæ indulgentia:
reaſſumo vires,ꝙ apud Lucam Simoni de te
dixeris,ꝙ duo debitores erant cuidam fœne Luc.7.f.
ratori,vnus debebat denarios quingentos &
alius quinquaginta.et non habentibus illis vn
de redderent:donauit vtriſque.dixiq; tunc a
pud me tacitus.domine iure laudatores tui v
trunque demirati:& virtutem terribiliũ tuo
rum dicent, & magnitudinem tuam narra-
bunt.hac illicis ad te venientes: illa vero ex-
hortaris & corrigis errantes. audi iam nunc
qui hæc legis , prophetam diuinæ bonitatis
exuberantiam breui compendio recenſentẽ.
Sequitur.

*Memoriã abũdantiæ ſuauitatis tuæ eru* 7.
*ctabunt, & iuſtitia tua exultabunt.*

Eructet vel ex multis vnus isque apoſtolus
Chriſti Paulus,memoriam abundantiæ ſuaui
tatis,illius qua humanum genus euſque pro-
ſequutus eſt. Deus:ꝙ miſit filium ſuum factũ
ex muliere,factum ſub lege: vt eos qui ſub le Gal.4.a.
ge erant redimeret,vtique in cruce moriens.
eramus(inquit apoſtolus) aliquãdo & nos in Tim.3.a.
ſipientes & increduli errantes &c.cum autẽ
benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris
noſtri Dei:non ex operibus iuſtitiæ quæ feci
mus nos,ſed ſecundùm ſuam miſericordiã ſal
uos nos fecit, per lauachrum regenerationis
& renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit
in nos abunde,per Ieſum Chriſtum ſaluatorẽ
noſtrum.iterumq; alter eructans ait:ſic Deus Ioan.3.b.
dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum
daret.& rurſus:videte qualem charitatem de Ioan.3.a.
dit nobis pater: vt filij Dei de nominemur &
ſimus.hanc ergo eructent fideles omnes me-
moriã abũdantię ſuauitatis,hanc altiſſona vo
ce prædicent.diſcant primũ audiantque,& in
propriæ mentis ventrem traijciant hoc ver- Pſ.44.ve.1.
bum bonũ:quod charitatis igne decoctũ op-
timeque digeſtum, cæteris eructare poſsint
gaudentes,ꝙ vbi abũdauit delictũ: ſuper abũ Rom.5.d.
dauit & gratia.vt ſicut regnauit peccatum in
mortem:ita & gratia regnet per iuſtitiam. &
hæc iuſtitia:vt qui in ligno vincebat, in lig-
no quoq; victus ſit:per Chriſtum dominum
noſtrum. Sequitur.

*Miſerator & miſericors dñs: patiens &* 8.
*multum miſericors.*

Natura quidem miſericors eſt , & miſera-
tor actu.quod exponens ſubdit patiens ideſt
longanimis & infinitè miſericors.qui & miſe
rũ miſeratus hominẽ quæſiuit errantẽ:ipſum
q; eduxit de lacu miſeriæ & de luto fæcis.& Pſ.39.v.2.
quem fæcit ſui compotem poſuitq; in manu Eccl.15.c.
conſilij ſui:ipſum ex miſericordia pręueniẽs,
expectat



expectat ad pœnitẽtiã. audi iam apoſtolũ(in
ea quæ ad Romanos eſt epiſtola) memoriam
abundantiæ diuinæ ſuauitatis eructantem &
diuina ſimul iuſtitia exultãtem,atq; illius mi
ſericordiam & longanimitatem miris præco
Rom.2.a. nijs efferentẽ.an diuitias (inquit ò homo) bo
nitatis eius & patiẽtię & lõganimitatis cõtẽ
nis?ignoras qm benignitas Dei ad pœnitẽtiã
te adducit?ſecundũ autẽ duritiam tuã, & im-
penitens cor:theſaurizas tibi iram in die iræ,
& reuelationis iuſti iudicij Dei,qui reddet v-
nicuiq; ſecundũ opera eius &c. ac ſi dicat a-
pertius,non te pudet ignorans,inſipiẽs, & cę
cutiens homo:ꝙ cum Deus (diues in miſeri-
cordia)tibi diuitiarum ſuarũ theſaurum offe
rat,quo diteſcas:tu contemptor illarũ,carbo
nes congeras ſuper caput tuũ,ad propriæ cũ
mulum damnationis?certe qui de longanimi
tate Dei aceruũ congregare poteras gratiæ
Acto.10.c. & meritorum:theſaurizas tibi iram in diẽ irę.
neque exiſtimes,ꝙ acceptor perſonarum ſit
Sap.11.d. Deus:audi ſapientem ſapienter dominũ allo-
quentẽ:miſereris(inquit)omniũ, quia omnia
potes:& diſsimulas peccata hominũ propter
pœnitentiam.diligis enim omnia quę ſunt: &
nihil eorũ odiſti quæ feciſti.quod nunc pſal-
mographus innuens ſubiungit:

9. *Suauis dñs vniuerſis: & miſerationes e-*
*ius ſuper omnia opera eius.*

Creaturis omnibus,intellectualibus maxi-
mè:ſuauis eſt dñs & benignus.quinimo miſe-
rationũ ſuarũ nullũ opus eius eſt expers.quip
pe qui ad ea omnia ſe extendit ſumma bonita
Sap.8.a. te,quę ſumma ſapientia condidit opera.attin
git nanque à fine vſq; ad finem fortiter:& di
ſponit omnia ſuauiter.cum ergo tu opus ma
nuũ ſuarum ſis:ad te quoq; peruenient miſe-
rationes eius.caue tamen opera tua mala, ne
Eſa.27.c. velut obex ſint & murus.non eſt enim popu
lus ſapiens(ait Eſaias)propterea non miſere-
bitur eius qui fecit eum: & qui formauit eũ,
non parcet ei.ꝙ ſi ita res habet.

10. *Confiteantur tibi dñe omnia opera tua:*
*& ſancti tui benedicant tibi.*

Quòd ſi rerum omniũ viſibilium & inuiſi
biliũ vniuerſitati ſuauis eſt dñs,& miſeratio-
nes eius ita in omnia opera eius confluunt, vt
vnũquodq; illorum ſit huius diuini muneris
particeps,nec vllo poſsit pacto dici, à diuina
miſeratione alienum: æquũ eſt & rationi con
ſentaneum,cõmuni concentu ſimul omnia be
nefico conditori ſuo laudẽ tribuant,laudesq;
illi decantent:ea potiſsimum quæ & intelle-
ctu vigent,& ſanctitate pollent. quales ſunt
angeli & iuſti homines,qui non ſolùm à Deo
accepiſſe gaudent ꝙ ſint:verùm etiam ꝙ be-
ne ꝙ boni ꝙ ſancti ſint:benedicant ipſi à dño
benedicti : dicantq; Epheſijs ſcribens Paulus: Ephe.1.a.
benedictus Deus & pater dñi noſtri Ieſu Chri
ſti, qui benedixit nos in omni benedictione
ſpirituali in cæleſtibus in Chriſto:ſicut elegit
nos in ipſo ante mundi conſtitutionẽ, vt eſſe
mus ſancti & immaculati &c. Confiteantur
igitur rerum omnium conditori omnia ope-
ra eius:quandoquidẽ nihil eſt quod nõ ſit cõ
templanti materia laudis.& ſanctum ſanctõ-
rum benedicant ſancti,cu gaudio gratias agẽ
tes Deo & patri: ( qui iuxta verbũ apoſtoli) Colo.1.b.
dignos eos fecit in partẽ ſortis ſanctorum in
lumine:quiq; eripuit eos de poteſtate tenebra
rum & tranſtulit in regnum filij dilectionis
ſuæ &c.Sequitur.

*Gloriam regni tui dicent : & potentiam* 11.
*tuam loquentur.*

Veridici præcones erunt (ait diuinus va-
tes)& ad gloriam regni tui dicent hæc & his
ſimilia.ò quã glorioſum eſt regnum, in quo
cum Chriſto regnant omnes ſancti &c:& vbi
ſtatus eſt omnium bonorũ aggregatione per
fectus.et potentiam tuã loquentur,qua nullũ
malum impunitum relinquis,nec bonum vllũ
irremuneratum.nempe dicent,quam glorio-
ſus ſis in ſanctis tuis:& quam in damnandis re
probis,fortis & potens & iuſtus. hoc autem
ad conuerſionẽ gentiũ prædicabunt.

*Vt notam faciant filijs hominum poten-* 12.
*tiam tuam: & gloriam magnificentiæ re*
*gni tui.*

Deus enim illis manifeſtauit,vtiq; homini
bus(ait Paulus.)inuiſibilia enim ipſius à crea Ro.1.c.
tura mũdi,per ea quæ facta ſunt intellecta cõ
ſpiciuntur:ſempiterna quoq; eius virtus & di
uinitas.ex his quidem viſis inferioribus tam
pulchris & ordinatis,nõ inefficax interdum
ſumunt homines argumentum:vt ad magnitu
dinem potentiæ tuæ,& ſuperni regni tui glo
riam.pulchritudinẽ & decorẽ,quaſi per quoſ
dam contẽplationis gradus aſcendant:& inui
ſibilia tua ſpeculentur atq;pro humano cap-
tu ex his creatis agnoſcãt qui qualis aut quã
tus ſis,vt notam faciant filijs hominũ poten
tiam tuã,& gloriam magnificentiæ regni tui.
omitto ꝙ hæc per reuelationem atq; interio
ra documenta melius didicerunt.Sequitur.

*Regnum tuum , regnum omnium ſeculo-* 13.
*rum: & dominatio tua, in omni genera-*
*tione & generationem.*

Aeternum eſt regnum tuum & immutabi-
le.non quidem tranſitorium eſt, nec à rege
transfertur in regem,quin dominium tuũ po
tius perpetuò durabit. dominaris nanq; huic Pſ.101.v.25

 præte-

prætereunti generationi,& futurę permanēti
dominaberis in æternum:nec vllus regni tui
erit finis.tu etiam dñe in ęternum permanes,
ſemper idem ipſe es:& anni tui non deficiēt.
Cum ergo rex indeficiens ſis,& tuum regnū
ſtabiliter perſeueret:recte tibi dicitur,regnū
tuū:regnum omnium ſeculorum. ſic etenim
per ſe & prophetas ſuos futurum regnum ſuū
æternum,atque electis ſuis ſe in omnibus cō
ſulturum proſpecturumq; vti verus rex & pa
ter non ſemel promiſit Deus:vos ſcrutamini
Num,23.c. ſcripturas.& ſcriptum eſt:non eſt Deus qua-
ſi homo vt mentiatur: nec vt filius hominis
vt mutetur.dixit ergo & nō faciet? loquutus
eſt,& nō implebit?abſit hoc à Deo veraci.

14. *Fidelis dñs in omnibus verbis ſuis: & ſan*
*ctus in omnibus operibus ſuis.*

Vide quam verax & fidelis ſit dñs in pro-
miſsis:ꝙ iota vnum aut vnus apex non præ-
Mat.5.b. teribit à lege:donec omnia fiant.quæ proce-
Pſ.88.v.34 dunt de labijs meis (iſdē dñs ait)nō faciā irri
Luc.21.f. ta. iterumq;: ex euangelio clamat, cælum &
terra tranſibunt;verba autem mea non tranſi
bunt.ꝙ ſi opera diuina intuearis: omnia com
peries ſancta,nec in eis quicquam reprehen-
ſione dignum inuenies.quid eſt obſecro in di
uinis operibus aut verbis: quod nō redoleat
rectitudinē,veritatem,fidem,iuſtitiā,& om-
nem deniq; ſanctitatem?quia rectum eſt ver
Pſ.32.ve.4 bum dñi(vt alibi iſdem ait pſaltes) & omnia
opera eius in fide.conuertere nunc (precor)
ad quotidiana quæ exhibet beneficia.

15. *Alleuat dñs omnes qui corruunt: & eri-*
*git omnes eliſos.*

Corruunt illi interdum:quorum pene mo-
Pſ. 72.v. 2. ti ſunt pedes & penè effuſi ſunt greſſus,vt de
cidant & labantur in peccatum. hos iam va-
cillantes alleuat dñs ex miſericordia, ne ca-
dant.Rei huius optime conſcius erat rex ip-
ſe Dauid ſanctus qui huiuſmodi teſtimoniū
Pſ.93.v.17. perhibet dicens:niſi quia dñs adiuuit me:pau
lo minus habitaſſet in inferno anima mea. ſi
dicebā motus eſt pes meus: miſericordia tua
dñe adiuuabat me.eos itidem qui iam prolap
ſi ſunt & ex toto corruerunt:erigit ipſe pius
miſericors & benignus, vt à peccato reſur-
gant,& conualeſcant ad gratiam. hos igitur
& illos, qui corruūt ſcilicet atque iam eliſos
(niſi ipſi obicem ponant & renitantur:)adiu
uat dñs quantū eſt ex ſe,ne pereant. ꝙ ſi cor
ruentium nomine & eliſorum:humiles & cor
de contritos,vere(inquam)pœnitentes,& ſe
ſaucios agnoſcentes intelligas:non erit adul-
terinus ſenſus,iuxta id quod de dño ſcriptū
Iob.5.c. eſt,in libro Iob.qui ponit(inquit) humiles in
ſublime:& merētes erigit ſoſpitate. Sequit.

*Oculi omnium in te ſperant domine: &* 16.
*tu das eſcā illorū in tempore opportuno.*

O mira dñi prouidentia:qui(iuxta cuiusq;
genus indigentiam & vtilitatem)victū omni
bus opportuno tēpore ſubminiſtrat?his qui-
dem quaſi carnalibus materialem & cōmunē
cibum:illis vero perfectioribus,ſubtiliorem
& ſpiritalem.his etiam quaſi infantulis inci-
pientibus(ſi dixerim)& in doctrina fidei ad-
huc tenellis aut infirmis,lac & olera cæteraq;
id genus cibaria tenuiora:illis autem proue-
ctioribus ſolidiora præſtat eò ꝙ iam digeri
poſsint:& digeſta robur atque vires augeat
perfectorum.cumq; id innato ſuaſu naturæ
ipſoq; inſtinctu,(vel quod rationalium eſt &
intellectu vigentium) fide ipſa ingeſtum ſit:
hinc eſt(ait propheta ſanctus)ꝙ oculi omniū
animalium in te ſperant dñe, & tu das eſcam
illis aptam & competentem,in tempore op
portuno.dixi opportuno. quam ſi quandoq;
differre videris:ſcio ꝙ ad vtilitatem differs.
quia ita ſit expdiens ſperanti & poſtulanti.
Sequitur.

*Aperis tu manum tuam: & imples om* 17.
*ne animal benedictione.*

Miſericors & potens es dñe;diues in om-
nes & magnificę largitatis.claudunt parci ho
mines manum atq; auari:tu autem ſic aperis
prouidentiæ ac beneficentiæ tuæ manum: vt
benedictionem largiter in omnes profunde-
re videaris.quemadmodum & ſolem tuū ori
ri facis ſuper bonos & malos:faciſq; vt pluat Mat. 5.g.
ſuper iuſtos & iniuſtos.cæterū non eſt ꝙ am
plius vel de miſericordiæ abundantiſsima ꝓ
fuſione: vel de iuſtitiæ rectitudine aut ſancti
tate, cæteriſq; diuinæ maieſtatis virtutibus
diſputemus.

*Iuſtus dñs,in omnibus vijs ſuis: & ſan-* 18.
*ctus,in omnibus operibus ſuis.*

Sit hoc(ſi quod poteſt)diuinarum laudum
compendium:ꝙ in omnibus iuſtus & ſanctus
eſt dñs.ſiue hac ſiue illac tēdat, hoc vel illud
faciat:hoc ipſo quod facit, iuſte & ſanctè fa-
cit.nam vt alibi iſdem pſaltes ait: iuſtitię dñi Pſ.18.ve.9.
rectę,& iudicia dñi vera:iuſtificata in ſemet
ipſa.atqui via qua graditur Deus:iuſta eſt.&
illud quod operatur opus: iuſtū & iuſte atq;
ſanctum & ſanctè ſemper agit. nec in re tam
peruia immorari libet.Sequitur.

*Prope eſt dñs omnibus inuocātibus eum:*
*omnibus inuocantibus eum in veritate.* 19.

Dicat Eſaias, quam prope ſit dominus per Eſa.58.c.
exauditionis clementiam.tunc inuocabis (in
quit)& dominus exaudiet te:clamabis,& di-
cet:ecce adſum.attende tamen quibus pręſto
ſit



ſit.omnibus(ait)inuocantibus eum in verita
te,nō quidem in vanitate. is profecto Deum
in vanitate inuocat:qui propter cōmoda dun
taxat huius ſeculi vana & caduca (quæ me-
ritò ſiliquæ dicuntur, ſi conferantur æter-
nis) Deum interpellat.ſic igitur inuoca Deū:
ꝙ Deum primo,non aliud à Deo quærere vi
dearis,vt illū inuoces in veritate.inuoca etiā
illum laudās:& te ipſum accuſans.ne ſi ſecus:
Pſ.30.v.22 loquaris aduerſus iuſtum iniquitatem, in ſu-
perbia & in abuſione:& de te præſumens, il-
lum inuoces in vanitate.Sequitur.

*Voluntatem timentium ſe faciet, & de-*
20. *precationem eorum exaudiet: & ſaluos*
*faciet eos.*

Ita eſt ſane. nec rei huius teſtimonia ad-
ducere oportet.quandoquidem his tota ſcri-
ptura abundare viſa ſit. an non legiſti diuinū
illud ac præclarum facinus, quando loquen-
Ioſue.10.c. te Ioſue domino & dicente:ſol contra gabaō
ne mouearis:ſtetit ſol in medio cæli, & non
feſtinauit occumbere ſpacio vnius diei, &(ſi
cut ſcriptum eſt)non fuit antea & poſtea tam
longa dies,obediente domino voci hominis?
quid Moſem referam, ad cuius deprecatio-
nem,aperiēs terra os ſuū deglutiuit iniquos?
quid heliam,heliſeum,Petrum,Paulum,cæte
roſque noui & veteris teſtamenti patres, ti-
mentes Deum:quorum voluntatem dominū
feciſſe & exaudiſſe deprecationem, demum
q; illos à peccatorum periculis illęſos ſeruaſ-
ſe legimus?porro ſemper illi curę fuit: vt ſal-
uos faciat timentes ſe, timore caſto & filiali.
Sequitur.

*Cuſtodiet dñs omnes diligentes ſe, & om* 21.
*nes peccatores diſperdet.*

Quippe ſuauis eſt ſimul & ſeuerus domi-
nus:qui ſe diligentes ſeruat,& à malo prote-
git.è diuerſo autem peccatores impœnitētes
et obduratos,atque in peccato ad mortē vſq;
perſeuerantes:in tenebras exteriores æternis
ignibus cruciandos abire iubebit. quamobrē.

*Laudationem domini loquetur os meum,* 22.
*& benedicat omnis caro nomini ſancto*
*eius: in ſeculum & in ſeculum ſeculi.*

Probe intentum pſalmographus intulit ex
præmiſsis.ecce(inquit)in promptu eſt:ſuppe
titq; materia laudis. ego quidem præcentor
ero,totus ſtatim concinat orbis, & ſeſe illius
effundat in laudem.ſit præcipuus maximuſq;
laudator homo,cui potiora in dies cōfert, &
ſemper cōtulit beneficia Deus:benedicat no-
mini ſancto eius in ęternum,cui ſit gloria per
infinita ſeculorum ſecula Amen.

EPILOGVS PSALM. 144.

E*xaltabo te Deus meus rex &c.Te omni tempore benedicam,q, ſis infinitè magnus & laudabilis*
*nimis.generatio quæ præterijt & quæ adueniet generatio:potentiam tuā qua creaſti omnia præ*
*dicabunt,deinde magnificentiam,ſanctitatem,quam terribilis ſis,quam magnificus, quā bonus, ſua*
*uis,iuſtus,miſerator,& miſericors,patiens,longanimiſq;:& ſic laudantes pro uirili portione diſ-*
*current.nēpe ſuauis eſt dominus uniuerſis:& miſerationes eius,ſuper omnia opera eius. æquum eſt igi*
*tur,ſint omnia opera tua,intellectuali naturæ materia laudis:& ſancti tui benedicant tibi.gloriam reg*
*ni tui dicent,qui aut uiderunt,aut audierunt,& fide perceperunt:ut notam faciant filijs hominum(pro*
*captu)potentiam,gloriam,& magnificentiam regni tui,quod utique æternum eſt,& perpetuo duratu*
*rum.ò quam fidelis & uerax eſt in promiſsis Deus,quam in omnibas operibus ſanctus?qui alleuat nutā*
*tes ne cadant,erigitq; eos qui iam prolapſi corruerunt.quid tuam prouidentiam referam?hoc unum ſit*
*ſatis:q, oculi omnium in te ſperant domine,& tu cuiq; cibum congruentem(iuxta genus ſuum) oppor-*
*tuno tempore præbes.non eſt quo tuam nunc recenſeam largitantem:qui manum aperis,& imples om*
*ne animal benedictione.ſit hæc concluſio uera:q, iuſtus dominus in omnibus uijs ſuis:& ſanctus in omni*
*bus operibus ſuis.iuſte & ſancte cogitat,iuſtè & ſanctè agit,iuſtè & ſanctè punit præmiatq;.quicquid*
*deniq; facit:eo ipſo iuſtum & ſanctum eſt,ac recte factum.præſto etiā eſt dñs omnibus inuocantibus eum*
*in ueritate,non ficte,non tepide,aut oſcitanter:ſed uere & ad ueritatem,non autē ad uanitatem.horum*
*quidem timentium eum,non tumentium ſed humilium,faciet uoluntatem,eoſq; exaudiet deprecātes, &*
*ſaluos faciet eos.audi iam compēdium.cuſtodit dominus omnes diligētes ſe:& omnes peccatores diſper*
*det,ſi in peccato permanſerint obſtinati.quo circa laudationem domini loquetur os meum &c.*

PSALM. 145.

*LAVDA anima mea do*
*minum, laudabo dominum*
*in vita mea:pſallā Deo meo*
*quam diu fuero.*

Huius pſalmi titulus eſt,alleluya,quod ſo-
nat:laudate Deum,eò ꝙ in hoc & quinque ſe
quentibus pſalmis: pſalmographus ſe ipſum
et fideles omnes in Dei laudem excitare ve-
lit,à quo ſolo ſalus et cuncta bona procedūt.
ſecum igitur habitans atque accepta beneficia
& quæ futura ſperat mente reuoluens: pro-
priam animam alloquitur dicens: lauda ani-
ma mea dominum &c.lauda ꝙ ex nihilo ad
imaginem et ſimilitudinem ſuā creauit te:ꝙ
ſuę cognitionis fecit participē, ꝙ redemit,ꝙ
docet,inſtruit & gubernat.per ſingula dem-
q; ſi potes diſcurre dona:& ipſum lauda.quid
torpes

torpes:& oſcitabunda dormitas ingrata? ex-
pergiſcere et lauda.at ipſa quaſi euigilans ait:
laudabo dominum in huius vitæ mortalis pe
regrinatione:dum hos rexere corporis artus.
pſallam etiã Deo meo ſine intermiſsione quã
diu fuero.perpetuò quidẽ ero: & fruar Deo
meo(vt ſpero)in vita beata.illi vtiq; fido re-
gi ſeculorum immortali & inuiſibili non ho-
mini quantumuis præcellenti:qui nec ſibi nec
alijs veram poteſt conferre ſalutem.experto
credite vos mortales:ad quos iam noſter di-
rigitur ſermo.attendite ne ſeducamini.

2. *Nolite cõfidere in principibus: in filijs ho-*
*minum,in quibus non eſt ſalus.*

Ne innitamini baculis arundineis & cõfra
ctis:aut (ſi dixerim)fragilibus iuncis. nonne
principes ipſi mortales etiam homines ſunt:
et filij hominum,quibus nulla vel aduentitia
ſalus eſt,non innata?eſt quidem veræ ſalutis
autor Deus:in quo vno,ſpem veſtram figere
debeatis.is etenim immortalis eſt, & immor
talitatis ipſe largitor.non vt homo:cuius vi-
ta,cogitationes,& actus,intercidũtur morte.

3. *Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in ter*
*ram ſuam:in illa die peribunt omnes cogi*
*tationes eorum.*

Hic ſingularis numerus pro plurali ponitur.
ſint homines quantumuis excelſi,& ſuperbia
aut furore ſuccenſi,cæteris,mortes,damna &
tormenta minentur, hæc vel illa ſe facturos
cogitent,ſtatuant,& proponant, vt offendãt
vel defendant: nolite eiuſmodi confidere,ho
mines enim ſunt,& obnoxij morti. velint no
lint & pro viribus renitantur: exibit ſpiritus,
Gen.3.d. & gelidũ corpus reuertetur in terram de qua
ſumptum eſt:et tunc omnes cogitationes eo
rum diſsipabuntur.audite quid Iacobus apo-
Iaco.4.d. ſtolus hiſce dicat hominibus.ecce nunc (ait)
qui dicitis,hodie aut craſtino ibimus in illam
ciuitatẽ,& faciem⁹ ibi quidẽ annũ,& mercabi
mur,et luchrũ faciemus:qui ignoratis quid e
rit in craſtinũ.quę eſt enim vita veſtra? vapor
eſt ad modicum parens &c.fugite ergo mor
Hier. 17. a. tales maledictum illud apud Hieremiam,ma-
ledictus (ait) homo qui confidit in homine.
at contra benedictus qui confidit in dño, et
erit dñs fiducia eius.Sequitur.

4. *Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius,ſpes*
*eius in domino Deo ipſius: qui fecit cælũ*
*& terrã mare,et omnia quæ in eis ſunt.*

Ille ergo beatus cenſendus eſt in ſpe: qui
Gen.28. poſuit Deum adiutorẽ ſuum,illi ſe ipſum de-
uouens in peregrinatione, colluctatione, &
militia ſeculi huius:vti patriarcham illum Ia-
Gen.32.f. cob feciſſe legimus,quem benedixit dñs atq;
ex ſupplantatore Iſraelem fecit & appellauit.
nec ſecus nunc etiam fiet tibi,ſi ſpem tuam fi
xeris in dominum Deum tuum,qui fecit cæ
lum & terrã mare,et omnia quæ in eis ſunt.
eſt quidem omnipotens,ſtabilis atq; æternũ
viuens,ꝙ ſi ad ſummã bonitatem, pietatem,
iuſtitiam,miſericordiam,& charitatem illius
attendas:miraberis profectò, ſi per ſingula
quæque diſcurras: & te totum in illum pro-
ijcies.Sequitur.

*Qui cuſtodit veritatem in ſeculum, facit* 5.
*iudicium iniuriam patientibus: dat eſcam*
*eſurientibus.*

Eſt fidelis & verax dominus,promiſsiones
ſuas ſemper adimplens, nec ab oris ſui verbo
cadens,aut deficiens vnquam. omni etiam iu
ſtitia & æquitate pollens: qui pro oppreſsis
iniuſtè,iuſtiſsimè iudicat contra oppreſſores,
de illis debitam vindictam ſumens. eſt etiam
adeò bonus & pius:vt materialem cibum &
ſpiritalem eſurientibus(iuxta illorum indigẽ
tiam)opportunè ſumminiſtrat.quippe his vi
ctum quotidianum:illis verò qui eſuriunt &
ſitiunt iuſtitiam, gratiam cõfert iuſtificantẽ. Mat. 5.a.
dimittit etiam verè pœnitentibus errata,ſol-
uit peccatorum vinculis alligatos:et quos vi
det veræ agnitionis lumine orbatos illuſtrat:
vt greſſus dirigant in viã ſalutis æternę.quod
ſubdit dicens.

*Dominus ſoluit compeditos: dominus il-* 6.
*luminat cæcos.*

Compediti ſunt,et horrẽdo carcere detru
ſi,peccatores.ij tamẽ ſoluuntur à dño:quum
ruptis peccatorũ nexibus(quibus veluti qui-
buſdã duris ac ferreis pedicis præpediti ante
detinebantur)iam Dei gratia vitã nouam in-
choantes recta gradiuntur via, in diuinorum
obſeruantia præceptorum. cæci quidem erãt
& paſsim offendentes ac ceſpitantes. at diui-
no percepto lumine: mandata ſeruare & vita
re peccatum,declinate à malo & bonum face
re,didicerũt.Sequitur.

*Dñs erigit eliſos: dñs diligit iuſtos.* 7.

Vtrunque munus Dei eſt, prolapſos enim
in peccatum ac pene confractos erigit Deus,
tum maximè:quum ipſos in ſuæ humilitatis
puluere iacentes,& illinc ad eum ſupplices vi
derit proclamantes.hos quidem iuſtificat, &
ex nimia diligit charitate. quippe qui cor cõ Pſ.50.ve.18
tritum & humiliatum non deſpicit vnquam.
adde inſuper.

*Dñs cuſtodit aduenas, pupillũ & viduã* 8.
*ſuſcipiet: & vias peccatorum diſperdet.*

Gentes olim diſperſæ,& varijs ſuperſtitio
nibus vacantes,nec deum verum colentes:ad
uenæ fuerunt,quum primum ad eccleſiæ vni
tatem & veræ fidei agnitionem conuenerũt.
at



at vbi qui longè erãt facti ſunt prope in ſan-
guine Chriſti,habentes acceſſum cum pecu-
liari plebe ambo in vno ſpiritu ad patrem,vti
in fide & charitate radicati & fundati, quos
Eph.2.c. ita apoſtolus Paulus alloquitur,dicens: ergo
iam non eſtis hoſpites & aduenę,ſed eſtis ci-
ues ſanctorum & domeſtici Dei &c: nempe
hos cuſtodit aduenas,pupillum etiam homi-
nem & viduam animam vocat,omni humana
ope deſtitutos:qui cum eodem pſalte dicere
poſsint:pater meus & mater mea dereliquę-
runt me,dominus autem aſſumpſit me. nimi
rum hos ad ſe venientes ſuſcipit atque fouet
dominus:ꝙ ipſius auxilio non principum &
filiorum hominum innitantur: quòdq; via re
cta ſalutem exquirant: à vero ſalutis autore
Deo.at contra,vias peccatorum diſperdet:ꝙ
tortuoſæ ſint, & eorum cogitationes vanæ
operaq; peruerſa.gaude igitur & lætare Sion
ſancta:quæ nunc per fidem Deum tuum con
templaris.exulta ſatis fœlix eccleſia, tanti re
gis protectione ſuffulta.

*Regnabit dñs in ſecula,Deus tuus Siõ: in* 9.
*omni generatione & generationem.*

Rex tuus æternus eſt: & tu perpetuum eris
illi regnum.non eſt ꝙ illius caſum aut tuum
verearis.dominus enim regit te: & nihil tibi Pſ.22.v.1.
deerit. ecce poteſtas eius poteſtas æterna
quæ non auferetur: & regnum eius quod nõ Dan.7.c.
corrumpetur. ſit ipſe benedictus in ſecula A-
men.

EPILOGVS PSALM 145.

*Lauda anima mea dominum.ad te primum dirigitur exhortatio ò anima mea: deinde ad*
*uos mortales.laudabo dominum(inquis)in uita mea, pſallam Deo meo quandiu fuero.*
*certe fideliter,utiliter & ſapienter ages:ſi laudes eum cuius gratia es id quod es. uos*
*etiam homines idipſum agite.& nolite confidere in filijs hominum, qui nec ſe nec alios*
*poſſunt ſaluos facere.an non horum quiſq; homo etiam mortalis eſt,cuius ſpiritus exi-*
*bit à corpore,& reuertetur homo in terram de qua ſumptus eſt,ſimulq; peribunt cogitationes? quam*
*obrem is duntaxat beatus,perinde ac prudens dicendus eſt: qui ſoli Deo fidit fideli adiutori potentiſsi-*
*moq; rerum omnium conditori,ueraci ac iuſto ac miſericordi,qui cuſtodit ueritatem &c.ſoluit etiã pec*
*catorum nexibus uinctos:atq; cæcis fidei & gratiæ lumen impertitur.iacentes erigit dominus: ac diligit*
*iuſtos.cuſtodit aduenas,pupillos & uiduas fouet,maloſq; diſperdet. lætare ergo eccleſia Chriſti talem*
*ſortita regem,qui regnabit in æternum.non quieſcas: quin toto cordis conatu illius proſequere laudes.*

PSALM. 146.

*LAVDATE dominũ*
*quoniã bonus eſt pſalmus:*
*Deo noſtro ſit iucunda de-*
*coraq; laudatio.*

Huius etiam titulus eſt al-
leluya ſuperius elucidatus. diuinarum laudũ
rationem pſalmographus proſequutus:multi
plicem materiam laudis adducit in medium,
quo maiorem in Deum excitet affectum.lau
date dominum vos maximè fideles (ait diui-
nus vates)& ſit huius muneris prior & prin-
cipua ratio:quoniam bonus eſt pſalmus. bo-
nus quidem & meritorius:ſi conſonent pſal-
lentium corda,voces & opera. tunc etenim
bonus eſt pſalmus & gratus:cũ manus operã
tis congruit voci pſallentis.nam vt Deo no-
ſtro ſit iucũda decoraq; laudatio: vita pſallan
tis concordi harmonia cohęreat voci pſallen
tis operæprecium eſt. quandoquidem nõ eſt
Eccl.15.c. ſpecioſa laus in ore peccatoris: quia diſcre-
pat à voce manus.porro peccata quæ cõſciẽ
tię faciem deturpant:raucam & ingratam vo
cẽ efficiunt laudatoris.at contra ſi huiuſmo-
Mat.6.c. di facies decora & pœnitentiæ lachrimis lo
ta ſit: iucunda ſit Deo decoraq; laudatio.cu-
ius rei gratia,columbæ & ſponſæ ſuæ eccle-
Cant.2.c. ſiæ ſponſus ipſe in canticis ait Chriſtus: oſtẽ
de mihi faciem tuam. ſonet vox tua in auri-
bus meis: vox enim tua dulcis,& facies tua
decora.moribus igitur & lingua (ait pſaltes)
laudate dominũ & pſallite illi.is etenim pſal-
mus adeo bonus eſt:vt talis Deo noſtro ſit iu
cunda decoraq; laudatio.ponite nunc (obſe-
cro)ob oculos quam magnus & potẽs,quam
beneficus & benignus ſit erga nos dominus:
cuius rei gratia,aliquot ex innumeris eius be
neficijs recenſere libet:quò illa contemplan-
tes,in ipſius laudem feruentiore affectu vos
ipſos totos effundatis.

*Aedificans Ieruſalem dñs: diſperſiones* 2.
*iſraelis congregabit.*

Diſperſi [illegible] in capite
omnium platearum [illegible] ſcilicet &
electi,quibus, [illegible] ex lapidibus, con-
ſtruenda erat eccleſia [illegible] quæ nunc militat atq;
illa quæ triumphat in cęlis,ædificanda.at venit
ſummus architectus ille Chriſtus,ædificatq;
vtranque ſuam Ieruſalem dñs:ex omni gente,
populo,& natione:ſuos conuocat in vnum e-
lectos, qui moriturus venerat pro gente,&
non tantum pro gente:(vt facer ait euangeli
ſta)ſed vt filios Dei qui erant diſperſi,congre Ioan.11.g.
garet in vnum.congregauit igitur,cõgregat,
& congregabit,diſperſiones iſraelis: eorum
ſcilicet

ſcilicet qui nunc per ſpeculum & in enigma-
te fidei, Deum contemplantur: & vitę huius
peracto curſu, faciali intuitione ac beatifica
fruitione: cum plena atque æterna ſecuritate
& pace, Deũ videbunt. Iſrael enim (vt ſępe di
ximus) videns Deũ: & Ieruſalẽ, viſio pacis in
terpretatur, quæ ædificatur, vt ciuitas: & fa-
ctus eſt in pace locus eius. at illam tunſioni-
bus & præſſuris ædificari oportet: vt ſic ex-
politi lapides ſuis coaptentur locis, in æternũ
permãſuri per manum artificis. laudate ergo
dominum, eò ꝙ congregans quem futurum
verum iſraelem ante præuidit: ſapientiſsimũ
architectum agit. laudate etiam ꝙ medicum
& chirurgum agat.

3. *Qui ſanat contritos corde: & alligat con*
*tritiones eorum.*

Medicus animarum noſtrarũ Chriſtus eſt,
Luc.10.f. qui vulnerato approprians: alligauit vulnera
eius, infundens oleum & vinum. quiq; vbi ac-
Luc.4.d cepto libro Eſaiæ legiſſet hæc: ſpiritus domi
Eſa.61, ni ſuper me, eò ꝙ vnxit me, euangelizare pau
peribus miſit me, ſanare contritos corde, præ
dicare captiuis remiſsionem, & cæcis viſum,
dimittere confractos in remiſsionem &c: de
ſe ait, quia hodie impleta eſt ſcriptura in au-
ribus veſtris. ſubiungitq;, vtique diceris mihi
hanc ſimilitudinem. medice cura te ipſum. is
ergo adhibet medicamina afflictis corde, cõ
tritis & humiliatis Et contritiones eorũ, ſa
cramentis & ſcripturarum cõſolationibus ad
motis, alligat ipſe pius benignus & miſeri-
Ezech.18.c cors dominus: qui non vult mortem peccato
ris, ſed vt conuertatur & viuat. Sequitur.

4. *Qui numerat multitudinem ſtellarũ: &*
*omnibus eis nomina vocat.*

Stellas hic ſpiritali ſenſu, vocat electos quo
Phili 4.a. rum nomina ſcripta ſunt in libro vitę. hos qui
Apo.17.c. dẽ omnes nouit numeratq; omniſcius Deus,
& meritorũ diſcernit claritatem: vt iuxta illo
rum qualitatem cuiq; præmium tribuat. nam
alia claritas ſolis alia claritas lunæ, & alia cla
1.Cor.15.f. ritas ſtellarum (ait apoſtolus) ſtella enim à
ſtella differt in claritate: ſic & reſurrectio
mortuorum. atqui non omnes æqua clarita-
Dan.12.b. te fulgebunt. Cum apud Danielem ſcriptum
ſit: qui docti fuerint: fulgebunt quaſi ſplẽdor
firmamenti: & qui ad iuſtitiam erudiunt mul
tos: quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. om
nes igitur ſtellas huiuſmodi numerat præde-
ſtinatorum, eiſque benedictionis nomina im
Mat.25.d. ponit dicens: venite benedicti &c. vocationẽ
aũt hic dicit, ſimplicẽ Dei notitiã vel cogni-
tionem qua cognoſcit futura, quæ nõ ſunt in
Rom.4.c. actu ſicut præſentia. iuxta ſenſum Pauli dicen
tis: vocat ea quæ non ſunt: tanquam ea quæ
ſunt. Sequitur.

*Magnus dominus & magna virtus eius:* 5.
*& ſapientiæ eius non eſt numerus.*

Ex premiſsis optima & fidelis illatio eſt:
quòd magnus eſt dominus quia infinitus,
& infinitæ virtutis ac poteſtatis. nec ſapien
ter omnia numerantis eſt numerus vllus: ipſe
quidẽ eſt portans omnia verbo virtutis ſuæ, Heb.1.a.
quã Iob demiratus ait, quis poteſt facere mũ Iob.14.a.
dum de immundo conceptum ſemine. nonne
tu qui ſolus es? ſolius quippe diuinæ virtutis
eſt: impium iuſtificare, prędeſtinatorum mul
titudinem dinumerare: in vnumque cõgrega
re diſperſos. nec id efficere poteſt humana an
gelicavè ſapiẽtia, quæ numero clauditur: hoc
etenim diuini numinis eſt opus, cuius magna
virtus, & ſapientię illius nõ eſt numerus. Seq.

*Suſcipiens manſuetos dominus: humiliãs* 6.
*aũt peccatores, vſque ad terram.*

Laudate igitur dominũ, qui miram virtu-
tẽ eius & innumerabilem pro viribus contẽ-
plamini ſapientiam. humiles eſtote, nolite al-
tum ſapere ſuperbientes, ſed timete: verba a- Rom.11.c.
poſtoli ſunt Romanos cõmonentis. ꝙ ſi quid
inſcrutabile occurrat: cum manſuetudine ſuſ-
cipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare a Iac.1.d.
nimas veſtras. nolite (inquam) extollere in al
tũ cornu veſtrum. nolite loqui aduerſus Deũ
iniquitatem deficientes in ſcrutinio, quaſi in
dignabũdi: quin laudate potius ꝙ cõprehen
dere nequeatis: & cũ omni manſuetudine pro
ni cadentes in terram diuinum archanu ado-
rate, quia ſuſcipiens manſuetos dominus eſt:
humilians autem, deijciens ac proterens pec
catores, & ſeſe in cęlum erigentes: vſq; ad ter
ram. audite apoſtolum conſulentem: nõ plus Rom.12.a.
ſapere quam oportet ſapere: ſed ſapere ad ſo-
brietatem, & vnicuiq; ſicut Deus diuiſit men
ſuram fidei nam ſicut qui mel multum come
dit non eſt ei bonum ait ſapiens: ſic qui ſcru- Pro.25.d.
tator eſt maieſtatis, opprimetur à gloria. Seq.

*Præcinite dño in cõfeſsione: pſallite Deo* 7.
*noſtro in cithara.*

Quòd ſi ita res habet: vos ſtellæ fulgentes,
qui intellectus acumine, fide, pietate, & meri
tis, cæteriſque dotibus alios ſuperatis: præci
nite dño in confeſsione. antecedite laudato-
res: quo vos reliqua plebs ſequatur. exordiũ
facite primores. ſumite pſalmũ & date tym- Pſ.80.v.2
panum, pſalteriũ iucundũ cum cithara: quò ſit
Deo noſtro iucunda decoraq; laudatio. vos
(inquã) præcinite: nos deinde ſequemur. imi-
tabitur grex veſtigia paſtorũ. eritq; confeſsio
veſtra: inſtructio & eruditio noſtra. voce ca-
nite laudes: & pulſate manu rectè operantes,
totumque dño referentes,

Qui



.8 *Qui operit cælum nubibus: & parat ter*
*ræ pluuiam.*

Ipſe quidem dñs quædam loca ſcripturæ
(quæ cælũ dicitur à cælando) obſcuris vela-
minibus tegit: quo illorũ meritoria ſit homi-
nibus inueſtigatio. his tamen nubibus, terre-
nis hominibus doctrinæ pluuiam parat: vt il-
lorum corda cæleſti imbre fœcundet. apoſto
li etiam fideliũ mentibus nubes fuerunt, plu-
Pſ.67.v.10. uiam voluntariã deferentes: quam ſegregauit
2.Cor.5.b. dñs hæreditati ſuæ. ꝙ ſi cęli nomine cuiuſuis
iuſti animam accipias: certè dum in hoc cor-
pore peregrinatur à dño, denſiſsimis nubibus
1.Cor.13.c. operta eſt. ex parte enim cognoſcimus (ait a-
poſtolus) & ex parte prophetamus. at verò
ex nunc futura paratur pluuia quum clara vi
ſio cognitioni enigmaticæ ſuccedet: atq; ple-
nius euacuato quod ex parte gerimus cog-
noſcam (vt apoſtoli verbis vtar) ſicut & cog
nitus ſum. videmus nunc per ſpeculum in eni
gmate, tunc autem facie ad faciem: quum be-
nedictionis & bonorũ omnium parata pluuia
parta erit. hæc quidẽ omnia ſpiritualia ſunt.
cũ his materialibus (quæ quotidie videmus)
ſymbolum habentia. Sequitur.

*Qui producit in montibus fœnũ: & her*
9. *bam ſeruituti hominum.*

Is qui parat terræ pluuiam, in montibusq;
producit fœnũ & herbam: ipſe eſt qui diuiti-
bus huius ſeculi temporalia bona confert in
ſubſidium aliorum, æterna atque cæleſtia prę
dicãtiũ. quidnã (obſecro) ſunt hæc omnia ter
rena, niſi fœnum & herba: ad ſeruitutem ho-
minum producta? quippe quæ caduca ſunt &
tranſitoria. et vtraque parat Deus; tempora-
lia & æterna. hæc quidem vt finem: illa verò
vt media ad finẽ. laudate igitur homines do-
minum: qui hominum ſeruituti tot bona pro
duxit.

10. *Qui dat iumentis eſcam ipſorũ: & pullis*
*coruorum inuocantibus eum.*

Animantium cuique (iuxta genus ſuum) ap
tum & conuenientem ſuæ naturæ cibum præ
bet dñs. nec eſt aliquod adeò deſpicabile in
quouis genere animal: cui non prouideat
Deus. nam pullos coruorum à parentibus de
relictos antequam ad pennarum nigredinem
perueniant, ipſosq; crocitantes ita vt aperto
ore ad Deũ clamare videant: paſcit dñs, & ho
rum illorumq; indigentiæ benignè proſpicit
& opportunè. quod vtique non vacat ſpirita
li ſenſu. quippe & humilibus ac ſibi miniſtran
tibus cibum præſtat: quorum quiſque iure il
Pſ.72.v.22 lud pſalmi Deo dicere poteſt: vt iumentum
factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. alijs
etiã inutilibus immo voracibus, nec ad aliud
quam ad voracitatem aptis quorum Deus vẽ
ter eſt: ſua prouidentia conſulit qui beni- Luc.6.e.
gnus eſt ſuper ingratos & malos: pluitq; ſu- Mat.5.g.
per iuſtos & iniuſtos. niſi per iumenta ex iu-
dæis conuerſos: & per pullos coruorũ ex gen
tibus ad fidem venientes, atque verum Deũ
humiliter inuocantes: myſtico etiam ſenſu ac
cipere velis. vtriſque enim ſalutaris doctrinę
impartitur eſcam Deus qui ſuperbis reſiſtit:
humilibus autẽ dat gratiã. Sequitur. 1.pet.5.b.

*Non in fortitudine equi voluntatem habe*
*bit: nec in tibijs viri beneplacitũ erit ei.* 11.

Non placent Deo ſuperbientes & elati, &
qui ſibi ipſis non illi fidunt. nõ equites ꝙ for
tiores, & curſu velociores ſint. nõ pedites ꝙ
expeditiores, nec horum quicquam reſpicit
Deus. ſic enim per Hieremiam ait: non glo- Hier.9.f.
rietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorie-
tur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur
diues in diuitijs ſuis, ſed in hoc glorietur qui
gloriatur, ſcire & noſſe me. quia ego ſum do-
minus qui facio miſericordiam & iudicium
& iuſtitiam in terra: hæc enim placent mihi
ait dominus. tu ergo quiſquis es, ſiue iumen-
tum, ſiue coruorum pullus: inuoca dominũ,
& proijce te in eum. Te ipſum accuſa, & illũ
lauda, vt iucunda ſit illi decoraq; laudatio. nõ
extollaris excellentia dignitatis, non diuitia
rum iactantia, non membrorum viribus, a-
lijsvè id genus dotibus, quin potius time.
quia non ſaluatur rex per multam virtutem: Pſ.32.v.16.
& gigas non ſaluabitur in multitudine virtu-
tis ſuæ. fallax equus ad ſalutem, in abũdantia
autem virtutis ſuæ, non ſaluabitur. non enim
dñs in fortitudine equi volũtatẽ habebit &c.

*Beneplacitum eſt domino ſuper timentes*
*eum: & in eis qui ſperant ſuper miſeri-* 12.
*cordia eius.*

Adſit timor cum ſpe veniæ: vt beneplaci-
tum ſit domino ſuper te. time Deum ꝙ offen
ſum illum habeas & iratum, & ſpera ſuper mi
ſericordia eius: ſi illum vis inuenire placatũ.
quia beneplacitum eſt domino ſuper timen-
tes eum. ſic tamen de iuſtitia timentes: ꝙ nõ
ſint de illius miſericordia deſperantes. vtrun-
que enim beneplacitum eſt Deo, ſi dum times
vindictam, iuſtitiæ illius rectitudinẽ laudas,
& dum ſimul ſperas veniam, miſericordiam
illius exaltas: qui iuſtus & rectus, miſericors
& pius per infinita ſeculorum ſecula regnat
Amen.

## EPILOGVS. PSALM. 146.

Laudate

*LAudate dominum,quoniam bonus eſt pſalmus:Deo noſtro ſit iucunda decoraq; lauda-*
*tio:dum uoci pſallentis,opus conſonat operantis.ſit hæc ergo circa diuinam laudem enar*
*ratio prior:q(ut ſapiens ac prudentiſsimus architectus)uolens dominus ciuitatem Ieru*
*ſalem ſupernam ædificare:congregabit in primis electos ubi ubi gentium diſperſos, &*
*quaſi lapides operi conſtruendo parabit:atq; hos qui prope & illos qui longe, in unum*
*eccleſiæ ſuæ aceruum coniunget.uocabitq; etiam & congregabit futuros ciues, illosq; perpetua ſalute*
1.Cor.15.f *donabit,qui ſanat contritos corde:& alligat contritiones eorum.in illa quidem cæleſti patria, non erit*
*egrotus.Canet enim tuba,& mortui reſurgent incorrupti &c.eruntq; quaſi ſtellæ in cælo micantes,*
*in conſpectu illius clariſsimi ſolis,qui numerat multitudinem ſtellarum:eaſque ex nomine nouit uocatq;.*
*nempe magnus eſt dominus,& eius potentia grandis atq; infinita & innumerabilis ſapientia.eſt etiam*
*benignus & iuſtus ſuſcipiens manſuetos:humilians autem peccatores iraſcentes atq; ſuperbos.præcini*
*te ergo ſancti dño in confeſsione,uti prouidentiſsimo gubernatori:qui operit cælum nubibus, & parat*
*terræ pluuiã,producitq; fœnum & herbã,atq; cæteraquæ nõ myſtica intelligentia uacant.pſallite etiam*
*illi in cithara,cum omni humilitate,metu,& tremore,ueſtram ſalutem operantes:quia non in fortitu-*
*ne equi uoluntatem habebit,qui non utiq; ſuperborum ſed humilium eſt amans.beneplacitum eſt domi-*
*no ſuper timentes ſimulq; ſperantes in miſericordia eius.gaude igitur & lætare urbs beata : pariterq;*
*Deum te ædificantem lauda.*

## PSALM. 147.

*LAVDA Ieruſalem do*
*minũ:lauda Deũ tuũ Syõ.*

Huius pſalmi titulus:allelu
ya Agei & Zachariæ.qui illis
inſcribitur,eò q hi dũo pro-
phetæ cum eſſent in babylonica captiuitate:
materialem ciuitatis Ieruſalem & templi ædi
ficationem denuo futuram præuiderunt:alte
ram longè ſanctiorem vtriuſque eccleſiæ mi-
litantis ſcilicet ac triumphantis, tunc in ſpiri
tu præſignantes.quas nũc pſaltes ad diuinam
laudem,pro acceptis beneficijs conuocat ex
citatq; dicẽs:lauda Ieruſalem dñm. hunc etiã
pſalmũ ſuperiori proximo in vnum cogi aſ-
ſerunt apud hebreos.tu ergo primũ quæ ſur-
ſum es(ait)quæ & libera es mater noſtra, tu
(inquit) quæ ædificaris vt ciuitas,& glorioſa
cum rege tuo triumphas in cælis:lauda, q il
lum teneas nuſquam dimiſſura.tu etiam Sion
ſancta,quæ per fidem illum ſpecularis:pro vi
ribus lauda.arrige nunc aures tota pulchra &
delitijs afluens,vrbs beata Ieruſalẽ dicta pa-
cis viſio,quæ conſtrueris in cælis viuis ex la
pidibus,& angelis coornata vt ſponſa comi
te.lauda,iterumq; ſponſum tuum lauda. nunc
ſine intermiſsione in ſecula ſeculorum illum
lauda:q eo plena ſecuritate fruaris in amœni
tate pacis.& dum guſtu ſingula tibi ſimul col
locata bona perpendis: illorum omniũ largi-
torẽ lauda.ſit hoc conſideratione primum.

2. *Quoniam confortauit ſeras portarũ tua-*
*rum:benedixit filijs tuis in te.*

Ieroſolimitani atq; illius cæleſtis patriæ ci
ues,diuites in omnibus facti ſunt:qui cũ om-
ni tranquillitate,& pace, ac perpetua poſſeſ-
ſione,iam ſemel adeptis potiuntur bonis.nec
beata illa ciuitas,vllo externo eget adminicu
Pſ.121.v.3. lo,cuius participatio:eius in idipſum.nõ rap
tores violentos qui illi inimicẽtur timet:quo
niam cõfortauit dñs ſeras portarum ſuarum,
benedixit filijs ſuis in ſe.eſt etiam cahos mag
num firmatum inter hos & illos atq; hiatus: Luc.16.g.
vt vicisſim tranſire & remeare non poſsint.
ſunt etenim illi gratia & gloria cõfirmati, ob
idque ſecuri:q nunquam ſedes ſuas amittent,
quodque non intrabit in eam aliquid coinqui
natum aut abominationem faciens & menda
cium(vt in apocalipſi Ioannis ſcriptum eſt)niſi Apo.21.d.
qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni. lauda igit
dñm beata regio ciuium ſupernorum:quoniã
firmisſimis vectibus repagulisvè immutabi-
lis beneplaciti ſui,manſiones tuas cõmuniuit
dñs.non eſt q timeas hoſtes irruant aut quæ
uis damna:quia non accedet ad te malum,&
flagellum non appropinquabit tabernaculo Pſ.90.v.10.
tuo.non aderit pauperies aut egeſtas:quia be
nedixit filijs tuis in te.

*Qui poſuit fines tuos pacẽ: & adipe fru* 3.
*menti ſatiat te.*

Vti gratia primum:ita pax vltimum inter
Dei dona computatur. quandoquidem per
gratiam iuſtificatur impius in via:& pace per
fecta in plenitudine omnis boni , quieſcens
glorificatur in patria.vnde & ſancti apud E-
ſaiam ita dñm allocũtur.vetus error abijt, ſer Eſa.26.a.
uabis pacem,pacem:quia in te ſperauimus.in
te vrbs fœlicisſima,non ciuile bellum, nõ iur
gia,lites, aut rixæ:ſed vera intus & vndique
pax.& quidẽ rex ipſe pacificus paccauit om-
nia:poſuitq; terminis tuis pacem.Quid vltra?
opulentisſima es & abundans ciuitas Dei.nul
lus in te fame perit:quin potius lautisſimo vi
ctu ad gratam atque ſemper optabilem & nu
ſquam faſtidientem ſatietatem,referti ſunt nã
adipe frumenti,pingui & delicatisſimo diui-
nitatis ſuæ pane:ſatiat te dñs.quem Iacob ſan
ctus duntaxat fide deguſtans , & filium Aſer
benedicẽs



benedicens(cuius nomen beatitudinẽ ſonat)
Gen.49.c. hiſce propheticis verbis laudat.Aſer,pinguis
panis eius:& præbebit delitias regibus.has vt
cunque tibi pro modulo noſtro adduximus
cauſas:quæ te ad Dei laudem excitent,& im
pellant,eccleſia ſancta quæ triumphas in cæ-
lis.quas itidem & tu quæ militas in terris, cũ
his quæ ſequuntur,ob oculos ſemper habere
memẽto:vt magis ac magis dominum in hac
peregrinatione laudes. quoniam confortauit
etiam ſeras portarum tuarum,te fide,ſpe , &
charitate,omni deniq; virtute obfirmans,mu
niens ſacramẽtis & charimatum donis, ac ſua
demum protectione confortans: ne poſsis à
viſibilibus & inuiſibilibus hoſtibus expugna
ri.de filiorum tuorum benedictione,chriſtia
na pace,ac cibatione:non eſt q diſputes,cum
hæc tibi peruia ſint,& experimẽto & fide no
ta.ſed iam audi ſequentia.

4. *Qui emittit eloquium ſuum terræ:velo-*
*citer currit ſermo eius.*

Qui omnipotentiam Dei & benignitatem,
per hæc viſibilia quotidie nouimus:ad ſum-
mam illam quæ hominibus apparuit,ſpiritali
ſenſu aſcendamus:qua vnigenitum ſuum(qui
& eloquium ſuum æternum)ad te miſit incar
natum de virgine,atque hominem factum. ò
fœlix eccleſia:quæ in terris habitans ipſum fi
de noſti?quippe Deum nemo vidit vnquam
Ioan.1.b. (ait euangeliſta Ioannes)vnigenitus filius qui
eſt in ſinu patris:ipſe enarrauit. cuius etiam
euangelicus ſermo,per apoſtolos & apoſtoli
cos viros prædicantes velocisſimè currit in
orbe : & q ſemper currat obnixè precamur.
de cætero fratres (theſalonicenſibus apoſto-
2.Thes.3.a lus ait)orate vt ſermo Dei currat & clariſi-
cetur &c.hoc maximum donum fuit:& meri
tis impar.fuit quidẽ eximiæ charitatis opus.
ſic enim Deus dilexit mundum (dilectus diſ-
Ioan.3.b. cipulus ait)vt filium ſuum vnigenitũ daret,
vt omnis qui credit in illum non pereat : ſed
habeat vitam æternã.credidit ſponſa & ait:ec
Cant.2.b. ce iſte venit ſaliens in mõtibus tranſiliens col
les.vide quãta velocitate:q ſubiungit,ſimilis
eſt dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorũ.
at quam velociter euangelicæ prædicationis
cucurrerit ſermo,nouerunt optime:qui apo-
ſtolorum acta legerunt. eia igitur vlterio-
re conſideratione,ad cætera contemplãda be
neficia procede vt laudes.

5. *Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſi-*
*cut cinerem ſpargit.*

Fuſca & nigra erat & quaſi obtecta caligine
peccatorũ plebs gentiũ:ante Chriſti aduentũ.
at vbi venit plenitudo tẽporis , miſitq; Deus
eloquiũ ſuum terræ,& cucurrit velociter ſer
mo eius, ſequuta eſt grãæ collatio ac remiſsio
peccatorum.& diſperſa ignorantiæ ac delicto
rũ nebula,in modũ ſparſi cineris:ſuperinduta
eſt ſponſa veſte candida & nuptiali:quaſi lana
alba niueo candore fulgẽte.nam circum ami
cta eſt diuina gratificante gratia.ita vt quæ
nuda fœda ac velut ethiopiſa ſuper carbones Thre.4.b.
ante fuerat denigrata:iam baptiſmalis innocẽ
tiæ pallio cooperta:tota pulchra & ſine ma-
cula,dealbata & niue cãdidior appareret. ver
bũ quidẽ Chriſti ſua ex parte efficax eſt : ſed
uariæ hominũ diſpoſitiones. ſunt etenim cor
da quorundam congelata in glaciẽ: alia vero
in Chriſtalli duritiem ac pene ſaxeam obdura
ta.Deus autem volens oſtendere iram,& no
tam facere potentiam ſuam(ait apoſtolus)ſu Rom.9.c.
ſtinuit in multa patientia vaſa iræ apta in inte
ritum:vt oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in va
ſa miſericordiæ,quæ præparauit in gloriam.
et hæc liquefacit,atq; in ſalutaris pœnitentiæ
lachrimas conuertit,charitatis ſuæ igne ſuc-
cenſus dominus : illa verò in fruſtra conciſa
(non ſecus ac bucellas in cibos dæmonum pa
ratas)mittit in gehennam.quod innuens pſal-
mographus ſubdit.

*Mittit criſtallum ſuam ſicut buccellas:*
*ante faciem frigoris eius,quis ſuſtinebit?* 6.

Chriſtallum ſuam vocat : quia ex eadem
maſſa finxit eam figulus.an non habet pote-
ſtatem(iſdem ait apoſtolus)ex eadem maſſa
facere aliud quidem vas in honorem : aliud
vero in contumeliam?ſed (proprio arbitrio)
hoc in obſtinationem & finalem impœniten
tiam abijt,atque obduruit in chriſtallum. Et
qui huiuſmodi ſunt:erunt dæmoniorum præ
da:nam introibunt in inferiora terræ (ait Da Pſ.62.v.9.
uid ſanctus)tradentur in manus gladij:& par
tes vulpium erunt.Erunt enim damnatorum
partes anima ſcilicet & corpus:faucibus dæ-
monũ infœlices à domino immiſſæ buccellæ:
vt eorum dentibus conterantur , & ignibus
torqueantur æternis.atqui ibi meritò, criſtal
lus huiuſmodi perpetuo caleſiet.nam ante fa
ciem frigoris eius,quis ſuſtinebit? ( quis ob-
ſecro)iam ferre poterit ac ſuſtinere, procacẽ
ac pertinacem chriſtalli huius frigiditatem,
in adamantinam duritiem verſam?quæ & di-
uitias diuinæ bonitatis patientiæ & longani- Rom.2.a.
mitatis ( iuxta dictum apoſtoli ) contemnit:
ſecundùm autem duritiam ſuam & impœni-
tens cor theſaurizat ſibi iram in die iræ,
& reuelationis iuſti iudicij Dei qui red-
det vnicuique ſecundùm opera ſua &c. quis
etiam tunc ferre poterit hirtam rigidamq;
 ſeuerisſi-

ſeuerisſimi iudicis faciem:quando diuinę illi ac feruentisſimæ miſericordiæ(qua ſemper vſus eſt Deus)non ſit locus?nam ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?at cōntra.de reliquis & ſi gelidis,non tamen obſtinatis ſubdit:

*Emittet verbum ſuum & liquefaciet ea:*
7. *flabit ſpiritus eius, & fluent aquæ.*

Quid huius enigmatis ſignificato clarius? emiſit verbum ſuum æternum dn̄s in mundū, emiſitque euangelicæ prædicationis verbum per apoſtolos prolatum: & liquefecit corda quæ tetigit indurata.et vbi tenereſcere cœperunt,ſpiritu ſancto flante: verè compunctionis lachrimas, & cæteris hominibus cæleſtis doctrinæ atque ſapientiæ ſalutaris aquas fundere viſa ſunt.flauit(inquit)ſpiritus eius. cuius eius rogo?niſi,

8. *Qui annunciat verbum ſuum Iacob: iuſtitias & iudicia ſua Iſrael?*

Vnus eſt legis & euangelij Deus:vnus eccleſiæ & ſinagogæ, vnus illius priſci populi, & huius iam in ſpū̃ renouati legislator Deus. vnus deniq; & his qui ex circunciſione ſunt Iſrael,& filij Abraæ ſecundùm carnem: & filijs Dei,qui ex fide ſecundùm ſpiritū & promiſsionem æſtimantur in ſemine. vtriuſq; etenim teſtementi vnus eſt Deus, cuius & vnus ſpiritus.& is immiſit verbum ſuum, vt pectora hominum fere ſaxea emolliret regelaretq;: & ſpiritum ſuum flantem in eos effudit abundè,ita vt affluerēt aquæ.notum illis fecit verbum ſuum,iuſtitias & iudicia ſua dicens,ꝙ apud Eſaiā legimus.audite me duri corde, qui lōge eſtis à iuſtitia.prope feci iuſtitiam meā: non elongabitur. & ſalus mea nō morabitur &c.Sequitur. Eſa. 46.d.

*Non fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis.* 9.

Fœlix nempe eſt chriſtiana proles:cui pręcepta dedit,et quæ ſibi ſint placita demoſtrauit.cuique nō vt olim patribus in prophetis: ſed nouiſsime diebus iſtis loquutus eſt in filio,quem conſtituit hæredem vniuerſorum, per quē fecit & ſecula.hoc quidem inextimabile donum fuit.non ſic vlli alteri nationi fecit:nec eſt alia natio tam grandis quæ habeat Deos appropinquātes ſibi,ſicut Deus noſter huic adfuit nationi:nec per hunc excellentiorem modum vllis gentibus iudicia ſua manifeſtauit vnquam.ſit ergo laudabilis & glorioſus & ſuperexaltatus in ſecula Amen. Heb.1.a. Deut.4.a.

EPILOGVS. PSALM. 147.

*Lauda Ieruſalem dominum: lauda Deum tuum Syon Lauda primum ciuitas ſancta quæ triumphas in cœlis:quod ſis fortis omniq; ex parte munita,atq; bonorum omnium ac diuitiarum abundas. Quoniam confortauit dominus ſeras portarum tuarum:benedixit filijs tuis in te.non eſt quod obſidionem timeas inimici:non famen,nec id genus penuriam aut egeſtatem nam qui confortauit ſeras:poſuit etiam fines tuos pacem. eſt enim ultimum quod in fœlicitate,æterna perficitur,iuxta illud Eſaiæ:& ſedebit populus meus in pulchritudine pacis &c,& adipe frumenti ſatiat te:is qui replet in bonis deſiderium tuum. eſt quidem rex ipſe tuus diues in miſericordia & euſque abundans:q, emittit eloquium ſuum terræ,uelociter currens,à ſinu patris,in uterum matris.dat niuem ſicut lanam & nebulam ſicut cinerem ſpargit: dum unigenitum ſuum niueo perinde ac diuino candore fulgentem:quaſi agnum manſuetiſsimum lana mortalitatis indutum, mundo tribuit,in ſimilitudinem carnis peccati:& de peccato damnauit peccatum in carne, diſperſitq; uti cinerem nebulam peccatorum.atqui primo miſit uerbum ſuum,deditq; niuem ſicut lanā hoc eſt tractabilem,atque benignum in humilitate carnis:mittetq; ſecundo ut iudicet orbem.non niuem: ſed criſtallum ſuum in maieſtate lucidum Chriſtum:diuinum ſcilicet ſuppoſitum in duabus naturis,obidq; ſicut buccellas,ſed ita rigidū ac ſeuerum:quod percontari libet,ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit?nō enim tempus & locus miſericordiæ tunc erit erga obduratos peccatores,ſicut ante in primo aduentu fuit. fœlicia hæc nunc tempora,quando de nullo uiuente quantumlibet obdurato deſperandum eſt:cum miſericordia dn̄i ſuperexaltet iudicium ſint corda hominum ſaxea,ſint ferrea,adamantinauè: emittet dn̄s uerbum ſuum per iuternam comminationem,aut prædicantium increpationem:& liquefaciet ea. flabit ſpiritus eius,qui ubi uult ſpirat,& neſcis unde ueniat aut quò uadat:& fluent aquæ compunctionis & lachrimarum,dum annuntiat uerbum ſuum luctanti,& iudicia ſua iam credenti.non fecit taliter omni nationi &c.eſt enim hoc Dei magnum & inextimabile donum.quo circa nunc demum in Dei laudem creata omnia citare iuuat.*

Eſa.32.d. Pſ.103.v.5. Rom.8.a. Iaco.2.c. Ioan.3.a.

PSALM. 148.

*LAVDATE dn̄m de cælis: laudate eum in excelſis.*

Idem eſt huius qui & præcedētis pſalmi titulus:alleluya Agei & Zacharię,& pari forma venit explicandus.inuitat iam pſalmographus ad dei laudem omne rerum creatarum genus,tum intellectuale cui hoc munus(quod potentia vigeat cognitiua)datū eſt:tum quoduis aliud: quod vnunquodque (eo quod eſt) laudis præbeat occaſionem.



occaſionem.à cæleſtibus igitur orſus ait:probe agitis qui cælos colitis:dum de cælis omnē mundanam fabricam contemplantes,vos ipſos fertis in laudem autoris. congratulor vobis,ꝙ illi perpetuam laudem dicitis in excelſis:aſsiduaq; ſit ſemper laus eius in ore veſtro.

2. *Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.*

Heb.1.c. Vos etiam angelici & adminiſtratorij ſpiritus,in miniſteriū miſsi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis:laudate dn̄m,qui tā excellenti vos natura dotauit & gratia.

*Laudate eum ſol & luna: laudate eū omnes*
3. *ſtellæ & lumen.*

Vos quidem aſtra digniora nimiumq; fulgentia:magnitudine,decore, & pulchritudine veſtra,continuò & vniformi motu,perinde atq; influxu,& varia ꝓductione manuducite,& torpentes homines atq; oſcitantes in ſūmi & formoſiſsimi opificis laudē excitate.

4. *Laudate eum cæli cælorū: & aquæ quæ ſuper cælos ſunt, laudent nomen dn̄i.*

Eia cæli cælorum,ſiue empireum quod cæteris eminentius eſt,& glorioſis ſanctorū māſionibus deputatum:ſiue ſtellatū, quouis numero aut ſitu collocetur.chriſtallinum etiā, vel aqueum,quod ſuper firmamentum mirabiliter ſtratum atq; firmatū extat:vos omnes deniq; cæli,aptiſsima eſtote materia laudis. qui motū & ſtabilitatē veſtram ſpeculati fuerint:artificem demirentur & cōditorem. laudentq; nomen dn̄i,qui tanta ſapientia ac prouidētia cūcta creauit diſponit atq; gubernat.

*Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe man-*
5. *dauit, & creata ſunt.*

Quędā ex præiacente materia fecit Deus: quædam autem ex nihilo creauit.verbo deniq; produxit omnia.geneſeos lege librum: & pſalmographū dicentem audi: verbo domini cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum. Pſ.32.v.6.

6. *Statuit ea in æternū, & in ſeculū ſeculi: præceptū poſuit, & non præteribit.*

Quædam ſtatuit Deus in perpetuum manſura:qualia ſemper futura quo ad ſubſtātiam ſuam corpora cæleſtia ſtabiliuit. ſuperiores etiā illæ virtutes huiuſmodi ſunt.quibus omnibus præceptum irrefragabile, tū motionis & operationis ſuæ,tum etiam laudis, poſuit indiditq; dominus:quod vtique præceptum tranſgredi non continget vnquā. quippe omnia ad illius nutum mouentur & operantur: ſemperq; ſuum laudant autorem, atque vberrimā præbent materiā laudis.Sequitur.

*Laudate dominum de terra: dracones &*
*omnes abyſsi.* 7.

Iam ſuperna citaui(ait diuinus pſaltes)nūc vos etiā media & inferna citare libet.vt conueniatis in vnum,& communi obidq; gratiſſimo concētu:mirificum efferatis ſummis laudibus creatorem.eia ergo terreſtria ſiue homines ſiue iumenta,& quæuis alia terram inhabitātia:aquæ etiam omnes in mari,quaſi in ampliſsimo vtre concluſæ,atque vbilibet cōſtitutæ,ipſaq; aquatilia & cete grandia:laudate dominum.ſunt & alia terræ & aquæ ſuper poſita elemēta,aer ſcilicet & ignis quę ſimul ad diuinam laudem accerſire iuuat: dum nr̄æ conſiderationi offerunt,quę in horum elemētorum regionibus & ſpheris,diuino nutu mirabiliter quotidie generantur. accedant igitur.

*Ignis grando nix glacies, & ſpiritus procel-* 8.
*lrum: quæ faciunt verbum eius.*

In igne plura mirari licet:nec in aeris ſuprema,media, & infima regione, pauciora.tu illa(ſi vacat)ſigillatim ſcrutare: vt inde animum tuū ſubeat,noua maieſtatis diuinæ(cui hæc omnia famulātur & ſubſunt) materia laudis. accedant inſuper.

*Montes & omnes colles: ligna fructife-*
*ra & omnes cedri.* 9.

Altiſsimi montes, quos cum terra ſint, ſic in altum euexit dn̄s:vt cacumine ferè cælum tangere videantur,& alij colles minores qui dem terræ tumores,ipſaq; ligna fructifera,& alia(vti cedri altiſsimæ)non fructibus ſed folijs commata:procedant in medium.

*Beſtiæ & vniuerſa pecora: ſerpentes &* 10.
*volucres pennatæ.*

Adſint animalia ſilueſtria & omnis generis pecora:quæ humanæ vitæ non paruam vtilitātem adferunt.ſerpentes etiam venenoſi exigui & magni:qui miro aſtu vigent,& repentia cætera ſuper terram.nec deſint volucres, qui pennis ſuis hinc inde diuagātes aera ſcindunt. vt dum hęc omnia articulate perluſtrāt homines & ſpeculātur: horum ſummis laudibus rectorem efferant & conditorem. nō ſit huius muneris expers cuiuſuis gradus, ordinis,ſexus,ætatis, vel conditionis homo.

*Reges terræ & omnes populi: principes*
*& omnes iudices terræ.* 11.

Sint reges in ſublimi throno ſedentes. ſint primores & proceres,quibus reliquum ſubditur vulgus.ſint qui iudiciaria poteſtate funguntur.ſintvè illi qui iudicio ſiſtunt, quiq; illorum imperio ſubeſſe noſcuntur: ij omnes religione & cultu indefeſſo, diuinis laudibus inſiſtant.

Pro.8.b. inſiſtant, ęquum eſt & rationi cõſentaneum.
Reges quidẽ, principes & prælati diuinã au-
diãt ſapiẽtiã dicentẽ in ꝓuerbijs: per me reges
regnãt, & legũ cõditores iuſta deſcernũt: per
Rom. 13.a. me principes imperãt, & potentes deſcernũt
iuſtitiam, audiãnt cęteri apoſtolum: omnis a-
nima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit:
non eſt enim poteſtas niſi à Deo. quæ autem
ſunt à Deo: ordinata ſunt &c. in ipſum igitur
oẽs omnia referentes: illum totis viribus lau
dent nõ ſit ætas vlla in huiuſmodi re ſocors.
12 *Iuuenes & virgines, ſenes cũ iunioribus*
*laudent nomen dñi: quia exaltatũ eſt no-*
*men eius ſolius.*
